This is a digital copy of a book that was preserved for generations on library shelves before it was carefully scanned by Google as part of a project to make the world's books discoverable online.

It has survived long enough for the copyright to expire and the book to enter the public domain. A public domain book is one that was never subject to copyright or whose legal copyright term has expired. Whether a book is in the public domain may vary country to country. Public domain books are our gateways to the past, representing a wealth of history, culture and knowledge that's often difficult to discover.

Marks, notations and other marginalia present in the original volume will appear in this file - a reminder of this book's long journey from the publisher to a library and finally to you.

Usage guidelines

Google is proud to partner with libraries to digitize public domain materials and make them widely accessible. Public domain books belong to the public and we are merely their custodians. Nevertheless, this work is expensive, so in order to keep providing this resource, we have taken steps to prevent abuse by commercial parties, including placing technical restrictions on automated querying.

We also ask that you:

+ *Make non-commercial use of the files* We designed Google Book Search for use by individuals, and we request that you use these files for personal, non-commercial purposes.

+ *Refrain from automated querying* Do not send automated queries of any sort to Google's system: If you are conducting research on machine translation, optical character recognition or other areas where access to a large amount of text is helpful, please contact us. We encourage the use of public domain materials for these purposes and may be able to help.

+ *Maintain attribution* The Google "watermark" you see on each file is essential for informing people about this project and helping them find additional materials through Google Book Search. Please do not remove it.

+ *Keep it legal* Whatever your use, remember that you are responsible for ensuring that what you are doing is legal. Do not assume that just because we believe a book is in the public domain for users in the United States, that the work is also in the public domain for users in other countries. Whether a book is still in copyright varies from country to country, and we can't offer guidance on whether any specific use of any specific book is allowed. Please do not assume that a book's appearance in Google Book Search means it can be used in any manner anywhere in the world. Copyright infringement liability can be quite severe.

About Google Book Search

Google's mission is to organize the world's information and to make it universally accessible and useful. Google Book Search helps readers discover the world's books while helping authors and publishers reach new audiences. You can search through the full text of this book on the web at `http://books.google.com/`

J82
W218

[redacted]

C. B. Clarke

SYNOPSIS

SOLANACEARUM,

SCROPHULARINARUM, OROBANCHEARUM

ET

LABIATARUM

IN

BOTANICORUM SCRIPTIS AD HUNC DIEM EDITIS DESCRIPTARUM.

CURANTE

GUILIELMO GERARDO WALPERS,

PHILOSOPHIAE DOCTORE,

ACADEMIAE CAESAREAE LEOPOLDINAE CAROLINAE NATURAE CURIOSORUM,
SOCIETATIS REGIAE BAVARICAE BOTANICAE RATISBONENSIS SOCIO ETC.

LIPSIAE.

SUMTIBUS FRIDERICI HOFMEISTER.

1844—45.

REPERTORIUM

BOTANICES SYSTEMATICAE.

AUCTORE

GUILIELMO GERARDO WALPERS.

TOMUS III.

LIPSIAE.

SUMTIBUS FRIDERICI HOFMEISTER.

1844—45.

LELAND STANFORD JUNIOR
UNIVERSITY

[redacted]

G. BENTHAM

VIRO

DE PLANTARUM COGNITIONE OPTIME MERITO,

MONOGRAPHO DILIGENTISSIMO.

TUA TIBI.

91032

Lecturis salutem!

Tertio nunc tandem **Repertorii botanices systematicae** tomo ad finem perducto haud inutile mihi visum est, pauca quaedam praemittere — vel rectius post ponere, quibus opprobria quaedam et iniquas interpretationes repellerem, quae mihi libroque meo facile oriri posse suspicor. Quum mense Decembri anni 1843 secundum Repertorii tomum ad finem perfecissem, nihil certi animo constitui, qua ratione librum meum continuarem. In elaborandis enim duobus voluminibus prioribus non in mea potestate situm erat, qua ratione singula plantarum genera et species enumerarentur quibusque limitibus describerentur, nam ad ***Candollei*** Prodromum systematis naturalis vegetabilium mihi in animo erat dare Supplementum, quo continerentur omnia ad hunc diem usque descripta vel iterum illustrata genera et species additis simul novis specierum jam cognitarum iconibus vel generum ordinumque integrorum monographiis post ***Candollearum*** editis. Aliis autem fere semper alia suadentibus simplex et probabile hoc consilium non semper exacte secutus sum, nunc ipse hac re male contentus confiteor, me fere semper non temere, sed consulto neglexisse, quae recentiores floristae de plantis Europaeis et inprimis Germanicis nova dixerunt. Sub cujusque generis inscriptione, cujus etiam in Germania proveniunt species, citavi paginas Florae Germanicae

excursoriae auctore **Reichenbach** et primae editionis Synopseos florae Germanicae et Helveticae auctore **D. Koch.** Sed hanc rem mihi indulgeant critici. Quum enim in edendo tomo primo sudarem, edendae secundae editionis Synopseos florae Germanicae ad me pervenit fama. Non frustra et ego et omnes mecum botanici tunc credebamus, praeclarum **Kochium** omnium illarum specierum facturum esse mentionem, quas inde ab editione prima in multis diariis doctarum societatum et in floris specialibus novas descriptas saepeque aegre ad synonyma jam notarum redigendas, dispersas invenimus. Propterea malui species has omnes intactas relinquere, quam certa incertis miscere et synonymorum turbam repetere iterum iterumque corrigendam. Caeterum paucos tantummodo viros doctos futuros esse putaverim, qui plantas indigenas examinaturi Prodromum Candolleanum et meum Repertorium consulant, quum in codicibus florae Europaeae uberiores descriptiones et synonymiam locupletiorem sine ullo dubio reperiant, quam in utroque hoc libro exspectare possunt. Multi praeterea botanici illorum generum, quorum mentionem **De Candolle** nondum fecit, characteres in Repertorio meo frustra quaesiverunt, indeque mihi oriri opprobrium censent; sed caute illos omisi, nam vel **Endlicheri** Genera plantarum, vel **Meisneri** Genera plantarum vascularium nulli botanico incognita credidi noluique res jam omnibus accessu commodus retractare ad taedium lectorum numerumque voluminum nimis augere. Multas me omnino fugisse plantarum species summo jure citandas valde doleo, sed earum numerum, si respicis a me datarum ingentem copiam, certe exiguum fore contendo. Inve-

niuntur quidem, qui, quando exploraverint speciem quandam saepe insuper miserabilem mihique incognitam, ingentis suae doctrinae conscii me librumque meum omnino despicere simulent, nihilo tamen secius diagnoses cum citatis ipsisque erroribus typographicis fideliter transscribant; paucissimi vero reperti sunt, qui quas non sufficienter descriptas vel omnino deficientes indagaverint species mihi nuntiarent, ut eas in posterum adderem. Atque adeo etiam etiamque omnes botanicos humanissime rogaveram, qui libro meo uterentur, ut mihi literis nuntiarent, quae corrigenda censerent. Quos graviores errores in tomo primo deprehendi, jam in lucem protuli utque corrigerentur humanissime rogavi, paucos qui in altero tomo irrepserint, mox pronuntiabo. Ad hunc usque diem id, quod in tergo fasciculi duodecimi promisi implere non potui. Quae ***Wallroth*** de libro meo pro rustico suo more dixit, a me postulatus ut injuriarum suarum rationem redderet, ea, „quasi tempore nocturno et inter pocula conscripta sphalmateque typographico orta“ ipse revocavit. Reliqui fere omnes botanici Repertorium meum laeto animo nec sine applausu excepere, ejus utilitatem benevole agnoverunt multique libenter professi sunt, Repertorium meum non ultimum illorum librorum locum tenere, quibus botanice systematica quam maxime promota sit.

Hisce praecipue judiciis impulsus apud me statui, ut librum hunc continuarem, quo modo in tertio hoc volumine perficere conatus sum. Singula Prodromi Candolleani volumina tantis intervallis post inclyti auctoris mortem publici fiunt juris, ut terminus profecto nullus conspiciendus sit, quo praeclarum illud opus ad finem productum esse gaudeamus.

Quin plerique censent, opus illud nunquam ad finem productum iri. Sed plantarum novarum copia in dies adeo augetur et synonymorum cohortes plantarum etiam satis communium disquisitionem quotidie magis magisque impediunt, ut nullus hujus perturbationis sperandus sit finis, nisi edendo Repertorio botanices systematicae, quo species omnes hucusque descriptae ad optimorum auctorum fidem contineantur additis simul iconum citatis descriptionibusque, quibus species minus notae vel incomplete descriptae vel in libris pretiosis rarioribusve illustratae, denuo adumbrarentur. Omnes enim fere post *Candollearum* enumerationes plantarum omnium hucusque cognitarum, excepta insigni *Meisneri* Synopsi, valde mancae sunt, et jam propterea nullo modo laudari possunt, quod diagnoses brevissimas parumque sufficientes praebeant neque auctorum citatorum locos afferant.

Tertio hoc volumine quatuor ordines percensui more hucusque insueto. Solanacearum, Scrophularinarum, Orobanchearum et Labiatarum genera et species ad optimorum et novissimorum scriptorum fidem exhibui, quantum ipse potui, certa ab incertis secrevi et cuivis speciei locum ut mihi videbatur naturalem tribui. Ubi potui, specierum minus notarum diagnoses ad specimina sicca amplificare vel emendare conatus sum, speciebus jam cognitis saepe nova synonyma vel descriptiones ad exemplum siccum vel iconem laudabilem confectas addidi librosque vix notos excerptos reddidi.

Generis Solani diagnoses a me datae vix ulli sufficient, monere autem velim, omnes Solani species extricatu difficillimas ab ipso *Dunalio* in utraque sua hujus generis monographia male descriptas atque verbis saepius paucissimis circum-

scriptas esse, ita, ut Solana plurimorum herbariorum fere intacta reperiantur. Quam rem mihi opprobrio verti posse non credo. Scrophularinarum et Solanacearum synopsin novissimam edidit **Georgius Don**, quem saepissime secutus sum, fortasse non sine meo detrimento, nam nonnullos auctores ille omnino neglexisse videtur. Sed nihilo secius specierum descriptarum et a me non commemoratarum numerum exiguum sane futurum esse spero. Magno afficiar gaudio, si quando monographus fatebitur, sibi Repertorium meum non sine fructu fuisse. Orobancheae duce **Wallrothio** a me recensitae sunt, novas quarum cognitionem habui species suo loco adjeci, plurimas autem Orobanches pessime descriptas esse nos omnes dolemus earumque synonymiam deficientibus speciminibus ipsis ab auctoribus descriptis vel iconibus illustratis ad scientiae commodum numquam eruendam esse, jam dudum apud omnes satis constat. Nonnullas fortasse Orobanchearum species me omnino fugisse facile confiteor, cum omnes floristas evolvere vix mihi contigerit. Labiatarum monographia auctore **Georgio Bentham** a me iterum edita est paucisque tantummodo iteratam hanc editionem fore ingratam spero, nam pretiosus ille liber per Germaniam et Italiam parum divulgatus esse videtur, duo fere lustra insuper elapsa sunt inde ab illo edito et multa idcirco nova genera et species descripta sunt, quae illo non contineantur. Haec omnia, pro mea cognitione suo loco adjeci multaque iconum tum recentiorum tum antiquiorum citata adposui, quibus omnibus **Benthamii** monographia adeo amplificata est, ut quinta paene parte aucta sit. Synopsin generum hoc in volumine descriptorum adjeci, ut iis satisfacerem, qui hoc libro sicuti synopsi Solanacearum,

Scrophularinarum, Orobanchearum et Labiatarum uterentur. Characteres generum distinctivi ut facilius a lectoribus cognoscantur, literis Italicis redditi sunt eosque semper, quantum fieri potuit, in verba pauca contraxi.

In elaborando tomo quarto, cujus fasciculus primus haud longo spatio intermisso sequetur, studiose plantas siccas et vivas cum descriptionibus auctorum comparabo multarumque novarum describendarum larga mihi data est occasio.

Si quaedam in hoc tomo inveniant errata, mihi indulgeant lectores, et si susceptis meis favent, per epistolas nuntient, precor, quae omissa vel falsa repererint.

Nec tamen silentio praeterire possum, quos jam in praefatione ad tomum primum et secundum grato animo commemoravi fautores, benevolentiam suam qua hunc librum hucusque sublevarunt in posterum quoque in me conferant, oro sibique semper persuasum habeant, me eorum liberalitatis numquam immemorem futurum esse. Inprimis autem iterum gratissimo animo commemorare decet Summum in Borussia rerum ecclesiasticarum et ad eruditionem publicam spectantium Ministrum *Dr. Eichhorn* et inclytum *H. F. Link*, qui pro sua humanitate numquam languescente amplissimam suam bibliothecam explorandam mihi numquam denegavit.

Valeant qui mihi favent.

Scribebam Berolini Calendis Januariis MDCCCXLV.

Dr. G. G. Walpers.

[redacted]

REPERTORIUM
BOTANICES SYSTEMATICAE.

TOMUS III.

Relata refero.
Tacit.

Ordo CXXXI. LENTIBULARIACEAE *Lindl.*

(UTRICULARIEAE Endl. Gener. plant. p. 728. — Alph. DC. in A. P. DC. Prodr. VIII.)

Ordo CXXXII. PRIMULACEAE *Vent.*

(Endl. Gener. plant. p. 729. — Duby in A. P. DC. Prodr. VIII.)

Ordo CXXXIII. MYRSINACEAE *Lindl.*

(MYRSINEAE R. Br. — Endl. Gener. plant. p. 734. excl. gen. plurib. — Alph. DC. in A. P. DC. Prodr. VIII.)

Ordo CXXXIV. AEGICERACEAE *Alph. DC.*

(AEGICEREAE Endl. Gener. plant. p. 738. — Alph. DC. in A. P. DC. Prodr. VIII.)

Ordo CXXXV. THEOPHRASTACEAE *Alph. DC.*

(THEOPHRASTEAE Endl. Gener. plant. p. 737. — Alph. DC. in A. P. DC. Prodr. VIII.)

Ordo CXXXVI. SAPOTACEAE *Juss.*

(Endl. Gener. plant. p. 739. — Alph. DC. in A. P. DC. Prodr. VIII.)

Ordo CXXXVII. EBENACEAE *Vent.*

(Endl. Gener. plant p. 741. ex p. — Alph. DC. in A. P. DC. Prodr. VIII.)

Ordo CXXXVIII. STYRACEAE *Endl.*

(Endl. Gener. plant. p. 742. — Alph. DC. in A. P. DC. Prodr. VIII.)

Ordo CXXXIX. OLEACEAE *Lindl.*

(Endl. Gener. plant. p. 571. — A. P. DC. Prodr. VIII.)

Ordo CXL. JASMINEAE *R. Br.*
(Endl. Gener. plant. p. 570. — A. P. DC. Prodr. VIII.)

Ordo CXLI. APOCYNACEAE *Lindl.*
(Endl. Gener. plant. p. 577. — Alph. DC. in A. P. DC. Prodr. VIII.)

Ordo CXLII. ASCLEPIADEAE *Jcq.*
(Endl. Gener plant. p. 586. — Dcne. in A. P. DC. Prodr. VIII.)

Ordo CXLIII. LOGANIACEAE *Lindl.*
(Endl. Gener. plant. p. 574. — A. P. DC. Prodr. IX.)

Ordo CXLIV. GENTIANEAE *Juss.*
(Endl. Gener. plant. p. 599. — Griseb. in A. P. DC. Prodr. IX.)

Ordo CXLV. BIGNONIACEAE *R. Br.*
(Endl. Gener. plant. p. 708. ex p. — A. P. DC. Prodr. IX.)

Ordo CXLVI. CYRTANDRACEAE *Jack.*
(GESNERACEARUM subordo I. CYRTANDREAE Endl. Gener. plant. p. 716. — A. P. DC. Prodr. IX.)

Ordo CXLVII. SESAMEAE *A. P. DC.*
(BIGNONIACEARUM subordo I. Endl. Gener. plant. p. 709. — A. P. DC. Prodr. IX.)

Ordo CXLVIII. HYDROPHYLLEAE *R. Br.*
(Endl. Gener. plant. p. 658. — Alph. DC. in A. P. DC. Prodr. IX.)

Ordo CXLIX. POLEMONIACEAE *Vent.*
(Endl. Gener. plant. p. 656. — Bth. in A. P. DC. Prodr. IX.)

Ordo CL. CONVOLVULACEAE *Endl.*
(Endl. Gener. plant. p. 651. — Choisy in A. P. DC. Prodr. IX.)

Ordo CLI. BORRAGINEAE *Juss.*
(ASPERIFOLIAE Linn. — Endl. Gener. plant. p. 654. — A. P. DC Prodr. IX.)

Ordo CLII. SOLANACEAE *Bartl.*

(Bartl. Ordin. natural. plant. 193. — Endl. Gener. plant. p. 662. — G. Don, General syst. of gard. and bot. IV. p. 397.)

Subordo I. *CURVEMBRYEAE* Endl. Enchirid. bot. 330. — Gener. plant. Suppl. II. p. 60.

Tribus I. *NICOTIANEAE* G. Don, General syst. of gard. and bot. IV. 462. — Endl. Gener. plant. p. 662.

Embryonis magis minusve curvati cotyledones semicylindricae. Capsula bilocularis, loculicido-bivalvis. — (Cf. *Nicotianae* sect. IV.)

3838. FABIANA *Rz. et Pav.*

(Rz. et Pav. Flor. Peruv. II. 12. — Meisn. Gener. plant. vascul. I. 276. II. 183. — G. Don, General syst. of gard. and bot. IV. 487.)

1. F. IMBRICATA Rz. et Pav. l. c. † t. 122. fig. 6. — Pers. Enchir. I. 176. — G. Don l. c. no. 1. — Hook. Icon. plant. t. 340. — Lindl. Bot. Regist. (New Ser.) XII. t. 50. † — Foll. parvis ovatis sessilib. concavis squamaeformib. imbricatis; florib. terminalib. solitariis; cofollae segmentis limbi brevib. obtusis reflexis. ♄ — Frutex ramosissimus; corolla lilacina fere pollicaris. — Crescit in Chili.
2. F. LANUGINOSA Hook. et Arn. Bot. Beech. voy. 35. ex Prsl. Repert. bot. syst. I. 17. — G. Don l. c. no. 2. — Ramulis tomento albo lanuginosis; foll. fasciculatis linearib. obtusissimis carnosis patentib.; calyce lanato; corollae limbi segmentis oblongis reflexis. ♄ — Ramuli filiformes; folia usque sesquilinearia; flores pedunculati axillares folia subaequantes. Calycis tubulosi segmentis 5 inaequalibus *linearibus obtusis*; corolla glabra; stigmate oblongo capitato. — Crescit in Chili ad Coquimbo.
3. F. VISCOSA Hook. et Arn. l. c. 36. (in nota) ex Prsl. l. c. — G. Don l. c. no. 3. — Pubescenti-viscosa: foll. sparsis anguste linearib. patentib. obtusis, dorso canaliculatis; pedunculis terminalib., fructiferis erectis. ♄ — Incolis auditur *Pichonilla*. — Capsula bivalvis oblonga, calyce persistente partim tecta bilocularis, placenta centralis, valvis margine introflexis. — Affinis sequenti. — Crescit in Chili ad Barasca.
4. F. THYMIFOLIA St. Hil. Mém. du Mus. d'hist. nat. XII. 317. t. 9. ex G. Don l. c. no. 4. — St. Hil. Pl. rémarqu. du Brésil. 220. † t. 20. — Pilosa viscosa: foll. parvis linearib. enerviis sparsis obtusis; pedunculis subaxillarib., primum erectis, demum recurvis. ♄ — Corolla ad basin lutea, superne sordide purpurea. — Crescit in Brasiliae provincia Rio grande do Sul.

3839. NIEREMBERGIA *Rz. et Pav.*

(Rz. et Pav. Flor. Peruv. II. 13. — Meisn. Gener. plant. I. 276. II. 183. — G. Don, General syst. of gard. and bot. IV. 468.)

1. N. CALYCINA Hook. Bot. Mag. t. 3371. † — Sweet, Brit. flow. gard. (New Ser.) IV. t. 319! † — G. Don l. c. no. 1. — Dietr. Synops. pl. I. 663. — Pubescenti-glandulosa: caulib. herbaceis procumbentib.; foll. oppositis alternisq. obovatis petiolatis; pedunculis solitariis lateralib. (extraaxillarib.); calycib. (magnis) campanulatis, lobis obovatis foliaceis. ♃ — Habitat in Andibus Chilensibus ad Mendozam. — Corolla e calyce magno emergens, limbo albo, basi luteo, tubo lutescente. — Habitus *Petuniae*.
2. N. SPATHULATA H. B. Kth. Nov. gen. et. spec. pl. III. 8. † — G. Don l. c. no. 2. — Caulib. lignosis repentib.; foll. petiolatis elliptico-spathulatis glabris, juniorib

lanuginosis ciliatisq., segmentis calycinis lanceolatis acutis, inferiorib. parum minorib. reflexisq.; capsulis oligospermis. ♄ — In Nova Granata ad Santa Fee de Bogota et Loxam altit. 1000—1300 hexap. — Caules filiformes prostrati, ramis brevib. erectis puberulis. Folia solitaria v. bina, apice obtusa v. rotundata. Flores pedicellati. Calyx basi pilosus, parum curvatus. Corolla glabra, tubo gracili poll. dimidium longo, calycem quadruplo excedente, limbo campanulato-infundibuliformi. Stamina glabra membranacea linearia. Capsula in calycis ventricosi basi.

3. N. REPENS Rz. et Pav. Flor. Peruv. II. 13. † t. 123. fig. c. — Spr. Syst. veg. I. 614. — G. Don l. c. no. 3. — Caulib. basi repentib., apice erectis, filiformib.; foll. fasciculatis quinis senisve oblongis obtusis pilosulis; florib. sessilib.; capsula oligosperma. ♃ — In regno Chilensi ad Conceptionem. — Folia semipollicaria, 2—3 lineas lata. Corolla alba, fauce lutea lineisq. tribus purpureis in limbi segmento quovis. — *Nicotiana minima* Molina, Hist. Chil. (ed. 1.) 153. — A *N. spathulata* jam foliis fasciculatis differt.

4. N. ANGUSTIFOLIA H. B. Kth. l. c. 9. † t. 198. — Spr. l. c. 615. — G. Don l. c. no. 4. — Caulib. herbaceis caespitosis diffusis; foll. sessilib. lineari-lanceolatis glabris; segmentis calycinis linearib. acutis aequalib.; capsula polysperma. ♃ — In Mexico. — Flores oppositifolii breviter pedicellati. Corolla glabra alba, tubo calycem excedente, limbo campanulato-urceolato non plicato.

5. N. PUBESCENS Spr. l. c. 615. — G. Don l. c. 469. no. 5. — Foll. oblongo-linearib. glanduloso-pilosiusculis; capsula polysperma bivalvi; caule lignoso diffuso. ♄ — Montevideo. — *N. graveolens* St. Hil. Pl. rém. du Brésil 221. † t. 21. fig. A.

6. N. GRACILIS Hook. Bot. Mag. t. 3108. † — G. Don l. c. no. 6. — Sweet, Brit. flow. gard. (2. Ser.) II. t. 172. † — Lanuginosa: caulib. herbaceis erectiusculis foliisq. anguste lineari-subspathulatis pubescentib., segmentis calycinis linearib. obtusis, corollae tubo multo breviorib.; florib. in ramulis juniorib. terminalib.; lobis corollae rotundatis; capsula polysperma. — ⊙♃? — In Bonaria.

7. N. FILICAULIS Lindl. Bot. Reg. t. 1649. † — Bot. Mag. t. 3370. † — Sweet, Brit. flow. gard. (2. Ser.) III. t. 243. † — G. Don l. c. no. 7. — Caule herbaceo erecto filiformi foliisq. lineari-lanceolatis glabris; pedunculis oppositifoliis unifloris; corollae tubo filamentisq. glandulosis. ♃ — Habitat in Mexico. — *N. linearifolia* Grah. in Edinb. New Philos. Journ. XII. 378. † — Caules ascendentes. Corollae tubus gracilis; segmenta calycina acuminata, corollae tubum adaequantia. Limbo corollae lilacino, fauce lutea.

8. N. ARISTATA Sweet, Brit. flow. gard. II. Ser. III. t. 255. † — G. Don l. c. no. 8. — Glabriuscula: foll. linearib. acuminatis, calyce subulato aristato corollae tubo breviore; stigmate peltato. ♃? — Habitat in Bonaria. — Corolla alba, purpureo-striata, extus glandulosa.

Species e genere excludenda.

N. SUBDENTATA Meyen, Reise I. 314. — BOISDUVALIA CONCINNA E. Spach. (cf. Repert. bot. syst. II. 89.) — Nees ab Esenb. in Nov. act. acad. Leop. Carol. XIX. Suppl. II. 482.

3840. PETUNIA *Juss.*

(Juss. Ann. du Mus. d'hist. nat. II. 215. — Meisn. Gen. plant. vascul. I. 276. II. 183. — Spr. Syst. veget. I. 617. — G. Don, General syst. of gard. and bot. IV. 467. — Dietr. Synops. plant. I. 602. — cf. huj. tomi p. 126.)

1. P. (NICOTIANA Lehm. Gener. Nicot. monogr. 20.) NYCTAGINIFLORA Juss. l. c. † t. 47. fig. 2. — Bot. Mag. t. 2552. — Sweet, Brit. flow. gard. II. 119. — Tratt. tab. 72. — G. Don l. c. 468. no. 1. — Herbacea diffusa, villoso-glandulosa, viscida: foll. inferiorib. alternis ovato-oblongis obtusis pubescentib., basi in petiolum attenuatis; foll. floralib. sessilib. cordato-ovatis oppositis; pedunculis subtrifloris folia superantib.; tubo corollae calycem multo excedente, limbo lato obtuso. ♃ — *Nicotiana axillaris* Lam. Illustr. pl. no. 2287. — Ramosa. Caulis pilosus. Folia pubescentia. Pedicelli villosi, basi foliis 2 oppositis stipati. Calyx

pubescenti-villosus, segmentis foliaceis oblongis obtusis patentib. inaequalibus. Corolla magna alba viscosa, extus lanuginosa. — In America australi ad ostia Rio de la Plata.

2. P. (NICOTIANA Lehm. l. c.) PARVIFLORA Juss. l. c. 216. † t. 47. fig. 1. — Spr. l. c. — G. Don l. c. no. 2. — Herbacea prostrata: foll. subfasciculatis oblongis obtusis crassiusculis; corollis calyce parum longiorib., limbi segmentis obtusis; pedunculis brevissimis unifloris. ♃ — Caules ex eadem radice plurimi villosi. Calycis segmenta oblonga obtusa foliacea, patentia. Corolla medio coarctata rubra, limbo plicato. Capsula a calyce inclusa. — Rio de la Plata.

3. P. (NIERREMBERGIA Grah. Edinbgh. Philos. journ. XIV. 175. † — Sweet, Brit. flow. gard. [2. Ser.] III. t. 237. †) INTERMEDIA G. Don l. c. no. 3. — Pubescentia brevi glanduloso-viscida undiq. tecta: foll. linearib. obtusis dense pubescentib.; corollae tubo vix calyce longiore, laciniis emarginatis; stylo clavato; capsula 5-costata. ♃ — *Salpiglottis linearis* Hook. Bot. Mag. t. 3256. adn. — Crescit in Bonaria. — Corollae tubus luteo-striatus, fauce ventricosa, limbo quinquelobo.

4. P. VIOLACEA Lindl. Bot. Regist. t. 1926. † — Hook. Bot. Mag. t. 3556. — Prostrata, pilis viscidis vestita v. lanuginosa: foll. ovatis breviter petiolatis acutis; corollae ventricosae segmentis ovatis acutis; florib. solitariis axillarib. pedunculatis. ♃ — *Salpiglottis integrifolia* Hook. Bot. Magaz. t. 3113. — *Nierembergia punicea* Hortor. — *N. phoenicea* D. Don in Sweet's Brit. flow. gard. (2. Ser.) II. t. 193. † — In Bonaria. — Segmenta calycina lineari-spathulata obtusa foliacea. Corolla magna roseo-purpurea, limbo irregulari. Stamina medio tubo inserta. Embryo brevis rectus, albumen copiosum. — *β. Atkinsiana:* Foll. ovatis acutiusculis; laciniis calycinis ligulatis; corollae tubo calyce duplo longiore. — Planta hybrida e *P. nyctaginiflora* et *violacea* orta. — *Nierembergia Atkinsiana* Sweet, Brit. flow. gard. 2. Ser. III. t. 268.

E genere excludenda.

P. ACUMINATA Grah. = NICOTIANA ACUMINATA Grah.

3841. NICOTIANA *Linn.*

(Linn. Gener. plant. 248. — Meisn. Gener. plant. vascul. I. 276. II. 183. — Lehm. *Histor. Nicot.* 1818. excl. sp. — Spr. Syst. veget. I. 616. IV. II. 62. — Dietr. Synops. pl. I. 661. — G. Don, General syst. of gard. and bot. IV. 462. — cf. huj. tomi p. 126.)

Sectio I. TABACUM G. Don l. c.

Folia magna. Corolla infundibuliformis rubra, limbo patente acuminato v. acuto, fauce inflato-ventricosa. — Herbae glutinosae. Flores in racemos multifloros breves dispositi, racemis paniculam terminalem subcorymbosam efficientibus.

1. N. TABACUM Linn. Spec. plant. I. 258. — Willd. Spec. plant. I. 1014. — Spr. l. c. 616. — G. Don l. c. † — Blackw. Herb. I. t. 146. — Kniph. Cent. IV. t. 55. — Ludw. Ectyp. pl. t. 167. — Knorr. Del. I. t. 11. — Sabb. Hort. Rom. I. t. 89. — Lam. Illustr. t. 113. — Woodv. Med. bot. I. 162. t. 69. — Stev. et Church. Med. bot. I. t. 37. — Schkhr. Hdbch. I. t. 44. — Afbeldingen der Artsenygewassen IV. t. 318. — Herbacea: foll. oblongo-lanceolatis acuminatis sessilib., inferiorib. decurrentib.; fauce corollae subinflata, limbi laciniis acuminatis. ⊙ — Lanuginoso-viscida. Folia semiamplexicaulia. Calycis oblongi segmentis lanceolatis acutis inaequalibus. Corolla extus lanuginosa, limbo roseo. Capsula calycis longitudine v. parum longior. — *N. Havanensis* Lag. Elench. hort. Madrit. 1796. — Bull. Herb. III. t. 285.

α. attenuata Schrnk. in Hppe. Bot. Zeitng. (1. Ser.) VI. 1807. 260. — Florib. attenuatis; foll. lanceolatis acutis subdecurrentib., basi attenuatis, inferiorib. latioribus. — Flores rubri.

β. macrophylla Schrnk. l. c. — Corollis obtusis, laciniis limbi obsolete mucronatis; petiolis brevib. alatis, demum dilatatis amplexicaulibus. — Certe non differt *N. macrophylla* Spr. Indx. hort. Halens. 1807. p. 45. — Willd. Enum. I. 229. — Lehm. Hist. gener. Nicot. 19. † — *N. latissima* DC. Cat. pl. hort. Monsp. 1813. p. 128. — *N. gigantea* Enum. pl. hort. Dorp. 1814. — Flores pallide rubri

suborbiculares v. obsolete pentagoni. — Sprengel ipse (Syst. veget. I. 616.) hanc non specie differre affirmat.

γ. *pallescens* Schrnk. l. c. — Corollis acutis; foll. ovatis acuminatis, basi attenuatis, sessilib. subdecurrentibus. — Corolla alba, margine rosea.

δ. *alipes* Schrnk. l. c. — Corollae angulis (limbi lobis??) acuminatis; foll. ovatis acuminatis, basi in petiolum late alatum attenuatis, alis reflexis, demum semiamplexicaulib., parum decurrentibus. — Corollae rubrae. Folia omnia maxima.

ε. *serotina* Schrnk. l. c. — Foll. ovatis breviter acuminatis subpetiolatis, auriculato-amplexicaulib. parumq. decurrentibus. — Sero floret.

ζ. *gracilipes* Schrnk. l. c. — Florib. acutis; foll. lanceolatis acutis, basi valde attenuatis in petiolum breviter alatum attenuatis.

η. *Verdan* Schrnk. l. c. — Foll. petiolatis ovato-lanceolatis acutis longis, petiolis semiteretib. ancipitib., basi subdecurrentibus. — Flores magni.

ϑ. *Lingua* Schrnk. l. c. — Corollis longis acutis; foll. ovatis petiolatis longis acutis, petiolis longis obsolete marginatis, basi auriculatis. — Crescit cum varietatibus in America australi.

2. N. LOXENSIS Kth. in H. B. Kth. Nov. gen. et spec. pl. III. 3. — Kth. Synops. pl. II. 147. — G. Don l. c. 464. no. 2. — Foll. sessilib. decurrentib. oblongis acuminatis glutinoso-pilosiusculis; florib. paniculatis; corollis infundibuliformib. calyce triplo longiorib. albo-virescentib., lobis limbi acuminatis. ⊙ — A specie praecedente vix diversa, nisi florum colore. — In Nova Granata altit. 1000 hexap. ad urbem Loxam.

3. N. LANCIFOLIA Willd. Hb. ex Lehm. l. c. 26. † — G. Don l. c. no. 6. — Foll. sessilib. lineari-lanceolatis angustato-acuminatis glutinoso-pilosiusculis; florib. corymboso-paniculatis; corollis infundibuliformib., calyce triplo longiorib., lobis limbi acuminatis. ⊙ — *N. Ybarrensis* Kth. in H. B. Kth. l. c. 4. — Kth. Synops. pl. II. 148. — Tota viscido-pilosa. Corolla purpurea v. rosea. Calyx tubuloso-campanulatus capsulam includens. — Prope Villa de Ybarra Quitensium, altitudine 1180 hexap.

4. N. FRUTICOSA Linn. Spec. plant. 258. — Spr. l. c. — G. Don l. c. no. 3. — Lehm. l. c. 23. † — Caule suffruticoso subsimplici; foll. petiolatis lanceolatis oblique acuminatis; corollae fauce inflato-ventricosa; limbi laciniis acuminatis. ♄ — *N. angustifolia* Ehrh. Beitr. V. 169. — *N. Lehmanni* Agdh. ex Steud. Nomencl. bot. — β. Mill. Icon. t. 185. fig. 1. — Foll. lanceolatis acutis sessilib.; calycib. acutis; tubo floris longissimo. — Crescit in Promontorio bonae spei.

5. N. CHINENSIS Fisch. mss. et Linnaea XIV. Literaturbl. 160. — Lehm. l. c. 18. † G. Don l. c. no. 4. — Caule suffruticoso; foll. petiolatis ovato-oblongis integerrimis; corollae fauce inflato-ventricosa, limbi laciniis acutis. ♄ — *N. fruticosa* Lour. Fl. Cochinch. I. 111? excl. syn. — *N. Turcica* Haberl. ex Steud. Nomencl. — Pubescens viscida, apice ramosa. Calyx oblongus, segmentis subaequalibus lanceolato-acutis. Corollae limbus roseus. Stamina parum exserta. — China.

6. N. AURICULATA Bertero mss. in Moris, Stirp. Sard. elench. Appendix 7. — G. Don l. c. no. 7. — Foll. oblongo-lanceolatis acuminatis, basi omnib. auriculatis amplexicaulib.; corolla ad faucem inflata, laciniis acuminatis. ⊙ — *N. maxima* Hoffmannsegg mss. — Habitat in Sardinia verosimiliter introducta.

Sectio II. RUSTICA G. Don l. c. 464.

Corolla lutea infundibuliformis v. hypocraterimorpha v. tubulosa, segmentis limbi obtusis v. acutis.

§. 1. *Corolla tubulosa v. infundibuliformis, tubo apice inflato, ad os contracto.*

7. N. PUSILLA Linn. Spec. plant. 256. — Mill. Icon. t. 185. fig. 2. — Lehm. l. c. 29. † — Spr. l. c. — G. Don l. c. no. 8. — Caule herbaceo dichotomo; foll. sessilib., radicalib. oblongo-ovalib.; calycib. brevissimis; corollae tubo subcylindrico calyce triplo longiore, limbi laciniis acutis. ⊙ — *N. tenella* Cav. Descr. pl. 105.

sec. Spr. — G. Don l. c. 467. no. 36. — *N. humilis* Ehrh. Beitr. V. 169. — *β. humilis* Lehm. l. c. — Caule humiliori villoso; foll. angustiorib., basi dilatatis; florib. minorib.; corollarum laciniis oblongis obtusiusculis. — Crescit in Montevideo. — Planta pubescens. Folia radicalia rosulata 2–3 poll. longa, caulina semiamplexicaulia. Racemi terminales. Calyx villosus quinquedentatus, dentib. acutis. Capsula ovata obtusa glabra e calyce exserta. Corolla parva lutescenti-viridis.

8. N. GLUTINOSA Linn. Spec. plant. 259. — Lehm. l. c. 32. † — Spr. l. c. 616. — Andrws. Bot. Reposit. t. 484. — Caule herbaceo; foll. petiolatis cordatis integerrimis; florib. racemosis secundis; calycib. subbilabiatis, lacinia suprema longissima; corollis subringentib., limbi laciniis acutis. ⊙ — *Nicotiana militaris* Linn. Act. Holm. XV 44 t. 2. — *Tabacus viridis* Mnch. Method. plant. 448. — *Sairanthus glutinosus* G. Don, General syst. of gard. and bot. IV. 767. — Crescit in Peruvia prope Guancabamba. — Corolla rosea, extus piloso-viscida.

9. N. UNDULATA Rz. et Pav. Flor. Peruv. II. 16. † t. 130. fig. 6. — Lehm. l. c. 31. † — Spr. l. c. 617. no. 11. — G. Don l. c. 464. no. 9. — Caule herbaceo angulato; foll. petiolatis lanceolatis undulatis; corollae tubo longitudine calycis bilabiati, limbi laciniis ovatis obtusiusculis. ⊙ — *N. pulmonarioides* Kth. in H. B. Kth. Nov. gen. et sp. pl. III. 2., Kth. Synops. pl. II. 146. secund. Spr. l. c. — *N. breviflora* Poir. ex Steud. Nomencl. bot. II. 194. — Lanuginoso-viscida. Flores in racemos terminales dispositi. Corolla lutea, tubo calycem aequante, apice dilatata, ore contracto, limbo brevi. Stigma bilobum. Capsula ovata a calyce inclusa. Calyx subbilabiatus quinquedentatus, dente superiori magno longissimo. — Crescit in Peruvia.

10. N. PANICULATA Linn. Spec. plantar. 259. — Linn. Act. Holm. 1753. XV. t. 1. — Rz. et Pav. Flor. Peruv. II. t. 129. fig. b. — Feuill. Obs. I. 717. t. 10. — Spr. l. c. 617. — G. Don l. c. no. 10. — Lehm. l. c. 36. † — Caule herbaceo subsimplici; foll. petiolatis ovatis cordatis integerrimis; corollae tubo clavato glaberrimo, calyce multoties longiori, limbi laciniis brevissimis acutis. ⊙ — *N. viridiflora* Cav. Elench. hort. Madrit. 1803. — Herba pubescens viscida. Folia petiolata. Flores in paniculam terminalem dispositi. Filamenta basi lanuginosa. Capsula ovata obtusa glabra. Corolla hypocraterimorpha ad faucem contracta viridis v. viridi-lutescens.

11. N. CERINTHOIDES Hornem. Cat. hort. Hafn. I. 214. — Lehm. l. c. 38. † t. 2! — Spr. l. c. 616. — G. Don l. c. 465. no. 12. — Caule herbaceo a basi ramoso; foll. petiolatis omnib. cordatis integerrimis; corollae tubo clavato pubescente, calyce multoties longiori, limbi laciniis brevissimis acutis. ⊙ — Crescit in Brasilia (ex Spr.) — Herba lanuginoso-viscida. Flores in paniculam terminalem dispositi. Calyx quinquedentatus, dentibus inaequalibus. Corolla tubulosa luteo-virescens ad faucem parum contracta, segmentis limbi subcordatis rotundatis acutis. Stamina subaequalia, ad basin villosa. Capsula conica obtusa, calycem parum excedens.

12. N. GLAUCA Grah. in Bot. Magaz. t. 2837! † — G. Don l. c. no. 13. — Arborea erecta ramosa glabra: foll. inaequaliter cordato-ovatis nudis glabris longe petiolatis; paniculis terminalib.; corollae tubo subcurvato, ad faucem subinflato, ore contracto; limbo minimo calyciformi, segmentis brevib. acutis. ♄ — In Bonaria. — Undique glauca. Folia interdum subsinuata. Corolla viridis, demum lutea, molliter lanuginosa. Calycis obscure angulati dentibus acutis inaequalibus erectis subciliatis.

13. N. LANGSDORFFII Weinm. mss. ex Roem. et Schult. Syst. veget. IV. 323. — Spr. l. c. 617. (N. ab E.??) — Regn. bot. I. t. 52. — G. Don l. c. no. 4. — Caule herbaceo ramoso; foll. inferiorib. ovatis obtusis petiolatis, superiorib. sessilib. subdecurrentib.; corollae tubo clavato, limbi segmentis obtusis. ⊙ — Crescit in Brasilia. — Planta lanuginosa v. pilosa viscida. Folia inferiora in petiolum attenuata undulata, superiora lanceolata acuta. Flores terminales paniculati virides

v. lutco-virescentes. Dentes calycis duo superiores longiores. Corollae tubo pollicari, limbo subplicato. Polline coeruleo. Capsula ovata obtusa.

§. 2. *Corolla hypocraterimorpha, tubo inflato cylindrico.*

14. N. RUSTICA Linn. Spec. plant. 258. — Koch, Synops. Fl. Germ. (1. ed.) 399. — Lehm. l. c. 30. — Spr. l. c. 616. — G. Don l. c. no. 15. — Blackw. Herb. t. 437. — Bull. Herb. t. 280. — Sabb. Hort. Rom. 1. t. 90. — Afbeldingen der Artseny Gewassen I. t. 381 — Bot. Magaz. t. 2281. 2555. — Caule tereti; foll. petiolatis ovatis integerrimis; tubo corollae cylindrico calycem superante, limbi lacinils subrotundis obtusis, florib. flavescenti-viridibus. ⊙ — Herba villosa viscida. Folia crassa subcarnosa. Panicula e racemis terminalib. composita. Stamina basi villosa. Capsula subglobosa obtusa e calyce parum exserta. — *β. Asiatica* Schult. Obs. 43. — Lehm. l. c. 34. — Foll. inferiorib. ovatis, superiorib. cordatis, utrinq. pilosis; corollis obtusis mucronatis (!) — *N. Tatarica* Hort. Cracov. — *N. Sibirica* Hort. Parm. — *N. scabra* Cav. Elench. hort. bot. Madrit. 1813. — *N. rugosa* Mill. Dict. no. 7. — Crescit in America australi.

15. N. HUMILIS Lnk. Enum. pl. hort. Berol. 1. 178. — G. Don l. c. no. 16. — Caule subsimplici; foll. ovatis obtusis repandis, basi aequalib.; corollis tubo cylindrico calyce duplo longiori hirsuto, limbo quam tubus quadruplo breviore. ⊙ — Cf. Schrank ad Roem. et Schult. IV. 319. — Simillima *N. rusticae* L., at corollae proportiones aliae et habitus tenerior. — (Non est *N. humilis* Ehrh. cf. *N. pusilla*.) — Crescit.....?

16. N. PULMONARIOIDES Kth. in H. B. Kth. Nov. gen. et sp. pl. III. 2. † — Kth. synops. pl. II. 146. — G. Don l. c. no. 17. — Foll. petiolatis oblongis acutis, basi in petiolum decurrentib. pilosiusculis; florib. paniculatis; corollis hypocraterimorphis calycem paullo superantib., limbo obtuso. ⊙ — Herba viscido-pilosa. Calycis quinquefidi segmentis ovatis acutis. Corolla viridis, tubo ad apicem ventricoso. Capsula subglobosa acuta glabra, a calyce inclusa. — Crescit in cultis prope Rio Blanco inter Guachucal et Tulcan alt. 1620 hexap.

17. N. ANDICOLA Kth. in H. B. Kth. l. c. 1. † — Kth. Synops. pl. II. 146. — Spr. l. c. 617. — G. Don l. c. no. 18. — Foll. sessilib. lanceolatis acutiusculis, basi angustatis glabriusculis; paniculis terminalib. subsimplicib. patulis glutinoso-pilosis; corollis subhypocraterimorphis calycem paullo superantib., lobis limbi obtusis emarginatis. ⊙ — In summis Andibus Peruviae. — Segmenta calycis ovata obtusa. Stamina basi pilosa. Capsula glabra a calyce persistente tecta.

18. N. DECURRENS Tausch, Flora XIX. 388. — Foll. ovatis undulatis, basi attenuatis decurrentib. viscosis; caule paniculato; corolla infundibuliformi, ad faucem inflata, limbo aequali 5-lobo acutiusculo (virescente). — *N. pseudodecurrens* Steud. mss. ⊙ — Crescit.....?

Sectio III. PETUNIOIDES G. Don l. c. 466.

Corolla hypocraterimorpha alba, tubo subcylindrico, limbi segmentis obtusis v. acutis. Herbae dense viscido-villosae. Flores in paniculas v. racemos terminales dispositi.

19. N. MEXICANA Schlechtd. Linnaea XV. Literbl. 95. — Undique glanduloso-pilosa: foll. acutis, infimis ovalib. in petiolum fere angustatis, superiorib. versus basin angustatis, ipsa basi dilatata subauriculata semiamplexicaulib., summis ellipticis lanceolatisve sessilib., paullulum utrinq. decurrentib.; panicula subdichotoma corymbose racemosa; calyce subregulari acute 5-dentato; corollae albae tubo elongato, supra medium ampliato, limbo paullo in lacinias 5 acutissimas aequales partito; capsula calycem aequante. — In Mexico.

20. N. SUAVEOLENS Lehm. l. c. 43. † — Spr. l. c. 617. — G. Don l. c. no. 19. — Foll. ovato-oblongis undulatis villosiusculis in petiolum decurrentib., superiorib. amplexicaulib. acuminatis; calycis dentib. aequalib. acuminatis; tubo corollae longissimo gracili, limbo subinaequali obtuso; caule subsimplici villoso. — *N.*

undulata Vent. Malm. t. 10. — Jcq. Fragm. bot. t. 56. — Bot. Magaz. t. 673. — R. Br. Verm. bot. Schrftn. III. 1. 303. ⊙ — In Nova Hollandia.

21. N. VINCAEFLORA Lag. Cat. hort. Madrit. ex Lnk. Enum. hort. Berol. I. 179. — Spr. l. c. — G. Don l. c. no. 20. — Foll. subsessilib. oblongo-lanceolatis, utrinq. attenuatis subserrulatis glabris; calycis segmentis aequalib. acuminatis; tubo corollae elongato, limbi laciniis obtusiusculis; caule superne aspero. ⊙ — Valde affinis praecedenti, sed differt caule glabro, superne praesertim verruculoso aspero.

22. N. LONGIFLORA Cav. Descr. pl. 106. — D. Don in Sweet's Brit. flow. gard. (2. Ser.) II. t. 196! † — G. Don l. c. no. 21. — Scabra: foll. caulinis amplexicaulib. cordato-lanceolatis acuminatis; corollae tubo longo filiformi, calyce subfoliaceo quinquies longiori, limbi lobis ovato-lanceolatis acutis. ⊙ — In Chili et Bonaria. — Corolla primum pallide alba, demum purpureo- v. viridi-flavescenti picta, tubo extus pubescente, limbo intus albo.

23. N. NOCTIFLORA Hook. Bot. Mag. t. 2785! † — Sweet, Brit. flow. gard. (2. Ser.) III. 202! † — G. Don l. c. 466. no. 22. — Glanduloso-viscida pilisq. adpressis vestita: foll. petiolatis oblongo-lanceolatis acutis undulato-plicatis; corollae tubo cylindraceo calycem multo superante, segmentis limbi aequalib. obcordato-emarginatis. ♃ — Flores in paniculas terminales dispositi odori. Corollae albae, infra purpureae. — Chili.

24. N. PERSICA Lindl. Bot. Reg. t. 1592! † — G. Don l. c. no. 23. — Glutinoso-lanuginosa: foll. radicalib. oblongo-spathulatis, caulinis sessilib. semiamplexicaulib. acuminatis; calycib. acute 5-fidis, tubo corollae hypocrateriformis gracili clavato, fauce ventricosa, limbi laciniis ovatis emarginatis subinaequalibus. ⊙ — Folia radicalia basi cordata. Flores racemosi extraaxillares breviter pedicellati, incunte nocte odorati. Corollae tubo limboq. extus viridi, limbo intus albo. — *N. decurrens* Agdh. nec Tsch. — In Persia culta.

25. N. (PETUNIA Grah. Edinb. New Philos. journ. Jun. 1828.) ACUMINATA Grah. Bot. Magaz. t. 2919! † — Dietr. Synops. plant. I. 662. — G. Don l. c. 466. no. 24. — Nees ab Esenb. Nov. Act. acad. Leop. Carol. nat. curios. XIX. Suppl. I. 384. † — Herbacea erecta viscoso-villosa: foll. inferiorib. mediisq. petiolatis, illis ovatis v. ovato-oblongis, basi cuneatis, his lanceolatis obtusis, superiorib. lanceolato-linearib. sessilib.; florib. terminalib. paucis alternis pedunculatis; corolla angusta calyce multo longiore, limbo brevi inaequali obtuso. ⊙ — Proxime accedit ad *N. tenellam* Cav. et *N. diversifoliam* N. ab E. — Corollae limbo patente albo. — In Chili ad Valparaiso.

26. N. ANGUSTIFOLIA Rz. et Pav. Flor. Peruv. II. 16. † t. 130. fig. a. — Mém. de Genève VI. 122. † t. 3. fig. 5. a! — Spr. l. c. 616. — Lehm. l. c. 25. † — G. Don l. c. no. 25. — Caule herbaceo ramoso; foll. petiolatis lanceolatis; superiorib. linearib.; corollae tubo superne ampliato, limbi laciniis patentissimis acutis. ⊙ — Planta pubescens viscida. Rami graciles. Flores in paniculam terminalem diffusam dispositi. Segmenta calycina inaequalia lanceolato-linearia acuta; corollae limbo lacteo subaequali, tubo virescente. Capsula conica obtusa. — Spr. hanc speciem tamquam *N. longiflorae* Cav. synonymum vult considerari. — In Chili crescit.

27. N. DILATATA Lnk. Enum. pl. hort. Berol. I. 179. — G. Don l. c. no. 26. — Caule subtomentoso viscoso; foll. sessilib. lanceolatis, versus basin attenuatis, basi dilatatis repandis; corollae tubo calyce multoties longiore subclavato, limbi laciniis acutis. ⊙. — Folia inferiora longissima pedalia et ultra, 3—4 pollices lata, caulina minora, basi dilatata, omnia longe acuminata subtomentosa. Calycis segmenta acutata; corollae tubus extus hirsutus, limbi laciniis acutissimis albis. — Crescit.....?

28. N. PLUMBAGINIFOLIA Vis. Elench. pl. hort. Dinegro 26. t. 5. — Willd. Enum. pl. hort. Berol. I. 230. — Lehm. l. c. 41. † — G. Don l. c. 27. — Caule herbaceo; foll. sessilib., inferiorib. obovato-spathulatis obtusis, superiorib. semiamplexicaulib. undulatis; corollae tubo longissimo subclavato, limbi segmentis ovatis

obtusis. ⊙ — Planta scabra pilosa. Rami graciles. Folia superiora oblonga, suprema lanceolato-linearia. Racemi in paniculam terminalem dispositi. Calyx 5-fidus, 10-striatus, segmentis inaequalibus. Corollae limbo supra albo, infra fuscescente. Capsula ovata glabra, calycis longitudine. — *N. acutifolia* St. Hil. — *N. crispa* Pers. Synops. I. 217. — Jcq. Fragm. bot. 57. no. 187. t. 84. — *N. cerinthoides* Vitm. nec alior. — Crescit.....?

29. N. REPANDA Willd. mss. ex Lehm. l. c. 40. † t. 3! — Bot. Mag. t. 2484. — Spr. l. c. 616. — G. Don l. c. no. 28. — Caule herbaceo; foll. amplexicaulib. cordatis spathulatis subrotundis repandis; corollae tubo gracili longissimo, limbi laciniis ovatis acutiusculis. ⊙ — *N. lyrata* Kth. in H. B. Kth. l. c. III. 4. † — Kth. Synops. plant. II. 148. — Planta glabriuscula, exceptis foliis junioribus, quae sunt lanuginosa. Flores distantes in racemos terminales digesti. Calycis segmenta 5 aequalia. Corollae tubus apice clavatus. Capsula ovata obtusa, calyce breviore. — In Cuba insula prope Havanam.

30. N. VISCOSA Lehm. l. c. 28. † — Spr. l. c. — G. Don l. c. no. 29. — Caule herbaceo viscoso; foll. sessilib. subcuneiformib. obtusis, versus basin dilatatis semiamplexicaulib.; corollae tubo cylindraceo calycem bis excedente, limbi laciniis ovatis obtusis. ⊙ — Caulis angulatus. Rami axillares breves, flore terminati. Folia 2-3-pollicaria. Segmenta calycina brevia obtusa. Corolla alba(??), ad apicem parum dilatata. — In Bonaria.

31. N. BONARIENSIS Lehm. l. c. 27. † t. 1! — Spr. l. c. — G. Don l. c. no. 30. — Caule herbaceo; foll. sessilib. lanceolatis acutis, versus basin latiorib. subrepandis; corollae tubo subcylindrico, limbi laciniis ovatis obtusis. ⊙ — Planta pubescenti-pilosa. Folia basi semiamplexicaulia. Flores racemosi, racemis in caule ramisq. terminalibus. Segmenta calycina subaequalia anguste lanceolata acuta. Corolla lanuginosa alba, tubo apicem versus parum dilatato. — In Bonaria.

32. N. COMMUTATA Fisch. et Mey. Linnaea XIV. Literb. 160. † — Foll. ovatis acutiusculis in petiolum alatum attenuatis semidecurrentib.; calycis laciniis linearilanceolatis acuminatis corollae tubo glanduloso-pubescente, calyce triplo longiore, fauce inflata, limbo semi-quinquefido, lobis subaequalib. ovatis obtusiusculis tubo subtriplo brevioribus. ⊙ — An hujus loci? — Corollae color non memoratur. — Crescit.....?

Sectio IV. POLYDICLIA G. Don l. c. 466.

Corolla tubulosa, basi ventricosa v. hypocrateriformis livida. Capsula 4-multivalvis. Flores axillares solitarii vel in paniculam terminalem dispositi.

§. 1. *Floribus paniculatis.*

33. N. SOLANIFOLIA Wlprs. mss. — Caule fruticoso carnoso ramoso; foll. longe petiolatis oblongis, oblongove-ovatis obtusissimis carnosulis, utrinq. viscido-glandulosis, margine subrepandis, undulatis; florib. in paniculas laxas terminales dispositis; corollae hypocraterimorphae limbo demum reflexo viridi lobis obtusissimis; capsulae ovatae acutae valvis quatuor? ♄.

Caule in specimine vivo, quod in horto regio Berolinensi vidi, pluripedali carnoso fruticoso, apice parce ramoso, dense folioso, e basi ad apicem usque gemmas ramuliferas protrudente, foliorum delapsorum cicatricibus notato, sulcato, glanduloso-viscido. Folia approximata longe petiolata, petiolo laminam aequante vel eam nonnumquam superante, tereti, superne semitereti, crasso, glanduloso-viscido, 1-5 pollices longo. Lamina ipsa oblonga v. ovato-oblonga 2-6-pollicaris, pollices 1-4 lata, carnosula laete viridis, pilis glandulosis hyalinis brevissimis utrinq. molliter, praecipue infra subsericeo-vestita subviscosa, margine integra vel subrepanda, undulata vel undulato-plicata. Folia illis nonnullorum Solanorum fruticosorum haud dissimilia adproximata in ramis saltem junioribus terna subverticillata vidi. Panicula terminalis laxa elongata pedalis et ultra. Pedunculi, pedicelli et calyces glanduloso-viscidi. Pedicelli brevissimi filiformes. Calycis subglobosi dentes quinque inaequales, supremo scilicet latiori, omnibus

lanceolatis acutis, post anthesin auctis, ovatis acuminatis. Corolla virescens vel viridi-lutea livida, calyce quinquies longior. Corollae tubus intra calycem contractus angustissimus, tunc abrupte dilatatus cylindricus, sensim ampliatus, ad orem vix contractus, pollicaris vel ultra, longitudinaliter striatus (ex sicco) lutescenti-viridis, extus lanuginoso-glandulosus. Limbus patens v. demum reflexus tres lineas latus quinquelobus, lobis aequalibus ovatis obtusissimis, intense viridis glaber. Stamina quinque aequalia, corollae tubo basi inserta, filamentis ad basin dense lanatis, tota longitudine sparse lanuginosis, tubum fere aequantib., antheris viridib., polline flavo. Stylus staminum longitudine, stigmate capitato. Capsula ovata acuta glaberrima a calyce vix tecta, quadrivalvis(??) valvis ovatis acutis chartaceis. Semina plurima minima. — *Nicotiana* spec. nov. Möhring, Preiscourant für 1843. der Kunstgärtnerei von Gustav Möhring in Arnstadt in Thüringen p. 4. no. 1379. — In Chili, Port of Penna blanca. — (Vidi specimen floriferum siccum et vivum absque floribus in horto regio botanico Berolinensi cultum.)

§. 2. *Floribus axillaribus solitariis.*

33. N. QUADRIVALVIS Prsb. Fl. Am. sept. I. 14 . — Lehm. l. c. 45. † t. 4! — Spr. l. c. 617. — Bot. Mag. t. 1778. † — G. Don l. c. no. 31. — Caule herbaceo ramoso; foll. petiolatis oblongis; corollae tubo calyce duplo longiore, limbi laciniis oblongis obtusiusculis; capsulis quadrivalvib. subglobosis. ⊙ — Tota planta piloso-viscida ingrate olet. Folia superiora subsessilia. Calyx profunde quinquefidus, segmentis inaequalibus. Corolla tubulosa, infra alba. — In America boreali ad fl. Missouri.

34. N. NANA Lindl. Transact. of the hortic. society (1. Ser.) VI. 92. — Bot. Regist. t. 833. † — G. Don l. c. no. 32. — Bi-triuncialis: foll. lanceolatis pilosis, radicalib. quam flores solitarii axillares longioribus; corollae tubo quam calyx longiori, laciniis obtusis. ⊙ — Calyx turbinatus, glanduloso-pilosus. Corolla alba, extus lanuginosa. — In America boreali, Rocky mountains.

35. N. MULTIVALVIS Lindl. Bot. Reg. t. 1057. † — G. Don l. c. 467. no. 33. — Pilis viscidis tecta v. lanuginosa: foll. carnosis ovato-lanceolatis, inferioribus petiolatis; florib. solitariis axillaribus; calyce multipartito; capsula multiloculari; corollae segmentis obtusis obscure venosis. ⊙ — Calyx inflatus costatus. Corolla basi ventricosa, limbo plerumq. sexfido. Stamina totidem quot limbi adsunt segmenta. — In Columbia. — An recte hujus generis?? — Forte integra haec sectio ad genus proprium convocanda erit.

† *Species non satis notae.*

36. N. CRISPA Cav. Descr. pl. 105. — G. Don l. c. no. 34. — Foll. lanceolato-linearibus undulatis viscosis petiolatis; paniculis dichotomis. ⊙ — In America boreali.

37. N. ALATA Lnk. et Otto, Abbldngn. v. seltn. Pflnzn. 63. — G. Don l. c. no. 35. — Caule erecto glanduloso piloso; foll. oblongis lanceolatisq. repando-dentatis scabris glanduloso-ciliatis; calycis dentib. longis acutis; corollae tubo longissimo, segmentis limbi obtusis. ⊙ — In Brasilia.

38. N. TENELLA Cav. Descr. pl. 105. — G. Don l. c. no. 36. — Caule herbaceo filiformi; foll. sessilib. acutis, radicalib. inferioribq. caulinis ovatis, superioribus lanceolatis. ⊙ — *N. pusillae* Linn. esse dicitur synonymum. — Crescit in Mexico.

8. H. MUTICUS Linn. Mant. pl. 45. — Spr. l. c. 616. no. 11. — G. Don l. c. no. 8. — Foll. petiolatis ovatis acute angulatis; florib. pedicellatis; calyce mutico; bracteis indivisis. ♂ — *H. albus Aegyptiacus* Alp. Exot. 193. t. 192? — *H. minor* Mill. Dict. no. 4. — *H. betulaefolius* Lam. Dict. III. 329. — Lanuginosus. Corolla extus lutea, intus obscure purpurea, segmentis 2 inferiorib. minorib. albis, demum omnibus albis, limbo fisso. Stamina purpurea. — Crescit in Aegypto, Arabia et in Oriente.

9. H. DATORAE Forsk. Descr. Aeg. Arab. 45. — G. Don l. c. no. 9. — Foll. petiolatis ovato-lanceolatis denticulatis; florib. subsessilib., foll. floralib. v. bracteis indivisis. ☽ — Villosus. Calyx quinquedentatus. Flores in spicas longas secundas dispositi, in caule quovis ternas. Corolla extus villosa lutescens, intus violacea, inter segmenta inferiora alba. Stamina basi villosa. — Corolla plantae cultae est lutea, fundo violaceo. — Esse videtur haec species *Nepenthes* Homeri. — In desertis Aegypti prope Cahiram.

10. H. CANARIENSIS Ker, Bot. Regist. t. 180. — G. Don l. c. no. 10. — Fruticosus pilosus: foll. inferiorib. cordato-ovatis obtusis angulato-dentatis, superiorib.

ovato-oblongis integerrimis pilosis; florib. subpedunculatis; limbo corollae inaequali; foll. floralib. ovatis v. ellipticis integris. ♁ — Crescit in Canariis. — Corolla lutea, macula obscure purpurea v. nigra in fauce.

11. H. PUSILLUS Linn. Mantiss. pl. 339. — Spr. l. c. 616. — G. Don l. c. no. 11. — Plucken. Phytogr. t. 37. fig. 5. — Caule herbaceo; foll. lanceolatis pinnatifido-dentatis petiolatis pilosis; florib. pedunculatis; calycib. ampliatis mucronato-dentatis; limbo corollae inaequali. ⊙ — Folia floralia integra. Calyx fere corollae longitudine. Corolla parva lutea, fundo violaceo. — Crescit in Persia.

12. H. MICRANTHUS Ldb. mss. ex G. Don l. c. no. 12. — Foll. petiolatis oblongis, radicalib. pinnatifidis, caulinis dentatis v. integris; florib. subsessilib.; calycis dentib. mucronatis. ⊙ — *H. pusillus* Ldb. Fl. Alt. t. 228. nec Linn. — Caulis simplex v. ramosus parce pilosus. Calyx basin versus attenuatus, dentibus elongatis lanceolatis mucronatis. Corolla parva vix calyce longior lutea, fundo obscure violaceo, limbi parte inferiore fere ad medium usque tubum fissa. Capsula calyce brevior. — Crescit in Altai et in deserto Kirghisorum.

13. H. AURICULATUS Ten. Fl. Neapol. prodr. 16. — G. Don l. c. no. 13. — Caule erecto simplici; foll. ovatis petiolatis sinuatis acutis, petiolis alatis, basi auriculatis; florib. sessilib.; corollis luteis, fundo venis purpureis reticulatis. ⊙ — In regno Neapolitano. — (Spr. l. c. 615. no. 8. hunc cum *H. aureo* consociandum esse credidit.)

Sectio II. PHYSOCHLAINA G. Don l. c. 470.

Calyx subinflatus quinquedentatus, dentibus ovatis obtusis. Corolla campanulato-infundibuliformis, versus faucem gradatim ampliata 5-lobulata, lobis brevibus obtusis. Stamina 5 exserta, filamenta fundo corollae adnata, basi pilosa. Stigma dilatatum. Antherae longitudinaliter dehiscentes. Capsula bilocularis operculata. — Herbae perennes caulibus simplicibus, pluribus ex eadem radice. Folia alterna solitaria integra. Flores fasciculati capitato-corymbosi terminales. Corolla obscure purpurea.

14. H. (ATROPA Georgi, Beschreibug. ds. Russ. Reichs. Nchtrg. 261. — PHYSOCHLAINA G. Don l. c. no. 1.) PHYSALOIDES Linn. Amoen. acad. VII. t. 6. fig. 1. — Linn. Spec. pl. 258. — Spr. l. c. — Bot. Magaz. t. 852. — Sweet, Brit. flow. gard. I. t. 13! † — Foll. petiolatis ovatis acutis subrepandis v. integerrimis; florib. pedicellatis terminalib. capitato-corymbosis; genitalib. corolla parum brevioribus; calyce fructifero inflato angulato glabro mutico, capsula multo majori. ♃ — Radix subrepens. Tota planta glabra. Folia obscure viridia glabra ovata, basi truncata, integerrima v. repanda. Corolla purpurascenti-violacea. — Crescit in Sibiria, Altai et in deserto Kirghisorum.

15. H. (PHYSOCHLAINA G. Don l. c. no. 2.) ORIENTALIS M. a Bieb. Flor. Taur. Cauc. I. 164. — Spr. l. c. — Bot. Magaz. t. 2414. — Sweet, Brit. flow. gard. I. t. 12! † — Foll. petiolatis deltoideo-ovatis acutis lanuginosis; florib. pedicellatis fasciculatis capitatoq. corymbosis; genitalib. parum exsertis; calyce fructifero tumido lanuginoso mutico, capsula multoties majori. ♃ — Caulis villosus. Corolla pallide purpureo-coerulescens. — Valde affinis praecedenti, differt tamen statura robustiori, foliis pallidioribus magisque lanuginosis, calyce longiori, corolla gradatim ampliata, genitalibus plerumque exsertis calyceque fructifero minus inflato, capsulam duplo excedente. — *Hyoscyamus orientalis Betae folio tuberosa radice* Tournef. Cor. p. 5. — Crescit in Iberia prope Narzanam.

16. H. PRAEALTUS Wlprs. mss. — Foll. oblongo-rhomboideis repandis; florib. laxe paniculatis; corolla viridi-lutescente; capsula calyce cylindraceo subarcuato inclusa. ⊙? — *Belenia praealta* Dcne. mss. in Jcquem. Voyage bot. IV. 114. † t. 120! — *Nicotiana dubia* Jcquem. mss. — Crescit in Indiae orientalis regionibus borealibu

† *Species e genere exclusa.*

*H. SCOPOLIA Linn. = SCOPOLIA CARNIOLICA.

†† *Species ignotae.*

H. CLUSII G. Don.
H. PICTUS Bernh.
H. PSEUDOPHYSALOIDES Bth.

3848. ANISODUS *Lnk.*

(Lnk. Icon. select. pl. hort. Berol. 77. — Meisn. Gener. plant. vascul. I. 276. II. 183. — Spr. Syst. veget. I. 699. — G. Don, General syst. of gard. and bot. IV. 457. — *Nicandra* Lnk. et Otto l. c. t. 35. — *Whitleya* Sweet, Brit. flow. gard. II. t. 125.)

1. *A. LURIDUS Lnk. l. c. 77. — Spr. l. c. — Nees ab Esenbeck, Transact. of the Linn. Soc. XVII. 72. † — *Nicandra anomala* Lnk. et Otto l. c. t. 35! † — *Physalis* (*Withleya* Sweet, Brit. flow. gard. II. t. 125! †) *stramonifolia* Walt. Cat. 2532. et in Rxb. Fl. Indic. II. 242. — *Anisodus stramonifolius* G. Don in Loud. Hort. Brit. 61. ♃ — Crescit in Nepalia, Emodi, Gossain Than.

3849. SCOPOLIA *Jcq.*

(Jcq. Observat. I. 32. t. 20. — Meisn. Gener. plant. vascul. I. 276. II. 183. — G Don, General syst. of gard. and bot. IV. 470. — *Scopolina* Schult. Oestr. Fl. I. 844.)

1. SC. CARNIOLICA Jcq. l. c. — G. Don l. c. no. 1. — *Scopolina atropoides* Schult. l. c. — *Hyoscyamus Scopolia* Linn. Mant. pl. 46. — Sturm, Fl. Deutschl. Hft. 21. St. Hil. Pl. fl. Fr. 20. t. 6. — Bot. Magaz. t. 1126. — Folia ovato-oblonga integra, caulina alterna solitaria, ad ramificationes terna verticillata, caulina bina, flore solitario pendulo inter foliorum paria orto. Corolla extus nitida fusca, interne opaca olivacea. ♃ — In sylvis Carnioliae et Hungariae.

Tribus IV. *SOLANEAE* Endl. l. c. p. 664.

Embryonis magis minusve curvati cotyledones semicylindricae. Bacca bi- plurilocularis, placentis centralibus, rarissime capsula evalvis.

3850. NICANDRA *Adans.*

(Adans. Familles des pl. II. 219. — Meisn. Gener. plant. vascul. I. 277. II. 184. — Spr. Syst. veget. I. 699. [excl. sp. 2.] — G. Don, General syst. of gard. and bot. IV. 457. — *Calydermos* Rz. et Pav. Fl Peruv. II. 44. — *Alkekengi* Feuill. Peruv. 724. t. 16.)

1. N. ATROPA Linn. Spec. pl. 260. — Jcq. Observ. bot. IV. t. 98.) PHYSALOIDES Grtnr. De fructib. et seminib. II. 237. t. 131. — Pers. Enchir. I. 219. — Spr. l. c. no. 1. — G. Don l. c. no. 1. — Bot. Magaz. t. 2458. — Radix fibrosa. Folia glabra sinuata, similia illis *Daturarum*. Corolla magna caerulea radiata, fundo albo, maculis 5 obscure coeruleis notata. ☉ — *Calydermos erosus* Rz. et Pav. l. c. — *Physalis Peruviana* Mill. Dict. no. 16. — *Physalis daturaefolia* Lam. Dict II. 102. no. 15. — *Alkekengi amplo flore violaceo* Feuill. l. c. — Crescit in Peruvia et inde verosimiliter introducta provenit sponte etiam in Virginia et Pennsylvania.

† *E genere excludendae.*

N. AMARA Willd. = POTALIA AMARA.
N. ANOMALA Lnk. et Otto. = ANISODUS LURIDUS.
N. INDICA Roem. et Schult. = PHYSALIS INDICA.

3851. PHYSALIS *Linn.*

Linn. Gener. pl. 250., Spec. plant. 161. — Meisn. Gener. plant. vascul. I. 277. II. 184. — Nees ab Esenbeck, Linnaea VI. 431—483. — G. Don, General syst. of gard. and bot. IV. 447.)

Sectio I. PHYSALODENDRON G. Don l. c. 448. — Frutescentes; floribus aggregatis.

1 PH. SOMNIFERA Lnk. Enum. pl. hort. Berol. I. 180. — N. ab Esenb. l. c. 453. † Fruticosa: foll. integerrimis; florib. confertis.

a. flexuosa: Caule magis flexuoso; foll. pubescentib. v. pubescenti-tomentosis; florib. minoribus, laciniis calycis tubum suum aequantibus. — *Ph. flexuosa* Linn. Spec. pl. I. 261. — Willd. Spec. pl. I. 1020. — Jcq. Eclog. I. t. 23 —

Rxb. Fl. Ind. or. ed. Wall. II. 240. — *Ph. somnifera* β. Lam. Encycl. méth. II. 99. — *Pevetti* Rheede, Hort. Malab. IV. 113. t. 55.

* Caule foliisq. pubescenti-tomentosis v. etiam glabriusculis. — *Ph. flexuosa* Wall. Cat. 2635. A. B. C. H. — *Ph. Sagunda* Hamilt. Hb. — *Ph. Alpini* Jcq. Eclog. I. p. 39. — Prosp. Alpin. De plantis exotic. 71. t. 70.

** Caule tomentoso lanatove; foll. pubescenti-tomentosis canescentibus. — *Ph. flexuosa* Wall. Cat. 2635. E. G. — *Ph. somnifera* var. *Indica* Humb. mss.

β. Caule minus flexuoso; florib. dimidio majoribb.; calycis laciniis tubo nunc breviorib., nunc eundem adaequantibus.

* *communis:* Caule floribq. tomentoso-lanatis; foll. pubescenti-tomentosis glabriusculisve. — *Ph. somnifera* Linn. Hort. Cliff. 62., Spec. pl. I. 261. — Sibthrp. Fl. Graec. t. 233. — Cav. Icon. pl. II. 2. t. 103. — Jcq. Eclog. I. t. 22. — *Physaloides somnifera* Mnch. Method. pl. 473. — *Solanum somniferum verticillatum* C. Bauh. Pinax. 166. — Moris. Oxon. Hist. pl. III. 526. no. 26. Sect. 13. t. 3. fig. 20. — *Alkekengi fructu parvo verticillato* Tournef. Instit. rei herb. 151. — *Στρύχνον ὑπνωτικόν* Diosc. Mat. Medic. IV. cap. 62. — *Physalis arborescens* Thnbrg. Prodr. fl. Cap. 37. — *Ph. tomentosa* Sieb. Hb. fl. Maurit. II. no. 236.

** *tomentosa:* — Tota tomentosa. — *Physalis tomentosa* Thunbrg. l. c. — Willd. Spec. pl. I. 1021. — Crescit in Graeciae insulis, Canariis, insula Mauritii, in Promontorio bonae spei et in India orientali.

2. PH. ARBORESCENS Linn. Spec. pl. 261. — Willd. l. c. 1020. — Nees ab Esenb. l. c. 456. † — Fruticosa (caule arborescente): foll. repando-dentatis; florib. aggregatis pendulis; corolla quinquepartita. — Mill. Dict. no. 8. t. 206. fig. 2. — Inter dubias plantas rejicienda est. — Crescit in Mexico.

Sectio II. EURYSTORHIZA G. Don l. c. 448.

Frutescentes (?) vel herbaceae, radice valida cauleque basi perennantibus. Flores solitarii. Alabastrum dum clausum, ratione corollae magnum ventricosum.

3. PH. VISCOSA Linn. Hort. Cliff. 496., Spec. pl. 183. — Willd. l. c. 1021. — Nees ab Esenb. l. c. 457. † — Herbacea: radice perenni repente, pilis brevib. 2-3-furcatis scabra; caule dichotomo; foll. ovatis integris dentatisve; florib. subimmaculatis; calycis laciniis inaequalib. late ovatis.

α. Foliis late ovatis subcordatisve integerrimis repandisve, obtusis aut acutiusculis. — *Ph. Pennsylvanica* Linn. Spec. pl. 1670. — Willd. l. c. 1021. — Prsb. Fl. Am. septentr. I. 157. — *Alkekengi Bonariense repens, bacca turbinata viscosa* Dill. Hort. Elth. 11. t. 10.

β. Foll. ovatis repando-dentatis, saepe acutiusculis minoribusque. — *Ph. viscosa* Jcq. Hort. Vindob. II. t. 136 — Roem. et Schult. Syst. veget. IV. 672. Obs. — *Ph. Jacquini* Lnk. Enum. pl. hort. Berol. I. 180. — *Physalis radice perenni, caule procumbente; foliis ovatis acute dentatis, petiolis (pedunculis?) longissimis* Mill. Dict. no. 3. — Crescit in Brasilia, Virginia, Pennsylvania.

4. PH. CURASSAVICA Linn. Hort. Cliffort. 62., Spec. pl. I. 261. — Willd. l. c. 1020. — Nees ab Esenb. l. c. 460 † — Fruticosa, pubescenti-viscidula (pube simplici articulata): caule erecto; foll. ovatis repandis; florib. solitariis immaculatis; calycis hirsuti laciniis subulatis. — *Ph. origanifolia* Lam. Illustr. gen. no. 2398. — *Solanum vesicarium Curassavicum, Solano antiquorum simile, foliis Origani subincanis* Moris. Oxon. Hist. pl III. 527. — Plucken. Almag. 352., Phytogr. t. 111. fig. 5. — In Curaçao. — Differt a specie praecedente, cui quoad folia similis, pubescentia simplici, calyce dense hirsuto minori, laciniis brevibus subulatis praedito, corollae fundo pallido.

5. PH. ALKEKENGI Linn. Hort. Cliff. 62., Spec. pl. 262. — Willd. l. c. 1023. — Nees ab Esenb. l. c. 461. — Koch, Synops. fl. Germ. et Helv. (1. ed.) 508. — Schkuhr, Handbch. t. 45. — Afbeldingen der Artsenygewassen III. t. 298! — Sibthrp. et Sm. Fl. Graec. t. 234. — Blackw. Herb. t. 161. — Plenk, Off. Pflnzn. t. 194. — Hayne,

Arzneigew. VI. t. 4. — Herbacea: radice repente perenni, pilis simplicib. pubescens: caule subsimplici; foll. deltoideo-ovatis acuminatis repandis; floribus immaculatis; calycib. fructus ovatis coloratis, laciniis sub anthesi subulatis. — *Ph. Halicacabum* Scop. Flor. Carniol. (2. ed.) no. 286. — *Alkekengi officinarum* Tournef. Instit. rei herb. 151. — *Στρύχνος ἀλικάκαβος* Dioscor. Mat. Medic. IV. cap. 72. — Sabb. Hort. Rom. II. t. 63. — Calyces fructiferi saturatissime sanguinei. — Crescit in Germaniae, Italiae et Japoniae serobibus.

6. PH. CHENOPODIFOLIA Lam. Illustr. gen. no. 2401. — Roem. et Schult. Syst. veget. IV. 674. — Nees ab Esenb. l. c. 461. † — Herbacea perennis, basi tuberosa, pilis simplicib. cano-tomentosa: caule erecto dichotomo; foll. deltoideo-ovatis angulato-dentatis; corolla maculata; antheris violaceis; calycib. fructus ovatis angulatis pallidis. — *Ph. tuberosa* Willd. Enum. pl. hort. Berol. I. 232. — Rchb. Hort. Botan. t. 221. — Crescit in Peruvia?

7. PH. HETEROPHYLLA Nees ab Esenb. l. c. 463. † — Herbacea, radice perenni, villosa: ramis diffusis angulatis flexuosis; foll. singuli paris valde inaequalib. ovatis cordatisve acutis dentatis; corollis maculatis; antheris luteis; calycib. fructus ovatis angulatis pallidis. — *Ph. Pennsylvanica* Willd. Hb. — *Ph. tomentosa* Walt. Fl. Carol. 99? — *Ph. nutans* Walt. l. c.? — In America boreali.

8. PH. PERUVIANA Nees ab Esenb. l. c. 464. † — Herbacea perennis, pilis simplicib. dense pubescenti-villosa: caule erecto subramoso; foll. cordatis acuminatis integris v. dentato-sinuatis subtomentosis; corolla maculata; antheris violaceis; calycib. fructus ovatis subaequalib. pallidis.

α. Foliis magis minusve dentatis. — *Ph. esculenta* Willd. Abhndlngn d. Gesellschaft naturf. Fr. IV. 197. — *Ph. esculenta* Rxb. mss. in Willd. Hb. — *Ph. tomentosa* Act. Acad. Pal. IV. 184. t. 4. — *Ph. Peruviana* Rxb. Fl. Ind. or. ed. Wall. II. 241.

β. Foliis subintegerrimis. — *Ph. Peruviana* Linn. Spec. pl. I. 1670. — Willd. Spec. plant. I. 1032. — *Ph. pubescens* Linn. Herb. — R. Br. Prodr. fl. Nov. Holl. I. 447. — *Ph. tuberosa* Zuccagn. Obs. cent. no. 43. in Roem. Collect. 138. — *Ph. latifolia* Lam. Illustr. gen. no. 2407. — Roem. et Schult. Syst. veg. IV. 676. — *Ph. Barbadensis* Lam. Encycl. méth. II. 102. — *Ph. edulis* Sims, Bot. Magaz. t. 1068. — *Herschelia* Bodwich mss. (Rchb. Flor. excurs. p. 389.). — *Solanum vesicarium radice crassa Mexicanum flore luteo Coztomatl sive Solanum pallens Recchi* Moris. Oxon. Hist. pl. III. 526. 17. Sect. XIII. t. 3. fig. 17. — Crescit in Peruvia, in India orientali colitur, et in Nova Hollandia quasi sponte provenit.

Sectio III. EPETEIORHIZA G. Don l. c. 449.

Herbaceae annuae, radice infirma. Flores solitarii. Alabastrum dum clausum, ratione corollae parvum ovatum.

† Calyx fructiferus vesiculosus clausus.

9. PH. PUBESCENS Linn. Hort. Cliffort. 62., Spec. pl. 262. — Prsh. Fl. Am. sept. I. 157. — Nees ab Esenb. l. c. 467. † — Herbacea annua ramosissima, pubescenti-subtomentella: foll. basi inaequalib. cordatis acuminatis dentatis; corollis maculatis; antheris violaceis; calycib. fructiferis ovato-acuminatis acute angulatis, basi retusis. — α. Foliis basi integerrimis. — *Ph. ramosa* Mill. Dict. no. 9. — *Ph. Peruviana* Rxb. Fl. Indic. ed. Wall. II. 241. — *Ph. Rothiana* Hb. Reg. Berol. — *Solanum vesicarium Virginianum procumbens annuum folio lanuginoso* Moris. Histor. pl. III. 527. 13. t. 3. fig. 24. — *Alkekengi procumbens* Mnch. — Variat: 1. Foliis repando-subdentatis. — *Ph staminea* Mühlenbrg. in Willd. Hb. — β. Foliis basi etiam dentatis. — *Ph. pubescens* β. Lam. Encycl. méth. II. 101. — *Ph. pruinosa* Linn. Spec. pl. I. 263. — Willd. l. c. 1024. — *Ph. Barbadensis* Jcq. Misc. II. 350. — Jcq. Icon. pl. rar. I. t. 30. — Willd. l. c. 1023. — *Ph. obscura* β. *pubescens* Prsh. Fl. Am. sept. I. 157. — *Alkekengi Barbadense nanum Alliariae folio* Dill. Hort. Elth. 12. t. 9. fig. 9. — Crescit in America boreali, in India orientali et in Nepalia.

10. PH. FOETENS Poir. Encycl. méth. Suppl. III. 348. — Spr. Syst. veget. I. 677. — Nees ab Esenb. l. c. 469. † — Herbacea annua viscoso-pubescens: ramis dichotomo-diffusis; foll. ovato-ellipticis, basi inaequalib. acutis grosse dentatis; corollis maculatis; antheris violaceis; calyce fructus ventricoso-ovato aequali. — *Ph. foetidissima* Lag. Gen. et sp. nov. diagnos. 10. — Roem. et Schult. l. c. 680. — *Ph. nodosa* Lam. Illustr. gen. pl. II. p. 29? — Crescit in America tropica.

11. PH. AEQUATA Jcq. fil. Eclog. 2. — Nees ab Esenb. l. c. 470. † — Herbacea annua: caule dichotomo ramisq. erectis strictis, latere hirto-pubescentib.; foll. ovatis oblongisve sinuato-serratis glabris; corollis maculatis; antheris violaceis; calycib. fructus ovato-subglobosis laevib.; pedicellis brevib. hirtis. — *Ph. isocarpa* Brot. in DC. Hort. Monspel. Catal. 1813. ex Hornem. Hort. Hafn. Suppl. 26. — Crescit.....?

12. PH. LINKIANA Nees ab Esenb. l. c. 471. † — Annua glabra: caule ramoso subdiffuso; foll. ovatis acuminatis sinuato-serratis glabris, serraturis mucronatis; corollis immaculatis; antheris violaceis; calycib. fructus ovato-acuminatis aequalib.; pedunculis elongatis glabris. — *Ph. dubia* Lnk. Enum. pl. hort. Berol. I. 181. (nec Gmel.) — *Ph. ixocarpa* Hort. Bonnens. — *Ph. angulata* Hort. — *Ph. arenaria* Hort. Vratisl. — *Solanum vesicarium Indicum erectum folio leni annuum* Moris. Oxon. Histor. plant. III. 526. no. 22. Sect. 13. t. 3. fig. 22. — Crescit in Brasilia.

13. PH. LANCIFOLIA Nees ab Esenb. l. c. 473. † — Herbacea annua glabriuscula: caule dichotomo; foll. lanceolatis, utrinq. attenuatis subdentatis; corollis immaculatis; antheris coerulescentib.; calycib. fructus pendulis ovatis aequalib. (?); pedunculis longissimis puberulis. — *Ph. angulata* Rz. et Pav. Flor. Peruv. II 42. — *Ph. lanceolata* Michx. Fl. Am. bor. I. 149. — Roem. et Schult. l. c. 673? — Crescit in Peruvia, Mexico et in America boreali.

14. PH. ANGULATA Linn. Hort. Cliffort. 52., Spec. plant. II. 262. — Willd. l. c. 1022. — Nees ab Esenb. l. c. 474. † — Herbacea annua ramosissima glabra: foll. ovatis oblongisve acutis grosse inaequaliter dentato-serratis (in var. *β.* subintegerrimis); corollis immaculatis; antheris pallide coerulescentib.; calycib. fructus quinquangulatis, basi truncatis, laciniis sub anthesi triangulari-subulatis, tubum suum aequantibus. — *Ph. obscura a. glabra* Prsh. Fl. Am. sept. I. 157. — *Alkekengi Indicum glabrum Chenopodii folio* Dill. Hort. Elth. 13. t. 12. fig. 12. — *Solanum vesicarium Americanum, caule quadrangulo folio Stramoniae minore Milt-mall Recchi* Moris. Oxon. Hist. pl. III. 527. Sect. 13. t. 3. fig. 27? — *Halicacabus ndicus major albus* Rmph. Hb. Amboin. VI. 60. — *Inotà Inodien* Rheede, Hort. Malab. X. 139. t. 70. — *Physalis Peruviana* Wall. Cat. 2634. A. E. G. II. — *Ph. minima* Wall. Cat. 2633. — *Ph. flexuosa* Hb. Ross. — *Ph. flexuosa* et *Sugunda* Hb. Hamilt. (ex p.)

β. Foll. oblongo-lanceolatis, basi apiceq. acuminatis; caule diffuso. — *Ph. patula* Mill. Dict. no 9.

γ. Foll. oblongis subintegerrimis. — *Ph. angulata β.* Linn. — Willd. l. c. 1023. — *Alkekengi Indicum glabrum Capsici folio* Dill. Hort. Elth. 12. t. 11. fig. 11. — Crescit in India utraque.

15. PH. INDICA Lam. Encycl. méth. II. 102. — Nees ab Esenb. l. c. 476. † — Herbacea annua: caule erecto divaricato-dichotomo ramisq. flexuosis petiolisq. tenuissime viscido-pubescentib. scabriusculis; foll. ovatis oblongisve subdentatis; corollis immaculatis; antheris luteis; calycib. fructus ovatis subangulatis, laciniis sub anthesi triangularib., tubo duplo brevioribus.

α. Foll. angustiorib.; calycib. fructus ovatis. — *Ph. parviflora* R. Br. Prodr. fl. Nov. Holl. I. 447. (ed. N. ab E. 303.) — Roem. et Schult. l. c. 680. — *Ph. minima* Rxb. Fl. Ind. ed. Wall. II. 242. (et Mill. Dict. no. 11.) — *Nicandra Indica* Roem. et Schult. l. c. 682. — *Solanum vesicarium Indicum* Herm. Hort. Lugd. Batav. 506. t. 571?? — *Halicacabus Indicus minor niger* Rmph. Hb. Amboin. VI. 61. t. 26. fig. 1. (optima!) — *Physalis Alkekengi* Lour. Fl. Cochin.

I. 164. — *Ph. pseudo-angulata* Blume, Bijdragen 706. — *Ph. angulata* Willd. (ex p.) — *Ph. Peruviana* Wall. Cat. 2634. K.

β. *microcarpa:* Florib. fructibq. duplo minorib.; calycib. fructus subglobosis. — *Ph. divaricata* D. Don, Fl. Nepal. prodr. 97. — *Ph. Peruviana* Wall. Cat. 2634. G. — *Ph. angulata* var. Hamilt. Hb. — In Cochinchina, Java, India orientali continentali et in Nova Hollandia.

16. PH. MINIMA Linn. Hort. Cliffort. 62. — Rxb. Fl. Indic. ed. Wall. II. 242. — Nees ab Esenb. l. c. 479. † — Herbacea annua laxe villosa ramoso-diffusa: foll. cordatis ovatisve acuminatis serrato-dentatis subintegerrimisve pilosis; corollis immaculatis; antheris luteis; calycib. fructus ovatis angulatis hirtis, laciniis sub anthesi triangulari-acuminatis, tubo brevioribus. — *Ph. parviflora* Lag. Gen. et spec. nov. diagn. 11. — *Ph. Lagascae* Roem. et Schult. l. c. IV. 579. — *Ph. villosa* Rth. Nov. spec. pl. 122. — *Ph. Rothiana* Roem. et Schult. l. c. 627. — *Ph. Peruviana* Wall. Cat. 2634. B. J. — *Ph. pubescens* Willd. Hb. — *Pee Inoti-Inodich* Rheede, Hort. Malab. X. t. 140. fig. 71? — β. Fructib. minorib. ovato-subglobosis foliisq. subintegerrimis. — *Ph. parviflora* Willd. Hb. — *Ph. Abyssinica* Hb. Berol. — Vera Cruz? et in India orientali.

17. PH. PROSTRATA Herit. Stirp. nov. 43. t. 22. — Jcq. Collect. I. 99. — Jcq. Icon. pl. rar. Americ. I. t. 38. — Andrws. Bot. Repos. t. 75. — Willd. l. c. 1024. — Nees ab Esenb. l. c. 480. † — Herbacea annua: caule ramosissimo prostrato foliisq. cordato- v. ovato-ellipticis repando-dentatis longissime petiolatis villosis; corollis coeruleis amplis; calycib. fructus globosis membranaceis costatis. — *Ph. Limensis* Retz, Observ. V. 22. — *Physaloides prostrata* Mnch. — *Cacabus prostratus* Bernhardi, Linnaea XIV. 360. † — In Peruvia.

†† Calyx fructus maturi apertus, a fructu repletus.

18. PH. PHILADELPHICA Lam. Encycl. méth. II. 101. — Prsh. Fl. Am. sept. I. 157. — Nees ab Esenb. l. c. 481. † — Herbacea annua glabriuscula: caule erecto dichotomo ramisq. strictis; foll. oblique ovatis acuminatis repando-angulatis; corollis maculatis venosisq.; calycib. fructus maturi apertis, baccam cingentibus. — *Ph. chenopodifolia* Willd. l. c. 1023. — *Ph. atriplicifolia* Jcq. Fragm. bot. 58. t. 85. fig. a. — Poir. Encycl. méth. Suppl. II. 348. — *Ph. ovata* Poir. l. c. — *Ph. megistocarpa* Zuccagn. Obs. cent. no. 30. ex Roem. Collect. bot. 130. — Crescit a Nova Anglia ad Virginiam usque.

Sectio III. ANOMALAE G. Don l. c. 451.

Radices perennes? Caules herbacei. Corolla campanulato-infundibuliformis non plicata ut in sectionibus prioribus. Forte distinctum genus.

19. PH. ORINOCENSIS H. B. Kth. Nov. gen. et spec. pl. III. 12. † — Kth. Synops. plant. aequin. 153. — G. Don l. c. 451. no. 22. — Caule herbaceo angulato; foll. ovatis subacuminatis, basi inaequalib., subtus in nervo venisq. hirtellis; floríb. geminis (?); calycis dentib. acutis; corollis infundibuliformi-campanulatis. ♃? — Prope Carichana et cataractam Aturensium ad ripam Orinoci.

20. PH. XALAPENSIS H. B. Kth. l. c. 13. † — Kth. l. c. 154. — G. Don l. c. no. 23. — Caule herbaceo angulato; foll. oblongis acuminatis pilosiusculis ciliatis; florib. umbellatis; calycis dentib. acutis; corollis infundibuliformi-campanulatis. ♃? — Inter Perote et Xalapam Mexicanorum.

† *Species dubiae et inquirendae.*

21. PH. LANCEOLATA Michx. Fl. Bor. Am. I. 149. — G. Don l. c. 448. no. 4. — Humilis lanuginosa: foll. subsessilib. ovali-lanceolatis subintegerrimis, utrinq. viridib. lanuginosis; calyce villoso; caule dichotomo. ♃ — *Ph. Virginiana* Mill. Dict. 4. t. 206. fig. 1. — Folia basi gradatim in petiolum attenuata. Corolla sulphurea, fundo obscure purpureo.

22. PH. WALTERI Nutt. Journ. acad. Philad. VII. 112. — G. Don l. c. no. 5. — Perennis pulverulento-tomentosa ramosissima dichotoma: foll. geminis latis ovatis obtusis longe petiolatis integris; pedunculis solitariis nutantib.; calyce fructifero

glabriusculo. ♃ — *Ph. lanceolata* Ell. nec alior. — In Carolina australi. — Folia supra glabra.

23. PH. ANGUSTIFOLIA Nutt. l. c. 113. — G. Don l. c. no. 6. — Perennis glaberrima prostrata humilis: foll. longissimis linearib. carnosis solitariis; pedunculis nutantib. filiformibus. ♃ — In Florida occidentali. — Folia tripollicaria.

24. PH. OBSCURA Michx. Fl. Am. bor. I. 149. — G. Don l. c. 451. no. 24. — Foll. subcordatis fere orbicularib. acuminatis inaequaliter dentatis; caule herbaceo divaricato ramosissimo; ramis angulatis. ☉ — In Carolinae locis arenosis. — *Ph. obscura β. pubescens* Prsh. Fl. Am. sept. I. 157. — *Ph. angulata* Walt. Fl. Carol. 99. — Planta viscido-lanuginosa. Corolla lutea, maculis 5 brunneis notata, antheris coeruleis.

25. PH. PATULA Mill. Dict. no. 12. — G. Don l. c. no. 26. — Ramosissima patens: ramis angulatis glabris; foll. lanceolatis pinnatifido-dentatis. ☉ — Folia lanata. Flores parvi albi. Bacca parva lutea. — Vera Cruz.

26. PH. VILLOSA Mill. Dict. no. 13. — G. Don l. c. no. 27. — Ramosissima: ramis villosis; foll. ovatis acuminatis serrato-dentatis. ☉ — Flores parvi pallide lutei. Bacca globosa lutescenti-viridis, *Cerasi* magnitudine. — Vera Cruz.

27. PH. CORDATA Mill. Dict. no. 14. — G. Don l. c. no. 28. — Caule erecto ramoso; foll. ovatis serrato-dentatis; petiolis pedunculisq. longissimis. ☉ — Folia demum purpurascentia. Flores parvi albi. Bacca magna cerasiformis lutescenti-viridis purpureo-striata. — Vera Cruz.

28. PH. MAXIMA Mill. Dict. no. 15. — G. Don l. c. no. 29. — Caule erecto ramoso; foll. ovato-lanceolatis viscidis; fructib. magnis cordatis. ☉ — Caulis glaber tripedalis. Folia longa petiolata. Flores parvi lutei. Bacca pallide lutea. — Vera Cruz.

29. PH. LUTEA Medic. Act. Palat. IV. Phys. 186. — G. Don l. c. no. 30. — Calycib. fructiferis pyriformib. clausis bacca subrepletis; corolla non maculata. ♃ — Affinis *Ph. viscosae,* differt calyce fructifero oblongo 10-angulato. — Crescit.....?

30. PH. RAMOSA Forsk. Fl. Aeg. Arab. 204. — G. Don l. c. no. 31. — Foll. solitariis geminisq. late ovatis acutis sinuato-dentatis villosulis. ☉ — Habitus *Ph. Alkekengi,* calyce autem valde inflato pentagono. Corolla lutea. — In Arabia.

31. PH. NUTANS Walt. Fl. Carol. 99. — G. Don l. c. no. 32. — Foll. alternis ovatis cauleq. angulato tomentosis; florib. solitariis nutantibus. ☉ — In Carolina.

32. PH. MICRANTHA Lnk. Enum. pl. hort. Berol. I. 181. — G. Don l. c. no. 34. — Hirta: foll. cordatis acutis dentatis; pedunculo axillari demum reflexo; calycis angulati laciniis acutis, corolla duplo fere minoribus. ☉ — *Ph. parviflora* Willd. Enum. pl. hort. Berol. — Crescit.....?

33. PH. HYGROPHILA Mart. Flora XXIV. Beibl. II. 86. † — Caule diffuso ramosissimo villoso et pilis glanduliferis viscidulo; ramulis patulis flexuosis; foll. praesertim subtus villosulo-puberulis late ovatis obtusiusculis integerrimis v. subangulato-dentatis, apice rarius productis, basi rotundatis, inferiorib. saepe suborbicularib.; calycib. fructiferis ovato-pyramidalib. quinquangulis. ♃? — Ilheos in Brasilia.

†† *Species e genere verosimiliter excludendae.*

34. PH. ARBORESCENS Linn. Spec. pl. 161. — Spr. Syst. veget. I. 696. — Foll. ovatis subangulatis, subtus lanatis; florib. solitariis; caule arborescente. — Crescit in Nova Hispania. ♄ — (cf. spec. no. 2. — Nees ab Esenb Linnaea VI. 483.)

35. PH. SUBTRIFLORA Rz. et Pav. Flor. Peruv. I. t. 178. fig. 6. — G. Don l. c. no. 25. — Caule angulato; foll. ovatis acutis integerrimis villosis; pedunculis 2-3-floris; fructib. parvis. ☉ — Crescit in Peruvia.

36. *PH. MUCRONATA Willd. Enum. pl. hort. Berol. Suppl. 11. absque diagnosi.

††† *Species nomine tantummodo notae.*

PH. ADULTERINA Fisch.

PH. BULBOSA Hedw.

†††† *Species e genere excludendae.*

PH. FRUTESCENS DC. = WITHANIA SUBEROSA.
PH. PERUVIANA Mill. = ATROPA PHYSALODES.
PH. SOLANACEA Mert. = SARRACHA PROCUMBENS.
PH. SCHRADERIANA Bernh. = SARRACHA VISCOSA.

3851/1. MARGARANTHUS *Schlchtd.*

(Endl. Gener. plant. Suppl. I. p. 1404. — Schlchtd. Linnaea XIII. Literaturbl. 99. — Meisn. Gener. plant. vascul. I. 277. II. 184.)

1. *M. SOLANACEUS Schlchtd. l. c. — Hort. Halens. I. 1. † t. 1! — Crescit in terris Mexicanis locis calidioribus. ☉

3852. SARRACHA *Rz. et Pav.*

(Rz. et Pav. Prodr. fl. Peruv. 31. t. 34. — Meisn. Gener. plant. vascul. I. 277. II. 194. — G. Don, General syst. of gard. and bot. IV. 451.)

* *Herbae annuae.*

1. S. (BELLINIA Roem. et Schult. Syst. veget. IV. 687. — ATROPA Cav. Icon. et descr. pl. I. 53. t. 72. — Jcq. Hort. Schoenbrunn. t. 492. — SOLANUM DC. Fl. Fr. III 611.) PROCUMBENS Rz. et Pav. Flor. Peruv. II. 43. t. 180. fig. b. — G. Don l. c. 451. no. 1. — Herbacea procumbens: foll. geminis inaequalib. ovatis integerrimis, adultis glabris, juniorib. margine costaq. media villosis; florib. umbellatis, filamentis glabris. ☉ — *Atropa plicata* Rth. Catal. bot. II. 24. — *Physalis solanacea* Mert. — Caulis dichotomus sulcatus lanuginosus angulatus. Folia raro solitaria. Pedunculi axillares 2–3–4–flori, pedicellis calycibusque villosis. Corolla lactea, centro viridis, margine lanuginosa. Bacca nitida, pisi magnitudine. — Crescit in Peruviae valle Canta.

2. S. (ATROPA Rth. Catal. bot. II. 23. — Jcq. Hort. Schoenbrunn. t. 493. — BELLINIA Roem. et Schult. l. c. 688.) UMBELLATA DC. Catal. hort. Monspel. 1813. p. 142. — G. Don l. c. no. 2. — Sweet, Brit. flow. gard. I. t. 85! † — Herbacea erecta pilosa ramosissima: foll. ovatis rugosis nitidis integris acutis scabris, floralib. geminatis; florib. umbellatis; filamentis basi barbatis. ☉ — Caulis solitarius dichotomus. Folia subtus canescentia, supra viridia, integra, interdum subangulata. Umbellae pedunculatae axillares 7–10–florae solitariae. Corolla plicata lactea v. virescenti–alba, quam illa speciei praecedentis minor. Bacca obscure purpurea. — *Atropa Rothii* Poir. Suppl. Encycl. méth. I. 610. — In Peruvia.

3. S. (BELLINIA Roem. et Schult. l. c. 689. — ATROPA Spr. Syst. veget. I. 600.) CONTORTA Rz. et Pav. Fl. Peruv. II. 180. fig. a. — G. Don l. c. 452. no. 3. — Herbacea erecta: foll. ovatis angulato–dentatis lanuginosis integerrimis, superiorib. floralib. geminatis; florib. umbellatis pedunculatis; filamentis basi villosis. ☉ — Caulis sulcatus glaber ramosus, basi livido–violaceus dichotomus, ramis lanuginosis. Pedunculi et pedicelli contorti. Corolla lactea majuscula. Bacca nigra globosa pisiformis. — Crescit in Peruvia.

4. S. JALTOMATA Schlchtd. mss. in Steud. Nomencl. bot. (ed. 2.) II. 513. — Fructu eduli; foll. geminis petiolatis ovatis acuminatis, basi in petiolum anguste et satis longe decurrentib. subintegerrimis subrepandisve in nervo margineq. puberulis; umbellis axillarib. pedunculatis 3–6–floris, petiolum dimidiumve folium aequantib.; pedunculis pedicellisq. puberulis. ☉? — Corollae virescentes, extus puberulae, lobis s. angulis acutis. Stamina corollae sinus vix attingentia, filamentis basi aliquantulum dilatatis ibiq. puberulis. Stylus staminib. brevior. Bacca depresso–globosa nitida atra, cortex uti in *Solanis* plurimis mos est, succo purpureo tingitur, caro autem viridi. — *Jaltomata edulis* Schlchtd. Linnaea XIII. Literaturbl. 98. — Crescit in Mexico prope los Baños del grande.

** *Herbae fruticosae.*

5. S. (BELLINIA Roem. et Schult. l. c. 688. — ATROPA Spr. l. c. 600.) PUNCTATA Rz. et Pav. l. c. II. 42. t. 178. — G. Don l. c. 452. no. 4. — Suffruticosa erecta:

foll. ovato-oblongis integerrimis supra glabris, infra pulverulentis; pedicellis unifloris inaequalib. aggregatis axillarib. terminalibq.; corollis maculatis. ♁ — Rami angulati, juniores lanuginosi. Pedicelli corolla parum longiores. Calyx glaber. Corolla magna campanulata, extus pulverulenta lutea, maculis parvis purpurascentibus notata. — Crescit in Peruvia.

6. S. ZUCCAGNIANA Roem. et Schult. l. c. — G. Don l. c. no. 5. — Frutescens erecta: caule villoso 4–5-angulato; foll. solitariis v. geminis ovato-cordatis villosulis integris; pedunculis villosis, inter petiolos foliorum geminos ortis, flores umbellatos gerentibus. ♁ — *Atropa erecta* Zuccagn. in Roem. Collect. bot. 129. — Caulis anguli violacei. Folia supra glabra, subtus ad nervos marginibq. villosa. Umbellae 2–3–4-florae. Calycis segmenta ciliata. Corolla virescenti-lutea rotata, maculis obscure viridib. in fundo notata, limbo pentagono ciliato revoluto. Filamenta basi villosa. Bacca globosa glabra 2-locularis. — In America australi??

7. S. (ATROPA Zuccagn. in Roem. Collect. bot. 130. — Roem. et Schult. l. c. 684.) VILLOSA G. Don l. c. no. 6. — Caule frutescente; foll. cordato-ovatis acuminatis integerrimis villosissimis, ramealib. binis inaequalib.; umbellis axillarib. multifloris caducis; corollae limbo quinquefido. ♁ — Caulis pentagonus, basi violaceus sulcatus ramisq. tetragonis villosis. Pedunculi solitarii horizontales inter folia orientes, pedicelli 8–9 papillosi. Corolla virescenti-lutea rotata, limbo pentagono, segmentis ciliatis. — Ad genus *Sarracha* evidenter pertinet. — In Pernvia.

8. S. (BELLINIA Roem. et Schult. l. c. 689. — ATROPA Spr. l. c. 699.) DENTATA Rz. et Pav. l. c. 43. t. 146. fig. b. — G. Don l. c. no. 7. — Herbacea procumbens lanuginosa: foll. integris dentatisq. ovatis in petiolum decurrentib.; pedunculis quadrifloris pubescentib., lateralib. terminalibq. inclinatis; corollis villosis. ♁! — Pedicelli inaequales breves. Corolla albo-violacea campanulata, maculis 5 viridibus notata. Bacca cuprea, pisiformis. — Crescit in Peruvia.

9. S. (BELLINIA Roem. et Schult. l. c. 689. — ATROPA Spr. l. c. 699.) BIFLORA Rz. et Pav. l. c. 42. t 179. — G. Don l. c. no. 8. — Herbacea erecta lanuginosa: foll. ovatis plerumq. geminis; pedunculis axillarib. 2- rarius 3-floris; florib. pendulis. ♃ — Rami angulati. Corolla lutescenti-viridis. Stamina corolla duplo longiora. Bacca alba pisiformis parum compressa. — In Peruviae agris.

10. S. VISCOSA Schrad. Cat. semin. hort. Goett. 1832. p. 4. — D. Don in Sweet's Brit. flow. gard. (2. Ser.) IV. t. 323! † — G. Don l. c. no. 9. — Undiq. glanduloso-pubescens: foll. cordatis acuminatis sinuato-dentatis geminis; corollae fauce lanata; calyce fructifero colorato; caule suffruticoso. ♁ — *Physalis Schraderiana* Bernhardi, Cat. Hort. Erfort. 1839. ex Linnaea XIII. 361. — The Botanist IV. t. 168! † — Umbellae solitariae subsessiles. Calyx quinquefidus magnus. Corolla magna, lobis acutis, aestivatione valvatis lacteis, basin versus maculis plurimis olivaceis notata. Antherae cordatae violaceae. Bacca cerasiformis. — Crescit in Mexico.

11. S. (BELLINIA Roem. et Schult. l. c. 689.) PUBESCENS Willd. Reliq. ex Roem. et Schult. l. c. — G. Don l. c. no. 10. — Fruticosa lanuginosa: foll. ovatis acutis; umbellis pedunculatis terminalibus. ♁ — Crescit in Peruvia.

† *Species indescriptae.*

S. BRASILIENSIS Klitzsch. Linnaea XIV. 290.

S. MICRANTHA DC. Catal. hort. Monspel. 1813.

S. PERUVIANA D. Dietr. Gaertnerlexicon VIII. 525.

3853. WITHERINGIA *Herit.*

(Herit. Sert. Anglor. I. 33. t. 1. — Meisn. Gener. plant. vascul. I. 277. II. 184. — Spr. Syst. veget. I. 675. — Dietr. Synops. plant. I. 711. — G. Don, General syst. of gard. and bot. IV. 452.)

* *Fruticosae.*

1. W. DIVERSIFOLIA Klitzsch. mss. in Hb. reg. Berol. — Suffruticosa: ramis teretib. subglabris, ramulis pubescentib.; foll. ovatis acutis, basi abrupte attenuatis, utrinq. sparsim pubescentib., plerumq. geminis, altero obtusissimo duplo minori;

pedunculis axillarib. solitariis; calycib. 5-dentatis; corollis luteis 5-fidis. ♄ — In Mexico. — (Floruit in horto Berolinensi botanico mense Aprili anni 1841.)

2. **W. STRAMONIFOLIA** H. B. Kth. Nov. gen. et spec. pl. III. 13. — Kth. Synops. plant. aequin. II. 154. — G. Don l. c. no. 1. — Arborea: ramis subulato-angulatis; ramulis pubescentib.; foll. ovatis acuminatis inaequaliter subcordatis dentato-angulatis hirtellis geminis, altero dimidio breviore; filamentis apice barbatis. ♄ — Folia 4-5 poll. longa, 2-3 poll. lata. Flores nutantes pentameri pentandri. Corolla lutescens, extus pilosa, magnitudine illius *Capsici frutescentis*. Bacca globosa rubra pisiformis. — Frequentissime in Mexico ad Xalapam crescit.

3. **W. CRASSIFOLIA** Dunal, Solan. 108. — Spr. l. c. 676. — G. Don l. c. 453. no. 2. — Caule fruticoso piloso sarmentoso; foll. ovatis integris v. sinuato-angulatis obtusiusculis; paniculis subdichotomis reclinatis. ♄ — Rami hispiduli, apicem versus angulati. Folia pilosa. Panicula subcymosa subterminalis. Flores pentameri pentandri. Corolla violaceo-purpurea, limbi segmentis conniventibus ovatis. Antherae cupreae. — Crescit in Promontorio bonae spei.

4. **W. PICTA** Mart. Nov. Gen. et spec. III. 74. † t. 227! — G. Don l. c. no. 3. — Arborescens: ramis ramulisq. patulis foliisq. late ovatis breviter acuminatis, basi acutiusculis pilosis viscidulis; pedunculis solitariis aut nonnullis aggregatis axillarib., quam folia breviorib.; laciniis calycinis lanceolatis, corollinis antheras lineares quadruplo superantibus. ♄ — Habitat in Brasilia.

5. **W. DIVARICATA** Mart. l. c. 75. † t. 228! — G. Don l. c. no. 4. — Suffruticosa, tota subtiliter pubescens: foll. ovato-lanceolatis ovatisve acuminatis, basi subrotundatis; racemis simplicib. paucifloris alarib. folia superantib.; laciniis calycinis ovatis acutis, corollinis antheras inflatas lanceolatas duplo superantibus. ♄ — Crescit in Brasilia.

6. **W. DIPLOCONOS** Mart. l. c. 76. † t. 229! — G. Don l. c. no. 5. — Suffruticosa glabra: foll. ovatis acuminatis, basi cordatis; racemis alarib. foliis longiorib.; laciniis calycinis ovatis acutis; corollae semiquinquefidae laciniis triangularib. antheras ovatas ventricosas apice glandulosas duplo superantib., pistillo conum inversum in cono referente. — Habitat in Brasilia.

7. **W. MACROPHYLLA** Dunal, Synops. Solan. I. (ed. inedit. t. 77.) H. B. Kth. l. c. 14. — Kth. l. c. 155. — Spr. l. c. — G. Don l. c. no. 6. — Fruticosa: ramis subangulatis tenuissime puberulis; foll. ovato-ellipticis subacuminatis subrepandis glabriusculis, superiorib. geminis, altero minore, umbellis sessilib. petiolo dimidio breviorib.; filamentis barbatis. ♄ — Folia octopollicaria, circiter 4 poll. lata, subtus in venis primariis lanuginosa. Flores magnitudine illorum *Solani nigri* tetrameri tetrandri. Corolla viridis, segmentis ovatis acutis. Antherae ovato-lanceolatae. Bacca globosa rubra pisiformis. — *W. solanaceae* simillima, differt tamen caule fruticoso, foliis majorib. ramisq. glabriusculis, umbellis petiolo breviorib., florib. minoribus. — Crescit prope Turbaco Novo Granatensium.

8. **W. CILIATA** H. B. Kth. l. c. 15. — Kth. l. c. 155. — Spr. l. c. — G. Don l. c. no. 7. — Fruticosa: ramis teretib. glabris; foll. oblongis acutis, basi angustatis integerrimis ciliatis glabris geminis, altero dimidio minore; pedunculis extra-axillarib. solitariis aut geminis elongatis. ♄ — Cum *Solano phillyreoidi* primo adspectu faciliter confundenda. Ramuli juniores lanuginosi. Flores pentameri pentandri. Calyx lanuginosus 5-dentatus. Corollae albae lobis acutis. Filamenta glabra, antherae oblongae obtusae. — Crescit in Andibus frigidis Pastoënsibus Novae Granatae.

9. **W. MOLLIS** H. B. Kth. l. c. 15. † — Kth. l. c. — Spr. l. c. — G. Don l. c. no. 8. — Fruticosa: ramis teretib. cano-tomentosis; foll. ovatis, utrinq. attenuatis integerrimis, supra pubescentib., subtus molliter pubescenti-tomentosis canescentibq. geminis, altero minore; pedunculis geminis ternis aut quaternis elongatis. ♄ — Folia 1½-2-pollicaria. Flores nutantes magnitudine illorum *Solani nigri* pentameri pentandri Calyx quinquedentatus pilosus. Corolla extus pilosa, lobis acutis. Antherae oblongae obtusae, filamento glabro. Bacca globosa pisiformis. — In Peruvia prope Caxamarca.

10. **W. RHOMBOIDEA** Dunal, Synops. Sol. 1. — H. B. Kth. l. c. † — Kth. l. c. 156. — Spr. l. c. — G. Don l. c. no. 9. — Fruticosa: ramis teretib. tomentosis; foll. ovatis acutiusculis, basi rotundatis et inaequalib. integerrimis, supra molliter pubescentib., subtus cano-tomentosis geminis, altero minore; umbellis sessilib. 4–6-floris, petiolo longioribus. ♄ — Folia pollicaria, supra viridia. Flores magnitudine illorum *Solani nigri* pentameri pentandri. Calyx tomento piloso vestitus 5-dentatus, dentib. linearib. remotis. Corolla glabra 5-fida, segmentis oblongis acutis, apice pilosis. Antherae lineari-oblongae. — Crescit in temperatis Andium Quinduensium.

11. **W. DUMETORUM** Dunal l. c. (ed. ined. t. 79.) — H. B. Kth. l. c. 16. † — Kth. l. c. — Spr. l. c. — G. Don l. c. no. 10. — Fruticosa: ramis subangulatis, junioribus tomentosis; foll. ovatis subacuminatis, basi cuneatis, supra hirto-pilosis, subtus hirto-tomentosis et canescentib., superiorib. geminis, altero tunc minore; pedunculis geminis aut ternis unifloris, petiolo multo longioribus. ♄ — Folia 12–16 poll. longa. Flores pentameri pentandri. — Crescit in dumetis regni Novae Granatensis.

12. **W. RIPARIA** H. B. Kth. l. c. † — Kth. l. c. — Spr. l. c. — G. Don l. c. no. 11. — Fruticosa: ramulis angulatis (?) hispido-pilosis; foll. suboblique obovato-oblongis acuminatis, basi acutis glabris, subtus in nervo pilosis geminis, altero multo minore; florib. extraaxillarib. congestis petiolum subaequantibus. ♄ — Folia 2½–3½ poll. longa. Flores extraaxillares illos *Lycii barbari* aequantes. Calyx obsolete 5-dentatus glaber. Corolla virescenti-alba glabra, tubo infundibuliformi, limbo 5-partito. — In Andibus Quinduensibus regni Novo-Granatensis.

13. **W. ANGUSTIFOLIA** Dun. l. c. 2. (ed. inedit. t. 80.) — H. B. Kth. l. c. 17. † — Kth. l. c. — Spr. l. c. — G. Don l. c. no. 12. — Fruticosa: ramis flexuosis teretib.; ramulis tomentosis; foll: lanceolatis acuminatis, basi acutis glabris; racemis paucifloris subgeminis. ♄ — *Solanum heteranthera* Willd. mss. in Roem. et Schult. Syst. veget. IV. 663. — Folia solitaria 2–2½-pollicaria, juniora tomento canescenti vestita. Racemi extraaxillares solitarii v. gemini. Calyx quinquefidus tomento piloso vestitus, segmentis ovatis acutis. Corolla coerulea, extus piloso-tomentosa, limbi 5-partiti segmentis oblongis. Antherae lineari-oblongae. Bacca globosa, magnitudine illarum *Solani nigri*. — *Donius* hanc speciem pro genere satis bene distincto habet. — Crescit in locis arenosis ad radices montis ignivomi Cotopaxi Quitensium.

14. **W. PENDULA** Roem. et Schult. Syst. veget. III. 522. — G. Don l. c. no. 13. — Fruticosa: foll. ovatis integris acuminatis, supra glabris, subtus tomento lanuginoso tectis; racemis terminalib. pedunculis longis reflexis. ♄ — *Solanum pendulum* Lnk. Herb. — Caulis angulatus, apicem versus pubescenti-villosus. Folia tripollicaria, 1¼ poll. lata crassiuscula subrepanda ciliata. Pedunculi tripollicares lanuginosi. Calyx glabriusculus hemisphaericus obsolete 4–5-fidus. Corolla 4–5-partita, segmentis lineari-lanceolatis obtusis. Antherae 4–5 plerumque inaequales. — Crescit in Brasilia.

15. **W.? SALICIFOLIA** Hook. Bot. Misc. II. 231. — Fruticosa: ramis elongatis; foll. anguste lanceolatis acuminatis integerrimis v. superne serratis; pedunculis solitariis v. binis axillarib. unifloris. ♄ — Crescit in Peruvia prope Limam.

** *Herbaceae.*

16. **W. SOLANACEA** l'Herit. Stirp. I. 33. t. 1. — Lam. Illustr. t. 82. — Spr. l. c. 675. — G. Don l. c. no. 14. — Radice e tuberib. fusiformib. composita; caule subherbaceo piloso angulato; foll. ovato-oblongis v. ovato-lanceolatis pilosulis, superiorib. geminis; umbellis axillarib. sessilib. petiolo longioribus. ♃ — Folia acuta integra pilosula. Flores tetrameri. Corolla pallide lutea, tubo suburceolato obtuse tetragono, gibbositatibus quatuor accedentibus. Stamina alba extus glabra, intus pilosa. — Crescit in America australi.

17. **W. ASPERA** Spr. l. c. 676. no. 11. — Caule scandente teretiusculo aspero; foll. oppositis aequalib. petiolatis ovatis integerrimis asperis; pedunculis racemosis folia aequantib.; florib. secundis. ♃ᴗ — Crescit in Brasilia.

18. W. UMBELLATA Dunal l. c. 2. (ed. ined. t. 27.) — Spr. l. c. 676. — G. Don l. c. no. 15. — Caule herbaceo alato piloso; foll. utrinq. attenuatis sinuato-dentatis pilosis; racemis axillarib. subsolitariis; pedicellis umbellatis. ♃ — Segmenta calycina 5 acuta. Valde affinis sequenti. — Crescit in insula Hispaniola.

19. W. MONTANA Dunal l. c. — Poir. Suppl. Encycl. méth. V. 505. — Spr. l. c. — Loddig. Bot. Cabin. t. 1992. — Bot. Magaz. t. 2768. — G. Don l. c. no. 16. — Radice tuberosa; caule herbaceo foliisq. cordato-ovatis repando-dentatis pilosis; pedunculis axillarib. uni- pauciflоris. ♃ — *Papa* Peruvianorum. — *Solanum montanum* Linn. Spec. plant. 266. — Dunal, Solan. 145. — *Solanum tuberosum minus atriplicis folio, vulgo Papa montana* Feuill. Peruv. III. 62. t. 46. — Caulis bifurcatus. Folia longe petiolata subcordata. Flores in caulis bifurcationibus. Corolla campanulata 5-fida rosea. Stamina purpurea.

β. *arenaria* Dunal l. c. 146. — Pedunculis multiflоris bracteatis; foll. lobatis. — *Solanum montanum* Rz. et Pav. Flor. Peruv. II. t. 160. fig. b. — Forte propria species? — Crescit in Peruvia prope Limam et Chancay.

20. W. PHYLLANTHA Dunal l. c. — Poir. l. c. — Spr. l. c. — G. Don l. c. no. 17. — Herbaceum, hispido-pubescens: caule erecto; foll. solitariis decurrentib. ovatis obtusis angulato-lobatis, e basi obtusa in petiolum alatum attenuatis; racemis secundis in ramo oppositifolio monophyllo terminalib.; calycis brevis lacinilis ovatis obtusis; corollae laciniis acutiusculis; bacca.....? ☉ — α. *minor:* Foll. paucilobis; racemo simplici. — β. *major:* Foll. plurilobis dentatis; racemo bifido. — *Solanum phyllanthum* Cavan. Icon. et descript. pl. IV. 35. t. 350. fig. 1. — Nees ab Esenb. Nov. Act. acad. caes. Leopold. Carol. XIX. Suppl. I. 387. † — Radix fusiformis. Folia apice quinqueloba, lobis ovatis acutis. Pedunculi e lamina foliorum decurrente nascentes. Calyx quinquefidus. Corolla pallide coerulea patens quinquangulata. Bacca pisiformis. — Crescit in Peruvia.

21. W. PINNATIFIDA Dunal l. c. — Poir. l. c. 506. — Spr. l. c. — G. Don l. c no. 18. — Caule herbaceo alato; foll. pinnatifidis pilosiusculis decurrentib., laciniis obtusis sinuatis; pedunculis paniculatis ebracteatis. ♃ — *Solanum pinnatifidum* Rz. et Pav. Flor. Peruv. II. 37. t. 170. fig. b. — Flores nutantes. Calyx quinquepartitus, segmentis linearibus obtusis. Corolla pallide coerulea v. alba. Bacca lutea pisiformis. — Crescit in Peruviae locis arenosis prope Limam, Chancay et Torre blanca.

22. W. MULTIFIDA Dunal l. c. 3. — Poir. l. c. — Spr. l. c. — G. Don l. c. no. 19. — Caule herbaceo; foll. bipinnatifidis pilosiusculis in petiolum decurrentib., laciniis obtusis dentatis, petiolis amplexicaulib.; pedunculis paniculatis elongatis, infra medium foliosis. ♃ — *Solanum multifidum* Rz. et Pav. Flor. Peruv. II. 37. t. 170. fig. a. nec Lam. — Dun. l. c. 138. — Pedunculi multifidi terminales et laterales longissimi, infra medium folio integro v. trifido obsiti. Corolla lutea. Bacca calyce major. — Crescit in Peruvia, in provincia Cumana.

† *Species indescriptae.*

23. W. CONICA Steud. Nomencl. bot. (2. ed.) II. 788.

24. W. PURPUREA Loddiges, Bot. Cabinet t. 1892.

3854. CAPSICUM *Tournef.*

(Tournef. Institut. rei herb. 66. — Linn. Spec. plant. 270. — Meisn. Gener. plant. vascul. I. 277. II. 184. — Fingerhut, Monographia generis Capsici. Düsseldorpii 1838. 4to. cum tabb. 10.*) — G. Don, General Syst. of gard. and bot. IV. 444.)

I. Fructibus erectis v. erectiusculis.

a. Fructibus oblongis.

1. C. ANNUUM Linn. Hort. Cliff. 59. — Fngrht. Monogr. gener. Caps. 12. † t. 2! — Herbaceum: foll. ellipticis v. ovatis acuminatis integris glabris; calyce erecto v. erectiusculo pentagono glabro, dentib. erectis acuminatis obtusiusculis; fructib.

*) *Synonyma Ante-Linnaeana omnia reddere non placuit, illa praecipue adducere haud inepte credidi, quae ad speciem illustrandam idonea sint.*

laeviusculi conico-oblongis, basi dilatata calyci amplificato insidentib., apicem versus attenuatis bilocularib., dissepimentis placentam versus incrassatis. — Blackw. Herb. t. 129. (mala). — Kniph. Bot. in orig. Cent. II. t. 230. — Nees ab Esenb. Offic. Pflnzn. Hft. I. — *Capsicum fructu surrecto oblongo* Tournef. l. c. 152. — *Capsicum fructu conico oblongo majori* P. Brwn. Jamaic. 176. — *Piper Indicum capsulis surrectis et oblongis* C. Bauh. Pinax 102. — *Piper oblongum erectum pyramidale* Raj. Hist. plant. I. 677. — *Solanum mordens fructu longo erecto* Weinm. Phytanthoz. IV. 349. t. 928. e. — *Quiya-uca* Marcgrav. — *Quiya sive Piper Brasiliense* Piso, Hist. nat. et medic. lib. IV. Cap. LI. p. 225. c. ic. — Mirifice variat quoad habitum: 1. Caule simplicissimo humiliori. — 2. Caule ramosissimo majori v. et superne tantummodo ramoso. — 3. Foll. majorib. magis acuminatis v. minorib. atro-viridib., pallescentib. nec non, sed rarius, variegatis. — 4. Fructib. majorib. longioribq. v. minorib. ad ovatam quidem subcordatamve formam tendentibus. — Varietates certae sequentes enumerantur:

β. rugulosum: Fructib. conicis latis majusculis, basi dilatata calyci insidentib. subrugosis rubris. t. 2. fig. b.

γ. acuminatum: Fructib. conico-acuminatis erectis, plerumq. minorib , basi amplificata calyci insidentib. rubris v. flavo- et rubro-variegatis. t. 2. fig. c. — *Piper Indicum medium longum erectum* Bessl. Hort. Eyst. O. I. fol. 11. fig. sinist.

δ. subangulosum: Fructib. conico-truncatis anguloso-turulosis, apice plerumq. bifidis erectiusculis, praecedente paullo minoribus. t. 2. fig. d. — *Piper Indicum bifurcata siliqua* Bessl. Hort. Eyst. Ant. O. I. fol. 8. fig. sinistr. — *Solanum mordens bifurcata siliqua* Weinm. Phytanthoz. IV. 349 t. 928. a.

ε. ovoideum: Fructib. oblongis ovoideis majusculis erectis laevib. flavis aut rubris. t. 2. fig. e. — *Quiya sive Piper Brasiliense* Piso l. c. cum ic.

ζ. abbreviatum: Ramosissimum: fructib. ovatis v. cordiformib. erectis subrugosis rubris. t. 2. fig. f.

η. olivaeforme: Gracile: fructib. ovato-oblongis olivaeformib. erectis rubris. — t. 2. fig. g. — *C. annuum et olivaeforme* Roem. et Schult.? — *Solanum Capsicum fructu erecto rubro rotundo* Weinm. l. c. t. 929. a. ☉ — Crescit in America meridionali et in India orientali.

2. C. CONOIDES Miller, Engl. Gartenb. I. 109. — Roem. et Schult. Syst. veget. IV. 562. — Fngrht. l. c. 14. † t. 3. fig. b. c. d! — Frutescens: foll. oblongo-lanceolatis acuminatis integris subciliatis; calyce erectiusculo truncato subpentagono, dentib. 5 brevib. acutis, demum subevanescentib.; fructib. oblongis laeviusculis parvulis, basi calyce amplificato cinctis, superne subattenuatis obtusis 2-3-locularib., dissepimentis tenuib., utrinq. aequalibus. ♀ — *C. conicum* Lam. Illustr. no. 2390. — Poir. Encycl. méth. V. 327. — *C. minus fructu parvo pyramidali erecto* Sloane, Jamaic. 112., Hist. I. 240. t. 140. fig. 2. — *C. erectum* var. *annui* Mart. Enumer. hort. Erlang. 65? — *C. cerasiforme β. macrocarpum* Besser, Cat. hort. Krzem. 27. — *Piper Indicum minimum erectum* Bessl. Hort. Eyst. O. I. fol. 8. fig. 1. dextr. — *Solanum mordens minus erectum* Weinm. Phytanth. 349. b.

β. sulcatum: Fructib. minorib. erectis utroq. latere sulcis longitudinalib. notatis, unde apex fructus 2- v. 4-fidus evadit. — t. 3. fig. c.

γ. chordale: Fructib. tenuib. erectiusculis elongatis (12-15 lin. longis), apice truncato rotundatis rubris. — t. 3. fig. d. — In America et Indiis.

3. C. PYRAMIDALE Miller, Engl. Gartenb. I. 109. (ex p.) — Roem. et Schult. Syst. vegast. IV. 506? — Fngrht. l. c. 15. † t. 3. fig. e! — Frutescens: foll. ovatis acuminatis glabris; calyce subpentagono erecto glabro, superne subdilatato truncato, dentib. acuminato-acutiusculis; fructib. oblongo-pyramidalib. obtuse angulatis, basi calyce cinctis subtrilocularib., dissepimentis irregularib. tenuib., endocarpium versus subincrassatis. ♀ — *C minus flavum* Rmph. Hb. Amboin. t. 88. fig. 3.

β. torulosum: Fructu angulato-rugoso pyramidali. — *C. torulosum* Hort. — In India orientali.

4. C. BICOLOR Jcq. Fragment. t. 99. fig. 1. — Roem. et Schult. l. c. 564. — Fngrht. l. c. 15. † t. 3. fig. a! — Frutescens: foll. oblongo-ovatis acuminatis glabris

18. W. UMBELLATA Dunal l. c. 2. (ed. ined. t. 27.) — Spr. l. c. 676. — G. Don l. c. no. 15. — Caule herbaceo alato piloso; foll. utrinq. attenuatis sinuato-dentatis pilosis; racemis axillarib. subsolitariis; pedicellis umbellatis. ♃ — Segmenta calycina 5 acuta. Valde affinis sequenti. — Crescit in insula Hispaniola.

19. W. MONTANA Dunal l. c. — Poir. Suppl. Encycl. méth. V. 505. — Spr. l. c. — Loddig. Bot. Cabin. t. 1292. — Bot. Magaz. t. 2768. — G. Don l. c. no. 16. — Radice tuberosa; caule herbaceo foliisq. cordato-ovatis repando-dentatis pilosis; pedunculis axillarib. uni- paucifloris. ♃ — *Papa* Peruvianorum. — *Solanum montanum* Linn. Spec. plant. 266. — Dunal, Solan. 145. — *Solanum tuberosum minus atriplicis folio, vulgo Papa montana* Feuill. Peruv. III. 62. t. 46. — Caulis bifurcatus. Folia longe petiolata subcordata. Flores in caulis bifurcationibus. Corolla campanulata 5-fida rosea. Stamina purpurea.

β. *arenaria* Dunal l. c. 146. — Pedunculis multifloris bracteatis; foll. lobatis. — *Solanum montanum* Rz. et Pav. Flor. Peruv. II. t. 100. fig. b. — Forte propria species? — Crescit in Peruvia prope Limam et Chancay.

20. W. PHYLLANTHA Dunal l. c. — Poir. l. c. — Spr. l. c. — G. Don l. c. no. 17. — Herbaceum, hispido-pubescens: caule erecto; foll. solitariis decurrentib. ovatis obtusis angulato-lobatis, e basi obtusa in petiolum alatum attenuatis; racemis secundis in ramo oppositifolio monophyllo terminalib.; calycis brevis laciniis ovatis obtusis; corollae laciniis acutiusculis; bacca.....? ⊙ — α. *minor:* Foll. paucilobis; racemo simplici. — β. *major:* Foll. plurilobis dentatis; racemo bifido. — *Solanum phyllanthum* Cavan. Icon. et descript. pl. IV. 35. t. 350. fig. 1. — Nees ab Esenb. Nov. Act. acad. caes. Leopold. Carol. XIX. Suppl. I. 387. † — Radix fusiformis. Folia apice quinqueloba, lobis ovatis acutis. Pedunculi e lamina foliorum decurrente nascentes. Calyx quinquefidus. Corolla pallide coerulea patens quinquangulata. Bacca pisiformis. — Crescit in Peruvia.

21. W. PINNATIFIDA Dunal l. c. — Poir. l. c. 506. — Spr. l. c. — G. Don l. c no. 18. — Caule herbaceo alato; foll. pinnatifidis pilosiusculis decurrentib., laciniis obtusis sinuatis; pedunculis paniculatis ebracteatis. ♃ — *Solanum pinnatifidum* Rz. et Pav. Flor. Peruv. II. 37. t. 170. fig. b. — Flores nutantes. Calyx quinquepartitus, segmentis linearibus obtusis. Corolla pallide coerulea v. alba. Bacca lutea pisiformis. — Crescit in Peruviae locis arenosis prope Limam, Chancay et Torre blanca.

22. W. MULTIFIDA Dunal l. c. 3. — Poir. l. c. — Spr. l. c. — G. Don l. c. no. 19. — Caule herbaceo; foll. bipinnatifidis pilosiusculis in petiolum decurrentib., laciniis obtusis dentatis, petiolis amplexicaulib.; pedunculis paniculatis elongatis, infra medium foliosis. ♃ — *Solanum multifidum* Rz. et Pav. Flor. Peruv. II. 37. t. 170. fig. a. nec Lam. — Dun. l. c. 138. — Pedunculi multifidi terminales et laterales longissimi, infra medium folio integro v. trifido obsiti. Corolla lutea. Bacca calyce major. — Crescit in Peruvia, in provincia Cumana.

† *Species indescriptae.*

23. W. CONICA Steud. Nomencl. bot. (2. ed.) II. 788.

24. W. PURPUREA Loddiges, Bot. Cabinet t. 1892.

3854. CAPSICUM *Tournef.*

(Tournef. Institut. rei herb. 66. — Linn. Spec. plant. 270. — Meisn. Gener. plant. vascul. I. 277. II. 184. — Fingerhut, Monographia generis Capsici. Düsseldorpii 1838. 4to. cum tabb. 10.*); — G. Don, General Syst. of gard. and bot. IV. 444.)

I. Fructibus erectis v. erectiusculis.

a. Fructibus oblongis.

1. C. ANNUUM Linn. Hort. Cliff. 59. — Fngrht. Monogr. gener. Caps. 12. † t. 2! — Herbaceum: foll. ellipticis v. ovatis acuminatis glabris; calyce erecto v. erectiusculo pentagono glabro, dentib. erectis acuminatis obtusiusculis; fructib.

*) *Synonyma Ante-Linnaeana omnia reddere non placuit, illa praecipue adducere haud inepte credidi, quae ad speciem illustrandam idonea sint.*

laeviusculi conico-oblongis, basi dilatata calyci amplificato insidentib., apicem versus attenuatis biloculatib., dissepimentis placentam versus incrassatis. — Blackw. Herb. t. 129. (mala). — Kniph. Bot. in orig. Cent. II. t. 230. — Nees ab Esenb. Offic. Pflnzn. Hft. 1. — *Capsicum fructu surrecto oblongo* Tournef. l. c. 152. — *Capsicum fructu conico oblongo majori* P. Brwn. Jamaic. 176. — *Piper Indicum capsulis surrectis et oblongis* C. Bauh. Pinax 102. — *Piper oblongum erectum pyramidale* Raj. Hist. plant. I. 677. — *Solanum mordens fructu longo erecto* Weinm. Phytanthoz. IV. 349. t. 928. c. — *Quiya-uca* Marcgrav. — *Quiya sive Piper Brasiliense* Piso, Hist. nat. et medic. lib. IV. Cap. LI. p. 225. c. ic. — Mirifice variat quoad habitum: 1. Caule simplicissimo humiliori. — 2. Caule ramosissimo majori v. et superne tantummodo ramoso. — 3. Foll. majorib. magis acuminatis v. minorib. atro-viridib., pallescentib. nec non, sed rarius, variegatis. — 4. Fructib. majorib. longioribq. v. minorib. ad ovatam quidem subcordatamve formam tendentibus. — Varietates certae sequentes enumerantur:

β. rugulosum: Fructib. conicis latis majusculis, basi dilatata calyci insidentib. subrugosis rubris. t. 2. fig. b.

γ. acuminatum: Fructib. conico-acuminatis erectis, plerumq. minorib , basi amplificata calyci insidentib. rubris v. flavo- et rubro-variegatis. t. 2. fig. c. — *Piper Indicum medium longum erectum* Bessl. Hort. Eyst. O. I. fol. 11. fig. sinist.

δ. subangulosum: Fructib. conico-truncatis anguloso-turulosis, apice plerumq. bifidis erectiusculis, praecedente paullo minoribus. t. 2. fig. d. — *Piper Indicum bifurcata siliqua* Bessl. Hort. Eyst. Ant. O. I. fol. 8. fig. sinistr. — *Solanum mordens bifurcata siliqua* Weinm. Phytanthoz. IV. 349 t. 928. a.

ε. ovoideum: Fructib. oblongis ovoideis majusculis erectis laevib. flavis aut rubris. t. 2. fig. e. — *Quiya sive Piper Brasiliense* Piso l. c. cum ic.

ζ. abbreviatum: Ramosissimum: fructib. ovatis v. cordiformib. erectis subrugosis rubris. t. 2. fig. f.

η. olivaeforme: Gracile: fructib. ovato-oblongis olivaeformib. erectis rubris. — t. 2. fig. g. — *C. annuum et olivaeforme* Roem. et Schult.? — *Solanum Capsicum fructu erecto rubro rotundo* Weinm. l. c. t. 929. a. ☉ — Crescit in America meridionali et in India orientali.

2. C. CONOIDES Miller, Engl. Gartenb. I. 169. — Roem. et Schult. Syst. veget. IV. 562. — Fngrht. l. c. 14. † t. 3. fig. b. c. d! — Frutescens: foll. oblongo-lanceolatis acuminatis integris subciliatis; calyce erectiusculo truncato subpentagono, dentib. 5 brevib. acutis, demum subevanescentib.; fructib. oblongis laeviusculis parvulis, basi calyce amplificato cinctis, superne subattenuatis obtusis 2-3-locularib., dissepimentis tenuib., utrinq. aequalibus. ♄ — *C. conicum* Lam. Illustr. no. 2390. — Poir. Encycl. méth. V. 327. — *C. minus fructu parvo pyramidali erecto* Sloane, Jamaic. 112., Hist. I. 240. t. 146. fig. 2. — *C. erectum* var. *annui* Mart. Enumer. hort. Erlang. 65? — *C. cerasiforme β. macrocarpum* Besser, Cat. hort. Krzem. 27. — *Piper Indicum minimum erectum* Bessl. Hort. Eyst. O. I. fol. 8. fig. 1. dextr. — *Solanum mordens minus erectum* Weinm. Phytanth. 349. b.

β. sulcatum: Fructib. minorib. erectis utroq. latere sulcis longitudinalib. notatis, unde apex fructus 2- v. 4-fidus evadit. — t. 3. fig. c.

γ. chordale: Fructib. tenuib. erectiusculis elongatis (12-15 lin. longis), apice truncato rotundatis rubris. — t. 3. fig. d. — In America et Indiis.

3. C. PYRAMIDALE Miller, Engl. Gartenb. I. 169. (ex p.) — Roem. et Schult. Syst. vegast. IV. 566? — Fngrht. l. c. 15. † t. 3. fig. e! — Frutescens: foll. ovatis acuminatis glabris; calyce subpentagono erecto glabro, superne subdilatato truncato, dentib. acuminato-acutiusculis; fructib. oblongo-pyramidalib. obtuse angulatis, basi calyce cinctis subtriloculatib., dissepimentis irregularib. tenuib., endocarpium versus subincrassatis. ♄ — *C minus flavum* Rmph. Hb. Amboin. t. 88. fig. 3.

β. torulosum: Fructu angulato-rugoso pyramidali. — *C. torulosum* Hort. — In India orientali.

4. C. BICOLOR Jcq. Fragment. t. 99. fig. 1. — Roem. et Schult. l. c. 564. — Fngrht. l. c. 15. † t. 3. fig. a! — Frutescens: foll. oblongo-ovatis acuminatis glabris

(violaceo-maculatis); calyce erectiusculo, superne subdilatato truncato pentahexagono, dentib. brevib. erectis acutis; fructib. oblongo-subconicis, apice obtuso rotundatis, basi calyce amplificato cinctis bilocularib., dissepimentis placentam versus incrassatis. ♃ — *C. violaceum* Hort. Madrit. — DC. Cat. hort. Monspel. 1813. p. 37. — *C. nigrum* Willd. Enum. pl. hort. bot. Berol. I. 242.

β. *purpureum*: Fructib. oblongis erectis mucronatis; petiolis glabris; caule fruticoso; ramis divaricatis. — Hornem. Hort. Hafn. I. 234. — Crescit.....?

5. C. CONICUM Meyer, Primit. fl. Essequeb. 112. — Roem. et Schult. l. c. Add. IV. 809. — Fngrht. l. c. 16. † — Herbaceum: foll. ovatis acuminatis integerrimis scabriusculis; calycis glabri dentib. brevissimis: fructib. oblongo-conicis erectis calyci insidentibus. ☉ — Crescit in plantationibus Essequebonensibus.

6. C. FRUTESCENS Willd. Spec. plant. I. 1050. (excl. syn. Clus.)*) — Lam. Illustr. no. 2395. t. 110. fig. 2. — Fngrh. l. c. 17. † t. 4. fig. c! — Frutescens: foll ovatis subacuminatis integris glabris; calyce suberecto subpentagono subtruncato glabro, dentib. brevissimis acutis; fructib. ovato-oblongis obtusis laevib., basi a calyce cinctis bilocularib., dissepimentis aequalibus. ♃ — *C. frutescens* Linn. Hort. Cliff. 59. — *C. majus rubrum* Rmph. Hb. Amboin. V. 247. t. 88. fig. 4?

β. *minus:* fructu ovato obtuso minori. — *C. rubrum minimum* Rmph. l. c. fig. 2. — Crescit in India orientali et in America boreali.

β. Fructibus subrotundis.

7. C. CUMANENSE Fngrht. l. c. 17. † — Frutescens: foll. oblongis glabris; calyce glabriusculo obsolete quinquedentato; fructib. subglobosis minimis suberectis, basi calyce cinctis ?-locularibus. ♃ — *C. baccatum* Kth. Synops. pl. aequin. II. 178. nec Linn. — Crescit inter Cumana et Bordones.

8. C. BACCATUM Linn. Mantiss. pl. 46. — Willd. Spec. pl. I. 1050. — Fngrht. l. c. 18. † t. 4. fig. a! — Frutescens: foll. ovatis v. oblongis acuminatis integris glabris; calyce erectiusculo laevi glabro, dentib. subulatis obtusiusculis patulis; fructib. parvis globoso-ovatis erectis calyce cinctis, juniorib. bilocularib., dissepimentis tenuib. oppositis. ♃ — *Capsicum minimis siliquis* Dodon. Pemptad. stirp. V. Cap. XXVI. 704. cum ic. xylogr. — *Capsicum brevioribus siliquis* Lobel. Stirp. obs. 172. cum ic. — *Siliquastrum rotundum angustifolium* Tabernaem. Kräuterb. edit. C. Bauh. I. Cap. 137. p. 534. fig. 2. — In India utraque.

9. C. MICROCARPUM DC. Cat. pl. hort. Monspel. (1813.) 86. — Roem. et Schult. l. c. — Fngrht. l. c. 19. † t. 4. fig. b! — Frutescens: foll. ovatis acuminatis pubescentib.; calyce erectiusculo subpentagono piloso quinquefido, laciniis teretiusculis subulatis patentib.; fructib. ovato-subrotundis, basi calyce cinctis laevib. unilocularibus. ♃ — *C. ciliare* Willd. Enum. pl. hort. Berol. I. 243. — Crescit.....?

---

*) *Speciem hanc et undecimam* **Nees ab Esenbeck** *aliis notis circumscripsit:*

1. *C. FRUTESCENS Linn. Hort. Cliff. 59. — Nees ab Esenb. Transact. of the Linn. Soc. XVII. 63. — Willd. Spec. pl. I. 1051. — Roem. et Schult. Syst. vegel. IV. 563. — Blume, Bijdragen 704. — Calyce fructus cylindrico subtruncato; pedunculis fructiferis solitariis; bacca conico-attenuata incurva; foll. ovalib., utrinq. acuminatis, petiolis ramisq. angulatis pubescenti-hirtis.* — Capsicum minus rubrum et flavum *Rmph. Hb. Amboin. V. 248. t. 88. fig. 1. 3.* — Capo Molago *Rheede, Hort. Malab. II. 109. t. 56. — Crescit in arenosis Indiae orientalis.*
2. *C. FASTIGIATUM Blume, Bijdragen 705. — Nees ab Esenbeck. l. c. 64. † — Frutescens: ramis tetragonis fastigiatis divergentib. pubescenti-scabris; calyce fructus subcylindrico truncato; pedunculis fructiferis subgeminis erectis; bacca oblongo-cylindracea recta; foll. ovalib. lanceolatisve, utrinq. acuminatis minute serrulato-ciliatis.* — C. minimum *Rxb. Fl. Indic. II.* 201. — *Wall. Cat. 2641. A. B.* — C. frutescens *Linn. Spec. plant. I. 271. (excl. syn. hort. Cliff. Rmph. et Rheed.) — Fngrhl. Diss. l. c. excl. plerisq. synon.* — C. baccatum *Hb. Hamilt. et Wall. Cat. 2644. — Crescit in India orientali?*
3. *C. CHAMAECERASUS Nees ab Esenb. l. c. 65. † — Ramis subtetragonis contractis glabris; calyce fructus laxo amplo cupuliformi integerrimo; pedunculis solitariis erectis; bacca globosa; foll. lanceolatis glabris.* — C. cerasiforme *Poir Encycl. méth. V. 325. (nec Willd.)* — C. purpureum *Wall. Cat. Suppl. no. 206. (ex p.) — Crescit in India orientali.*

10. **GLOBIFERUM** Meyer, Primit. fl. Essequeb. 113. — Roem. et Schult. l. c. Add. 808. — Fngrht. l. c. 19. † — Frutescens: foll. ovatis acuminatis glabriusculis, margine subciliatis; calyce erecto subintegerrimo glabro; fructib. globosis erectis.....? ♄ — *C. baccatum* Rodschid. Observ. p. 38. — Crescit in plantationibus Essequebonensibus.

11. C. **CERASIFORME** Willd. Enum. pl hort. Berol. I. 212. — Willd. Spec. pl. I. 1050. — Fngrht. l. c. 17. † t. 5. fig. b! — Frutescens: foll. subovatis acuminatis glabris; calyce erecto, superne dilatato truncato subpenta- hexagono, dentib. 5-6 acuminatis erectis brevib.; fructib. globosis, apice foveolatis laevissimis, basi calyce amplificato cinctis bilocularib., dissepimentis utrinq. incrassatis. ♄ — *Solanum Capsicum dictum perenne minus erectum* Weinm. Phytanth. IV. 349. t. 930. fig. C. — *β. minus:* fructu minori luteo v. rubro. — Bess. Cat. hort. Krzem. — Crescit in America australi et (??) in India orientali.

12. C. **MILLERI** Roem. et Schult. Syst. veget. IV. 563. — Fngrht. l. c. 12. † — Herbaceum: foll. ovatis acuminatis integris glabris; calyce erecto pentagono glabro, dentib. quinque acuminatis obtusiusculis; fructib. ovato-subrotundis, basi calyci insidentib. laevib. bilocularibus. ☉ — *C. cerasiforme* Mill. l. c. — Crescit in Nova Hispania.

13. C. **STRICTUM** Fngrht. t. c. 21. † t. 5. fig. a! — Herbaceum: foll. ovatis acuminatis glabris; calyce erecto subtruncato subpentagono, dentib. 5 brevib. acutis; fructib. laevissimis e basi dilatata et impressa ovatis cordiformib., calyci amplificato insidentib., apice rotundato foveolatis 2-locularib., dissepimentis utrinq. subincrassatis. ☉ — Crescit.....?

14. C. **GROSSUM** Willd. Enum. pl. hort. Berol. I. 212. — Spec. plant. I. 1050. (excl. syn. plur.) — Fngrht. l. c. 21. † t. 5. fig. c. d. b. b. fig. a. b! — Herbaceum: foll. ellipticis v. ovatis acuminatis; calyce erectiusculo pentagono glabro, dentib. 5 erectis, apice incrassatis; fructib. subglobosis truncatis angulato-rugosis, calyci insidentib. trilocularib., dissepimentis placentam centralem versus subattenuatis. ☉

α. pomiforme: Fructu globoso rugoso magno rubro. t. 5. fig. c. — *C. grossum α. globosum* Bess. Cat. hort. Krzem. — Roem. et Schult. l. c.

β. ovatum: Fructu subovato permagno ruguloso rubro v. luteo. t. 5. fig. d. — *C. grossum β. luteum* Bess. l. c. — *Solanum mordens fructu erecto cordiformi rubro et luteo* Weinm. Phytanth. t. 929. fig. c. et b.

γ. *cordatum:* Fructu cordiformi angulato-rugoso rubro. t. 6. fig. a. — *Solanum mordens fructu rotundo* Weinm. l. c. t. 928. fig. f.

δ. *angulosum:* Fructu minori magis depresso angulato-rugoso. t. 6. fig. b. — *Piper Indicum maximum rotundum erectum* Bessl. Hort. Eyst. O. I. fol. 11. fig. dextr. — In India orientali.

II. Fructibus nutantibus v. pendulis.

a. Fructibus oblongis.

15. C. **CERATOCARPUM** Fngrht. l. c. 22. † t. 6. fig. c! — Frutescens: foll. ovato-acuminatis, subtus ad nervum medium subpilosis; calyce nutante truncato pentagono subverruculoso, dentib. 5 brevib. acuminatis; fructib. elongatis oblongo-conicis falcato-incurvis, hinc inde inaequaliter sulcatis foveolatis, basi calyce cinctis, apicem versus attenuatis obtusis 3-locularib., dissepimentis tenuib. arcuato-flexuosis irregularibus. ♄ — Crescit.....?

16. C. **VIOLACEUM** H. B. Kth. Nov. gen. et spec. pl. III. 30. — Kth. Synops. plant. II. 179. — Fngrht. l. c. 23. † — Foll. ovato-oblongis acuminatis puberulis; calyce piloso-pubescente septemdentato, dentib. acutis; fructib. oblongis longissimis, basi calyce cinctis? polyspermis.....? ♄ — Crescit in cultis an urbem Quito.

17. C. **LONGUM** DC. Cat. hort. Monespel. 1813. p. 86. — Roem. et Schult. l. c. 500. — Knipbf. Bot. in Orig. Stud. t. 129. — Fngrht. l. c. 23. † t. 6. fig. d. t. 7. fig. a. b. c! — Herbaceum: foll. ovatis acuminatis; calyce subcernuo truncato pentagono quinquedentato, dentib. erectis attenuatis obtusiusculis; fructib. conico- v. subcylindrico-acuminatis subincurvis pendulis, basi calyce cinctis bi- trilocularib.,

dissepimentis crassiusculis, endocarpium versus incrassatis. ⊙ — *C. annuum* Willd. ex Roem. et Schult. l. l. c. c. ex p. — *C. recurvis siliquis* Dodon. Pemptad. stirp. V. lib. IV. 704. cum ic. — *Piper Indicum maximum longum* Bessl. Hort. Eyst. O. I. fol. 6. fig. sinistr. et dextr. — *Solanum urens seu Capsicum* Moris. Oxon. Hist. Sect. XIII. t. 2. fig 2. 6. — *Solanum mordens siliquis oblongis recurvis* Weinm. l. c. IV. 349. t. 927. fig. d.

β. incrassatum: Fructu crassiore rectiusculo obtuso. t. 7. fig. a. — *Capsicum siliquis longis propendentibus* Tournef. Institut. 153. — Bapt. Morandi, Hist. bot. pharmac. 107. t. 152. ic. 7. — *Capsicum annuum* Guimpel et Schlechtd. Abbildg. u. Beschreibng. t. 10. (excl. var. plur.) — *Piper Calecuticum* Fchs. — *Solanum mordens fructu propendente oblongo crasso* Weinm. l. c. t. 927. fig. c.

γ. latum: Fructu oblongo obtuso luteo. t. 7. fig. b. — *Solanum mordens fructu aureo lato* Weinm. l. c. t. 928. fig. b. — *Piper Indicum aureum latum* Bessl. Hort. Eyst. O. I. fol. 9. 2.

δ. rectum: Fructu oblongo minore recto ochraceo. t. 7. fig. c. — *Piper Indicum siliquis flavis* Bessl. Hort. Eyst. fol. 9. 1. — *Solanum mordens siliquis flavis* Weinm. l. c. t. 928. fig. c. — In India et in America meridionali.

18. C. PENDULUM Willd. Enum. pl. hort. Berol. I. 242. — Fngrht. l. c. 25. † t. 7. fig. d! — Frutescens: foll. ovato-oblongis acuminatis glabriusculis; calyce subnutante subpentagono v. hexagono, superne subdilatato truncato quinque- sexdentato, dentib. erectis obtusiusculis; fructib. oblongis, utrinq. subattenuatis obtusis, basi calyce cinctis bilocularib., dissepimentis tenuib. irregularibus. ♄ — *C. grossum β.* Schult. Observ. 299?

β. minus: Fructu oblongo semipollicari. — *C. Havanense* H. B. Kth. Nov. gen. et spec. pl. III. 39. — Kth. Synops. pl. aequin. II. 178. — Crescit in maritimis prope Havanam in insula Cuba.

γ. torulosum: Fructib. oblongis acuminatis compressis, superficie sinuosis et tuberculis punctulisq. notatis splendentibus. — *Capsicum rubrum minus* Rmph. Hb. Amboin. IV. t. 88. fig. 1. — Crescit in Amboina.

19. C. LUTEUM Lam. Illustr. no. 2392. — Roem. et Schult. l. c. IV. 363. — Fngrht. l. c. 26. † t. 8. fig. c. — Frutescens: foll. ellipticis v. oblongo-ovatis acuminatis; calyce nutante subtruncato subpentagono pilosiusculo, dentib. ciliatis erectiusculis, demum cum calycis margine dilatato reflexis; fructib. ovato-ellipticis foveolato-rugosis pendulis, basi calyce cinctis, trilocularib., dissepimentis irregularib. arcuato-flexuosis, placentam versus subincrassatis. ♄ — *Solanum mordens seu Capsicum fructu flavescente* Weinm. l. c. IV. 349. t. 930. fig. a. — Crescit in India orientali.

21. C. SINENSE Jcq. Hort. Vindob. III. t. 67. — Willd. Spec. pl. I. 1051. — Fngrht. l. c. 29. † t. 8. fig. d. — Frutescens: foll. ovatis acuminatis subrepandis, subtus ad nervos puberulis; calyce subnutante truncato, superne subdilatato hexagono glabro, dentib. brevib., demum subevanescentib.; fructib. subovato-oblongis, apice obtusiusculis pendulis, basi calyce erectiusculo cinctis bi- trilocularib., dissepimentis irregularib. arcuato-flexis, placentam versus attenuatis. ♄ — China.

21. C. ANGULOSUM Miller, Engl. Gartenb. I. 169. — Roem. et Schult. l. c. 561. — Fngrht. l. c. 27. † t. 8. fig. a. b. — Herbaceum: foll. oblongo-ovatis glabris; calyce nutante v. pendulo subtruncato pentagono, dentib. quinque brevib. patulis obtusiusculis; fructib. oblongis v. ovatis rugosis sulcato-angulatis tumidis, apice retuso bi-trifidis, basi subdilatata calyci insidentib. pendulis trilocularib., dissepimentis placentam versus incrassatis. ⊙ — *Capsicum Tournefortii* Besser, Cat. hort Krzem.

β. conicum: Fructu oblongo-conico pendulo anguloso rubro. — *C. Africanum* Mill.

γ. ovale: Fructu oblongo subrotundo pendulo rugoso-angulato rubro. t. 8. fig. b — Crescit.....?

β. Fructibus subrotundis.

22. C. OVATUM DC. Cat. hort. Monspel. (1813.) 80. — Roem. et Schult. l. c. 561. — Fngrht. l. c. 28. † t. 9. fig. b! — Frutescens: foll. subovato-lanceolatis acuminatis

glabris; calyce nutante truncato pentagono glabro quinquedentato, dentib. brevib. obtusiusculis; fructib. ovatis, basi calyce subcinctis subbilocularib., dissepimentis utrinq. subincrassatis. ♄ — Crescit.....?

23. C. SPHAERICUM Willd. Enum. pl. hort. Berol. I. 241. — Roem. et Schult. l. c. Fngrht. l. c. † t. 9. fig. a! — Frutescens: foll. oblongo-lanceolatis v. oblongo-ovatis acuminatis glabris; calyce nutante truncato pentagono glabro quinque-sexdentato, dentib. acuminatis erectis; fructib. globosis pendulis, apice subfoveolatis, basi calyce subcinctis subtrilocularib., dissepimentis placentam versus incrassatis. ♄ — Crescit.....?

24. C. CORDIFORME Miller l. c. 169. — Roem. et Schult. l. c. — Fngrht. l. c. 29. † t. 9. fig. c. d. e. t. 10. fig. a. b. c! — Herbaceum: foll. ovatis v. oblongis acuminatis repandis glabris; calyce nutante, superne subdilatato subtruncato pentagono-hexagono verruculoso, dentib. brevib. superne subincrassatis obtusis; fructib. ovato-cordiformib., basi impressa calyci amplificato insidentib. trilocularib., dissepimentis placentam versus incrassatis. ☉ — *C. cordatum* Camerar. — *C. latum* Fchs. — *Piper cordatum* Raj. — *Piper Indicum cordatum* Bessl. Hort. Eyst. fol. 13. fig. sinistr. — *Siliquastrum quartum* Fchs. Histor. stirp. 734.

β. subangulosum: Fructu cordato magno subtetragono pendulo rubro. t. 9. fig. d.

γ. majus: Fructu cordato oblongo majori pendulo flavo aut rubro, stylo persistente plerumq. terminato. t. 9. fig. e. — *Piper Indicum cordatum oblongum* Bessl. Hort. Eyst. fol. 13. fig. dextr. — *Quiya sive Piper Brasiliense* Piso.

δ. minus: Fructu subgloboso-cordiformi minori rubro, stylo persistente interdum apiculato. t. 10. fig. a. — *Piper Indicum rotundum aculeatum* Bessl. Hort. Eyst. fol. 12. fig. dextr.

ε. olivaeforme: Fructu mediocri olivaeformi flavo aut rubro pendulo. t. 10. fig. b. — *Capsicum siliqua olivaeformi* Tournef Institut.

ζ. globosum: Fructu subgloboso pendulo flavo. t. 10. fig. c. — Crescit in Indiis et in America meridionali.

25. C. TETRAGONUM Miller l. c. 169. — Roem. et Schult. l. c. 561. — Fngrht. l. c. 30. † t. 10. fig. d! — Herbaceum: foll. ovatis acuminatis glabris; calyce nutante, superne subdilatato truncato pentagono-hexagono subverruculoso, dentib. brevib. superne incrassatis patulis; fructib. subglobosis depressis subtetragonis, angulis obtusis rotundatis, e basi dilatata calyci insidente apicem subquadrifidam foveolatamq. versus decurrentib. trilocularib., dissepimentis placentam versus attenuatis. ☉ — *Piper Indicum rotundum maximum* Bessl. Hort. Eyst. O. I. fol. 10. fig. dextr. — *Solanum mordens seu Piper Indicum maximum* Weinm. Phytanth. IV. 249. t. 928. fig. d. — Crescit in Indiis et in America meridionali.

† *Species ulterius examinandae.*

1. PIPER INDICUM caule piloso, flore majori. C. Baub. Pinax 103. — *Piper Indicum caule pilis albis praedito* Camerar. — Fngrht. l. c. 32.

2. CAPSICUM *fructu non acri rugoso longo pendente rubro* Miller, Engl. Gartenb. I. 169. — Fngrht. l. c.

3. CAPTICUM AMERICANUM LATIFOLIUM *fructu oblongo erecto candido* Miller l. c. — Fngrht. l. c.

4. C. QUITTENSE Willd. Hb. ex Roem. et Schult. Syst. veget. IV. 561. — Fngrht. l. c. — Pedunculis solitariis; fructib. subglobosis cernuis, venis foliorum subtus ramulisq. ferrugineo-tomentosis. ♄ — Crescit prope urbem Quito.

5. C. AGGREGATUM Willd. Hb. ex Roem. et Schult. l. c. — Fngrht. l. c. 32. — Pedunculis aggregatis foliisq. pubescentib., subtus incano-tomentosis. ♄ — Crescit....?

6. C. COERULESCENS Besser, Catal. hort. Krzem. 27. — Fngrht. l. c. 32. — Fructus difformis obtuse angulatus retusus, demum aurantiacus. — Affine videtur *C. pyramidali* Miller. — Crescit.....?

7. C. TOXICARIUM Poeppig in Froriep's Notizen aus dem Gebiete der Natur- und Heilkunde XXXII. 28. — Fngrht. l. c. — Fruticosum: ramulis pubescentib.; foll. ovatis acutis, basi rotundatis, nervo subtus villoso-barbatis; pedunculis solitariis

unifloris fructiferis deflexis; baccis cylindricis obtuse tetragonis torulosis acutis. ♄ — Crescit in Peruvia.

8. C. CEREOLUM Bertoloni, Hort. Bononiens. plant. nov. I. 6. † t. 2! — Fruticosum: foll. ovato-lanceolatis acuminatis; pedunculis recurvatis; baccis (capsulis) ovoideo-conicis acutis laevibus. ♄ — Crescit in Brasilia.

9. C. HAMILTONII G. Don, General syst. of gard. and bot. IV. 447. no. 30. — Caule suffruticoso bienni subtripedali suberecto violaceo; foll. atro-violaceis; baccis immaturis rubris, maturis atroviolaceis obtuse conicis brevibus ♄ — *C. violaceum* Dsf. Cat. hort. Paris. ex Desvx. in Hamilt. Prodr. 25. nec H. B. Kth. — Crescit in hortis Nevisiensibus.

3855. SOLANUM *Tournef.*

(Tournef. Institut. rei herb. 62. — Linn. Spec. plant. I. 263. — Meisn. Gener. plant. vascul. I. 277. II. 184. — Dunal, Solanorum generumque affinium synopsis. Monspelii. 1816. 8vo. — Spr. Syst. veget. I. 677. cur. poster. 71. — Ant. Spr. Tentam. supplem. syst. veget. 9. — Dietr. Synops. plant. I. 696. — G. Don, General syst. of gard. and bot. IV. 400.)

Divisio I. INERMIA. — Herbae v. frutices inermes.

Sectio I. POTATOE Dunal l. c.

Folia imparipinnata, pinnatifida, ternata vel integra. Flores corymbosi terminales, laterales et axillares.

§. 1. *Foliis imparipinnatis; racemis corymbosis terminalibus.*

1. S. (LYCOPERSICUM Mill. Dict.) TUBEROSUM Linn. Spec. plant. 282. — Dunal, Synops. Solan. 5. — Sabine, Transact. of the horticult. soc. V. 240. † t. 9. fig. 2. et t. 11! — Blackw. Herb. t. 523. — G. Don l. c. 400. no. 1. † — Radice tuberifera; caule herbaceo angulato; foll. pinnatis, foliolis inaequalib., alternis minutissimis; pedicellis articulatis; corollis quinquangulatis. ♃ — *Solanum tuberosum esculentum* Bauh. Pinax 167. — *Papas Americanum* Bauh. Histor. pl. 621. c. ic. — *Papas Peruanorum* Bessl. Hort. Eyst. 3. I. fig. 1. — Clus. Hist. 2. 4. p. 79. c. ic. — *S. esculentum* Neck. — *S. Parmentieri* Molina. — In Chili et in Mexico crescit.

2. S. VERRUCOSUM Schlchtd. Hort. Halens. I. p. 3. † t. 2. — Indx. semin. hort. Hal. 1830. p. 11. — Herbaceum perenne inerme: rhizomate repente stolonifero tuberifero; caule angulato; foll. pinnatis, pinnis 3–7 majorib. deorsum decrescentib., oblique ovatis v. lanceolatis acutis, interjectis minorib.; baccis calyce persistente suffultis globosis glabris albo-verrucosis. ♃ — Crescit in Mexico.

3. S. OXYCARPUM Schiede in Schlchtd. Hort. Halens. I. p. 5. † t. 3. — Herbaceum perenne inerme: rhizomate repente stolonifero tuberifero; caule acutangulo; foll. pinnatis, pinnis 9–11 deorsum decrescentib. oblique elliptico-lanceolatis acuminatis; baccis calyce erecto persistente suffultis ovoideo-cylindraceis acuminatis. — Crescit in Mexico.

4. S. STOLONIFERUM Schlchtd. Verhndlngn. des Vereins z. Befrdrng. d. Gartenb. in d. Pr. St. IX. 317. † t. 2. — Radice annua stolonifera, stolonib. longe procurrentib. hinc inde tuberiferis (tuberib. parvis coryli magnitudine); caule erecto v. ascendente subgeniculato parce ramoso teretiusculo, apicem versus pilis crispatis obsito; cotyledonib. longe petiolatis lanceolatis; foll. caulinis infimis simplicib. rotundato-ovatis, tum auriculatis pinnatifidis, pinnis valde inaequalib. alternis v. oppositis late v. cordato-ovatis obtuse acuminatis integris, supra glabris, subtus pilis brevib. incurvis pellucidis tectis, pinnis infimis (stipulis) falcatis v. semicordatis; corymbis irregulariter dichotomis tenuiter pedunculatis supraaxillarib., demum oppositifoliis, pedicellis demum pendulis, apice subincrassatis; calycis corollaeq. lilacinae v. albae segmentis acuminatis; antheris basi sagittatis; baccis viridib. depresso-globosis (diametro transversali longitudinalem non attingente). ☉ — Crescit in Mexico ad radicem montis Orizabae.

5. S. MAGLIA Molina, Naturgesch. v. Chili (ed. Lips. 1786.) 108. — Schlchtd. Hort. Halens. I. p. 6. — A *S. tuberoso* differt: foliorum majorib. pinnis bijugis (nec 3–4–jugis) inaequilateris rhachi semiadnatis, latere scilicet pinnarum inferiorum

in rhachin subdecurrente, superiore autem obtusiusculo, paucas lineas ante nervi s. petioli insertionem finito, pinna terminali nunc ad basin cuneata nunc cuneato-subcordata, nec pinnis omnib. petiolatis, basi obtusis subcordatisve, pinnarum facie utraque pilis dispersis obsita, nec inferiore densius pubescente, stylo longiusculo exserto, nec incluso v. brevissimo exserto, corollis constanter albis, tuberib. parvis non edulib. saporis amaricantis. ♃? — *S. tuberosum* Poepp. Coll. pl. Chil. I. no. 72. — Crescit frequentissime prope Valparaiso in regno Chilensi ad maris littora clivis argillosis saxosis.

6. S. PALUSTRE Poepp. Coll. pl. Chil. I. 73. ex Schlchtd. l. c. — Villis brevissimis albidis articulatis mollib. patentib. omnes fere partes inprimis superiores cum inflorescentia occupantib. vestitum: foliorum pinnis 4–5-jugis, basin versus decrescentib. oblongis acuminatis, basi inaequalib. subpetiolatis v. fere semiadnatis, in superficie minus pilosis, interjectis pinnis aliis multo minorib. ovalib., basi fere cuneato-subpetiolatis, pinnae imparis basi in petiolum acutata; florib. quam *S. tuberoso* paullo minorib.; calycum glabrescentium lacinils late ovatis acutiusculis; antheris extus puberulis; stylo longiuscule exserto; bacca juniori globoso-ovoidea glabra. ♃

β. glabrescens Poepp. Coll. pl. Chil. III. no. 62. — Omnium partium glabritie majori (pili minutissimi partes caulis juniores at imprimis paginam aversam folii occupant, in superficie autem foliorum, in pedunculis calycibq. valde dispersi); ramis inflorescentiae hinc laxioris elongatis; antheris glabris. Caetera non discrepant. — Utriusque formae rhizoma, radix, tubera, fructus et semina plana ignota sunt. — Crescit in regno Chilensi „Rio de Aconcagua" in Andibus de Antuco.

7. S.? CARI Molina l. c. ex Schlchtd. l. c. — Caule inermi herbaceo; foll. pinnatis integris; florib. albis: nectario magno luteo campanulato (??) petala subaequante; tuberibus cylindraceis dulcibus. ♃ — Crescit in regno Chilensi. — Quid sit *nectarium* Solanorum nescimus.

8. S. ETUBEROSUM Lindl. Bot. Regist. t. 1712! † — G. Don l. c. 406. no. 2. — Rhizomate crasso subterraneo etuberoso; caule herbaceo; foliolis inaequalib. complicatis undulatissimis approximatis, alternis minutis; pedicellis articulatis; calycib. corollisq. 5-angulatis glabris. ♃ — *S. tuberosum* Bert. Herb. 1328. — Habitat in Chili.

9. S. COMMERSONII Poir. Encycl. méth. Suppl. III. 746. — Dunal l. c. p. 5. (ed. 2. inedit. t. 133.) — Transact. of the hortic. Soc. V. 249. † t. 10! — G. Don l. c. 406. no. 3. — Caule herbaceo; foll. pinnatisectis sublyratis pilosis; pedicellis articulatis; corollis quinquefidis. ♃ — Radix ignota ☉ v. ♃? — Differt a *S. tuberoso*, cui valde affine: foliis profundius pinnatifidis, foliolis sessilib., nec alternis inaequalib., foliolo terminali maximo, corolla quinquefida nec quinquangulata. — Crescit in Montevideo.

10. S. APPENDICULATUM Dunal l. c. 5. (ed. 2. inedit. t. 84.) · · H. B. Kth. Nov. gen. et spec. pl. III. 12. — Kth. Synops. pl. aequin. II. 158. — Fruticosum? scandens: foll. quinato-imparipinnatis, basi stipulatis, foliolis oblongis acuminatis, supra adpresse pilosiusculis, subtus in venis pubescentib.; corymbis terminalib. paucifloris; corollis quinquefidis albis glabris. ♄◡ — Crescit in regno Mexicano juxta la Puente de la Madre de Dios inter Totonilco el Grande et Actopan.

11. S. MARITIMUM Meyen mss. ex Nees ab Esenb. Nov. Act. acad. Caes. Leop. Carol. XIX. Suppl. I. 384. † — Pulverulento-scabriusculum: caule herbaceo ramosissimo divaricato; foll. succulentis pinnatipartitis, laciniis linearib. obtusis, lacinia media brevi, lateralib. integerrimis basive deorsum unidentatis; racemo terminali bifido divergente; corollae laciniis acutis. ☉ — Simile *S. pinnato* Cav., sed differt jam pubescentia fere granulosa. Corollae coeruleae, laciniis acutis brevibus. Antherae liberae crassae. Bacca globosa pisiformis rubra. — Crescit in Chili, Copiapo in littore maris pacifici.

12. S. PINNATUM Cav. Icon. et descript. plant. V. 23. t. 439. fig. 1. — Dunal l. c. — G. Don l. c. no. 5. — Caule herbaceo sulcato; foll. imparipinnatisectis, segmentis

decurrentib.; racemis corymbosis dichotomis. ⊙ v. ♃? — In Chili ad Coquimbo. — Caulis foliis decurrentibus subalatus. Folia trijuga. Corolla obscure lutea. Bacca glabra nigra pisiformis.

§. 2. *Foliis imparipinnatis; racemis corymbosis lateralibus.*

13. S. CALDASII Dunal l. c. 6. (ed. 2. inedit. t. 85. fig. 2.) — H. B. Kth. Nov. gen. et spec. pl. III. 19. — Kth. Synops. pl. aequin. II. 158. — G. Don l. c. no. 9. — Caule herbaceo; foll. impari- et inaequaliter pinnatisectis (pinnatis) mollib. tomentosis, subtus albescentib.; racemis dichotomis cymosis. ♃ — Crescit in Quito. — Differt a *S. ochranthо* caule herbaceo, foliis minoribus, foliolis trijugis, racemis patentibus, supra cymosis, cymis longioribus floribusque majoribus.

14. S. JAMESII Torrey, Ann. Lyc. New York II. 227. — G. Don l. c. no. 7. — Herbaceum pilosiusculum: caule erecto inermi; foll. imparipinnatis, foliolis ovato-lanceolatis, basi abrupte angustatis obsolete sinuatis; racemis extraaxillarib. pauci-(4-)floris; florib. albis. ⊙ — Arkansas.

15. S. OCHRANTHUM Dunal l. c. (2. ed. inedit. t. 85. fig. 1.) — H. B. Kth. l. c. 20. — Kth. l. l. c. 159. — G. Don l. c. no. 8. — Fruticosum scandens: foll. interrupte imparipinnatis, supra hirtis, subtus cano-tomentosis, foliolis oblongis subintegerrimis; corymbis lateralib. subdichotomis longe pedunculatis, folium subaequantibus. ♄◡ — Crescit in Quito prope Chillo. — Foliola opposita quadrijuga. Corymbi pilosi. Corolla quinquefida lutea, extus pilosa, segmentis acutis subinaequalibus.

16. S. JUGLANDIFOLIUM Dunal l. c. (ed. 2. inedit. t. 86.) — H. B. Kth. l. c. — Kth. l. c. — G. Don l. c. no. 9. — Fruticosum scandens: foll. imparipinnatis, supra hirtello-scabris, subtus hirtis, foliolis oblongis obcordatis integerrimis; corymbis lateralib. dichotomis divaricatis. ♄◡ — Foliola opposita trijuga breviter petiolulata, terminali maximo. Corymbi pilosi. Corolla quinquefida alba?, extus pilosa.

In Nova Granada in humidis provinciae Pastoënsis prope Tusa et Cuefaca.

§. 3. *Pteroidea Dunal l. c. 6. — Pedunculis axillaribus aggregatis, petiolis brevioribus; foliis imparipinnatisectis, segmentis integerrimis acuminatis.*

17. S. MITE Rz. et Pav. Flor. Peruv. II. 38. t. 173. fig. a. — Dunal l. c. — G Don l. c. no. 10. — Caule herbaceo radicante; foll. imparipinnatisectis, segmentis oblongis; racemis axillarib. aggregatis; baccis globosis. ☉ — Glabrum. Caule obtuse angulato. Flores parvi secundi albi. Bacca alba pisiformis. Folia 8-10-pollicaria. — Crescit in Peruvia (Panatahua, Pozuro etc.).

18. S. CONICUM Rz. et Pav. l. c. t. 172. fig. b. — Dunal l. c. — G. Don l. c. no. 11. — Caule herbaceo; foll. imparipinnatisectis, segmentis oblongo-lanceolatis; pedunculis axillarib. subternis spicatis; baccis conicis. ⊙ — Caulis pilosus, apicem versus angulatus. Pedunculi solitarii, bini v. terni petiolos subaequantes, apice recurvi. Flores parvi secundi albescenti-coerulei. Corolla quinqueloba. Bacca alba olivaeformis. — Crescit in Peruvia ad Chuncao et Cuchero.

19. S. DIFFUSUM Rz. et Pav. l. c. 37. t. 171. fig. b. — Dunal l. c. — G. Don l. c. 407. no. 12. — Caule suffruticoso; ramis virgatis diffusis; foll. imparipinnatisectis, segmentis oblongis; racemis axillarib. paucifloris. ♄ — Habitu toto haud dissimile *Jasmino fruticoso*. Caulis ramosus angulatus. Pedunculi et petioli lanuginosi. Corolla violacea quinqueloba. — Crescit in Peruviae provincia Huanaco.

20. S. SEAFORTHIANUM Andrws. Bot. Repos. t. 504. — Dunal l. c. 7. — G. Don l. c. no. 13. — Loddig. Bot. Cabin. t. 971. — Caule scandente herbaceo; foll. pinnatisectis undulatis, superiorib. simplicib. lanceolatis; racemis axillarib. cymoso-paniculatis, interdum petiolo longioribus. ♃◡ — Flores carnei. Folia interdum ternata. — In insula Barbados.

21. S. TERNATUM Rz. et Pav. l. c. 38. t. 172. fig a. — Dunal l. c. — G. Don l. c. no. 14. — Caule suffruticoso tetragono scandente radicante; foll. ternatisectis; pedunculis axillarib. paucifloris, pedicellis subumbellatis. ♄◡ — Glabrum. Folia longe petiolata, foliola oblongo-lanceolata, medio maximo. Pedunculi complures

aggregati, flores subumbellati. Calyx quinquecrenatus parvus. Corolla purpureo-violacea profunde quinquepartita. — Crescit in Peruviae nemoribus humidis.

§. 4. *Foliis pinnatifidis integrisque.*

22. S. LACINIATUM Ait. Hort. Kew. I. 247. — Bot. Magaz. t. 349. — Dunal l. c. 8. — G. Don l. c. 407. no. 15. — Caule glaberrimo sicco, basi lignoso; foll. pinnatifidis, segmentis lineari-lanceolatis, terminali elongato v. integris lineari-lanceolatis; racemis paucifloris, folio breviorib. simplicib. v. bipartitis; calycib. corollaeq. limbo semiquinquefidis, segmentis corollae emarginatis; bacca ovali. ♃ — *S. pinnatifidum* Lam. Dict. IV. 292. nec Rz. et Pav. — *S. aviculare* Pers. Enchir. I. 222. — *S. reclinatum* Hortor. — Planta glaberrima *Lactucae perenni* habitu haud dissimilis. Corolla coerulea magna. Antherae discretae. Bacca subglobosa depressa virescenti-lutea edulis, magnitudine fructus *Pruni domesticae*.

α. Fruticosum aut herbaceum: foll. pinnatifidis. — R. Br. Prodr. fl. Nov. Holl. I. 445.

β. Fruticosum: foll. indivisis. — R. Br. l. c. — Crescit in Nova Hollandia, Nova Zeelandia et in insula Diemensi.

23. S. QUERCIFOLIUM Linn. l. c. 264. — Dunal l. c. — Feuill. Observ. II. 722. t. 14? — G. Don l. c. no. 16. — Caule subherbaceo angulato scabro flexuoso; foll. pinnatifidis; racemis corymbosis v. cymosis. ♃ — Habitus *Solani Dulcamarae*. Caulis erectus. Rami angulato-alati, alis denticulatis. Folia subciliata, segmentis plerumq. 5 ovatis, infra scabris, juniorib. pilosis. Corolla violacea, maculis geminis viridibus ad segmenti cujusq. basin notata. Bacca ovata. — *S. runcinatum* Rz. et Pav. l. c. II. 36?? — Crescit in Peruvia et Chili.

24. S. TRIFLORUM Nutt. Gen. pl. Americ. I. 128. — G. Don l. c. no. 17. — Caule inermi herbaceo procumbente; foll. denticulato-pinnatifidis glabris, segmentis acutis undulatis, margine magis minusve reflexis; pedunculis oppositifoliis 2-3-floris. ☉ — Flores parvi albi reflexi. Bacca cerasiformis, matura viridis. Caules pilosissimi diffusi. Folia runcinata. — In America boreali (Fort Mandan etc.).

25. S. RADICANS Linn. fil. Decad. pl. I. t. 10. — Dunal l. c. — G. Don l. c. no. 18. — Caule herbaceo laevi prostrato subtereti radicante; foll. profunde pinnatifidis, sinubus obtusis; racemis cymosis, petiolos subaequantibus. ♃ — Caulis demum ascendens, petiolis decurrentib. angulato-alatus. Racemi interdum, nec tamen semper, oppositifolii. Corolla parva violacea. Bacca globosa pisiformis rubra. — *S. radicans* Rz. et Pav. — Crescit in Peruvia.

26. S. GLABERRIMUM Dunal l. c. (ed. 2. inedit. t. 133.) — G. Don l. c. no. 19. — Caule glaberrimo sulcato; foll. raro integris, saepe pinnatifidis, lacinia terminali elongata; racemis aggregatis multifloris; corollis quinquefidis, laciniis acutis. ♃ — Habitu simile *S. laciniato*, sed differt racemis majorib., florib. copiosiorib., calyce quinquepartito, corollae segmentis acutis nec emarginatis. — Crescit in insula Timor.

27. S. RECLINATUM L'Herit. Bot. cult. (ed. 2.) III. 169. — Pers. Enchirid. I. 225. — Dunal l. c. 8. — G. Don l. c. no. 20. — Caule glaberrimo crasso succoso; foll. pinnatifidis, interdum integris; racemis lateralib. folio breviorib.; corollis semiquinquefidis, laciniis emarginatis. ♃ — Caulis sulcatus. Folia in petiolum attenuata, segmentis linearibus. Pedunculi 2-3-flori. Calyx profunde quinquedentatus. Corolla azurea. Bacca viridis globosa edulis, pollicem diametro habet. — *S. laciniatum* Dunal, Solan. Monogr. 139. (excl. syn.) — *S. pinnatifidum* Lam. Illustr. gen. t. 115. fig. 4. (ic. mala.) — Crescit in Peruvia.

28. S. SEPTEMLOBUM Bnge. Mém. de sav. étr. de St. Ptrsbrg. II. 122. — G. Don l. c. no. 21. — Foll. pinnatifidis, lobis ovato-oblongis obtusis integris v. inciso-dentatis, utrinq. pubescentib.; paniculis dichotomis divaricatis lateralib., folia superantib.; corollis quinquefidis; caule herbaceo erecto inermi. ♃ — Folia obscure viridia, plerumque septemloba. Corolla obscure violacea. — Crescit in China prope urbem Peking.

§. 5. *Foliis ternatis vel simplicibus. Foliis foliolisque ovatis vel ovato-lanceolatis.*

29. S. HEBEPHORUM Dunal l. c. p. 7. — H. B. Kth. Nov. gen. et spec. pl. III. 21. — Kth. Synops. plant. aequin. II. 150. — G. Don l. c. no. 22. — Herbaceum: ramis angulatis puberulis; foll. ternatis, utrinq. sericeo-pubescentib., foliolis oblongis acutis; pedunculis lateralib.(?); florib. subracemosis. ♃ — Calyx quinquepartitus. Corolla quinquefida. Pili in hac et in speciebus quatuor subsequentibus simplices. — In frigidis Peruviae prope Caxamarca crescit.

30. S. MURICATUM Ait. Hort. Kew. I. 250. — Dunal l. c. — H. B. Kth. l. c. — Kth. l. c. — G. Don l. c. no. 23. — Caule suffruticoso radicante ascendente, turionib. muricatis; foll. oblongo-lanceolatis pubescentib. simplicib., interdum trisectis (ternatis); racemis terminalib. bifidis. ♃ — *S. scabrum* Lam. Illustr. gener. 2344. — *S. variegatum* Rz. et Pav. l. c. 32. t. 162. fig. a. — *Melongena laurifolia fructu turbinato variegato* Feuillée, Peruv. II. 735. t. 26. — *β. parvifolium:* — Crescit in Mexico et in Peruvia.

31. S. DIVERSIFOLIUM Dunal l. c. 8. (ed. 2. t. 88.) — H. B. Kth. l. c. 22. — Kth. l. c. 160. — G. Don l. c. no. 24. — Fruticosum: ramulis puberulis; foll. imparipinnatis ternatis et integris birtello-pubescentib., foliolis oblongis acuminatis integerrimis, terminali maximo; racemis extraaxillarib. simplicib.; calycib. magnis corollam subaequantibus. ♄ — Rami glanduloso-pilosi. Racemi folio breviores. Corolla rotata subcampanulata quinquefida alba, segmentis ovatis acutis. — Crescit prope Caracas.

32. S. CARIPENSE Dunal l. c. 8. (ed. 2. inedit. t. 89.) — H. B. Kth l. c. — Kth. l. c. — G. Don l. c. no. 25. — Fruticosum scandens: ramulis villoso-pilosis; foll. simplicib. et ternatis elliptico-oblongis acutiusculis, basi rotundatis integerrimis sericeo-pilosis, basi biauriculatis; racemis extraaxillarib. et subterminalib. simplicib. aut bifidis. ♄◡ — Folia 1½-2-pollicaria. Calyx quinquepartitus pilosus. Corolla rotata alba? quinquefida. — In prov. Cumana ad coenobium Caripense.

33. S. BULBOCASTANUM Moç. et Sess. Fl. Mexic. inedit. ex Dunal l. c. (ed. 2. inedit. t. 3.) — G Don l. c. no. 26. — Radice tuberosa; caule herbaceo; foll. ovato-repandis hirsutis, basi auriculatis; pedunculis unifloris subumbellatis terminalibus. ♃ — Tuber solitarium, magnitudine illius *S. tuberosi*, infra in radiculam simplicem abiens, absque aliis radiculis. Caulis teres. Folia undulata. Petioli basi foliolis 2 sessilibus auriculati. Pedunculi villosi violacei. Corolla alba, segmentis lanceolatis obtusiusculis. — In Mexico.

34. S. OLIGANTHUM Dunal l. c. (ed. 2. inedit. t. 90.) — H. B. Kth. l. c 23. — Kth. l. c. 160. — G. Don l. c. no. 27. — Caule herbaceo scandente; foll. ovato-oblongis, basi inaequalib. subcordatis tomentosis auriculatis, integerrimis, supra glabris, subtus molliter tomentosis; pedunculis terminalib. paucifloris. ♄◡ — Pubescentia stellata. Folia bipollicaria, auriculae sessiles oblique ovato-subulatae, foliis similes. — Crescit in ripis Orinocensibus prope Maypures.

§. 6. *Pachyphylla Dunal l. c. 7. — Foliis pinnatis, pinnatifidis vel integris, foliis foliolisque cordatis acutis crassis, pilis brevibus simplicibus hispidis; racemis cymosis pendulis; corollis quinquepartitis; baccis ovalibus.*

35. S. PENDULUM Rz. et Pav. Flor. Peruv. II. 39. t. 174. fig. a. — Dunal l. c. — G. Don l. c. 408. no. 28. — Caule fruticoso; foll. simplicib. v. irregulariter pinnatisectis, segmentis oblique cordatis; racemis dependentib. furcatis. ♄ — Rami pilosi dichotomi. Folia utrinque pubescentia. Corolla elongata pubescens purpurea, segmentis acutis reflexis. Bacca magna ovata lutea. — Crescit in Peruviae provincia Panatahua.

36. S. OBLIQUUM Rz. et Pav. l. c. 35. t. 165. fig. a. — Dunal l. c. — G. Don l. c. no. 29. — Caule suffruticoso; foll. cordatis obliquis acutis; racemis cymosis revolutis; corollis purpureo-violaceis. ♄ — Glabrum. Folia supra nitida, subtus

pubescentia. Pedunculi laterales. Calyx quinquefidus. Bacca oblonga, utrinque acuminata. — Crescit in Peruviae nemoribus.

37. S. VIRIDIFLORUM Rz. et Pav. l. c. 38. t. 173. fig. b. — Dunal l. c. — G. Don l. c. no. 30. — Caule fruticoso; foll. cordato-ovatis simplicib. villosis; racemis dependentib. folia subaequantibus. ♄ — Villosum. Calyx semiquinquefidus. Corolla viridis subquinquepartita, segmentis reflexis. Bacca magna oblonga turbinata villosa lutescens. — In Peruviae nemoribus crescit.

38. S. BETACEUM Cav. Icon. et descript. VI. 599. t. 524. — Dunal l. c. — G. Don l. c. no. 31. — Andrws. Bot. Reposit. t. 511. — Fruticosum: ramis cauleq. crassis succulentis; foll. magnis cordatis ovato-oblongis, utrinq. pilosiusculis, margine undulatis; racemis cymosis pendulis petiolos subaequantibus. ♄ — Folia pollicaria, petioli maculati. Racemi axillares et supraaxillares multoties bifidi, interdum simplices trifidique. Antherae luteae. Bacca ovata juglandiformis, lutescenti-viridis, maculis brunneis longitudinalibus obsita, demum rubicunda. Tota planta mala olet, fere ut *Datura Stramonium*. — *S. crassifolium* Ortega, Decad. plant. 117. — Crescit in Nova Hispania.

Sectio II. Folia lobata, angulata, sinuata, dentata vel integra.

§. 1. *Folia lobata et integra.*

39. S. LEPTANTHUM Moç. et Sess. Fl. Mexic. inedit. ex Dunal l. c. 9. (ed. 2. ined. t. 28.) — Kth. l. c. 161. — G. Don l. c. no. 32. — Caule tereti herbaceo glabro; foll. oblongis undulato-repandis in petiolum desinentib.; racemis dichotomis, apice cymosis; corollis pentagonis. ♃ — Corolla parva. Calycis dentes acuti. Bacca parva globosa, rubicundo-violacea. Erectum v. procumbens.

β. parvifolium H. B. Kth. l. c. 24. — Foll. minorib. subsessilib.; racemis pedicellisq. breviorib.; corolla pallide violacea nec alba. — Crescit in Peruvia inter Caxamarca et Magdalena.

133. S. SERICEUM Rz. et Pav. Flor. Peruv. II. 33. t. 161. fig. b. — Dunal l. c. 19. — G. Don l. c. 114. — Caule fruticoso; ramis gracilib.; foll. parvis ovato-lanceolatis sericeis integerrimis; pedunculis bifloris seu paucifloris cymosis. ♁ — Rami sericei. Folia pilosa. Corolla coerulescenti-violacea, extus sericea. Bacca rubra. — Affine videtur (ex Rz. et Pav) *S. elaeagnifolio* forteq. basi spinosum est. — In Peruviae nemoribus ad Huassen-Huassi crescit.

134. S. LINKIANUM Roem. et Schult. Syst. veget. IV. 601. — G. Don l. c. no. 115. — Caule fruticoso ramosissimo; ramis virgatis crassis strigosis; foll. ovato-lanceolatis, utrinq. strigosis subrepandis; pedunculis bifloris. ♁ — Folia sesquipollicem lata. Pedunculi extraaxillares laterales pollicares deflexi. Calyx quinquepartitus pilosus, segmentis lanceolatis. Bacca glabra pisiformis. — *S. diffusum* Lnk. Herb. — Crescit in Brasilia.

§. 3. *Racemis oppositifoliis, suboppositifoliis v. terminalibus tomentosis pubescentibus v. leproso-lepidotis argenteis, pulverulento-pubescentibus.*

135. S. NUTANS Rz. et Pav. Flor. Peruv. II. 34. t. 166. fig. a. — Dunal l. c. 19. — G. Don l. c. no. 116. — Caule fruticoso; foll. oblongo-ovatis acuminatis, subtus lanuginosis; racemis cymosis multifloris recurvis brevissimis. ♁ — Ferrugineum. Rami granulosi. Folia integerrima, supra granulosa glabriuscula. Corolla parva alba. Calyx lanatus. Bacca lutea globosa. — In Peruviae ruderatis.

136. S. VENOSUM Dunal l. c. (ed. 2. inedit. t. 105.) — H. B. Kth. Nov. gen. et spec. pl. III. 32. — Kth. Synops. plant. aequin. II. 167. — G. Don l. c. no. 117. — Arborescens: ramis floccoso-pilosis; foll. solitariis tomentoso-oblongis acuminatis, basi acutis integerrimis, supra pilosiusculis, subtus piloso-hirtis; corymbis oppositifoliis. ♁ — Folia 3-3½-pollicaria, subtus in nervo medio petiolisq. floccoso-lanata. Calycis parvi segmenta rotundata. Bacca subglobosa — Crescit in Andibus Quinduensibus in regno Novo-Granatensi.

137. S. SWARTZIANUM Roem. et Schult. Syst. veget. IV. 602. — G. Don l. c. no. 118. — Fruticosum: foll. petiolatis ovato-lanceolatis integerrimis coriaceis glabris, subtus pilis stellatis paleolisq. orbicularib. fulvo-aureis obsitis; racemis solitariis terminalibus. ♁ — *S. aureum* Swrtz. mss. — Rami teretes ferrugineo-lepidoti. Racemi quinqueflori, pedicellis deflexis ferrugineo-lepidotis. Calyx pentagonus,

extus lepidotus. Corolla extus leprosa, intus obscure purpurea, segmentis acuminatis. Antherae purpureae. — Crescit in Brasilia.

138. S. GNAPHALIOIDES Pers. Enchir. bot. I. 223. — Dunal l. c. — G. Don l. c. no. 119. — Caule fruticoso; foll. lanceolatis repandis glabris nitidis; umbellis oppositifoliis tomentosis; baccis nutantibus. ♄ — Habitu toto *Gnaphaliis* non dissimile. Corolla violacea. Bacca obscure rubra. — *S. calygnaphalium* Rz. et Pav. Flor. Peruv. II. 31. — Crescit in Peruvia.

139. S. VELLOZIANUM Dunal, Solan. monogr. 236., Synops. l. c. (ed. 2. inedit. t. 37.) — G. Don l. c. 417. no. 120. — Ramis leproso-tomentosis; foll. maximis oblongo-lanceolatis, subtus leproso-tomentosis, supra glaberrimis; racemis brevib. suboppositifoliis multifidis cymosis. ♄ — Vandelli, Spicileg. fl. Bras. 13. ex Roem. Scriptor. Hispan. 86. no. 4. — Folia petiolata pedalia, supra obscure viridia, subtus racemisq. rufescentia. Calyx profunde quinquefidus, segmentis obtusis. Corolla parva quinquefida. Stylus villosus. — Crescit in Brasilia.

140. S. TABACIFOLIUM Vellozo, Fl. Flumin. II. t. 89. ex Mart. Beibl. zur Flora XXI. II. 63. † — Cortex fruticis v. parvae arboris virescens, uti folia tomento pulverulento albido adspersus. Calyx quinquefidus. Corolla 5-fida, laciniis lanceolatis patentib., violacea v. violaceo-coerulescens. Antherae breves inclusae aequales. ♄ v. ♄ — Crescit prope Sebastianopolin in Brasilia.

141. S. ARGENTEUM Dunal, Synops. 19. (ed. 2. inedit. t. 30.) — G. Don l. c. no. 121. — Ramis leproso-argenteis; foll. ovato-oblongis, utrinq. nitidis, subtus leproso-argenteis, supra viridib. glaberrimis, geminis in ramis primariis, solitariis in ramis secundariis. ♄ — Pedunculi 2-3-ni brevissimi cum calycib. corollaeq. pagina exteriori argentei uniflori. Flores parvi. Calyx quinquedentatus. Corollae segmenta oblonga acuta. — Crescit in Brasilia prope Rio de Janeiro.

§. 4. *Arbores v. frutices glabri; foliis saepe geminis glabris, raro in axillis nervorum subtus pilosis; racemis simplicibus cymosis aut cymoso-umbellatis oppositifoliis; corollis subquinquepartitis. — Leiodendra Dunal l. c. 20.*

142. S. URCEOLATUM Pers. Enchirid. I. 223. — Dunal l. c. 20. — G. Don l. c. no. 122. — Caule fruticoso; foll. oblongis acuminatis undulato-repandis; pedunculis paucifloris brevissimis. ♄ — Frutex glaber. Folia supra nitida. Pedunculi 2-4-flori. Calyx quinquedentatus parvus, defloratus auctus. Corolla quinquefida, segmentis hamatis. — Crescit in Peruviae sylvis ad Vitoc.

143. S. LAEVIGATUM Dunal l. c. (ed. 2. inedit. t. 106.) — H. B. Kth. Nov. gen. et sp. pl III. 32. — Kth. Synops. pl. aequin. II. 167. — G. Don l. c. no. 123. — Fruticosum: ramulis foliisq. glabris, subtus in axillis venarum pilosis solitariis, breviter petiolatis elliptico-oblongis acuminatis, basi cuneatis integerrimis; umbellis oppositifoliis pedunculatis paucifloris. ♄ — A *S. triste* non diversum, nisi foliis solitariis et umbellis paucifloris. Folia 4½ poll. longa. 2 poll. lata. Calyx quinquefidus puberulus, segmentis ovatis acutis. — Crescit in regno Novo-Granatensi prope pagum Fusagasugam.

144. S. OBOVATUM Dunal l. c. 21. (ed. 2. inedit. t. 112.) — H. B. Kth. l. c. 33. — Kth. l. c. 169. — G. Don l. c. no. 124. — Arboreum: ramulis angulatis fusco-tomentosis; foll. solitariis elliptico-oblongis acuminatis, basi subcuneatis integerrimis glabris, subtus in axillis venarum pilosis; florib. oppositifoliis (?) umbellatis; florib. polygamis. ♄ — Rami teretes glabri. Folia petiolata 3-3½-pollicaria. Umbellae sessiles multiflorae. Flores in quavis umbella 3-4 longius pedicellati fertiles, reliquis brevius pedicellatis parvis abortivis. Pedicelli et calyces fusco-tomentosi. Calyx quinquelobus, lobis obtusis inaequalibus. Corolla glabriuscula alba (?)., segmentis limbi lineari-oblongis acutis aequalib., sub apice mucronato-tuberculatis. — Crescit in Andibus Quitensium prope Cuenca

145. S. INAEQUALE Vellozo, Flor. Flumin. II. t. 116. — Mart. Flora (B. Z.) XXI. Beibl. I. 82. — Frutex altitudine 6-8 pedum. Rami laxi, cortice laevi glabro, cinereo. Folia oblongo-lanceolata ovata v. lanceolata acuta glabra. Cymae

subopposititoliae 10–20-florae. Pedicelli teretes uni- v. biseriales. Calyx albens brevis. Corolla alba, laciniis ovato-lanceolatis, utrinq. attenuatis. Filamenta viridia brevia, basi subcoalita. Antherae paullo curvae flavae, tres posticae longiores. Stylus curvatus; stigmate subcapitato, longitudine antherarum. ♁ — Crescit in Brasilia ad Rio de'Janeiro.

§. 5. *Racemi v. cymae axillares, geminati v. solitarii.*

146. S. INCURVUM Rz. et Pav. Flor. Peruv. II. 34. t. 164. fig. b. — Dunal l. c. 21. — G. Don l. c. no. 125. — Caule angulato herbaceo; foll. ovatis acuminatis pubescentib.; racemis axillarib. geminis, altero breviori, pedicellis incurvis. ♃ — Caulis ad nodos incrassatus glaber, caeterum pubescens. Pedicelli cymosi violacei. Calyx campanulatus profunde quinquedentatus. Corolla albescenti-violacea 5-partita. — *S. recurvum* Poir. Suppl. Encycl. méth. III. 755. — Crescit in Peruviae nemoribus.

147. S. ANCEPS Rz. et Pav. l. c. 36. t. 169. fig a. — Dunal l. c. — G. Don l. c. no. 126. — Caule herbaceo; foll. oblongo-lanceolatis; pedunculis axillarib. binis ternisve brevissimis; baccis conicis ancipitibus. ♃ — Folia integerrima pubescentia. Calyx et corolla 5-partita. Pedunculi cymosi. Flores secundi parvi virides. Bacca albida, apicem versus multangula. — Crescit in Peruviae nemoribus ad Cuchero.

148. S. BASSOVIA Rich. Herb. ex Dunal l. c. 22. — G. Don l. c. no. 127. — Caule fruticoso; foll. ovato-oblongis, utrinq. attenuatis glabris; cymis parvis axillarib. solitariis. ♁ — Folia magna petiolata nitida, inter nervos supra rugosa. Cymae quam folia breviores. Calyx quinquedentatus, dentib. obtusis. Corolla pubescens virens, antherae luteae. Bacca conica subcompressa angulata virescenti-alba. — *Bassovia sylvatica* Aubl. Guyan. 217. t. 85. — Lam. Illustr. gen. t. 102. — Willd. Spec. pl. I. 1065. — *Solanum rugosum* Rich. Hb. — Crescit in Guiana.

§. 6. *Pedunculi axillares uniflori solitarii, gemini v. plures aggregati.*

149. S. BREVIFOLIUM Dunal l. c. 22. (ed. 2. inedit. t. 113.) — H. B. Kth. l. c. 36. — Kth. l. c. 169. — G. Don l. c. no. 128. — Suffruticosum scandens: ramis foliisq. glabris solitariis ovatis obtusis obsolete cordatis; pedunculis subopposititoliis unifloris solitariis. ♁ ∪ — Caulis radicans; ramis subangulatis. Folia 9–10 lin. longa, foliolis uno v. geminis axillarib. parvis accedentibus. Calyx 5-dentatus, corolla pallide violacea, segmentis lanceolatis. Bacca globosa rubra, magnitudine illarum *S. nigri*. — Forte ad genus *Witheringia* pertinet. — Crescit ad arbores prope urbem Ybarrae in regno Quitensium.

150. S. HAVANENSE Jcq. Americ. 49. t. 35. (ed. pict. t. 48.) — Dunal l. c. — H. B. Kth. l. c. — Kth. l. c. — G. Don l. c. no. 129. — Fruticosum: ramis angulatis foliisq. glabris lanceolato-oblongis acutis, inferne angustatis subcoriaceis nitidis, rarius geminis; pedunculis subaxillarib. unifloris solitariis; baccis ovalibus. ♁ — Folia interdum, sed rarius geminata 2½-pollicaria. Corolla coerulea pollicem diametro tenens, segmentis latis brevib. emarginatis. Bacca ovata obscure coerulea nitida (Jcq.), globosa rubra (Kth.). Pedunculi 2–3-flori (Jcq.), uniflori (Kth.). Calyx quinquepartitus. — Crescit in insula Cuba prope Regla et Guanavacoa.

151. S. MONTEVIDENSE Spr. Syst. veg. I. 684. — G. Don l. c. 418. no. 130. — Foll. oblongis, basi attenuatis subrepandis, utrinq. scabris; ramis pulverulentis; pedunculis erectis. ♁ — Crescit in Montevideo.

152. S. HOOKERIANUM Ant. Sprengel, Tent. Suppl. ad syst. veg. 9. no. 30. — Fruticosum glabrum: foll. petiolatis oblongis coriaceis nitidis integris venosis; pedunculis terminalib. axillaribq., plerumq. unifloris; corolla purpurascenti-coerulea quinqueloba, segmentis obtusiusculis, plicis mucronatis quam lobi longiorib.; calyce 4–5-partito. ♁ — *S. coriaceum* Hook. Bot. Magaz. t. 2708. † — G. Don l. c. no. 131. — Crescit in Mexico.

Sectio IV. GEMINATA G. Don l. c. 418.

Folia integerrima geminata v. rarius solitaria in eodem ramo, rarissime aggregata. Calyx quinquepartitus. Antherae aequales.

§. 1. *Pedunculi axillares uniflori solitarii, gemini v. aggregati.*

153. S. CONOCARPUM Rich. Herb. ex Dunal l. c. (ed. 2. inedit. t. 30.) — Poir. Encycl. méth. Suppl. III. 748. — G. Don l. c. no. 132. — Caule fruticoso; foll. geminis et ternis inaequalib. integris obtusis subsessilib.; pedunculis unifloris solitariis geminisve; baccis ovalib. acutissimis. ♄ — Habitus *Cestri*. Rami angulati lutescentes. Folia coriacea obovata v. elliptica. Segmenta calycina ovata. Corolla coerulea profunde 5-partita. Bacca Ceraso duplo major edulis. — Crescit in insula Sti. Joannis.

154. S.? CAPSICOIDES Mart. Flora (B. Z.) XXI. Beibl. I. 78. — Herbaceum: caule ramisq. divaricatis, epidermide alutacea pallida solubili; ramulis cano-pubentib.; foll. ovato-lanceolatis lanceolatisve acuminatis, interdum geminis, minore ovato obtuso, basi acutiusculis, subtus pubescenti-mollib., supra pilis stellatis *sessilib.*(?) sparse adspersis; pedunculis filiformib. solitariis aut geminis, fructiferis deflexis; calyce 5-fido, laciniis ovatis; baccis subglobosis oligospermis. ♃? — Crescit in Brasilia ad Sebastianopolin.

155. S. MEMBRANACEUM Wall. Cat. 2625. A-C. — Nees ab Esenb. Transact. of the Linn. Soc. XVII. 41. — G. Don l. c. no. 133. — Caule herbaceo dichotomo; foll. geminis ovatis oblongisve, utrinq. acuminatis, basi obliquis inaequalib., supra hirtis; florib. subgeminis axillarib.; calycis quinquedentati dentib. subulatis. ♃? — Crescit in India orientali in jugo Nilghry.

156. S. LAEVE Dunal l. c. 22. (ed. 2. inedit. t. 36.) — Roem. et Schult. Syst veget. IV. 607. — Nees ab Esenb. l. c. — G. Don l. c. no. 134. — Caule herbaceo dichotomo; foll. geminis ovatis, utrinq. acutis inaequalib. glabris; florib. subgeminis axillarib.; calycis quinquedentati dentib. subulatis. ♃ — *S. membranaceum* Wall. Cat. 2625. ex p. — Crescit in India orientali. — Pedunculi breves. Calyx coriaceus. Bacca globosa, seminib. subtrigonis punctatis.

157. S. AGGREGATUM Jcq. Collect. bot. IV. 124., Icon. pl. rar. t. 323. — Dunal l. c. — G. Don l. c. no. 135. — Lam. Illustr. gen. no. 2320. — Caule suffruticoso; foll. subovatis obtusis aggregatis; pedunculis unifloris gracilib., plurib. ex eodem puncto ortis interfoliaceis; corolla campanulata. ♄ — Frutex glaber. Folia plurima aggregata integerrima petiolata, nitida pollicaria. Pedicelli fructiferi nutantes, omnes foliorum longitudine. Corolla pallide purpureo-violacea pollicem diametro tenens, segmentis lanceolatis. Bacca globosa lutea nitida bilocularis pisiformis. — *S. Guineense* Linn. Spec. plant. 265. — *S. sempervirens* Mill. Dict. no. 25. — *Saracha solanacea* Pers. Enchirid. I. 219. — *Atropa solanacea* Linn. Mantiss. 205. — Willd. Spec. plant. I. 2018. — Vogel, Icon. rar. t. 16. — Commel. Hort. II. 191. t. 96. — In Promontorio bonae spei.

158. S. HYGROPHILUM Schlchtd. Linnaea VIII. 254. † — G. Don l. c. no. 136. — Fruticosum: ramis subvillosis; foliis subgeminis, breviter petiolatis lanceolatis, utrinq. acutis lutescenti-viridib., supra pilosis, subtus subvillosis; florib. umbellas brevissime pedunculatas paucifloras oppositifolias formantib.; calycis dentib. late ovatis acutis; corollis albis 5-fidis, dein reflexis, extus pilosulis; baccis globosis glabris. ♄ — Corolla alba. Stamina regularia. Folia magnitudine inaequalia, majora 3½ poll. longa, 1¼ poll. lata. — Crescit in Mexico ad Jalapam.

§. 2. *Arbores v. frutices glabri. Folia glabra v. interdum subtus in axillis venarum pilosa. Racemi simplices cymosi v. cymoso-umbellati oppositifolii. Corolla quinquepartita.*

159. S. NUDUM Dunal l. c. 20. (ed. 2. inedit. t. 107.) — H. B. Kth. Nov. gen. et spec. pl. III. 33. — Kth. Synops. pl. aequin. II. 167. — G. Don l. c. no. 137. — Fruticosum: ramis foliisq. glabris geminis, altero multo minore, elliptico-oblongis, utrinq. acuminatis integerrimis; umbellis suboppositifoliis breviter pedunculatis paucifloris; pedicellis demum reflexis. ♄ — *S. diphyllo* valde simile nec diver-

sum, nisi foliis omnibus acutis saturate viridibus pedicellisque reflexis. — Folia 3–3½–pollicaria, 1½ poll. lata. Corolla alba, magnitudine illius *S. nigri*. Bacca globosa glabra, Pisi magni forma. — Crescit in Mexico ad Jalapam.

160. S. DIPHYLLUM Linn. Spec. plant. 264. — Aubl. Guian. I. 215. — Jcq. Collect. II. 231., Icon. rar. t. 322. — Pluken. Almag. 349., Phytogr. t. 111. fig. 4. — Dunal l. c. 20. — G. Don l. c. no. 138. — Caule fruticoso; foll. geminis, altero minore obovato; cymis brevib.; pedicellis floriferis cernuis, fructiferis erectis. ♁ — Frutex sempervirens foetidus. Caulis nigrescens teres. Folia subsessilia. Folium majus 2–4–pollicare. Corolla alba, segmentis lanceolatis acutis. Bacca globosa pallide aurantiaca pisiformis. — Crescit in America tropica.

161. S. ARBOREUM Dunal l. c. (ed. 2. inedit. t. 198.) — H. B. Kth. l. c. 33. — Kth. l. c. 167. — G. Don l. c. no. 139. — Arboreum: ramis flexuosis foliisq. glabris oblongis acuminatis, basi cuneatis integerrimis, altero minimo subsessili; cymis (?) oppositifoliis parvis. ♁ — Rami angulati glabri v. puberuli. Folia 7–8–pollicaria, 3 poll. lata, superiora geminata, minori rotundato ovato pollicari. Cymae parvae simplices. Calyx quinquedentatus, dentib. ovatis acutis. Corolla alba, segmentis acutis oblongis, calyce sexies longioribus. — Crescit in Nova Andalusia ad Cumanacoa.

162. S. CAAVURANA Vellozo, Flor. Flumin. II. t. 112. ex Mart. Beibl. zur Flora XXI. 80. † — Glabrum: caule fruticoso inermi; ramis patentib., ramulis teretiusculis subflexuosis violascentib.; foll. saepe geminis ovatis oblongisve, utrinque acutis aut acuminatis, altero minore saepe rotundato v. obcordato, subtus ad venarum axillas saepe barbatis; cymis oppositifoliis; florib. subdistichis, inferiorib. decidentib. pedunculum cicatrisantib.; laciniis calycinis ovatis albis, apice viridib.; corollae laciniis ovatis obtusiusculis crassis; antheris aequalib. corolla stylog. duplo breviorib.; pedicellis fructiferis sursum incrassatis pentagonis; baccis ovato-globosis. ♁ — Crescit in Brasilia ad Sebastianopolin.

163. S. ACUMINATUM Rz. et Pav. Flor. Peruv. II. 34. t. 159. fig. a. — Dunal l. c. — G. Don l. c. no. 140. — Fruticosum; foll. geminis ovato-oblongis ellipticisq. acuminatis, acumine stricto contorto; racemis cymosis multifloris. ♁ — Glabrum. Folia breviter petiolata integerrima, saepe nitida. Racemi apice recurvati, pedicellis gracilibus, ad apicem incrassatis. Corolla parva alba. Bacca nigra globosa pisiformis. — Crescit in sylvis Peruviae ad Chincao.

164. S. FOETIDUM Rz. et Pav. l. c. 34. t. 165. fig. b. — Dunal l. c. 20. — H. B. Kth. l. c. 33. — Kth. l. c. 168. — G. Don l. c. 141. — Fruticosum: ramis foliisq. glabris, subtus in axillis venarum pilosis ovatis aut ellipticis breviter acuminatis, basi acutis integerrimis, saepius geminis; umbellis oppositifoliis breviter pedunculatis. ♁ — Glabrum, inter digitos foetidissimum. Folia subtus venosa. Corolla albescenti– v. pallide coerulea; antherae declinatae. Bacca aureo–fulva Juglandis magnitudine. — Crescit in Peruvia. — Folia usurpantur instar florum Sambuci et succus ad ulcera lavanda adhibetur.

165. S. TRISTE Jcq. Plant. Americ. 50. t. 40. (ed. picta t. 49.) — Dunal l. c. 21. — G. Don l. c. no. 142. — Caule fruticoso; foll. geminis lanceolato–oblongis subrepandis acuminatis; cymis brevib.; florib. secundis. ♁ — Folia petiolata palmaria. Pedunculi laterales pollicares multiflori. Corolla parva alba v. albescenti–violacea, segmentis lanceolatis. Bacca globosa lutea pisiformis. Calyx quinquedentatus, segmentis rotundatis. — *S. oblongum* Rz. et Pav. l. c. 34. t. 165. fig. b. — Crescit in Peruvia et in insula Sti. Martinici.

166. S. SPIRALE Rxb. Flor. Indic. II. 247. — Nees ab Esenb. Transact. of the Linn. soc. XVII. 40. — G. Don l. c. 143. — Caule fruticoso; ramis compresso–angulatis glabris; foll. geminis oblongo–lanceolatis, basi attenuatis glabris integerrimis, altero duplo triplove minore; racemis subcymosis subopposititoliis secundis, apice revolutis; calycib. glanduloso–punctatis. ♁ — *S. Naratida* Hamilt. Hb. — Affine praecedenti, differt praesertim ramis angulatis, foliis basi longe cuneatis, acutis nec acuminatis semperque integerrimis; floribus majoribus albis calycibusque glandulosis. — Crescit in India orientali.

167. S. CORNIFOLIUM Dunal l. c. 21. (ed. 2. inedit. t. 110.) — H. B. Kth. l. c. 34. Kth. l. c. 108. — G. Don l. c. no. 144. — Fruticosum: ramis foliisq. glabris elliptico-oblongis acuminatis, basi acutis integerrimis subparallele venosis geminis, altero minuto; umbellis oppositifoliis breviter pedunculatis. ♁ — Rami angulati. Folia majora circiter tripollicaria, juniora puberula, minora obovata subsessilia. Segmenta calycina obtusa. Corolla alba, magnitudine illius *Lysimachiae vulgaris*, segmentis ovatis acuminatis. Ovarium villosum. — *S. leucocarpo* ex habitu simillimum. — Crescit in convalli fluminis Caucae inter Palavo et Popayan in regno Novo-Granatensi.

168. S. LEUCOCARPUM Dunal l. c. (ed. 2. inedit. t. 38.) — G. Don l. c. no. 145. — Ramis virgatis; foll. geminis, altero ter minore, saepe suborbiculato, elliptico-lanceolatis unilateralib.; cymis pauciflоris oppositifoliis. ♁ — Affine *S. tristi* differt tamen praecipue foliis, cymis unilateralibus baccisq. albis. — Glabrum. Rami teretes. Folia utrinque nitida. Calyx coriaceus parvus quinquedentatus. Corolla alba magna, segmentis acutis. — Crescit in insula Stae. Marthae.

169. S. PSYCHOTRIOIDES Dunal l. c. (ed. 2. inedit. t. 111.) — H. B. Kth. l. c. 35. — Kth. l. c. 109. — G. Don l. c. no. 146. — Arboreum: ramulis angulatis suberoso-verrucosis; foll. geminis lanceolato-oblongis acuminatis, basi acutis integerrimis glabris, subtus in axillis pilosis; umbellis oppositifoliis subsessilibus. ♁ — Simillimum *S. cornifolio*. Folia 3–4-pollicaria, altero minori. Umbellae 3–4-florae. Pedicelli fructiferi apice incrassati suberosi. — Crescit ad ripam fluminis Magdalenae in regno Novo-Granatensi.

§. 3. *Racemi laterales terminales, non axillares nec oppositifolii.*

170. S. FLAGRANS Tenore, Annales des sc. natur. XIII. 381. — Arboreum inerme: foll. geminis, altero triplo minori, oblongo-lanceolatis, utrinq. acutis glabris, parallele venosis integerrimis; florib. racemosis; racemis simplicib. secundifloris extrafoliaceis; calycib. campanulatis 5-dentatis; corollis (albis) quinquepartitis; staminib. inaequalib.; baccis globosis lutescentib. (magnitudine Cerasi); pedunculis incrassatis. ♁ — Crescit in Brasilia.

171. S. CROTONIFOLIUM Dunal l. c. 18. (ed. 2. inedit. t. 103. fig. b.) — H. B. Kth. l. c. 30. — Kth. l. c. 106. — G. Don l. c. no. 147. — Fruticosum: ramis tomentosis; foll. geminis oblongis angustato-acuminatis, basi rotundatis et inaequalib. subrepandis, supra canescenti-pubescentib., subtus molliter albido-tomentosis; racemis supraaxillarib. bifidis; florib. unilateralibus. ♁ — Pili stellati. Folium alterum dimidio minus, majori 4–5-pollicari. Calyx et corolla extus tomentosa, segmentis corollinis lineari-lanceolatis. Bacca globosa glabriuscula pisiformis. — Habitu valde accedit ad *S. verbascifolium*. — Crescit prope portum urbis Carthagenae in regno Novo-Granatensi.

172. S. FRAGRANS Hook. Bot. Mag. t. 3084! † — Arborescens: foll. geminis ovatis cordatisve inaequalib. integerrimis; racemis solitariis ex axillis ramorum; florib. secundis; pedicellis inferiorib. maxime elongatis; calyce 5-fido; corollis latis campanulatis profunde 5-partitis, limbo reflexo; staminib. geniculatis; stigmate dilatato concavo. ♁ — Habitat in Guiana.

173. S. NARENSE Dunal l. c. 18. (ed. 2. inedit. t. 103. fig. 8.) — H. B. Kth. l. c. 31. — Kth. l. c. — G. Don l. c. 148. — Fruticosum: ramis tomentosis; foll. geminis ovatis acutis, basi cordatis et inaequalib., supra canescenti-, subtus albido-tomentosis mollib., inferiorib. sinuato-angulatis; racemis lateralib. bifidis; florib. unilateralibus. ♁ — Folia 7–8 poll. longa, 3–6 poll. lata. — Maximopere affine est *S. crotonifolio*, a quo non differt, nisi tomento densiori, foliis latioribus cordatis, inferioribus sinuato-angulatis. — Inter Nares et Honda in ripa fluvii Magdalenae.

174. S. TRACHYPHYLLUM Dunal l. c. ed. 2. inedit. t. 104.) — H. B. Kth. l. c. — Kth. l. c. — G. Don l. c. no. 149. — Fruticosum: ramis tomentosis; foll. geminis oblongis acuminatis, basi rotundatis inaequalibq. integerrimis, supra scabriusculis, subtus mollissime cano-tomentosis; racemis lateralib. dichotomis; florib. unilateralibus. ♁ — Differt a *S. crotonifolio*, cui proximum esse videtur, tomento densiori, foliis supra viridibus et scabrellis; racemis dichotomis floribusque paullo

minoribus. — Folium alterum minus, majus 5–6-pollicare, 2–2½ poll. latum. Tomentum et pubescentia stellatum. — Crescit in provincia Popayanensi regni Novo-Granatensis.

175. S. TETRANDRUM R. Br. Prodr. fl. Nov. Holl. 445. (ed. N. ab E. 301.) — G. Don l. c. no. 150. — Suffruticosum erectum: foll. subgeminis oblongo-ovatis integris membranaceis, pube rara conspersis; racemis lateralib. corymbosis simplicib.; florib. quadrifidis. ♄ — Crescit in Nova Hollandia.

176. S. GEMINIFOLIUM Thonn. Kongl. Danske Vidensk. Selsk. Afhandl. III. 141. † (nec Schlchtd.) — Suffruticosum inerme: foll. geminis ovatis subrepandis stellato-pubescentib.; racemis simplicib. infrafoliaceis distichis. ♄ — In Guinea.

177. S. SCHLECHTENDALIANUM Wlprs. mss. — Suffruticosum: ramis inflorescentia foliorumq. pagina inferiore tomento lacteo vestitis; foll. supra viridib. stellato-pilosulis, geminis inaequalib. obovatis obtusis, majori ovato acuminato, basi rotundato 2½ poll. longo; cymis terminalib. lateralibq. pedunculatis multifloris; calycib. suburceolatis 5-dentatis, dentib. rotundatis; baccis globosis. ♄ — *S. geminifolium* Schlchtd. Linnaea VIII. 255. (nec Thonn.) — G. Don l. c. no. 151. — *S. geminiflorum* Schlchtd. l. c. V. 211. — Crescit in Mexico ad Jalapam.

§. 4. *Racemi terminales.*

178. S. PTEROPODUM Dunal l. c. 14. (ed. 2. inedit. t. 94.) — H. B. Kth. l. c. 26. — Kth. l. c. 163. — G. Don l. c. 420. no. 152. — Caule herbaceo alato; foll. geminis sessilib. decurrentib. elliptico-oblongis subacuminatis, basi valde angustatis undulato-repandis, supra glabriusculis, subtus tenuiter pulverulento-pubescentib.; corymbis oppositifoliis dichotomis; pedunculis alatis. ♃ — Folia 8–10-pollicaria, 3½ poll. lata. Pedunculi multiflori folio dimidio breviores, rami et pedicelli pulverulento-tomentosi. Lobi calycini truncati mucronati. Corolla alba, segmentis oblongis acutis. Ovarium glabrum subglobosum. — Distinguitur á *S. sessili* Rz. et Pav., cui affinitate conjunctissimum, foliis latioribus, basi magis angustatis et crispis in ramos decurrentibus, subtus pubescentibus nec glaberrimis, pedunculis basi alatis, laciniis calycinis truncatis et submucronatis, antheris flavis nec atropurpureis. — Crescit juxta urbem Quito.

179. S. OBLONGIFOLIUM Dunal l. c. 14. (ed. 2. inedit. t. 95.) — H. B. Kth. l. c. 27. — Kth. l. c. — G. Don l. c. no. 153. — Herbaceum: foll. geminis petiolatis elliptico-oblongis acutis, basi angustatis subintegerrimis glabris, subtus in venis pubescentib.; racemis subterminalib. bifidis. ♃ — Folia inaequilatera, supra viridia, majora 6–7-pollicaria, 2½–3 poll. lata, minorib. suborbicularibus. Pedicelli apicem versus incrassati ramique villosi. Segmenta calycina obtusa. Corolla alba glabra, segmentis ovatis obtusis. — Crescit in Andibus Quinduensibus in regno Novo-Granatensi.

180. S. PULCHRUM Dunal l. c. 15. (ed. 2. inedit. t. 35.) — Poir. Encycl. méth. Suppl. III. 750. — G. Don l. c. no. 154. — Caule fruticoso; ramis rugosis glabris; foll. oblongo-ovatis in petiolum desinentib.; racemis magnis subdichotomis. ♄ — Rami teretes glabri. Folia plerumque gemina acuta v. obtusa, subtus puberula. Pedunculi cymosi. Corollae segmenta lanceolata acuta. Bacca globosa. — Affine *S. crispo*, sed foliis minus cordatis racemisque majoribus differt. — In Brasilia.

Sectio V. LYCIOIDES Dunal l. c. 22.

Rami spinescentes. Folia solitaria integra. Pedunculi axillares filiformes uniflori solitarii v. aggregati. Calyx quinquedentatus v. quinquefidus. Stamina inaequalia. Semina ossea.

181. S. LYCIOIDES Linn. Mantiss. pl. 45. — Jcq. Icon. pl. rar. I. t. 46. — Dunal l. c. 22. — H. B. Kth. l. c. 36. — Kth. l. c. 170. — G. Don l. c. no. 155. — Fruticosum spinosum: foll. solitariis oblongis obtusis, basi cuneatis glabris aut hirtis; pedunculis extraaxillarib. unifloris solitariis filiformibus. ♄ — Rami teretes glabri, ramulis angulatis pilosis. Folia 7–8 lin. longa. Pedicelli solitarii. Calyx urceolatus truncatus 5-dentatus, dentib. linearib. subulatis remotis. Corolla pallide

violacea, limbo angulato-quinquelobo, fauce lutea. Antherae lutese subsagittatae. Bacca globosa glabra rubra pisiformis. — *β.* Foliis pilosis. — In Peruvia.

182. S. CANDICANS Dunal l. c. 23. — G. Don l. c. no. 156. — Fruticosum: ramis spinescentib.; foll. obovato-cuneiformib. obtusis, subtus albo-tomentosis, supra scabris; pedunculis filiformib. unifloris solitariis? ♄ — Caulis spinosissimus, ramis scilicet in spinas floriferas foliosas abeuntibus. Segmenta calycina appendiculata. Corolla coerulea, fauce lutescente. Antherae liberae. Bacca globosa rubicundo-cuprea. — *S. lycioides* Rz. et Pav. Flor. Peruv. II. 41. t. 177. fig. b. — *S. lycioides β. tomentosum* Dunal, Monogr. Solan. 174. — In Peruviae argillosis ad Huanuco.

Sectio VI. HOLOCHLAENA*) **G. Don l. c. 420.**

Folia integerrima solitaria vel gemina. Calyx truncatus integer. Flores bini vel fasciculati laterales.

183. S. BIGEMINATUM Nees ab Esenb. Transact. of the Linn. Soc. XVII. 42. — — G. Don l. c. no. 157. — Caule suffruticoso; foll. inferiorib. solitariis, superiorib. geminis, supra dissite setulosis elliptico-oblongis, utrinq. acuminatis, altero minori conformi; florib. laterifoliis subgeminatis; calyce integerrimo laevi; pedunculis fructiferis erectis. ♄ — *S. flexuosum* et *angulosum* Hb. Madr. — Differt a cognatis fructu grandiore, pisi eximii magnitudine pedunculo crasso erecto insidente. — Crescit in India orientali.

184. S. NEESIANUM Wall. Cat. Suppl. no. 248. — Nees ab Esenb. l. c. — G. Don l. c. no. 158. — Caule suffruticoso; ramis tetragonis, summitatem versus scabriusculis; foll. inferiorib. solitariis, superiorib. geminis, supra dense subtilissimeq. scabris, punctulato-asperis oblongo-lanceolatis, utrinq. acuminatis, altero minori conformi; florib. laterifoliis fasciculatis; calyce integerrimo laevi; pedunculis fructiferis patentibus. ♄ — Corolla calyce duplo major crassiuscula alba (?), laciniis lanceolatis glabris. Bacca globosa, vix pisi minoris volumine, laevis rubra bilocularis. — Crescit in India orientali.

185. S. BLUMEI Nees ab Esenb. in Blume, Bijdragen 606. — Nees ab Esenb. Transact. of the Linn. Soc. XVII. 45. — G. Don l. c. no. 159. — Caule suffruticoso dichotomo colorato glabro; foll. superiorib. geminis, altero majori oblongo, utrinq. acuminato, basi interdum inaequali, altero minori ovato, basi acuto; florib. aggregatis laterifoliis; calyce integerrimo. ♄ — *S. violaceum* Blume, Cat. Hort. Buit. 55. — Crescit in insula Java.

186. S. PARASITICUM Blume, Catal. hort. Buitenzorg. 55., Bijdragen 607. — G. Don l. c. no. 160. — Caule fruticoso nodoso; foll. solitariis oblongo-lanceolatis acuminatis, basi acutis, interdum inaequalib. glabris; florib. aggregatis laterifoliis; calyce integerrimo. ♄ — Crescit in insula Java supra arbores.

Sectio VI. POLYMERIS Dunal l. c. 23.

Folia integerrima solitaria vel gemina. Calyx decemdentatus vel decemfidus. Pedunculi uniflori axillares vel interfoliacei.

§. 1. ***Foliis geminis; corollis plicatis 5-angulatis; staminibus interdum inaequalibus.***

187. S. UNIFLORUM Dunal l. c. 23. (ed. 2. inedit. t. 42.) — Poir. Encycl. méth. Suppl. III. 757. — G. Don l. c. no. 161. — Caule dichotomo divaricato; ramis glabris, punctis exasperatis; foll. saepe geminis ovatis obtusiusculis, supra glabris nitidis, subtus leproso-tomentosis; pedunculis solitariis. ♄ — Frutex elegans. Rami brunnei angulati. Pedunculi glabri. Calyx glaber 10-fidus, segmentis alternis minoribus. Corolla 5-fida. Stamina aequalia. Bacca globosa mucronata Cerasi parvi magnitudine. — *S. dichotomum* Rich. Herb. — Crescit in insula Sti. Dominici.

188. S. MONANTHUM Roem. et Schult. Syst. veget. IV. 608. — G. Don l. c. 421. no. 162. — Foll. plerumq. geminis subsessilib. ellipticis; pedunculis axillaribb.

---

*) *Nomen compositum e verbis ὅλος integer, et χλαῖνα integumentum externum, propter calycem integrum.*

unifloris; calyce 10-fido. ♃ — Herbaceum, pilis dispersis stellatis hispidum. Corolla obscure purpurea v. coerulea, calyce triplo major. Segmenta calycina obliqua brevia. Bacca ovata glaberrima, ovi parvi gallinacei magnitudine. — *S. uniflorum* Lag. Nov. gen. et spec. pl. 10. — Crescit in Nova Hollandia.

189. S. SPECIOSUM Dunal l. c. 123. — G. Don l. c. no. 163. — Caule arboreo; ramis flexuosis; foll. oblongis acuminatis undulatis solitariis geminisve; pedunculis solitariis; corollis margine crenulatis. ♄ — Folia venosa, superiora gemina. Flores speciosi. Corolla magna expansa semiquinquefida subpentagona. Bacca sphaeroidea erecta, matura nutans. — Burm. Americ. 242. t. 245. fig. 5. — Crescit in insulis Caraibaeis.

190. S. NEGLECTUM Dunal l. c. — G. Don l. c. no. 164. — Caule fruticoso; foll. ovatis undulatis; pedunculis solitariis geminisq.; laciniis calycinis reflexis. ♁ — Burm. Plant. Americ. 242. t. 245. fig. 4. — Plum. mss. IV. fig. 34. ex Aubl. Guian. I. 217. — Ramosissimum. Folia integerrima. Pedunculi inferiores solitarii, superiores gemini ternive. Calyx (secundum ic. cit.) 10–16-denticulatus. Bacca rotundata. — Affine videtur *S. geminato*, differt caule non scandente dentibusque calycinis numerosioribus reflexis. — In insulis Indiae occidentalis crescit.

191. S. TRICOLOR Moç. et Sess. Ic. fl. Mexic. inedit. ex Dunal l. c. 24. (ed. 2. ined. t. 41.) — Poir. Encycl. méth. Suppl. III. 756. — G. Don l. c. no. 165. — Caule tereti dichotomo; foll. geminis, altero minore, ovatis obtusiusculis, tomento nitido obductis; pedunculis quaternis; antheris 5, una reliquis duplo longiore. ♁ — Affine *S. lento*, differt maculis 3 viridibus ad basin cujusque segmenti corollini, antheris inaequalibus etc. — Caulis lanatus. Pedunculi villosi. Calyx 10-dentatus. Corolla alba subreflexa, medio violacea. Bacca globosa rubra. — In Mexico.

192. S. PAUCIFLORUM Vahl, Eclog. I. 21. — Dunal l. c. 24. — G. Don l. c. no. 166. — Ramis villosis, superne tomentosis; foll. ovatis integerrimis, supra glabris, subtus tomentosis, ramealib. geminatis inaequalib.; calycib. tomentosis; pedunculis geminatis inaequalibus. ♁ — Rami herbacei cum foliorum juniorum pagina inferiori ferrugineo-tomentosi. Folia 2–3-pollicaria. Flores nutantes tomento ferrugineo tecti. Calyx brevis truncatus 10-dentatus, dentibus linearibus. Corolla glabra pedunculorum longitudine. — Crescit in insula Sti. Martinici.

193. S. SYLVATICUM Dunal l. c. 24. (ed. 2. inedit. t. 114.) — H. B. Kth. Nov. gen. et spec. plant. III. 37. — Kth. Synops. plant. aequin. II. 170. — G. Don l. c. no. 167. — Frnticosum scandens: foll. ovatis acuminatis, basi rotundatis subrepandis glabris, subtus in venis hirtellis, superiorib. geminis; florib. extraaxillarib. subternis; calycib. decemdentatis. ♁◡ — Ramuli pilosi. Folia subbipollicaria. Corolla magna pentagona, asterisco pentagono notata. Stamine uno reliquis majori. Bacca globosa glabra. — In sylvis prope Cumana et Bordones.

194. S. LYSIMACHIOIDES Wall. in Rxb. Flor. Indic. II. 257. (excl. syn. Lour.) — Wall. Cat. 2609. — Nees ab Esenb. Transact. of the Linn. Soc. XVII. 44. † — G. Don l. c. no. 168. — Herbaceum: caule basi repente, apice ramisq. ascendentib.; foll. plerisque geminatis subaequalib. ovatis, utrinq. acutis integerrimis pubescentib.; florib. solitariis, foliis interpositis, glabriusculis; calycib. 8–10-dentatis, dentib. subulatis fructum aequantibus. ♃ — Baccae coccineae. Corolla alba. Habitus *Lysimachiae nemorum*. — Crescit in Indiae orientalis montosis Sheopore, Chundra-Giri et prope Chitlong.

195. S. RETROFRACTUM Vahl, Eclog. I. 21. — Dunal, Gener. Solan. monogr. 176. t. 5. — Synops. 24. — G. Don l. c. no. 169. — Caule fruticoso; ramulis axillarib. retrofractis; pedunculis filiformib., plurib. in umbellam aggregatis, umbellis axillarib. terminalibq.; calycib. truncatis edentulis glabris. ♁ — Frutex volubilis? Folia petiolata integerrima sesquipollicaria. Calyx 10-fidus, segmentis linearib. subulatis inaequalib., membrana pellucida conjunctis, unde apparet truncatus edentulus. Corolla calyce triplo major. Stamina aequalia. — In America tropica.

196. S. GLANDULOSUM Rz. et Pav. Flor. Peruv. II. 35. t. 167. fig. b. — Dunal l. c. 25. — G. Don l. c. no. 170. — Caule suffruticoso scandente; foll. geminis ovato-cordatis; pedunculis 3–5 interfoliaceis, denticulis calycinis glandulaeformibus ♁◡

— Folia breviter petiolata valde venosa, basi inaequalia. Calyx turbinatus angulato-striatus, plerumque 10- rarius 12-14-dentatus. Corolla alba patens, limbo plicato. Bacca globosa pallide rubra. — Crescit in Peruviae nemoribus ad Vitoc in provincia Tarma.

197. S. CUTACENSE H. B. Kth. l. c. 38. — Kth. l. c. 171. — G. Don l. c. no. 171. — Fruticosum scandens (?): ramulis tomentoso-pubescentib.; foll. geminis ovatis subacuminatis integerrimis, utrinq. sericeo-pilosis, subtus canescentib.; florib. extraaxillarib. geminis, terminalib. ternis; calycib. decemdentatis. ♄ᴗ — Simillimum *S. lento* Cav., sed differt foliis geminis subacuminatis, utrinq. sericeo-pilosis, pilis simplicibus. — Ramuli angulati. Folia petiolata, altero paullo minori. Corolla sinuato-quinqueloba alba, medio violacea, extus puberula. — Crescit in sylvis umbrosis Peruviae prope Ayavaca et Rio Cutaco.

198. S. MACRODON Wall. Cat. 2621. — G. Don l. c. no. 172. — (An idem ac Rxb. ex Nees ab Esenb. l. c. 45??) — Fruticosum erectum: foll. inferiorib. solitariis, superiorib. geminatis, altero 2-3-plo majore, oblongo-lanceolatis, utrinq. acuminatis integerrimis, supra ramulisq. pilosis; florib. solitariis v. fasciculatis interfoliaceis; calycib. sulcatis decemdentatis, dentib. subulatis baccam superantibus. ♄ — Habitu simile est *S. denticulato*, differt autem calycis dentibus longissimis. Crescit in Indiae orientalis montibus Pundrea.

199. S. DECEMDENTATUM Rxb. Flor. Indic. II. 247. — Wall. Cat. no. 2614. — G. Don l. c. no. 173. — Herbaceum erectum perenne: foll. inferiorib. solitariis, superiorib geminis ovatis, utrinq. acutis pilosis, altero minori; florib. fasciculato-aggregatis laterifoliis; calycib. decemdentatis pedicellisq. glabris, dentib. linearisubulatis aequalib.; baccis pisiformib. glabris, maturis nitidis. ♃ — Crescit in China et in India orientali (Singapore).

200. S. CRASSIPETALUM Wall. Cat. no. 2618. — Wall. in Rxb. Flor. Indic. II. 236. Nees ab Esenb. Transact. of the Linn. Soc. XVII. 42. — G. Don l. c. 422. no. 174. — Fruticosum: foll. inferiorib. solitariis, superib. geminatis ovato-oblongis, utrinq. acuminatis ciliatis, supra hirtis, altero minori; florib. fasciculato-aggregatis laterifoliis; calyce subdecemdentato pedicellisq. hirtis, dentib. subulatis, alternis brevioribus. ♄ — Corolla purpurea v. alba. Bacca globosa 1½ poll. diametro tenet. — *S. denticulatum* α. Blume, Bijdragen 697? — *S. pachypetalum* Spr. Syst. veget. IV. appdx. 70. no. 278. — *S. biflorum* D. Don, Prodr. fl. Nepal. 96. (excl. syn.) — Lour. Flor. Cochinch. I. 150? — Crescit in Nepalia.

201. S. MOLLISSIMUM Blume, Bijdragen 698. — G. Don l. c. no. 175. — Caule suffruticoso inermi; foll. geminis, supra hirsutis, infra dense tomentosis, majori elliptico-oblongo, utrinq. acuminato, minori ovato; florib. aggregatis laterifoliis; calycib. decemfidis. ♄ — Crescit in montanis insulae Javae.

§. 2. *Foliis solitariis; corolla plicata quinquangulata; staminibus interterdum inaequalibus.*

202. S. MOCINIANUM Dunal, Synops. Solan. 23. (ed. 2. inedit. t. 43.) — G. Don l. c. no. 176. — Caule herbaceo piloso; foll. subsessilib. ovato-lanceolatis acutis pilosis; pedunculis solitariis; calyce 10-fido; bacca ovato-oblonga. ♃? ☉? — Pedunculi axillares folio longiores. Corolla violacea, angulis acutis. Antherae subsessiles. Bacca lutescenti-viridis. — Crescit in regno Mexicano.

203. S. FUGAX Jcq. Collect. bot. IV. 123., Icon. rar. t. 324. — Dunal l. c. 23. — Lam. Dict. 282 — G. Don l. c. no. 177. — Caule fruticoso dichotomo divaricato; foll. lanceolatis glabriusculis; pedunculis solitariis; calyce 10-dentato ♄ — Cortex nigrescens punctato-hispidus. Pedunculi ex ramorum ramificationibus v. oppositifolii. Calyx parvus truncatus 10-striatus. Corolla magna alba, medio macula lutea quinquangulari notata, hora circiter quinta matutina expansa, paullo post clausa, unde nomen specificum sumtum est. — Crescit in Caracas.

204. S. STELLATUM Jcq. l. c. III. 254. V. t. 5. fig. 2., Icon. rar. t. 325. — Dunal l. c. 24. — G. Don l. c. no. 178. — Caule fruticoso scandente flexuoso; foll. ovato-lanceolatis glabris acuminatis; pedunculis plerumq. geminis; calycib. inaequaliter

dentatis. ♁◡ — Frutex sempervirens glaber viridis. Pedunculi interdum solitarii v. terni. Corolla magna elegans coerulea, macula virenti quinquangulari, subtus protuberante, notata. Bacca globosa aurantiaca. — Proximum *S. retrofracto* et *geminato*, sed differt jam calyce inaequaliter dentato. — Crescit.....?

205. S. GEMINATUM Vahl, Eclog. I. 21. — Dunal l. c. — G. Don l. c. no. 179. — Caule scandente; foll. ovatis integerrimis glabris; calycib. pedicellisq. glabris, pedicellis saepius geminis; calycib. 10-dentatis, dentib. lineari-subulatis. ♁◡ — Rami teretes, sub lente pulverulenti. Pedunculo uno reliquis majori. Corolla glabra. — Crescit in Cayenne.

206. S. BIFLORUM Lour. Flor. Cochinch. I. 159. — Dunal l. c. — G. Don l. c. no. 189. — Caule fruticoso; foll. ovatis integerrimis villosis; pedunculis geminis; calycib. decemfidis, segmentis subulatis; baccis parvis rotundis rubris. ♁ — Crescit in China et in Cochinchina.

207. S. PHILLYREOIDES Dunal l. c. 24. — H. B. Kth. l. c. 37. — Kth. l. c. 170. — G. Don l. c. no. 181. — Caule fruticoso erecto dichotomo; foll. solitariis oblongis aut lanceolato-oblongis, utrinq. angulato-acuminatis integerrimis, supra glabris, subtus pubescentib.; florib. alarib. aut lateralib. geminis aut quaternis; calycib. subdecemdentatis. ♁ — Ramuli angulati puberuli. Folia glabra, supra viridia, infra pallidiora puberula. Corolla magnitudine illius *S. lycioidis*. Calycis dentes lineari-subulati remoti, alternis minimis. Corolla sinuato-quinquangularis, medio violacea. Bacca globosa. — Crescit in convalli fluminis Magdalenae in regno Novo-Granatensi.

208. S. VIRGATUM Lam. Illustr. gen. no. 2310. — Dunal, Monogr. gen. Solan. 174. t. 4. (ed. 2. inedit. t. 40.), Synops. Solan. 25. — G. Don l. c. no. 182. — Caule fruticoso; ramis virgatis; foll. ovato-oblongis acutis, subtus tomentosis; pedunculis calycibq. tomentosis; pedunculis plurib. axillarib. in ramorum dichotomis nascentib.; filamentis inaequalibus. ♁ — Tomentum stellatum. Folia integerrima. Calyx 10-fidus, segmentis membrana pellucida conjunctis, alternis brevioribus. Corolla violacea macula 5-radiata notata, extus tomentosa. Stamina quinque, uno reliquis longiore. — Crescit in insulis Canariensibus.

209. S. MONODYNAMUM Vis. Semina Hort. Patav. 1841. p. 3. — Fruticosum inerme molliter pubescens: ramis dichotomis divaricatis; foll. petiolatis ovatis acuminatis integris; pedunculis extraaxillarib. et in dichotomiis solitariis aggregatisq. unifloris, basi articulato-deciduis; calyce truncato decemdentato, dentib. subulatis, alternis minorib.; corolla rotata; staminum filamento altero reliquis duplo longiore. ♁ — *S. lento* Cav. affine videtur. — Crescit in Mexico.

210. S. LENTUM Cav. Icon. plant. rar. IV. 336. t. 398. — Pers. Enchirid. I. 222. — Dunal l. c. 25. — G. Don l. c. no. 183. — Fruticosum scandens: ramulis folliisq. subtus stellulato-tomentosis et incanis, supra stellulato-pubescentib. solitariis ovatis acutis integerrimis; florib. extraaxillarib. geminis, terminalib. ternis; calycib. decemdentatis. ♁◡ — Folia superiora geminata? Corolla sinuato-quinquelobа violacea, fundo alba, extus tomentosa. Stamen unum reliqua quatuor duplo superat. — *Solanum scandens foliis tomentosis* Plum. Cat. 4? — Plum. ed. Burm. 242. t. 245. fig. 3? — Crescit ad Caracas.

§. 3. *Foliis geminatis; calyce decemdenticulato; floribus fasciculatis vel geminis laterifoliis.*

211. S. DENTICULATUM Blume, Bijdragen 697. — Nees ab Esenb. Transact. of the Linn. Soc. XVII. 41. — G Don l. c. no. 184. — Caule suffruticoso; foll. inferiorib. solitariis, summis geminis glabriusculis, altero majori oblongo, utrinq. acuminato, altero minori subovato; florib. fasciculato-aggregatis laterifoliis; calyce minuto 10-denticulato sulcato. ♁ — *α.* Foll. pedunculis calycibq. birsutis. — *S. subtruncatum* Wall. Cat. no. 2020. — *β.* Pedunculis solitariis; florib. abortu tetraudris. — *S. crassipetalum* Wall. Cat. 2618?? (cf. supra p. 64. no. 200.). — Crescit in Indiae orientalis montibus Silhet et in umbrosis altioribus insulae Javae.

aut solitariis breviter pedunculatis. ♄ — Rami cinerascenti-lutei; aculei longi, ad basin tomentosi, uno in quovis petiolo. Folia subpetiolata inermia, infra lactea, supra cinerascenti-virentia. Pedunculi et calyces ferrugineo-tomentosi. — Crescit in Nova Hollandia.

228. S. STELLIGERUM R. Br. l. c. 445. (ed. N. ab E. 301.) — Dunal l. c. — G. Don l. c. no. 201. — Caule fruticoso; aculeis raris acerosis rectiusculis; foll. integris subinermib., supra glabris laevib., subtus tomentosis cinereis; corymbis lateralib. subumbellatis simplicib. subsessilib.; calycib. inermibus. ♄ — Flores pallide coerulei. Fructus ruber. Tomentum stellatum.

α. Aculeis caulinis leviter curvatis. — Caulis et rami tomentosi. Corolla pallide purpurea. Stamina aequalia. Bacca globosa. — *S. stelligerum* Sm. Exot. bot. II. 57. t. 88.

β Aculeis caulinis rectis. — (Dunal, Solan. ed. 2. inedit. t. 57.) — Folia infra ferrugineo-tomentosa. Corolla extus villosa, pallide coerulea. Bacca globosa. — Crescit in Nova Hollandia interiori.

229. S. DISCOLOR R. Br. l. c. — Dunal l. c. — G. Don l. c. no. 202. — Caule fruticoso; aculeis setaceis rectis; foll. ellipticis subrepandis, supra glabris, subtus tomentosis cinereis calycibq. inermib.; racemis lateralib. multifloris indivisis. ♄ — Crescit in Nova Hollandia.

230. S. DIANTHOPHORUM Dunal l. c. — G. Don l. c. no. 203. (falso adjecto auctore). — Subinerme: caule aculeis paucissimis acerosis v. nullis obsito; foll. oblongo-ovatis integris tomentosis inermib.; pedunculis lateralib. bifloris geminisve; calycib. 5-fidis, segmentis acuminatis. ♄ — Rami cum foliorum pagina inferiore tomento stellato ferrugineo-lutescente tecti. Folia saepe geminata, supra obscure virescentia. Calyx lanatus corolla longior; antherae violaceae. — *S. biflorum* R. Br. l. c. nec Lour. — Crescit in Nova Hollandia.

231. S. ELLIPTICUM R. Br. l. c. — Dunal l. c. — G. Don l. c. no. 204. — Caule fruticoso; aculeis rectis, basi tomentosis; foll. oblongo-ovalib. obtusis integris, utrinq. tomentosis calycibq. aculeatis; pedunculis subtrifloris. ♄ — Crescit in Nova Hollandia.

232. S. HORRIDUM Dunal l. c. 28. (ed. 2. inedit. t. 46.) — G. Don l. c. no. 205. — Caule tereti piloso aculeato; foll. longe petiolatis ovato-oblongis integris, utrinq. villosis aculeatis; pedunculis unifloris aculeatis. ♄ — Poir. Encycl. méth. Suppl. III. 763. — Tota planta pilis stellatis vestita est. Folia supra cinerascenti-virentia, infra lactea. Segmenta corollae acuta. Bacca globosa Cerasi magni forma. — Crescit in Nova Hollandia.

233. S. ECHINATUM R. Br. l. c 447. (ed. N. ab E. 303.) — Dunal l. c. — G. Don l. c. no. 206. — Caule erecto; aculeis setaceis rectis acerosis; foll. ovato-oblongis integris inermib., utrinq. tomentosis; racemis oppositifoliis simplicib.; bacca subquadriloculari, a calyce echinato inclusa. ♄ — A plerisque Solanis duplici charactere recedit. — Crescit in Nova Hollandia.

234. S. RODSCHIEDII Meyer, Primit. flor. Essequeb. 111. — G. Don l. c. no. 207. — Caule fruticoso; foll. oblongis sinuatis v. integris, basi subcordatis v. attenuatis, subtus tomentosis aculeatis; racemis lateralib.; calycib. muticis. ♄ — Tota planta, exceptis ramis adultis genitalibq. pilis stellatis vestita est. Rami, petioli et folia aculeati. Aculei solitarii compressi lutei, rameales curvati, reliqui recti. Segmenta calycina brevia obtusiuscula. Corolla violacea, extus calyceque tomentosa. Bacca cerasiformis. — Crescit in terra Essequebonensi Americanorum.

§. 3. *Persicaria Dunal l. c.* 28. — *Foliis integris repandisve angustis oblongo-lanceolatis; racemis simplicibus elongatis extrafoliaceis; pedicellis secundis, floriferis erectis, fructiferis cernuis; corollis 5-partitis.*

235. S. RACEMOSUM Jcq. Pl. Americ. 30. t. 36 (ed. pict. t. 50.) — Linn. Mantiss. pl. 47. — Dunal l. c. — G. Don l. c. no. 208. — Caule inermi fruticoso; foll. lanceolatis undulatis repandis acutis; racemis simplicibus. ♄ — Folia nitida petiolata, infra aculeata? Racemi foliorum longitudine. Corolla alba, segmenta profunda

oblongo-lanceolata. Bacca parva pisiformis. — Crescit in insula Martinica et in Surinam ad montium declivitates.

236. S. IGNEUM Linn. Spec. plant. 270. — Jcq. Hort. Vindob. t. 14. — Dunal, Solan. monogr. 182. t. 2. fig. a., Synops. gen. Sol. 28. — G. Don l. c. no. 200. — Caule fruticoso; foll. lanceolatis acuminatis, basi utrinq. revolutis; corollis quinquepartitis. ♄ — Frutex interdum aculeatus, interdum inermis. Folia utrinque, sed praecipue subtus villis stellatis vestita. Aculei longi recti subulati colore igneo-lutescenti. Corolla alba v. purpurascens, segmentis longis angustis reflexis. Bacca rubra cerasiformis (ex Poir.) v. pisiformis (ex Jcq.). — Burm. Americ. 241. t. 245. fig. 1. — Sloane, Fl. Jamaic. I. 38. t. 11. fig. 3. — Pluken. Almag. 350., Phytogr. t. 225. fig. 5. — *Solanum fruticosum lauri foliis aculeatum* Plum. Cat. 4. — Crescit in insulis Caribaeis et in Guiana.

β. parvifolium Vahl, Eclog. I. 23. — Differt habitu; caule ramisque graciliori-bus, foliis minoribus minusque acuminatis, aculeis duplo triplove longioribus. — Crescit in insula Sti. Crucis.

237. S. SUBARMATUM Willd. Enum. pl. hort. Berol. 240. — Dunal l. c. 28. — G. Don l. c. 425. no. 210. — Caule fruticoso subaculeato; foll. lanceolatis, subtus subpubescentib. integerrimis, ad basin utrinq. revolutis; racemis simplicib. extra-foliaceis. ♄ — Caulis fruticosus orgyalis et ultra, quandoque parce aculeatus, ra-mis teretibus, junioribus stellato-pubescentibus. Folia lanceolata bipollicaria et longiora integerrima petiolata, supra glabra, subtus pilis raris stellatis obsita, basi utrinque revoluta, costa media interdum aculeo unico subtus armata. Ra-cemi simplices stricti pedunculati pollicares extrafoliacei. Flores albi. Laciniae corollae lanceolatae. — *S. Bahamense* Hortor. — Crescit.....?

238. S. PERSICAEFOLIUM Dunal, Gen. Solan. monogr. 185., Synops. 28. — G. Don l. c. no. 211. — Caule fruticoso; foll. oblongo-lanceolatis angustis; racemis sim-plicib.; corollis quinquefidis. ♄ — Caulis scaber inermis. Folia infra in costa media aculeata. Calyx inermis. Bacca globosa nutans. — Differt a *S. igneo* foliis angustioribus. — Burm. Americ. 240. t. 244. — Crescit in insulis Caribaeis.

239. S. BAHAMENSE Linn. Spec. plant. 270. — Dill. Hort. Elth. 263. t. 271. fig. 250. — Dunal, Synops. Solan. 28. — G. Don l. c. no. 212. — Caule fruticoso; foll. lan-ceolatis repandis v. sinuatis obtusis, margine reflexis; corollis quinquepartitis. ♄ — Caulis et folia villosa aculeata. Aculei brunnei recti. Corolla coerulescenti-purpurea, segmentis angustis reflexis. Bacca pisiformis lutescens. Affine dicitur *S. polyacantho*, sed differt foliis latioribus floribusque racemosis non solitariis. — *S. fruticosum* Mill. Dict. no. 18. — Sloane, Hist. Jam. I. 236. t. 145. — Crescit in Providence, una insularum Bahamensium.

240. S. GRACILIFLORUM Dunal l. c. 29. (ed. 2. inedit. t. 47.) — G. Don l. c. no. 213. — Ramis glabriusculis aculeatis, aculeis subrectis; foll. ovato-oblongis, basi in-aequalib. sinuatis, utrinq. aculeatis pilosiusculis, pilis minutissimis distantib.; racemis brevib. cymoso-umbellatis. ♄ — Aculei lutescentes, apice villosuli. Pe-dicelli floresque graciles. Calyces parvi quinquedentati. — Crescit in insula Java.

241. S. DUNALIANUM Gaudich. in Freycin. Voyage bot. 448. t. 58. ex Prsl. Repert. bot. syst. I. 139. — G. Don l. c. no. 214. — Frutescens: foll. ellipticis acutis, basi in petiolum decurrentib. integerrimis glabris, nervo medio subtus cum petiolis ra-mulisq. spinosis; florib. corymbosis *tetrandris;* calycib. glabris, lobis abbreviato-ovatis acutis subaequalib.; corollis externe pulverulento-tomentosis, laciniis ovato-lanceolatis; baccis globosis. ♄ — Crescit in insula Pisang Moluccarum.

242. S. MOLLE Dunal l. c. 28. — H. B. Kth. Nov. gen. et spec. pl. III. 40. — Kth. Synops. plant. aequin. II. 172. — G. Don l. c. 215. — Caule suffruticoso aculeato; ramis inermib. foliisq. subtus incano-tomentosis, supra canescenti-pubescentib. solitariis oblongis acuminatis sinuatis, nervo subtus aculeato; racemis suboppo-sitifoliis subdichotomis calycibq. inermibus. ♄ — Aculei recti lutei. Pubescentia stellata. Corolla alba, extus piloso-tomentosa. Bacca rotundata viridi- et albo-variegata. — Crescit in provincia Caracasana.

§. 4. *Polygama G. Don l. c.* 425. — *Pedunculis brevibus unifloris flores hermaphroditos gerentibus; floribus masculis racemosis parvis.*

243. S. POLYACANTHUM Lam. Illustr. gener. 2377. — Poir. Dict. IV. 304. — Dunal l. c. 29. — G. Don l. c. no. 216. — (Vahl, Eclog. I. 24.) — Aculeatissimum: aculeis acicularib.; foll. lineari-lanceolatis subsessilib. obtusis, utrinq. villosis; pedunculis axillarib. unifloris. ♁ — Villi stellati lutescentes. Aculei recti, apicem versus brunneo-lutescenti. Corolla parva alba, segmentis linearibus, extus villosis. Bacca globosa glabra nitida, seminis *Coriandri sativi* magnitudine. — *S. parviflorum* Cav. Icon. et descript. pl. III. 19. t. 236. — Burm. Americ. 218. t. 224. fig. 1. (excl. syn. Linn. et Dill.) — Crescit in insula Sti. Dominici.

244. S. MICROPHYLLUM Dunal, Monogr. Solan. 187., Synops. 29. — G. Don l. c. no. 217. — Caule ramoso; foll. parvis ovatis integris tomentellis; florib. quadrifidis tetrandris. ♁ — Habitus *S. lycioidis*. Aculei aciculares subsolitarii ad ramorum basin interdum gemini v. intrafoliacei. Folia illorum *Thymi vulgaris* magnitudine v. majora, acuta v. obtusa. Pedunculi extrafoliacei brevissimi solitarii v. gemini. Corollae segmenta linearia. — *Aquartia microphylla* Lam Illustr. gener. 1604. t. 82. fig. 2. — Poir. Encycl. méth. Suppl. I. 410. — Crescit in insulis Caribaeis.

245. S. AQUARTIA Dunal l. l. c. c. — G. Don l. c. no. 218. — Caule ramoso aculeato; foll. subovatis obtusis integris tomentosis; florib. quadrifidis tetrandris. ♁ — Rami aculeis laevibus subulatis armati, statu juvenili plerumque subinermes. Pedunculi laterales uniflori brevissimi. Calyx tomentosus, segmentis inaequalibus. Corolla alba, extus tomentosa, segmentis linearibus obtusiusculis. Bacca globosa lutea nitida, pisi minoris magnitudine. — *Aquartia tomentosa* Lam. Illustr. gen. 1603. t. 82. fig. 1. — *Aquartia aculeata* Jcq. Americ. I. 15. — Crescit in insula Sti. Dominici ad sinum Bayaba in rupibus fruticosis maritimis.

246. S. CROTONOIDES Lam. Illustr. gen. 2333. — Poir. Dict. IV. 306. — Dunal l. c. 188. t. 13., Synops. 29. — G. Don l. c. no. 219. — Caule fruticoso; foll. discolorib. elliptico-lanceolatis, supra glabris, subtus tomentosis inermib.; racemis brevib.; florib. quadrifidis tetrandris. ♁ — Rami tomentosi, apicem versus ferruginei. Aculei aciculares pauci recti. Pedunculi laterales ferrugineo-tomentosi, apice furcati et cymosi. Corollae segmenta linearia. — Crescit in insulis Caribaeis.

247. S. RETICULATUM Dunal, Synops. 29. (ed. 2. inedit. t. 48.) — G. Don l. c. no. 220. — Ramis apice tomentosis pulverulentis; foll. ovato-lanceolatis inaequalib., supra glaberrimis reticulatis, subtus nervosis leproso-tomentosis; pedunculis unifloris. ♁? — Habitus *S. crotonoidis*. Variat inerme et aculeatum. Bacca globosa mucronata. — Crescit in insula Sti. Dominici.

248. S. POLYGAMUM Vahl, Symbol. bot. III. 30. t. 55. — Dunal l. c. 30. (ed. 2. ined. t. 49.) — G. Don l. c. 426. no. 221. — Caule fruticoso; foll. ovato-oblongis subintegris, supra scabriusculis, subtus tomentosis. ♁ — Rami cum foliorum pagina inferiori et pedunculis ferrugineo-tomentosi. Aculei recti rubicundo-lutei. Folia basi subcordata inaequalia 2–3-pollicaria. Flores parvi cymosi. Calyx cum corolla extus tomentosus 4–5-partitus. Stamina 4–5-na. Planta polygama: floribus masculis racemosis, hermaphroditis solitariis. — Crescit in insula Sti. Crucis.

249. S. INTEGRIFOLIUM Poir. Dict. IV. 301. — Dunal, Gener. Solan. monogr. 189. — G. Don l. c. no. 222. — Caule fruticoso; foll. ovatis subrepandis, infra tomentellis; umbellis axillaribus. ♁ — Caulis aculeatus pilosus. Folia interdum geminata, interdum aggregata, supra glabriuscula, aculeis pilisque hinc inde dispersis obsita, aculeis paucis parvis. Calyx villosus quinquedentatus. Corolla parva albida. Bacca lutea. — Crescit in insula Sti. Mauritii.

§. 5. *Eriophylla Dunal, Synops. Solan.* 30. — *Foliis repandis angulatis sinuatisve, utrinque lanuginosis; pedunculis solitariis multifloris aut aggregatis unifloris brevibus; floribus parvis.*

250. S. HIRTUM Vahl, Symbol. bot. II. 40 t. 21. — Dunal l. c. — G. Don l. c. no. 223 — Caule fruticoso; foll. cordatis angulatis tomentosis aculeatis; pedunculis

aggregatis lateralib. calycibq. pilosis. ♁ — Aculei parvi recti aciculares. Caulis apicem versus tomentosus. Folia palmaria, subtus albescentia. Pedunculi supra-foliacei uniflori. Calyx corollaque extus pilosi, corollae segmentis tribus quam reliqua duo longioribus. — Crescit in insula Trinitatis.

231. S. CORDIFOLIUM Dunal l. c. (ed. 2. inedit. t. 135.) — Poir. Encycl. méthod. Suppl. III. 764. — G. Don l. c. no. 224. — Caule piloso aculeato; foll. longe petiolatis cordatis angulato-repandis, utrinq. villosis inermib.; racemis simplicib. lateralibus. ♁ — Tota planta pilis stellatis simplicibus mollibus ferrugineis vestita. Folia basi inaequalia; corollae segmenta aequalia. — Differt a specie praecedente foliis inermibus, racemis simplicibus corollisque regularibus. — In Brasilia ad urbem Rio de Janeiro crescit.

232. S. ERIOPHYLLUM Dunal l. c. (ed. 2. inedit. t. 50.) — G. Don l. c. no. 225. — Ramis albo-tomentosis aculeatis; foll. utrinq. albo-tomentosis ovatis sinuatis obtusis breviter petiolatis; calycib. lanatis subcampanulatis. ♁ — Aculei parvi graciles. Calycis segmenta obtusa, rarius aculeata. Corolla coerulea pentagona, extus villosa. Bacca globosa. — *S. lasiophyllum* Poir. Encycl. méth. Suppl. III. 764. — In Nova Hollandia crescit.

233. S. TOMENTOSUM Linn. Spec. plant. (1. edit.) 188. (2. edit.) 269. — Aubl. Plant. Guian. I. 26. — Sabb. Hort. Rom. II. t. 53. — Triumf. Praelect. 46. t. 6. — Bocc. Sicul. 8. t. 5. — Pluk. Almag. 351., Phytogr. t. 316. fig. 2? — Dunal l. c. 30. — G. Don l. c. no. 226. — Caule fruticoso aculeato; aculeis acerosis; foll. cordatis subrepandis undulatis, utrinq. dense tomentosis, partib. plantae teneriorib. purpurascenti-pulverulentis. ♁ — Tota planta tomento virescenti-luteo vestita est. Folia plerumque tripollicaria, pollicem lata, interdum inermia, interdum infra aculeata. Racemi petiolo breviores, demum nutantes. Corolla coerulescenti-violacea. Bacca subglobosa, junior tomentella, matura glabra, sordide aurantiaca Grossulariae magnitudine. — Crescit in America boreali, Aethiopia, Peruvia et in Promontorio bonae spei.

234. S. HYBRIDUM Jcq. Hort. Vindobon. II. t. 113. — Dunal l. c. — G. Don l. c. no. 227. — Caule fruticoso aculeato; foll. ovatis subinermib. repandis acutis, teneriorib. dorso marginibq. violaceo-pulverulentis. ♁ — Folia repando-angulata pallide viridia undulata, basi inaequalia. Pedunculi violaceo-tomentosi umbellati v. alii uniflori. Corolla pallide coerulea, segmentis 5–10-nis, floribus nonnullis sterilibus. Bacca rotundata depressa aurantiaca pendula. Aculei rigidi recti v. recurvi, in foliis nonnumquam deficientes. — Forte nil nisi praecedentis varietas. — Crescit in Guinea.

235. S. COCCINEUM Jcq. Miscellan. II. 239., Icon. rar. I. t. 43. — Dunal l. c. 31. — G. Don l. c. no. 228. — Caule fruticoso aculeato; foll. ovatis subcordatis repandis tomentosis; baccis aurantiacis. ♁ — Aculei recti subulati brunnei. Folia viridia, in nervo medio et ad petiolos nonnumquam aculeata. Racemi oppositifolii simplices tomentosi. Corolla alba v. purpurascens. Segmenta calycina ovato-lanceolata acuta. Bacca pisiformis, primum rubra, demum sordide alba (ex Jcq.) — Valde affine *S. tomentoso*, sed omnibus partibus minus nec adeo tomentosum. — *S. tomentosum β. coccineum* Willd. Spec. plant. I. 1045. — Pers. Enchirid. I. 228. — Crescit.....?

236. S. BREVIPILUM Dunal, Monogr. Solan. 191. t. 22., Synops. 31. — G. Don l. c. no. 229. — Caule fruticoso; foll. geminis sessilib. obtuse angulatis, utrinq. tomentosis; calycib. quinquepartitis. ♁ — Differt haec species a *S. Jamaicensi* pedunculis, pedicellis calycibusque inermibus, calycibus quinquepartitis, nec quinquedentatis. Omnes partes vestitae sunt tomento stellato. Folia utrinque lutescenti-ferrugineo-tomentosa, saepe inermia. — Crescit in insulis Indiae occidentalis Sti. Thomae et Portorico.

237. S. JAMAICENSE Swrtz. Flor. Ind. occid. I. 454. — Dunal l. c. 191., Synops. 31. — G. Don l. c. no. 230. — Caule fruticoso; foll. geminis cuneatis, medio latiorib. obtuse angulatis, utrinq. cum rhachide calycibq. tomentosis; calycib. quinquedentatis; aculeis reflexis. ♁ — Caulis et foliorum nervi mediani subtus eximie

aculeati. Racemi laterales folio multo breviores simplices multiflori, pedicellis subcymosis. Corolla parva pallide coerulea v. alba, segmentis reflexis, extus tomentosis. Bacca rotundata, matura nigra. — In Jamaica et in Hispaniola.

258. S. TOXICARIUM Lam. Dict. III. 209. — Dunal, Monogr. Solan. 193. (ed. 2. ined. t. 30.) — Dunal, Synops. Solan. 31. — G. Don l. c. no. 231. — Caule fruticoso aculeato; foll. lobato-angulosis tomentosis, basi obliquis emarginatis; aculeis utrinq. sparsis; racemis sessilib.; laciniis corollae sublanceolatis. ♄ — Aculei caulini validi recurvi. Folia plerumq. geminata. Pedunculi, pedicelli, calyces corollaeque pagina externa tomento stellato vestiti ut etiam inferior foliorum pagina. — *S. Juripeba posterior* Pis. Brasil. IV. 41? — Crescit in Guiana.

259. S. CUNEIFOLIUM Dunal, Monogr. Solan. 193. t. 22., Synops. 31. — G. Don l. c. no. 232. — Caule fruticoso; foll. geminatis longe cuneatis, apicem versus sinuato-angulatis, angulis acutis vel interdum obtusis foliisq. inde subintegris; racemis brevibus. ♄ — Tota planta tomento stellato ferrugineo tecta est. Rami foliorumque costae mediae ad basin aculeati, aculeis validis reflexis, basi tomentosis. Folia inaequalia, maxima 4–5-pollicaria, minora 2–3-pollicaria. Pedicelli pedunculo longiores graciles. Flores parvi. Segmenta calycina longe subulata aculeata. Corolla alba 5-fida. Bacca globosa rubicundo-lutea. — *S. caucasum* Dunal, Monogr. Solan. 241. — *S. dubium* Dunal l. c. 240. — *S. Jamaicense* Mill. Dict. no. 71. — Sloan. Hist. Jamaic. 236. t. 144. fig. 3. — Pluken. Phytogr. t. 226. — Crescit in Cayenne.

260. S. HETEROTRICHUM Dunal, Solan. monogr. 192. t. 20., Synops. 31. — G. Don l. c. no. 233. — Caule tomentoso; foll. geminis sessilib. ovatis subangulatis, pilis stellatis tomentosis, nervis bullatis, bullis pilis simplicibus obsitis. ♄ — Rami pilis longis (versus apicem stellatis) lutescentibus vestiti. Aculei graciles recurvi. Folia infra lutescentia, supra ferruginosa, nervis infra aculeolis paucis obsitis. Racemi breves simplices multiflori cum calycibus corollaeque pagina exteriori tomento stellato vestiti. Segmenta calycina lineari-lanceolata longa. Corolla quinquepartita, segmentis linearibus. Bacca globosa. — In America tropica.

261. S. WILLDENOWIANUM G. Don l. c. no. 234. — Tomentosum: caule fruticoso aculeato; foll. geminatis angulatis cuneatis; umbellis extrafoliaceis sessilib.; pedunculis calycibq. hispidis. ♄ — *S. cuneifolium* Willd. mss. in Roem. et Schult. Syst. veget. IV. 623. nec Dunal. — Crescit in Portorico.

§. 6. *Micracantha Dunal, Synops. Solan.* 31. — *Caule fruticoso aculeato, aculeis parvis brevibus recurvis; foliis lanceolatis integris seu sinuato-angulatis, nervo medio subtus aculeato; racemis simplicibus cymosis extraaxillaribus.*

262. S. IMPEDIENS Weinm. Syllogе Ratisb. II. 162. † — Foll. solitariis ellipticis acuminatis, undique stellato-pilosis, supra inermib., subtus in nervo medio aculeatis; racemis simplicib. extrafoliaceis inermibus. ♄? ♃? — Crescit in Brasilia.

263. S. SCABRUM Vahl, Eclog. I. 22. — Dunal l. c. (ed. 2. inedit. t. 121.) — H. B. Kth. Nov. gen. et spec. plant. Americ. III. 41. — Kth. Synops. plant. aequin. II. 173. — G. Don l. c. no. 235. — Fruticosum: ramis flexuosis aculeatis glabris; foll. subternis oblongis acutis sinuato-angulatis, supra stellulato-pubescentib., subtus stellulato-pilosis inque nervo aculeatis; pedunculis lateralib. pluriforis calycibq. aculeatis. ♄ — Aculei sparsi recurvi lutescentes. Calyx quinquefidus; corolla alba, extus tomentosa, segmentis lanceolato-linearibus. Bacca parva globosa. — *S. adhaerens* Willd. Reliq. ex Roem. et Schult. Syst. veget. IV. 669. — Crescit ad San Juan Carocasanorum.

264. S. HETEROPHYLLUM Lam. Illustr. gener. no. 2360. — Poir. Dict. IV. 391. — Dunal l. c. 32. (ed. 2. inedit t. 62.) — G. Don l. c. no. 236. — Caule fruticoso aculeato; foll. ternis inaequalib., supra scabris, subtus tomentellis; racemis calycibq. inermibus. ♄ — Aculei validi subrecurvi. Folia magna obtuse lobata, nervo medio aculeata. Pedicelli et calyces villosi. Segmenta calycina ovata obtusa. Corolla magna basin usque in segmenta lanceolato-linearia obtusa partita.

Pedunculi fructiferi reflexi. Bacca rotundata pisiformis. *S. acanthifolium* Hort. — Crescit in Guiana.

265. S. ATURENSE Dunal l. c. 32. (ed. 2. inedit. t. 122.) — H. B. Kth. l. c. 41. — Kth. l. c. — G. Don l. c. no. 237. — Fruticosum: ramis aculeatis tenuiter ferrugineo-tomentosis; foll. geminatis elliptico-oblongis acuminatis integerrimis, supra stellulato-hirtis, subtus stellulato-pilosis, nervo medio calycibq. aculeatis; racemis extraaxillarib. simplicib. inermibus. ♁ — Aculei compresso-conici subulati, apice recurvi nitidi. Folia magnitudine inaequalia, supra virentia, subtus fusca sexpollicaria. Racemi cum calycibus et corollae pagina exteriori tomento ferrugineo vestiti. Calyces aculeati. — Crescit ad ripam fluvii Orinoci ad cataractam Aturensium.

266. S. NEMORENSE Dunal, Solan. monogr. 194. — Synops. 32. — G. Don l. c. no. 238. — Caule fruticoso scandente; foll. petiolatis geminatis inaequalib., majori oblongo sinuato-angulato, minori ovato lanceolatove integerrimo; racemis filiformib. longissimis. ♁◡ — Rami angulati aculeati, aculei parvi recurvi lutescentes. Folia subsessilia, dorso aculeata. Pedunculi aculeati, fructiferi penduli. Calyx parvus. Corolla coerulea. Bacca ovato-globosa Pyri minoris magnitudine aureo-lutescens. — *S. laciniatum* Rz. et Pav. Flor. Peruv. II. 40. t. 177. fig. a. — Pers. Enchirid. I. 228. (nec Ait.) — In Peruvia ad Chincao et Cuchero.

267. S. VOLUBILE Swrtz. Flor. Ind. occid. 1. 458. — Pers. Enchirid. 1. 226. (excl. syn. Lam. et Jcq.) — Dunal l. c. — G. Don l. c. no. 239. — Caule fruticoso scandente (volubili?); foll. angulatis, margine denticulatis; racemis lateralib; calycib. aculeatis. ♁◡ v. ⌒ — Caulis aculeatus; ramis teretibus. Folia 3-4-pollicaria v. spithamaea ovato-lanceolata, supra scabra, infra pilis ferrugineis hispida, petiolis nervisq. medianis aculeatis, aculeis parvis recurvis. Calyx quinquedentatus, pubescentia ferruginea tectus aculeatus, segmentis reflexis. Corolla magna coerulescens 5-partita, extus tomentosa, segmentis longis. Bacca umbilicata. — *S. scandens* Swrtz. Prodr. fl. Ind. occid. 47. (nec Linn.) — Plum. mss. t. 4. fig. 32. ex Aubl. Guian. 1. 217? — In sylvis insulae Hispaniolae.

268. S. LANCEAEFOLIUM Jcq. Icon. pl. rar. II. t. 329., Collect. bot. II. 286. — Dunal l. c. — G. Don l. c. no. 240. — Caule fruticoso scandente; foll. geminis lanceolato-oblongis, utrinq. attenuatis scabrellis, petiolis nervisq. medianis subtus aculeatis; racemis brevib. inermibus. ♁◡ — Rami sarmentosi viridis nitidi cum caule foliisq. utrinq. subvillosi, pili obsoleti stellati. Folia magnitudine inaequalia 4-8-pollicaria, interdum integra, interdum sinuato-angulata, supra nitida, subtus pallidiora. Aculei solitarii v. gemini lutescentes parvi recurvi. Racemi cum calycibus corollarumq. pagina exteriori subvillosi. Pedicelli cymosi approximati. Calyx 4-5-partitus, segmentis subulatis. Corolla 4-5-partita, segmentis lanceolatis acutis. Antherae 4-5 luteae. — *S. sarmentosum* Lam. Illustr. gener. no. 2385. — Poir. Dict. IV. 307. excl. (syn. Swrtz.) — In America tropica. — *β. tetrandrum:* Floribus tetrameris tetrandris. — *S. flexuosum* Vahl, Eclog. 1. 22. — In Cayenne.

269. S. AMBIGUUM Dunal l. c. 32. (ed. 2. inedit. t. 123.) — G. Don l. c. 428. no. 241. — Ramis scandentib. pilosis aculeatis; foll. inferiorib. solitariis, superiorib. geminatis ovato-ellipticis angulatis subsinuatis, utrinq. piloso-scabriusculis; nervo medio aculeatis; racemis simplicibus inermibus ♁◡? — Crescit.....?

270. S. BRACHYACANTHUM Dunal l. c. (ed. 2. inedit. t. 124.) — H. B. Kth. l. c. 42. — Kth. l. c. — G. Don l. c. no. 242. — Arboreum: ramis aculeatis, ramulis tomentosis; foll. geminatis ellipticis, utrinq. acutis integerrimis, supra puberulis, subtus tomentosis et fuscescenti-incanis inque nervo medio aculeatis; racemis lateralib. simplicib.; pedicellis calycibq. aculeatis. ♃ — Pubescentia et tomentum stellatum. Aculei breves recurvi. Pedicelli longi unilaterales calycesq. aculeolati. Racemi, corollae pagina exterior calycesq. piloso-tomentosi. Calyx quinquepartitus, segmentis obovatis cuspidatis cohaerentibus. Corolla 5-partita, segmentis lineari-oblongis acutis, magnitudine illorum *Ornithogali lutei*. — Differt a *S.*

micracantho Lam. foliis subtus tomentosis, pedicellis calycibq. aculeatis. — In declivitate montis Cocollar in Andalusia.

271. S. MICRACANTHUM Lam. Illustr. gener. no. 2382. — Poir. Dict. IV. 308. — Dunal l. c. — G. Don l. c. no. 243. — Caule fruticoso; foll. ovato-lanceolatis acuminatis, subtus tomentosis; aculeis parvis paucis recurvis; racemis brevibus. ♄ — Rami villosuli, apicem versus tomentosi. Pubescentia stellata. Folia supra viridia, pilis stellatis scabrida, infra cum petiolis, pedunculis et corollae calycisq. pagina exteriori tomentosa. Rami, petioli foliorumq. nervi mediani infra aculeati, aculeis interdum geminis. Racemi laterales, pedicellis cymosis. Calyx quinquedentatus, corollis profunde quinquefidis. — Guadeloupe, Brasilia, Cayenne.

272. S. JUSSIEUI Dunal l. c. 33. (ed. 2. inedit. t. 52.) — Poir. Encycl. méth. Suppl. III. 767. — G. Don l. c. no. 244. — Caule aculeato; foll. solitariis ovato-lanceolatis, supra glabriusculis inermib., subtus tomentellis, nervo medio aculeatis; racemis simplicib. cymosis, petiolos excedentibus. ♄ — Aculei breves recurvi. Pubescentia (v. tomentum) stellata. Pedunculi, pedicelli et calyces lanati. Calyx 5-dentatus. Corolla profunde quinquefida, segmentis ovato-lanceolatis. Ovarium tomentoso-pulverulentum. — In Brasilia ad Rio de Janeiro.

273. S. JAVITENSE H. B. Kth. l. c. 42. — Kth. l. c. — G. Don l. c. no. 245. — Fruticosum: ramis aculeatis, ramulis tenuissime cano-tomentosis; foll. solitariis oblongis acutis integerrimis, utrinq. stellulato-puberulis, subtus in nervo subaculeatis; racemis lateralib. simplicib.; pedicellis calycibq. inermibus. ♄ — Tomenti pili stellati. Aculei conici, apice recurvi lutescentes. Pedicelli unilaterales cum calycibus stellato-pubescentes. Calyx quinquepartitus, segmentis subobovatis cuspidatis. Stamina et corolla illis *S. brachyanthi* similia. — Differt a *S. Jussieui* Dun., cui simillimum, foll. breviter petiolatis integris oblongis, utrinq. tenuissime pubescentibus, saepe inermibus, nervo medio subaculeato, aculeis, racemis floribq. minoribus. — *S. monachophyllum* Dunal, Synops. Solan. 33. (ed. 2. inedit. t. 125.) — In ripa fluminum Orinoci et Tuamini prope Carichana et Javita.

274. S. UMBROSUM Dunal l. c. (ed. 2. inedit. t. 126.) — H. B. Kth. l. c. 43. — Kth. l. c. 174. — G. Don l. c. no. 246. — Fruticosum scandens: ramis aculeatis foliisq. subtus villoso-tomentosis et incanis, supra villoso-pilosis, solitariis aut geminatis oblongis acuminatis integerrimis; racemis extraaxillarib. bifidis, pedunculo nervisq. subtus aculeatis; pedicellis calycibq. inermibus. ♄∪ — Pili simplices et pubescentia stellati. Aculei sparsi subulati parvi lutescentes, recurvato-reflexi. Pedicelli unilaterales. Calyx villosus quinquepartitus, segmentis obovatis cuspidatis cohaerentibus. Corolla extus pilis stellatis hispida, segmentis linearib. acutiusculis. — In Nova Andalusia prope Cumanacoa.

275. S. JURIPEBA Rich. in Act. Soc. hist. nat. Paris. 107. — Poir. l. c. — Dunal, Monogr. Solan. 190. t. 15. — Dunal, Synops. Solan. 33. — H. B. Kth. l. c. — Kth. l. c. — G. Don l. c. no. 247. — Fruticosum: ramis aculeatis pilosiusculis; foll. solitariis elliptico-oblongis acutis subintegerrimis, utrinq. stellulato-pilosiusculis, subtus in nervo aculeatis, superiorib. geminatis; racemis lateralib. et terminalib. subsessilib. calycibq. inermibus. ♄ — Pubescentia piliq. stellati. Folia subtus canescentia. Flores unilaterales. Corolla violacea (ex Bonpl.) v. purpurea (ex Plum.), intus alba. Aculei ramorum recurvati, nervi medii foliorum recti. Calyx quinquefidus, segmentis latis mucronulatis. Corollae quinquepartitae segmenta longa linearia. — *S. obscurum* Vahl, Symb. botan. 41. — Willd. Spec. plant. 1. 1068. — *Juripeba prior* Piso, Brasil. IV. cap. 41. — *β.* Foliis minus pilosis. — *S. styracifolium* Willd. Reliq. in Roem. et Schult. Syst. veget. IV. 663. — Plum. mss. t. 4. fig. 32. — Crescit in insula Pararumae et juxta cataractam Atureasium in ripa fluminis Orinoci.

276. S. RUBIGINOSUM Vahl, Eclog. II. 17. t. 13. — Dunal, Synops. 33. — G. Don l. c. no. 248. — Fruticosum, undique tomento stellato ferrugineo tectum: aculeis recurvis; foll. ellipticis ovatis integerrimis, supra glabris, subtus tomentosis; cymis terminalibus. ♄ — Rami petioli foliorumq. nervi medii subtus aculeati. Folia

3–4–pollicaria, supra obscure viridia. Pedunculi bifidi, pedicellis primum reflexis. Calyx quinquefidus, segmentis lineari-lanceolatis. Corollae quinquefidae segmenta sublinearia. — In Cayenne.

277. S. VELUTINUM Dunal l. c. (ed. 2. inedit. t. 53.) — G. Don l. c. no. 249. — Caule fruticoso scandente (?) tomentoso; foll. ovato-oblongis, basi inaequalib. acutis, tomento sericeo vestitis, subtus parce aculeatis; racemis terminalib. paucifloris. ♁☋ — Differt a *S. rubiginoso* foliis utrinque sericeis, pilis simplicibus lutescentibus. Aculei breves recurvi. Folia supra lutescenti-viridia, subtus pallidiora. Racemi villosi. Segmenta calycina oblonga acuta corollaque extus villosa. — In Cayenne crescit.

278. S. CORIACEUM Dunal, Solan. monogr. 197. t. 14., Synops. 33. (nec Hook.) — G. Don l. c. no. 250. — Fruticosum scandens: foll. lanceolato-ellipticis acutis glabris; racemis lateralib. simplicib. folia aequantibus. ♁☋ — Rami teretes simulcum foliis junioribus pedunculis pedicellisque pulverulenti. Folia interdum geminata breviter petiolata quadripollicaria coriacea, interdum nervo medio aculeata. Aculei breves recurvi. Pedunculi interdum bifidi, pedicellis secundis. Corolla magna coerulea. Clayx coriaceus quinquedentatus, dentibus rotundatis mucronatis. Stigma bilobum. — Cayenne.

Sectio II. SUBINERMIA Dunal l. c. 34.

Caule basi aculeato; foliis sinuato-angulatis integrisve; racemis multipartitis, pedicellis cymosis; floribus pluribus abortivis, in flore fertili stylus antheris longior, in flore sterili stylus longitudine filamentorum. Corollis 4–5–6–fidis angulato-plicatis; baccis quadrilocularibus.

279. S. DASYPHYLLUM Thonn. Kongl. Dansk. Vidensk. Selsk. Afhandl. IV. 146. † — Subherbaceum, subaculeatum: foll. late cuneatis angulato-lobatis hirsutis calycibq. aculeatis; racemis oppositifoliis paucifloris. ♃ — In Guinea.

280. S. ANOMALUM Thonn. l. c. † — Caule suffruticoso aculeato; foll. lanceolato-ovatis repandis subaculeatis; umbellis pedunculatis lateralib. bifidis; florib. tetrandris. ♁ — In Guinea.

281. S. AMOENUM Jnghn. Enum. gen. et spec. nov. pl. 18. no. 14. † — Caule fruticoso cinereo laevi remote aculeato; foll. ovato-rotundatis, basi subsagittatis, utrinq., sed subtus dense stellato-tomentosis, inferiorib. pedalib., profunde sinuato-dentatis ad petiolum nervumq. aculeatis, superiorib. plerumq. inermib. repando-angulatis v. lobatis; corymbis axillarib. terminalibq.; florib. niveis. ♁ — In insula Java.

282. S. VESTITUM Bth. in Maund et Henslow, The Botanist IV. t. 192. † — Caule fruticoso; foll. amplis ovatis angulato-lobatis, utrinq. ramisq. aculeis sparsis rectis armatis et pilis apice stellatis rufo-hirsutissimis; pedunculis lateralib. breviter racemosis; calycis campanulati hirsutissimi laciniis brevib. ovatis, apice subcoloratis; corollis amplis profunde 6–7–fidis, extus villosis. ♁ — In Mexico.

283. S. PYCNANTHEMUM Mart. Flora (B. Z.) XX. Beibl. II. 120. † — Villoso-hirsutum; pilis stellatis; foll. late ovatis aut ovato-oblongis acutis, inferne in nervo, ramis ramulisq. aculeatis, aculeis recurvis; corymbis terminalib. cum pedunculis inermib. dense stellato-hirsutis; florib. compactis; laciniis corollae lanceolatis, calyces triplo superantib., extus hirsutis; antheris subulatis aequalibus. ♁ — Prope Rio de Janeiro in Brasilia.

284. S. ASTEROPHORUM Mart. l. c. 79. — Aculeatum, fruticosum, pube stellata adspersum: pedunculis oppositifoliis; caule fruticoso parce aculeato, aculeis recurvis, uti omnes partes pilis stellatis adpressis parce adsperso; foll. petiolatis oblongo-subrhombeis subcuneatis, ample repando-dentatis; petiolis et pedicellis passim aculeatis; corollae 5-partitae laciniis angustis, extus stellato-tomentosis; cymis extrafoliaceis subdistichis nutantib.; baccis globosis. ♁ — Crescit in Brasilia in praeruptis ad Sebastianopolin.

285. S. INSIDIOSUM Mart. l. c. 79. — Aculeatum, fruticosum, pube stellata adspersum: pedunculis terminalib.; caule fruticoso ramisque pube parce stellata asperulis,

aculeis rectis v. aduncis; foll. oblongis utrinq. subtriangulari-acutis, repando-angulatis, passim subpanduraeformib., in petiolos subdecurrentib., pube stellata supra parca, subtus plerumq. tomentoso-incanis, rhachi aculeata; pedunculo terminali cymaq. bifida; calyce brevi corollaeq. laciniis lanceolatis, extus stellato-hirsutulis; antheris aequalibus. — In Brasilia ad Sebastianopolin.

280. S. VARIABILE Mart. l. c. 80. † — Totum pube stellata stipitata dense incano- v. ochraceo-tomentosum: caule ramisq., rarius etiam petiolis aculeatis; foll. oblongo-lanceolatis, oblongis v. ovato-oblongis acuminatis, basi inaequalib. cordatis v. acutiusculis, subintegerrimis aut repandis, aut sinuato-angulatis, laciniis acutis integerrimis v. repandis; pedunculo terminali inermi; cyma multiflora; laciniis calycis ovatis acutis corollaeq. semiquinquefidae laciniis extus in medio stellato-tomentosis; antheris aequalibus. — Corolla ultra pollicem lata, alba, laciniis apice saepe cohaerentibus. ♁ — *S. repandum* Vellozo, Fl. Flumin. II. t. 123? — Crescit in Brasilia ad Sebastianopolin.

287. S. BONARIENSE Linn. Spec. plant. 264. (excl. syn. Plum.) — Dill. Hort. Elth. 364. t. 272. fig. 351. — Dunal l. c. 34. — G. Don l. c. 429. no. 251. — Fruticosum subinerme: foll. ovato-oblongis sinuato-repandis glabriusculis; racemis corymbosis lateralib. v. extrafoliaceis. ♁ — Caulis viridis, basi aculeatus, demum inermis. Folia interdum integra, rarius aculeata. Corymbi magni. Calycis 4–5-fidi segmenta subulata. Corolla magna alba, extus pubescens. Bacca globosa lutea? quadrilocularis pisiformis. Radix repens. — In Bonaria.

288. S. FASTIGIATUM Willd. Enum. pl. hort. Berolin. I. 235. — Jeq. Eclog. t. 6. — Dunal, Monogr. Solan. 198. t. 16. fig. 2., Synops. 34. — G. Don l. c. no. 252. — Caule fruticoso subinermi; foll. ovato-oblongis integris v. sinuato-repandis pubescentib.; racemo corymboso terminali. ♁ — Caulis plerumque inermis, interdum armatus. Rami virides. Folia raro aculeata, interdum integra, pilis stellatis scabrida. Flores magni, fertilibus sterilibusque mixtis. Calyx 4–5-6-fidus, segmentis acutis. Corolla 4–5–6-fida magna pallide coerulea, macula flava astriformi intus notata. Antherae 4–5–6 flavae. Bacca globosa quadrilocularis, matura aurantiaco-lutea. — Crescit.....?

289. S. POKA Dunal l. c. 34. (ed. 2. inedit. t. 36.) — G. Don l. c. no. 253. — Ramis glabriusculis aculeatis; foll. ovato-lanceolatis subintegris v. sinuato-angulatis, utrinque scabris, subtus praecipue tomentellis inermib; racemis brevib. lateralib. pauciforis. ♁ — Rami apicem versus aculeati. Aculei breves recti graciles, rarius recurvi. Racemi bifidi inermes, pilis ferrugineis obsiti. Calyx quinquefidus. Corolla extus lanata quinquefida, segmentis lanceolatis acutis. Pubescentiae pili stellati. — In insula Java.

290. S. OPORINUM Willd. Enum. pl. hort. Berolin. 1. 238. — Poir. Encycl. méth. Suppl. III. 708. — G. Don l. c. no. 254. — Caule fruticoso, basi aculeato; foll. oblongo-lanceolatis repando-angulatis integrisve; racemis cymosis lateralib. terminalibusque. ♁ — Rami apice pulverulento-tomentosi, pilis brevibus stellatis cinerei. Aculei apice subrecurvati. Folia magna pedalia inaequalia, basi subcordata, ad nervum medium petiolosque sparse aculeata, superiora subintegra, juniora infra canescentia, marginibus convolutis. Pedunculi 2–3-partiti virides, cum pedicellis, calycibus et corollae pagina exteriori pilis brevibus stellatis scabri. Calyx quinquepartitus, segmentis basi latis, apice subulatis. Corolla magna coerulea, intus flava, 4–5-fida plicata, patens, demum reflexa. Stigma subbilobum. Bacca globosa quadrilocularis, matura flava. — *S. macrophyllum* DC. in Hort. Monspel. — Dunal, Monogr. Solan. 199. t. 16., Synops. 34. — *S. grandiflorum* Dsf. Arb. t. 109. (nec Rz. et Pav.) — *S. cymosum* Ortega, Decad. pl. I. 12. — In Mexico?

291. S. SUBINERME Jeq. Plant. Americ. 30. t. 40. fig. 3. — Dunal, Synops. 34. — G. Don l. c. no. 255. — Caule fruticoso subinermi; foll. lanceolatis ellipticis integerrimis, supra glabris, subtus tomentellis; cymis farinosis; segmentis calycinis obtusis. ♁ — Folia 3–4-pollicaria, supra glabra, infra magis minusve tomentosa.

Racemi cymosi. Calycis quinquefidi segmenta obtusa. Corolla coerulea, segmentis lanceolatis. Bacca globosa. — Differt a *S. lanceolato* racemis minoribus segmentisque calycinis obtusis. — *S. laurifolium* Mill. Dict. no. 20. — In India occidentali, Mexico.

292. S. ELATUM Lnk. Enum. plant. hort. Berolin. I. 186. — G. Don l. c. no. 256. — Caule aculeis reflexis, basi tomentosis armato fruticoso; foll. lanceolatis subtomentosis inermib., subtus juniorib. canis; pedunculis lateralib. bifidis, laciniis calycinis linearibus. ♁ — Caulis 6–8–pedalis, aculeis creberrimis brevibus. Folia petiolata, lamina in petiolum decurrente, acuta subrepanda, supra tenuissime pilis stellatis tomentosa virentia, subtus densius, praesertim in nervis. Pedunculi validi longi, pedicelli conferti tomentosi. Calyx tomentosus. Corolla coerulea, extus tomentosa. — *S. laurifolium* Hort. — Crescit.....?

293. S. OCHRONEURUM Lnk. l. c. — G. Don l. c. no. 257. — Caule aculeis recurvis armato fruticoso; ramis ferrugineo-tomentosis, nervis foliorum aculeatis; cymis terminalib.; laciniis calycinis brevissimis; corolla 5-partita. ♁ — Caulis aculeis paucis parvis obsitus. Folia 3–4–pollicaria, sesquipollicem lata acuta integerrima subrepanda, basi parum inaequalia, utrinq. pilis stellatis tenuiter tomentosa nec incana, juniora praesertim tomento in nervis ferrugineo. Cymae pedicelli tomentosi breves. Calycis tomentosi laciniae brevissimae. Corolla coerulescens, ad basin usque partita, laciniis 6–8 lin. longis. Antherae distantes longae subtomentosae.

β. Caule aculeis majoribus pluribus obsito. — Folia tenuius tomentosa minora, nervis supra et infra magis aculeatis. — *S. coccineum* Hortor. — In Brasilia.

294. S. ASTROITES Jcq. Eclog. t. 65. — (Lnk. l. c.) — G. Don l. c. no. 258. — Caule subinermi; ramis aculeis paucis brevib. subrecurvis obsitis; foll. ovato-oblongis sinuatis v. subrepandis, utrinq. pilis stellatis adspersis; corymbis intrafoliaceis dichotomis; segmentis (*calycibus??*) calycinis acuminatis stellato-pilosis. ♁ — Folia 9-pollicaria. Corolla quinqueloba violaceo-coerulescens. Petioli aculeis 1–2 brevibus recurvis obsiti. Bacca globosa aurantiaca bilocularis. — Haec species valde affinis esse videtur *S. Bonariensi* et *S. fastigiato*. — Crescit in Chili et in Peruvia.

295. S. MEXICANUM Moç. et Sess. Fl. Mexic. inedit. ex Dunal, Synops. Solan. 34. (ed. 2. inedit. t. 56.) — G. Don l. c. no. 259. — Caule fruticoso tomentoso inermi v. subinermi; foll. ovato-oblongis tomentosis, subtus canescentib.; racemis subcymosis; segmentis calycinis subulatis; corollae quinquefidae segmentis acutis. ♁ — Caulis ad basin aculeatus. Racemi laterales et terminales. Corolla violacea. Bacca globosa pisiformis aurantiaca. — In Mexico.

296. S. LANCEOLATUM Cav. Icon. et descript. plantar. III. 23. t. 245. — Dunal l. c. — G. Don l. c. no. 260. — Caule fruticoso tomentoso, ad basin aculeato; ramis pilloso-tomentosis; foll. lanceolato-oblongis integerrimis, utrinq. canescenti-pubescentib. inermibus, inferiorib. sinuatis; racemis cymosis lateralib. subterminalib.; segmentis calycinis subulatis; corollis pallide coeruleis semiquinquefidis angulato-plicatis. ♁ — Pubescentiae pili stellati. Folia supra virescentia. Bacca globosa quadrilocularis aurantiaco-lutea. — In Mexico.

297. S. GLUTINOSUM Dunal l. c. 35. (ed. 2. inedit. t. 54.) — G. Don l. c. no. 261. — Caule fruticoso erecto sparse aculeato; foll. oblongo-lanceolatis, basi cordatis acutis, utrinq. tomentosis glutinosis mollib.; racemis glutinosis lateralibus. ♁ — Aculei recti acerosi; pili stellati apiceque glanduliferi; folia, pedunculi calycesque pilis similibus vestiti, ramorum summitates viscidae. Folia undulata integerrima v. sinuata, utrinque flavescentia, aculei in nervo mediano infra. Pili petiolorum, pedunculorum, nervorum calycumque viscidi ferrugineo-lutescentes. Flores pentameri. Segmenta calycina oblonga acuta. Bacca globosa cerasiformis quadrilocularis flava. — Crescit.....?

298. S. FORMOSUM Dunal l. c. (ed. 2. inedit. t. 127.) — H. B. Kth. Nov. gen. et spec. pl. III. 44. — Kth. Synops. plant. aequinoct. II. 175. — G. Don l. c. 430. no. 262.

— Caule fruticoso aculeatissimo hirsuto; foll. subcordatis ovato-lanceolatis acuminatis tomentoso-lanuginosis subinermib.; racemis lateralib. multifloris. ♁ — Rami pilosissimi. Aculei recti acerosi. Pili rufescentes stellati simplicibusque intermixtis. Folia sinuato-repanda undulata inermia, infra pallide rufescentia, supra flavescenti-viridia. Calyx quinquepartitus pallide ferrugineo-pilosus. Corolla magna plicata quinquangulata, extus lanata. Stigma capitatum. — Affine *S. glutinoso*. — Crescit locis umbrosis sylvarum Orinocensium prope Maypures.

299. S. BROWNII Dunal, Monogr. Solan. 201., Synops. 35. — G. Don l. c. no. 263. — Caule fruticoso; aculeis rectis subacerosis; foll. integris v. repandis longe lanceolatis subinermib., supra scabrellis, infra cinereo-tomentosis; corymbis lateralib. subumbellatis, breviter pedunculatis simplicib.; corollis calycem triplo excedentibus. ♁ — Folia saepe geminata. Calyx cinerascenti-purpureus, segmentis longis subulatis. Corolla violacea. — *S. violaceum* R. Br. Prodr. fl. Nov. Holl. 446. nec alior. — Crescit in „New South Wales" in Nova Hollandia inter tropicos.

300. S. ELEGANS Dunal, Synops. Solan. 35. (ed. 2. inedit. t. 58.) — G. Don l. c. no. 264. — Caule tomentoso aculeato; foll. oblongis acuminatis, utrinq. tomentosis aculeatisq. sinuato-repandis, infra albido-flavicantib.; racemis simplicib. tomentosis aculeatis. ♁ — Differt a *S. Brownii* caule, foliis racemis calycibusque aculeatis. — Aculei parvi acuti recti, basi lutei, apicem versus brunnei, tomentosi ut reliquae partes. Folia saepe geminata, nervo medio infra aculeato. Calyx 5-partitus, segmentis subulatis cinereo-brunneis, demum coerulescentibus. Corolla violacea. Stylus incurvus. — Cresceit in Nova Hollandia.

Sectio III. TORVUM G. Don l. c. 430.

Frutices aculeati. Folia integra, sinuata v. lobata. Flores corymbosi v. paniculati. Antherae aequales.

301. S. GIGANTEUM Jcq. Collect. bot. IV. 125., Icon. rar. pl. II. t. 338. — Bot. Mag. t. 1921. — Ann. of nat. hist. I. 393. † t. 13. — Nees ab Esenb. Transact. of the Linn. Soc. XVII. 47. † — Dunal l. c. 36. — G. Don l. c. no. 265. — Fruticosum aculeatum: aculeis basi tomentosis; caule follisq. oblongo-lanceolatis, utrinq. acuminatis integerrimis inermib., subtus cymisq. lateralib. dichotomis multifloris albo-tomentosis. ♁ — Tota planta, excepta foliorum pagina superiori, tomento farinoso tecta est. In axillis foliorum magnorum oriuntur folia minora. Pedicelli floriferi penduli. Calyx parvus, primum quinquedentatus, demum (dentibus excrescentibus) quinquefidus. Bacca rotundata rubra pisiformis. — *S. niveum* Vahl, Symbol. bot. II. 41. — Thnbrg. Prodr. fl. Cap. 36. — *S. farinosum* Wall. in Rxb. Fl. Indic. II. 255. — *S. argenteum* Heyne Hb. — *S. papilionaceum* Dumont de Courset, Bot. cult. Suppl. 153?

β. Caule inermi (?); foll. tenuiorib. longius petiolatis, tomento partium tenuiorum magis incano; calycib. profundius divisis. — *S. farinosum* Wall. Cat. 2610. b.

γ. Folium unum fere pedale, quatuor pollicum latitudine, forma tomentoq. var. *β.* simile. — Wall. l. c. C. — In Promontorio bonae spei et in India orientali (Dindygul, Neeigherries) crescit.

302. S. TORVUM Swrtz. Prodr. fl. Ind. occid. 47., Fl. Ind. occid. I. 456. — Dunal, Monogr. Solan. 203. t. 23., Synops. 36. (excl. syn. Jcq.) — Nees ab Esenb. l. c. 83. † (excl. syn. Jcq.) — G. Don l. c. no. 266. — Wght. Icon. pl. Ind. or. III. t. 945! — Caule fruticoso aculeato; aculeis subrecurvis, basi tomentosis; foll. geminatis ovatis cordatisve acutis sinuatis angulatisve tomentoso-hirtellis subaculeatis, altero minore; pedunculis extrafoliaceis corymbosis multifloris calycibq. inermib.; laciniis calycis lanceolatis acutis; corolla quinquefida; baccis globosis. ♁ — Caulis ramosus tomentosus, aculeis paucis obsitus. Tomentum v. pubescentia stellata pallide lutea v. ferruginea. Folia saepe geminata. Aculei basi tomentosi. Racemi laterales bifidi v. trifidi multiflori, pedicellis cymosis. Calyx quinquefidus. Corolla alba quinquefida, centro flava nitida, segmentis lanceolatis acutis, margine undulatis. Antherae luteae. Stylus florum sterilium antherarum longitudine, florum

fertilium antheras superans. Bacca globosa viridis quadilocularis. — *S. stramonifolium* Ait. Hort. Kew. I. 252? — Lam. Illustr. gen. no. 2363. — Poir. Encycl. méth. Suppl. IV. 300. (excl. syn. Jcq.) — *S. ficifolium* Ortega, Decad. plantar. IX. 116. — *S. acanthifolium* Dsf. Cat. hort. Paris. — *S. scabrum* Rz. et Pav. Fl. Peruv. II. 30. t. 175. fig. a. — *S. pseudo-saponaceum* Blume, Bijdragen 702. — Pluken. Almag. 350., Phytogr, t. 225. fig. 6? — Affine *S. Indico*, differt tamen foliis aculeatis; racemis multifidis, pedunculis, pedicellis calycibq. inermibus.

β. Inerme: foll. leviter repandis. — *S. Silarium* Hamilt. Herb. ex Wall. Cat. no. 2627. D. — *S. multiflorum* Rth. Nov. spec. 130. — Crescit in Benghalia, in insulis Bermudensibus et in Hispaniola.

303. S. ROSSI Knowl. et Westsc. The floral Cabinet II. 141. † (absque ic.) — Caule fruticoso prostrato tereti gracili racemoso, aculeis compressis armato; foll. 2–3-nis inaequalib. pubescentib. breviter petiolatis, costis supra aculeatis, basi inaequalib., imis oblongo-sinuatis, superiorib. cordatis obtusis; florib. quadrifidis (omnibus??) tetrandris(??) ternis longe pedicellatis; antheris aequalibus. ♄ — Crescit in Mexico.

304. S. FERRUGINEUM Jcq. Hort. Schoenbr. III. 46. t. 334. — Roem. et Schult. Syst. veget. IV. 634. — Dunal l. c. 36. — G. Don l. c. no. 267. — Caule frùticoso; aculeis glabris; foll. ovatis lobatis v. sinuatis, nervo medio subtus petiolisq. aculeatis, acutis tomentosis; racemis corymbosis. ♄ — Folia juniora ramique ferrugineo-tomentosi. Corolla pallide coerulea v. alba. — Valde affine *S. torvo*, differt tamen racemis brevioribus et pauciorifloris. — Tomentum ferrugineum stellatum. Aculei caulini glabri, raro recurvi. — (Nees ab Esenb. l. c. 53. hanc cum *S. torvo* conjunxit speciem.) — Crescit.....?

305. S. HERNANDESII Moç. et Sess. Fl. Mexic. inedit. ex Dunal l. c. (ed. 2. inedit. t. 59.) — G. Don l. c. no. 268. — Caule fruticoso aculeato tomentoso; foll. geminatis profunde sinuatis acutis tomentosis; racemis lateralib.; pedicellis umbellatis; baccis sexlocularibus. ♄ — Aculei pauci recurvati. Folia ovato-oblonga subcordata. Petioli et pedunculi aculeati. Calyx villosus, segmentis profundis acutis. Corolla alba, segmentis ovato-oblongis acutiusculis. Bacca globosa. — Crescit in Mexico.

306. S. TRICUSPIDATUM Rich. Herb. ex Dunal l. c. (ed. 2. inedit. t. 60.) — G. Don l. c. 431. no. 269. — (Poir. Encycl. méth. Suppl. III. 771.) — Caule fruticoso, interdum aculeato; foll. magnis ovato-oblongis longe petiolatis, basi subcordatis, apice sinuato-angulatis acutis, supra scabris, subtus tomentosis, nervo medio subtus aculeolatis; cymis simplicib. tomentosis. ♄ — Rami apice tomentosi. Tomenti pili stellati. Segmenta calycina 5 acuta. Corolla magna profunde quinquefida. — Crescit in Guiana.

307. S. MACCAI Rich. Herb. ex Dunal l. c. 37. (ed. 2. inedit. t. 61.) — G. Don l. c. no. 270. — (Poir. l. c.) — Caule fruticoso vix aculeato; foll. ad basin subcordatis sinuato-lobatis, subtus canescentib., sinubus rotundatis, lobis sinuato-angulatis; cymis simplicibus. ♄ — Rami albi pulverulenti. Aculei recti. Folia longe petiolata lata, subtus in nervo medio aculeis paucis, supra pilis stellatis distantibus obsita. Pedunculi, pedicelli, calyces foliorumque pagina inferior tomentosi. Inflorescentia et flores illis *S. tricuspidati* haud dissimiles. Bacca rubra globosa edulis. — *Maccai* Merian. Surin. t. 6. — Crescit in Cayenne.

308. S. OVALIFOLIUM Dunal l. c. — H. B. Kth. Nov. gen. et spec. pl. III. 44. — Kth. Synops. plant. aequin. II. 175. — G. Don l. c. no. 271. — Caule fruticoso aculeato; ramis villoso-tomentosis inermib.; foll. solitariis (?) obovato-ellipticis acutis, basi rotundatis subinermib., supra stellulato-pubescentib., subtus tenuiter canescenti-tomentosis; racemis lateralib. subdichotomis brevib. calycibq. inermibus. ♄ — Folia repanda subundulata 3–4-pollicaria, nervo medio subtus aculeis 1–2 rectis obsito. Racemi, calyces et corollae (extus) tomento albo stellato vestiti. Calyx quinquepartitus, segmentis obovatis acutis. Corollae segmenta oblonga linearia acuta. — Crescit in convalli fluminis Magdalenae prope Honda in regno Novo-Granatensi.

309. S. HISPIDUM Pers. Enchirid. I. 228. — Dunal l. c. — G. Don l. c. no. 272. — Caule fruticoso aculeato pilosissimo; foll. lobatis acuminatis; racemis lateralib. dichotomis inermibus. ♄ — Undique pilis stellatis ferrugineis tectum. Folia superiora ovata integerrima acuta, pauca sunt repanda, reliqua cordata 7–11–lobata, lobis acutis spithamaeis pilosissimis. Racemi axillares et terminales multiflori. Calyx quinquefidus. Corolla alba, extus tomento stellato ferrugineo vestita subquinquepartita. Bacca globosa flava. — Crescit in Peruvia.

310. S. LANATUM Dunal, Monogr. Solan. 305., Synops. 37. — G. Don l. c. no. 273. — Maund et Henslow, The Botanist II. 58. † — Caule aculeato arboreo; foll. oblongis solitariis v. geminatis; corymbis ramealib. subdichotomis. ♄ — Totum lana stellata ferruginea tectum. Folia oblongo–lanceolata angulata nitida. Calyx quinquefidus. Corolla alba, extus lanata. Bacca lutea. — *S. aspero–lanatum* Rz. et Pav. Flor. Peruv. II. 39. t. 174. fig. b. — Crescit in Peruvia (Huassanassi).

311. S. PANICULATUM Linn. Spec. plant. 267 — Aubl. Guian. I. 216. — Dunal l. c. 37. — G. Don l. c. no. 274. — Caule petiolisq. aculeatis; foll. sinuato–angulatis, supra glabris; florib. paniculatis terminalibus. ♄ — Caulis et petioli albo–tomentosi. Aculei pauci recti nudi. Folia tomentosa lata cordata, inermia, supra glabra. Paniculae terminales compositae tomentosae cum calycibus inermes. — Crescit in Brasilia et in insulis Indiae occidentalis.

312. S. ACUTILOBUM Dunal l. c. 37. (ed. 2. inedit. t. 63.) — Poir. l. c. 773. — G. Don l. c. no. 275. — Ramis subinermib. tomentoso–pulverulentis; foll. petiolatis cordatis sinuato–angulatis, angulis acutis, utrinq. pulverulento–tomentosis; racemis cymosis terminalibus. ♄ — Affine *S. paniculato*, sed differt foliis pulverulento–tomentosis. Rami subinermes, aculei pauci parvi acuti. Tomentum stellatum flavescens. Folia supra flavescenti–virentia, infra albida. Racemi multiflori calycesque tomentosi. Corolla magna. — Crescit in Brasilia ad Para.

313. S. ALBIDUM Dunal, Monogr. Solan. 206., Synops. 37. — H. B. Kth. l. c. 45. — Kth. l. c. — G. Don l. c. no. 276. — Caule arboreo aculeato; foll. sinuatis, inferiorib. lobatis, subtus incanis; racemis lateralib. multifidis subcorymbosis. ♄ — Folia juniora 7–9–lobata, adulta sinuata, supra glabra. Racemi tomentosi. Calyx parvus. Corolla alba. Bacca globosa parva lutea, interdum nigra. — *S. incanum* Rz. et Pav. Flor. Peruv. II. 40. t. 175. fig. b. nec Linn. — Crescit in Peruvia locis temperatis prope Olleros.

314. S. SAPONACEUM Dunal l. l. c. c. — G. Don l. c. no. 277. (nec Hook.) — Caule fruticoso aculeato; foll. sinuato–angulatis scabris; corymbis lateralib. dichotomis; florib. secundis. ♄ — Aculei pauci remoti recti fulvescentes. Folia solitaria v. interdum geminata, utrinque pilis stellatis parvis obsita. Calyx profunde quinquefidus. Corolla coerulescenti–violacea, segmentis acutis. Bacca aurantiaco–lutea. — *S. scabrum* Rz. et Pav. l. c. 39. t. 175. fig. a. nec Vahl. — Crescit in Peruvia et in Chili.

315. S. PLATYPHYLLUM Dunal, Synops. Solan. 38. (ed. 2. inedit. t. 130.) — H. B. Kth. l. c. 45. — Kth. l. c. 176. — G. Don l. c. no. 278. — Suffruticosum: ramis aculeatis (?); foll. late oblongis sinuato–lobatis, basi rotundatis, utrinq stellulato–pilosiusculis, subtus in nervo aculeatis; florib. racemosis; pedicellis calycibq. inermib.; corollis fuscescenti–tomentosis. ♄ — Folia infra purpurascentia, 7–8–pollicaria, 5–6 poll. lata. Flores unilaterales. Calyx quinquefidus, lobis acutis. Corolla violacea, intus alba, segmentis ovato–lanceolatis acuminatis. — Forte *S. saponacei* varietas? — *S. undecimangulare* Willd. Reliq. ex Roem. et Schult. Syst. veget. IV. 609. — Crescit in sylvis Orinocensibus inter confluentem Metam et cataractam Maypurensium.

316. S. VAILLANTII Dunal l. c. (ed. 2. inedit. t. 64.) — Poir. l. c. 772. — G. Don l. c. no. 279. — Caule glabro aculeato, aculeis retrorsis; foll. ovatis acuminatis sinuato–lobatis, supra pilosis, infra scabris; racemis bifidis cymosis. ♄ — Differt haec species a *S. saponaceo* foliis supra pilis simplicibus (nec *stellatis*) obsitis floribusque paucioribus. — Crescit.....?

317. S. PROCUMBENS Lour. Flor. Cochinch. ed. Willd. I. 163. — Dunal l. c. — Nees ab Esenb. Transact. of the Linn. Soc. XVII. 58. — G. Don l. c. no. 280. — Caule aculeato suffruticoso procumbente, aculeis recurvis; foll. parvis geminatis breviter petiolatis ovatis obtusis repando-lobatis, utrinq. tomento stellato vestitis glaucis, nervo medio aculeatis; pedunculis lateralib. terminalibq.; florib. reflexis quadrifidis tetrandris. ♁ — Habitu accedit ad *S. trilobatum*, flores non semper apice agglomerati, ut habet *Loureiro*, omnes autem, quos examinavi (N. ab E.) quadrifidi et tetrandri erant. Corolla parva calyce duplo major, laciniis lanceolatis obtusis. Bacca pisi magnitudine laevissima. — Crescit in Cochinchina.

318. S. LICHTENSTEINII Willd. Enum. plant. hort. Berol. I. 238. — Dunal l. c. — G. Don l. c. 432. no. 281. — Caule fruticoso aculeato scandente; foll. oblongis cordatis sinuato-angulatis tomentosis, subtus niveis, in nervo medio utrinq. aculeatis; floribus.....? ♁∪ — Bacca colore et magnitudine *Capsici annui*. Folia in plantis juvenilibus sunt quadripollicaria tomentosa, supra viridia, subtus nivea, utrinque in nervo medio aculeo uno alterove parvo armata, basi cordata, margine sinuato-angulata. — Crescit in Promontorii bonae spei regionibus interioribus.

Sectio IV. MELONGENA Dunal, Synops. Solan. 38.

Pedunculis folio brevioribus, interdum solitariis unifloris, saepius inferne bifidis, pedicello inferiore e caule nascente, florem unicum fertilem gerente, post efflorescentiam cernuo, pedunculi altera parte multiflora, flores saepius steriles gerente. (In flore fertili calyx aculeatus, post efflorescentiam crescens, stylus antheris longior; in flore sterili calyx inermis aut vix aculeatus, stylus longitudine filamentorum.) Corollis quinquefidis undulato-plicatis. Baccis 2–3-locularibus, placentis 2–3 convexo-concavis, ope laminae intermediae longitudinalis dissepimento utrinq. ad axem affixis. — Herbae v. frutices, foliis sinuatis angulatis lobatisque.

319. S. MELONGENA Linn. Syst. plant. I. 188. — Wall. Cat. no. 2628. — Nees ab Esenb. Transact. of the Linn. Soc. XVII. 48. † — G. Don l. c. no. 282. † — Herbaceum, basi lignescens perenne: caule foliisq. ovatis, basi inaequalib. sinuato-angulatis, stellato-tomentosis; pedunculis florentib. reflexis, fertilib. subsolitariis; calyce campanulato, in fructu grossificato, laciniis lineari-lanceolatis; corolla angulata. ♃ — Folia infra praecipue tomento stellato canescentia. Calyx 6–9-fidus. Corolla magna violacea 6–9-fida, intus macula flava notata, extus tomentosa, segmentis latis acutis. Stigma 4–5-fidum. Bacca magna glabra nitida, ovi gallinacei magnitudine, apice obtuso umbilicata, alba, loculis evanidis, placentis carnosis seminibusque parvis compressis albis.

a. Pedunculo fertili solitario, adjecto saepe racemulo florum sterilium. — Nees ab Esenb. l. c.

a. ovigerum: Caule, foliis calycibusque inermibus v. subinermibus. — *S. ovigerum* Dunal, Monogr. Solan. 210 — Blume, Bijdragen 698. — *S. Melongena* Linn. Syst. pl. I. 188. — *S. pseudo-undatum* Blume l. c. 699. — *S. pubescens* Madr. Hb. ex Wall. Cat. — *S. Melongena* var. *ovigerum* Lam. Illustr. gen. 2348. — *Melongena ovata* Mill. Dict. no. I. — *Melongena* Blackw. Herb. t. 549. — Lob. Icon. I. 2668. — *Chunda* Rheede, Hort. Malab. II. 69. t. 37. — Moris. Oxon. Hist. sect. 13. t. 2. — *Melongena Arabum* Chab. 524. (c. ic.) — Differt praeterea haec varietas colore baccarum; reperiuntur enim baccae violaceae, albae, flavae v. pulchre rubentes.

b. esculentum: Caule, foliis calycibusque magis minusve spinosis. — *S. esculentum* Dunal, Monogr. Solan. 208. — *S. Melongena* Linn. Spec. pl. 260. — Plenk, Offic. Pflnzn. t. 123. — *S. insanum* Linn. Mantiss. pl. 46. — Willd. Sp. pl. I. 1047. — *Nila Barudena* Rheede, Hort. Malab. X. 147. t. 74. — Pluken. Almag. 350., Phytogr. t. 220. fig. 3. — *Trongum hortense* Rmph. Hb. Amboin. V. t. 85. — Variat etiam haec subvarietas I. fructibus violaceis (Trongum Meera) 2 albis (Trongum Puti Rmph.) — *Melongena fructu oblongo violaceo* Sabb. Hort. Rom. 13. t. 65. excl. syn. Tourn. — Lab. Voy. en Esp. t. 5. p. 165. ex Berg. Mat. medic. 112. — Aubergine, Regn. bot. ic. t. 65. — 3. Baccis oblongo-teretibus,

apice recurvis purpureis flavis v. cinereis. — *Melongena fructu incurvo* Tourn. Instit. rei herb. 102. — *S. pomiferum fructu incurvo* Pluk. Alm. 350., Phyt. t. 226. fig. 2. — C. Bauh. Hist. III 316. c. icon.' — *Melanizana Arabum, Melongena* et *Bedegian* Rauw. It. — 4. Baccis nigris. — *S. pomiferum, fructu spinoso nigro* Moris. Oxon. Hist. III. 524. sect. 13. t. 2. fig. 2. — Bauh. Hist. III. 619. c. ic. — *Melongena spinosa fructu longo nigro* Tournef. Instit. rei herb. 152? — *Melongena fructu rotundo nigro* Tournef. l. c. — Pluk. Almag. 350., Phyt. t. 226. fig. 3. — *Melanizana nigra* Rauw. — 5. Baccis rotundatis. — *Melongena fructu rotundo* Tournef. l. c.

β. Pedunculo fertili racemoso-corymboso tri- quadrifloro; caule, foliis calycibusque aculeatis; fructu minori ovato v. subgloboso, in quibusdam a calyce incluso. — *S. insanum* Rxb. Fl. Indic. II. 240. (excl. syn. Rmph.) — *S. undatum* Lam. Dict. IV. 301. — *S. incanum* Linn. Spec. pl. I. 188. — Dunal, Monogr. Solan. 213. — Roem. et Schult. Syst. veget. IV. 641. — G. Don l. c. no. 283. — *S. Zeylanicum* Scop. Del. I. t. 1. — *S. Indicum* Wall. Cat. 2926. G. — *S. incanum* var. *Zeylanicum* Pers. Enchirid. bot. I. 220? — Planta canescenti-tomentosa; corolla coerulescenti-violacea. Bacca rotundata flava v. alba oviformis.

b. Floribus 6-7-fidis. — *S. argyracantha* Dum. Courset. bot. cult. (ed. 2.) III. 102. — *S. marginatum* var. *argyracantha* Pers. Enchirid. I. 228.

Crescit haec species in India orientali, in insulis Java et Zeylania, in Arabia (?) et in insula Sti. Mauritii.

320. S. HETERACANTHUM Dunal, Synops. Solan. 30. (ed. 2. inedit. t. 65.) — Nees ab Esenb. Transact. of the Linn. Soc. XVII. 51. — G. Don l. c. no. 284. — Herbaceum, basi lignescens perenne stellato-hirsutum: caulis angulati aculeis crassis reduncis; foll. ovalib. sinuatis, subtus incanis, utrinq. valde aculeatis, aculeis rectis, laciniis angulatis; pedunculis corymbosis multifloris masculis cum flore basali fertili; calyce fructifero parum grossificato; corollae quinquefidae laciniis oblongo-lanceolatis ♃. — *Solano Melongenae* β. persimile, sed differt non solum aculeis validissimis recurvis per intervalla in caule confertioribus, sed etiam foliis profundius sinuatis, lobis utrinque angulatis maximeque corolla ultra medium quinquefida. — *S. Indicum* Hort. Calcutt. — Crescit in India orientali.

321. S. MELANOXYLON Lnk. Enum plant. hort. Berol. I. 188. — G. Don l. c. 433. no. 285. — Foliis cordatis oblongis, basi subaequalib. sinuatis aculeatis tomentosis, supra viridib., subtus canescentibus. ☉ — Aculei fuscescentes. Folia 2-3-pollicaria, 2-3 poll. lata. Pedunculi axillares solitarii. Calyx tomentosus aculeatus, laciniis obtusis. Corolla violacea, calyce multoties longior sexpartita. Antherae separatae. — Crescit.....?

322. S. FUSCATUM Linn. Spec. plant. 266. — Dunal l. c. 39. — G. Don l. c. no. 288. — Caule fruticoso; foll. ovato-oblongis sinuato-lobatis obtusis tomentellis; pedunculis lateralib., basi bifidis; baccis globosis. ♄ — Rami aculeati solem versus fuscati, pilis brevibus stellatis dispersis obsiti. Folia utrinque aculeata, supra scabriuscula, infra tomentosa. Floris fertili calyx aculeatus, sterilis inermis, 5-fidus. Corolla pallide violacea. Bacca albo-viridique- interdum flavido-variegata. — *S. Campechiense* β. *fuscatum* Linn. Mantiss. pl. 340.

α. Aculeis violaceis. Tournef. Instit. rei herb. 149.

β. Aculeis luteis v. lutescenti-albis. — *S. fuscatum* Jcq. Icon. rar. t. 42., Coll. I. 31. — *Melongena fructu rotundo cum spinis albo-virentibus.* Tournef. l. c. 152? — Crescit in America tropica.

323. S. SODOMEUM Linn. Spec. plant. 268. — Lam. Illustr. gener. no. 2338. t. 115. fig. 1. — Sibthrp. et Sm. Flor. Graec. t. 235. — G. Don l. c. no. 287. — Bertoloni, Flora Italiana II. 636. † — Gussone, Flor. Sicul. synops. I. 401. † — Fruticosum aculeatum: aculeis rectis, basi dilatatis; foll. oblongis sinuato-pinnatifidis, lobis obtusis angulatis sinuatisq., supra glabris, subtus pilosiusculis, juniorib. utrinq. farinoso-pilosis, pilis stellatis simplicibq.; corymbis paucifloris. ♄ — Caules valde, ramosi tortuosi erecti 2-8-pedales, juniores intense virentes uti folia superne

quae vero subtus pallidiora. Folia petiolata, aliquando bipinnatifida. Corymbi 3–5-flori pedunculati extraaxillares, pedunculis pollicaribus v. sesquipollicaribus. Pedicelli 5–7-lineares alterni. Calyces parvi aeque ac folia aculeati. Corollae coeruleae calycem excedentes, diametro 7–9-lineari, lacinlis acutis. Baccae majusculae lutescentes, demum sordide spadiceae v. nigrescentes. — *S. astrophorum* Jan, Elench. 4. — *S. Hermanni* Dunal, Solan. monogr. 212. t. 2. *β.* — Munt. Phyt. cur. fig. 212. — Moris. Oxon. Hist. III. sect. 13. t. 1. fig. 15. — Herm. Hort. Lugd. Batav. 573. t. 575. — Pluk. Almag. 351. Phyt. t. 226. fig. 5. — Sabb. Hort. Roman. II. 12. t. 57. — *Solanastrum* Heist. Fabr. Helmst. 348. — Crescit in Europae et Africae regionibus mediterraneis (unde migravit in Brasiliam, Novam Hollandiam et Promontorium bonae spei).

384. S. INDICUM Linn. Spec. plant. 268. — Burm. Thes. Zeylan. 220. t. 102. — Dunal l. c. 40. — Dill. Hort. Elth. 362. t. 270. fig. 349. — Nees ab Esenb. Transact. of the Linn. soc. XVII. 55. — Wght. Icon. plant. Ind. or. II. t. 346. — G. Don l. c. no. 288. — Rob. t. 28. — Pluk. Almag. 350. Phyt. t. 225. fig. 9. — Fruticosum aculeatum: aculeis caulinis compressis recurvis; foll. solitariis geminisve ovatis sinuato-lobatis pinnatifidisve, basi inaequalib. tomentosis discolorib.; racemis interfoliaceis subcymosis; calycis aculeati laciniis rectis; baccis globosis, corolla 5-fida. ♁

α. Foll. basi cuneiformib. truncatisve sinuato-lobatis. — *S. violaceum* Jcq. Fragm. 82. t. 133. fig. 1. — Roem. et Schult. Syst. veget. IV. 668. — *S. canescens* Blume, Bijdragen 701. — *S. Sodomeum* Hb. Russel. — *Cheru-Chunda* Rheede, Hort. Malab. II. t. 36.

β. Foll. basi truncatis cuneatisve eroso-pinnatifidis. — S. *pinnatifidum* Rth. Nov. spec. pl. 129. — *S. Heynei* Roem. et Schult. l. c. 669.

γ. Foll. minorib., basi cordatis sinuato-lobatis. — *S. agreste* Rth. l. c. 130. — Roem. et Schult. l. c. 668.

δ. Foll. minorib., basi truncatis subcordatisve leviter repando-angulatis; caule parcius aculeato; racemis saepe depauperatis 1–4-floris. — *S. pubescens* Heyne Hb. — Crescit in India orientali.

385. S. COAGULANS Forsk. Fl. Aeg. Arab. 47. — Vahl, Symbol. II. 41. — Jcq. Hort. Schoenbr. IV. 35. t. 469. — Delile, Descript. de l'Egypte 63. t. 23. fig. 1. — Dunal, Monogr. Solan. 214. t. 2., Synops. 40. — G. Don l. c. no. 289. — Caule fruticoso; foll. ovato-oblongis sinuato-repandis tomentellis, infra albescentib. nervoq. medio aculeatis, aculeis glabriusculis; pedunculis bifidis tomentosis; baccis rotundatis ovatis, maturis flavis. ♁ — Caulis parce aculeatus, apicem versus tomentosus. Folia tomento brevi stellato vestita, supra virentia, lobis obtusis. Aculei recti v. subrecurvi, primum subulati tomentosi, demum glabri. — In Arabia.

386. S. SANCTUM Linn. Spec. plant. 269. — Vahl, Symbol. II. 40. — Dunal l. c. — G. Don l. c. no. 290. — Caule fruticoso tomentoso; foll. ovatis repandis, basi obliquis, utrinq. piloso-tomentosis; aculeis tomentellis; baccis subglobosis. ♁ — Tota planta (etiam aculei) tomento brevi albo stellato vestita est. Folia sinuato-repanda obtusa v. acuta, basi oblique cordata. Aculei compressi, basi dilatati, apice subulati, demum glabrescentes. Petioli infra aculeati. — *S. incanum* Forsk. Fl. Aeg. Arab. 46. nec Linn. — *S. coccineum* Hort. Paris. — *Melongena spinosa fructu rotundo croceo* Tournef. Instit. rei herb. 152. — *Pomum de Hiericho Melongenae congener* Baub. Hist. III. 619. (cum ic.) — *Poma Hierochuntica* Imper. 878. — Crescit in Palaestina.

387. S. DUBIUM Fresen. Mus. Senkenberg. 1. 166. † — G. Don l. c. no. 291. — Aculeatum stellato-tomentosum: caule fruticoso; foll. ovato-oblongis, basi inaequaliter cordatis sinuato-repandis aculeatis; aculeis acicularib. rectissimis; pedunculis 3–5-floris; calycib. stellato-tomentosis subinermibus. ♁ — Affine *S. sancto* et *S. incano*. — *S. sanctum* Hochst. et Steud. Hb. fl. Aeg. Arab. no. 903. nec alior. — Crescit in Aegypto et in Abyssinia.

388. S. CONGENSE Lnk. Enum. plant. hort. Berolin. 1. 137. — G. Don l. c. 434. no. 292. — Caule tomentoso; aculeis rectis armato; foll. ovatis sinuatis aculeatis to-

mentosis; pedunculis lateralib. brevissimis multifloris; calycib. tomentosis, segmentis ovalib. obtusis; corollis quinquepartitis. ♁ — Aculei basi latiores, nervales longi recti. Corolla coerulea, extus puberula. Antherae discretae aequales. — In Africa ad fl. Congo crescit.

329. S. VELLEUM Swrtz. mss. ex Roem. et Schult. Syst. veget. IV. 643. — G. Don l. c. no. 293. — Caule fruticoso aculeato; foll. ovatis acutis integerrimis, utrinq. inermib. lanato-tomentosis, infra reticulatis; racemis dichotomis flexuosis. ♁ — Aculei sparsi recti. Ramuli tomentosi. Folia opposita 2–3-pollicaria ferruginea, altero minori. Racemi terminales e ramorum furcationibus longissimi tomentosi multiflori. Flores aggregati subsessiles. Calyx tomentosus. Corolla coerulea, extus tomentosa, segmentis obtusis. Stigma obtusum. — Crescit in America tropica.

330. S. MARGINATUM Linn. Suppl. pl. 147. — Murr. Comment. Goetting 1783. p. 11. t. 4. — Jcq. Collect. bot. I. 30., Icon. pl. rar. 1. t. 45. — Dunal, Solan. monogr. 215. t. 3. A., Synops. 40. — Bot. Magaz. t. 1928. — G. Don l. c. no. 294. — Caule fruticoso; foll. subcordatis sinuato-lobatis, infra tomento piloso pulverulento vestitis, supra albo-marginatis; baccis trilocularib. globosis. ♁ — Caulis aculeatus, apice ramulisque tomentosus, tomentum pulverulentum. Folia sinuato-repanda obtusa, utrinq. aculeata, juniora utrinq. albida, demum supra virentia. Aculei recti subulati flavi, ad basin fusci. Petioli, pedunculi, pedicelli calycesque extus cum corollis albo-tomentosi. Calyx 5-fidus. Corolla 5–6-fida magna alba, in centro purpureo-maculata. Bacca magna trilocularis globosa lutea nutans. — *S. niveum* Allioni. — *S. Abyssinicum* Jcq. Hort. Vindob. — Crescit in Palaestina.

331. S. CAMPECHIENSE Linn. Spec. plant. 267. — Willd. Spec. plant. I. 1050. (excl. syn.) — Dunal, Synops. 40. — G. Don l. c. no. 295. — Caule herbaceo aculeatissimo hirto; foll. cordato-oblongis lobatis, lobis dentatis; calycib. fertilib. aculeatissimis; baccis cerasiformibus. ☉ — Caulis pars solis radiis exposita brunnea; pili caulis foliorumque omnes stellati. Folia infra aculeata subquinqueloba, supra viridia, infra viridi-albescentia. Aculei recti albidi, flavi v. brunnei. Pedunculi, pedicelli calycesque fertiles hirsutissimi aculeatissimi. Corolla extus pilosa pallide violacea quinquefida. Bacca matura albida forma et magnitudine Cerasi. — *S. acanthifolium* Mill. Dict. 15. — Dill. Hort. Elth. 316. t. 208. fig. 347. — Crescit in America meridionali ad sinum Campechiensem.

332. S. TRONGUM Poir. Dict. IV. 308. — Dunal, Solan. monogr. 217., Synops. 40. — G. Don l. c. no. 296. — Caule suffruticoso aculeato; foll. angulato-sinuatis, utrinq. aculeatis; florib. solitariis extrafoliaceis; baccis globosis. ☉? ♁? — Radix dura longa. Aculei recurvati. Folia obscure viridia. Calyx aculeatus. Corolla purpurea. Bacca globosa cerasiformis. — *Trongum agreste spinosum* Rmph. Hb. Amboin. V. 240. t. 86. fig. 1. — *S. Melongena* var. [cf. p. 319. no. 81.] Nees ab Esenb. — Crescit in Moluccis insulis.

333. S. PRESSUM Dunal l. l. c. c. — G. Don l. c. no. 297. — Caule subinermi; foll. ovatis utrinq. attenuatis aculeatis; baccis glabris subglobosis, vertice planiusculis. ☉? — Caulis humilis, ramis parce aculeatis. Folia geminata acuta obscure viridia, nervis brunneis. Aculei breves. Calyx aculeatus. Corolla alba v. pallide rubra. Bacca viridis albo-maculata. — *Trongum pro rubrum* Rmph. Hb. Amboin. V. 241. t. 86. fig. 2. — *S. Melongenae* [cf. p. 319. no. 81.] var. Nees ab Esenb. — Crescit in Moluccis insulis.

334. S. ALBUM Lour. Fl. Cochinch. I. 129. — Dunal l. c. 217., Synops. 41. — G. Don l. c. no. 298. — Caule suffruticoso subinermi; ramis prostratis; foll. oblongis angulatis parce aculeatis; pedunculis multifloris; baccis globosis. ♁ — Folia 9–10-pollicaria longe petiolata cum ramis petiolis fructibusque pulverulenta flavicantia. Aculei parvi breves. Pedunculi multiflori. Calyx barbatus. Corolla alba. Antherae lutea. Bacca globosa viridis albo-maculata. — *S. Melongena* [cf. p. 319. no. 81.] var. Nees ab Esenb. — Crescit in Cochinchina et Amboina.

Sectio V. ACANTHOPHORA Dunal l. c. 41.

Caule aculeato; foliis glabriusculis villosisve pilis simplicibus sericeis, seu pilis stellatis tomentosis; racemis brevibus pauciflоris; corollis quinquepartitis.

§. 1. *Baccis glabris; foliis glabris v. villosis, pilis plerumque simplicibus sericeis.*

335. S. ACERIFOLIUM Dunal l. c. 41. (ed. 2. inedit. t. 131.) — H. B. Kth. Nov. gen. et spec. pl. III. 46. — Kth. Synops. plant. aequinoct. II. 176. — G. Don l. c. no. 299. — Suffruticosum: ramis foliisq. utrinq. aculeatis et hispido-pilosis hastato-trilobis cordatis, longe petiolatis; pedunculis pauciflоris; calycib. inermibus. ♁ — Aculei subulati elongati recti flavi. Folia subquadripollicaria, lobis acuminatis, lateralib. divergentib., extrorsum ad basin obsolete angulatis, lobo medio maximo. Pedunculi aculeati. Corolla violacea. Calyx quinquelobus. — Crescit in Nova Andalusia ad coenobium Garipense.

336. S. MYRIACANTHUM Dunal, Solan. monogr. 218. t. 19., Synops. 41. — G. Don l. c. no. 308. — Caule aculeatissimo piloso; aculeis mollib. acicularib.; foll. cordatis sinuato-angulatis acutis villosissimis, utrinque aculeatis. ♁ — Pili cinerei Aculei recti. Pedunculi graciles 2-3-flori subopposititolii subinermes. Segmenta calycina oblongo-subulata, extus villosa, margine ciliata. Corolla extus pilosa, segmentis lineari-lanceolatis acutis. — Differt a *S. aculeatissimo* foliis villosissimis sinuato-angulatis non lobatis aculeisque minoribus gracilioribusque. — Crescit...?

337. S. ACULEATISSIMUM Jcq. Collect. I. 100., Icon. pl. rar. I. t. 41. — Dunal l. c. — G. Don l. c. no. 301. — Caule fruticoso aculeatissimo; foll. subcordatis lobatis, utrinq. villosis aculeatisq., lobis acutis dentatis. ♁ — Aculei subulati inaequales, villis intermixtis. Pedunculi subinermes brevissimi pauciflori. Flores plerique abortivi. Corollae albae segmenta acuta. Bacca parva globosa cerasiformis maculis viridibus albisque adspersa, demum flava. — Crescit in America tropica.

338. S. PLATANIFOLIUM Hook. Bot. Magaz. t. 2618. — G. Don l. c. 435. no. 302. — Caule piloso parce aculeato, aculeis rectis; foll. quinquelobis, lobis profunde dentatis acutis; pedunculis lateralib. aggregatis plerumq. unifloris nutantib.; baccis variegatis. ♁ — Corolla profunde quinquefida revoluta pallide violacea, margine pilosa. Caulis pilosus. Folia pubescentia. Bacca magna subglobosa, maculis albis viridibusque pulchre variegata. — Crescit in America australi.

339. S. INCARCERATUM Rz. et Pav. Flor. Peruv. II. 40. t. 176. fig. a. — Dunal l. c. — G. Don l. c. no. 303. — Caule aculeato villoso suffruticoso; foll. pleramq. geminatis cordatis sinuato-angulatis acuminatis aculeatis; florib. secundis; baccis a segmentis calycinis inclusis. ♁ — Aculei inaequales, basi compressi, apice subulati, alii filiformes minuti. Folia magnitudine inaequalia albo-pilosa. Pedunculi villosi subinermes, pedicellis cymoso-umbellatis. Calyx villosus, segmentis reflexis linearibus. Corolla pallide violacea. Bacca alba oblonga, *Cerasi* magnitudine. — Crescit in Peruvia (Chuncao).

340. S. MAMMOSUM Linn. Spec. plant. 267. — Aublet, Guian. 1. 216. — Thnbrg. Fl. Capens. II. 58. — Dunal l. c. — G. Don l. c. no. 304. — Herbaceum: caule villoso parce aculeato; foll. subcordatis lobatis villosis, utrinq. aculeatis; baccis magnis; basi mammosis. ☉ — Aculei compressi flavi, basi dilatati, apice subulati recti v. incurvi. Folia magna, latitudine longitudineque plerumque aequalia, lobis acutis sinuato-dentatis. Pedunculi inermes 3-4-flori breves. Calyx villosissimus. Corolla violacea v. coerulea, segmentis sublinearibus. Antherae corniculatae. Bacca magna lutea mammosa v. circa basin mammulosa, conica. — *S. villosissimum* Zucc. Cent. I. 48. — *Pomum Sodomae* Merian, Surin. 27. t. 27. — *Solanum Americanum molle foliorum aculeis et nervis flavescentibus, fructu mammoso* Tournef. Instit. rei herb. 149. — Sloane, Hist. Jamaic. 38. t. 12. fig. 1. — Plum. mss. t. 4. fig. 37. — Pluk. Almag. 350., Phyt. t. 226. fig. 1. — Crescit in Virginia, Guiana, in insulis Antillanis Indiaeque occidentalis et in Promontorio bonae spei.

341. S. ACICULARE Swrtz. mss. in Roem. et Schult. Syst. veget. IV. 647. — G. Don l. c. no. 305. — Caule fruticoso aculeato; aculeis subulatis acerosis; foll. rotun-

dato-cordatis repandis acuteq. angulatis, utrinq. aculeatis, supra pilis stellatis hispidis, infra tomentosis; pedunculis axillarib. terminalibq. longissimis multifloris. ♄ — Aculei recti. Pedunculi solitarii foliorum longitudine pilosi, apice bifidi. Flores magni coerulei. Calyx setaceo-pilosus. — Crescit in Brasilia.

342. S. CILIATUM Lam. Illustr. gen. no. 2360. — Dunal, Monogr. Solan. 221. t. 18., Synops. 41. — G. Don l. c. no. 306. — Caule herbaceo; foll. subcordatis sinuato-lobatis ciliatis, lobis obtusis; pedunculis brevib. paucifloris; corollis 5-partitis; baccis globosis subexsuccis. ☉ — Differt a *S. Campechiense* foliis non dentatis, pilis simplicibus cauleque aculeato nec hispido. Corymbi 2-3-, rarius 5-flori. Flores albi nutantes. Bacca Juglande minor. — *S. ciliare* Willd. Enum. pl. hort. Berol. I. 237. — *S. Capsicoides* Hort. Paris. — Crescit.....?

343. S. LIVIDUM Willd. Herb. ex Link. Enumer. pl. hort. Berolin. I. 188. — G. Don l. c. no. 307. — Foll. subcordatis sinuato-pinnatifidis, supra subtomentosis virentib., subtus tomentosis canescentib.; aculeis basi dilatatis. ♄ — Aculei basi ad 4 lineas lati. Rami et petioli tenuiter tomentosi. Folia 3-4-pollicaria, 2-3 poll. lata, basi aequalia aut inaequalia, aculeis in nervis. Pedunculi laterales pollicares 4-5-flori tomentosi. Calyx tomentosus aculeisque longis armatus. Corolla alba. — Crescit in Madagascaria.

344. S. BARBISETUM Nees ab Esenb. Transact. of the Linn. Soc. XVII. 51. — G. Don l. c. no. 308. — Fasciculato-hirsutum: caule herbaceo aculeato; aculeis rectis; foll. geminatis ellipticis sinuatis, utrinq. hirsutissimis aculeatisq., laciniis angulatis; racemis lateralib. simplicib. multifloris secundis aculeatis; baccis glabris, calyce aciculoso-setoso tectis. ☉? — Species *S. aculeatissimi* habitu, sed distinctu facilis ob inflorescentiam racemosam et fructum calyce velatum. — *S. Melongena* Wall. Cat. 2928. E. — Crescit in India orientali (Silhet, in ripa Attran fluvii in Martabania, in Tavoy).

345. S. STRAMONIFOLIUM Jcq. Miscell. II. 298., Icon. rar. pl. I. t. 44. — Dunal l. c. 42. — G. Don l. c. no. 309. — Caule fruticoso aculeato; foll. cordatis sinuatis v. acute lobatis, utrinq. villosis aculeatisq.; pedunculis calycibq. inermibus. ♄ — Folia pedalia longe petiolata mollia, aculeis magnis rectis recurvatisque obsita. Pedicelli cymosi. Segmenta calycina parva rotundata. Corolla alba v. purpurascens, segmentis lanceolatis. Stigma subcapitatum. — (Willd. Spec. plant. I. 1044. excl. Ait.) — Crescit in India orientali.

346. S. FLAVESCENS Dunal l. c. 42. (ed. 2. inedit. t. 67. fig. 2.) — G. Don l. c. no. 310. — Caule fruticoso aculeato canescente; foll. cordatis sinuatis obtusis, utrinq. aculeatis et tomentosis, subtus flavescentib.; pedunculis, calycib. bracteisq. pilosissimis. ♄ — Caulis valde aculeatus; aculei foliorum longi rigidi, pili stellati, pedicellorum, calycum baccarumque autem pili simplices. Baccae flavescenti-fuscae. Calycis segmenta ovata acuta. — Valde affine *S. lasiocarpo*, sed differt foliis sinuatis, lobis recessubusque obtusissimis. — *S. ferox β. flavescens* Nees ab Esenb. Transact. of the Linn. Soc. XVII. 52. — Crescit in India orientali.

347. S. FEROX Linn. Spec. pl. 267. — Nees ab Esenb. Transact. of the Linn. Soc. XVII. 52. (excl. var. *β.*) — Dunal l. c. (ed. 2. inedit. t. 68.) — G. Don l. c. no. 311. — Caule perennante herbaceo, basi lignescente foliisq. geminis cordatis sinuato-angulatis, utrinq. tomentoso-lanuginosis aculeatisq.; pedunculis intrafoliaceis pedicellisq. abbreviatis; calycib. baccisq. hirsutis. ♃ — Folia magna, supra villosa, subtus racemis calycibusque tomentosa aculeata. Pedunculi axillares simplices breves. Corolla alba. Bacca matura flava. — Variat calycibus et pedunculis magis minusve aculeatis, aculeolis parvis subulatis sub hirsutie quandoque latentibus. — *S. involucratum* Blume, Bijdragen 701. — *S. lasiocarpum* Dunal, Monogr. Solan. 222. — Roem. et Schult. Syst. veget. IV. 648. — *S. hirsutum* Rxb. Fl. Ind. II. 253. — *S. mammosum* Lour. Flor. Cochinch. I. 162. (immerito ad *S. stramonifolium* Jcq. relatum). — *S. Indicum fruticosum maximum villosum totum, fructibus croceis* Burm. Thesaur. Zeylanic. 218. — *S. pomiferum Indicum, fructu rotundo hirsuto, foliis utrinque spinosis et hirsutis, flore albo* Moris. Oxon. Hist. III. 523. sect. 13. t. 2. fig. 12. — Crescit in India orientali.

348. S. ORINOCENSE Dunal, Synops. 42. — H. B. Kth. Nov. gen. et spec. pl. III. 46. — Kth. Synops. plant. aequin. II. 176. — G. Don l. c. 436. no. 312. — Caule herbaceo aculeatissimo; foll. cordatis sinuato-angulatis, utrinq. tomentosis aculeatis; racemis inermib.; baccis hispidis, calyce obtectis. 2. — Caulis et folia tomento stellato pallide flavescente tecta. Aculei longi subulati subcompressi, basi brunnei sublanati, apice ferruginei v. lutei. Racemi laterales. — *S. feroci* valde affine, sed differt caule aculeatissimo, foliis utrinque tomentosis et racemis inermibus. — Crescit frequentissime ad ripam Orinoci et Atabapi prope pagum San Fernando de Atabapo.

349. S. WIGHTII Nees ab Esenb. l. c. 51. — G. Don l. c. no. 313. — Nees ab Esenb. Nov. oct. acad. Caesar. Leopold. Carol. nat. curios. XVIII. 358. † t. 18. — Fasciculato-hirsutum: caule (suffruticoso?) tereti aculeis acicularib. armato; foll. solitariis subcordato-ovatis ellipticisve sinuatis acutis subaculeatis; fasciculis pauciflоris; pedunculis fructus elongatis; baccis glabris globosis, calyce inermi hirsuto tectis. ♄ — Differt a *S. barbiseto* et *S. feroce* pedicellis fructiferis et calycis laciniis maxime elongatis neque aciculatis sed fasciculato-hirtis. — Crescit in India orientali.

§. 3. *Acanthophoris affinia, corollis quinquefidis?*

350. S. CAMPANULATUM R. Br. Prodr. fl. Nov. Holl. I. 446. — Dunal, Synops. 42. — G. Don l. c. no. 314. — Bot. Magaz. t. 3672! † — Knowles et Westc. The floral Cabinet I. 37. † t. 18. — Caule herbaceo; aculeis confertissimis rectis subulatis; foll. ovatis angulato-lobatis, utrinq. hirsutis calycibq. aculeatissimis; racemis simplicib. armatis; corollis campanulatis. ☉ — In Nova Hollandia ad Port Jackson.

351. S. ARMATUM R. Br. Prodr. fl. Nov. Holl. I. 446. — Dunal l. c. 42. (ed. 2. inedit. t. 60.) — G. Don l. c. no. 315. — Caule herbaceo diffuso; aculeis confertis rectis setaceo-subulatis; foll. oblongis sinuato-pinnatifidis, lobis angulatis sinuatisve, utrinq. glabris calycibq. aculeatis; racemis 2–5-floris; pedunculis solitariis. ☉ — Aculei aurantiaci. Folia saepe geminata. Pubescentia stellata. Bacca globosa. — Crescit in Nova Hollandia (New South Wales).

352. S. PUNGETIUM R. Br. l. c. — Dunal l. c. 43. (ed. 2. inedit. t. 70.) — G. Don l. c. no. 316. — Caule herbaceo; aculeis rectis acerosis; foll. ovato-oblongis pinnatifido- v. repando-sinuatis membranaceis, utrinq. pilosis concolorib. calycibq. aculeatis; pedunculis solitariis geminisve unifloris. ☉ — Corolla coerulescenti-violacea. Pubescentia stellata. — Crescit in Nova Hollandia.

353. S. CINEREUM R. Br. l. c. — Dunal l. c. — G. Don l. c. no. 317. — Caule herbaceo; aculeis rectis subulato-setaceis; foll. oblongis pinnatifido-sinuatis, supra glabris, subtus tomento cinereo vestitis, utrinq. cum calycib. aculeatis; pedunculis 2–3-floris. ☉ — Crescit in New South Wales in Nova Hollandia.

354. S. LATIFOLIUM Poir. Dict. IV. 303. — Dunal l. c. (ed. 2. inedit. t. 66.) — G. Don l. c. no. 318. — Caule suffruticoso aculeato; foll. petiolatis cuneatis ovatis maximis sinuato-pinnatifidis, utrinq. pilosis aculeatisq., lobis acutis, sinubus obtusis; racemis lateralib. paucifloris. ♄ — Valde affine *S. rigido*, sed minus rigidum, caulis altior, folia majora, flores non terminales. Caulis viridis glaber; ramis apice villosi. Folia viridia mollia. Aculei rigiduli villosi. Flores fertiles sterilesque mixti. Calyx villosus interdum aculeatus, floris sterilis plerumque inermis. Corolla alba, segmentis ovatis obtusis mucronatis. — In America tropica.

355. S. CRINITUM Lam. Illustr. gen. no. 2356. — Poir. l. c. 297. — Dunal l. c. (ed. 2. inedit. t. 71.) — G. Don l. c. no. 319. — Caule fruticoso aculeato; foll. ovatis sinuato-angulatis tomentosis, in nervo medio aculeatis; petiolis, pedunculis calycibq. aculeis capillarib. armatis; baccis villosis. ♄ — Caulis villosissimus aculeatissimus, aculeis nonnullis rigidis, aliis iisque numerosioribus capillaribus in pilos 5–6 stellatos plerumque abeuntibus. Folia magna lactea, infra albentia aculeisque rigidis armata, supra subinermia. Flores in paniculam spicatam digesti. Calyx baccam includit. Corolla magna alba, infra villosa, medium usque in segmenta 5 ovata obtusa divisa. Bacca ovata. — Crescit in Cayenne.

368. S. **MACRANTHUM** Dunal l. c. (ed. 2. inedit. t. 72.) — G. Don l. c. no. 330. — — Caule aculeato lanato; foll. magnis subcordatis acuminatis angulato-lobatis, utrinq. lanatis, infra aculeatis; racemis cymosis lanatis. ♁ — Pubescentia v. lana stellata canescenti-fusca. Aculei recti flavicanti-brunnei. Folia interdum geminata, supra canescenti-virentia, infra rufescentia, nervis rubris. Racemi simplices v. bifidi inermes v. aculeis paucis armati. Corolla magna, extus sericea. — Crescit in Brasilia.

367. S. **SESSILIFLORUM** Dunal l. c. (ed. 2. inedit. t. 73.) — G. Don l. c. no. 330. — Ramis tomentosis subinermib.; foll. subcordatis magnis sinuato-angulatis, utrinq. sericeo-tomentosis; floribus sessilibus. ♃ — Tomentum ferrugineum. Folia ciliata, juniora ferruginea. Flores parvi 3-4 aggregati. Calyx extus tomentosus. Corolla extus tomentosa. Baccae edules, ab incolis *Cubios* appellantur. — Crescit in Brasilia ad urbem Para.

Sectio VI. LATHYROCARPUM G. Don l. c. 436.

Caulis aculeatus. Folia sinuata v. lobata. Racemi simplices v. subsimplices. Corolla quinquefida. Bacca parva globosa pisiformis.

358. S. **MILLERI** Jacq. Collect. bot. IV. 209., Icon. rar. II. t. 330. — Lam. Illustr. gen. no. 2376. — Dunal l. c. 43. — G. Don l. c. 322. — Caule suffruticoso aculeato; foll. glabriusculis lobatis obtusiusculis aculeatis; pedunculis pleramque geminatis. ♁ — Differt haec species a *S. trilobato* foliis pinnatifido-quinquelobis floribusque multo minoribus albis. — Caulis nitidus glaber. Aculei caulini parum recurvati. Pedunculi uniflori solitarii geminati v. terni, foliorum lobi repandi obtusi. Bacca rotundata glabra rubicundo-flava nutans pisiformis (ex Jcq.), planta annua, baccis rubris (ex Mill.). — *S. trilobatum* Linn. Spec. pl. (1. edit.) 188. — *S. subbiflorum* Ortega, Decad. plant. IX. 118. — *S. Schiru-Schuna* Mill. Dict. no. 23. — Crescit in Promontorio bonae spei.

359. S. **TRILOBATUM** Linn. Spec. plant. 270. — Dunal l. c. 44. — Nees ab Esenb. Transact. of the Linn. Soc. XVII. 59. † — G. Don l. c. 437. no. 323. — Caule frutescente scandente uncinato-aculeato; foll. panduriformi-trilobis trilobisq. obtusis glabris, petiolis pedunculisq. aculeatis; racemis subumbellatis terminalib. lateralibq.; corollis profunde quinquefidis. ♁☋ — Burm. Flor. Indic. 57. t. 22. fig. 2. — *S. acetosaefolium* Lam. Illustr. gen. no. 2361. — Dunal, Solan. monogr. 228., Synops. 44. — Roem. et Schult. syst. veget. IV. 632. — *S. fuscum* Hb. Heyne. — *S. spinosum Jamaicense glabrum, foliis parvis minus profunde laciniatis* Pluk. Almag. 351. Phytogr. t. 316. fig. 3. — Cognoscitur haec species ab omnibus sui generis caule flagelliformi angulose glabro aculeis multis aduncis obsito. — In ora Coromandeliana ad vias crescit.

360. S. **SARMENTOSUM** Nees ab Esenb. l. c. 58. — G. Don l. c. no. 324. — Herbaceum: caule procumbente sarmentoso aculeato; foll. geminato-suboppositis oblongis repando-sublobatis stellato-hirtis subaculeatis; pedunculis extrafoliaceis subunifloris calyceq. turbinato quinquefido aculeatis, laciniis calycis subulatis. ☉? — Foliis parum incisis et suboppositis ab omnibus affinibus speciebus differre videtur. Parvum exoletumque *Solani diffusi* existimari possit exemplum, sed nimis differre videtur ab hoc calyce, inflorescentia et foliis. — *S. Melongena* Wall. Cat. no. 2938. F. — Crescit in India orientali, Pulo-Penang.

361. S. **RIGESCENS** Jcq. Hort. Schoenbrunn. I. 19. t. 42. — Dunal, Synops. Solan. 44. — G. Don l. c. no. 325. — Caule aculeato suffruticoso; foll. subovatis obtusis sinuato-lobatis, pilis stellatis fasciculatis aspersis aculeatisq., aculeis rectis; racemis pauciforis. ♁ — Rami subvillosi. Folia viridia, lobis obtusis. Aculei recti subulati nitidi flavi. Racemi laterales simplices. Pedicelli nutantes. Pedunculi, pedicelli et calyces tomentelli inermes v. aculeati. Corolla violacea. Bacca glabra pisiformis globosa. — *S. humile* Lam. Illustr. gen. no. 2374. — Crescit in Promontorio bonae spei.

362. S. **ANGUIVI** Lam. Illustr. gen. no. 2375. — Poir. Dict. IV. 304. — Dunal l. c. (ed. 2. inedit. t. 74.) — G. Don l. c. no. 326. — Hook. Exotic Flora III. t. 199. —

Caule fruticoso aculeato; foll. ovatis sinuato-angulatis, infra tomentosis; racemis brevib.; calycib. inermibus. ♁ — Baccae parvae glabrae rubrae edules. — Crescit in Madagascaria.

363. S. CAROLINENSE Linn. Spec. plant. 268. — Jcq. Collect. II. 287., Icon. rar. II. t. 331. — Michx. Fl. Am. bor. I. 150. — Dunal l. c. — Dill. Hort. Elth. 362. t. 269. fig. 348. — G. Don l. c. no. 327. — Caule aculeato herbaceo; foll. ovato-oblongis tomentosis sinuato-lobatis acuminatis; racemis simplicib. laxis. 2. — Radix repens. Caulis pallide viridis, pilis stellatis obsitus. Foliorum segmenta acuta, folia supra in nervo medio subtusque in venis primariis aculeata. Aculei recti subulati lutei. Racemi simplices laterales et terminales elongati. Corolla alba v. pallide coerulea. Bacca globosa Piso major; matura flava. Segmenta calycina lanceolata acuminata. — Crescit in America boreali.

364. S. CANDIDUM Lindl. Bot. Reg. (New Ser.) XII. Misc. 73. no. 125. — Caule fruticoso villosissimo, aculeis rectis dense armato; foll. oblongis cordatis sinuato-angulatis tomentosis, subtus incanis, venis utrinq. petiolisq. villosis aculeatis; racemis sessilib. lanatis distichis sub folio natis; rachi aculeata; calycib. 5-lobis inermibus. ♁ — Habitat in Mexico.

365. S. VIOLACEUM Jcq. Fragment. 83. t. 132. fig. 1. — Dunal l. c. — G. Don l. c. no. 328. — Caule fruticoso aculeato; foll. lobato-sinuatis tomentosis, basi inaequalib., superiorib. geminatis; racemis subsimplicib.; calycib. aculeatis. ♁ — Differt a *S. Indico* foliorum sinubus obtusis majoribus pauciioribusque, lobis integris nec dentato-angulatis, aculeis caulinis compressis recurvatis, segmentis calycinis non deflexis, corollis minoribus, baccis globosis. Folia supra viridia, infra canescentia. Pubescentia stellata. Aculei basi brunnei, apice flavi, foliorum recti inaequales. Racemi pauciflori tomentosi aculeati, basi interdum furcati, ramificationibus reliquis unifloris. Corolla pallide violacea, segmentis lanceolatis acutis patentibus. Baccae cupreae. — *S. cuneatum* Moench. Method. pl. 476. — *S. Indicum* Lam. Illustr. gen. no. 2366. — (Poir. Dict. IV. 300. excl. syn. Pluk. — Willd. Spec. plant. I. 1042. excl. syn. Rxb. Dill. Linn. Fl. Zeyl.) — Burm. Thes. Zeylan. 220. t. 102. — *Solanum fruticosum Indicum fructu rubro* Tournef. Instit. rei herb. 149. — *Scheru-Schunda* Rheede, Hort. Malab. II. t. 36. — Crescit in Zeylania, Malabaria, China et in New South Wales in Nova Hollandia.

366. S. PYRACANTHUM Lam. Illustr. gen. no. 2364. — Poir. Dict. IV. 299. — Dunal l. c. — G. Don l. c. no. 329. — Caule fruticoso aculeato; foll. oblongis angustis acutis sinuato-pinnatifidis tomentosis aculeatis, aculeis rectis subcoccineis. ♁ — Rami juniores tomentosi. Pubescentia stellata. Foliorum nervus medius supra ruber, lobi subintegri acuminati, sinubus obtusis. Aculei recti subulati rubri. Petioli, pedunculi, pedicelli et calyces albo-tomentosi aculeati. Racemi simplices multiflori. Calyx ferrugineus, segmentis ovato-subulatis. Corolla coerulescenti-violacea, stella intus pallidiore, extus virescente notata. Bacca globosa flavescenti-viridis, demum fusca Pisum duplo magnitudine excedens. — *S. pyracantha* Sm. Exot. bot. II. 9. t. 64. — *S. runcinatum* Wendl. Observ. 43. — *S. pyracanthon* Jcq. Hort. Schoenbr. IV. 36. t. 470. — *β. inerme* Sims, Bot. Magaz. t. 2547. — Pedunculis calycibusque inermibus. — In Madagascaria.

367. S. VIRGINIANUM Linn. Spec. plant. 267. — Prsh. Fl. Am. septentr. I. 156. — Dunal l. c. 45. — G. Don l. c. no. 330. — Caule annuo erecto aculeato; foll. pinnatifido-sinuatis, utrinq. aculeatis glabris, margine ciliatis, lobis sinuatis obtusis; racemis aculeatis simplicibus. ☉ — Caulis subangulatus. Folia viridia. Aculei rigidi recti subulati albescentes. Racemi 6-7-flori. Calyx aculeatus. Corolla magna violacea. Bacca parva rotundato-oblonga, immatura albo-viridique-variegata. — Dill. Hort. Elth. 350. t. 267. fig. 346. — Pluk. Almag. 351., Phytogr. t. 62. fig. 3. — Crescit in America boreali a Virginia ad Carolinam usque.

368. S. JACQUINI Willd. Spec. plantar. I. 1041. — Nees ab Esenb. Transact. of the Linn. Soc. XVII. 56. † — (G. Don l. c. no. 331. et p. 438. no. 332.) — Herbaceum perenne: caule procumbente ramoso aculeato; foll. ovato-oblongis subcordatis sinuato-pinnatifidis, utrinq. (juniorib. saltem) stellato-hirtis aculeatisq., margine

nudis, laciniis acutis; racemis extrafoliaceis paucifloris calyceq. campanulato quinquefido aculeatis, laciniis late ovatis cuspidulatis, in fructu patentibus. ♃

α. Caule foliisque parcius aculeatis, aetate glabriusculis, aculeis graciliorib.; bacca majori pollicari. Nees ab Esenb. l. c. 57. — *S. diffusum* Rxb. Fl. Indic. II. 230. — Wall. Cat. 2613. A. — *S. xanthocarpum* Schrad. et Wendl. Sert. Hannoveran. I. 8. t. 2. — Willd. Spec. plant. I. 1041. — Dunal, Solan. monogr. 231., Synops. 45. — G. Don l. c. 438. no 332. — Roem. et Schult. Syst. veget. IV. 655.

β. Caule foliisq. aculeis crassis validisq. armatis; bacca minori semipollicari. Nees ab Esenb. l. c. — *S. Jacquini* Willd. l. c. — Dunal l. c. 190., Synops. 45. — Roem. et Schult. l. c. 654. — Rxb. Fl. Indic. II. 251. — Wall. Cat. 2612. A—D. — G. Don l. c. p. 437. no. 331. — *S. Virginianum* Jcq. Icon. pl. rar. II. t. 332. — *S. diffusum* Wall. Cat. 2613. B. C. D.

Solanum diffusum et *S. Jacquini* Rxb. vix varietatum nomine differunt soloque aculeorum infirmiorum indole et fructus ampliore mole differunt. Haec autem per gradus sensim sensimque transeunt. Variat caeterum haec species:

1) Aculeis caulinis foliorumque et pedunculorum parcioribus et subulatis in foliorum nonnisi costa media observandis (*S. diffusum* Rxb.) iisdemque fortioribus et confertis longis et crassis conico-subulatis, foliorum costam et ramos primarios, petiolos, pedunculum communem et partiales calycesque occupantibus.

2) Petiolis modo folia aequantibus, modo foliis brevioribus.

3) Foliorum laciniis modo latioribus repandis et subbilobatis v. subtrilobis, modo angustioribus et utrinque angulo uno prominente praeditis v. sinuato-pinnatifidis.

4) Fructu magnitudine *Cerasi* maximi et *Grossulariae* luteo v. albo viridique-variegato. — Inquirendum erit, numne *S. sarmentosum* Nees ab Esenb. [cf. p. 88. no. 360.] inter hujusce speciei varietates pertineat. Differre videtur a *S. diffuso* Rxb. teneritate, aculeis caulinis recurvis, foliis subintegris subciliatis, pedunculis unifloris calyce et corolla minore. — Crescit in India orientali, in insula Sti. Mauritii et in Promontorio bonae spei.

369. S. RICHARDI Dunal, Synops. 45. (ed. 2. inedit. t. 67. fig. 1.) — G. Don l. c. p. 438. no. 333. — Caule aculeato foliisq. utrinq. tomentoso-scabris, infra cinereis; florib. paniculatis. ♄ — Folia ovato-oblonga, utrinq. pilis stellatis obsita, aculei paginae superioris recti, inferioris recurvati. Racemi simplices stellato-pilosi cum calycibus pedicellisque aculeati. Corolla magna, extus villosa, macula quinqueradiata in centro. — Crescit.....?

370. S. HYSTRIX R. Br. Prodr. Fl. Nov. Holl. I. 446. (ed. Nees ab Esenb. I. 302.) — Dunal l. c. — G. Don l. c. no. 334. — Caule herbaceo diffuso; aculeis confertissimis subulatis rectis; foll. oblongis pinnatifido-sinuatis glabris calycibq. aculeatissimis; corolla armata. ☉ — Crescit in Novae Hollandiae ora australi.

Sectio VII. CRYPTOCARPUM Dunal, Synops. 45.

Foliis pinnatifidis, bipinnatifidis pinnatisectisque. Corollis quinquefidis. Baccis calyce aucto et aculeato tectis.

§. 1. *Antheris aequalibus.*

371. S. VERNICATUM Lindl. Bot. Reg. New Ser. XI. Misc. 74. no. 137. † — Undiq. glabrum et quasi vernice obductum: caule herbaceo aculeatissimo; foll. pinnatifidis ciliatis, petiolo costisq. aculeatis, lobis oblongis subsinuatis acutis; umbellis infraaxillaribus nutantibus; antheris aequalibus. ♃ — Crescit in Bonaria.

372. S. REFRACTUM Hook. et Arn. Bot. Beech. voy. 304. — Fruticosum: ramis pubescenti-ferrugineis scabris aculeatis; foll. glabriusculis profunde pinnatifidis, costa media subtus aculeatis, laciniis remotis patentib. late lanceolatis integerrimis, terminali majore; racemis folio longioribus., lateralib. compositis, ramis elongatis refractis, apice praecipue floriferis; florib. secundis; pedicellis florem aequantib.; calyce hemisphaerico-campanulato 5-dentato glabro; corolla profunde 5-fida. ♄ — Crescit in Mexico.

373. S. BALBISII Dunal, Monogr. Solan. 232. t. 3., Synops. 45. — G. Don l. c. no. 335. — Bot. Mag. t. 2568. † — Maund et Henslow, The Botanist. I. t. 29. † — H. B. Kth. Nov. gen. et spec. plant. III. 47. — Kth. Synops. pl. aequinoct. II. 177. — Fruticosum: ramis villosis aculeatis; foll. pinnatifidis pilosis aculeatis, laciniis acutis sinuato-dentatis; racemis lateralib. calycibq. aculeatis; baccis obtectis; antheris subaequalibus. ♄ — Tota planta pilis simplicibus vestita est, pilis apice glanduliferis. Folia molliter viscida aculeata. Petioli aculeati. Calyx inermis v. aculeatus. Aculei recti subulati graciles flavi v. flavicanti-rubentes. Corolla magna alba semiquinquefida. Bacca ovata cerasiformis cuprea. — *S. decurrens* Balbis, Icon. et descript. pl. I. 17. t. 1. — *S. viscosum* Lag. gen. et spec. nov. 10. no. 145. — *S. sisymbriifolium* Lam. Illustr. gen. no. 2386. — *S. inflatum* Hornem. Cat. Hort. Hafn. I. 221. — *S. brassicaefolium* Jcq. Eclog. 14. t. 7. — *S. formosum* Hort. Dorpat. catal. — *S. Mauritianum* Velins du jard. de Paris 21. t. 66. — *S. viscidum* Schweigg. Enum. pl. 67. — Mart. Enum. hort. Erlang. 64. — *S. Thouini* Gmel. Cat. hort. Carlsr. 254. — *β. purpureum* Hook. Bot. Magaz. t. 2828. — Floribus purpureis. — *S. Balbisii* Ker, Bot. Regist. t. 140. — Bacca magna flava, calyce tecta. — Crescit in declivitate Andium Peruvianorum prope Ayavaca et ad ripam fluminis Cutaci.

374. S. TECTUM Pers. Enchirid. I. 228. — Dunal, Synops. 46. — G. Don l. c. no. 338. — Caule fruticoso tereti aculeato; foll. bipinnatifido-sinuatis villosis, utrinq. aculeatis; baccis calyce villoso tectis. ♄ — Planta villosa. Folia bipinnatifida, olbis obtusis undulatis. Aculei crassi albidi, graciliores brunnei. Corolla lutea, extus tomentosa. Stamina cum faucis crenis alternantia. Bacca globosa glabra. Racemi cymosi extrafoliacei. Pedunculi et calyces aculeatissimi. — *S. sinuatum* Willd. Spec. plant. I. 1043. — Pers. l. c. 227. — *Solanum fructu tecto* Cav. Icon. et descript. IV. 5. t. 309. — *S. villosum* D. Dietr. Gaertner-Lexicon IX. 341. — Crescit in Mexico.

§. 2. *Antheris inaequalibus.*

375. S. (NYCTERIUM Link, Enumer. pl. hort. Berolin. I. 189.) CORNUTUM Lam. Illustr. gen. II. 25. no. 2387. — Poir. Dict. IV. 308. — Juss. Ann. du Mus. d'hist. nat. III. 120. t. 9. — Dunal l. c. — G. Don l. c. no. 337. — Caule aculeato glabro subherbaceo; foll. pinnatis aculeatis, segmentis pinnatifidis obtusis; aculeis rigidis; antheris declinatis corniformibus, inferiori majori productissima. ♃ — Folia magna glabra. Pedunculi et calyces villosi basiq aculeati. Aculei subulati flavi, basi fuscescentes, calycini setacei. Racemi simplices laterales. Corolla magna flava irregularis semiquinquefida, segmentis reflexis. — *S. heterandrum* Juss. l. c. — *Nycterium cardaminefolium* Vent. Jard. de Malm. no. 85. — Crescit in Mexico et in Brasilia.

376. S. HETERANDRUM Prsh. Fl. Americ. sept. II. 731. t. 7. — G. Don l. c. no. 338. — Annuum herbaceum: caule foliisq. aculeatis pilosis; foll. ovatis obtusis pinnatifidis, utrinq. pilosis, segmentis obsolete crenatis undulatisq.; antheris declinatis distantib., inferiori corniformi productissima; baccis calyce echinato inclusis. ☉ — Corolla lutea. Pedunculi laterales multiflori. — *Androcera lobata* Nutt. Gen. plant. Americ. I. 129. — *Nycterium lobatum* Sweet. — *Nycterium luteum* Donn. — Crescit in America boreali (Missouri, Arkansas etc.).

377. S. ROSTRATUM Dunal, Monogr. Solan. 234. t. 24., Synops. 46. — G. Don l. c. no. 339. — Caule herbaceo annuo aculeato piloso, pilis apice stellatis; foll. pinnatifidis, laciniis obtusis; corollis irregularib.; antheris declinatis corniformibus, infima maxima productissima. ☉ — Folia utrinque aculeatissima pilisque cinereis simplicibus et stellatis obsita. Aculei inaequales recti subulati flavescentes. Racemi laterales simplices. Calyx villosus aculeatus. Corolla magna lutea, extus pilosa semiquinquefida. Bacca globosa pisiformis. — Crescit in Mexico.

378. S. (NYCTERIUM G. Don in Loud. Hort. Brit. 74.) FONTANESIANUM Dunal l. c. 46. (ed. 2. inedit. t. 76.) — Poir. Suppl. III. 777. — Ker, Bot. Regist. t. 177. — G. Don, General syst. of gard. and bot. IV. 430. no. 340. — Caule sublignescente annuo piloso; foll. profunde pinnatifidis, segmentis sinuatis; corollis subregularib.;

antheris parvis, infima apice subrecurvata subfusca. ⊙ — Intermedium inter *S. rostratum* et *S. heterodoxum*, sed differt ab utroque aculeis recurvatis robustioribus, foliorum segmentis profundius sinuatis magisque undulatis; floribus minoribus magis regularibus sed etiam luteis. — Crescit in Brasilia?

379. S. (NYCTERIUM Lnk. Enumer. plant. hort. Berolin. I. 189.) **HETERODOXUM** DC. Cat. hort. Monspel. mss. ex Dunal, Monogr. Solan. 235. t. 25., Synops. 46. — H. B. Kth. Nov. gen. et spec. pl. III. 47. — Kth. Synops. plant. aequinoct. II. 177. — G. Don l. c. no. 341. — Herbaceum: ramis foliisq. pilosis aculeatis; foll. bipinnatifidis, segmentis sinuato-trilobis v runcinatis; pedunculis lateralibus pauciflоris cum calycib. aculeatis; antheris declinatis, infima majori productissima. ⊙ — Foliorum segmenta acuta. Pili simplices viscosi glanduliferi. Aculei subulati flavi. Corolla parva coerulea, extus puberula. Bacca globosa. — *S. Sodomaeo* simillimum. — Crescit in regno Mexicano prope Zelaya et Molino de Sarabia.

Sectio VIII. NYCTERIUM Dunal, Synops. Solan. 35.

Foliis cordatis integris v. oblongis sinuatis. Corollis subirregularibus quinquefidis, laciniis acutis reflexis; antheris inaequalibus; baccis globosis, calyce aucto non tectis.

380. S. **UNCINELLUM** Lindl. Bot. Regist. (New Ser.) XIII. t. 15. † — Inerme herbaceum: foll. integerrimis ovato-lanceolatis subcordatis obsolete pubescentib.; panicula terminali; calycib. campanulatis quinquecrenatis; corollae laciniis apice uncinato-hamatis; antheris apice biporosis, anthera infima productiori. ⊙? ♃? — Crescit.....?

381. S. **PUBESCENS** Willd. Phyt. 5. no. 17. t. 3., Spec. plant. I. 1036. — Dunal l. c. 19. — Nees ab Esenb. Transact. of the Linn. Soc. XVII. 60 — G. Don l. c. no. 342. — Frutescens inerme, totum pubescenti-hirtum: pubescentia stellari; foll. ovatis acutis integerrimis subrepandisve; racemis corymbosis laterifoliis; antheris inferiorib. productioribus. ♄ — Corolla magna purpurea. Maxime affine *S. Vespertilioni* Ait., sed differt illa species caule aculeato; foliis cordatis floribusque saepe quadrifidis. — Crescit in India orientali.

382. S. **ESENBECKII** Steud. Nomenclat. bot. (ed. 2.) II. 602. — Frutescens (?) inerme pubescenti-hirtum: pube stellata; foll. ovatis integerrimis v. subrepandis; racemo terminali; calyce corollaque infundibuliformib.; anthera una longiore. ♄ — *Solani pubescentis* monstrosum prolem judicares, sed nihil monstrosi in eo cognoscendum, perfecta sunt corolla et stamina, adest bacca matura. Singularitas sita est in calyce corollaque a communi generis typo aberrantibus. — *S. calycinum* Nees ab Esenb. l. c. 60. (nec Moç. et Sess.) — G. Don l. c. no. 343. — *S. Necsianum* Dietr. — *Solani pubescentis* var. Wall. Cat. Suppl. no. 237. — In India orientali.

383. S. (NYCTERIUM Lnk. Enumer. plant. hort. Berolin. I. 189.) **VESPERTILIO** Ait. Hort. Kew. I. 252. — Dunal l. c. 35. — Wendl. Hort. Herrenhus. 3. t. 21. — G. Don l. c. no. 344. — Caule fruticoso; foll. cordatis integris; corollis subirregularib. plerumq. quadrifidis; anthera inferiori elongata. ♄ — Caulis aculeatus. Folia supeme scabra, infra tomentosa, petiolis nervoque medio aculeatis. Tomentum pilique stellati. Racemi extraaxillares aculeati tomentosi. Flores tetrameri v. pentameri. Corolla coerulea, extus tomentosa. Antherae 4-5, infima elongata. Bacca glabra cerasiformis. — *Nycterium cordifolium* Vent. Jard. de Malm. 83. t. 83. — Pluk. Almag. 331. Phytogr. t. 316. fig. 3. — Crescit in insulis Canariensibus.

384. S. **TRIDYNAMUM** Moç. et Sess. Fl. Mexic. inedit. ex Dunal, Synops. 35. (ed. 2. inedit. t. 75.) — G. Don l. c. no. 345. — Caule herbaceo aculeato tomentello; foll. sinuatis obtusiusculis tomentosis; racemis simplicib.; calycis laciniis in nervo aculeatis; corollis irregularib.; antheris tribus recurvis reliquas magnitudine excedentibus. ⊙ — Caulis ferrugineo-flavescens. Racemi terminales et axillares. Segmenta calycina 5 acuta. Corolla magna violacea ut antherarum apices. Bacca globosa. — Crescit in Mexico.

385. S. (NYCTERIUM Lnk. Enumer. plant. hort. Berolin. I. 189.) **AMAZONICUM** Ker, Bot. Regist. t. 71. — Dunal l. c. 36. (ed. 2. inedit. †.) — G. Don l. c. no. 346. —

Rchb. Flor. exotic. t. 297. — Loddig. Bot. Cabin. t. 352. — Caule fruticoso tomentoso inermi; foll. oblongo-ovatis repandis v. sinuato-lobatis; racemis cymosis scorpioideis; florib. polygamis monoicis; calycib. florum fertilium basi aculeatis, laciniis calycinis inermib.; corollis irregularib.; antheris tridynamis. ♄ — Tota planta piloso-pubescens. Flores magni pulchre coerulei corymbosi. — Mexico.

† *Species non satis notae.*

I. INERMIA.

* *Foliis integris vel repandis.*

1. L. EUROPAEUM Linn. Syst. plant. I. 228. — Sibthrp. et Sm. Flor. Graec. t. 238. — Gussone, Synops. flor. Sicul. I. 273. † — G. Don l. c. 458. no. 1. — Valide spinosum: caule erecto; ramis apice spinescentib. declinatis irregulariter flexuosis; foll. obovato-cuneatis spathulatisq. glabris oblique flexis; staminib. imberbib. corollae limbo breviorib.; bacca subglobosa. ♃ — Rami numerosi spinescentes, juniores brevissime pubescentes, demum glabrati, spinae validae horizontales, saepius foliiferae et basi floriferae. Folia in ramis junioribus alterna, in adultis fasciculata. Flores solitarii v. 2–3 aggregati breviter pedunculati. Calyx brevissimus subglobosus irregulariter quadridentatus, dentibus ciliatis. Corollae tubus atro-coeruleus, basi albidus, limbi laciniis pallidioribus ovatis obtusis subciliatis. Stamina edentula glabra, tubum excedentia, sed limbo breviora. — *Jasminoides rhombifolium* Moench. — *L. salicifolium* Mill. Dict. no. 3. t. 171. fig. 2. — Mich. Gen. p. 224. t. 105. fig. 1. — *L. Siculum* Ucria in Roem. Archiv. I. 68?? — α. Baccis flavis v. fulvis. — β. Baccis rubris. — Crescit in Europa australi, in Graeciae insulis et in Africa boreali.

2. L. **BARBARUM** Linn. Spec. plant. 277. — G. Don l. c. no. 2. — Wats. Dendrol. Brit. t. 9. — Caule fruticoso; ramis dependentib., ad gemmas spinosis; foll. lanceolatis glabris planis acutis; florib. geminatis extraaxillarib. pedicellatis; corollis infundibuliformib.; staminib. limbum subaequantibus exsertis. ♄ — Rami angulati. Gemmae saepe inermes. Calyx 2–3–lobus. Corollae limbus purpureus, basi flavescens. Stigma bilobum. Bacca lutea. Stamina ad basin barbata. — Occurrit varietas corollis lividis v. pallidis baccisque rubicundo-flavescentibus. — *Jasminoides flaccidum* Mnch. — *L. halimifolium* Mill. Dict. no. 6. — *L. Barbarum α. vulgare* Ait. Hort. Kew. I. 267. — Schkuhr, Handbch. I. 147. t. 46. — Hayne, Termin. bot. t. 10. fig. 5. — Duh. Arb. I. 306. t. 121. fig. 4. — Crescit in Asia et Africa boreali et in Europa australiori.

3. L. **CHINENSE** Mill. Dict. no. 5. — Lam. Illustr. gen. t. 112. fig. 2. — Wats. Dendrol. Brit. t. 8. — Bunge, Mém. des sav. étrang. de St. Ptrsbrg. II. 123. — G. Don l. c. no. 3. — Caule fruticoso; ramis pendulis prostratis striatis; foll. ternis ovatis acutis, basi attenuatis; gemmis spinescentib.; pedunculis calyce integro multo longioribus; staminib. exsertis. ♄ — Corolla purpurea. Baccae aurantiacae. — Affine sequenti, sed differt foliis late ovatis. — Baccarum infusum aqua praeparatum, v. decoctio cum vino a Chinensibus laudatur, ut remedium tonicum etc. — *L. Barbarum β. Chinense* Ait. Hort. Kew. I. 257. — *L. ovatum* Duh. Arb. (ed. 2.) 117. — *L. Barbarum* Lour. Fl. Cochinch. I. 165? — Crescit in China boreali.

4. L. **RUTHENICUM** Murr. Comment. Goett. 1779. p. 2. t. 2. — M. B. Fl. Taur. Caucas. I. 166. — G. Don l. c. no. 4. — Caule fruticoso; ramis dependentib.; foll. fasciculatis linearib., basi attenuatis, subcarnosis; pedunculis calyce longioribus; staminib. subexsertis, limbo aequalibus; calycib. inaequaliter quinquedentatis. ♄ — Calyx rarius 2–3–fidus. Corollae tubus albus, limbo purpureo. — *L. Tataricum* Pall. Flor. Rossic. I. 78. t. 49. — Crescit in Sibiria et Hyrcania locis salsis.

5. L. **SHAWII** Roem. et Schult. Syst. veget. IV. 603. — G. Don l. c. no. 5. — Caule fruticoso; ramis dependentib., apice tomentellis; gemmis spinescentib.; foll. ovato-lanceolatis crassiusculis; florib. parvis albis lateralibus. ♄ — Rami sparsi. Folia brevia crassa sparsa. Aculei rigidi. — *L. Europaeum* Mill. Dict. no. 4. — Shaw, Afric. 349. fig. 349. — Crescit in Barbaria.

6. L. **TREWIANUM** Duh. Arb. (ed. 2.) 116. t. 30. (sub *L. Chinense*, etiam Pers. Ench. I. 231. no. 9.) — G. Don l. c. no. 6. — Fruticosum erectum: ramis diffusis angulatis; gemmis spinosis; foll. petiolatis lanceolatis acutis; pedunculis unifloris solitariis v. geminatis extraaxillarib.; calycib. 2–3–fidis; corolla infundibuliformi; staminib. exsertis. ♄ — Rami rufescentes. Spinae paucae. Corolla pulchre purpurea, centro alba. Filamenta basi pilosa. Bacca ovata. — *L. Barbarum* Lam. Dict. III. 309. ex Poir. Suppl. III. 427. — Trew, Ehret. t. 68. (excl. syn.) — China.

7. L. **LANCEOLATUM** Poir. l. c. 429. — G. Don l. c. no. 7. — Caule fruticoso; ramis dependentib. reflexis; gemmis spinescentib.; foll. lanceolatis subsessilib., utrinq. acutis; florib. solitariis extraaxillarib. pedicellatis; corolla infundibuliformi; staminib. exsertis. ♄ — Calyx inaequaliter quinquedentatus. Corolla purpurea, fundo alba. Bacca oblonga rubra. — *L. Europaeum β.* DC. Fl. Fr. no. 2699. — Pers. Enchirid. I. 231. — Duham. Arb. (ed. nov.) 123. t. 32. — Ad *L. Europaeum* pertinet ex Spr. — Crescit in Europa australi.

8. L. **TURBINATUM** Duh. Arb. (ed. nov.) 119. t. 31. — Pers. Enchirid. I. 231. (excl. syn. Lam.) — G. Don l. c. no. 8. — Caulib. erectis fasciculatis; ramis dependentib. teretib.; gemmis spinescentib.; foll. sessilib. lanceolatis acuminatis; florib. aggregatis pedicellatis extraaxillarib.; corollis infundibuliformib.; staminib. exsertis; calycib. trifidis; baccis turbinatis. ♄ — Corolla violacea, fundo alba. Baccae rubrae. — *L. halimifolium* Mill. Dict. no. 6? — *L. Barbarum β.* DC. Fl. Fr. no. 2700. — Crescit in China.

9. L. **CILIATUM** Schlchtd. Linnaea VII. 69. † — G. Don l. c. no. 9. — Fruticosum: ramis elongatis subscandentib., ramulis interdum spinescentib.; foll. sparsis late ovatis acutis denticulato–ciliatis glabris; florib. axillarib. solitariis brevissime pedunculatis; calycis lacinils linearib. acutis baccam globosam superantib.; corollis

puberulis infundibuliformib.; genitalibus exsertis. ♄ — Habitat in Brasilia. — Calyx profunde quinquefidus. Stamina villosa ut in *L. Barbaro*. Corolla purpurea?

10. L. OBOVATUM Rz. et Pav. Flor. Peruv. II. 46. † t. 183. fig. c. — G. Don l. c. no. 10. — Caule fruticoso; ramis patentib.; aculeis rigidis, juniorib. foliosis; foll. obovatis obtusis petiolatis sparsis v. fasciculatis; pedunculis solitariis extraaxillaribus. unifloris nutantib.; corollis tubulosis, limbo piloso erecto; calycib. villosis quinquefidis. ♄ — Caulis cinereus ramosissimus. Segmenta calycina reflexa. Corolla purpurascenti-violacea. Bacca parva globosa aurantiaca. Spinae adultae nudae. — Crescit in Peruvia ad Tarma.

11. L. SCABRUM Nees ab Esenb. Nov. act. acad. Caesar. Leopold. Carol. nat. curios. XIX. Suppl. I. 389. — Fruticosum spinosum, setulis exiguis scabrum: foll. obovatis; florib. solitariis nutantib.; pedunculo calyce cupuliformi quinquedentato longiori; corolla subrotata, tubo calyce breviore; staminib. corolla brevioribus (exsertis?) ♄ — A *L. obovato* Rz. et Pav. differt calyce non hirsuto ejusq. laciniis distantib. linearib. obtusis nec acutis; corollae tubo breviore, pedunculo longiore. A *L. cano* Gill. pubescentia exigua simplici nec ramosa canescente, tum caule spinoso nec inermi. — An *L. obovati* var.? — *L. distichum* Meyen, Reise um die Erde. II. 20. — Fruticulus ad terram fere rescissus mutilus. — Crescit in Peruvia (Arequipa).

12. L. SALSUM Rz. et Pav. Flor. Peruv. II. 46. † t. 183. fig. C. — G. Don l. c. 459. no. 11. — Fruticosum: ramis longis pendulis; spinis foliosis; foll. obovato-oblongis sessilib.; florib. extraaxillarib. nutantib. solitariis breviter pedicellatis; corollis infundibuliformib.; staminib. exsertis. ♄ — Folia parva fasciculata. Calyx quinquedentatus. Corolla parva albescenti-purpurea, segmentis oblongis obtusis viscidis patentibus. Bacca parva ovato-oblonga acuta bilocularis vix pulposa. Semina parva lutea. — Crescit in Peruvia.

13. L. THUNBERGII G. Don l. c. no. 12. — Caule fruticoso; foll. lanceolato-ellipticis; ramis laxis subspinosis. ♄ — Caulis teres canus erectus. Rami magis minusve spinosi elongati, plerumque simplices. Folia plerumque solitaria infraspinalia glabra, sesquipollicaria et ultra. — *L. Barbarum* Thnbrg. Transact. of the Linn. soc. IX. 152. — Crescit in Promontorio bonae spei.

14. L. MACROPHYLLUM Bth. Plant. Hartweg. 368. — Foll. oblongo-lanceolatis v. ellipticis acuminatis tenuib., juniorib. pulverulentis, adultis glabris; pedicellis in ramulis brevissimis fasciculatis; calyce late quinquedentato, demum dilatato v. fisso; corollae infundibuliformis breviter quinquefidae laciniis recurvo-patentib.; staminibus limbo vix longioribus. — Crescit in Mexico.

15. L. CHILENSE Bertero in Memorie di Torino XXXVIII. 133. † t. 44. — Caule subinermi erecto ramoso; ramis gracilib. cinereis; foll. alternis sparsisve brevissime petiolatis ovato-lanceolatis integris v. subrecurvis tenuissime ciliatis; pedunculis solitariis 1-floris corollam subaequantib.; calycib. regularib. semi-5-fidis villosiusculis erectis; corollae limbo 5-partito patulo, tubo longiore, laciniis ovato-oblongis; staminib. e fauce exsertis. ♄ — *L. nutans* Poepp. Hb. — Chili.

Sectio II. ISODONTIA G. Don l. c. 459.

Calyx urceolato-campanulatus aequaliter quinquedentatus. Corolla infundibuliformis, limbo quinquefido erecto. Stamina inclusa. — Frutices foliis fasciculatis; floribus axillaribus subsolitariis. — (*Lycioïdes* Endl. l. c.)

16. L. GRACILE Meyen, Reise um die Erde I. 390. — Nees ab Esenb. Nov. act. acad. Caes. Leopold. Carol. nat. curios. XIX. Suppl. I. 389. — Inerme: foll. lanceolato-linearib. acutiusculis, basi attenuatis glabris; pedunculo solitario, calyce brevi subulato-quinquedentato duplo longiore; calyce tubum corollae aequante, limbi corollini diametro altitudinem corollae superante. ♄ — Maxime affine *S. flifolio* Gill. (e Pampis Bonariensibus allato), sed differt foliis longioribus. latioribusque (poll. 1 longis, lin. 1 latis) acutiusculis neque obtusis, pedunculo longiori, corolla breviori et latiori, quippe 2 lineas alta et 3-3½ lin. lata. — In Chili ad Copiapo crescit.

17. L. **PARVIFOLIUM** Willd Reliq. ex Roem. et Schult. Syst. veget. IV. 608. — G. Don l. c. no. 13. — Fruticosum spinosissimum: foll. fasciculatis obovatis obtusis glabris; florib. subaxillarib. solitariis pendulis; corollis tubulosis; staminib. subinclusis. ♄ — Folia parva. Calyx obsolete quinquedentatus v. subinteger. Corolla tubulosa parum curvata, calyce 6–7–plo longior. Filamenta capillacea glabra. Stigma incrassatum. Pedicelli calyce longiores. — *L. microphyllum* Humb. et Bonpl. mss. (nec Duh.) — *L. horridum* H. B. Kth. Nov. gen. et spec. pl. III. 52. (nec Thnbrg.) — Crescit in Andibus Peruvianis inter Caxamarca et Magdalena.

18. L. **AFRUM** Linn. Spec. plant. 277. — Plenk, Icon. plant. medic. II. 22. t. 127. — Lam. Illustr. gen. II. t. 112. fig. 2. — Duham. Arb. et arbust. (ed. nov.) I. 107. t. 29. — Mill. Icon. t. 171. fig. 1. — Sweet, Brit. flow. gard. (New Ser.) IV. t. 324. — Bot. Reg. t. 354. — Trew, Ehret. 4. t. 24. fig. 2. — Rich. Gen. 224. t. 105. fig. 2. — Niss. Act. Paris. 1711. p. 420. t. 12. — G. Don l. c. no. 14. — Bertoloni, Flor. Italian. II. 638. † — Fruticosum: ramis apice spinescentib.; foll. subcarnosis obverse lanceolato–linearib. fasciculatis; florib. pendulis subaxillarib. solitaris; pedunculis calyce longioribus; corolla tubulosa calyce triplo longiore; staminib. inclusis. ♄ — Caulis teres erectus, cortice cinereo tectus, spinosus, spinis brevibus patulis, 4–5–pedalis, sed etiam biorgyalis occurit. Folia integerrima, supra canaliculata e tuberculo gemmaceo profecta. Calyx campanulatus, scissuris nonnullis inter dentes profundioribus. Corolla infundibuliformi–tubulosa lucide purpurea, extus limbum subinde viridescens, segmentis ovatis obtusis patenti–recurvulis. Stamina medio tubo corollino adnata, basi incrassata, undique albo–barbata. Antherae sagittatae erectae virides, polline albido. Bacca globosa obtusa magnitudine *Cerasi*, sulcis longitudinalibus quinque notata, matura lutea. — Crescit in Hispania, Africa boreali et in Palaestina.

19. L. **INTRICATUM** Boiss. Elench. plant. nov. Hispan. 143. — Voyage bot. dans le midi de l'Espagne no. 1215. † — Fruticosum: ramis intricatissimis glabris abbreviatis verruculosis, in spinas validas abeuntib.; florib. solitariis; pedunculo calycem aequante; calyce hirtello brevissime quinquedentato, corolla quinquies breviore; corolla angulata breviter quinquefida, limbo ad marginem subpubescente; stylo staminibq. subexsertis. ♄ — Crescit in Hispania australiori.

20. L. **TENUE** Willd. Enum. plant. hort. Berolin. I. 245. — G. Don l. c. no. 15. — Fruticosum: foll. linearib. subcarnosis fasciculatis; ramis erectis patulis spinescentib.; pedunculis calyce longioribus; staminib. corollae limbum subaequantibus. ♄ — Folia quam illa *L. Afri* breviora et angustiora. Pedunculi calyce parum longiores. Calycis dentes adpressi. Corolla fere *L. Barbari*. Stamina limbo parum longiora. — Crescit.....?

21. L. **PROPINQUUM** G. Don l. c. no. 10. — Caule fruticoso; foll. lineari–ellipticis; ramis strictis; pedunculis folio longioribus. ♄ — Caulis stricte erectus; rami spinescentes subverticillati breves stricti. Folia fasciculata glabra 2½–pollicaria. Pedunculi capillares uniflori florum circiter longitudine. Corolla brevis campanulata. — *L. Afrum* Thnbrg. Prodr. fl. Capens. 37. et Transact. of the Linn. Soc. IX. 158. (nec L.) — Crescit in Promontorio bonae spei.

22. L. **RIGIDUM** Thnbrg. Prodr. fl. Cap. 37., Transcat. of the Linn. Soc. IX. 153 t. 14. — G. Don l. c. no. 17. — Erectum fruticosum: ramis strictis spinescentib.; foll. linearib. obtusis fasciculatis; pedunculis quam folia floresq. brevioribus; corolla tubulosa; staminib. inslusis; calycis quinquedentati dentib. ciliatis. ♄ — Caulis flexuosus glaber canus. Rami rugoso–angulati cinerei, apice spinosi. Folia glabra curvata uncialia. Flores solitarii pedunculati nutantes. — Vix differt a *L. Afro* nisi pedicellis brevissimis, habitu humiliori, spinis paucioribus foliisq. pallidioribus. — Pedicelli solitarii v. terni. Calyx campanulatus quinquedentatus, dentibus acutis. Corolla tubulosa violacea. Bacca globosa pisiformis bilocularis. — *L. Afrum* β. Lam. Dict. III. 500. — *L. Italicum* Mill. Dict. no. 2? — Trew, Ehret. t. 24. fig. 1. — *L. carnosum* Duham. Arb. et Arbust. (ed. nov.) III. — Pers. Enchirid. I. 231. — Crescit in Promontorio bonae spei ad Cap Town.

23. L.? **MICROPHYLLUM** Duham. l. c. 112. — Pers. l. c. — G. Don l. c. no. 18. — Erectum spinosum rigidum glaberrimum: ramis reflexis; foll. solitariis v. fasciculatis parabolicis; florib. axillarib. solitariis pedicellatis nutantib. (?); corollis infundibuliformib. (?); staminib. inclusis (?). ♄ — Rami cinerascentes spina rigida terminati. Folia glauca parva linearia (?). Bacca globosa obscure coerulea. — Forte ad hanc sectionem non pertinet. — Crescit in Africa orientali et in India.

24. L. **CINEREUM** Thnbrg. Prodr. 8. Capens. 37., Transact. of the Linn. Soc. IX 154. t. 16. — Willd. Spec. plant. I. 1059. — G. Don l. c. no. 19. — Fruticosum: ramis teretib. patentib. filiformib., ramulis spinosis brevib.; foll. lanceolatis obtusis glaucis glabris fasciculatis; florib. axillarib. solitariis nutantib.; corolla tubulosa; staminib. inclusis. ♄ — Pedicelli calyce breviores foliisque duplo minores Corolla purpurea? — Crescit in Promontorio bonae spei.

25. L. **HORRIDUM** Thnbrg. l. l. c. c. t. 17. (nec Kth.) — G. Don l. c. no. 20. — Caule fruticoso; ramis strictis; foll. obovatis carnosis glabris; florib. subsessilibus. ♄ — Caulis strictus ramosissimus tripedalis; rami nodulosi cani spinescentes. Folia fasciculata 3–7–na, supra plana, infra convexa alba parva. Flores solitarii pedicellati, pedicellis teretibus glabris, lineam longis. — Crescit in Promontorio bonae spei ad Saldanha Bay.

26. L. **TETRANDRUM** Thnbrg. l. l. c. c. t. 15. — G. Don l. c. no. 21. — Spinosum erectum: ramis angulatis strictis; foll. fasciculatis ovatis obtusis; florib. subsessilib.; corollis quadrifidis tetrandris. ♄ — Caulis contortus glaber angulatus rigidus canus, rami horizontales spinosi. Folia lineam longa. Flores solitarii breviter pedicellati e foliorum fasciculis orti. — Affine *L. Afro*, differt tamen foliis magis carnosis floribusque tetrameris tetrandris. — *L. Capense* Mill. Dict. no. 7? *) — Crescit in Promontorio bonae spei.

Sectio III. ANISODONTIA G. Don l. c. no. 460.

Calyx urceolatus inaequaliter quinquefidus v. quinquedentatus. Corolla tubulosa, limbo erecto plicato quinque- decemdentato. Stamina subinclusa. — Frutices inermes: foliis sparsis; floribus subaxillaribus v. terminalibus fasciculato-umbellatis. — *Lyciothamnos* Endl. l. c.

§. 1. *Corolla quinquedentata, quinquefida v. quinqueloba.*

27. L. **FUCHSIOIDES** Humb. et Bonpl. Plant. aequin. I. 147. † t. 42. — H. B. Kth. Nov. gen. et spec. plant. III. 52. — G. Don l. c. no. 22. — Caule fruticoso; ramulis puberalis; foll. obovato-oblongis obtusiusculis glabris; umbellis axillarib. terminalibq. sessilib.; corollis tubulosis; limbo quinquedentato; staminib. vix exsertis. ♄ — Rami angulati. Flores pedicellati penduli. Calyx campanulatus bilobus, lobo altero bidentato, altero tridentato v. integro. Corolla purpurea. Filamenta basi dilatata villosa. Stigma bilobum. Bacca ovata unilocularis polysperma, a calyce cincta. — Crescit in regno Quitensi prope Delay, Cumbe et Cuenza (altit. 1400 hexap.).

28. L. **GESNERIOIDES** H. B. Kth. l. c. 53. — G. Don l. c. no. 23. — Ramulis villoso-tomentosis; foll. ovatis acutis, supra glabris, infra pubescentia pulverulenta vestitis; umbellis subaxillarib. terminalibq. sessilib.; corollis tubulosis, lobo 5-lobo pubescente; staminib. vix exsertis. ♄ — Ramuli teretes glabri (cf. supra II) Pedicelli villosi. Calyx quinquedentatus pubescens. Corolla lutea, limbo quinquelobo plicato pubescente. Bacca a calyce cincta. Filamenta basi parum dilatata pubescentia. Stigma subcapitatum trilobum. — In Andibus Quitoënsibus locis temperatis prope El Machin et valle fluvii Toche crescit.

29. L. **UMBELLATUM** Rz. et Pav. Flor. Peruv. II. 45. t. 182. fig. b. — G. Don l. c. no. 24. — Caule fruticoso; foll. pubescentib. oblongo-lanceolatis glabris, subtus

*) *L. CAPENSE Mill. Dict. no. 7. — G. Don l. c. 400. — Fruticosum: foll. oblongo-ovatis crassiusculis aggregatis; spinis rigidis foliosis. ♄ — Folia sparsa solitaria v. fasciculata crassa pallide viridia persistentia. — In horto Chelseensi nondum floruit. — Crescit in Promontorio bonae spei.*

pulverulentis; umbellis axillarib. breviter pedunculatis; corollae tubulosae segmentis acutis; staminib. inclusis. ♁ — Folia sexpollicaria. Pedicelli inaequales. Corolla violacea, limbi segmentis acutis. Filamenta glabra. Bacca globosa pisiformis aurantiaca. Semina reniformia. — Crescit in Peruviae valle Canta.

30. L. CESTROIDES Schlchtd. Linnaea VII. 70. † — G. Don l. c. no. 25. — Fruticosum: ramulis spinescentib.; foll. sparsis, dein pseudo-fasciculatis late lanceolatis, utrinq. acutis glabris; florib. pedunculatis in summis axillis fasciculatim provenientib., hinc interdum pseudo-umbellatis; calycis tubulosi dentib. brevib. triangularib. acutissimis; corollis tubulosis glabris, margine pubescentib.; genitalib. inclusis; staminib. inaequalib.; bacca subglobosa calycem suffulcientem lateraliter fissum paullo superante. ♁ — Folia maxima 2–2½ poll. longa. Flores magni. Calyx pubescens quinquedentatus, demum lateraliter fissus. Corollae limbus obtuse quinquelobus. Bacca globosa rubra. Semina compressa. Embryo annularis. — Crescit in Brasilia prope San Jose do Uruguay.

§. 2. *Corolla decemdentata.*

31. L. LOXENSE H. B. Kth. Nov. gen. et spec. plant. III. 53. — G. Don l. c. no. 26. — Arboreum: ramulis pubescenti-tomentosis; foll. ovatis subacuminatis, utrinq. pubescentib.; umbellis subaxillarib. terminalibq. sessilib.; corollae tubulosae limbo obsolete decemdentato puberulo; staminib. inclusis. ♁ — Rami teretes. Folia 3–3½ poll. longa. Pedicelli piloso-tomentosi. Calyx campanulatus quinquedentatus puberulus. Corolla basi parum dilatata puberula. Stigma capitatum. Bacca ovato-oblonga a calyce cincta unilocularis. — In Peruvia prope Loxam.

32. L. CORNIFOLIUM H. B. Kth. l. c. 54. — G. Don l. c. no. 27. — Arboreum: ramulis piloso-tomentosis; foll. rotundato-ovatis subacuminatis complicatis, supra puberulis, infra tomento molli rufescente vestitis; umbellis subaxillarib. terminalibq. sessilib.; corollae tubulosae limbo decemdentato puberulo; staminib. inclusis. ♁ — Folia tripollicaria. Pedicelli tomentosi. Calyx puberulus tubuloso-campanulatus quinquefidus. Corolla puberula, limbo plicato, dentibus alternis minutissimis. Filamenta basi puberula. Stigma sublobatum. Bacca a calyce cincta. — *L. ovale* Willd. Reliq. in Roem. et Schult. Syst. veget. IV. 608. — Crescit in Andibus Quitoënsibus inter Tiscan et Alausi locis umbrosis.

33. L. UMBROSUM H. B. Kth. l. c. — G. Don l. c. no. 28. — Arboreum: ramis pilosis; foll. oblongis acuminatis glabriusculis, floralib. ovato-rhomboideis; umbellis subaxillarib. terminalibq.; corollae tubulosae limbo decemdentato piloso; staminib. subinclusis. ♁ — Rami subangulati. Folia sexpollicaria. Pedicelli pilosi. Corolla coccinea, apice ampliata, parum recurvata, limbi dentibus obtusis fimbriato-ciliatis. Filamenta basi membranaceo-dilatata puberula. Stigma obsolete trilobum. Bacca ovata unilocularis polysperma. — Crescit in regno Novo-Granatensi locis umbrosis prope La Vega de St. Lorenzo et Almaguer.

† *Species minus cognitae.*

34. L. CAPSULARE Linn. Amoen. acad. IV. 308. — Willd. Spec. plant. I. 1061. — G. Don l. c. no. 29. — Fruticosum: foll. lanceolatis tenuib. glabris; calycib. pedunculisq. puberulis; pericarpio capsulari. ♁ — Rami teretes, spinis axillaribus patentibus armati. Folia breviter petiolata. Pedunculi simplices axillares uniflori, folio breviores. Calyx puberulus. Corolla rotata. Stigmata 2 recta gracilia. Capsula ovata mucronata bilocularis. — Certe non est *Lycii* species. — In Mexico.

35. L. CAROLINIANUM Walt. Flor. Carol. 84. — Michx. Flor. Am. bor. I. 95. — G. Don l. c. no. 30. — Inerme: foll. angustis spathulato-oblongis; florib. quadrifidis tetrandris coeruleis. ♁ — Crescit in Carolina, Georgia et in Florida.

36. L. OBTUSUM Willd. Reliq. ex Roem. et Schult. Syst. veget. IV. 609. — G. Don l. c. no. 31. — Fruticosum: foll. obovatis longe petiolatis; pedunculis aggregatis; ramis spinosis; florib. tetrandris. ♁ — Crescit in Cumana.

37. L. GRANDIFLORUM Willd. l. c. — G. Don l. c. 461. no. 32. — Fruticosum: foll. ellipticis; pedunculis aggregatis; calycib. trilobis. ♁ — Caracas.

38. L. INERME Mill. Dict. no. 6. — G. Don l. c. no. 33. — Fruticosum: foll. lanceolatis alternis persistentib. petiolatis. ♄ — Caulis crassus lignosus. Rami numerosi breves brunnei. Folia 3–3½ poll. longa, obscure viridia. Flores albi. Fructus.....? — Forte non ad *Lycium* pertinet. — Crescit.....?

39. L. COCHINCHINENSE Lour. Flor. Cochinch. 134. (ed. Willd. I. 165.) — G. Don l. c. no. 34. — Fruticosum inerme: foll. oblongis obtusis; cymis terminalibus. ♄ — Frutex erectus ramosus. Folia glabra crassa alterna. Calyx quinquefidus. Corolla alba tubulosa, limbo quinquefido reflexo. Stamina 5 corollam subaequantia longe pilosissima, pilis tubum corollae reciudentibus. Bacca rotundata biloccularis. — Forte ad sectionem primam pertinet. — Crescit in Cochinchina.

†† *Species nonnisi nomine notae.*

L. CANUM Gillies.
L. FILIFOLIUM Gillies.
L. IMBRICATUM Bojss. — (Certe idem ac *L. intricatum.*)
L. SPINOSUM Sieber.

††† *Species e genere expellendae.*

L. AGGREGATUM Rz. et Pav. — ACNISTUS ARBORESCENS.
L. ARBORESCENS Spr — ACNISTUS ARBORESCENS.
L. BARBATUM Thnbrg. — PLECTRONIA VENTOSA.
L. BOERHAVIAEFOLIUM Linn. — GRABOWSKYA BOERHAVIAEFOLIA.
L. FLORIBUNDUM H. B. Kth. — ACNISTUS FLORIBUNDUS.
L. FOETIDUM Linn. — SERISSA FOETIDA.
L. GUAYAQUILENSE H. B. Kth. — ACNISTUS GUAYAQUILENSIS.
L. HETEROPHYLLUM Murr. — GRABOWSKYA BOERHAVIAEFOLIA.
L. JAPONICUM Thnbrg. — SERISSA FOETIDA.
L. INDICUM Retz. — SERISSA FOETIDA.
L. INERME Linn. fil. — PLECTRONIA VENTOSA.
L. SPATHULATUM Rz. et Pav. — ACNISTUS SPATHULATUS.

3805. ACNISTUS *Schott.*

(Schott, Wien. liter. Zeitschrft. IV. 1180. ex Schlchtd. Linnaea VII. Literaturb. 54. — Meisn. Gener. plant. vascul. I. 277. II. 184. — *Atropae* et *Lycii* spec. auct. — G. Don, General syst. of gard. and bot. IV. 461.)

1. ACN. (ATROPA Linn. Amoenit. acac. IV. 307. — LYCIUM Spr. Syst. veget. I. 701. no. 11.) ARBORESCENS Schlchtd. Linn. VII. 67. — G. Don l. c. no. 1. — Fruticosus subarboreus: foll. oblongis, utrinq. attenuatis elongatis integerrimis acutis, supra pubescentib., demum virentib., infra albo-tomentosis; racemis umbellatis, ex axillis foliorum lapsorum oriundis; lacinils corollae revolutis; staminib. longe exsertis. ♄ v. ♃? — Folia 3–7-pollicaria, juniora pulverulenta, demum glabrescentia viridia. Filamenta basin fere usque libera. — *Lycium aggregatum* Rz. et Pav. Flor. Peruv. II. 45. † t. 182. fig. a. — *Cestrum campanulatum* Lam. Dict. I. 688. — *Cestrum cauliflorum* Jcq. Hort. Schoenbr. III. 41. † t. 325. — *Acnistus cauliflorus* Schott. l. c. — *Atropa solanacea* All. — *Belladonna frutescens flore albo Nicotianae foliis* Plum. Spec. I. icon. t. 46. fig. 1. — *Atropa arborea* Willd. Hb. — Crescit in insulis Martinica, Jamaica, in Brasilia et in Peruvia prope Limam.

2. ACN. GUAYAQUILENSIS G. Don l. c. no. 2. — Arboreus: foll. elliptico-oblongis acutis, supra pubescentib., subtus molliter tomentosis; umbellis extraaxillarib. sessilibus; calycib. pentagonis; staminib. exsertis. ♄ — Rami teretes canescentes tomentosi. Stigma capitatum subbilobum. Corolla glabra. — *Lycium Guayaquilense* H. B. Kth. Nov. gen. et spec. pl. III. 50. — Kth. Synops. pl. aequin. II. 179. — Crescit in regno Quitensi prope Guayaquil locis humidis

3. ACN. FLORIBUNDUS G. Don l. c. no. 3. — Fruticosus: foll. oblongis acutis glabris, infra pubescentib.; umbellis extraaxillarib. sessilib. approximatis. ♄ — Rami glabri albi. Flores quam illi speciei praecedentis majores. Calyx obtusus. Stamina exserta. Corolla extus pubescens. Stigma capitatum subbilobum. —

Lycium floribundum H. B. Kth. l. c. 51. — Kth. l. c. — In Andibus Peruvianis ad Caxamarca crescit.

4. ACN. SPATHULATUS G. Don l. c. no. 4. — Glaber: foll. obovato-spathulatis dispersis v. fasciculatis; umbellis subaxillarib. sessilib.; corollae segmentis acutis pubescentibus. ♁ — Rami angulati. Folia 1-2-pollicaria. Bacca rotundata rubescenti-flava pisiformis. — *Lycium spathulatum* Rz. et Pav. Flor. Peruv. II. 183. fig. a. — Crescit in Peruvia prope Huanuco.

5. ACN. (ATROPA Willd. Reliq. in Roem. et Schult. Syst. veget. IV. 686.) SIDEROXYLOIDES G. Don l. c. no. 5. — Fruticosus: foll. oblongo-ovatis utrinq. acutis, infra pubescentib.; umbellis lateralib. sessilibus. ♁ — Crescit ad ripas fluvii Magdalenae in Peruvia.

3745. GRABOWSKYA *Schlchtd.*

(Schlchtd. Linnaea VII. 72. — Meisn. Gener. plant. vascular. I. 278. II. 186. — Genus a **St. Endlicher** ad *Ehretiacearum* castra relatum, a **Necsle** iterum ad *Solanaceas* revocatum).

1. GR. BOERHAVIAEFOLIA Schlchtd. l. c. — Lindl. Bot. Regist. t. 1985. — Hook. Bot. Magaz. t. 3841. — G. Don, General syst. of gard. and bot. IV. 480. no. 1. (*Crabowskia.*) — Fruticosa spinosa: foll. ovatis acutis glaucis; gemmis spinescentib.; florib. paniculatis. ♁ — Folia glaucescentia coriacea, gustu salsuginoso amaro. Corolla alba, in fauce viridi-venosa. Genitalia alba, stigma viride. — *Lycium boerhaviaefolium* Linn. Suppl. 150. — Lam. Dict. III. 510. — *Ehretia halimifolia* Herit. Stirp. I. 45. t. 83. — *Lycium heterophyllum* Murr. Comment. Goetting. 1783. p. 6. t. 21. — Crescit in Peruvia.

2. GR. (LYCIUM?) DISTICHA Meyen, Reise um die Erde I. 448. II. 26. — Nees ab Esenb. Nov. act. acad. Caesar. Leopold. Carol. natur. curios. XIX. Suppl. I. 390. † — Erecta rigida: ramis distichis cinereis ramulisq. patentissimis, apice spinosis; foll. ovali-oblongis obtusiusculis glabris coriaceis; florib. solitariis; pedunculo calycem campanulatum quinquefidum aequante paullove superante; corollae tubo limbum infundibuliformem aequante, laciniis erectis multo breviore; staminib. non exsertis. ♁ — Accedit *Lyciis* pluribus Capensibus, inprimis *L. rigido* Thnbg. et quoad flores *L. tubuloso*, sed differt ab omnib. hisce foliis ovali-oblongis conformibus (3-2 lin. longis) et ramis subsimplicibus longis distiche patentissimis. Calycis laciniae triangulares acutae. Corolla coerulea 5 lin. longa subincurva, tubo 2 lin. longo, tum limbo obconico modice dilatato, laciniis brevissimis rotundatis erectis. Stamina inclusa. Fructus.....? — Crescit in Peruviae Cordillera de Tacna.

3. GR. (LYCIUM?) MEYENIANA Nees ab Esenb. l. c. — Erecta rigida: gemmis valide spinosis; basi fasciculato-foliosis albo-tomentosis; foll. lanceolatis obtusis glabris; florib. solitariis nutantib.; pedunculo calyce late campanulato quinquedentato duplo triplove longiore; corolla tubulosa, calyce quintuplo longiore, limbi laciniis brevib. acutis patulis; staminib. inclusis. ♁ — Frutex speciosus, *Lycio horrido* H. B. Kth. persimilis, diversus autem foliis minime obovatis obovatooblongis sed revera lanceolatis omniumque partium mole majori. Gemma basi floccoso-tomentosa e qua folia confertim nascuntur, abit in spinam conicam nudam pollicarem v. sesquipollicarem. Apices novelli ramorum canescenti-floccosi. Pedunculus axillaris glaber 6 lin. longus. Calyx brevis glaber, basi rotundata, laciniis seu dentib. 5 latis aequalib. obtuse cuspidulatis, cuspidulis incanis. Corolla violacea 15 lin. longa, limbo parum dilatato, laciniis patentib. triangularib. acutis ciliatis. Bacca *Piso* duplo major globosa rubra, calyce jam inaequaliter 3-4-partito patente suffulta. — *Atropa spinosa* Meyen, Reise um die Erde I. 416. — Crescit in Peruvia, in planitiebus circa Pisacomam.

Subordo II. *RECTEMBRYEAE* Endl. Enchirid. bot. 232. — Gener. pl. Suppl. II. 60.

Tribus V. *CESTRINEAE* Endl. Gener. plant. p. 667.

Embryonis recti cotyledones foliaceae. Radicula infera. Bacca bilocularis.

3865. CESTRUM *Linn.*

(Linn. Gener. plant. no. 261. — Meisn. Gener. plantar. vascular. I. 278. II. 185. — Spreng. System. vegetab. I. 673. — Dietr. Synops. plantar. I. 602. — G. Don, General syst. of gard and bot. IV. 480.)

§. 1. *Filamentis edentulis nudis v. interdum ad insertionem villosis.*

† Floribus solitariis v. aggregatis sessilibus.

1. C. BUXIFOLIUM H. B. Kth. Nov. gen. et spec. plantar. III. 57. — Kth. Synops. plant. aequinoct. II. 183. — G. Don l. c. 481. no. 1. — Foll. approximatis ellipticis obtusiusculis subcoriaceis glabris nitidis; florib. axillarib. solitariis terminalibq. congestis sessilib.; filamentis nudis ☿ — Ramuli fusceseenti-tomentosi. Folia 7–8 lin. longa. Corolla alba. — Crescit prope sanctuarium Montserratense locis frigidis Novo-Granatensium.
2. C. MARAQUITENSG H. B. Kth. l. c. — Kth. l. c. — G. Don l. c. no. 2. — Foll. oblongis acutis membranaceis glabris; florib. axillarib. solitariis terminalibq. congestis subsessilib.; laciniis corollae ovatis acutis; filamentis nudis. ☿ — Rami pubescentes. Folia 2–8 lin. longa. Corolla alba. Bacca ovato-elliptica pisiformis. — *C. Bogotense* Willd. Reliq. in Roem. et Schult. Syst. vegetab. IV. 807. — Crescit prope San Ana et Mariquita Novo-Granatensium.
3. C. PENDULINUM Jcq. Hort. Schoenbrunn. III. 42. t. 327. — Poir. Encycl. méth. Suppl. II. 184. — H. B. Kth. l. c. — Kth. l. c. 184. — G. Don l. c. no. 3. — Ramis glabriusculis; foll. ovato-oblongis subacuminatis hirtellis; florib. in apice ramulorum congestis subsessilib.; laciniis corollae oblongis obtusis, margine inflexis; filamentis nudis. ☿ — Ramuli puberuli. Folia bipollicaria. Corolla virescenti-alba. Bacca elliptica magnitudine illius *Cerasi albi*, coerulea. — Crescit in Nova Granata prope Turbaco et Mahates.
4. C. PAUCIFLORUM Nees ab Esenb. et Mart. Nov. act. acad. Caesar. Leop. Carol. nat. curiós. XI. 79. † — G. Don l. c. no. 4. — Foll. ovato-lanceolatis acutis, utrinq. puberulis; florib. axillarib. solitariis sessilib.; filamentis nudis edentulis. ☿ — Rami juniores muricati, adulti glabrati. Folia 3–4-pollicaria, petiolis marginatis, scabrellis. Bracteola sub flore lateralis subulata. Calycis corollaeq. segmenta anguste lineari-lanceolata carinata. Corolla flavescens 4–5 lin. longa. Bacca bilocularis tetrasperma. — *C. Maraquitense* differt ab hac specie foliis angustioribus glabris, segmentis corollae latioribus glabris ovatis, ab omnibus autem aliis speciebus *S. pauciflorum* differt floribus axillaribus solitariis. — Crescit in Brasilia ad Ilheos.
5. C. CORYMBOSUM Schlchtd. Linnaea VII. 57. † — G. Don l. c. no. 5. — Glabrum: foll. elliptico- v. obovato-lanceolatis, basi cuneatis subcoriaceis lucidulis, breviter petiolatis; corymbo terminali subsessili; calycis subglabri dentib. breviter triangularib., apice barbellatis; corollis glabris tubuloso-infundibuliformib., calyce sexies longiorib., limbi laciniis acutis brevissimis; filamentis inferne in tubo insertis ibidemq. villosis; baccis globosis. ☿ — Habitat in Brasilia.
6. C. VESPERTINUM Linn. Syst. 227. — Jcq. Hort. Schoenbr. III. 43. t. 328. — Murr. Nov. Comment. Goetting. V. 41. t. 8. — G. Don l. c. no. 6. — Glabrum: foll. oblongis acutis submembranaceis opacis; florib. subaxillarib. aggregatis breviter pedunculatis; laciniis corollae acuminatis erectis. ☿ — Rami tomentosi. Corolla virescenti-alba, segmentis angustis acutis, tubo longo filiformi. Bacca coerulea. Flores in spicas breves densas dispositi. — *Cestrum confertum* Mill. Dict. no. 5.

— *C. Jamaicense* Lam. Diction. I. 687 — *C. ramosissimum* Hort. Patavin. — *Jasminum* Sloane, Hist. Jamaic. II. 96. t. 204. fig. 2? — Plum. ed. Burm. 150. t. 157. fig. 1. — *Ixora alternifolia* Jcq. Pl. Americ. (ed. pict.) 16. t. 177. fig. 8. — Crescit in insulis Indiae occidentalis.

7. C. ROSEUM H. B. Kth. l. c. 59. † t. 197. — Kth. l. c. 183. — G. Don l. c. no. 7. — Foll. oblongis obtusiusculis, utrinq. molliter hirto-pubescentib.; pedunculis axillarib. et terminalib.(?) quadri- aut sexfloris; florib. sessilib. capitato-congestis involucratis; calyce tubuloso quinquefido pubescente; laciniis corollae roseae ovatis angustato-acuminatis; filamentis nudis. ♄ — Rami juniores molliter villoso-pubescentes. Folia 2-2½ poll. longa. Segmenta calycina lanceolata acuta inaequalia, apice reflexa. Corollae glabrae segmenta reflexa. Bacca.....? — Crescit in Mexico prope Real de Moran et Hacienda de Regla.

†† Floribus spicatis v. racemosis. Spicis racemisque axillaribus et terminalibus.

8. C. DUBIUM Steud. Nomencl. bot. (ed. 2.) I. 337. — Staminib. edentulis; racemis axillarib. sessilib. folium subaequantib.; pedicellis alternis bracteatis calycem obtuse dentatum subaequantib., corollae tubo subfiliformi, limbi laciniis linearib. acutis conniventib. (virescentib.); foll. oblongo-lanceolatis subrepandis glabris. ♄ — *Cestrum racemosum* Tausch, Flora (B. Z.) XIX. 387. — Crescit.....?

9. C. PSEUDO-QUINA Mart. Beibl. zur Flora (B. Z.) XXI. II. 66. † — Glabrum: foll. membranaceis ovatis obtusiusculis aut acutis, basi acutis; pedunculis apice articulatis, axillarib. aut in racemos 2-6-floros terminales congestis; calycis quam corolla 6-tuplo brevioris dentib. corollaeq. gracilis laciniis acutis; filamentis edentulis glabris, longitudine tubi. ♄ — In Provincia Brasiliensi Rio Grande.

10. C. SUBPULVERULENTUM Mart. l. c. 65. — Ramulis antice subferrugineo-tomentoso-pulverulentis; foll. lanceolatis acuminatis, basi rotundatis, subtus pilis stellatis parce pulverulentis; florib. axillarib. fasciculatis aut terminalib. racemosis; bracteis subulatis calyces breviter et late triangulari-dentatos subaequantib.; corollis calyces sextuplo superantib.; filamentis edentulis glabris supra tubi dimidium insertis. — Crescit in sylvis provinciae Sebastianopolitanae in Brasilia.

11. C. CALYCINUM Willd. Reliq ex Roem. et Schult. Syst. veget. IV. 809. — H. B. Kth. l. c. 58. — Kth. l. c. 184. — G. Don l. c. no. 8. — Ramis foliisq. subtus stellulato-tomentosis et canescentib., supra glabris et nitidis ovato-ellipticis subacuminatis subrigidis; pedunculis axillarib. terminalibq. plurifloris abbreviatis spicatis; florib. sessilib.; calyce elongato quinquefido; corollis tomentosis(?); filamentis nudis(?). ♄ — *C. strigillato* Rz. et Pav. simillimum habituque ad *Sessea* accedit. — Folia 2-3-pollicaria. Segmenta calycina ovato-lanceolata acuminata. Corolla pallide viridis. Stamina ad apicem tubi corollini inserta glabra. — Crescit in calidis Peruviae prope Gonzanama et in Brasilia.

12. C. PETIOLARE H. B. Kth. l. c. — Kth. l. c. — G. Don l. c. no. 9. — Ramis foliisq. subtus in nervis pulverulento-tomentosis, supra glabris, longe petiolatis elliptico-oblongis subacuminatis costato-venosis; pedunculis axillarib. et terminalib. paucifloris brevissimis spicato-approximatis; florib. sessilibus. ♄ — Rami glabri, floriferi fuscescenti-tomentosi. Folia 5-7-pollicaria, 2-3 poll. lata. Petioli foliorum superiorum basi biauriculati, auriculis lunatis. Pedunculi ad apices ramorum spicato-approximati tomentosi. Calycis dentes breves acuti. — *C. venosum* Willd. Herb. no. 4438. ex Roem. et Schult. l. c. 807. — *Sessea petiolaris* Spr. Syst. vegetab. I. 584. — In Peruvia locis umbrosis inter Ayavaca et Yanta.

13. C. CONGLOMERATUM Rz. et Pav. Flor. Peruv. II. 29. t. 156. fig. a. — H. B. Kth. l. c. 60. — Kth. l. c. 185. — G. Don l. c. no. 10. — Foll. oblongo-lanceolatis acutis reticulato-venosis, venis subtus valde prominentib., rigidis glabris; spicis axillarib. abbreviatis sessilib.; laciniis calycinis ovatis acutis; filamentis nudis. ♄ — Rami subtrigoni. Folia 3-4-pollicaria. Spicae ad apices ramorum approximatae. Corolla virescenti-flavescens, segmentis ovatis acutis. — *C. reticulatum* Willd. Reliq. ex Roem. et Schult. l. c. 808. — Crescit in declivitate occidentali Andium Peruvianorum inter Guangamarca et Caxeas.

14. C. AFFINE H. B. Kth. l. c. 60. — Kth. l. c. 186. — G. Don l. c. no. 11. — Foll. lanceolatis aut lanceolato-oblongis acuminatis membranaceis glabris; spicis axillarib. abbreviatis sessilib. approximatis; florib. sessilib.; laciniis corollae ovatis acutis; filamentis nudis. ♁ — Corollae albido-virescentes glabrae. Rami trigoni glabri. Folia quinquepollicaria, sesquipollicem lata. Calycis dentes ovati acuti, margine pilosi. — *Cestro Parqui* affine. Differt a praecedente, cui proximum, foliis tenuioribus acuminatis, venis minus prominentibus. — An certe species distincta? — *C. Peruvianum* Willd. Reliq. ex Roem. et Schult. l. c. 807. — Crescit in devexis montis Tunguraguae prope Penipe Quitensium et juxta Ayavaca Peruvianorum.

15. C. DIURNUM Linn. Spec. plantar. 277. — Herit. Stirp. I. 74. — Dill. Hort. Elth. 186. t. 154. fig. 186. — H. B. Kth. l. c. 61. — Kth. l. c. 186. — G. Don l. c. p. 842. no. 12. — Foll. oblongis acutis membranaceis glabris; pedunculis axillarib. fasciculatis; laciniis corollae obtusis reflexis; filamentis nudis edentulis. ♁ — Folia tripollicaria. Flores odorati parvi albi. Calycis dentes acuti parum ciliati. — Crescit in insula Cuba prope Havanam.

16. C. ODONTOSPERMUM Jcq. Hort. Schoenbr. III. 44. t. 331. — G. Don l. c. no. 13. — Glabrum: foll. oblongis acutis subcoriaceis; racemis brevib. axillarib. terminalibq.; florib. subsessilib.; corollae segmentis lanceolatis acutis revolutis; filamentis nudis edentulis. ♁ — Valde affine *C. diurno* sed flores nocte tantummodo odori. Semina parva compressa, lateraliter (apice ex Spr. l. c. 674. no. 22.) denticulo notata. Folia 3-4-pollicaria. Corolla alba, tubo cylindrico, ad os vix dilatato. Bacca nigrescens, *Pisi minoris* magnitudine. — Crescit.....?

17. C. FASTIGIATUM Jcq. l. c. t. 330. — G. Don l. c. no. 14. — Foll. ovato-oblongis acutis coriaceis glabris, supra nitidis; pedunculis axillarib. elongatis, apice spicatis, folia aequantib.; segmentis corollinis ovatis obtusis reflexis quinis senisve; filamentis nudis edentulis. ♁ — Folia subtus pallidiora. Pseudo-stipulae parvae obtusae. Flores albi sessiles ad apicem pedunculorum subfastigiati; per diem noctemq. suaveolentes. Bacca rotundata nigrescens pisiformis. — Crescit....?

18. C. FOETIDISSIMUM Jcq. l. c. 43. t. 329. — G. Don l. c. no. 15. — Glabrum: foll. ovatis lanceolatisq. acutis petiolatis; pedunculis axillarib. terminalibq., plerumq. 3-6-floris racemosis; florib. pedicellatis v. sessilib.; dentib. calycinis gracilib.; segmentis corollae brevib. ovatis emarginatis; filamentis basi barbatis edentulis. ♁ — Caulis punctulato-scaber ramosissimus. Folia 2-4-pollicaria foetidissima. Flores nocte odorati. Corolla flavescens. Bacca oblongo-cylindrica nigra, semina 2 oblonga. — Crescit in insulis Indiae occidentalis.

19. C. TENUIFLORUM H. B. Kth. l. c. 61. — Kth. l. c. 186. — G. Don l. c. no. 16. — Foll. ovatis acuminatis tenuiter membranaceis, subtus in venis subtomentosis; spicis axillarib. valde abbreviatis sessilib. 8-12-floris; florib. sessilib.; tubo corollae tenuissimo, laciniis lanceolatis acuminatis; filamentis nudis. ♁ — Ramosissimum suffruticosum. Rami teretes pulverulento-tomentosi. Folia subquadripollicaria. Petioli rhachidesq. spicarum tomentosi. Flores odorati albi glabri. Calyx glaber irregulariter 4-5-dentatus. Filamenta ad basin pilosa. — *C. floribundum* Willd. Reliq. ex Roem. et Schult. Syst. vegetab. IV. 807. — *C. ovatum* Willd. l. c. — Crescit in declivitate montis Duidae prope pagum Esmeraldae Orinocensium.

20. C. TINCTORIUM Jcq. l. c. 45. t. 332. — G. Don l. c. no. 17. — Foll. ovato-lanceolatis glabris nitidis; racemis axillarib. terminalibq.; florib. breviter pedicellatis; corollae segmentis lanceolatis acutis, demum reflexis, primum patentib.; filamentis nudis edentulis, per totam suam longitudinem corollae tubo adnatis. ♁ — Folia coriacea tripollicaria. Corolla alba suaveolens. Bacca obscure violacea rotundata. — Crescit prope Caracas.

21. C. LATIFOLIUM Lam. Illustr. gener. II. 5. no. 2275. — G. Don l. c. no. 18. — Foll. ellipticis acutis, supra glabris, subtus pulverulento-villosis; racemis axillarib. brevissimis; staminib. edentulis. ♁ — Petioli et rami cum pedunculis, pedicellis calycibusque pulverulento-villosi. Corollae tubus filiformis, segmentis

lanceolatis acutis. Stigma capitatum. — Differt a *C. hirto* foliis basi non cordatis, corollae segmentis acutis nec obtusis et stigmate capitato nec bifido. — Crescit in insula Trinitatis.

22. C. LAEVIGATUM Schlchtd. l. c. 58. † — G. Don l. c. no. 19. — Glabrum: foll. ellipticis acuminatis subpapyraceis subopacis petiolatis; racemis subspicatis axillaribus, folio multo brevioribus. (interdum ad fasciculum axillarem reductis); calycis subglabri margine ciliolati dentib. brevissimis nullisve; corollis glabris tubulosis subinfundibuliformib., calyce sexies longioribus, limbi laciniis obtusis; filamentis superne in tubo insertis, in medio tubo pilosulis; baccis ovoideis. ♄
α. evolutum: Foll. majoribus. longius petiolatis; racemis evolutis longius pedunculatis.
β. pauperculum: Foll. minoribus. brevius petiolatis; racemis abbreviatis; floribus hinc in axillis interdum subsessilibus. — *C. racemosum* Rz. et Pav.? Flor. Peruv. II. 29. t. 154. f. 6. — Habitat in Brasilia.

23. C. AMICTUM Schlchtd. l. c. 64. † — G. Don l. c. no. 20. — Glaberrimum: foll. lanceolatis, utrinq. acutis lucidulis, petiolatis; racemis subspicatis brevib. bracteatis; bracteis ½–¼ floris aequantib.; calycis glabri dentib. acutis, apice ciliolulatis; corollis tubuloso-infundibuliformib., fauce leviter ampliatis glabris, calyce sexies longioribus, limbi laciniis ovatis acutiusculis; filamentis superiori tubo insertis, loco insertionis fasciculato-villosis et hinc deorsum reverso-pilosis. ♄ — In Brasilia australi.

24. C. BRACTEATUM Lnk. et Otto, Icon. select. pl. hort. Berolin. I. 11. † t. 6. — Hook. Bot. Magaz. t. 2974. — Schlchtd. l. c. 64. — G. Don l. c. no. 21. — Foll. lanceolatis undulatis pubescentib.; floribus fasciculatis axillarib. terminalibq. pedicellatis; pseudostipulis oblique cordatis reniformibus; bracteis spathulatis; filamentis ad basin barbatis. ♄ — Racemorum longitudo variat, sed vix folio longiores occurrunt. Rami tomento denso virescenti tecti. Pedunculi pollicares, pedicellis brevibus. Corolla hypocraterimorpha pallide flava, tubo pollicari, segmentis ovatis acutis. — Crescit in Brasilia ad urbem Rio de Janeiro etc.

25. C. SCHLECHTENDALII G. Don l. c. no. 22. — Glabrum: foll. ellipticis utrinq. acuminatis, apice acutis subcoriaceis opacis, breviter petiolatis; racemis axillarib. subspicatis; calycis glabri dentib. brevib. obtusis, margine dense ciliolulatis; corollis extus glabris tubuloso-infundibuliformib., calyce sexies longioribus, limbi laciniis reflexis triangularib. acutis; filamentis medio tubo insertis ibidemque villosis; corollae tubo intus ad basin imam cingulo villoso notato. ♄ — *C. multiflorum* Schlchtd. Linnaea VII. 59. † — *C. polyanthum* Steud. mss. — Brasilia.

††† Racemis compositis v. paniculatis v. pedunculis racemoso-paniculatis.

26. C. PALLIDUM Lam. Diction. I. 688. — G. Don l. c. no. 23. — Glabrum: foll. ovatis acutis; racemis compositis axillarib.; filamentis edentulis; baccis obovatis. ♄ — Flores parvi pallide flavi. Folia sesquipollicaria obscure viridia. Racemi densi folio breviores. Corollae segmenta brevia obtusiuscula. Bacca violacea v. obscure coerulea, lethalis. — *C. venenatum* Mill. Dict. no. 6. — Pluken. Almag. 35., Phytogr. t. 64. fig. 5. — Sloane, Histor. Jamaic. II. 96. t. 204. — Crescit in insula Jamaica.

27. C. PANICULATUM Willd. Reliq. in Roem. et Schult. Syst. veget. IV. 807. — H. B. Kth. Nov. gen. et spec. pl. III. 62. — Kth. Synops. plant. aequinoct. II. 187. — G. Don l. c. no. 24. — Volubile, fruticosum: foll. geminatis ovato-oblongis acutis glabris; paniculis terminalib. simplicib.; ramis divaricatis; floribus pedicellatis; tubo corollae tenuissimo, laciniis lineari-lanceolatis acuminatis; filamentis nudis. ♄⌒ — Rami triangulares glabri. Folia interdum solitaria, 3–4-pollicaria, pollices 2 lata. Flores suaveolentes virescenti-albi. Calycis dentes ovati acuti ciliati. — Crescit locis humidis ad ripam fluminis Guayre propo Caracas.

28. C. SCANDENS Vahl, Eclog. I. 24. — Willd. Spec. plantar. I. 1055. — G. Don l. c. no. 25. — Ramis scandentib.; foll. ovatis attenuatis glabris; racemis axillarib.

subcompositis; filamentis nudis edentulis. ♄ ⌣ — Rami teretes glabri. Folia petiolata remota solitaria. Pseudostipulae nullae. Limbi corollini segmenta subulata. — Crescit prope Stam. Martham.

29. C. RACEMOSUM Rz. et Pav. Flor. Peruv. II. 29. t. 154. fig. 6. — G. Don l. c. no. 26. — Foll. lanceolato-ovatis acutis glabris; racemis brevib. compositis solitariis v. ternis aggregatis, intermedio longissimo; filamentis edentulis(?). ♄ — Truncus glaber sesquipedalis; rami elongati. Petioli parum contorti. Calyx parvus. Bacca violacea globosa. Semina quatuor oblonga fusca. — *C. laevigatum β. pauperculum* Schlchtd. Linnaea VII. 58? [cf. p. 117. no. 22.] — In Peruvia in nemoribus.

30. C. LONGIFLORUM Rz. et Pav. l. c. 28. t. 154. fig. a. — G. Don l. c. no. 27. — Foll. ovato-oblongis acutis, supra glabris nitidis, infra juniorib. lanatis; pedunculis terminalib. paniculato-racemosis; corollae tubo longissimo curvato; staminib. edentulis(?). ♄ — Rami pubescentes. Paniculae rami flores 4-6 pedicellatos ferentes. Bracteae solitariae lanceolatae. Corolla sesquipollicaris purpurea, limbi margine lanato, tubo glabro. Bacca majuscula ovata obscure purpurea polysperma. Semina parva angulata. — Crescit in Peruviae nemoribus.

31. C. STRIGILLATUM Rz. et Pav. l. c. 29. t. 156. — G. Don l. c. no. 28. — Tomento brevi strigoso vestitum: foll. cordatis acutis; pedunculis geminatis racemoso-paniculatis, altero breviori; filamentis edentulis. ♄ — Folia pendula, supra glabra. Flores subsessiles, bracteolis ternis parvis praediti. Corolla alba, tubo longo incurvo, illi *Jasminorum* haud dissimilis. Bacca truncata ovata obscure violacea. — Crescit in Peruviae nemoribus.

†††† Pedunculis corymbosis axillaribus terminalibusve.

32. C. LAXUM Bth. Plant. Hartweg. no. 207. — Ramis decumbentib. v. divaricatis; foll. petiolatis ovatis v. oblongis glabris; corymbis terminalib. laxis paucifloris; calycis tubulosi laevigati dentib. brevib. latis, vix puberulis, corolla 4-5-ies longiore, tubo intus extusq. glabro, limbi laciniis oblongis acutis; staminib. glabris ad insertionem incrassatis. ♄ — Crescit in Mexico.

33. C. VESTITUM Hook. Ic. plant. t. 381. † — Foll. alternis oblongo-ovatis acutis petiolatis, supra glabris reticulatis integerrimis, subtus petiolis, ramulis, corymbis floribusque tomento pallide fulvo dense vestitis; cymis compositis terminalib. densifloris; calycib. obconicis, dentib. 5 brevib. truncatis; corolla infundibuliformi, tubo gracili; filamentis inclusis, basi geniculatis ovarioque pubescentibus. — In Quito crescit.

34. C. THYRSOIDEUM H. B. Kth. Nov. gen. et spec. pl. III. 63. — Kth. Synops. plant. aequinoct. II. 188. — G. Don l. c. no. 29. — Foliis ovato-oblongis acutis, supra glabris, subtus tenuissime puberulis; paniculis terminalib. corymbosis ramosissimis foliatis; florib. sessilib.; tubo corollae calycem vix superante, laciniis ovatis acutis, margine inflexis; filamentis nudis. ♄ — Rami trigoni, pubescentia pulverulenta obsiti, canescentes. Folia 3-4-pollicaria, basi in petiolum attenuata. Calycis dentes breves ovati acuti inaequales. Corolla alba. — *C. Parqui* affine dicitur. — Crescit in alta planitie Mexicana prope urbem Chalco (altitudine 1170 hexapodum).

35. C. AURICULATUM Herit. Stirp. I. 71. t. 35. — Willd. Spec. plant. I. 1055. — Rz. et Pav. l. c. II. 28. t. 155. fig. a. — H. B. Kth. l. c. 63. — Kth. l. c. 187. — G. Don l. c. no. 30. — Foll. oblongis acuminatis glabris, petiolis biauriculatis; corymbis axillarib. approximatis; corolla pubescente; tubo tenuissimo, laciniis limbi ovato-oblongis acutis, margine inflexis; filamentis nudis. ♄ — Rami teretes glabri. Folia quadripollicaria. Calyces, pedunculi et pedicelli pubescentes. Corolla alba. — *C. Hediunda* Lam. Dict. I. 667. — Roem. et Schult. Syst. veget. IV. 551. — *Hediunda jasminiano flore* Feuill. Peruv. II. 35. t. 20. fig. 2. — Crescit locis temperatis inter Loxam et pagum Malacates Peruvianorum et in Chili.

22. V. SINUATUM Linn. Spec. plant. 254. — Sibthrp. et Sm. Flor. Graec. III. 22. † t. 227. — Koch l. c. — Rchb. Fl. excurs. 384. no. 2009. — G. Don l. c. 491. no. 25. — Bertoloni, Flora Italian. II. 583. † — Tomentoso-pulverulentum: caule paniculato; foll. radicalib. oblongatis pinnatifido-dentatis sinuatisve undulatis, caulinis semidecurrentib., rameis sessilib.; racemis interruptis; staminib. omnib. purpureo-lanatis; antheris aequalibus. ♂ — Caulis erectus pedalis orygalis, plerumq. tamen 2–3-pedalis, nunc jam ab imo, nunc superne paniculato-ramosus. Tomentum detersibile. Folia radicalia et caulina inferiora reliquis majora, frequentius sinuato-lobata, lobis crenatis, undulata, reticulato-venosissima pulverulento-tomentosa, supra tamen parcius, caulina inferiora v. omnia leviter decurrentia, alis rotundatis aut cuneatis, alias vel omnia vel superiora, semper vero ramea subcordata amplexicaulia nullimodo decurrentia, in caeteris similia foliis radicalibus. Racemus terminalis interruptus patens paniculatus. Flores 3–5 (rarius 6–7) glomerulati in axilla bracteae cordato-ovatae aut cordato-lanceolatae cuspidatae. Pedicelli brevissimi inaequales. Segmenta calycina lanceolata acuminata, extus tomentosa. Corolla lutea v. rarissime alba. Capsula parva subrotunda obtusa lanata, calycis longitudine. — *V. scabrum* Prsl. Fl. Sicul. I. p. XXXV. (certe idem!) — *Un altro Verbasco* Matth. ed. Valgr. ao. 1585. II. 1207. c. ic. — *Verbascum sextum* Caesalp. De plant. Lib. VIII. cap. XLVI. p. 347. — *V. nigrum folio Papaveris corniculati* Tournef. — Moris. Oxon. Hist. pl. Sect. 5. t. 9. fig. 6. — *V. intubaceum* Tabern. Krtrbch. 956. — Crescit in Dalmatia, Istria et in Italia.

23. V. VIRGATUM Roem. et Schult. Syst. veget. IV. 436. — Engl. bot. VIII. t. 550. — (G. Don l. c. 497. no. 73. 74. et p. 496. no. 71.) — Bertoloni l. c. 584. † — Piloso-viscidulum: foll oblongo-lanceolatis, radicalib. sublyratis, caulinis inaequaliter dentatis subsemidecurrentib. sessilibusve; florib. breviter pedicellatis fasciculatis solitariisque. ♂ — Caulis erectus simplex v. ex imo ramosus, obtuse angulatus, orgyalis v. plerumque multo minor. Folia radicalia et ima caulina petiolata, infra sublyrata, superne lobato-crenata, superiora acuminata, inaequaliter acute dentata, breviter semidecurrentia, alis cuneatis dentatis, vel sessilia, basi cordata amplexicaulia. Racemus terminalis simplex (v. basi ramulosus) longus, interruptus. Bracteae ovato-lanceolatae v. superiores lanceolatae. Flores in axillis bractearum fasciculati 2–5-ni v. solitarii breviter et inaequaliter pedicellati. Segmenta calycina ovato-lanceolata acuta. Corolla grandis lutea, in fundo purpurea, laciniis parum inaequalibus oblongo-obovatis obtusis. Stamina 3 breviora undique, 2 longiora inferne purpureo-barbata, antherae longiorum oblongae, breviorum reniformes. Capsula globosa obtusa. — *V. viscidulum* Rom. Plant. Eugan. 10. — *V. blattarioides* Schrad. Comment. Goetting. V. 189. — Rchb. Flor. excurs. 380. no. 2588. — Lnk. et Hffmnsgg. Flor. Portug. I. 219. t. 28. — *V. viscidulum* Pers. Enchir. I. 215. — *V. crystallostemon* Weinm. Cat. hort. Dorpat. 1818. — *V. glandulosum* Thore. — *V. glabrum* Willd. Enum. pl. hort. Berol. I. 225. — *V. laevigatum* Hort. Prag. — *V. Blattaria* Guss. Flor. Sicul. prodr. I. 263. —

V. repandum Willd. Enum. pl. hort. Berol. I. 226? *) — Schrad. Monogr. 44. — G. Don l. c. 496. no. 71. — Rchb. Fl. Germ. excurs. 380. no. 2587. — *Blattaria magno flore* Lobel. Icon. 504. — J. Bauh. pl. Hist. III. appdx. 875. c. ic. — Crescit in Britannia et in Italia superiori.

24. V. **HYBRIDUM** Brot. Flor. Lusit. I. 170. — G. Don l. c. 491. no. 26. — Foll. tomentosis, radicalib. obovato-lanceolatis undulatis et subsinuatis, caulinis subdecurrentib. cordatis oblongis acutis crenatis; racemis paniculatis; florib. glomerulatis, glomerulis tribracteatis. ♂ — Hybridum dicitur e *V. sinuato* et *pulverulento*. Caulis e basi ad apicem ramosus villosus. Folia radicalia sesquipedalia, 7 poll. lata. Corolla lutea, fauce purpurascente. Filamenta omnia purpureo-villosa. — Crescit locis arenosis circa Coimbram in Lusitania.

25. V. **MACRANTHUM** Lnk. et Hffmnsgg. Flor. Portug. I. 215. t. 27. — G. Don l. c. 490. no. 12. — Foll. crenulatis tomentosis, radicalib. elliptico-oblongis, basi attenuatis, caulinis oblongis acutis semidecurrentib.; racemorum fasciculis remotis; antheris geminis oblongis. ♂ — Totum tomentosum. Folia supra viridia, radicalia 3–4-pollicaria Racemi pedales v. ultra. Corolla magna speciosa lutea, segmentis inaequalibus obovato-rotundatis. Filamenta 3 breviora undique, 2 longiora, basi tantummodo lana cuprea vestita. — Crescit in Hispania septentrionali.

26. V. **BASTARDI** Roem. et Schult. Syst. veget. IV. 335. — G. Don l. c. 491. no. 21. — Foll. oblongo-lanceolatis pubescentib. v. villosis crenatis subdecurrentib.; florib. geminatis v. glomeratis; caule ramosissimo. ♂ — Caulis basi purpurascens pubescens. Folia praesertim infra villosa semiamplexicaulia. Paniculae rami elongati. Flores pedicellati. Corolla lutea. Filamenta purpurascenti-barbata. — Affine dicitur *V. ramigero* Lnk. forteque ejus est varietas. — *V. blattarioides β. caule ramosissimo* Bast. Suppl. fl. Marne et Loire 42? — *V. ramosissimum* DC. Fl. Franc. Suppl. 416. no. 4679. nec Poir. — Crescit locis argillosis in Gallia prope Montreuil-Belfroy.

†† Flores rubro-ferruginei, lana filamentorum violacea.

27. V. **VERSIFLORUM** Schrad. Monogr. 36. — Koch, Synops. fl. Germ. (1. ed.) 512. — Rchb. Fl. Germ. excurs. 383. no. 2608. — G. Don l. c. 491. no. 19. — Foll. crenatis breviter decurrentib. tomentosis, tomento canescente; caule tereti; racemis paniculatis; fasciculis primariis 3–5-floris; pedicellis floriferis sesqui-, fructiferis subtriplo longioribus; filamentis violaceo-lanatis; antheris filamentorum longiorum subdecurrentibus. ♂ — Flores rubro-ferruginei. — Planta solis **Tauschio** et **Schradero** nota. — In locis incultis ad urbem capitalem Bohemiae, Pragam.

Divisio II. — Folia non decurrentia.

§. 1. *Flores fasciculati.*

† Corolla flava, in varietate alba.

a. Lana filamentorum alba.

28. V. **BANATICUM** Schrad. Monogr. II. 28. — Rchb. Flor. Germ. excurs. 384. no. 2610. — G. Don l. c. 494. no. 52. — Foll. inferiorib. ovali-oblongis petiolatis triplicato-crenatis, basi pinnatifidis tomentosis, caulinis oblongo-ovatis duplicato-crenatis subsessilib., superiorib. late ovatis subcordatis glabriusculis sessilib; racemis paniculatis; pedunculis calyce sesquilongioribus. 2. — *V. sinuatum* var. *Banaticum* Roch. Exsicc. — *V. sinuato* simillimum, sed differt inprimis foliis *non decurrentibus*, radicalibus ovali-oblongis subtriplicato-crenatis, basi tantum lobato-pinnatifidis, calyce tomentoso, segmentis glabris, capsula ovali-cylindrica tomentosa. — Crescit in Banatu.

---

*) *V. REPANDUM Willd. l. l. c. c. — Superne glanduloso-pilosum: foll. inferiorib. obovato-oblongis, basi attenuatis subsinuatis, caulinis late ovato-amplexicaulib. grosse dentatis acuminatis; pedunculis solitariis geminatisve inaequalibus. ♂ — Strictum 1–3-pedale, saepe altius ac* V. Blattaria, *non raro ramosum densius foliosum, folia superiora latiora angulato-dentata; pedunculi breviores ac illius, longiores ac* V. blattarioidis. — Celsia heterophylla *Pers. Enchir. I.* 161. — Verbascum Pseudo-Blattaria *Schleich. Pl. exsicc. — Crescit in Helvetia.*

29. V. SPECIOSUM Schrad. Hort. Goetting. fasc. II. 22. t. 16. — Koch, Synops. fl. Germ. (ed. 1.) 513. — Rchb. Flor. Germ. excurs. 382. no. 2603 — Rchb. Iconograph. X. 1329. — G. Don l. c. 493. no. 39. — Foll. integerrimis undulatis tomentosis, tomento persistente, inferiorib. oblongis acutis in petiolum attenuatis, caulinis auriculato-cordatis sessilib.; ramis angulatis; racemis paniculatis; filamentis albo-lanatis; antheris aequalibus. ♂ — Caulis angulatus, apice ramosus. Tota planta tomento albo vestita est. Folia radicalia pedalia-sesquipedalia. Racemi 1-2-pedales, fasciculis multifloris. Corolla lutea, filamenta cuprea albo-lanata. — *V. longifolium* DC. Fl. Franc. Suppl. 414. — *β.* Caule ramosissimo. — *V. thapsoides* Host, Flor. Austriac. I. 115. — *V. coeruleum* Schanz, Cat. Hort. Vindobon. 1832. — Crescit in Austria, Gallia et in Hungaria.

30. V. FLOCCOSUM Waldst. et Kit. Plant. rar. Hungar. I. 81. t. 71. — Koch l. c. 513. — Rchb. l. c. 382. no. 2602. — G. Don l. c. 493. no. 41. — Bertoloni, Flora Italiana II. 597. † — Foll. dense tomentosis, tomento albo floccoso deciduo, radicalib. oblongo-ellipticis in petiolum attenuatis, caeteris sessilib. obsolete crenatis, superiorib. longe acuminatis semiamplexicaulib.; caule ramisq. teretib.; racemis paniculatis patentib.; filamentis albo-lanatis. ♂ — Caulis teres 2-3-pedalis tomento albo-floccoso tectus, sub quo saepe purpurascit. Folia radicalia ampla, supra ex albo virentia, subtus dense tomentosa, ultra pedalia, caulina sensim minora acuta v. acuminata sessilia levissime crenulata v. subintegra, utrinque dense tomentosa, superiora subcordato-oblonga, suprema cordato-ovata cuspidata. Racemus terminalis utplurimum ramosissimus pyramidatus (nonnunquam ultra pedalis) laxiflorus, fere totus interruptus. Bracteae cordato-ovatae cuspidatae, superiores lanceolatae minores. Flores terni octoni fasciculati. Pedicelli tenuissimi inaequales. Corolla lutea, extus stellatim pilosa, laciniis oblongo-obovatis, calyce 3-4-plo longioribus. Stamina omnia crocea, 3 breviora albo-barbata, 2 longiora tota longitudine v. infra nuda. Capsula ovoidea obtusissima. — *V. Lychnitis* All. Fl. Pedemont. I. 105. — *V. pulverulentum* Sm. Engl. bot. VII. t. 487. — *V. heterophyllum* Moretti, Plant. Ital. dec. III. 6. — Comol. Prodr. fl. Comens. 40. — *V. laxiflorum* Prsl. Delic. Pragens. 76. — *V. mixtum* DC. Fl. Franc. no. 2674. (nec Badarro). — *V. pulvinatum* Thuill. Flor. Paris. 109. — Bauh. Hist. pl. III. 873. c. ic. — Moris. Oxon. Hist. II. sect. V. t. 9. fig. 3. — Crescit a Lusitania ad Italiam usque.

31. V. PULVERULENTUM Vill. Delphinat. II. 490. ex Schrad. Monogr. II. 17. — Koch l. c. — Rchb. l. c. 382. no. 2601. — G. Don l. c. no. 42. — Foll. crenatis, supra tenue, subtus densius tomentosis, tomento canescente, inferiorib. oblongo-ellipticis in petiolum decurrentib., caeteris sessilib., superiorib. acuminatis; caule superne ramisq. obtuse angulatis; racemis paniculatis patentib.; filamentis albo-lanatis. ♂ — Hybridum ex *V. floccoso* et *Lychnitide* ortum esse videtur. — Differt a *V. Lychnitide* caule saepius humiliori, foliis supra calvescentibus et calycibus minoribus, a praecedente: tomento tenuiori canescente, foliis caulinis subsessilibus ovato-oblongis acutiusculis sicut inferiora inaequaliter duplicato-crenatis, summa potius serrata inque acumen brevius producta. — *V. Biebersteinii* Bess. Cat. hort. Krzem. — *V. pyramidale* Host. — *V. Lychnitis β. Hungaricum* Roch. Banat. fig. 40. — Crescit in Alsatia, in Italia superiori, in Banatu.

32. V. LYCHNITIS Linn. Spec. plantar. 235. — Koch l. c. — Rchb. l. c. no. 2600. — G. Don l. c. no. 43. — Bertoloni, Flora Italiana II. 592. † — Sm. Engl. bot. I. t. 58. — Flor. Danic. t. 586. — Caule nudo; foll. ovato-oblongis crenatis, supra nudiusculis, subtus albo-pubescentib. farinosisq., imis petiolatis obtusiusculis, basi cuneatis, reliquis sessilib., supremis acuminatis, basi rotundatis; racemo densifloro; pedicellis calyce longioribus; staminib. albo-barbatis. ♂ — Caulis erectus simplex obsolete teres, superne angulatus, 1-4-pedalis albo-pubescens, interdum sub villo purpurascens. Folia radicalia et caulina ima ovato-oblonga v. oblongo-lanceolata breviter petiolata obtusa, subinde pedalia, caulina reliqua minora sessilia, basi rotundata, apice acuta, suprema subcordata acuminata, omnia nunc grosse, nunc minute inaequaliter crenata, serrata v. interdum subintegra, supra

viridia nudiuscula, subtus albo-pubescentia. Racemus terminalis, demum laxiusculus ramosus pyramidatus, totus albo-pubescenti-farinosus. Bracteae ovato-lanceolatae. Flores fasciculati numerosi, pedicellis unifloris v. 2-3-floris. Filamenta albo-luteola, 3 breviora undique barbata, 2 longiora v. undique v. in latere interno tantummodo infra barbata. Antherae uniformes reniformes. Capsula ovoideo-oblonga obtusissima. — *V. thapsoides* Birol. Flor. Ancon. I. 75. — *V. micranthum* Moretti, Plant. Ital. decad. III. 6. — Giorn. di fisic. etc. di Configl. e Brugn. (dec. 2.) V. 111. — Gusson. Pl. rar. Sicul. 103. † — G. Don l. c. no. 38. — *Verbascum pulverulentum flore luteo parvo* J. Bauh. Hist. plant. III. App. 872. fig. p. 873.

β. Flore albo, in sicco rubello. — *V. Weldenii* Moretti, Plant. Ital. decad. II. 8. — *V. quintum* Caesalp. De plant. VIII. cap. 46. p. 347. — *Verbascum flore albo parvo* J. Bauh. l. c. — (*V. album* Mnch. Method. pl. 447.) — *V. Moenchii* Schulz, Fl. Stargard. Suppl. 14. — Moris. Oxon. Hist. pl. II. sect. 5. t. 9. fig. 4. — Tabern. Kräuterb. 956. c. ic. — Lob. Icon. 1. 502.

γ. Floribus apetalis. — Crescit in collibus incultis per Europam, Asiam et Americam borealem.

33. V. GRANATENSE Boiss. Voyage dans le midi de l'Esp. no. 1217. † — Totum tomento canescente non detersibili obductum: caule ramosissimo; foll. omnib. sessilib. infimis magnis pinnati-lobatis aut profunde sinuato-crenatis, supra basin angustatis, supremis subintegris cordatis ovatis attenuato-cuspidatis; racemis patentib. teretib. valde elongatis; florib. per 5-6 in fasciculos distantes dispositis; pedicellis per anthesin calyce breviorib.; filamentis omnib. albo-lanatis; capsulis saepius trilocularibus. ♃ (?) — Crescit in Hispaniae provincia Granatensi.

34. V. SOONGARICUM Schrenk, Enum. plant. nov. 26. † — Foll. albo-tomentosis subintegerrimis, inferiorib. lanceolatis acutis in petiolum attenuatis, caulinis sessilib. oblongis cordato-auriculatis, summis subrotundis cuspidatis; racemis paniculatis; florib. fasciculatis; sepalis lanceolatis, pedicello vix breviorib., capsula ovata tomentosa longiorib.; filamentis omnib. barbatis; antheris aequalibus. ♂ — Planta elata spectabilis facie *V. speciosi*, a quo capsula et calyce haud aegre dignoscitur. — A *V. longifolio* dignoscitur antheris omnibus aequalibus et capsula sepalis breviore. — *V. polystachyum* Karel. et Kiril. Bullet. de Mosc. 1842. II. 716. — Habitat in montibus Soongaricis.

35. V. LONGIFOLIUM Tenore, Flor. Neapolit. I. 89. t. 21. — G. Don l. c. 492. no. 37. — Bertoloni l. c. 595. † — Luteo-tomentosum: foll. subintegris acuminatis, imis oblongo-lanceolatis petiolatis, reliquis sessilib. ovato-oblongis basi rotundatis supremisq. subcordatis; racemo terminali elongato, inferne laxifloro; florib. fasciculatis crasse pedicellatis; staminib. breviorib. albo-barbatis, longiorib. nudis; capsulis subovoideis obtusis. ♂ — Caulis obsolete angulatus subtripedalis. Folia radicalia et ima caulina pedalia et ultra, breviter petiolata, reliqua successive minora sessilia ovato-oblonga, basi subcordata, suprema subcordata, omnia crassiuscula acuminata levissime crenata dense floccoso-tomentosa. Racemus terminalis simplex v. basi ramosus, superne densiflorus, inferne laxiflorus, ultra pedalis. Bracteae alato-lanceolatae longe acuminatae. Florum fasciculi pluriflori. Pedicelli subinaequales. Laciniae corollae inaequales oblongae, extus basi tomentosae. Stamina crocea, 3 breviora basi nuda, antheris reniformibus, 2 longiora tota nuda, antheris oblongis adnatis. Pollen miniatum. Capsula subovoidea obtusa, calyce paullo longior. — Crescit in Aprutio.

36. V. GARGANICUM Tenore, Relaz. del viaggio in Abruz. 35. — Flor. Neapolit. III. 217. — Bertoloni l. c. 602. † — Niveo-tomentosum: caule nudo erecto subpedali; foll. ovatis oblongisve levissime crenatis, imis petiolatis obtusis, reliquis sessilib. acutis supremisq. acuminatis; racemo simplici lanato, superne densifloro; bracteis lanceolatis, inferiorib. calyci subaequalib.; staminib. albo-barbatis; capsulis obtusis. ♂ — Caulis inferne teres, superne obsolete angulatus erectus nudus subpedalis. Folia crassiuscula levissime crenata, radicalia et caulina ima petiolata successive minora, suprema acuminata basi rotundata amplexicaulia. Racemus

simplex terminalis, basi laxiusculus, superne densiflorus. Flores fasciculati gemini–quini (subinde solitarii). Pedicelli brevissimi. Segmenta calycina ovato–lanceolata. Corolla flava inaequalis, extus inferne dense tomentosa, calycem duplo excedens. Capsula ovoidea obtusa, calyce brevior. — *V. nivcum* Guss. Plant. rar. Sicil. 103. (nec Tenor.) — Crescit in Gargano et in maritimis Calabriae.

37. V. LEPTOSTACHYUM DC. Fl. Franc. Suppl. 2676. — G. Don l. c. 492. no. 35. — Foll. oblongis tomentosis, inferiorib. obtusis crenulatis in petiolum attenuatis, caulinis acutis integerrimis sessilib., superiorib. ovatis acuminatis semiamplexicaulib.; racemis elongatis; pedicellis calyce brevioribus. ♂ — Tota planta albo–tomentosa. Caulis simplex teres. Folia radicalia et caulina inferiora 3–5–pollicaria, media 2–3–pollicaria. Racemus solitarius, fasciculis 5–7–floris. Filamenta omnia lanata, antheris aequalibus. — Prope Monspelium et ad portum Juvenalem.

38. V. GNAPHALODES M. Bieberst. Fl. Tauric. Caucas. Suppl. 152. — G. Don l. c. 493. no. 40. — Foll. crenatis, subtus tomento denso floccoso vestitis, inferiorib. ovali–oblongis petiolatis, caulinis oblongis acutis subsessilib., supremis rotundato–ovatis longe acuminatis semiamplexicaulib.; racemis terminalib. longissimis; pedicellis calyces subaequantibus. ♂ — Valde affine *V. floccoso*, sed habitu multo robustiori foliisque evidentius crenatis recedit. Racemi tripedales et ultra, racemulis paucis brevibus interdum accedentibus. Fasciculi inferiores remoti, superiores aggregati. Corolla lutea. Folia adulta superne glabrata. — *V. Stevenii* Hort. Vindobon. — Crescit in Tauria orientali.

39. V. ALOPECURUS Thuill. Fl. Paris. 110. — DC. Fl. Franc. no. 2626. — G. Don l. c. 494. no. 49. — Foll. crenatis, superne pubescentib., infra piloso–tomentosis, inferiorib. oblongo–ovatis subcordatis petiolatis, caulinis ovali–oblongis breviter petiolatis, superiorib. oblongo–ovatis subsessilib.; racemis simplicib.; pedicellis calyce longioribus. 2↓ — Affine *V. nigro*. Tota planta excepta foliorum pagina superiori tomentosa. Folia radicalia et caulina spithamaea, duplicato–crenata. Racemi plerumque spithamaei v. longiores subsimplices. Filamenta albo–lanata. — Crescit locis aridis in Gallia. — [cf. no. 41.]

β. Lana filamentorum purpurea.

40. V. SCHOTTIANUM Schradr. Monogr. 13. t. 3. fig. 2. — Koch, Synops. fl. Germ. (ed. 1.) 513. — Rchb. Fl. Germ. excurs. 381. no. 2596. — G. Don l. c. 493. no. 34. — Foll. crenatis, utrinq., supra tamen tenuius, subtus densius tomentosis, radicalib. ovali–oblongis acutiusculis petiolatis, caulinis intermediis oblongis acutiusculis petiolatis, superiorib. ovatis acuminatis subcordatis semiamplexicaulib.; caule superne angulato; ramis paniculatis; pedicellis calyce duplo longioribus; filamentis purpureo–lanatis. ♂ — Habitus *V. Lychnitis;* folia utrinq. tenue tomentosa, adpresse crenato–serrata subintegerrima, statu sicco planissima membranacea nitidula, sicut tota planta nigricantia. — In Austria, Bohemia et in Alsatia.

41. V. NIGRUM Linn. Spec. plant. 253. — Koch, Synops. fl. Germ. (ed. 1.) 514. — Rchb. l. c. no. 2590. — G. Don l. c. 494. no. 51. — Sm. Engl. bot. t. 30. — Oed. Flor. Danic. t. 1088. — Svensk bot. t. 590. — Hook. Fl. Londin. t. 103. — Bertoloni l. c. 389. † (excl. var.) — Foll. crenatis, supra glabriusculis, subtus tenuiter tomentosis, caulinis inferiorib. oblongo–ovatis, basi cordatis longe petiolatis, superiorib. ovato–oblongis subsessilib.; caule superne acute angulato; racemo elongato; pedicellis calyce duplo longioribus; filamentis purpureo–lanatis. ♂ — Caulis inferne teretiusculus saepe purpurascens 1–4–pedalis. Folia caulina inferiora et radicalia longius petiolata, ovata, ovato–oblonga, oblongo–lanceolata obtusa v. acuminata, supra atroviridia glabrescentia, mire latitudine et longitudine variabilia. Folia caulina sensim minora. Racemus terminalis, saepe sesquipedalis laxiflorus simplex aut parce ramosus. Bracteae ovato–lanceolatae, supremae lanceolatae floribus breviores. Flores fasciculati numerosi, inaequaliter longiuscule pedicellati. Calycis segmenta linearia acuta. Corolla parva lutea, fundo saepe rubro–maculato. Stamina aequalia. Antherae reniformes. — *V. mixtum* Badarro, Giorn. di fisich. etc. di Conf. e Brugn. dec. 2. VII. 387. — *V*

Austriacum Comoll. Fl. Comens. I. 300. — *V. rubiginosum* Re, App. fl. Pedem. in Memorie della accad. di Torino 1827. I. 189. — *V. Alopecurus* Thuill. Fl. Paris. I. 110. (cf. supra p. 136. no. 39., differre dicitur filamentis albo-barbatis.) — Reneaim. Specim. 107. fig. p. 106. — J. Bauh. Hist. plant. III. 873. c. ic. — Sabb. Hort. Rom. II. t. 54.

β. gymnostemon Roem. et Schult. Syst. veget. IV. 345. — Staminibus glabris.

γ. Floribus albis.

δ. Floribus infundibuliformibus proliferis. — Gmelin, Sibir. IV. 91. t. 47.

ε. Foll. infimis ovatis v. ovato-oblongis in petiolum contractis sed vix cordatis. — *V. nigro-lychnitis* Schiede, De plant. hybrid. 40. — Crescit per totam Europam et Sibiriam.

42. V. ORIENTALE M. Bieb. Flor. Taur. Caucas. I. 160. III. 154. — Koch l. c. — Roch. Banat. fig. 39. — Rchb. l. c. 381. no. 2595. — G. Don l. c. no. 48. — Foll. crenatis, supra subglabris, subtus tenuiter tomentosis, inferiorib. ovato-oblongis in petiolum contractis v. breviter cordatis, intermediis ovatis breviter petiolatis, superiorib. sessilib. subcordatis; ramis paniculatis cauleq. subterctib.; pedicellis calyce sesquilongiorib.; filamentis purpureo-lanatis. ♂ — Caulis 4–8-pedalis longissime virgatus saepe flexuosus. Folia opaca, imprimis subtus tomentosa, crenae mucronatae; flores fere *V. Lychnitidis;* capsulae ovato-oblongae. — *V. virgatum* Hochstett. — *V. virens* Host.

β. Austriacum: Foll. crenatis, supra glabris, subtus pubescentib., inferiorib. et caulinis oblongo-ovatis petiolatis, superiorib. ovatis acutis subsessilib.; racemis paniculatis; pedicellis calycem subaequantibus. — *V. Austriacum* Schrad. Monogr. 22. — Rchb. l. c. 381. no. 2592. — G. Don l. c. 494. no. 47. — *V. nigrum* Plenk, Icon. pl. officin. t. 110.

γ. Chaixi: Foll. oblongo-ovatis cordatis petiolatis crenatis, subtus tenuissime tomentosis, inferiorib. basi pinnatifidis; pedicellis calyce sesquilongioribus. — *V. Chaixi* Vill. Delphin. II. 491. t. 13. — Rchb. l. c. no. 2594. — G. Don l. c. 494. no. 50. — *V. nigrum β.* Bertol. Flor. Italian. II. 590. — *V. urticaefolium* Lam. Dict. IV. 220. — *V. dentatum* Lapeyr. Fl. Pyren. 114. — DC. Flor. Franc. Suppl. no. 2680 a. — *V. Gallicum* Willd. Spec. plant. I. 1005.

δ. Reichenbachianum: Foll. omnib. crenatis, subtus rude tomentosis, inferiorib. ovato-oblongis petiolatis, supremis ovato-lanceolatis sessilib.; racemis laxis paniculatis; pedunculis calycem subaequantibus. — *V. nigro-austriacum* Rchb. l. c. 380. no. 2591. — *V. Parisiense* Thuill.?? — *V. orchideum* Host.?? — (Crescit prope Vindobonam.) — In Germania australi, in Italia et in Oriente.

43. V. LANATUM Schrad. Monogr. II. 28. — Koch l. c. 514. — Rchb. l. c. 381. no. 2593. — Foll. subtus lanato-tomentosis, inferiorib. mediisq. oblongis petiolatis subsinuato-duplicato-crenatis, superiorib. oblongo-ovatis sessilib. acute crenatis; caule superne angulato; racemo simplici; pedicellis calyce duplo longioribus.; filamentis purpureo-lanatis. ♂ — Simplex sesquipedale et ultra, infra albo-tomentosum. Folia crassiuscula mollia. Florum fasciculi subremoti 4–6-flori, flores fere *V. nigri,* corolla saepe ad faucem purpureo-maculata. — *V. nigrum γ.* Bert. Flor. Italian. II. 590. — *V. alpinum* Turr. Fl. Ital. prodr. 64. — *V. thyrsoideum* Host, Fl. Austriac. I. 289. — *Verbascum alpinum Sclareae Indicae foliis* Bassano in Comment. Bonon. IV. 291. t. 2. — Crescit in Carinthia et in Italia.

44. V. BICOLOR Badarro, Osservazione 3. — Bertoloni, Flora Italian. II. 599. † — Rchb. Flor. excurs. 382. no. 2599. — Albo-tomentosum, superne lanatum: caule nudo; foll. radicalib. petiolatis elliptico-ovatis acutis simplicib. basive pinnato-auriculatis, caulinis sessilib., inferiorib. oblongis, superiorib. cordato-ovatis acuminatis; staminib. purpurascenti-barbatis. ♃? ♂? — Caulis teres erectus 2–4-pedalis albo-lanatus, flocco detersili, sub quo purpurascit. Folia radicalia prima simplicia, successive saepe pinnato-auriculata, lacinia impari maxima elliptico-ovata acuta, grosse inaequaliter crenata, laciniis lateralibus parvis distantibus integris obtusis v. acutiusculis. Racemus terminalis, inferne interruptus, superne densiflorus albo-lanatus, simplex v. basi parce ramosus. Bracteae lanceolatae

acuminato-cuspidatae. Flores solitarii v. plerumq. 2-3-ni fasciculati brevissime pedicellati. Segmenta calycina anguste linearia acuta. Corolla extus magis minusve tomentosa, flava, intus nitida, fundo purpureo-maculata, laciniis inaequalibus rotundatis. Filamenta omnia purpurea purpureoque-barbata, villis apice incrassatis. Capsula ovoidea obtusa tomentosa. — Crescit in Liguria.

45. V. ROTUNDIFOLIUM Tenore, Suppl. 2. prodr. fl. Neapol. 66., Flor. Napol. 92. t. 23. — G. Don l. c. 492. no. 36. — Bertoloni l. c. 600. † — Tenuiter albo-tomentosum: caule nudo; foll. subrotundis, imis petiolatis, supremis cordato-amplexicaulib.; racemo interrupto; bracteis cuspidato-attenuatis; staminib. purpureo-barbatis; capsulis ovoideis obtusis calyce longioribus. ♂ — Radix fusiformis. Caulis erectus 1½-2-pedalis sub tomento detersibili purpurascens. Folia ex subrotundo elliptica, magnitudine valde variantia (1-4-5-pollicaria) apice rotundata, interdum cum acuminulo, suprema acutiora, omnia undulata leviter crenulata v. subintegra, tenuiter tomentosa. Racemus terminalis simplex v. basi ramosus interruptus, leviter tomentosus, demum fere glabratus. Bracteae lanceolatae v. superiores lanceolato-lineares. Flores v. omnes solitarii v. omnes geminati ternative, superiores solitarii. Pedicelli crassiusculi inaequales. Segmenta calycina lanceolato-linearia. Corolla lutea, extus tomentella, intus fundo purpureo-maculata, laciniis subrotundis obtusis. Stamina inaequalia, filamentis omnibus purpureo-barbatis. — β. Foliis ovato-oblongis acutis. — Guss. Flor. Sicul. prodr I. 202. — Crescit in montibus „di Castellamare" prope Neapolin et in insulis Caprearum, in Sicilia, in Nebrodibus.

46. V. CONOCARPUM Moris, Stirp. Sardoard elench. II. 7. — G. Don l. c. 491. no. 27. — Bertoloni l. c. 603. † — Dense albo-tomentosum: caule nudo; foll. elliptico-ovatis oblongisve subintegris, imis petiolatis obtusiusculis, reliquis sessilib. acutis (*summis ovato-acuminatis subdecurrentibus* ex Moris l. c.); racemo laxifloro simplici basive ramoso; filamentis purpureo-barbatis; capsulis copicis calyce longioribus acutiusculis. ♃ — Caulis teres, superne obsolete angulatus, spithamaeus bipedalis simplex, sub tomento detersibili saepe purpurascens. Folia inferiora petiolata elliptico-ovata v. ovato-oblonga, successive minora ovata sessilia, superne interdum basi subcordata amplexicaulia, omnia crassa, subintegra v. leviter crenata. Flores bini ternive fasciculati, interdum omnes solitarii. Pedicelli crassiusculi calyce breviores. Segmenta calycina lanceolato-acuminata. Corolla inaequalis, extus inferne tomentosa, flava, fundo purpurea. Stamina 3 breviora, filamentis undique purpureo-barbatis, antheris reniformibus. Stamina 2 longiora, latere interno ad medium usque tantummodo barbata, antheris oblongis adnatis. — β. Levius tomentosum: foll. tenuiorib., caulinis superiorib. basi evidentius radiato-nervosis. — Crescit in montibus insulae Sardiniae.

47. V. RAMOSISSIMUM Poir. Encycl. méth. Suppl. III. 718. — G. Don l. c. 493. no. 44. — Foll. inferiorib. ovato-oblongis crenatis glabriusculis breviter petiolatis; panicula ramosissima glanduloso-pilosa; florib. solitariis (an semper?) pedicellatis; caule angulato glabriusculo. ♂ — Planta saturate viridis. Folia demum 8-pollicaria, superioribus amplexicaulibus. Panicula 1-2-pedalis, ramis pedalibus. Flores pedicello breviores. Corolla lutea. Filamenta purpureo-barbata. — Crescit.....? (verosimiliter hybriditate ortum).

48. V. MONSPESSULANUM Pers. Enchirid. I. 215. — Schrad. Monogr. II. 20. t. 2. fig. 2. — G. Don l. c. no. 45. — Foll. supra glabris, infra tomentellis, caulinis ovato-oblongis acuminatis inaequaliter crenato-serratis petiolatis, superiorib. ovato-lanceolatis acutis sessilib.; racemis paniculatis; pedicellis calycem duplo excedentibus. ♂ — Caulis simplex tomentosus. Folia caulina inferiora 2½-pollicaria. Racemus terminalis semipedalis, laterales breviores, fasciculi remoti 5-7-flori, superiores triflori. Flores lutei parvi. — Crescit circa Monspelium.

49. V. OVATUM Schrad. Hort. Goetting. fasc. II. 21. t. 15., Monogr. II. 21. — G. Don l. c. 494. no. 46. — Foll. ovatis crenatis, supra glabris, subtus subtomentosis, inferiorib. obtusis petiolatis, superiorib. acutis sessilib.; racemis paniculatis; pedicellis calyce duplo longiorib.; staminib. aequalib., omnib. albo-barbatis. ♂ —

Caulis plerumque a basi ramosus, stellatim pilosus, indeque tomentellus. Folia radicalia et caulina inferiora 3–4–pollicaria. Racemi inferiores spithamaei, basi foliosi, superiores breviores. — Crescit in Hispania.

50. V. DENTIFOLIUM Delile, Annales des sc. natur. VII. 287. — Undique tomentoso–cinereum: caule 3–5–pedali, superne paniculato; ramis floralib. virgatis erectis; lana staminum pallide violacea; foll. caulinis late lanceolatis acutis, basi cordato–amplexicaulib., dissite dentatis, radicalib. longe petiolatis obovatis obtusis subspathulatis, saepe repandis, subasperato–pannosis. — Crescit ad portum Juvenalem.

51. V. HAENSELERI Boiss. Voyage bot. dans le midi de l'Esp. no. 1218. — Foll. inferiorib. petiolatis ovato–oblongis, caulinis sessilib. ovatis, apice attenuato–cuspidatis, omnib. utrinq. dense pannoso–tomentosis; caule simplici tereti floccoso–tomentoso; florib. in anthesi sessilib. per fasciculos 3–5–floros in spicam laxiusculam, basi interruptam dispositis; calycis dense floccoso–lanati laciniis angustis linearib. acutissimis; filamentis omnib. purpureo–lanatis; antheris aequalibus. 2. — In Hispania australi crescit.

52. V. NEVADENSE Boiss. l. c. no. 1219. — Foll. ovatis acutis, basi attenuatis longe petiolatis, obsolete crenatis, utrinq. tomento brevissimo griseo detersibili obductis, floralib. minimis bracteiformib. lanceolato–linearib.; caule ramosissimo; racemis longissimis laxe floriferis; florib. in fasciculos 4–6–floros dispositis; pedicello calycem subaequante; laciniis calycinis lanceolatis; filamentis tribus breviorib. purpureo–barbatis, duobus longiorib. subnudis; antheris aequalibus. 2. — Crescit in Hispaniae Sierra de Navada.

γ. Lana filamentorum flavescente.

53. V. HYOSERIFOLIUM Schrad. Monogr. II. 31. t. 3. fig. 1. — G. Don l. c. 495. no. 55. — Foll. tomentosis, inferiorib. lineari–lanceolatis, basi attenuatis, superiorib. oblongis acute crenatis sessilib., supremis late ovatis auriculato–cordatis; racemis paniculatis; pedicellis calyce duplo longioribus. ♂? — Caulis erectus simplex tomentosus. Folia infra viridi–canescentia, radicalia et caulina inferiora spithamaea subsinuata, caulina superiora semiamplexicaulia. Racemi spithamaei–pedales, fasciculi 4–7–flori, inferioribus remotis. Corolla mediocris flava. Filamenta omnia lana flava barbata. Antherae aequales. — Crescit in Asia minori.

δ. Filamentis omnibus glabris.

54. V. CHRYSERIUM Schrad. l. c. 9. — G. Don l. c. 492. no. 33. — Foll. integerrimis tomentosis, inferiorib. obovato–lanceolatis, summis ovatis amplexicaulib.; racemis paniculatis; florib. fasciculatis; pedicellis calycem aequantib.; antheris aequalibus. ♂ — Lutescenti–tomentosum. Caulis simplex v. apice subdivisus. Folia crassa, radicalia et inferiora caulina 4–5–pollicaria. Racemi circiter spithamaei. Corolla lutea? Filamenta glabra. — Crescit in Palaestina.

†† Corolla rubescenti–ferruginea.

55. V. CANDELABRUM Karel. et Kiril. Bullet. de Mosc. 1842. II. 717. — Caule tereti ramoso polystachyo ramisq. aphyllis adscendentib. tomentosis; foll. inferiorib. petiolatis oblongo–obovatis, basi attenuatis pubescentib., nervis tomentosis, superiorib. lineari–lanceolatis sessilib. tomentosis; pedunculis binis, rarius ternis. florib. roseis. 2. — Crescit ad torrentes Uldphar et Thehrak–Ossed.

56. V. RUBIGINOSUM Waldst. et Kit. Plant. rar. Hungar. II. 216. t. 197. — Koch, Synops. fl. Germ. et Helvet. (ed. 1.) 514. — Rchb. Fl. Germ. excurs. 379. no. 2585; — G. Don l. c. 495. no. 54. — Foll. crenatis, subtus pubescentib., inferiorib. oblongis obtusis petiolatis, caulinis oblongo–ovatis acutiusculis sessilib., superiorib. ovatis acutis subcordatis semiamplexicaulib.; racemis paniculatis; pedicellis calyce multoties longiorib.; filamentis purpureo–lanatis; corollis ferrugineis. ♂ — Flores extus rubro–ferruginei, intus flavo–ferruginei, versus tubum violaceo–maculati. Florum fasciculi 3–5– v. rarius 6–flori, superne saepius biflori. Pubescentia 2–3–furcata. — *V. Pseudo–Blattaria* Schleich. Plant. exs. — *V. blatta–*

rioides β. Gaud. Fl. Helvet. II. 127. — *V. virgatum* Schleich. Exs. — Crescit in vicinitate Monachii, in Hungaria, Croatia, in Podolia et in Caucaso.

§. 2. *Floribus solitariis vel geminatis.*

57. V. WIEDEMANNIANUM Fisch. et Mey. Linnaea XII. Literb. 1711. — Lanuginoso-subtomentosum, apice glandulosum: caule subsimplici folioso; foll. crenatis, radicalib. subellipticis, in petiolum attenuatis, caulinis superiorib. sessilib. oblongis, summis ovato-oblongis; racemo terminali elongato; pedicellis solitariis bractea lanceolata calyceq. breviorib.; laciniis calycinis oblongis obtusiusculis corolla multo brevioribus; filamentis antherisque disparibus. ♂ — Crescit in Natolia.

58. V. CELSIAE Boiss. Voyage bot. dans le midi de l'Esp. no. 1221. — Superne valde glandulosum: caule simplici folioso puberulo tereti; foll. utrinq. puberulis v. glabrescentib., inferiorib. longe petiolatis oblongis, basi attenuatis acute crenatis, caulinis sessilib., basi subauriculato-cordatis, parte superiori attenuato-cuspidatis; florib. solitariis, basi tribracteolatis pedicello calyce triplo breviori suffultis, in spicam longam laxiusculam dispositis; filamentis tribus breviorib., apice incrassatis, usque ad antheras purpureo-barbatis, 2 longiorib. arcuatis ad mediam partem solum penicillatis; capsula rotunda mucronata. — In Hispania meridionali.

59. V. PHOENICEUM Linn. Spec. plant. 254. — Koch, Synops. fl. Germ. et Helvet. (ed. 1.) 515. — Rchb. Fl. Germ. excurs. 379. no. 2584. — G. Don l. c. 496. no. 69. — Lam. Illustr. gen. t. 117. — Gärtn. De fructib. et seminib. I. 202. t. 55. — Jcq. Flor. Austriac. I. t. 125. — Bot. Magaz. t. 883. — Bot. Cabin. t. 637. — Bertol. Fl. Italian. II. 587. † — Foll. subtus pubescentib., radicalib. petiolatis ovatis oblongisve crenatis, caulinis mediis et superiorib. multo minorib. minute crenatis sessilib.; racemo glanduloso-piloso; pedicellis solitariis bractea multo longiorib.; antheris omnib. aequalib. non decurrentibus. ♂ — Flores speciosi intense phoenicei (violacei), tubo flavescente. Filamenta bina longiora purpureo-lanata, minorum lana copiosior, inferne concolor, superne ex albido sordide purpurascens. — Etiam varietas albiflora indicatur. — Planta pedalis gracilis. — *V. Cisalpinum* Biroli in Giorn. di fis. etc. di Conf. e Brugn. dec. 2. IV. 284. t. 3. — *V. octacum* Caesalp. De plant. Lib. VIII. Cap. 40. p. 347. — *Blattaria purpurea* C. Bauh. Pinax 241. — Moris. Oxon. Hist. pl. II. Sect. 5. t. 9. fig. 1. — J. Bauh. Hist. pl. III. 875. c ic. — Tabern. Kräuterb. 959. c. ic. — Lob. Icon. I. t. 575. — Crescit in Sibiria et in Caucaso aeque ac in Europa orientali-australi (in Carinthia, Austria, Silesia, Bohemia, in Thuringia, Saxonia ad Parthenopolin usque.).

60. V. BLATTARIA Linn. l. c. — Koch l. c. — Rchb. l. c. 380. no. 2586. — G. Don l. c. no. 72. — Jeaume St. Hil. Pl. Franc. t. 469. — Sm. Engl. bot. t. 303. — Sabb. Hort. Roman. II. t. 50. — Bertoloni, Flor. Italian. II 586. † — Caule nudo; foll. glabris, inferiorib. obovato-oblongis, basi attenuatis sinuatis, caulinis oblongis acutis crenatis sessilib., superiorib. subcordatis acuminatis semiamplexicaulib.; racemo glanduloso-piloso; pedicellis solitariis bractea sesqui v. duplo longioribus. ♂ — Flores flavi, basi intus violaceo-barbati. Filamenta violaceo-barbata. Variat raro floribus albis. Planta 2–3-pedalis. — *V. heterophyllum* Mill. Icon. t. 67. — *Blattaria* Matth. (ed. Valgr. anno 1585.) II. 1210. c. ic. — *Verbascum nonum* Caesalp. de plantis Lib. VI. cap. 46. p. 347 — *Blattaria lutea folio longo laciniato* Mich. in Till. Cat. hort. Pis. 24. — *Blattaria alba* Segu. Fl. Veron. I. 245. — *Blattaria Plinii* Lob. Icon. 504. — Moris. Oxon. Hist. pl. II. Sect. 5. t. 10. fig. 6. — Bauh. pl. III. 874. c. ic. — *Verbascum glabrum* Mill. Icon. t. 67. — Barrel. Icon. t. 1249. — *V. Waltheri* Hort. — Crescit in Europa media et australi, in Tauria, Caucasia, in Palaestina et in America boreali.

61. V. ANGUSTIFOLIUM Tenore, Prodr. Suppl. fl. Neap. II. 64. — Roem. et Schult. Syst. veget. IV. 344. — G. Don l. c. 495. no. 57. — Bertoloni, Flor. Italian. II. 601. † — Tenuiter albo-tomentosum: caule nudo erecto subpedali; foll. lanceolatis crenatis, supra nudiusculis, imis petiolatis obtusis, reliquis sessilib. supremisq. amplexicaulib. acuminatis; racemo densifloro; florib. subsolitariis; filamentis albo-barbatis, capsulis acutis, calyci aequalibus. ♂ — Caulis ex tereti obsolete

angulatus tenuiter tomentosus. Folia rugosa, supra plerumque nudiuscula laeteque viridia, subtus magis tomentosa, radicalia et ima caulina breviter petiolata obtusa, caulina reliqua sessilia breviora acuta v. acuminata. Racemus terminalis longiusculus simplex densiflorus. Bracteae ovato-lanceolatae acuminatae, extus tomentosae. Flores subsolitarii. Calycis segmenta ovata acuta. Corolla saturate lutea inaequalis, calyce triplo major, extus inferne tomentosa. Stamina inaequalia, filamentis albo-barbatis. Capsula ovoidea acuta, calycis longitudine. — *V. Calabricum* Thom. et Rich. Exs. pl. — Crescit in pratis Calabriae et in arenosis maritimis di Gioia.

62. V. SIMPLEX Labill. Plant. rar. Syriac. decad. IV. 10. t. 5. — Roem. et Schult. Syst. vegetab. IV. 350. — Schrad. Monogr. II. 32. † — G. Don l. c. no. 58. — Foll. crenatis tomentosis, inferiorib. obovato-spathulatis in petiolum attenuatis, summis ovatis sessilib.; racemo subspicato; florib. geminis solitariisque. ♃ — Caules plures semipedales erecti v. basi declinati simplices teretes tomentosi e radice crassa lignosa. Folia crassiuscula, radicalia et caulina inferiora 2–2½ uncias longa, superiora majora acutiora. Racemus subspicatus simplex erectus. Flores inferiores et superiores solitarii, reliqui gemini, rarissime terni. Pedicelli calyce breviores crassiusculi. Bracteae late ovatae acutae. Corolla *V. Blattariae* at minor. Stamina omnia lanata, antheris reniformibus. Capsula globoso-ovata obtusissima. — Crescit in arenosis prope Damascum.

63. V. MAJALE DC. Fl. Franc. Suppl. no. 2673. — Schrad. l. c. 33. † — G. Don l. c. no. 59. — Foll. crenatis tomentosis, inferiorib. ovato-oblongis ovatisq. petiolatis, summis oblongo-ovatis subcordatis sessilib.; racemo subspicato; florib. geminis solitariisque; antheris aequalibus. ♂ — Tota planta dense floccoso-tomentosa. Caulis pedalis v. sesquipedalis simplicissimus teretiusculus, dejecto tomento purpurascens nitidus. Folia radicalia et inferiora caulina petiolata (absque petiolo 2–2½ uncias longa) crassiuscula, superiora sensim minora, suprema semiamplexicaulia cordata acuta. Racemus subspicatus simplex solitarius. Flores inferiores v. omnes (et tum conferti) solitarii remotiores, reliquis geminis densioribus. Pedicelli brevissimi. Bracteae ovato-lanceolatae. Laciniae calycinae lineari-lanceolatae. Corolla magnitudine *Blattariae*. Filamenta 3 minora ex toto purpureo-lanata, 2 majora medio tantum pilosa. Antherae reniformes. Capsula subgloboso-ovata obtusissima.

β. longebracteatum Schrau. l. c. 34. — Dignoscitur non solum bracteis, praesertim inferioribus, calyce duplo longiorib., sed etiam reliquarum partium habitu robustiori, superficie minus tomentosa foliisque evidentius crenatis, quae omnia luxuriantem indicant statum. — Crescit in Pyrenaeis, ad Monspelium, Nicaeam aliisque locis Europae occidentali-australis.

64. V. BUGULAEFOLIUM Lam. Encycl. méth. IV. 226. (excl. syn. Linn.) — Schrad. l. c. 35. † — G. Don l. c. — G. Don l. c. no. 60. — Foll. inferiorib. late ovatis crenatis glabris petiolatis, caulinis superiorib. lanceolatis acutis inciso-serratis subpilosis; racemo subspicato; florib. solitariis; antheris aequalibus. ♂ — Pedale erectum simplicissimum subvillosum. Folia radicalia 1½–2-uncialia obtusa glabra, superiora sessilia sensim minora. Flores subspicato-racemosi solitarii. Bractea ad singulos flores solitaria lanceolata calyce longior pilosa. Calycis laciniae valde inaequales lanceolatae. Corolla dilute viridis flavescens, fasciis 2 purpureis notata. Filamenta 3 breviora ex toto purpureo-lanata, 2 majora nonnisi medio pilosa. — *Blattaria orientalis Bugulae folio, flore maximo virescente, ligaturis luteis in semicirculum striato* Tournef. Stiner. II. 83. c. ic. — Ruxb. Centur. V. 17. t. 32. — Crescit circa Bosporum.

65. V. COMPACTUM M. Bieberst. Flor. Tauric. Caucas. no. 399. Suppl. p. 151. (excl. syn. Till.) — Schrad. l. c. 35. — G. Don l. c. no. 61. — Foll. ovatis grosse crenatis, subtus tomentosis, inferiorib. in petiolum attenuatis, caulinis petiolatis, summis subcordatis sessilib.; spicis compactis; florib. solitariis; antheris duabus oblongis. ♂ — Pedale, simplex v. uno alterove ramo ad apicem accedente. Folia

grosse crenata, supra demum glabriuscula, subtus reticulato-venosa, inferiora 2–3-uncialia obtusa, superiora sensim minora, summa sessilia semiamplexicaulia acuta. Spica semipedalis densa, basi tantummodo interrupta. Bracteae exterior ovato-lanceolata acuta, interiores 2 paullo minores lineari-lanceolatae. Calyces cum bracteis densius canescenti-tomentosi. Corollae *Phlomoides* minores concolores. Filamenta crocea inaequalia, 3 breviora tota dilute aurantiaco-lanata, 2 majora nonnisi latere interiori pilosa. Antherae staminum minorum reniformes. Capsula late ovata. — Crescit in Tauria, in Caucasia et in Iberia.

66. V. OVALIFOLIUM Donn, Hort. Cantabr. (ed. 4.) — Sims. Bot. Magaz. t. 1037. — G. Don l. c. no. 62. — Caulib. simplicib.; foll. ovalib. sessilib. dentato-crenatis, subtus tomentosis, supra glabriusculis; spicis longis simplicib.; florib. solitariis(?) ♃ — Habitu haud dissimile *Celsiae Creticae*. Singuli flores tribracteati, bractea media orbiculari acuminata, lateralib. parvis. Corolla magna aurantiaco-lutea. Filamenta fulva, 3 minora barbata, 2 nuda. Capsula globosa. Folia magna. — Forte idem ac *V. compactum*? — Crescit in Caucaso.

67. V. FORMOSUM Fisch. Cat. plant. hort. Gorensk. (1812.) 25. — Schrad. l. c. — Schrank, Hort. Monac. t. 22. — Bot. Regist. t. 558. — G. Don l. c. 490. no. 63. — Foll. subtus tomentosis, inferiorib. elliptico-ovatis subtriplicato-crenatis caulinisq. petiolatis, summis ovatis cordatis simpliciter crenatis; spicis elongatis; florib. solitariis; antheris staminum longiorum oblongis. ♂ — *V. compacto* valde affine, sed tomento densiori canescit, spicae minus densae et plerumque majores, corollae majores, fundo saturate purpureo, filamenta purpureo-barbata, folia inaequaliter duplicato- v. triplicato-crenata. — In Tauria, Caucasia et in Iberia.

68. V. BETONICAEFOLIUM Dsf. Corroll. ad Tournef. 33. t. 23., Mém. de Mus. XI. 54. c. ic. — Roem. et Schult. Syst. veget. IV. 351. — G. Don l. c. no. 64. — Foll. crenatis villosis, inferiorib. caulinisq. oblongis cordatis petiolatis, summis oblongo-lanceolatis sessilib.; racemo spicato; florib. sessilib.; antheris duabus oblongis. ♂ — Villosum erectum 1–2-pedale simplex. Folia saturate viridia, inferiora 2–3-uncialia, summa multo minora crenulata. Racemus spicatus 2–3-uncialis. Bractea lanceolata, calyce longior. Laciniae calycinae lanceolatae acutae. Corolla *Blattaria* minor flava. Filamenta minora lanata, majora declinata glabra. Capsula subrotunda. — *Verbascum orientale Betonicae folio, flore maximo* Tournef. Institut. rei herb. 8. — Crescit in Armenia.

69. V. PUNICEUM Schrad. Hort. Goetting. fasc. 2. 20. t. 14., Monogr. II. 38. † — G. Don l. c. no. 65. — Foll. duplicato-crenatis pubescentib., radicalib. caulinisq. inferiorib. ovatis cordatis petiolatis, summis oblongo-ovatis sessilib.; racemis elongatis; pedicellis subgeminis, bractea duplo longioribus. ♃ — Caules ex eadem radice plures ramosi erecti angulati pubescentes. Rami erecto-patentes. Folia rugosa, imprimis subtus pubescentia, radicalia et caulina inferiora 4–6 uncias longa, 2½–4 uncias lata obtusa, basi cordata, lobo altero saepe productiori et inde obliqua, superiora minora breviusque petiolata, summa sessilia semiamplexicaulia oblongo-ovata acuta v. acuminata. Racemus leviter flexuosus strictus terminalis, pedalis v. ultra, rameales multo breviores. Flores remoti inodori, exceptis supremis geminati. Pedicelli graciles semiunciales v. breviores dense pubescentes. Bracteae solitariae pedicello duplo breviores ovato-lanceolatae, inferiores subserratae, reliquae integerrimae. Calycis laciniae lanceolatae acutae. Corolla sordide punicea. Filamenta purpureo-lanata. Antherae reniformes. Capsula calyce vix major oblonga v. rarius oblongo-ovata. Pubescentia simplex.

β. Foll. inferioribus subtriplicato-crenatis, superioribus apice recurvis, summis basi rotundatis nec cordatis. — Crescit in Europa australi.

70. V. SPECTABILE M. Bieberst. Flor. Tauric. Caucas. Suppl. 158. — G. Don l. c. no. 66. — Schrad. Monogr. II. 39. † — Foll. oblongo-ovatis cordatis duplicato-crenatis, supra subvillosis, subtus villoso-tomentosis, inferiorib. et caulinis petiolatis, superiorib. sessilib. semiamplexicaulib.; racemo terminali elongato; pedicellis geminatis solitariisq. bracteam subaequantibus. ♃? — Simplex v. apice

subramosum. Caulis excepto racemo terminali 1–2-pedalis, vix altior, teretiusculus, villis ramosis laxe tomentosus. Folia supra viridia, subtus pallidiora, radicalia et caulina inferiora longissime petiolata 2½–3½ uncias longa, lobis baseos approximatis abbreviatis, caulina media brevius petiolata profunde cordata obtusiuscula, summa ovata acuminata simpliciter crenata. Racemus terminalis caulis fere longitudine. Flores remotiusculi, inferiores geminati, superiores solitarii. Bracteae lanceolatae acuminatae, pedicello fructifero vix longiores. Laciniae calycinae lanceolatae. Corolla speciosa lutea, fundo purpureo-maculata. Staminum structura fere *V. phoenicei*. Capsula calycem subaequans globoso-ovata — Crescit in montanis Tauriae meridionalis.

71. V. **TRISTE** Smith, Prodr. fl. Graec. I. 151. — Roem. et Schult. Syst. veget. IV. 350. — Schrad. l. c. 40. † — G. Don l. c. no. 67. — Foll. pubescentib., inferiorib. elliptico-ovatis cordatis subsinuatis, inaequaliter crenatis petiolatis, caulinis superiorib. sessilib.; racemo elongato; pedicellis solitariis patentissimis, bractea multo longioribus. ♃ — Species a *V. phoeniceo* diversa; ambigere videtur inter *V. phoeniceum* et *V. puniceum*, huic directione et longitudine pedicellorum, illi circumscriptione (non vero margine) foliorum proxima affinitate juncta. Florum magnitudine et colore ab utraque et a subsequentibus diversissima. Racemus quoque ad quadripedalem fere longitudinem extenditur, quod neutri illorum convenit. — *V. ferrugineum* Andrws. Bot. Reposit. t. 162. — Crescit in monte Athos.

72. V. **FERRUGINEUM** Mill. Dict. no. 10. — Ait. Hort. Kew. I. 237. — G. Don l. c. no. 68. — Foll. villosulis rugosis, caulinis subsessilib. aequaliter crenatis, radicalib. oblongis cordatis duplicato-crenatis; racemis spicatis; pedicellis geminis solitariisque, imis ternis quaternisque aggregatis fasciculatis. ♃ — Folia radicalia longe petiolata subintegra, supra intense viridia, infra pallidiora, caulina acuta. Flores ferruginei. — Trew, Ehret. 3. t. 16. fig. 1. — Crescit in Europa meridionali.

73. V. **SACCATUM** C. Koch, Linnaea XVII. 283. — Caule paucifolio molli; foll. supra pilis brevissimis, subtus pube molli obtectis, floralib. subulatis; florib. singulis sessilib.; bracteis ovato-acuminatis, calycis segmenta aequantib. duabus instructis; corolla extus villosa, tubo brevi, limbo urceolato ex basi saccato, laciniis subconcavis; staminib. purpureo-lanatis aequalib.; germine albo-lanuginoso. ♃? — Medium inter *V. ferrugineum* et *V. tomentosum* Fisch., sed huic speciei stamina inaequalia, illi contra flores pedicellati et corolla amplior, sed ut in nostra specie ferruginea, nec flava. — Crescit in Armeria trans Araxen sita.

74. V. **MOLLE** C. Koch l. c. 284. — Albo-tomentosum: caule simplici erecto polyphyllo; foll. radicalib. petiolatis dupliciter crenatis, caulinis sessilib., supremis dentatis, omnib. oblongis; foll. floralib. lanceolato-subulatis; florib. sessilib.; bracteis lanceolatis; calycis segmentis ovato-oblongis angustiorib.; corolla extus villosa, limbo urceolato; filamentis omnib. purpureo-lanatis; germine albo-lanuginoso. ♃ — Affine praecedenti, habitu tamen *V. Blattariae*. — Crescit in Armeria occidentali.

75. V. **CUPREUM** Curtis, Bot. Magaz. t. 1226. — Rchb. Flor. exotic. t. 124. — G. Don l. c. no. 70. — Foll. cordatis rugosis crenatis, infra lanatis; pedicellis solitariis unibracteatis. ♂ — Corolla ferruginea. Filamenta 3 breviora, pilis purpurascentibus longis glanduliferis obsita, 2 longiora nuda, antheras reniformes gerentia. Antherae filamentorum brevium subrotundae pilosae. — Planta hybrida existimatur e *V. phoeniceo* et *V. ovalifolio* orta. — Crescit.....?

76. V. **GRANDIFLORUM** Schrad. Hort. Goetting. fasc. 2. 19. t. 13. — Roem. et Schult. Syst. veget. IV. 347. — Schrad. Monogr. II. 47. † — G. Don l. c. 497. no. 75. — Foll. grosse crenatis, subtus pubescentib., inferiorib. elliptico-oblongis in petiolum attenuatis, caulinis oblongis acutis sessilib., superiorib. late ovatis cordatis acuminatis amplexicaulib.; racemis spicatis elongatis; pedicellis solitariis, bracteis breviorib. calycibq. pubescentibus. ♂ — Caules ex eadem radice plures 2–4-pedales stricti angulati pubescentes, superne ramosi. Folia supra glabra nitida, radicalia et ima caulina in petiolum attenuata, summa minus crenata. Racemi spicati 1–2-pedales virgati. Flores solitarii inodori lutei. Bracteae ad flores sin-

gulos ternae pedicello longiores. Laciniae calycinae lanceolatae acutae. Filamenta 3 breviora barbata, antheris reniformibus, reliqua majora latere interno pilosa, antheris oblongis. Pubescentia. simplex. — Crescit.....?

77. V. PYRAMIDATUM M. Bieberst. Fl. Taur. Caucas. I. 161. Suppl. 155. — Schrad. Monogr. II. 48. †— Rchb. Flor. excurs. 380. no. 2589. — G. Don l c. no. 76. — Sweet, Brit. flow. gard. I. t. 31. † — Foll. subtus pubescentib., inferiorib. ovali-oblongis duplicato-crenatis petiolatis, caulinis oblongo-ovatis cordatis acutis subsessilib., superiorib. late ovatis acuminatis sessilib.; racemis paniculatis; pedicellis subsolitariis bracteo brevioribus. ♃ — Caulis (pl. spontan.) 2–3-pedalis erectus crassus angulatus pubescens, superne ramosus. Folia rugulosa, supra demum glabriuscula, radicalia spithamaea v. pedalia petiolata, caulina inferiora basi minus attenuata acutiuscula, summa longe acuminata, acumine integerrimo. Racemi numerosi ad modum *V. nigri* etc. paniculati. Flores remoti suaveolentes, inferiores nonnumquam geminati. Bracteae solitariae late ovatae longe acuminatae. Calycis laciniae acutae, duabus longioribus. Corolla magnitudine et colore illius *V. Thapsus*. Filamenta purpureo-lanata. Antherae aequales. Capsulae calyce majores ovatae pubescentes. — *V. Caucasicum* Hortor. — Crescit in Caucaso, in Iberia et quasi sponte in Banatu.

78. V. SPINOSUM Linn. Amoenit. acad. IV. 307. — Roem. et Schult. l. c. 351. — Sibthrp. et Sm. Flor. Graec. t. 229. — Schrad. l. c. 40. † — G. Don l. c. no. 77. — Caule frutescente spinoso. ♁ — Habitu a congeneribus omnibus alienum est. Caulis circiter pedalis erectus ramosissimus fruticosus teres, cortice scabro tectus. Rami patentes teretes leviter tomentosi, per aetatem calvescentes, ramulis patentim divergentibus flexuosis aphyllis spinescentib., ut folia pedunculi et calyces tomento densiori cano vestitis. Folia uncialia patenti-recurva lineari-lanceolata in petiolum attenuata obtusa, magis minusve sinuata carinata, superne sensim minora angustiora sessilia acutiuscula subintegerrima. Foliorum fasciculi (rudimenta ramulorum) in axillis superioribus, foliis duplo minoribus lanceolato-cuneatis obtusis integerrimis. Pedunculi in ramulorum extremitatibus sparsi 4–6-lineares patenti-divergentes spinescentes, bractea exigua stipati. Flores parvi. Laciniae calycinae oblongae acutae. Corolla flava, extus leviter tomentosa. Filamenta albido-lanata. Antherae reniformes, polline aurantiaco. Capsula calyce major ovata mucronata subtomentosa, serius glabra. — *Verbascum Creticum spinosum frutescens* Tournef. Cor. 8. — *Blattaria Cretica spinosa, foliis Leucoji incanis* Moris, Oxon. Hist. pl. II. sect. 5. t. 10. fig. 8. — *Leucojum spinosum cruciatum* Alp. Exot. 37. t. 36 — *Verbascum spinosum Creticum* Lob. Illustr. 113. — *Leucojum spinosum Creticum* Clus. Hist. 299. c. ic. — Crescit in insula Creta.

§. 3. *Floribus glomeratis.*

79. V. LAGURUS Fisch. et Mey. Linnaea XIII. Literb. 117. — Cinereo-tomentosum et lanugine longissime floccosa evanescente undique tectum: caule simplicissimo spica simplici, basi interrupta terminato; foll. crenulatis acutis, inferiorib. ellipticis petiolatis, mediis ovato-ellipticis, summis sessilib. ovato-subcordatis cuspidatis; florib. subgeminis sessilib.; calycis 5-partiti laciniis lanceolatis acutis; corollae (maximae) lobis obovato-subrotundis undulatis; staminib. disparib., omnib. lanatis; capsula ovata calyce parum longiore. ♃? ♂? — Habitat prope Byzantium.

80. V. SYRIACUM Schrad. Verb. monogr. II. 6. † t. 1 fig. 1. — G. Don l. c. 492. no. 28. — Foll. integerrimis lanato-tomentosis, inferiorib. obovato-lanceolatis, superiorib. lanceolatis; spica simplici. ♃ — Tota planta dense tomentoso-lanata. Caules ex eadem radice 2–3-plures vix semipedales ascendentes simplices teretiusculi. Folia crassiuscula mollia, subtus reticulato-venosa, radicalia 3–3½ uncias longa obtusa in petiolum attenuata, caulina media minora, basi minus attenuata, summa sessilia acutiuscula. Glomeruli spicae 5–7-flori, superne confertiores floresque pauciores gerentes. Flores mediocres flavi. Bractea exterior late ovata acuta, interiores duplo minores ovatae. Laciniae calycinae oblongae

acutae. Filamenta omnia lanata, antherae aequales. Capsula subrotundo-ovata obtusa. — Crescit locis sterilibus Syriae.

81. V. UNDULATUM Lam. Encycl. méth. IV. 221. — Roem. et Schult. l. c. 338. — Schrad. l. c. 6. † — G. Don l. c. no. 29. — Foll. utrinq. dense tomentosis, inferiorib. lyrato-sinuatis undulatis, caulinis subsinuatis, superiorib. oblongo-ovatis sessilib.; spicis solitariis. ♃ — Caules 1-1½-pedales simplices v. subramosi tomentosi. Folia crassa dilute ochracea, radicalia 3-4-uncialia petiolata, caulina oblongo-lanceolata acutiuscula sinuato-undulata, suprema sessilia semiamplexicaulia acuminata. Spica pedalis, glomeruli remoti 3-4-flori. Flores subsessiles flavi. Filamenta omnia lanata. Capsula calyce major ovata. — *V. plicatum* Sm. Prodr. fl. Graec. no. 324. — Sibthrp. et Sm. Flor. Graec. t. 226. — G. Don l. c. no. 32. — *V. sinuatum β.* Linn. Spec. pl. 255. — *Verbascum Graecum fruticosum, folio sinuato candidissimo* Tournef. Itin. I. 128. c. ic. — Crescit in Oriente, in insula Hydra et copiose prope Athenas.

82. V. CERATOPHYLLUM Schrad. Monogr. Verb. II. 7. † t. 1. fig. 2. — G. Don l. c. no. 30. — Foll. utrinq. tomentosis, inferiorib. subbipinnatifidis, summis integris; spicis paniculatis; bracteis exteriorib. integerrimis. ♂ — Caulis sesquipedalis erectus rigidus, superne ramosus teretiusculus tomentellus. Rami patentes. Folia utrinque mollia, subtus reticulato-venosa tomentosa, radicalia absque petiolo spithamaea, circumscriptione lineari-lanceolata profunde pinnatifida, lacinils lineari-oblongis obtusis, inaequaliter obtuseque pinnatifido-incisis, laciniis superioribus confluentibus. Folia caulina subsessilia minus divisa, summa sessilia semiamplexicaulia oblongo-ovata inaequaliter serrata. Spicae paniculatae pedales et ultra, glomerulis valde remotis 3-4-floris. Bracteae exteriores late ovatae, interiores lanceolatae. Laciniae calycis lineari-lanceolatae acutae dense tomentosae. Corolla flava. Antherae aequales, polline aurantiaco. Filamenta omnia flavescenti-barbata. — Crescit in Oriente.

83. V. PINNATIFIDUM Vahl, Symb. bot. II. 30. — M. Bieberst. Fl. Taur. Caucas. I. 404. — Sibthrp. et Sm. Fl. Graec. t. 228. — Schrad. l. c. 8. † — G. Don l. c. no. 31. — Foll. subtus tomentosis, inferiorib. bipinnatifidis, summis pinnatifidis; spicis paniculatis; bracteis exteriorib. serratis. ♂ — Caulis pedalis v. sesquipedalis erectus rigidus teres, superne subangulatus cano-tomentosus, serius calvescens. Rami patentim divergentes flexuosi. Folia juniora saepe tenuissime tomentosa deinde glabra, subtus cum petiolis dense tomentosa, radicalia absque petiolo 3-4-uncialia v. ultra, circumscriptione ovato-lanceolata interrupte et profunde pinnatifida, laciniis majoribus profunde inaequaliterque pinnatifidis, laciniis iterum pinnatifido-incisis. Laciniae superiores confluentes. Folia summa caulina pinnatifida. Spicae terminales spithameae, glomerulis 2-3-4-floris. Flores sessiles. Bracteae oblongo-ovatae serratae acuminatae. Calycis laciniae lineari-lanceolatae acutae tomento laxiori obsitae. Corolla flava inodora. Filamenta aurantiaca lana albida barbata, duobus minoribus apice nudis. Antherae reniformes, polline miniato. Capsula calycis longitudine late ovata obtusa. — *V. bipinnatifidum* Sims, Bot. Magaz. t. 1777. — *V. sinuatum* Habl. Taur. 156. — In arenosis maritimis Tauriae crescit.

† *Species non satis notae.*

84. V. GLABRATUM Friv. Flora XIX. 440. — Caule ramoso paniculato, pube stellata hispido; foll. oblongo-lanceolatis inaequaliter crenatis, subtus pallidiorib., villo densiore ramoso obsitis; pedunculis, calycib. capsulisq. glaberrimis. ♃ — Crescit in Rumelia.

85. V. HINKEI Friv. l. c. — Caule ramoso tomentoso villoso; foll. inferiorib. petiolatis cordatis, superiorib. subsessilib. ovatis, omnib. inaequaliter crenatis, supra villo stellato pubescentib., subtus cinereo-tomentosis; pedunculis longiusculis cum calycibus subulato-linearibus villosulis. ♃ — Crescit in Rumelia.

86. V. BOERHAAVII Linn. Mant. plant. 45. — Schrad. l. c. II. 53. — G. Don l. c. 497. no. 78. — Foll. sublyratis; florib. sessilibus. ⊙ — Folia sessilia parum de-

currentia spathulata, basi angustata sinuata, supra nuda, infra tomentosa. Spica ejusmodi ac illa *V. Thapsus* sed minus densa, bracteae cujusque floris plurimae. Corolla lutea. Genitalia purpurea. — Planta hybridae originis esse videtur e *V. phlomoidi* aliaque specie orta. — *V. luteum* Mill. Fig. 273. — *Verbascum Blattariae foliis nigrum amplioribus, floribus luteis, apicibus purpurascentibus* Boerh. Hort. Lugd. Bat. I. 228. — Till. Pis. t. 50? — Crescit in Europa australi.

87. V. HAEMORRHOIDALE Ait. Hort. Kew. (ed. 1.) I. 236. — Schrad. l. c. — G. Don l. c. no. 79. — Foll. ovato-oblongis, basi attenuatis tomentosis obsolete crenulatis; racemis spicaeformib. elongatis; florum fasciculis ebracteatis. ♂ — A nullo recentiorum observatum et forte excludendum, cum flores contra morem generis bracteis destituantur. — Crescit in insula Madeira.

88. V. CORDATUM Dsf. Fl. Atlant. I. 186. — G. Don l. c. 598. no. 80. — Foll. tomentosis, radicalib. cordatis petiolatis crenulatis obtusis, caulinis amplexicaulib. integerrimis. ♂ — Caulis simplex subramosus tomentosus erectus, digiti crassitie. Flores ignoti. — Crescit in monte Atlas.

89. V. CLAYTONII Michx. Fl. bor. Am. I. 148. — G. Don l. c. no. 81. — Glabrum: caule simplicissimo; foll. caulinis fere lanceolato-oblongis profunde crenatis, crenis iterum crenulatis; florum spicis illis *Blattariae* similibus. ♂ — *V. Blattariae* proximum forteque ejus varietas. — Crescit in America boreali (Carolina).

90. V. STRICTUM Clarke, Trav. (ed. 2.) Pempt. 2. sect. 1. p. 202. — G. Don l. c. no. 82. — Caule fruticoso erecto; foll. inferiorib. spathulato-ovatis petiolatis, superiorib. ovato-lanceolatis obsolete dentatis v. integerrimis sessilib., omnib. stellato-pilosis canescentibq.; racemis elongatis; pedicellis divaricatis, calyce longioribus. ♁ — Planta tomentosa. Folia 1½–2 poll. longa v. longiora. Racemi paniculati. Flores magni flavi, pollicem diametro tenentes. — In insula Rhodos.

91. V. LAXIFLORUM Prsl. Delic. Pragens. I. 76. — G. Don l. c. no. 83. — Foll. crenulatis, utrinq. dense stellato-tomentosis, radicalib. oblongo-ovatis mucronatis, caulinis sessilib., superiorib. ovatis acuminatis; florib. paniculatis; fasciculis multifloris laxis. ♂ — Ad *V. floccosum* W. et Kit. pertinere dicitur. — [Cf. Gussone, Flor. Sicul. synops. I. 276.] — Crescit ad montem Aetnam.

92. V. BRACTEATUM Prsl. l. c. 214. — G. Don l. c. no. 84. — Foll. ovato-oblongis dentatis, utrinq. viridib., subtus tomentellis, radicalib. acutis, caulinis inferiorib. petiolatis acuminatis, superiorib. lanceolato-linearib., florum fasciculos aggregatos excedentibus. ♂ — Valde affine *V. Lychnitis* forteque ejus varietas. — In Bohemia crescit.

93. V. GLABRUM Delab. Journ. de santé et d'hist. natur. de Bourd. II. 166. — G. Don l. c. no. 85. — Caule angulato ramoso; foll. glabris obscure viridib., radicalib. petiolatis ellipticis crenatis, caulinis subdecurrentib. cordatis auriculatis; fructib. spicatis sessilib. bracteatis. ♂ — Crescit in Gallia.

94. V. ANNUUM Mill. Dict. no. 11. — G. Don l. c. no. 86. — Foll. radicalib. oblongis integerrimis, utrinq. obscure viridib., caulinis acutis sessilib.; florib. aggregatis pedicellatis. ☉? v. ♂? — Folia inferiora 10-pollicaria, apice rotundata. Racemi longi laxi terminales. Flores fasciculati obscure lutei. Capsula magna fusca. — *Blattaria annua flore majore luteo, capsula item majore* Moris. Oxon. Hist. pl. II. 498. — Crescit in Sicilia.

95. V. ALOPECUROIDES Biv. (Andr.) Plant. inedit. 7. ex Gussone, Flor. Sicul. synops. I. 265. no. 10. — Folia inferiora crenato-dentata, dentibus obtusis, petiolata ovata obtusiuscula, superne glabriuscula, subtus praesertim ad nervos floccoso-lanata, ascendendo sessilia, tenuissime crenato-dentata acutiuscula, petioli dense floccoso-lanati ex albo rufescentes. Caulis non angulatus teres sesquipedalis, inferne floccoso-lanatus, ascendendo pilis floccosis adspersus. Spica elongata, flores 1–3 in glomerulis subfasciculatis coadunati, inferiores pedicellati, pedicellis subincanis filiformibus 1–2½ lin. longis, superiores sessiles, raro brevissime pedicellati. Calyx quinquelobus subincanus, lobis lineari-lanceolatis acutis. Corolla extus pubescenti-lanata. — Differt a *V. Alopecuro* laciniis calycinis non ovatis, sed lineari-lanceolatis. ♂ v. ♃?? — Crescit in Sicilia.

96. V. **INTERJECTUM** Pfund, Monographiae generis Verbasci prodromus (Deutſchlands Bärtlinge oder Wollkräuter [Königskerzen] mit beſonderer Berückſichtigung der böhmiſchen Arten. In ökonomiſch-techniſcher und mediziniſcher Hinſicht bearbeitet von F. Grafen von Berchtold, in botaniſcher von Johannes Pfund. — Mit einer lithographirten Tafel. — Prag 1840. 8.) 48. † — Planta tomentosa, tomento longo non denso; caule plerumque simplici; foll. basin versus minus decurrentib. ovato-oblongis crenatis, mediis superioribq. basi inaequali latere altero omnino, altero vix decurrentib.; florib. staminibq. *V. phlomoidis.* ♂ — Crescit circa Pragam.

97. V. **DENUDATUM** Pfund l. c. 49. † — Foll. supra glabriusculis, infra tomentellis, repando-crenatis, inferiorib. in petiolum attenuatis mediisq. ovatis breviter decurrentib., superiorib. sessilib. (non decurrentib.) lanceolatis; corolla calycem 2–2½-plo excedente; staminib. inaequalib., omnib. albo-lanatis; antheris aequalibus. ♂ — *V. speciosum* Opitz Hb. — Prope Pragam, loco „Wissehrad" dicto.

98. V. **FLAGRIFORME** Pfund l. c. 51. † t. 1. — Foll. tenuissime breviterq. tomentosis viridib., inferiorib. longe ovatis in petiolo decurrentib., superiorib. ovato-lanceolatis, basi cordata semiamplexicaulib. breviterq. decurrentib.; corollis calyce 4–5-ies majorib.; staminib. inaequalib., tribus breviorib. dense albo-lanatis, duobus longiorib. medio tantum parce pilosis; antheris staminum breviorum reniformib., longiorum longe decurrentibus. ♂ — Locis siccissimis circa Pragam.

99. V. **INTERMEDIUM** Ruprecht mss. ex Pfund l. c. 54. — A *V. nigro* differre dicitur foliis inferiorib. non cordatis nec crenatis sed dentatis, infra glabris, racemo subsimplici longiori graciliori, florib. solitariis, inferiorib. geminatis. — Occurrit in Bohemia prope Sadskam.

100. V.....?? Nees ab Esenb. Transact. of the Linn. Soc. XVII. 80. — Adest exemplum in *Deyra Dhoon Indiae orientalis* lectum (Wall. Cat. 2630. E.) quod quidem ad speciem a *V. Thapsus* alienam pertinet, caule ramoso foliisque ovatis parum decurrentibus crenulatis viridibus laxe tomentosis differt, sed flores desunt et folia inferiora, ut ideo nec definiri queat neque certi quid de eo sit statuendum. Calycis sepala lanceolata sunt.

†† *Species nomine tantummodo cognitae.*

V. **ACUMINATUM** Schrad.
V. **AETHIOPICUM** Ehrenbrg.
V. **ATHENIENSE** Hort. Angl.
V. **FASCICULATUM** Ehrenbrg.
V. **NOVAE HOLLANDIAE** Roem.
V. **PEREGRINUM** Fisch.
V. **SLAVONICUM** Kit.

††† *Species e genere expellendae.*

V. **ARCTURUS** Linn. = CELSIA ARCTURUS.
V. **BERNADESII** Vahl. = CELSIA BERNADESII.
V. **LYRATUM** Lam. = CELSIA LYRATA.
V. **MYCONI** Linn. = RAMONDIA PYRENAICA.
V. **ORIENTALE** All. = CELSIA ORIENTALIS.
V. **OSBECKII** Linn. = TRIGUERA AMBROSIACA.
V. **PARVIFLORUM** Lam. = CELSIA PARVIFLORA.

3879. CELSIA *Linn.*

(Linn. Gener. plant. no. 757. — Meisn. Gener. plant. vascul. I. 306. II. 217. — Spr. Syst. veget. II. 809. — G. Don, General syst. of gard. and bot. IV. 498.)

Sectio I. PSEUDOTHAPSUS Bth. Scrophul. Ind. or. p. 5.

Herbae. Stamina duo longiora glabra, antheris oblongis adnatis, duo breviora barbata, antheris medifixis bilocularibus, loculis confluentibus.

1. C. **CRETICA** Linn. Syst. plant. 469. — Bot. Magaz. t. 964. — Rchb. Flor. exotic. I. 206. — Vahl, Symbol. bot. III. 80. — G. Don l. c. no. 6. — Foll. radicalib. lyratis, superiorib. oblongis; florib. subsessilib. bractearum longitudine; segmentis

calycinis ovatis serratis. ♂ — Folia suprema (bracteae) cordata serrata amplexicaulia. Filamenta 2 inferiora glabra. Corolla lutea magna, maculis 2 ferrugineis supra ad basin notata. Tota planta pilosa. — In Africa boreali et in insula Candia.

2. C. PINNATIFIDA Boiss. et Reut. Diagnos. pl. nov. Hisp. 22. — Minute puberula: caule simplici erecto folioso; foll. inferiorib. in rosulam approximatis lanceolatis, breviter petiolatis profunde pinnatifidis, laciniis acutis inaequalib. dentatis, rachi lata dentata; foll. caulinis amplexicaulib. dentato-pinnatifidis; bracteis cordato-triangularib. dentatis, pedunculo multo breviorib.; racemo elongato laxifloro; pedunculis patulis, apice incurvis, calyce duplo longiorib.; calycis glandulosi laciniis ovatis parce et acute denticulatis; corolla ampla lutea, basi parte superiori purpureo-maculata; capsula globosa calyce duplo longiore, stylo persistente longe apiculata. ♃ — Affinis praecedenti et subsequenti. — *C. laciniata* Poir. differre videtur foll. superiorib. angustiorib. sessilib. nec amplexicaulib., pedunculorum brevitate, sepalis bracteisque integris nec dentatis. — Crescit in pascuis siccis arenosis regionis montanae inferioris Sierra de Guadaramma, circa Colmenar viego et prope Hortaleza in districtu Matritensi.

3. C. (DITAXIA Rafin. Somiol. 13.) BETONICAEFOLIA Dsf. Fl. Atlant. 58. — Willd. Spec. plant. III. 281. — G. Don l. c. no. 7. — Pilosa: foll. ovato-oblongis rugosis crenatis, floralib. lanceolatis semiamplexicaulib., pedicello breviorib.; segmentis calycinis ovatis acutis, margine serratis v. integris. ♂ — Caulis simplex v. ramosus. Folia glabra v. pilosiuscula, basi saepe pinnatifida. Corollae luteae segmenta 2 superiora purpureo-maculata. Filamenta inferiora glabra. — *Blattaria Hispanica maximo flore* Dodart. Icon. — Crescit in Algeria.

4. C. LACINIATA Poir. Encycl. méth. Suppl. ex Spr. Syst. veget. II. 809. no. 5. — Foll. inferiorib. laciniato-pinnatifidis, superiorib. sessilib. lanceolatis; pedunculis bracteas subaequantib.; laciniis calycis oblongis acutis integerrimis. ♃ — Crescit in Africa boreali.

Sectio II. ARCTURUS Bth. l. c. 5.

Herbae. Stamina duo longiora glabra, breviora leviter barbata, antheris omnibus medifixis bilocularibus, loculis confluentibus.

5. C. ORIENTALIS Linn. Spec. plant. 866., Hort. Upsal. 179. t. 2. — Lam. Illustr. gen. t. 532. — Sibthrp. et Sm. Flor. Graec. t. 605. — Schkuhr, Handbch. t. 173. — Rchb. Flor. Germ. excurs. 379. no. 2583. — G. Don l. c. 498. no. 1. — Glabra: foll. caulinis bipinnatifidis, laciniis dentatis. ☉ — Herba pedalis gracilis glabra vel puberula. Foliorum segmenta angusta. Calyx glanduloso-puberulus. Flores bracteis breviores flavi, intus pallidiores. — *Blattaria orientalis* Buxb. Centur. I. 14. t. 20. et V. 17. t. 33. — *Verbascum orientale Sophiae foliis* Tournef. Coroll. 8. — Crescit in Cappadocia, Armenia et in Dalmatia.

6. C. PERSICA C. A. Meyer, Verzeichn. der Pflnzn. am Caucas. 111. — G. Don l. c. no. 2. — Perennis pubescens: foll. radicalib. bipinnatifidis, caulinis incisis; pedicellis bractea sublineari multo longioribus.; laciniis calycinis sublinearib., capsula pyriformi duplo brevioribus. — Crescit in Caucaso in montibus Talysch.

7. C. (VERBASCUM Linn. Spec. pl. 254. — Jcq. Hort. Vindob. II. t. 117. — Columm. Ecphr. II. 81. t. 82.) ARCTURUS Linn. Syst. pl. 561. — Bot. Magaz. t. 1962. — G. Don l. c. 499. no. 3. — Bouché, Linnaea V. Literaturbl. 12. — Caule foliisq. sublanato-villosis, pilis ramosis; foll. plerisq. alternis obtuse subserrato-crenatis, inferiorib. sublyratis, superiorib. oblongis; bracteis subintegerrimis glabris nitidis; pedicellis bracteis longioribus. calycibq. glabris nitidis. ♂ — *α. alternifolia* Fisch. et Mey. Indx. hort. Petropol. IX. 65. — *β. oppositifolia* Fisch. et Mey. l. c. — Pedunculi alii oppositi, alii subopposite v. sparsi. Flores minores, 9 circiter lineas diametro tenentes, laciniis magis inaequalibus, binis superioribus reliquis minoribus, infima omnibus majore. — Alpin. Exot. 123. t. 122. — In insula Candia.

8. C. GLANDULOSA Bouché l. c. — Caule foliisq. glanduloso-pubescentib. pilosisq., pilis simplicib.; foll. plerisq. oppositis acute serrato-crenatis, inferiorib. lyratis, superiorib. oblongis; bracteis serratis glanduloso-pubescentib.; pedicellis bracteis longiorib. calycibq. glanduloso-pubescentibus. ♂ — Crescit in insula Candia.

9. C. COROMANDELIANA Vahl, Symbol. bot. III. 79. (excl. diagn.) † — Lnk. Enum. pl. hort. Berolin. II. 145. — Nees ab Esenb. Transact. of the Linn. Soc. XVII. 80. — G. Don l. c. no. 4. — Cano-villosa: foll. inferiorib. lyratis, floralib. cordatis semiamplexicaulib.; pedunculis calyce triplo longiorib.; laciniis calycis ovatis subserratis. ⊙ — Flores lutei.

β. heterophylla Pers. Enchirid. II. 161. — Crescit in ora Coromandeliana et in aliis Indiae orientalis provinciis.

10. C. VISCOSA Rth. Catal. II. 69. III. 50. — Nees ab Esenb. l. c. 81.*) — Hook. Journ. of bot. I. 223. t. 129. — G. Don l. c. no. 5. — Viscoso-pubescens: foll. caulinis inferiorib. lyratis, floralib. cordatis semiamplexicaulib.; pedunculis floris longitudine aequalib.; laciniis calycis oblongo-lanceolatis integerrimis. ⊙ — Species pedicellis brevibus approximatis et viscositate insignis. — *C. Coromandeliana* Vahl l. c. (excl. descript.). Corolla lutea ut ea speciei praecedentis. — Crescit in India orientali.

11. C. PARVIFLORA Dcne. Ann. sc. nat. II. 254. † (nec G. Don.). — Suffruticosa: ramulis nudis, foll. ad ramulorum basin dispositis, ovato-lanceolatis repando-dentatis incanis, superiorib. lineari-lanceolatis, basi et apice subattenuatis; florib. parvis atrofuscis pedicellatis; foliolis calycinis lanceolatis extrorsum tenuissime glanduloso-pilosis. ♃ — Crescit in monte Sinai.

Sectio III. NEFFLEA Bth. l. c.

Suffrutices. Filamenta omnia barbata. Antherae omnes terminales uniloculares, valvulis 2 ovatis acutis dehiscentes. — An genus proprium?

12. C. LANCEOLATA Vent. Hort. Cels. t. 27. — G. Don l. c. no. 8. — Subtomentosa: foll. lanceolatis serratis, basi attenuatis; pedicellis quam folia floralia breviorib.; laciniis calycinis integris acutis. ♄ — Corolla lutea, maculis purpurascentibus ad basin notata. — Crescit ad ostia Euphratis.

13. C. SUBLANATA Jcq. Fragm. bot. 79. no. 247. t. 126. — Bot. Regist. t. 436. — G. Don l. c. no. 9. fig. 45. — Fruticosa, tomentoso-lanata: foll. ovali-oblongis obtusis crenatis rugosis mollib., alternis, petiolatis, v. basi utrinque foliolis 1-2 sessilib. auctis; bracteis sessilib. acutis parvis subserratis; florib. odoratis. ♄ — Crescit.....?

† *Species ad sectiones nondum relatae.*

14. C. ACAULIS Bory et Chaub. Fl. Peloponnes. 978. t. 19. fig. 2. — Acaulis, pilis brevissimis hirta: foll. ovato-lanceolatis obtusiusculis, basi subpinnatifidis, apice crenatis, crenaturis obtusis dentatis; pedunculis radicalib. folia vix superantib.; calycis foliolis ligulatis, apice dilatatis. ♃ — Crescit in Peloponneso.

15. C. DAENZERI Fouché et Chaub. in Bory et Chaub. l. c. 980. — Bipedalis: foll. lanceolatis acutis pilosiusculis, radicalib. pinnatifidis, pinnis grosse dentato-pinnatifidis, apice confluentib., caulinis pinnatifidis, pinnis grosse dentatis; florib. laxe racemosis; pedunculis pollicarib. breviter bracteolatis laciniisque calycinis piloso-viscidulis. ♃ — Crescit in Peloponneso.

16. C. SPECIOSA Fenzl et Fridrichsthal, Reise durch Neu-Griechenland 280. — Caule, pedunculis calycibq. glanduloso-puberulis; foll. bracteisq. cordato-ovatis acuminatis, argute serratis, infimis petiolatis, grosse incisis, reliquis subsessilib. v. sessilib., glabris nitidis; pedunculis bracteas subduplo superantibus, stricte patentibus, fructiferis apice cernuis; sepalis foliaceis ovatis v. ovato-lanceolatis, longe acuminatis, inferius argute inciso-serratis, post anthesin increscentib.; corolla calycem aequante. ♃ — Habitat in Graecia australiori.

17. C. INTERRUPTA Fresen. Flora (B. Z.) XXI. 605. — Foll. caulinis interrupte-pinnatis, basi auriculata amplexicaulib.; pedunculis bracteas lanceolato-subulatas superantib.: laciniis calycis lanceolatis mucronatis integerrimis. ♃ — In Abyssinia.

---

*) *Hanc cum praecedente conjunxit* **Bentham**, *Scrophul. Indic.* 17. — C. Coromandeliana *Vahl.* — *Bth. l. c.* — *Foll. radicalib. lyratis; pedicellis fructiferis capsula vix duplo longioribus; laciniis calycis oblongis integerrimis.* — C. viscosa *Rth. l. c.* — *Nees ab Esenb. l. c.*

18. C. DONIANA Wlprs. mss. — Foll. radicalib. pinnatifido-runcinatis, utrinque tomentosis; caule ramoso subnudo; florib. parvis. ♄ — *Verbascum parviflorum* Lam. Dict. IV. 222. — Pers. Enchirid. I. 216. — *Celsia parviflora* G. Don l. c. no. 10. nec Dene. — Folia radicalia forma magnitudineque fere illorum *Taraxaci officinalis*, segmentis ovatis v. ovato-oblongis acutis, integris v. subdentatis. Flores fasciculati. — Crescit.....?

19. C. (VERBASCUM Vahl, Symb. bot. II. 39.) BERNADESII G. Don l. c. no. 11. — Caule subnudo; foll. lanceolatis dentato-sinuatis glabris; pedunculis solitariis. ♂ — Caulis glaber simplex. Folia radicalia numerosa petiolata, vix tripollicaria subpinnatifida acuta, segmentis lanceolatis dentatis. Folia floralia parva cordata cuspidata. Segmenta calycina inaequalia denticulata. Corolla lutea. Pedunculus pollicaris. — Crescit in Hispaniae montibus Ortalezza.

20. C. LYRATA G. Don l. c. no 12. — Pilosa: foll. radicalib. basi lyrato-pinnatifidis, margine angulato-dentatis, caulinis inaequaliter dentatis subsessilib.; segmentis calycinis serratis. ♂? — Caulis flexuosus foliosus. Folia supra glabra v. glabriuscula 3–4-pollicaria. Folia caulina cordata acuta, suprema amplexicaulia. Flores magni lutei breviter pedicellati solitarii, in racemum longum digesti. Segmenta calycina inaequalia. Corolla diametro habet tres pollices. Filamenta 2 inferiora nuda. — Forte eadem ac *C. Cretica?* — *Verbascum lyratum* Lam. Dict. IV. 222. — Crescit in Hispania.

†† *Species mihi prorsus incognitae.*

C. AUSTRALIS Hort.
C. BRACHYSEPALA Fisch. ♂ — In Natolia.
C. ERECTA Fisch.
C. GLABRATA Rth.
C. GRANDIFLORA Hortor.
C. SINUATA Ten.
C. STRIATIFLORA Hortor.

††† *Species e genere expellendae.*

C. LINEARIS Jcq. — ALONSOA LINEARIS.
C. URTICAEFOLIA Curt. — ALONSOA INCISIFOLIA.

3880. ALONSOA *Rz. et Pav.*

(Rz. et Pav. Syst. fl. Peruv. 152. — Meisn. Gener. plant. vascul. I. 306. II. 217. — Spr. Syst. veget. II. 809. [sub *Hemimeris.*] — G. Don, General syst. of gard. and bot. IV. 513.)

§. 1. *Fruticosae. Caulibus et ramis quadrangularibus.*

1. A. (CELSIA Jcq. Icon. pl. Am. III. t. 497. — Bot. Magaz. t. 210.) LINEARIS Rz. et Pav. l. c., Flor. Peruv. t. 503. fig. 6. — Sweet, Brit. flow. gard. (New Ser.) III. t. 240. — G. Don l. c. no. 1. — Glabra: foll. oppositis v. ternatis verticillatis lineari-b. integris v. remote denticulatis. ♄ — Folia juniora in axillis adultiorum fasciculata; corolla coccinea, fundo obscuriori. — Variat foliis pedunculisque oppositis hybridaque videtur ex hac et *A. incisifolia* et tunc *A. intermedia* Lodd. Bot. Cabin. t. 1456. — *Hemimeris coccinea* Willd. Spec. pl. III. 283. — *Hemitomus fruticosus* Herit.? — *Hemimeris linariaefolia* H. B. Kth. Nov. gen. et spec. pl. II. 377. — Kth. Synops. plant. aequin. II. 131. — Crescit in Peruvia.

2. A. QUADRIFOLIA G. Don l. c. no. 2. — Foll. quaternis verticillatis ovatis; florib. verticillatis racemosis. ♄ — *Scrophularia coccinea* Lifn. Spec. plant. 886. — Vera Cruz.

3. A. INCISIFOLIA Rz. et Pav. Syst. fl. Peruv. 154. — G. Don l. c. no. 3 fig. 46. — Glabra: foll. oppositis ovatis acutis profunde dentatis v. serratis; pedunculis elongatis subracemosis. ♄ — *Hemimeris* (*Celsia* Curt. Bot. Magaz. t. 417.) *urticaefolia* Willd. Spec. plant. III. 282. — Crescit in Chili ad Conceptionem.

4. A. (HEMIMERIS Pers. Enchirid. II. 162.) PROCUMBENS Rz. et Pav. l. c. — G. Don l. c. no. 4. — Caulib. procumbentib.; foll. oppositis ovatis serratis; florib. coccineis. ♁ — In Peruvia crescit.

5. A. (HEMIMERIS Pers. l. c.) ACUTIFOLIA Rz. et Pav. l. c. 153. — G. Don l. c. no. 5. — Foll. oppositis? ovato-lanceolatis profunde serratis. ♁ — In Peruvia.

§. 2. *Herbae. Caulibus ramisque quadrangulari-alatis.*

6. A. (HEMIMERIS Pers. l. c. 162.) CAULIALATA Rz. et Pav. l. c. 152. — G. Don l. c. no. 6. — Foll. ovatis acutis serratis; caule ramisq. alatis. ♃ — Crescit in Peruvia. — Forte ad sequentem pertinet.

7. A. (HEMIMERIS H. B. Kth. Nov. gen. et spec. pl. II. 376. — Kth. Synops. plant. aequin. II. 131.) PARVIFLORA G. Don l. c. no. 7. — Caule herbaceo subquadri-alato; foll. oppositis ovatis acutis serratis; florib. axillarib. racemosis. ♃ — Caulis ramosus, apice paniculatus. Folia glabra, fere pollicem longa. Corollae labii inferioris lacinia intermedia latior obcordata. — *A. incisifoliae* proxima, nec diversa, nisi caule herbaceo floribusque minoribus. — Crescit locis temperatis in monte Buenavista juxta Los Teques Caracasanorum.

8. A. (HEMIMERIS H. B. Kth. l. c. — Kth. l. c.) MUTISII G. Don l. c. no. 8. — Caule herbaceo subquadrialato; foll. oppositis oblongis, utrinq. acutis serratis; florib. racemosis. ♃ — Caulis paniculatus; folia glabra pollicaria, 5 lineas lata. Corolla et stamina ignota. — *Scrophularia meridionalis* Mutis. — (Linn.??) — Crescit prope Santa Fe de Bogota.

9. A. (HEMIMERIS Spr. Syst. veget. II. 809. no. 4.) HIRSUTA Steud. Nomencl. bot. (ed. 2.) I. 60. — Caule herbaceo quadrialato; foll. ovatis dentatis, in petiolum decurrentib. pilosis (pilis articulatis); pedunculis unifloris axillarib. solitariis calycibq. subinaequalib. hirsutis. ♃ — Crescit in Brasilia.

3880/1. SCHISTANTHE *Knze.*

(Knze. Delect. semin. hort. Lipsiens. 1841. coll. p. 3. — Endl. Gener. plant. Suppl. II. addend. p. 160. — Meisn. Gener. plant. vascul. II. 368. no. 25/1.)

1. *SCH. PEDUNCULARIS Knze. l. c. — ♃ — Crescit in Promontorio bonae spei.

3881. JOVELLANA *Rz. et Pav.*

(Rz. et Pav. Flor. Peruv. I. 12. t. 18. — Meisn. Gener. plant. vascul. I. 305. II. 216. — G. Don, General syst. of gard. and bot. IV. 608.)

1. J. SCAPIFLORA Rz. et Pav. l. c. 13. † t. 18. fig. b. — G. Don l. c. no. 1. — Foll. ovatis serratis; scapis inaequalib. unifloris. ♃ v. ☉ (ex Rz. et Pav.) — Herba pumila acaulis; scapi 3–5-palmares v. bipalmares filiformes purpurei pubescentes; folia radicalia ovata, basi attenuata 5-nervia, utrinque pubescentia; corolla lutea, labium inferius interne punctis purpureis maculatum; filamenta et antherae purpurea. — Folia succum mucilaginosum praebent. — *Baea plantaginea* Pers. Enchirid. I. 15? — *Calceolaria plantaginea* Sm. Fasc. I. 2. t. 2. — Loddig. Botanic. Cabin. t. 1402. — Crescit in Andibus Peruvianis Tarmae et Caxatambo.

2. J. (CALCEOLARIA Vahl, Enum. I. 177. — BAEA Pers. Enchir. I. 15.) PUNCTATA Rz. et Pav. l. c. 13. † t. 18. fig. a. — G. Don l. c. no. 2. — Fruticosa: ramis gracilib. glanduliferis; foll. petiolatis oblongo-ovatis biserratis glabris; pedunculis axillarib. terminalibq. cymosis; pedicellis umbellatis. ♁ — Fruticulus tripedalis. Caulis erectus fragilis teres compressiusculus; folia opposita duplicato-serrata, subtus albida, nonnulla supra villosa, floralia integerrima, omnia utrinque purpureo-punctata. Corolla albo-violacea, macula palliida punctisque purpureis variegata, campanulata cymbaeformis resupinata, tubus brevis basi villosus, limbus bilabiatus, labio inferiori parum longiori, margine subinvoluto. Filamenta complanata linearia, antherae reniformes. — *Genera floribus maculatis* Feuill. Peruv. III. 21. t. 16. — Formam hybridam depinxere Knwls. et Wstsc. The Floral Cabinet I. 21. † t. 11. — Crescit in sylvis Peruviae et regni Chilensis ad Conceptionem.

3. J. (CALCEOLARIA Cav. Icon. et descr. pl. IV. 31. † t. 452. — BAEA Pers. Enchirid. I. 15.) VIOLACEA G. Don l. c. no. 3. — Fruticosa: ramis violaceis; foll.

petiolatis ovatis grosse serratis, infra albis; pedunculis terminalib. ternatis corymbosis; pedicellis 1–2–floris. ♁ — Folia petiolorum longitudine. Corolla pallide violacea, maculis obscurius violaceis infra adspersa. Corollae labium utrumque campanulatim patens, limbo villoso. — Crescit in Chili ad Conceptionem.

4. J.? (BAEA Pers. Enchirid. I. 15.) TRIANDRA Cav. Icon. et descr. pl. V. 32. † t. 453. — G. Don l. c. no. 4. — Fruticosa: ramis, pedunculis calycisq. marginib. glanduloso–villosis; foll. profunde pinnatifidis, infra glaucis petiolatis; pedunculis dichotomis; florib. triandris. ♁ — Cortex ramorum obscure purpurascens. Petioli folio breviores, basi membranacea caulem amplectentes. Filamenta 3 brevissima. Ovarium tomentosum. — Forte distinctum efficiet genus, floribus triandris, antherarum loculis confluentibus foramineque dehiscentibus diversum a *Jovellana*, hoc si accipitur, POROTIDDIA appelletur, proposuit G. Don. — *Porotiddia triandra* G. Don mss. — Crescit in Peruvia.

3882. CALCEOLARIA *Linn.*

(Linn. Gener. plant. 1288. — Meisn. Gener. plant. vascul. I. 305. II. 216. — Spr. Syst. veget. I. 43. — Dietr. Synops. plant. I. 44. — G. Don, General syst. of gard. and bot. IV. 602.)

§. 1. *Foliis pinnatis et pinnatipartitis.*

* *Antherae loculis connectivo transverso disjunctis, altero pollinifero, altero sterili aut nullo.*

1. C. PINNATA Linn. Syst. plant. 65. — Act. Holm. 1770. edit. 286. t. 8. — Bot. Mag. t. 41. — G. Don l. c. no. 1. — Herbacea, viscoso–pilosa: foll. pinnatis (v. potius pinnatifidis), foliolis v. segmentis dentatis, inferiorib. pinnatifido–incisis; pedunculis geminis v. ternis paniculatis. ☉ — Herba ramosissima. Folia petiolata. Segmenta calycina ovato–cordata patentissima. Corolla sulphurea. Ovarium pilosum. — Crescit in Peruvia locis humidis.

2. C. CHELIDONIOIDES H. B. Kth. Nov. gen. et sp. pl. III. 379. † — Kth. Synops. plant. aequin. II. 133. — G. Don l. c. no. 2. — Herbacea: foll. pinnatis, superne pinnatipartitis, supra hispidulis, subtus glabris, foliolis pinnatifido–incisis argute serratis ciliato–glandulosis; florib. alarib. geminis, terminalib. subumbellatis. ☉ — Erecta dichotome ramosa. Rami tetragoni. Folia subpetiolata. Corolla lutea glabra magnitudine praecedentis. Ovarium glabrum. — *C. concinna* Willd. mss. — Crescit in radicibus montis Javirae prope Quito. — Praecedenti simillima.

3. C. GRACILIS H. B. Kth. l. c. † — Kth. l. c. — G. Don l. c. no. 3. — Herbacea: foll. inferiorib. pinnatis et ternatis, superiorib. subsimplicib. serratis, supra hispidulis, subtus albido–pilosis; florib. alarib. et axillarib. geminis terminalibq. subcorymbosis. ☉ — Herba gracilis dichotome ramosa. Rami rubentes. Folia petiolata. Corolla pallide lutea. Ovarium glabrum. — *C. ovatae* Cav. valde similis. — Crescit in ripa fluminis San Pedro prope Chillo Quitensium.

4. C. TRIPARTITA Rz. et Pav. Fl. Peruv. I. 14. † t. 23. fig. a. — G. Don l. c. no. 4. — Herbacea pilosa: foll. tripartitis, lobis ovatis serratis; pedunculis terminalib. corymbosis; pedicellis 5–6–nis. ☉ — Caulis teres ramosus. Folia opposita tripartita, lobo intermedio majori. Calyx hirsutus. Corolla lutea calyce duplo major. — In nemoribus Peruviae (Panatahuas) crescit.

5. C. SCABIOSAEFOLIA Sims, Bot. Magaz. t. 2405. — Roem. et Schult. Syst. veget. I. 185. — G. Don l. c. no. 5. — Prostrata: foll. inferiorib. pinnatis, superiorib. pinnatifidis trilobis v. simplicib., foliolis ovato–lanceolatis acutis obtusisq. duplicato–serratis, infra albicantib. pubescentib., lobo terminali semper maximo; pedunculis terminalib. corymbosis. ♃ — Caulis bipedalis obsolete tetragonus glaber villosusque geniculatus radicans, hyalinus. Rami dichotomi. Folia opposita, petiolis connatis villosis. Pedunculi ex dichotomia axillisque superioribus solitarii geminique uniflori corymbosi. Calyx extus purpurascens villosus. Corolla luteo–sulphurea magna caduca glabra, labio inferiori majori ventricoso. — *Calceolaria foliis Scabiosae vulgaris* Feuill. Peruv. III. 12. t. 7. fig. 1. — *C. heterophylla* Willd. Enum. pl. hort. Berol. I. 29. — *C. pinnata* Rz. et Pav. Flor. Peruv. I. 14. † t. 19.

fig. a. — Crescit frequentissime in Peruviae nemoribus humidis et ad margines aquaeductuum Limae, Chancay Tarmae et Huanuci.

** *Antherae connectivo elongato, utrinque loculifero fertili.*

6. C. MEXICANA Bth. Plant. Hartweg. no. 356. — Annua: caule erecto subviscoso-pubescente; foll. oppositis petiolatis inciso-pinnatifidis v. pinnatisectis, laciniis ovatis v. lanceolatis acutis inciso-dentatis; foll. supremis integris ovato-lanceolatis dentatis, omnib. pubescenti-hirtellis, subtus pallidis glabriorib.; paniculis terminalib. dichotome cymosis; antherarum connectivo elongato, utrinq. antherifero. ☉ — Crescit in Mexico.

§. 2. *Foliis omnibus radicalibus, plerumque rosulatis integris v. dentatis. Pedunculis scapiformibus. — Herbae.*

7. C. PLANTAGINEA Sm. Icon. inedit. I. t. 2. — [Vahl, Enum. I. 172. excl. syn.] — Hook. Bot. Magaz. t. 2805. — Acaulis pubescens: foll. radicalib. ovatis rhomboideis rosulatis serratis nervosis; scapis plerumque 2–3-floris pilosis; corollae labio inferiori majori hemisphaerico, superiori parvo bifido. 4 — *C. biflora* Lam. Illustr. gen. I. 52. — Wlprs. Nov. Act. Acad. Caes. Leop. Carol. nat. curios. XIX. Suppl. I. 397. — *C. obtusifolia* Knze. in Poepp. Coll. pl. Chil. no. 5. — *C. nudicaulis* Meyen mss. — Crescit ad fretum Magellanicum et in Andibus Chilensibus.

8. C. NANA Sm. l. c. t. 1. — G. Don l. c. no. 7. — Subacaulis: foll. oblongo-ovatis subintegerrimis; pedunculis scapiformib. unifloris; labio superiori corollae magno pendulo. 4 — Folia vix semipollicaria. Pedunculi solitarii v. numerosi bipollicares. Corolla magna lutea. — *C. uniflora* Lam. Illustr. gener. t. 15. fig. 3. — *β.* Foll. majorib. denticulatis; florib. majoribus. — Ad fretum Magellanicum.

9. C. FOTHERGILLII Ait. Hort. Kew. (ed. I.) I. 30. t. 1. — Lam. Illustr. gen. t. 15. fig. 1. — Bot. Magaz. t. 348. — Cav. Icon. et descr. pl. V. t. 442. fig. 1. — Trattin. t. 405. — G. Don l. c. no. 8. — Foll. spathulatis integerrimis, supra pilosis; pedunculis scapiformib. unifloris. 4 — Caulis prope radicem subdivisus. Folia vix pollicaria, basi connata. Pedunculi solitarii v. gemini villosi viscosi. Calycis segmenta ovata acuta. Corollae labium superius lutescens, inferius quadruplo longius sulphureum, margine rubro-maculatum. — Folia crenata dicuntur a *Cavanillesio*. — *C. Neeana* Spr. Syst. veget. I. 44. no. 15. — In insulis Falklandicis.

10. C. POLYRHIZA Cav. l. c. 25. t. 441. — G. Don l. c. no. 9. — Subacaulis: foll. cuneiformib. parum serratis acutis; pedunculis scapiformib., pedicellis umbellatis. 4 — Sub quavis umbella reperiuntur folia 2 parva. Calycis segmenta ovata striis 3 instructa. Corollae luteae rubro-maculatae labium inferius subpollicare subincurvum. — Crescit locis humidis in insulis Falklandicis.

11. C. MONTANA Cav. l. c. 27. t. 443. fig. 1. — G. Don l. c. no. 10. — Subacaulis: foll. obovatis inaequaliter dentatis rugosis pilosis; scapis dichotomis. 4 — Scapi rubri sesquipedales bis bifidi, pedicello solitario unifloro in furcatione secunda, pedunculis lateralibus quadrifloris. Folia 2 parva opposita sub quavis furcatione. Segmenta calycina trinervia. — Crescit in Cordilleris Chilensibus.

12. C. PINIFOLIA Cav. l. c. 26. t. 442. fig. 2. — G. Don l. c. no. 11. — Subacaulis: foll. lingarib., margine revolutis; pedunculis scapiformib. dichotomis, pedicellis umbellatis. 4 — Radix crassa. Caulis pollicaris prope basin divisus. Folia approximata pollicaria. Pedunculi bipollicares bis bifidi, folia 2 sub quavis divisione, pedicellis intermediis unifloris, lateralibus bifloris. Corollae luteae labium inferum basi contractum. — Crescit in Cordilleris Chilensibus.

§. 3. *Foliis integris v. dentatis, radicalibus latis, plerumque rosulatis; caulibus oligophyllis corymboso-multifloris. — Herbae.*

13. C. RACEMOSA Cav. l. c. 29. t. 448. — G. Don l. c. 603. no. 12. — Foll. oblongis dentato-rugosis; pedunculis terminalib. bifidis, pedicellis racemosis. 4 — Caules teretes tomentosi oligophylli. Folia radicalia numerosa rosulata. Pedunculi laterales bifidi biflori cum pedicello intermedio unifloro. Corollae labium inferum ovatum. — Crescit in insulis Falklandicis.

14. C. CANA Cav. l. c. 27. t. 443. fig. 2. — G. Don l. c. no. 13. — Foll. cuneiformib. pilosis tomentosis integerrimis; caulib. ascendentib.; pedunculis dichotomis. ♃ — Radix crassa. Folia dense tomentosa, duo parum supra reliqua elevata. Corollae parvae luteae labium inferum basi angustatum. — Crescit in Peruvia.

15. C. CRENATIFLORA Cav. l. c. 28. t. 446. — Hook. Bot. Magaz. t. 3255. — Bot. Regist. t. 1609. — Sweet, Brit. flow. gard. III. t. 202. — Herbacea: foll. obovato-oblongis inaequaliter serratis tomentellis; corollae labio inferiore crenato. ♃ — Caulis apice bifidus. Folia radicalia plurima, caulina pauca, 2 inferiora subpetiolata, superiora sessilia. Pedicelli racemosi uniflori. Segmenta calycina ovata quinquestriata. Corollae luteae labium inferum rubro-maculatum. Capsula chartacea fulva. — Varietates plurimae hybridae ex hac et affinibus ortae in hortis reperiuntur. — *C. pendula* Sweet l. c. (New Ser.) II. t. 155. † — *C. anomala* Pers. Enchirid. I. 16. — Crescit in regno Chilensi locis humidis.

16. C. PARALIA Cav. l. c. 29. t. 447. — G. Don l. c. no. 15. — Foll. inaequaliter dentatis, radicalib. cuneatis, superiorib. oblongis connatis capsulisq. tomentosis. ♃ — Pedunculi axillares et terminales dichotomi. Corolla lutea, labium inferum faucem versus angustatum. — *C. Paralensis* Spr. Syst. veget. I. 45. — Crescit in regno Chilensi.

17. C. CORYMBOSA Rz. et Pav. Flor. Peruv. I. 14. t. 20. fig. b. — Loddig. Bot. Cabinet t. 1025. — Bot. Regist. t. 723. — Bot. Magaz. t. 2418. — Rchb. Flor. exotic. t. 289. — G. Don l. c. no. 16. fig. 58. — Foll. radicalib. cordato-ovatis obtusis bicrenatis, subtus albidis, caulinis amplexicaulib. integerrimis; pedunculis terminalib. dichotomis. ♃ — Planta herbacea hirsuta. Caulis bipedalis erectus teres simplex, infra nudus. Folia radicalia petiolata ovata, interdum cordata obtusa ampla, subtus albida, venosa, nervosa, floralia distantia opposita semiamplexicaulia integerrima. Pedunculi axillares terminalesque dichotomi multiflori, intermedii uniflori, laterales umbellati. Corolla lutea lineis punctisque sanguineis variegata, labio inferiori majori. — Varietates hybridae hortenses plurimae occurrunt. — (1. *Golliana:* Florib. obscure cupreis. — Hybriditate orta ex hac et *C. purpurea.* — 2. *kiana:* Florib. flavis. — 3. *Hopeana:* Hybrida e *C. corymbosa* et *C. plantaginea.* — 4. *polyantha:* Hybrida e *C. corymbosa* et *C. petiolari.* — 5. *Youngii* Bot. Regist. t. 1448. florib. ochraceis. — Hybrida e *C. corymbosa* et *C. arachnoidea.*) — Crescit in Chili ad Conceptionem.

18. C. PURPUREA Grah. in Hook. Bot. Magaz. t. 2775. † — Loddig. Bot. Cabinet t. 1754. — Lindl. Bot. Regist. t. 1621. (Poepp. Coll. pl. Chil. no. 115.) — G. Don l. c. no. 17. — Herbacea: caulib. erectis ramosis numerosis; foll. rugosis hispidis, radicalib. cuneato-spathulatis serratis, basi integerrimis petiolatis acuminatis, caulinis cordatis decussatis, superiorib. minorib. integerrimis; corymbis terminalib. multifloris. ♃ — Caules plurimi ex eadem radice, pubescentes. Folia utrinq. pilis paucis sparsis longis obsita. Calyx pubescens. Corolla parva, tota rubescenti-violacea. Habitus *C. corymbosae.*

β. picta Sweet, Brit. flow. gard. (2. Ser.) III. t. 244. — Corollis luteo-variegatis. — Plurimae hujus speciei occurrunt varietates hybridae hortenses. — Crescit in Cordilleris Chilensibus.

19. C. OBLONGA Rz. et Pav. Flor. Peruv. I. 15. † t. 24. fig. b. — G. Don l. c. no. 18. — Caule simplici; foll. oblongis petiolatis serratis; pedunculis trifidis, ramis 3–6-floris. ☉ — Planta herbacea hirsuta. Radix fasciculata. Caulis simplicissimus sesquipedalis teres. Folia breviter petiolata, inferiora 3 circiter pollices longa, 1½ poll. lata. Calyx pilosus. Corolla glabra lutea, intus punctis coccineis variegata, labio inferiore magno tricrenato. —In montibus Panatahuas in Peruvia.

20. C. PUNICEA Rz. et Pav. l. c. 15. t. 24. fig. a. — G. Don l. c. no. 19. — Pilosa: caulib. repentib.; foll. ovalib. serratis; pedunculis terminalib. bifidis 7–8-floris; pedicellis umbellatis. ♃ — Radix fasciculata fibrosa; caulis repens teres ramosus; rami erecti (cauliformes); folia opposita petiolata, supra glabra, petiolis connatis; pedunculi terminales bifidi, pedicellis inaequalibus umbellatis; corolla punicea glabra. — In nemoribus Panatahuas ad Chicoplaya in Peruvia.

§. 4. *Foliis dentatis crenatis vel serratis petiolatis, petiolis nudis; caulibus foliosis.*

* *Herbae: foliis oppositis.*

21. C. **SERRATA** Lam. Illustr. gener. I. 51. — H. B. Kth. Nov. gen. et spec. pl. II. 381. — Kth. Synops. plant. aequinoct. II. 134. — G. Don l. c. no. 20. — Herbacea erecta: ramis tomentoso-pubescentib.; foll. petiolatis ovatis acutis, basi acutiusculis, arguto serratis, tenuissime puberulis, subtus canescentib.; corymbis terminalib. subdichotomis; pedicellis pubescentibus. 4 — Herba erecta ramosa. Folia sesquipollicaria, 9 lin. lata. Segmenta calycina ovata acuta. Corolla glabra lutea, labium inferius reflexum, basi angustatum. — *C. inflexa* Rz. et Pav. Flor. Peruv. I. 16. † t. 25. fig. a? *) — Crescit prope Chillo Quitensium.

22. C. **DIVARICATA** H. B. Kth. l. c. 381. † — Kth. l. c. — G. Don l. c. no. 21. — Herbacea volubilis: ramis divaricatis glabris; foll. petiolatis ovatis acutis cordatis grosse crenato-serratis ciliatis glabris, subtus in venis puberulis; paniculis terminalib. foliatis; florib. corymbosis; pedicellis piloso-glandulosis. 4⌒ — Folia sesquipollicaria. Calyx glanduloso-pilosus, segmentis ovatis acutis. Corolla lutea. Ovarium glanduloso-pilosum. — *C. flexuosae* affinis videtur. — Crescit locis temperatis prope Succhubamba et Ayavaca Peruvianorum.

23. C. **ROTUNDIFOLIA** H. B. Kth. l. c. 382. † — Kth. l. c. 135. — G. Don l. c. no. 22. — Caule herbaceo simplici 1-3-floro foliisq. tenuissime pubescentib. petiolatis subrotundis obtusis grosse crenatis convexis crassis. ⊙ — Folia sesquipollicaria. Calyx pilosus, segmentis ovatis acutis. Corolla lutea, fauce pilosa. — In frigidis Parami Guamani inter Chulucanas et Guancabamba Peruvianorum.

24. C. **SIBTHORPIOIDES** H. B. Kth. l. c. † — Kth. l. c. — G. Don l. c. no. 23. — Caulib. herbaceis procumbentib.; ramis hispido-pilosis; foll. petiolatis ovato-subrotundis acutiusculis cordatis crenato-incisis, utrinq. piloso-hirtis; florib. terminalib. corymbosis; pedunculis glanduloso-pilosis. 4 — Folia membranacea. Calyx glanduloso-pilosus, segmentis ovato-oblongis obtusis; corolla lutea. — Crescit locis gelidis montis Gualgayac prope fodinas Micuipampenses in Peruvia.

25. C. **SAXATILIS** H. B. Kth. l. c. † — Kth. l. c. — G. Don l. c. 604. no. 24. — Caule herbaceo erecto; ramis villoso-pilosis; foll. breviter petiolatis ovatis obtusiusculis, basi rotundatis subcordatis inciso-crenatis, supra hirtis, subtus incano-tomentosis; corymbis terminalib., pedicellis pilosis. 4 — Folia 9-10-pollicaria; flores magnitudine illorum *C. pinnatae*, cuprei. Calycis segmenta ovata acuta. — Crescit locis saxosis montis Chimborazo in summa planitie Sisgun.

26. C. **LANCIIFOLIA** H. B. Kth. l. c. 383. † — Kth. l. c. — G. Don l. c. no. 25. — Caule herbaceo suberecto ramisq. pilosis; foll. petiolatis ovatis acutis, basi truncato-rotundatis subcordatis, grosse serrato-crenatis, utrinq. adpresse pilosis, subtus albidis; pedunculis terminalib. subgeminis pilosis. 4 — Folia pollicaria v. sesquipollicaria. Calyx pilosus, segmentis rotundato-ovatis acutis. Corolla magna lutea glabra. — A *C. bicolori* aegre distinguenda. — Crescit prope urbem Quito.

27. C. **OVATA** Sm. Icon. inedit. 1. t. 3. — Vahl, Enum. pl. I. 182. — G. Don l. c. no. 26. — Erecta ramosa, pilis longis albis vestita: foll. ovatis obsolete crenatis v. serratis, breviter petiolatis; pedunculis geminatis filiformib. foliisq. longioribus. ⊙ — Rami inferiores oppositi, superiores alterni, dichotomi. Folia pollicaria obsolete crenata v. integerrima. Corolla parva. — *C. integrifolia* Linn. Suppl. 86.

---

*) *C. INFLEXA Rz. et Pav. l. c. — Foll. ovatis acutis crenulatis; pedunculis inflexis 3-4-floris.* 4⌣ — *Planta suffruticosa scandens. Caulis ramosissimus teres, cortice scabriusculo tenui secedente tectus, tandem ferrugineo-purpurascens, laevis nitidulus, rami brachiati inflexi; folia petiolata ovata acuta e medio ad apicem crenulata, saepe horizontaliter deflexa patentia, subtus venosissima subincana, petioli connati; pedunculi axillares et terminales brachiati inflexi longi 4- (saepe 3-)flori; pedicelli subaequales umbellati, folia 2 ovata sub quavis umbella; calyx quadripartitus lutescens, laciniis lateralibus vix latioribus; corolla luteo-aurea; filamenta duo lineari-subulata, longitudine labii superioris. — In Cantae praeruptis crescit (in Peruvia).*

(nec Syst.) — *C. dichotoma* Lam. Illustr. gen. I. 52. — *C. biflora* Rz. et Pav. Flor. Peruv. I. 16. † t. 20. fig. a. — Crescit in Peruvia.

28. C. BICRENATA Rz. et Pav. l. c. 15. † t. 23. fig. b. — G. Don l. c. no. 27. — Erecta ramosa: foll. breviter petiolatis ovatis duplicato-serratis v. crenatis, infra tomentosis; pedunculis axillarib. terminalibq. corymbosis, ad basin foliis geminis instructis, pedicellatis umbellatis pilosis inaequalibus. ☉ — Herba annua bipedalis: caulis teres; folia rugosa, superiora serrata. Petioli connati hirsuti. Pedicelli numerosi hirsuti. Calyces villosi. Corolla lutea, calyce duplo major. — Crescit in Peruvia in nemoribus ad Cuchero.

29. C. HETEROPHYLLA Rz. et Pav. l. c. 16. † t. 21. fig. b. — G. Don l. c. no. 28. — Pilosissima erecta: foll. petiolatis ovato-ellipticis subcordatis serratis; pedunculis longissimis dichotomis. ♃ — Planta herbacea hirsutissima. Villi ferruginei biformes, longiores setosi articulati, breviores glandula terminati. Radix fibrillosa. Caulis erectus pedalis quadrangularis ramosus. Rami erecto-patuli purpurascentes. Folia petiolata patentia ovata elliptica subcordata oblonga subrotundaque serrata, saepe duplicato-serrata, subtus venosissima. Pedunculi terminales et ex axillis superioribus, viscosi, pedicellis longissimis dichotomis unifloris, 2 ex dichotomia inferiori inaequalibus, reliquis solitariis. Calyx striatus patentissimus. Corolla lutea semiaperta glabra; stamina exserta. — In Peruviae sylvis (Muña).

30. C. LOBATA Cav. Icon. et descr. pl. V. 20. t. 443. fig. 1. — G. Don l. c. no. 29. — Erecta: foll. cordatis lobatis serratis, infra tomento piloso vestitis; caule dichotomo rubro piloso; pedunculis terminalib. quaternis, 2 centralib. unifloris, lateralib. duobus trifloris. ♃ — Folia petiolata villosa quinqueloba, supra villosa, lobis brevibus. Petioli pilosissimi, folio parum longiores. Segmenta calycina ovata trisulcata. Corolla lutea, labium inferius longitudinaliter lineatum magnum. — Crescit locis siccis in Peruvia.

** *Suffruticosae: foliis oppositis.*

31. C. LANATA H. B. Kth. Nov. gen. et spec. plant. II. 383. † — Kth. Synops. plant. aequinoct. II. 136. — G. Don l. c. no. 30. — Suffruticosa, densissime albo-lanata: foll. petiolatis deltoideo-ovatis acutis leviter cordatis duplicato-crenatis; corymbis terminalib. fastigiatis. ♄ — Folia 2-3-pollicaria. Corolla magna lutea glabriuscula. — *C. bicrenatae* affinis. — Crescit locis temperatis regni Quitensis inter Alausi et Pomalacta.

32. C. STRICTA H. B. Kth. l. c. 380. † — Kth. l. c. 133. — G. Don l. c. no. 31. — Fruticosa (?): ramis strictis, juniorib. glutinosis; foll. petiolatis lanceolato-oblongis valde acuminatis, basi angustatis denticulatis glabris; corymbis terminalib. subdichotomis, pedicellis glutinosis. ♄? ♃? — Rami glabri rubescentes, juniores viscosi. Folia glabra, infra pallidiora subviscosa quadripollicaria. Corolla lutea glabra; ovarium glabrum. — Crescit locis temperatis inter flumen Vinajacu et urbem Loxae Novo-Granatensium.

33. C. PADIFOLIA H. B. Kth. l. c. † — Kth. l. c. 134. — G. Don l. c. no. 32. — Fruticosa: ramulis subglutinosis; foll. petiolatis oblongis aut ovato-oblongis acuminatis, basi acutis dentatis glabris; florib. terminalib. corymbosis; pedicellis subglutinosis. ♄ — Rami tetragoni nitidi glabri. Folia subbipollicaria, infra pallidiora. Segmenta calycina ovata acuta. Corolla lutea capsulaque glabra. — *C. deflexa* Willd. Hb. — Crescit prope pagum Ayavaca Peruvianorum.

34. C. FERRUGINEA Moris, Memorie di Torino XXXVIII. 137. † t. 46. — Caule suffruticoso elato glabro rigido ramoso; foll. oppositis lanceolato-linearib. obtusiusculis in petiolum attenuatis obtusiuscule denticulatis, superne glabris, inferne ferrugineis reticulato-venosissimis lacunosis; panicula terminali laxa, ramis subcorymbosis; pedunculis unifloris. ♄ — Crescit in Chili.

35. C. BERTERI Moris l. c. 138. — Caule suffruticoso erecto ramoso glabriusculo; ramis strictis; foll. oppositis ovato-lanceolatis in petiolum attenuatis acutis serratis glabris, subtus pallidiorib.; paniculis terminalib., ramis subcorymbosis. ♄ — Crescit in Chili.

36. C. DEFLEXA Rz. et Pav. F. Peruv. I. 18. † t. 30. fig. b. — G. Don l. c. no. 33. — Fruticosa: ramulis viscosis purpureis; foll. ovato-lanceolatis serratis, infra canescentib.; pedunculis axillarib. terminalibq., pedicellis umbellatis villosis. ♄ — Caulis biulnaris teres glaber ramosus. Rami erecto-patuli, juniores viscoso-resinosi villosuli. Folia deflexa breviter petiolata ovato-lanceolata acuta, supra lucida, subtus albicantia, serrulata, summa integerrima, petiolis connatis; pedunculi axillares et terminales longi umbellato-dichotomi 4-5-flori, foliolis duobus lanceolatis suffulti, pedicelli inaequales, flores nutantes; corolla luteo-crocea, labio inferiori ventricoso incurvo. — In Peruviae provincia Caxatambo ad torrentes.

37. C. VISCOSA Rz. et Pav. l. c. † t. 30. fig. a. — G. Don l. c. no. 34. — Tota resinoso-viscosa fruticosa: foll. petiolatis ovatis acutis serratis, infra canescentib.; pedunculis axillarib. et terminalib., pedicellis umbellatis; calycib. tomentosis. ♄ — Caulis ramosus erectus teres, rami compressiusculi obsolete tetragoni. Folia subtus venosa albicantia, aliquando biserrata. Pedicelli laterales triflori, intermedii uniflori tomentosi compressi; corolla luteo-pallida, extus leviter pubescens. — Folia trita *Teucrium Marum* redolent et amarissimo sapore sunt praedita. — Crescit in Andibus Peruvianis provinciarum Canta et Tarma.

38. C. FLEXUOSA Rz. et Pav. l. c. 17. † t. 26. fig. a. — G. Don l. c. no. 35. — Fruticosa, glanduloso-villosa: ramis flexuosis; foll. cordatis inaequaliter et obtuse crenatis, petiolatis remotis, supra asperis, subtus venosis; pedunculis axillarib. terminalibq. multifloris, pedicellis umbellatis. ♄ — Villosa, villis articulatis glanduliferis. Caulis erectus teres ramosus asper, rami consimiles flexuosi. Pedunculi longi trifidi umbellati 7-11-flori. Calycis laciniae patentes, lateralibus latioribus. Corolla lutea. Filamenta labii superioris longitudine, post pollinis effusionem deflexae. — In praeruptis Cantae in Peruvia crescit.

39. C. NIVALIS H. B. Kth. l. c. 381. † — Kth. l. c. 134. — G. Don l. c. no. 36. — Fruticosa: ramis foliisq. glabris petiolatis ovatis acutis, basi acutiusculis crenato-serratis subcoriaceis, subtus flavescentib.; corymbis terminalib.; florib. umbellato-fasciculatis; pedicellis hirtellis. ♄ — Folia 9-11 lineas longa, petioli pilosi. Calyx pilosus, segmentis ovatis acutis. Corolla lutea glabra. Capsula glabra. — *C. fasciculata* Willd. Hb. ex Lnk. Jhrbch. der Gewchsknd. I. 3. p. 53. — Crescit locis frigidissimis nivosis in monte Assuay prope Los Paredones et planitiem El Pullal in regno Quitensi.

40. C. SCABRA Rz. et Pav. l. c. 19. † t. 29. fig. a. — G. Don l. c. no. 37. — Fruticosa hispida ferruginea: foll. subsessilib. oblongis venoso-lineatis dentatis hispidis; pedunculis axillarib. terminalibq. solitariis unifloris folia aequantibus. ♄ — Caules tripedales plures virgati teretes purpureo-ferruginei ramosi, superne dichotomi. Rami leviter striati breves axillares. Folia approximata subsessilia rugosa patentia, marginibus revolutis. Pedunculi ex axillis superioribus, fere corymbum efficientes. Corolla lutea parva. — Crescit in Peruvia in praeruptis Tarmae et Muliae.

41. C. HERBERTIANA Lindl. Bot. Regist. t. 1313. † — G. Don l. c. 605. no. 38. — Caule fruticoso ramoso; foll. oblongis rugosis crenatis pubescentib., utrinq. concolorib.; pedunculis terminalib. corymbosis pilosis; corollae labello cuneato obtuso. ♄ — Caulis pilosus. Folia inferiora ovato-oblonga obtusa petiolata, superiora sessilia. Corollae labium inferum maximum. Corolla lutea, intus maculata. — *β. parviflora* Lindl. Bot. Regist. t. 1576. — Crescit in Chili.

42. C. MORISII Wlprs. mss. — Caule fruticoso rigidiusculo ramoso, lana demum decidua vestito; foll. oppositis subsessilib. ovato-lanceolatis, basi dilatatis, sursum attenuatis obtusiusculis serrulatis, superne glabriusculis, inferne cinereo-puberulis cum foliis 5-6 lineas longis commixtis; panicula terminali subsimplici foliosa; pedicellis 1-floris. ♄ — *C. salicifolia* Moris, Memorie di Torino XXXVIII. 139. (nec Rz. et Pav.) — Crescit in Chili.

43. C. MOLLISSIMA Wlprs. Nov. act. acad. Caes. Leopold. Carol. nat. curios. XIX. Suppl. I. 396. — Fruticulosa: ramis virgatis pilosiusculis; foll. petiolatis ovatis,

basi longe cuneatis obtusis, remote serrato-dentatis, utrinq. densissime tomentosis, summis sessilib. cordato-ovatis integerrimis v. denticulatis; florib. umbellato-corymbosis luteis. ♁ — Fruticulus pedalis. Folia inferiora 2½ pollices longa, pollicem lata, summa 8 lineas longa, 5 lineas lata. Labium corollae inferius obovato-globosum elongatum. Calycis laciniae ovatae acuminatae. — Crescit in Chili ad urbem Valparaiso.

44. C. PULVERULENTA Rz. et Pav. l. c. 19. — G. Don l. c. no. 39. — Fruticosa: ramis scabro-pulverulentis canescentib.; foll. breviter petiolatis oblongo-lanceolatis dentato-serratis; pedunculis axillarib. solitariis, plerumque quadrifloris. ♁ — Crescit in Peruviae provincia Canta.

45. C. SALICIFOLIA Rz. et Pav. l. c. 18. † t. 19. fig. b. (nec Moris.) — G. Don l. c. no. 40. — Fruticosa glaberrima: foll. ovato-lanceolatis serratis nitidis, supra viscosis, infra rugosis canescentib.; pedunculis terminalib. geminatis; pedicellis quaternis, intermediis unifloris, lateralib. trifloris. ♁ — Caulis sexpedalis erectus teres ramosus fragilis, duplici cortice tectus, exteriori cinereo membranaceo rimoso, interiori rimoso. Rami brachiati obsolete tetragoni teneri viscoso-resinosi. Folia patentia v. deflexa *Salviae officinalis* instar, duo sub singulis umbellis umbellulisque serrata integerrimaque. Calycis laciniae in fructu deflexae. Corolla maxima sulphurea pubescens, villis glanduliferis. — Crescit copiose in Peruviae praeruptis et umbrosis ad Huassahuassi, Huanuco et Pillao.

46. C. CUNEIFORMIS Rz. et Pav. in Willd. Herb. no. 399., Flor. Peruv. 19. † t. 27. fig. b. — G. Don l. c. no. 41. — Wlprs. Nov. act. acad. Caes. Leopold. Carol. nat. curios. XIX. Suppl. I. 395. — Fruticosa: ramis scabris ferrugineis; foll. approximatis cuneiformi-ovatis profunde serratis, supra venoso-lineatis, infra piloso-tomentosis; corymbis terminalibus. ♁ — Planta bipedalis hirsuta. Rami brachiati breves divisi, superne dichotomi scabri ferruginei. Folia superne inciso-serrata, margine leviter reflexa. Pedunculi terminales trifidi, pedicellis unifloris. Calycis laciniae ovatae acutae lutescentes. Corolla lutea; semina fulva.

β. canescens Wlprs. l. c. — Foll. utrinque molliter pubescentibus cinereis. — *C. foliosa* Meyen mss. — Crescit in Peruvia (Chuquito, Arequipa).

47. C. INVOLUTA Rz. et Pav. l. c. 15. † t. 23. fig. a. — G. Don l. c. no. 42. — Fruticosa: foll. breviter petiolatis ovatis acutis serratis glabris; pedunculis axillarib. terminalibq. unifloris; corolla involuta. ♁ — Planta tripedalis glabra, caulis erectus teres ramosus; folia rugosa. Calyx reflexus. Corolla involuta calycem semitegens. — Crescit in sylvis Panatahuas in Peruvia.

*** *Fruticosae: foliis oppositis ternisque verticillatis.*

48. C. BICOLOR Rz. et Pav. l. c. 16. † t. 25. fig. b. — Lodd. Bot. Cabinet t. 1783. — G. Don l. c. no. 43. — Fruticosa: foll. oppositis ternisq. verticillatis ovatis biserratis rugosis; pedunculis axillarib. terminalibq. subdichotomis. ♁ — Caulis biulnaris erectus teres ramosissimus; rami subdependentes obtuse quadrangulares lignosi fragiles ferrugineo-purpurei. Folia patentia ovato-cordata acuta duplicato-serrata rugosa venosissima. Pedunculi umbellato-subdichotomi multiflori, pedicelli glanduloso-villosi inaequales tenues. Corolla e medio ad basin alba, superne aureo-sulphurea. — Crescit in praeruptis Cantae in Peruvia.

49. C. DIFFUSA Lindl. Bot. Regist. t. 1374. † — G. Don l. c. no. 44. — Suffruticosa, procumbens: foll. cordato-ovatis grosse duplicato-serratis petiolatis oppositis ternatisve, subtus incanis, florib. terminalib. axillaribusque corymbosis. ♁ — Ramuli foliaque pubescentes. Pedicelli pilosi. Corollae labium inferum supra superum inflexum, basi album, apice luteum. — Forte eadem ac *C. bicolor* Rz. et Pav. — *C. bicolor* Grah. Edinbg. New Phil. Journ. 1830. Oct. 366. nec Rz. et Pav. — Habitat in Peruvia.

50. C. UNIFLORA Rz. et Pav. l. c. 16. † t. 20. fig. c. — G. Don l. c. no. 45. — Fruticosa ramosissima: foll. breviter petiolatis oppositis ternisq. verticillatis ovatis serratis pubescentib.; pedunculis axillarib. solitariis unifloris, medio foliis 2 integerrimis instructis. ♁ — Caulis suffruticosus quadripedalis ramosissimus teres;

rami juniores pubescentes, altero latere atro-purpurei. Folia juniora subtus tomentosa. Pedunculi axillares solitarii, terminales quaterni filiformes longi uniflori, ad medium diphylli, foliolis utrinque pubescentibus. Calyx pubescens. Corolla lutea. — Crescit in umbrosis Tarmae in Peruvia.

51. C. DENTATA Rz. et Pav. l. c. 18. † t. 29. fig. b. — G. Don l. c. no. 46. — Fruticosa: ramulis pilosis; foll. oppositis ternisq. verticillatis ovatis argute et duplicato-serratis, adultiorib. glabris; pedunculis terminalib. geminis bifidis, pedicellis in bifurcationibus unifloris, pedicellis reliquis racemosis secundis. ♄ — Planta tripedalis hirsuta viscosa; caulis ramosissimus teres; rami virgati teretes, inferne glabri. Foliorum denticuli acuti, folia adulta glabra. Pedunculi terminales corymbosi, pedicellis tenuibus flexuosis. Corolla lutea glabra. Semina fulva. — Folia sapore amariusculo (cortici Peruviano accedenti) praedita sunt. — Crescit in sylvis ad Conceptionem Chilensium.

52. C. VIRGATA Rz. et Pav. l. c. 20. † t. 31. fig. a. — G. Don l. c. no. 47. — Fruticosa: ramis virgatis pubescentib.; foll. breviter petiolatis oppositis ternisq. verticillatis ovatis obtuse serratis pubescentib.; pedunculis axillarib. terminalibq. multifloris. ♄ — Planta suffruticosa, *Melissae Calaminthae* habitu; caulis bipedalis erectus teres ramosissimus; rami erecti oppositi ternique inaequales fragiles, juniores purpurascentes leviter pubescentes. Pedunculi dichotomi filiformes graciles pubescentes quadriflori, saepe 5-8-flori, terni quaternive, axillares solitarii, pedicellis unifloris v. aliquando bifloris. Corolla parva lutea, ore punctis purpureis maculato, ad basin villosa, ultra basin linea transversali purpurea. — Crescit in Peruvia prope Cantam.

53. C. ANGUSTIFLORA Rz. et Pav. l. c. 17. † t. 28. fig. a. — G. Don l. c. no. 48. — Lindl. Bot. Regist. t. 1742. † — Fruticosa: foll. breviter petiolatis oppositis ternisve verticillatis ovato-lanceolatis argute serratis pubescentib.; pedunculis axillarib. terminalibq. oppositis v. ternis verticillatis, plerumq. quadrifloris folio breviorib.; corollae labio superiori ad basin valde angustato. ♄ — Caulis bipedalis erecto-patulus teres ramosissimus helvolus; rami oppositi ternique fragiles teretes, juniores hirsuti purpurascentes. Folia tenuia venosa, utrinque pubescentia, foliola sub quatuor pedicellis opposita lanceolata integra. Pedicelli graciles subaequales. Corolla parva lutea, basi interius punctis purpureis maculata angustissima. — Crescit in Peruvia ad vicum Obrajillo.

54. C. VERTICILLATA Rz. et Pav. l. c. 17. — G. Don l. c. no. 49. — Fruticosa glabra: foll. ternis verticillatis cordatis acutis serratis, breviter petiolatis; pedunculis quadrifloris axillaribus. ♄ — Caulis orgyalis teres ramosus; rami erecto-patuli paleacei coloris. Folia omnia verticillata. Sub singulis binis pedicellis folium unicum. Corolla lutea. — Crescit in Peruviae provincia Canta in praeruptis ad Quive.

55. C. TERNIFLORA Cav. Icon. et descript. pl. V. 30. t. 450. fig. 2. — G. Don l. c. no. 50. — Fruticosa: foll. petiolatis ternis verticillatis ovato-lanceolatis serratis; pedunculis axillarib. terminalibq. trifloris. ♄ — Caulis fuscescenti-violaceus; rami terni verticillati. Folia glauca, superiora sessilia, gemina ad basin pedicellorum. Calyx quam in praecedente major. Corollae labium inferum basi attenuatum. — Forte a *C. glauca* haud satis differt. — Crescit in Peruvia.

56. C. GEMELLIFLORA Cav. l. c. 30. t. 450. fig. 1. — G. Don l. c. no. 51. — Fruticosa: foll. petiolatis ternis verticillatis ovatis serratis glaucis subsessilib.; pedunculis axillarib. terminalibq. bifloris, folio brevioribus. ♄ — Caulis ramosus. Folia acuta glauca, ad basin pedicellorum geminata. Corollae labium inferum versus faucem attenuatum. — Forte a *C. angustiflora* haud satis differt. — In Peruvia crescit.

57. C. MULTIFLORA Cav. l. c. 29. t. 449. — G. Don l. c. no. 52. — Fruticosa villosa: foll. ternatis verticillatis ovatis serratis subsessilib.; pedunculis ramosis terminalib. paniculatis. ♄ — Rami obscure purpurascentes. Folia basi subcordata. Panicula pedalis. Calycis segmenta trinervia. Corollae labium inferum faucem versus coarctatum. — Crescit in Peruvia prope Limam.

58. C. GLAUCA Rz. et Pav. l. c. 17. † t. 27. fig. c. — G. Don l. c. no. 53. — Fruticosa: foll. oppositis ternisq. verticillatis lanceolatis inaequaliter serratis; pedunculis ternis quaternisve umbellatis trifloris, ad basin foliis anguste lanceolatis instructis. ♁ — Caulis tripedalis ramosissimus teres. Rami erecti terni oppositiq. lignosi fragiles teretes, juniores leviter pubescentes purpurascentes. Folia patentia venosa, utrinque leviter pubescentia, supra glauca, serraturis aliquando interruptis. Corolla sulphurea, saepe ad basin interiorem punctis purpureis maculata. Capsula parva. — Crescit in Peruviae provincia Canta ad vicum Obrajillo.

59. C. TRIFIDA Rz. et Pav. l. c. † t. 26. fig. b. — G. Don l. c. 606. no. 54. — Fruticosa: foll. cordato-ovatis obtuse serratis, infra canescentib., inferiorib. oppositis petiolatis, superiorib. ternis verticillatis sessilib. glanduloso-villosis; pedunculis axillarib. terminalibq. 3–8-floris. ♁ — Caulis 2–3-pedalis erectus ramosus glaber teres; rami juniores leviter tomentosi. Folia crenato-serrata, supra leviter pubescentia, subtus canescentia, villis glanduliferis. Pedunculi axillares et terminales solitarii longi trifidi umbellati, pedicelli intermedii uniflori. Corolla lutea. — Habet vires febrifugas et antisepticas. — In Peruviae umbrosis ad Chuchin.

§. 5. *Foliis oppositis serratis v. dentatis petiolatis, petiolis membranaceo-alatis; caule folioso.*

60. C. PLECTRANTHIFOLIA Wlprs. Nov. act. acad. Caes. Leopold. Carol. nat. curios. XIX. Suppl. I. 395. † — Fruticosa ramosa: foll. confertissimis imbricatis ovatis acuminatis serrato-dentatis, basi attenuatis, petiolis basi dilatatis ochreatim connatis glabris; florib. corymbosis. ♁ — Fruticulus ultra semipedalis glaber. Folia 1½-pollicaria, semipollicem lata, petioli dilatati membranacei, basi in ochream latam persistentem amplexicaulem connati, lamina reticulato-venosa rugosa, secus nervos infra ferruginea puberula. Flores corymbosi, corymbis dichotomis. Folia in dichotomia prima lanceolata integra sessilia. Flores sulphurei, labium inferum globosum integrum inflatum, superum minimum. — Crescit in Peruvia (Arequipa).

61. C. PERFOLIATA Linn. Suppl. 86. — Sm. Icon. inedit. I. 4. t. 4. — Rz. et Pav. Flor. Peruv. I. 15. † t. 21. fig. a. — Mutis, Americ. I. t. 3. — H. B. Kth. Nov. gen. et spec. pl. II. 384. † — Kth. Synops. pl. aequin. II. 136. — G. Don l. c. 606. no. 55. — Herbacea: ramis pilosis; foll. triangulari-sagittatis acutis duplicato-serrato-incisis, supra hirtis, subtus tomentoso-pubescentib. et incanis, petiolis membranaceo-alatis connatis; corymbis terminalib. subdichotomis; pedicellis pilosis. ♃ — Folia sesqui-bipollicaria. Corolla lutea glabra. Ovarium pilosum. — Planta a Ruizio et Pavonio glanduloso-villosa viscosa foliisque spathulato-sagittatis describitur. — Crescit locis lapidosis Peruviae (Muña, Chuncao etc.)

62. C. TOMENTOSA Rz. et Pav. l. c. 15. † t. 22. fig. b. — G. Don l. c. no. 56. — Herbacea: ramis pubescentib.; foll. spathulato-cordatis inaequaliter serratis, infra tomentosis, petiolis membranaceo-alatis connatis; corymbis terminalib. pubescentibus. ♃ — Caulis quadripedalis erectus teres glaber. Folia supra leviter pubescentia rugosa, petiolis connatis alatis serratis. Pedunculi lutei 6–8-flori, pedicellis umbellatis. Calyces viridi-lutescentes. Corolla lutea magna. — Maximam affinitatem cum *C. perfoliata* habet. — Crescit in umbrosis Tarmae, Muñae, Cuchero et Huassahuassi in Peruvia.

63. C. PETIOLARIS Cav. Icon. et descript. pl. V. 30. t. 445. — G. Don l. c. no. 57. — Herbacea ramosa pubescens; foll. inferiorib. in petiolum alatum attenuatis duplicato-dentatis, superiorib. ovatis subcordatis sessilib. connatis dentato-serratis, floralib. integerrimis; racemis solitariis axillarib. v. geminatis terminalib. v. etiam ternis; pedicellis, calycib. ovariisq. glanduloso-villosis; corollae labiis ambobus subaequalibus. ♃ — Planta apicem versus magis pubescens viscosa. Folia 7-pollicaria, 4 pollices lata ovata acuminata. Pedunculi communes infra medium bifidi, ramis iterum bifidis. Corolla pallide lutea puberula. — *C. connata* Hook. Bot. Magaz. t. 2876. — Loddig. Bot. Cabin. t. 1807. — *C. floribunda* Lindl. Bot.

Regist. t. 1214. (nec H. B. Kth.) — *C. paniculata* Herbert mss. — *Baea alata* Pers. Enchir. I. 15. — Crescit in America australi (Guayaquil).

64. C. RUGOSA Rz. et Pav. l. c. 19. † t. 28. fig. b. — Loddig. Bot. Cabin. t. 942. — G. Don l. c. no. 58. — Fruticosa: foll. lanceolatis inaequaliter serratis rugosis pubescentib., petiolis alatis connatis; corymbis terminalibus. ♄ — Planta suffruticosa pubescens *Salviae officinalis* habitu, bipedalis erecta ramosa. Caules teretes. Folia bidentata rugosa, subtus venosissima. Pedunculi terminales et axillares dichotomi multiflori subcorymbosi; flores sulphurei. — *Calceolaria Salviae folio* Feuill. Peruv. III. 13. t. 7. — *C. integrifolia* Linn. Spec. plant. I. 49. — *C. scabiosaefolia* Nee. — Crescit ad Conceptionem Chilensium.

65. C. ROBUSTA Alb. Dietr. in Otto et Dietr. Allgem. Gartenzeitng. I. 73. — Fruticosa: foll. oblongis, basi attenuatis connatisq. irregulariter crenatis rugosis, subtus subalbidis; caule calycibq. viscoso-pubescentib.; paniculis terminalib. pedunculatis. ♄ — Crescit in Chili prope Valparaiso.

66. C. ARACHNOIDEA Grah. Edinbrgh. Philos. Journ. 1828. p. 372. — Lindl. Bot. Regist. t. 1454. — Hook. Bot. Magaz. t. 2874. — Loddig. Bot. Cabin. t. 1557. — Rchb. Flor. exotic. t. 290. — G. Don l. c. no. 59. — Caule herbaceo ramoso patente foliisq. cum pedunculis, pedicellis, calycib. ovariisq. arachnoideo-lanatis; foll. lingulato-oblongis parum dentatis in petiolum longe alatum attenuatis, petiolis basi concretis; pedunculis terminalib. geminatis elongatis dichotomis. ♄ — Folia cum petiolis quinquepollicaria rugosa, folia 2 suprema minora sessilia cordato-ovata, ad pedunculorum insertionem sita. Corolla concolor obscure purpurea.

β. lanata Wlprs. Nov. act. acad. Caes. Leopold. Carol. nat. curios. XIX. Suppl. I. 307. — Foll. minorib. niveo-lanatis; pedunculis aphyllis paucifloris. — In Chili ad Rio Maypu crescit.

γ. refugens Sweet, Brit. flow. gard. (New Ser.) III. t. 227. — *C. tinctoria* Gillies mss. — Varietates plurimae hybridae hortenses ex hac aliisque speciebus ortae occurrunt. — Crescit in Chili.

67. C. INTEGRIFOLIA Linn. Act. Holmiens. 1770., Syst. pl. I. 61. — G. Don l. c. no. 60. — Fruticosa: foll. ovato-lanceolatis v. lanceolatis denticulatis rugosis opacis, infra ferrugineis, petiolis alatis connatis; caule calycibq. pubescentib.; paniculis terminalib. corymbosis pedunculatis. ♄ — Corolla lutea.

β. integrifolia Hook. et Arn. Bot. Beech. voy. 39. — Foll. ovato-lanceolatis argute serrulatis. — *C. integrifolia* Lindl. Bot. Regist. t. 744. — *C. rugosa* Hook. Exotic. Flora II. t. 99., Bot. Magaz. t. 2523. (nec Rz. et Pav.) — *C. salviaefolia* Pers. Enchirid. bot. I. 15. — Cham. et Schlchtd. Linnaea II. 565. — *Chacaul* Feuill. Peruv. III. 13. t. 7. — Crescit in Chili.

γ. angustifolia Lindl. Bot. Regist. t. 1083. — Foll. utrinq. attenuatis grosse denticulatis; paniculis longe pedunculatis. — *C. rugosa β. angustifolia* Wlprs. Nov. act. acad. Caes. Leopold. Carol. nat. curios. XIX. Suppl. I. 307. — *C. ferruginosa* Knze. in Poepp. Coll. pl. Chil. no. 8. — In Chili ad Valparaiso.

δ. incisa: Foll. irregulariter fimbriato-dentatis. — *C. rugosa γ. incisa* Wlprs. l. c. — Crescit in Chili prope Valparaiso.

ε. viscosissima Hook. Bot. Magaz. t. 3214. — Suffruticosa viscido-glandulosa: foll. caulinis oblongis rugosis sessilib. cordatis v. amplexicaulib. v. connatis crenatis v. irregulariter denticulatis; paniculis confertis corymbosis; corollae labiis subaequalibus. — *C. viscosissima* Lindl. Bot. Regist. t. 1611. — *C. rugosa* var. *macrophylla* Hortor. — Crescit in Chili.

68. C. ASCENDENS Lindl. Bot. Regist. t. 1215. † — G. Don l. c. no. 61. — Caule suffruticoso ascendente glabro piloso; foliis ovatis petiolatis rugosis, denticulatis pubescentib., inferiorib. basi acutis; umbellis paucifloris subramosis longe pedunculatis. ♄? — Caulis pilosus. Folia superiora sessilia. Corolla magna aurantiaca. Calycis laciniae rotundatae tomentosae. — *C. integrifoliae* et *rugosae* valde affinis. — Crescit in Cordilleris Chilensibus.

69. C. CHILOENSIS Lindl. Bot. Regist. t. 1476. † — G. Don l. c. no. 62. — Caule glanduloso-piloso; foll. caulinis oblongo-lanceolatis undulatis argute dentatis, utrinq. pubescentib., superiorib. integerrimis; cymis multifloris; calycib. bracteisq. glanduloso-pilosis; corollis luteis. ♁ — *C. spectabilis* Knze. in Poepp. Coll. pl. Chil. no. 4. — Crescit in insula Chiloë ad oram regni Chilensis australem.

70. C. PISACOMENSIS Meyen, Reise um die Erde I. 409. — Wlprs. Nov. act. acad. Caes. Leop. Carol. nat. curios. XIX. Suppl. I. 396. — Caule erecto ramoso fruticoso; ramis glanduloso-villosis; foll. subsessilib. cordatis acuminatis grosse et irregulariter crenato-serratis, margine revolutis penninerviis, secus nervos glandulosis, supra scrobiculatis; corymbis dichotomis subumbellatis multifloris; corollae labio inferiori maximo orbiculari. ♁ — Folia 16 lin. longa, 8 lin. lata, petiolis (basi connatis) vix lineam longis, omnia serrato-crenata, suprema lanceolata. Pedunculus terminalis bifurcus, in quavis bifurcatione umbellam plurifloram gerens. Flores brunnei, diametro 7—8 linearum. — Valde affinis *C. Chiloënsi*. — In Peruvia (Arequipa) crescit.

71. C. POLIFOLIA Hook. Bot. Magaz. t. 2807. — Lindl. Bot. Regist. t. 1711. — G. Don l. c. no. 63. — Suffruticosa, undique albo-lanata: foll. ovatis v. oblongis crenatis, in petiolum attenuatis, petiolis basi connatis; pedunculis elongatis terminalib. dichotomis; florib. corymbosis. ♁ — Labium corollae superius parvum pallide luteum, inferum obscurius luteum. Calycis laciniae trinerves. — Crescit in Cordilleris Chilensibus.

§. 6. *Caule folioso, foliis distincte sessilibus.*

72. C. NITIDA Moris, Memorie di Torino XXXVIII. 230. — Caule suffruticoso erecto ramoso diffuso glabro; ramis striatis; foll. oppositis sessilib. nitidis ovato-lanceolatis, inferiorib. et caulinis remote serratis, superiorib. integerrimis; panicula terminali laxa foliosa, ramis subcorymbosis. ♁ — Habitat in Chili.

73. C. SESSILIS Rz. et Pav. Flor. Peruv. I. 18. † — Lindl. Bot. Regist. t. 1626. † — Sweet, Brit. flow. gard. (New Ser.) III. t. 220. — G. Don l. c. no. 64. — Suffruticosa: foll. lanceolatis acuminatis crenatis rugosis, infra canescentib.; corymbis paniculatis terminalib. dichotomis; corollae labiis subaequalib. ventricosis. ♁ — Caulis erectus teres bipedalis fragilis. Folia semiamplexicaulia incana. Pedunculi umbellati dichotomi. Pedicelli uniflori. Corolla lutea. — Crescit ad Conceptionem Chilensium.

74. C. CRENATA Lam. Encycl. méth. I. 556. — G. Don l. c. 607. no. 65. — Fruticosa: ramis villosis; foll. cordato-lanceolatis sessilib. crenatis, infra pilosis, supra villosis; pedunculis axillarib. terminalibq. folio longioribus, pedicellis calycibq. viscido-villosis; pedicellis sparsis subcymosis. ♁ — Folia sesquipollicaria illis *Rhinanthi Christae galli* haud dissimilia. — Crescit in Peruvia.

75. C. AMPLEXICAULIS H. B. Kth. Nov. gen. et spec. plant. II. 384. † t. 171. — Kth. Synops. plant. aequin. II. 136. — G. Don l. c. no. 66. — Suffruticosa: ramis pilosis; foll. amplexicaulib. ovato-oblongis acuminatis cordatis crenatis serratis; pedicellis piloso-hirtis; corymbis terminalib.; florib. umbellato-fasciculatis. ♁ — Folia infra pallidiora subtripollicaria, demum reflexa. Corolla lutea glabra. Ovarium glandulosum. — Praecedenti affinis et vix distincta est. — Crescit in ripa fluminis San Pedro inter Chillo et Conocoto.

76. C. FLORIBUNDA H. B. Kth. l. c. 385. † — Kth. l. c. — G. Don l. c. no. 67. — Suffruticosa: ramis pedicellisq. hirtello-glandulosis; foll. amplexicaulib. lanceolatis acuminatis cordatis denticulatis, subtus hirtellis; racemis bifidis paniculatis aut corymbosis; florib. subgeminis. ♁ — Folia supra glabriuscula viridia, infra pallidiora viscida, bipollicaria. Flores parvi subsecundi. Calyx villosus. Corolla glabra luteo-aurantiaca. Ovarium pilosum. — Crescit prope urbem Quito.

77. C. THYRSIFLORA Grah. Edinbrgh. Philos. Journ. Septbr. 1828. ex Hook. Bot. Magaz. t. 2915. — Loddig. Bot. Cabin. t. 1649. — G. Don l. c. no. 68. — Fruticosa ramosa viscosa glabra: foll. linearib., utrinq. attenuatis lineatis serrato-dentatis sessilib.; thyrsis terminalib. aggregatis; pedunculis compositis umbellatis. ♁ —

Rami scabri obsolete glandulosi. Folia 2 poll. longa, 2 lin. lata distincte serrata, dentibus reflexis. Flores lutei aggregati, extus glabri, intus puberuli. — Crescit in Chili circa Mendozam.

§. 7. *Folia integra vel integerrima; caule folioso.*

78. C. ROSMARINIFOLIA Lam. Dict. I. 556. — H. B. Kth. l. c. † — Kth. l. c. 137. — G. Don l. c. no. 69. — Suffruticosa volubilis: ramulis pilosiusculis; foll. sessilib., basi connatis linearib., apice angustatis, margine integerrimis et revolutis, subcoriaceis, supra glabris, subtus aureo-tomentosis; florib. umbellato-corymbosis paniculatim dispositis; pedicellis piloso-glutinosis. ♄ ∽ — Rami teretes violacei. Calyx pilosus viscosus. Corolla lutea glabra, labio inferiori magno. — *C. ferruginea* Cav. Icon. et descript. pl. V. 27. † t. 445. fig. 1. — Crescit in radicibus montis Chimborazo prope lacum Yanacoche.

79. C. GRAMINIFOLIA H. B. Kth. l. c. 386. † — Kth. l. c. — G. Don l. c. no. 70. — Suffruticosa erecta: ramis glabriusculis; foll. sessilib. linearib. angustato-acuminatis, margine integerrimis et revolutis, supra glabris et subglutinosis, subtus cano-tomentosis; corymbis terminalib. trifido-subdichotomis, pedicellis hirtellis. ♄ — Rami teretes ad nodos compressi. Folia 4–5-pollicaria, 2½ poll. lata. Calyx pilosus. Corolla glabra lutea. — Valde affinis praecedenti. — Crescit in regni Quitensis convalle Tarquensi.

80. C. LAVANDULAEFOLIA H. B. Kth. l. c. † — Kth. l. c. — G. Don l. c. no. 71. — Suffruticosa: ramulis hirtellis; foll. sessilib. linearib. obtusiusculis, margine integerrimis et revolutis, supra glabriusculis, subtus incano-tomentosis; florib. terminalib. corymbosis; pedicellis glutinosis. ♄ — Rami teretes. Folia 9–10 lineas longa, lineam v. sesquilineam lata. Corolla lutea glabra. — Differt a praecedente praesertim magnitudine foliorum. — Crescit in devexis montis ignivomi Pichinchae et Parami de Assuay altitudine 1500 hexapodum.

81. C. HYSSOPIFOLIA H. B. Kth. l. c. † — Kth. l. c. — G. Don l. c. no. 72. — Fruticosa: ramulis pedicellisq. hirtello-glutinosis; foll. subsessilib. anguste linearib. obtusiusculis, margine integerrimis et revolutis, utrinq. glabris, supra glutinosis; florib. terminalib. corymbosis. ♄ — Ramosissima. Rami teretes. Folia 9–10 lineas longa, infra pallidiora. — Distinguitur a specie praecedente foliis utrinque glabris. — *C. canescens* Bonpl. mss. in Willd. Herb. — Crescit ad radices montis Chimborazo juxta pagum Calpi et planitiem Luisa.

82. C. HELIANTHEMOIDES H. B. Kth. l. c. 387. † — Kth. l. c. 138. — G. Don l. c. no. 73. — Fruticulosa: ramis pedicellisq. canescenti-puberulis; foll. subsessilib. suboblongis, utrinq. acutis integerrimis glabris; florib. terminalib. subcorymbosis. ♄ — Folia oblonga v. lanceolato-oblonga 6–9 lineas longa, 2½–4 lineas lata, infra pallidiora. Pedicelli puberuli. Corolla lutea glabra. — Crescit locis frigidis Parami de Saraguru inter flumen Uduchapa et urbem Loxae Peruvianorum.

83. C. ERICOIDES Juss. in Vahl, Enum. pl. I. 190. — H. B. Kth. l. c. † — Kth. l c. — G. Don l. c. no. 75. — Fruticosa ramosissima microphylla: ramis confertis foliisq. utrinq. hirtellis sessilib. linearib., margine integerrimis et revolutis; pedunculis axillarib. terminalibq. 1–3-floris hirtis. ♄ — Folia 4–5 lineas longa. Corolla parva lutea puberula. Ovarium pilosum. — Crescit locis scopulosis montis ignivomi Pichinchae inter scopulum Tablahumae et Cataractam Cantunae in regno Quitensi.

84. C. LINEARIS Rz. et Pav. Flor. Peruv. I. 19. — G. Don l. c. no. 75. — Suffruticosa ramosissima: foll. linearib., margine integerrimis revolutisq. sessilib.; pedunculis axillarib. unifloris pubescentibus. ♄ — Caulis bipedalis teres fragilis. Folia sessilia, supra nitida, subtus albicantia. Calyces subtomentosi; corolla lutea. — In collium declivitatibus ad Ocopae collegium in Peruviae provincia Xauxa.

85. C. ARGENTEA H. B. Kth. l. c. 387. † t. 170. — Kth. l. c. — G. Don l. c. no. 76. — Fruticulosa albo-lanata: foll. petiolatis suboblongis, utrinq. acutis integerrimis; florib. terminalib. axillaribq. subsolitariis. ♄ — Rami purpurascentes. Folia 4–6 lineas longa. Corolla magna lutea glabra. — Crescit locis obnubilis Parmi de Guamani inter pagos Gualcaquillo et Guancabamba Peruvianorum.

86. C. LANCEOLATA Cav. Icon. et descript. pl. V. 27. t. 444. fig. 1. — G. Don l. c. no. 77. — Herbacea subramosa: foll. lineari-lanceolatis integerrimis, radicalib. petiolatis, caulinis sessilib., utrinq. acutis; pedunculis terminalib. solitariis uniforis. ♀ — Corollae luteae labium superum brevissimum, inferum longum, basi angustatum. — Crescit in insulis Maclovianis.

87. C. ALBA Rz. et Pav. Flor. Peruv. I. 19. † t. 27. fig. b. — G. Don l. c. no. 78. — Suffruticosa resinoso-viscosa simplex: foll. linearib. remote serratis; pedunculis racemosis dichotomis. ♀ — Planta tota *Rosmarinum officinale* redolet. Caules fragiles simplices aurei. Folia confertissima subconnata linearia angustissima (*Pini* habitu) denticulata margineque scabra, plurima ex singulis axillis fasciculata. Racemi terminales subpaniculati foliosi, pedunculi axillares solitarii foliorum fere longitudine. Pedicelli intermedii uniflori. Corolla alba. — Crescit locis aridis in regno Chilensi.

88. C. ALTERNIFOLIA Cav. l. c. 28. † t. 445. fig. 2. — G. Don l. c. no. 79. — Caule foliorumque pagina infera tomentosis; foll. alternis linearib., margine integerrimis revolutis; pedunculis axillarib. trifloris. ♃ — Folia sessilia vix pollicaria. Pedunculi versus ramorum apices dispositi, foliolis geminis ad basin pedicellorum. Corollae labium inferum versus basin angustatum. — Crescit in Peruvia.

† *Species a typo generis aliena.*

89. C. SINCLAIRII Hook. Icon. plant. t. 561. — Caule erecto pubescente; foll. elliptico-ovatis grosse duplicato-serratis scabris petiolatis; paniculis terminalib.; corollae pubescentis maculatae labiis concavis, superiore (minore) integro, inferiore obtuse trilobo, intus basi hirsutis. ♃? — Folia fere *Coryli*, pedunculi dichotomi, pedicelli gemini uniflori in dichotomia, ramuli biflori. Corolla aperta, obliqua valde accedens ad illam *Jovellanae* (3881.). — Crescit in Novae Zeelandiae insula Waihaki.

†† *Species minus notae.*

C. HYPOLEUCA Knze. in Poepp. Coll. pl. Chilens. I. no. 7. — Meyen, Reise um die Erde I. 224.

C. MIRABILIS Knwls. et Wstsc. The Floral Cabinet I. 35. t. 17. — (Forma hybrida.)

††† *Species e genere excludendae.*

C. PLANTAGINEA Sm. — JOVELLANA SCAPIFLORA.

C. PUNCTATA Vahl. — JOVELLANA PUNCTATA.

C. VIOLACEA Cav. — JOVELLANA VIOLACEA.

3883. SCROPHULARIA *Tournef.*

(Tournef. Instit. rei herb. 74. — Meisn. Gener. plant. vascul. I. 306. II. 217. — Linn. Spec. plant. 864. — Spr. Syst. veget. II. 783. — Wydler, Mémoires de la société de physique et d'histoire naturelle de Génève IV. p. 119—170. cum tabulis 5.)

Sectio I. VENILIA G. Don l. c. — (Wydler l. c. 145.)

Staminibus quatuor fertilibus, quinto deficiente styloque exsertis; capsulis oblongo-pyriformibus; calycis lobis profunde incisis; corollis flavis, lobis conniventibus brevibus. — (*Ceramanthe* Rchb. Flor. excurs. Germ. p. 376.)

§. 1. *Thyrso folioso.*

1. SCR. VERNALIS Linn. Spec. plant. 864. — Schkhr. Handbch. II. 197. t. 173. — Sm. Engl. bot. t. 367. — Hook. Flor. Londin. I. 70. — Flor. Danic. t. 411. — Waldst. et Kit. Plant. rar. Hungar. t. 73. — Wydler l. c. 145. — Koch, Synops. flor. Germ. (ed. 1.) 517. — Rchb. Flor. excurs. 376. no. 2557. — Foll. cordatis duplicato-crenatis pubescentib.; caule petiolisq. villosis; pedunculis axillarib. 3-7-floris; floribus corymboso-congestis; laciniis calycis oblongis acutiusculis immarginatis, apice recurvis. ♂ — Flores flavi in colorem virescentem vergentes. Folia superiora alterna minora. Magnitudo et forma bractearum variat. Calycis laciniae obtusae v. acutae post anthesin patentissimae pellucido-punctatae, punctis minutissimis. Ovarium glandulis stipitatis vestitum. — *Scrophularia flore luteo* C. Bauh. Prodr. 112. ic., Rivin. Monop. irreg. t. 107. fig. 2. — *Lamium Pannonicum*

secundum exoticum Clus. Histor. 38. ic. — *Scrophularia lutea magna amplis foliis* J. Bauh. Histor. III. 422. ic. — *Scrophularia lutea* Tabern. Kräuterbch. — *Scrophularia annua folio Lamii luteo* Moris. Oxon. Hist. 482. sect. 5. t. 8. fig. 2. — *Galeopsis altera luteo-pallida* Park. Theatr. 908. ic. no. 4. — *Scrophularia montana maxima latifolia* Barrel. Icon. t. 273. — *Scr. cordata* Waldst. et Kit. Plant. rar. Hungar. I. 75. t. 73. — *Scr. latifolia* Host, Flor. Austriac. II. 206. — Crescit in Europae humidis, praecipue montanis et in alpibus Caucasicis.

§. 2. *Thyrso aphyllo.*

2. SCR. CRITHMIFOLIA Boiss. Voyage bot. dans le midi de l'Espagne no. 1227. † — Glaberrima: caulib. basi lignosis opposite ramosis; ramis subangulatis; foll. coriaceo-carnosis, inferiorib. bi- aut tripinnatipartitis, laciniis remotis divaricatis, lobis lanceolato-cuneatis acutis mucronatis, superiorib. pinnatifidis, laciniis linearib. dentatis; paniculae glandulosae glandulis brevissime stipitatis; pedicellis brevissimis minutissime bracteolatis; calycis laciniis subrotundis obtusissimis late membranaceo-marginatis; corollae appendice nullo; staminib. valde exsertis; capsulis globoso-depressis. ♃

β. alpina: statura minori follisq. omnib. radicalibus. — In Hispania meridionali.

3. SCR. ORIENTALIS Linn. Spec. plant. 864. — Schkhr. Handbch. II. 196. t. 173. — Wydler l. c. † — G. Don l. c. no. 3. — Glabra: foll. inferiorib. pinnatifido-incisis, superiorib. lanceolatis, omnib. regulariter arguteq. serratis; pedunculis subverticillatis; calycis lobis membranaceis ovatis. ♃ — Caulis 3-4-pedalis glaber ramosus 6-8-angularis. Rami axillares terni v. quaterni verticillati. Folia terna v. quaterna verticillata, inferiora basi pinnatifida v. appendiculata, segmentis petiolulatis, omnia acuminata. Pedunculi terni v. quaterni subverticillati, interdum alterni 2-3-fidi, pedicellis alternis. Bracteae interdum verticillatae. Calycis lobi post anthesin clausi et paullo accrescentes. Corolla extus luteo-viridis, intus longitudinaliter purpureo-striata, lobis labii superioris aliis brevioribus involutis, uti lobi laterales. Stylus staminibus longior. Stigma subsimplex pilosum. Capsula oblonga conica acuminata. — *Scrophularia orientalis foliis cannabinis* Tourn. Coroll. 9. — *Scr. ebulifolia* M. Bieb. Flor. Taur. Caucas. III. 415. II. 77? (nec Lnk.) — Crescit in Oriente et in Sibiria.

4. SCR. PAUCIFLORA Bth. Scrophul. Indic. 17. — G. Don l. c. no. 2. — Glabra: caule vix angulato; foll. subrotundo-ovatis grosse et acute duplicato-serratis lobatisve; thyrso elongato aphyllo paucifloro; cymis abbreviatis remotis; calycis laciniis lanceolatis acutis non membranaceis, capsula breviorib.; genitalib. inclusis. ♃ — Corollae lutescentis laciniae subaequales. Capsula ovata obtusa. — Habitat in Gossain Than Indiae orientalis.

5. SCR. HIRTA Lowe, Transact. of the Cambridge Philos. Soc. IV. 21. — Foll. cordato-oblongis acutiusculis, basi subaequalib. excisis, argute duplicato-inciso-serratis, utrinq. petiolis cauleq. acutangulo villosis, petiolis latis subalatis exappendiculatis hirtis; thyrsi aphylli ramis trichotomo-racemosis; racemis elongatis pedunculisq. glanduloso-pubescentib.; calycis glaberrimi laciniis obtusissimis; corollae labii inferioris lobo intermedio revoluto, vix prominulo minuto, superioris rudimento staminis quinti papillaeformi minutissimo brevi; genitalib. exsertis. ♃ — Habitat in Madeirae umbrosis.

Sectio II. SCORODONIA G. Don l. c.

Stamine sterili basi adnato apiceque libero dilatato spathulato vel emarginato et reniformi; segmentis calycinis rotundatis vel ovatis, plerumque membranaceo-marginatis; corollis purpureo-virescentibus, virescentibus, purpurascenti-albidis vel raro flavescentibus; genitalibus inclusis vel exsertis; antheris fertilibus luteis. — Radix fibrosa vel rarius tuberculosa vel lignosa. Caules plerumque herbacei vel rarius lignosi. Thyrsi laxi.

§. 1. *Thyrso folioso.*

6. SCR. LURIDIFLORA Fisch. et Meyer, Linnaea XIII. Literbl. 115. — Villis mollib. longis arachnoideo-lanuginosa: caule erecto tetragono; foll. duplicato-crenato-

dentatis acutis, inferiorib. ovatis cordatis, superiorib. ovato-oblongis; thyrso folioso; cymis axillarib. pedunculatis dichotomis; pedicellis calyce sublongiorib.; sepalis lanuginosis subglandulosis obtusis submarginatis capsula ovata acuta paullo breviorib.; stamine sterili reniformi. 2. — Habitat in Natolia.

7. SCR. GRANDIFLORA DC. Cat. pl. hort. Monspel. 143. — Wydler l. c. 146. — G. Don l. c. no. 4. — Foll. molliter villosis, inferiorib. interrupte lyrato-pinnatifidis, lobis alternis ovatis acutis dentatis, terminali maximo late lanceolato, summis ovato-lanceolatis. 2. — Folia interdum duplicato-dentata, dentibus ciliatis mucronatis. Petioli villosi. Pedunculi quinqueflori folio multo breviores. Pedicelli uti calyces villosi. Corolla maxima generis intense rubra. — Crescit verosimiliter in America australi.

8. SCR. SAMBUCIFOLIA Alp. Exot. 203. t. 202. — Park. Theatr. 612. ic. 611. no. 8. — Munting. Phyt. 45. t. 238. — Mill. Icon. III. 154. t. 231. — Linn. Spec. pl. 865. — Hill's Veget. syst XIX. t. 48. — Mirbel, Elem. bot. (ed. 1815.) t. 30. fig. 7. A. c. et fig. 7. c. — Wydler l. c. 147. — G. Don l. c. no. 5. — Glabra: foll. inferiorib. profunde pinnatisectis, superiorib. ternatisectis v. indivisis, segmentis ovatis acutis inciso-dentatis, terminali maximo. 2. — Foliorum segmenta interdum petiolulata; flores et fructus interdum parvi; capsulae valde acuminatae. Corollae purpureae labium inferum virescens. — *Scr. mellifera* Vahl, Symbol. bot. II. 66. — Desf. Fl. Atlant. II. 53. t. 143. — *Scr. viridiflora* Poir. Voy. en Barb. II. 194. — *Scrophularia foliis laciniatis* C. Bauh. Pinax 236. — *Scrophularia Sambuci foliis, capsulis maximis* Moris. Oxon. Hist. II. 483. sect. 5. t. 8. fig. 6. — *Scrophularia Hispanica Sambuci folio glabro* Tournef. Institut. 166.

β. hirsuta Wydler l. c. — Undique pilosa canescens. — *Scr. sambucifolia* Willd. Enum. pl. hort. Berolin. 645. — *Scr. grandiflora* Rchb. Hort. Bot. I. 65. t. 98. (nec DC.) — *Scr. maxima Lusitanica folio Sambuci lanuginoso* Tourn. l. c. — *Scr. Lusitanica maximo flore, foliis dissectis* Ray, Hist. Suppl. 396.

γ. Thyrso aphyllo Wydler l. c. — Crescit in Hispania, Lusitania, Corsica, Africa boreali et in Oriente.

9. SCR. PEREGRINA Linn. Spec. pl. 866. — (Matth. Comm. in Dioscor. cf. Strabrg. Cat. 24.) — Cam. Hort. 157. t. 43. — Koch, Synops. fl. Germ. (ed. 1.) 517. — Rchb. Flor. Germ. excurs. 377. no. 2559. — Wydler l. c. 147. † — G. Don l. c. 507. no. 6. — Foll. cordatis, grosse subduplicato-crenato-serratis glabris nitidis, superiorib. alternis; pedunculis axillarib. paucifloris, laciniis calycis ovato-lanceolatis acuminatis immarginatis; florib. obscure sanguineis. 2. — Caulis simplex 1-2-pedalis, inferne acutangulus, superne obtusangulus glaber atro-purpureus. Folia breviter petiolata, inferiora opposita, superiora alterna, saepe ovato-cordata glabra lucida acuta pellucido-punctata. Pedunculi saepissime 2-3-flori filiformes. Bracteae parvae. Corolla parva venosa, lobis omnibus denticulatis, denticulis e venis parallelis prodeuntibus. Stylus apicem versus inclinatus. Stigmatis bilobi lobis subrotundis valde cohaerentibus, capitulum efficientibus. Capsula glabra subglobosa; semina rugosa. — Foetet ut *Geranium Robertianum*. — *Γαλιόφις* Dioscor. ed. Sarr. IV. 95. ex Spr. Geschcht. der Bot. I. 154. — *Scrophularia Cretica secunda* Clus. Histor. II. 210? — *Scrophularia flore rubro Camerarii* J. Bauh. Histor. III. 422. ic. — Chabr. Sciag. 470. ic. — *Scr. Urticaefolia* C. Bauh. Pinx. 236. — Moris. Oxon. Histor. II. 481. sect. 5. t. 8. fig. 1. — *Scr. major altera elegans* Park. Theatr. 610. ic. (??) — *Scr. geminiflora* Lam. Fl. Franc. II. 336. — *Scr. sexangularis* Much. Method. plant. 445. — *Scr. minore* Savi, Fl. Pisan. II. 81. — *Scr. ergula* Ait. Hort. Kew. (ed. 1.) II. 432?? — Crescit ad vias et in umbrosis Graeciae, Cretae, Italiae, Galloprovinciae et in insulis Balearicis (etiam in Istria).

10. SCR. SCORODONIA Linn. l. c. 864. — Hill, Veget. syst. XIX. t. 45. — Lam. Illustr. gen. t. 533. — Engl. bot. t. 2209. — Rchb. l. c. 377. no. 2564. — Wydler l. c. 148. — G. Don l. c. 508. no. 7. — Pilosa: foll. cordato-triangularib. duplicato-dentatis acutis rugosis, omnib. oppositis; calycis lobis ore albido-membranaceis,

staminib. styloq. longe exsertis; stamine sterili elliptico; capsula.....? ♃ — In Soongaria habitat.

18. SCR. LANCEOLATA Pursh. Fl. Am. sept. II. 419? — Nutt. Gen. Am. II. 44. — Wydler l. c. 149. — G. Don l. c. no. 13. — Glabra: foll. inferiorib. ovato-lanceolatis, superiorib. lanceolatis, omnib. acutis serratis; pedunculis bifidis 2–5-floris; capsula subrotundata. ♃ — Caulis simplicissimus. Folia basi non cordata. Petioli foliis breviores. — Crescit in America boreali (Carolina et Pensylvania).

19. SCR. NODOSA Linn. Spec. plant. 803. — Sturm, Deutschl. Flor. Hft. 23. c. ic. — Flor. Danic. t. 1167. — Gunn. Norweg. II. 87. t. 4. fig. 1–3. — Svensk bot. t. 315. Hayne, Arzneigew. V. t. 35. — Wydler l. c. 149. † — Koch, Synops. fl. Germ. (ed. 1.) 515. — Rchb. Fl. Germ. excurs. 377. no. 2563. — G. Don l. c. no. 14. — Foll. ovato-oblongis ovatisve subcordatis glabris duplicato-serratis, serraturis inferiorib. longiorib. acutioribq.; caule argute quadrangulari; petiolis exalatis; panicula terminali; laciniis calycis ovatis obtusis angustissime membranaceo-marginatis; rudimento filamenti quinti transverse oblongo obsolete emarginato. ♃ — Flores triste olivacei, dorso brunnei, raro ubique virescentes. Folia pellucido-punctata, punctis minimis numerosis, interdum basi non cordata. — *Scr. major* Brunf. Herb. I. 215. fig. 213. — Lob. Adv. 230. ic. 533. — Tabern. Kräuterb. 930. ic. — *Galeopsis* Fchs. Hist. 193. ic. 194. — *Ocimastrum* Trag. (ed. Hüb.) 184. ic. — *Scrophularia* Dod. Pemptad. stirp. 50. — Riv. Monop. irregul. t. 107. fig. 1. — Blackw. Herb. t. 87. — *Scrofularia* Matth. Epil. 866. ic. — Durante, Herb. 406. ic. — *Scrophularia vulgaris* et *major* J. Bauh. Hist. III. 421. — *Scr. nodosa foetida* C. Bauh. Pinx. 235. — Morand. Hist. pr. 65. t. 37. fig. 2. — *Scrophularia radice nodosa* Moris. Oxon. Hist. 482. sect. 5. t. 8. fig. 3. — *Scr. major vulgaris* Park. Theatr. 609. ic. 610. — *Brown Figwort* Petiv. 193. fig. 194.

β. Foliis ternis. — *γ.* Floribus viridibus. — Crescit locis umbrosis humidis per totam Europam.

20. SCR. MARYLANDICA Linn. l. c. — Wydler l. c. 150. — G Don l. c. no. 15. — Caule obtusangulo; foll. cordatis serratis acutis, basi rotundatis. ♃ — *Scr. Marylandica longo profunde serrato Urticae folio* Ray, Hist. Suppl. 396. — *Scr. nodosa β. Americana* Michx. Fl. Bor. Am. II. 21. — A *Scr. nodosa* vix diversa, sed caulis altior foliorumque dentes profundiores. — Crescit in America septentrionali (et in Sibiria???).

21. SCR. SCOPOLII Hoppe, Centur. exsicc. pl. ex Pers. Enchirid. II. 160. — Koch l. c. 516. — Wydler l. c. 151. — G. Don l. c. no. 16. — Foll. ovato-oblongis ovatisve subcordatis, utrinq. pubescentib. duplicato-crenatis; caule petiolisq. villosis; panicula terminali; calycis laciniis subrotundis obtusissimis late membranaceo-marginatis. ♂ — Folia inferiora permagna sunt et omnia pellucido-punctata. — *Scr. major hirsuta* Tournef. Instit. 166. — *Scr. aquatica montana mollior* Barr. Icon. 274? — *Scr. auriculata* Scop. Fl. Carniol. (ed. 2.) I. 446. t. 32. (mala). — *Scr. Scorodonia* Host, Flor. Austriac. II. 204. (nec Linn.). — *Scr. glandulosa* Waldst. et Kit. Plant. rar. Hungar. III. 238. t. 214. (floribus fusco-purpureis). — Rchb. Fl. Germ. excurs. 377. no. 2558. — *Scr. grandidentata* Tenore, Fl. Neapol. Suppl. II. 69. — Guss. Plant. rar. Sicil. 255. — G. Don l. c. 509. no. 17. — *Scr. rugosa* Willd. Enum. pl. hort. Berol. Suppl. 42? — *Scr. nepetifolia* Sm. in Rees' Cycl. XXXII. no. 7. — *β.* Pedicellis elongato-filiformibus. — Crescit in alpinis Hungariae, Carnioliae, Transsylvaniae, in alpibus Apuanis, Pyrenaeis, Tauricis et Caucasicis.

22. SCR. CALIFORNICA Cham. et Schlchtd. Linnaea II. 585. — Hook. et Arn. Bot. Beech. voy. 153. — G. Don l. c. no. 18. — Caule acute angulato glabro; ramis floriferis glanduloso-pubescentib.; foll. oblongo-triangularib. acutis, basi cordatis duplicato-serratis, supra glabris, infra pubescentia glandulosa parce obsitis; thyrso aphyllo; segmentis calycinis ovatis acutis mucronatis, margine anguste membranaceis; capsulis ovatis conicis. ♃ — *Scr. nodosae* et *Marylandicae* maxime affinis dicitur. — Crescit in California.

dentatis acutis, inferiorib. ovatis cordatis, superiorib. ovato-oblongis; thyrso folioso; cymis axillarib. pedunculatis dichotomis; pedicellis calyce sublongiorib.; sepalis lanuginosis subglandulosis obtusis submarginatis capsula ovata acuta paullo breviorib.; staminc sterili reniformi. 4 — Habitat in Natolia.

7. SCR. GRANDIFLORA DC. Cat. pl. hort. Monspel. 143. — Wydler l. c. 146. — G. Don l. c. no. 4. — Foll. molliter villosis, inferiorib. interrupte lyrato-pinnatifidis, lobis alternis ovatis acutis dentatis, terminali maximo late lanceolato, summis ovato-lanceolatis. 4 — Folia interdum duplicato-dentata, dentibus ciliatis mucronatis. Petioli villosi. Pedunculi quinqueflori folio multo breviores. Pedicelli uti calyces villosi. Corolla maxima generis intense rubra. — Crescit verosimiliter in America australi.

8. SCR. SAMBUCIFOLIA Alp. Exot. 203. t. 202. — Park. Theatr. 612. ic. 611. no. 8. — Munting. Phyt. 45. t. 236. — Mill. Icon. III. 154. t. 231. — Linn. Spec. pl. 865. — Hill's Veget. syst XIX. t. 43. — Mirbel, Elem. bot. (ed. 1815.) t. 30. fig. 7. A. c. et fig. 7. c. — Wydler l. c. 147. — G. Don l. c. no. 5. — Glabra: foll. inferiorib. profunde pinnatisectis, superiorib. ternatisectis v. indivisis, segmentis ovatis acutis inciso-dentatis, terminali maximo. 4 — Foliorum segmenta interdum petiolulata; flores et fructus interdum parvi; capsulae valde acuminatae. Corollae purpureae labium inferum virescens. — *Scr. mellifera* Vahl, Symbol. bot. II. 96. — Desf. Fl. Atlant. II. 53. t. 143. — *Scr. viridiflora* Poir. Voy. en Barb. II. 194. — *Scrophularia foliis laciniatis* C. Bauh. Pinax 236. — *Scrophularia Sambuci foliis, capsulis maximis* Moris. Oxon. Hist. II. 483. sect. 5. t. 8. fig. 6. — *Scrophularia Hispanica Sambuci folio glabro* Tournef. Institut. 166.

β. hirsuta Wydler l. c. — Undique pilosa canescens. — *Scr. sambucifolia* Willd. Enum. pl. hort. Berolin. 645. — *Scr. grandiflora* Rchb. Hort. Bot. I. 65. t. 98. (nec DC.) — *Scr. maxima Lusitanica folio Sambuci lanuginoso* Tourn. l. c. — *Scr. Lusitanica maximo flore, foliis dissectis* Ray, Hist. Suppl. 396.

γ. Thyrso aphyllo Wydler l. c. — Crescit in Hispania, Lusitania, Corsica, Africa boreali et in Oriente.

9. SCR. PEREGRINA Linn. Spec. pl. 866. — (Matth. Comm. in Dioscor. cf. Strubrg. Cat. 94.) — Cam. Hort. 157. t. 43. — Koch, Synops. fl. Germ. (ed. 1.) 517. — Rchb. Flor. Germ. excurs. 377. no. 2550. — Wydler l. c. 147. † — G. Don l. c. 507. no. 6. — Foll. cordatis, grosse subduplicato-crenato-serratis glabris nitidis, superiorib. alternis; pedunculis axillarib. pauciforis, laciniis calycis ovato-lanceolatis acuminatis immarginatis; florib. obscure sanguineis. 4 — Caulis simplex 1-2-pedalis, inferne acutangulus, superne obtusangulus glaber atro-purpureus. Folia breviter petiolata, inferiora opposita, superiora alterna, saepe ovato-cordata glabra lucida acuta pellucido-punctata. Pedunculi saepissime 2-3-flori filiformes. Bracteae parvae. Corolla parva venosa, lobis omnibus denticulatis, denticulis e venis parallelis prodeuntibus. Stylus apicem versus inclinatus. Stigmatis bilobi lobis subrotundis valde cohaerentibus, capitulum efficientibus. Capsula glabra subglobosa; semina rugosa. — Foetet ut *Geranium Robertianum*. — *Γαλιόφις* Dioscor. ed. Sarr. IV. 95. ex Spr. Geschcht. der Bot. I. 154. — *Scrophularia Cretica secunda* Clus. Histor. II. 210? — *Scrophularia flore rubro Camerarii* J. Bauh. Histor. III. 422. ic. — Chabr. Sciag. 470. ic. — *Scr. Urticaefolia* C. Bauh. Pinx. 236. — Moris. Oxon. Histor. II. 481. sect. 5. t. 8. fig. 1. — *Scr. major altera elegans* Park. Theatr. 610. ic. (??) — *Scr. geminiflora* Lam. Fl. Franc. II. 336. — *Scr. sexangularis* Mnch. Method. plant. 445. — *Scr. minore* Savi, Fl. Pisan. II. 81. — *Scr. arguta* Ait. Hort. Kew. (ed. 1.) II. 432?? — Crescit ad vias et in umbrosis Graeciae, Cretae, Italiae, Galloprovinciae et in insulis Balearicis (etiam in Istria).

10. SCR. SCORODONIA Linn. l. c. 864. — Hill, Veget. syst. XIX. t. 45. — Lam. Illustr. gen. t. 533. — Engl. bot. t. 2209. — Rchb. l. c. 377. no. 2564. — Wydler l. c. 148. — G. Don l. c. 508. no. 7. — Pilosa: foll. cordato-triangularib. duplicato-dentatis acutis rugosis, omnib. oppositis; calycis lobis ore albido-membranaceis,

extus piloso-glandulosis. 4 — Panicula laxiflora; corolla brunnea. — *Scr. Scorodonia* Dsf. (Fl. Atl. et Poir. Encycl.) differt thyrso aphyllo et corollae magnitudine distinctaque esse videtur species. — *Scr. scorodoniaefolia* Moris. Oxon. Hist. stirp. II. 482. sect. 5. t. 35. fig. 6. — Pluken. Almag. 338., Phytogr. t. 50. fig. 5. — *Scr. melissaefolia* Tournef. Instit. 166., Petiv. Op. II. t. 35. fig. 11. — *Scr. scordiifolia* Grisl. Virid. Lusitan. 75. — (Gmel. Sibir. III. 195.)

β. Foliis basi laciniatis variat.

Crescit locis humidis in Lusitania, regno Tunetano, Galicia, in insula Jersey et circa Nicaeam.

11. SCR. CASTAGNEANA Wydler l. c. 149. — G. Don l. c. no. 8. — Caule angulato, angulis subpubescentib.; foll. oblongo-cordatis duplicato-inciso-dentatis acutis subpubescentib., inferiorib. oppositis, superiorib. alternis; calycis lobis ore rubro-membranaceis, extus glabris. 4 — Caulis sesquipedalis et ultra simplex fistulosus striatus. Folia late cordata sensim minora pellucido-punctata, dentibus subtiliter ciliatis. Petioli folio ipso breviores. Bracteae foliis similes, illae pedicellorum lineares. Calycis lobi ovati. Corolla major quam illa *Scr. nodosae*, purpurea. Anthera staminis quinti subrotundo-emarginata. — Crescit prope Byzantium.

12. SCR. URTICAEFOLIA Wall. Cat. 3022. ex Bth. Scrophul. Indic. 18. — G. Don l. c. no. 9. — Pubescens v. demum glabrata: foll. subrotundo-ovatis grosse duplicato-dentatis, basi cordatis; thyrso laxo folioso; pedunculis oppositis 3–7-floris; calycis laciniis late ovatis obtusis, margine membranaceis, genitalibus inclusis. 4 — Corollae viridescentes, labio superiori laciniis inferioribus longiore. — Crescit in Nepalia et Gossain Than Indiae orientalis.

13. SCR. HIMALAYENSIS Royle mss. ex Bth. l. c. — G. Don l. c. no. 10. — Pubescens elata: caule obtusangulo; foll. ovato-lanceolatis subduplicato-dentatis, basi subcordatis; thyrso amplo paniculato, basi folioso; calycis laciniis ovato-rotundatis vix membranaceis; genitalib. exsertis. 4 — Corollae virescentes. Stamen sterile basi adnatum, apice liberum dilatatum spathulatum, emarginatum. Folia rugosa. — Habitat frequenter in jugo Himalayensi.

§. 2. *Thyrso aphyllo.*

14. SCR. POLYANTHA Royle mss. ex Bth. l. c. 18. — G. Don l. c. no. 11. — Pubescens elata: caule subangulato; foll. ovato-lanceolatis subduplicato-dentatis, basi inaequaliter angustatis v. segmentis paucis lanceolatis auctis; thyrso elongato amplo aphyllo; calycis laciniis ovato-rotundatis, margine membranaceis; genitalib. exsertis. — Corollae virescentes. Stamen sterile basi adnatum, apice liberum dilatatum spathulatum emarginatum. — Crescit in Mussoore.

15. SCR. ELATIOR Wall. Cat. no. 3021. ex Bth. l. c. — G. Don l. c. no. 12. — Glabra elata: caule angulato v. elato *(alato??)*; foll. inferiorib. ovatis, basi cordatis, superiorib. ovato-lanceolatis, omnib. duplicato-dentatis; thyrso amplo paniculaeformi subaphyllo; calycis laciniis profundis lanceolatis acutis non membranaceis; genitalibus exsertis. 4 — Crescit in Gossain Than.

16. SCR. RACEMOSA Lowe, Transact. of the Cambridge Philos. Soc. IV. 20. † — Foll. subcordato-oblongis acutis subduplicato-serratis, utrinq. cauleq. acutangulo glabris, basi inaequalib., inferiorib. appendiculatis; thyrsi elongati aphylli ramis racemosis; racemis elongatis flexuosis patentib. laxis; ramis pedicellisq. sparsim subglandulosis; calycis glabriusculi laciniis obtusis; corollae labii inferioris lobo intermedio revoluto, vix prominulo minuto, superioris rudimento staminis quinti squamaeformi plano rotundato. 4 — *a. longifolia:* Foliis acuminatis. — *β. puberula:* Foliis radicalib. junioribq. subtus puberulis. — *Scr. auriculata* L.? — Habitat in Madera.

17. SCR. HEUCHERIAEFLORA Schrenk, Enum. plantar. novar. 25. † — Subvillosa: radice crassa lignosa; caule erecto obtuse tetragono; foll. ovato-cordatis obtusiusculis inaequaliter simpliciterq. serratis (serraturis parvis); thyrsi aphylli cymis pedunculatis dichotomis calycibq. pilis glandulosis glandula longiorib. adspersis; sepalis oblongis obtusis rectis immarginatis, corolla (viridi) paullo breviorib.;

staminib. styloq. longe exsertis; stamine sterili elliptico; capsula.....? 4 — In Soongaria habitat.

18. SCR. LANCEOLATA Prsh. Fl. Am. sept. II. 419? — Nutt. Gen. Am. II. 44. — Wydler l. c. 149. — G. Don l. c. no. 13. — Glabra: foll. inferiorib. ovato-lanceolatis, superiorib. lanceolatis, omnib. acutis serratis; pedunculis bifidis 2–5-floris; capsula subrotundata. 4 — Caulis simplicissimus. Folia basi non cordata. Petioli foliis breviores. — Crescit in America boreali (Carolina et Pensylvania).

19. SCR. NODOSA Linn. Spec. plant. 803. — Sturm, Deutschl. Flor. Hft. 23. c. ic. — Flor. Danic. t. 1167. — Gunn. Norweg. II. 87. t. 4. fig. 1–3. — Svensk bot. t. 315. Hayne, Arzneigew. V. t. 35. — Wydler l. c. 149. † — Koch, Synops. fl. Germ. (ed. 1.) 515. — Rchb. Fl. Germ. excurs. 377. no. 2363. — G. Don l. c. no. 14. — Foll. ovato-oblongis ovatisve subcordatis glabris duplicato-serratis, serraturis inferiorib. longiorib. acutioribq.; caule argute quadrangulari; petiolis exalatis; panicula terminali; laciniis calycis ovatis obtusis angustissime membranaceo-marginatis; rudimento filamenti quinti transverse oblongo obsolete emarginato. 4 — Flores triste olivacei, dorso brunnei, raro ubique virescentes. Folia pellucido-punctata, punctis minimis numerosis, interdum basi non cordata. — *Scr. major* Brunf. Herb. I. 215. fig. 213. — Lob. Adv. 230. ic. 533. — Tabern. Kräuterb. 930. ic. — *Galeopsis* Fchs. Hist. 193. ic. 194. — *Ocimastrum* Trag. (ed. Hüb.) 184. ic. — *Scrophularia* Dod. Pemptad. stirp. 50. — Riv. Monop. irregul. t. 107. fig. 1. — Blackw. Herb. t. 87. — *Scrofularia* Matth. Epil. 806. ic. — Durante, Herb. 406. ic. — *Scrophularia vulgaris* et *major* J. Bauh. Hist. III. 421. — *Scr. nodosa foetida* C. Bauh. Pinx. 235. — Morand. Hist. pr. 65. t. 37. fig. 2. — *Scrophularia radice nodosa* Moris. Oxon. Hist. 482. sect. 5. t. 8. fig. 3. — *Scr. major vulgaris* Park. Theatr. 609. ic. 610. — *Brown Figwort* Petiv. 103. fig. 194.

β. Foliis ternis. — γ. Floribus viridibus. — Crescit locis umbrosis humidis per totam Europam.

20. SCR. MARYLANDICA Linn. l. c. — Wydler l. c. 150. — G Don l. c. no. 15. — Caule obtusangulo; foll. cordatis serratis acutis, basi rotundatis. 4 — *Scr. Marylandica longo profunde serrato Urticae folio* Ray, Hist. Suppl. 396. — *Scr. nodosa β. Americana* Michx. Fl. Bor. Am. II. 21. — A *Scr. nodosa* vix diversa, sed caulis altior foliorumque dentes profundiores. — Crescit in America septentrionali (et in Sibiria???).

21. SCR. SCOPOLII Hoppe, Centur. exsicc. pl. ex Pers. Enchirid. II. 160. — Koch l. c. 516. — Wydler l. c. 151. — G. Don l. c. no. 16. — Foll. ovato-oblongis ovatisve subcordatis, utrinq. pubescentib. duplicato-crenatis; caule petiolisq. villosis; panicula terminali; calycis laciniis subrotundis obtusissimis late membranaceo-marginatis. ♂ — Folia inferiora permagna sunt et omnia pellucido-punctata. — *Scr. major hirsuta* Tournef. Instit. 166. — *Scr. aquatica montana mollior* Barr. Icon. 274? — *Scr. auriculata* Scop. Fl. Carniol. (ed. 2.) I. 446. t. 32. (mala). — *Scr. Scorodonia* Host, Flor. Austriac. II. 204. (nec Linn.). — *Scr. glandulosa* Waldst. et Kit. Plant. rar. Hungar. III. 238. t. 214. (floribus fusco-purpureis). — Rchb. Fl. Germ. excurs. 377. no. 2358. — *Scr. grandidentata* Tenore, Fl. Neapol. Suppl. II. 69. — Guss. Plant. rar. Sicil. 255. — G. Don l. c. 509. no. 17. — *Scr. rugosa* Willd. Enum. pl. hort. Berol. Suppl. 42? — *Scr. nepetifolia* Sm. in Rees' Cycl. XXXII. no. 7. — β. Pedicellis elongato-filiformibus. — Crescit in alpinis Hungariae, Carnioliae, Transsylvaniae, in alpibus Apuanis, Pyrenaeis, Tauricis et Caucasicis.

22. SCR. CALIFORNICA Cham. et Schlechtd. Linnaea II. 585. — Hook. et Arn. Bot. Beech. voy. 153. — G. Don l. c. no. 18. — Caule acute angulato glabro; ramis floriferis glanduloso-pubescentib.; foll. oblongo-triangularib. acutis, basi cordatis duplicato-serratis, supra glabris, infra pubescentia glandulosa parce obsitis; thyrso aphyllo; segmentis calycinis ovatis acutis mucronatis, margine anguste membranaceis; capsulis ovatis conicis. 4 — *Scr. nodosae* et *Marylandicae* maxime affinis dicitur. — Crescit in California.

23. **SCR. BETONICAEFOLIA** Tournef. Instit. 166. — Linn. Mantiss. 87. — Hill, Veget. Syst. XIX. t. 46. — Spr. Syst. veget. II. 785. (excl. syn. Hornem.) — Wydler l. c. 151. † — G. Don l. c. no. 19. — Pilosiuscula: foll. cordato-oblongis acutis inaequaliter dentatis rugosis; calycis lobis subrotundis, margine ferrugineo-membranaceis; capsula subglobosa. ♃ — Caulis bi-tripedalis fistulosus ramosus, saepe purpurascenti-viridis. Petioli dilatati carinati ciliati, folio dimidio breviores. Folia basi v. dentibus productis v. rotundata pellucido-punctata, inaequaliter duplicato-dentata v. rarius crenata, dentibus glanduloso-ciliatis. Thyrsus interdum foliosus. Bracteae saepius acute dentatae ciliatae foliiformes. Cymae 8–11-florae. Flos centralis longe pedicellatus, pedicello magis minusve incrassato. Calycis lobi post anthesin paullo accrescentes pellucido-punctati. Corolla viridi-ferruginea v. purpurea, lobis evidenter pellucido-punctatis. Anthera sterilis viridis pellucido-marginata magna. Stylus saepissime ante staminum evolutionem revolutus. Stigma bilobum pubescens, lobis divergentibus. — *Scr. aquatica montana mollior* Barrel. Icon. 274? — *Scr. rugosa* Hort. Lugd. — *β. glabra:* — *γ. Thyrso folioso.* — Crescit in Lusitania et in insulis Canariis.

24. **SCR. HERMINII** Lnk. et Hffmnsgg. Flor. Portug. I. 266. — Wydler l. c. 152. — G. Don l. c. no. 20. — Caule hirsuto; foll. cordatis et subcordatis ovalib. subduplicato-crenato-dentatis non rugosis pubescentib.; capsula conica longa. ♃ — Caulis erectus bi-tripedalis ramosus. Folia longe petiolata. Calyx brevis, lobis parvis parum marginatis. Corollae labium superum dilute fuscum, inferum virens. Antherae et stamina 5 lutea. — In Lusitaniae montibus Serra d'Estrella.

25. **SCR. ALTAICA** Murv. Comment. Goetting. 1781. p. 35. t. 2. — Wydler l. c. 152. — G. Don l. c. no. 21. — Pubescens: foll. cordatis duplicato-dentatis acutis; calycis lobis late lanceolatis acutis non membranaceis; capsula subrotunda. ♃ — Folia sinuato-dentata, dentibus acutis; calycis lobi lanceolati ciliati. Staminis sterilis rudimentum reniforme. Genitalia subexserta. Corolla lutescenti-viridis. — Crescit in alpibus Altaicis.

26. **SCR. SMITHII** Hornem. Hort. Hafn. Suppl. 68. — Wydler l. c. † — G. Don l. c. no. 22. — Pilosa: foll. ovato-cordatis multiplicato-inciso-crenatis acutis; calycis lobis subrotundis membranis (marginibus?) rubris seu lutescentib.; capsula subovata. ♃ — Caulis quadrangulus atro-purpureus valde pilosus ramosus. Folia sesqui-bipollicaria, subtus pilis adpressis valde pilosa. Petioli dilatati lamina triplo breviores. Capsula venoso-rugulosa. — In insulis Canariis crescit.

27. **SCR. GLABRATA** Ait. Hort. Kew. II. 341. (ed. 2.) IV. 22. — Jcq. Hort. Schoenbr. II. 44. t. 209. — Willd. Spec. pl. III. 272. (excl. syn. Vahl.) — Wydler l. c. 153. † — G. Don l. c. no. 23. — Glabra: caule suffruticoso; foll. cordato-lanceolatis acutis, duplicato- v. triplicato-dentatis; calycis lobis margine albido-membranaceis; capsula ovato-globosa. ♂ — Folia pellucido-punctata. Flos primarius longe pedicellatus. Calycis lobi subrotundo-ovati, margine albido-membranacei. Corolla statura et magnitudine *Scr. caninae* purpurea venosa. Stamina et stylus exserta, antherae rubro-marginatae. — ?*β. pubescens:* Caule foliisque pubescentibus. — *Scr. betonicaefolia* DC. Herb. — Crescit in rupibus montis Pico in insula Teneriffa ubi *Yerba de Cumbre* dicitur.

28. **SCR. BISERRATA** Willd. Enum. pl. hort. Berol. 644. — Wydler l. c. — G. Don l. c. no. 24. — Foll. oblongo-lanceolatis profunde cordatis, argute duplicato-serratis glabris; panicula racemosa terminali; pedunculis trichotomis. ♃ — Similis praecedenti, sed diversa: foliis semper argute duplicato-serratis et profunde cordatis, quum in praecedente specie serraturae obtusae et irregulariter duplicatae sint, denique recedit floribus minoribus obscurioribus. — Crescit.....?

29. **SCR. FOETIDA** Wydler l. c. 154. † — G. Don l. c. no. 25. — Glabra: foll. ovato-oblongis inciso-multiplicato-crenatis. ♃ — Planta foetida. Caulis simplex ramulosus, pedalis et ultra? striatus. Folia longe petiolata pellucido-punctata, petiolis longitudine foliorum v. paullo ultra. Thyrsi pedunculi alterni bifidi. Ca-

lycis lobi late ovati, extus interdum glandulosi, membranis spadiceis marginati. Corolla lutea, magnitudine illius *Scr. nodosae.* — Crescit.....?

30. SCR. TRIFOLIATA Linn. Spec. plant. 865. — Wydler l. c. 154. † — G. Don l. c. no. 26. — Glabra: caule subsimplici; foll. ovato- v. subrotundo-cordatis inciso-dentatis v. sublobato-crenatis, basi saepe appendiculatis *(ex auctorib.)* v. profunde incisis; calycis lobis subrotundis, ore membranaceo rubro-albido; capsulis ovato-conicis. ☉ — Herba bipedalis. Caulis infra obtuse quadrangularis, supra acute angulatus, decumbens nodosus glaber viridis. Rami oppositi decussati axillares quadrangulares. Folia amplexicaulia (?) petiolata, in petiolum decurrentia heterophylla, juniora cordata dentata, dentibus rotundis, intus et subtus lucida, adulta obcordata, ad dimidium fere pluries incisa, laciniis acutis dentatis, rugosa, subtus pubescentia obscura, superne laete viridia nervosa, nervis ad laciniarum apices productis, inferne ampliora 3–4-pollicaria, 2½ poll. lata, superiora sesquipollicaria, pollicem lata. Petioli longitudine foliorum, hinc canaliculati, hunc convexi. Pedunculi dichotomi aut pluries divisi hispidi, pilis albidis brevibus, alterni pollicares, basi bracteati, bractea lineari integra viridi. Flores racemosi terminales rubicundi. Calyx quinquefidus, laciniis aequalibus ovatis concavis, margine membranaceis persistentibus, 3 lin. longis. Corolla subglobosa resupinata, limbo infimo reflexo albido, basi laciniae superioris nectarium cordatum minimum subrubrum. Stamina 4, filamenta albida compressa sulcata, 2 replicata. Antherae luteae apice filamentorum, superne valvis 2 dehiscentes. Germen superum hispidulum pyriforme bilobum. Stylus recurvatus hispidulus. Stigma capitatum. Intra germen et receptaculum circulus luteus, corollae sedes. (Venten. mss. in Herb. Deless.) — *Scr. Indica* Ger. Em. 710. — *Scr. peregrina altera* Park. Theatr. 611? — *Scr. Indica capitulis maximis* J. Bauh. Histor. III. 423. ic.? — Chabr. Sciagr. 472. ic.? — *Scr. subrotundo, crasso et nigricante folio, flore luteo-pallido, capsula turgida* Bocc. Mus. plant. 63. t. 60? (Thyrso folioso.) — *Scr. Sambuci folio, flore rubro luteo vario pulchro* Pluk. Almag. 338., Phytogr. t. 313. fig. 6? (Thyrso folioso.) — *Scr. laevigata* Vahl, Symbol. II. 67. — *Scr. appendiculata* Jcq. Hort. Schoenbr. III. 19. t. 286. — *β.* Foliis laciniatis. — *Scr. appendiculata* Lnk. Enum. pl. hort. Berolin. II. 139. differre videtur foliis subtus pubescentibus. — Crescit in montanis Corsicae, Lusitaniae et in Africa boreali.

31. SCR. HISPIDA Dsf. Fl. Atlant. II. 55. — Wydler l. c. 155. — G. Don l. c. no. 27. — Hispida: foll. basi pinnatisectis duplicato-crenatis, lobo terminali maximo cordato; cymis densifloris; calycis lobis albo-marginatis; genitalib. inclusis. ♃ — Crescit in fissuris rupium Atlantis prope Tlemsen.

32. SCR. AURICULATA Linn. Spec. plant. 864. (excl. syn.) — Wydler l. c. † — G. Don l. c. no. 28. — Foll. cordato-oblongis, basi appendiculatis, subtus tomentosis. ♃ — Caulis sesquipedalis subsimplex quadrangulus, infra purpureus, angulis acute membranaceis ex decursu foliorum formatis pilosiusculis. Folia ima indivisa, superiora basi auriculata, omnia longe petiolata late ovata subcordata (1½–2-pollicaria) crenata, crenae mucronatae, praesertim infra ad nervos pilosiuscula. Auriculae parvae crenatae. Petioli canaliculati, margine carinaque piloso-ciliati. Pedunculi oppositi quadrangulares bifidi. Bracteae late lineares subdentatae. Pedicelli alterni. Bracteolae lineares acuminatae. Calyx ad medium incisus, lobis subrotundis, margine membranaceis rubris, extus glandulosis. Corolla et stamina illis sequentis similia. Glandula flavescens. Stylus exsertus attenuatus. — Crescit ad fossas in agro Nicaeensi.

33. SCR. AQUATICA Linn. l. c. 864. — Blackw. Herb. t. 86. — Schkuhr, Handbch. II. 195. t. 173. — Engl. bot. t. 854. — Flor. Danic. t. 587. — Strm. Dtschl. Flor. Hft. 23. — Hayne, Arzneigew. V. t. 36. — Chaumet, Fl. médic. t. 321. — Wydler l. c. 156. (excl. syn. Hornem. et Balb.) — Koch, Synops. fl. Germ. (ed. 1.) 515. — Rchb. Fl. Germ. excurs. 377. no. 2562. — G. Don l. c. 510. no. 29. — Foll. ovato-oblongis ovatisve subcordatis glabris serratis, serraturis inferioribus minoribus; caule petiolisq. late alatis; panicula terminali; laciniis calycis subrotundis obtusissimis late membranaceo-marginatis; rudimento filamenti quinti bifido, laciniis

divaricatis. 4 — Flores dorso purpureo-fusci et minus triste colorati quam illi *Scr. nodosae.* — *Betonica aquatilis* Dodon. Pemptad. stirp. 50. — *Betonica aquatica* Dalech. Histor. 1350. ic., Tabern. Kräuterbch. 934. ic. — *Betonica aquatica septentrionalium* Lobel. Icon. 544. — *Scrophularia foemina* Cam. Epit. 867. ic. — *Scr. maxima radice fibrosa* J. Bauh. Hist. III. 421. — *Scr. maxima strumosa* Chabr. Sciagr. 471. ic. no. 472. — *Scr. aquatica major* C. Bauh. Pinx. 235. — *Scr. aquatica major, caule fimbriato* Lois. Pruss. 284. t. 75. — *Scr. radice fibrosa, Betonicae foliis* Moris. Oxon. Hist. III. 482. sect. 5. t. 8. fig. 4. — *Water Figwort* Petiv. Op. II. t. 35. fig. 10. — *Scr. caule alato* Riv. Monop. irreg. app. ic. — *Scr. radice fibrosa* Morand. Histor. pract. 147. t. 68. fig. 1. — β. Caule simplici; foliis lanceolato-ellipticis; floribus minus densis. — γ. Thyrso folioso. — Crescit locis aquosis per totam Europam et in Caucaso.

36. SCR. BALBISII Hornem. Hort. Hafn. II. 577. — Koch l. c. (ed. 1.) 515. — Foll. cordato-oblongis rotundato-obtusis glabris, obtuse crenatis, ad basin saepe foliolo minuto utrinq. auriculatis; caule petiolisq. late alatis; panicula terminali; calycis laciniis subrotundis obtusissimis late membranaceo-marginatis; rudimento filamenti quinti subrotundo-reniformi vix emarginato. 4 — Flores majores quam antecedentis, toti purpureo-fusci, basi tantum virides. — *Scr. appendiculata* Balbis Herb. — Crescit in Alsatia et prope Aquisgranum urbem.

35. SCR. LYRATA Willd. Enum. plant. hort. Berolin. 545., Hort. Berolin. t. 55. (excl. syn. Lnk.) — Wydler l. c. 157. — G. Don l. c. no. 30. — Foll. utrinq. hirsutis, inferiorib. interrupte lyrato-pinnatisectis, superiorib. ternatisectis, summis simplicib. auriculatis, lobo terminali maximo oblongo-ovato subcordato obtuse duplicato-dentato. 4 — Folia crenata; bracteae glanduloso-pilosae. — Crescit.....?

36. SCR. EBULIFOLIA Lnk. et Hffmnsgg. Flor. Portug. I. 270. (nec M. Bieberst.) — Wydler l. c. 157. — G. Don l. c. no. 31. — Glabra: foll. inferiorib. lyratis, segmentis subduplicato- acuteq. inciso-crenatis, superiorib. profunde pinnatifidis, segmentis dentato-crenatis. 4 — β. Foliis splendentibus. — Affinis praecedenti. — Crescit in Lusitania ad maris littora.

37. SCR. TANACETIFOLIA Willd. Hort. Berolin. 50. † t. 50. — Lnk. Enum. pl. hort. Berolin. II. 140. — Wydler l. c. 158. — G. Don l. c. no. 32. — Glabra: foll. interrupte pinnatisectis, segmentis petiolulatis oblongo-ovatis inciso-dentatis, lobo terminali majori. 4 — Anthera sterilis suborbicularis lamellaeformis, antherae fertiles atro-purpureae. Genitalia exserta. Calyx parvus, membranis (laciniarum margines?) albis saepe splendentibus. Capsula parva lentis magnitudine. Folia magis minusve carnosula, rarius indivisa, saepissime pinnatifida. Thyrsus strictus, longus v. abbreviatus. Pedunculi 2-3-fidi v. simplicissimi, pedicellis brevissimis alternis. — Crescit in America boreali?

38. SCR. LACINIATA Waldst. et Kit. Plant. rar. Hungar. II. 185. t. 170. — Koch, Synops. fl. Germ. et Helvet. (ed. 1.) 516. — Rchb. Fl. Germ. excurs. 377. no. 2565. — Foll. glabris lobato-incisis (cordato-oblongis), basi pinnatifidis pinnatisve, lobis pinnisq. inaequaliter dentatis; panicula terminali glandulosa, glandulis breviter pedicellatis; calycis laciniis subrotundis obtusissimis late membranaceo-marginatis; rudimento filamenti quinti subrotundo-reniformi. 4 — (Willd. Herb. no. 11367.) — *Scr. lucida* M. Bieb. Fl. Tauric. Caucas. II. 77. (nec Linn.) — *Scr. verbenaefolia* Dsf. Cat. pl. hort. Paris. 77. — Poir. Encycl. méth. Suppl. V. 117. — Wydler l. c. 158. — G. Don l. c. no. 33. — Crescit in rupibus Hungariae, Croatiae et prope Fiume.

39. SCR. PATRINIANA Wydler l. c. 159. — G. Don l. c. no. 34. — Caule simplici glabro herbaceo; foll. circumscriptione ovatis, acute inciso-dentatis acutis, inferiorib. basi pinnatifidis, lobis acutis. 4 — Caulis striatus. Folia breviter petiolata glabra. Thyrsus abbreviatus, pedicellis aequalibus. Bracteae parvae lineares. Pedunculi 2-3-flori. Calycis lobi late ovati. Corolla ut in *Scr. canina.* Anthera sterilis subrotunda alba. — Crescit in Davuria in collibus ad Ingodam rarissime, et 60 stad. ad orientem urbis Schita.

40. SCR. ILWENSIS C. Koch, Linnaea XVII. 284. — Annua glaberrima simplicissima: foll. ovato-oblongis, inferiorib. petiolatis, ex basi rotundata (nec cordata, nec angustata) dupliciter dentato-serratis; thyrso ovato; segmentis calycis albo-lucidoque-marginatis; corollae laciniis inaequalib., superiorib. majorib., ex basi appendice alba reniformi instructis. ☉ — *Scr. Petrinianae* similis, sed haec differt foliis ex basi pinnatifidis. — *β. minor:* vix semipedalis; foll. rugosiorib. oppositis simpliciter serratis. — Crescit in Somchetia in montibus Ilwensibus.

41. SCR. OLIVIERIANA Wydler l. c. 139. — G. Don l. c. no. 37. — Caule glabro herbaceo; foll. ovatis inciso-dentato-crenatis, basi magis minusve pinnatisectis, segmentis petiolulatis subrotundis. ♃ — Caulis pedalis subsimplex, basi lignescens striatus atro-purpureus. Ramuli pauci. Folia lucida (?), ima ovata, superiora subrotundo-ovata subcordata. Petioli valde dilatati. Bracteae inferiores lanceolatae dentatae, superiores late lineares. Bracteolae minutae. Calycis lobi subrotundi. Corolla forma, magnitudine et colore *Scr. canina*e. Anthera sterilis alba. — Valde accedit ad *Scr. Urvilleanam*, sed differt calycis lobis latioribus et petiolis dilatatis. — Crescit in Oriente.

42. SCR. INCISA Weinm. Indx. Dorp. 1810. p. 136. — Ledeb. Flor. Alt. II. 442. †, Icon. fl. Ross. Alt. t. 156. — G. Don l. c. no. 35. — Foll. oblongis, utrinq. attenuatis petiolatis inciso-serratis crassiusculis cauleq. quadrangulo glabris; paniculae elongatae ramis villoso-glandulosis, inferiorib. 3–5-, superiorib. 2–3-floris; stylo deflexo stamina exserta superante. ♃ — Affinis *Scr. laciniatae*, sed foliis basi numquam cordatis recedit. Caules ramique obtuse quadrangulares. Corolla et antherae obscure purpureae. Genitalia exserta. Laciniae calycis albo-marginatae membranaceae. — In montibus Altaicis ad Arkaul et Tschingistau crescit.

43. SCR. DIVARICATA Ledeb. l. c. 440. †, Icon. fl. Ross. Alt. t. 121. — G. Don l. c. no. 36. — Foll. cordatis acuminatis duplicato-serratis, utrinq. pubescentib.; caule obtusangulo; racemis axillarib. dichotomis; genitalib. corolla breviorib.; laciniis calycinis acutiusculis adpressis. ♃ — Caules ramique obtuse tetragoni, pilis glandulosis longioribusque simplicibus obsiti. Calycis laciniae margine membranaceae. Corolla virescenti-lutescens. Capsula subglobosa acuminata. — Crescit in Iberia prope Tiflin.

44. SCR. MICRANTHA d'Urv. En Arch. 75. — Wydler l. c. 150. — G. Don l. c. no. 38. — Caule basi ramoso glabro ascendente; ramis debilib.; foll. petiolatis oblongis obtusis, basi auriculatis grosse dentatis; florib. minimis. ♃ — Crescit in rupibus maritimis insulae Ferasiae prope Theram. — [Num forte eadem ac *Scr. micrantha* Dsvx. in Hamilt. Prodr. fl. Ind. occid. 47. — Caule subsimplici; foll. ovatis acutis profunde dentatis glaberrimis; florib. laxe spicatis subterminalibus. ♃ — Crescit in insula Hispaniola.]

45. SCR. URVILLEANA Wydler l. c. 160. t. 2. — G. Don l. c. no. 39. — Caule simplici glabro herbaceo; foll. subrotundo-cordatis sublobatis, rarius crenatis. ♃ — Caules numerosi simplices 1–1½-pedales atro-purpurei glabri. Folia glabra, inferiora in varietate longe petiolata. Bracteae inferiores foliis similes. Thyrsus aphyllus, pedunculis alternis; cymis 3–6-floris. Calyx parvus albo-marginatus. Corolla parva purpurea. Capsula subrotunda.

β. Foll. inferiorib. ovatis, superiorib. cordato-ovatis, omnib. lyrato-pinnatisectis, segmentis cuneato-ovatis petiolulatis, terminali maximo, omnib. inciso-crenatis. — (Wydler l. c. t. 3.) — A specie praecedente vix diversa forteque cum ea conjungenda. — Crescit in rupibus et ad muros insulae Melos et ad Theram.

46. SCR. VARIEGATA M. Bieberst. Casp. 177., Flor. Tauric. Caucas. III. 416. — Rchb. Plant. critic. Cent. III. t. 257. — Wydler l. c. 160. — G. Don l. c. no. 40. — Caule suffruticoso; foll. ovatis lobato-dentatis, inferiorib. basi pinnatifidis subpubescentibus. ♃ — Corolla spadicea, labii superioris lacinia altera (anthera sterilis) sicut labium inferum albidum. — *Scrophularia Armena minimo folio subrotundo* Tournef. Hb — In saxosis Caucasi circa thermas Constantinomontanas.

47. SCR. AUI C. Koch, Linnaea XVII. — Glaucescens glaberrima ex basi ramosa: foll. oblongis dentatis in petiolum brevem attenuatis; panicula divaricato-geniculata, pilis singulis glanduliferis, oculo nudo minime conspicuis instructis; corollae appendice obcordata aut truncata. 2. — *Scr. variegatae* M. B. similis, panicula aequali et pilis glanduliferis et appendice differt. Flores et capsulae sunt etiam minores. — Crescit in Armenia cis Araxem.

48. SCR. RUPESTRIS M. Bieberst. Fl. Tauric. Caucas. II. 97. — Rchb. l. c. 3. t. 258. — Wydler. l. c. 160. — G. Don l. c. no. 41. — Caulib. teretiusculis incano-pubescentib.; foll. oblongo-ovatis, utrinq. attenuatis dentatis glabris. 2. — Variat foliis inferioribus basi subincisis et subtus praecipue ad nervos leviter pubescentibus forteque cum *Scr. variegata* erit conjungenda. — *Scr. orientalis* Habl. Taur. 164. — Crescit in rupestribus Tauriae meridionalis.

49. SCR. LIVIDA Smith, Prodr. flor. Graec. I. 437. — Sibthrp. et Sm. Flor. Graec. t. 601. — Wydler l. c. 161. — G. Don l. c. no. 42. — Foll. pinnatisectis; foll. angulato-incisis, omnib. conformib.; thyrso virgato; calycib. albo-marginatis; corollis virescenti-luteis, labio superiori purpurascente. ⊙ — Crescit in Asia minore. — Planta 1-2-pedalis.

50. SCR. BICOLOR Sibthrp. et Sm. l. c. t. 602. — G. Don l. c. no. 43. — Foll. bipinnatifidis; racemis paniculatis; pedunculis multifloris; capsulis globosis muticis; staminib. exsertis. 2. — Laciniae calycinae albo-marginatae. Corolla sanguinea, basi alba, segmentis lateralibus brevibus albis, reliquis sanguineis, albo-marginatis. — Crescit in Sicilia.

51. SCR. MULTIFIDA Willd. Enum. pl. hort. Berolin. 646., Hort. Berolin. t. 58. — Wydler l. c. 161. — G. Don l. c. no. 44. — Gussone, Plant. rar. Sicil. 256. t. 44. — Foll. bipinnatifidis, pinnulis acute inciso-dentatis; panicula terminali; pedunculis dichotomis. 2. — Caulis simplex glaber herbaceus. Foliorum segmenta lanceolata, folia superiora pinnatifida, suprema tripartita, segmento intermedio longiori dentato. — *Scr. silaifolia* Clarke mss. ex Spr. Syst. veget. II. 786. no. 47. — Crescit in Sicilia et in Asia minore.

52. SCR. LUCIDA Linn. Spec. plant. 865. — Willd. Hort. Berolin. t. 57. — Wydler l. c. 161. — G. Don l. c. no. 45. — Gussone, Plant. rar. Sicil. 256. t. 43. — Caule simplici glabro fruticoso; foll. crassiusculis lucidis pinnatisectis, segmentis pinnatifidis rotundatis v. acutis dentatis; florib. densis. 2. — Facile dignoscitur ab omnibus affinibus: pedunculis pedicellisque crassis, calycibus majoribus laciniarumque margine membranaceo latiori. Caulis semper basi foliosus, thyrso abbreviato. — *Σιδηρίτις τρίτη* Dioscorid. edid. Sarrac. IV. 35? ex Spr. Geschscht. der Bot. I. 134. — Billerb. Flor. classic. 162. — *Scrophulariae montanae aut venenatae species tertia* C. Gesn. Oper. tab. aen. 16. fig. 144? — *Scrophularia Cretica prima* Clus. Histor. II. 209. ic. — *Scr. Indica* Ger. Histor. em. 710. ic.? — *Scrophularia foliis filicis modo laciniatis vel Ruta canina latifolia* C. Bauh. Pinx. 236. — Moris. Oxon. Histor. II. 483. sect. 5. t. 9. fig. 7. — *Scr. Cretica latifolia* Park. Theatr. 610. ic. — *Scrophularia saxatilis lucida Laserpitii Massiliensis folio* Bocc. Mus. di piante 166. t. 117. — *Scrophularia glauco folio in amplas lacinias diviso* Tournef. Coroll. 9., Voy. (ed. 1717.) I. t. 221. — *β.* Foliis angustioribus. — Crescit in Italia, Graecia, in Oriente, in Iberia? et in Africa boreali.

53. SCR. MULTICAULIS Turczan. Bullet. de Mosc. XIV. 76. — Paniculata: foll. glabris bipinnatifidis; panicula terminali glandulosa, glandulis plerisq. stipitatis; calycis laciniis subrotundis obtusissimis, margine membranaceo fere destitutis; staminib. fertilib. longitudine corollae; rudimento quinti oblongo-obovato retuso, labio superiori corollae dimidium tubi aequante. 2. — Habitat in Sibiria ad rivulum Bazaicha.

54. SCR. FILICIFOLIA Sm. in Mill. Dict. (ed. 8.) no. 10. — Sm. Prodr. fl. Graec. I. 426. — Lnk. Enum. pl. hort. Berolin. II. 140. — Wydler l. c. 162. — G. Don l. c. no. 46. — Foll. radicalib. interrupte pinnatisectis, segmentis pinnatifidis lanceolatis, lobis acute dentatis, dentib. mucronatis; florib. distantibus. 2. — Caulis

bipedalis v. ultra. Folium radicale pedale, interrupte pinnatisectum, segmentis pinnatifidis lanceolatis, lobis acute dentatis, dentibus mucronatis. Thyrsus aphyllus sesquipedalis, pedunculis alternis bifidis brevibus, non incrassatis; bracteae bracteolaeque oblongo-lineares oppositae. Calycis lobi ovati albo-marginati. Corolla parva purpurea. — *Scr. Cretica* Rivin. Monop. irregul. t. 94. auct. Trevir. Linnaea II. 53. — Crescit in Graecia.

55. SCR. DECOMPOSITA Royle mss. in Btb. Scrophul. Indic. 18. — G. Don l. c. no. 47. — Glabra lucida: foll. oppositis crassiusculis pinnatisectis, segmentis inciso-pinnatifidis lanceolatis, inferiorib. petiolulatis; thyrso stricto aphyllo; pedunculis inferiorib. oppositis, superiorib. alternis brevib. rigidis 3-5-floris; calycis laciniis margine albo-membranaceis, rufis; genitalib. exsertis. ♃ — Stamen sterile apice orbiculatum. Folia crassiuscula, supra laeviuscula irregulariter dentata v. pinnatisecta. Calycis laciniae rotundatae. — An *Scr. lucidae* varietas? — In India orientali in Kanaour crescit.

Sectio III. CANINA G. Don l. c. 511.

Stamine quinto sterili lanceolato acuto. Segmenta calycina rotundata v. ovata, plerumque membranaceo-marginata. Corolla purpureo-virens, purpurascenti-albida v. rarius flavescens. Genitalia inclusa v. exserta. Antherae fertiles luteae. Radices fibrosae, rarius tuberculosae v. lignosae. Caules herbacei. Thyrsi laxi.

§. 1. *Thyrso composito; cymis multifloris.*

56. SCR. DESERTI Delile, Fl. de l'Egypte 96. t. 33. fig. 1. — Wydler l. c. 162. — G. Don l. c. no. 48. — Caule basi ramoso suffruticoso; foll. incisis glabris, margine cartilagineis, inferiorib. sublyratis, superiorib. pinnatifidis, laciniis angustis obovatis dentatis; calycis laciniis margine cartilagineis. — Crescit in deserto Aegypti.

57. SCR. FRUTESCENS Linn. Spec. plant. 866. — Hill, Veget. syst. XIX. p. et t. 46. — Wydler l. c. 163. — G. Don l. c. no. 49. — Caule fruticoso; foll. saepius alternis cuneato-ovatis lanceolatisve in petiolum brevem decurrentib. dentatis. ♁ — Caules quadrangulares. Corolla parva obscure purpurascens, segmentis lateralibus albis. — *Scrophularia Lusitanica frutescens, Verbenae folio* Ray, Hist. Suppl. 393. — *Scrophularia peregrina frutescens, foliis Teucrii crassiusculis* Breyn. Prodr. 46. ex Herm. Hort. Lugd. Batav. 545. t. 547. — *β.* Foliis incisis aut laciniatis. — Crescit in arenosis maritimis Lusitaniae et Africae borealis.

58. SCR. PINNATIFIDA Brot. Flor. Lusitan. I. 202. — Lnk. et Hffmnsgg. Fl. Portug. I. 209. — Wydler l. c. — G. Don l. c. no. 50. — Caule suffruticoso; foll. lanceolatis sessilib. profunde crenato-dentatis v. basi incisis pinnatifidisque. ♁ — Caulis erectus ramosissimus glaber. Folia pleraque alterna, interdum opposita, basi angustata. — Intermedia inter *Scr. frutescentem* et *caninam*, forsan prioris varietas. — Crescit in Lusitaniae arenosis.

59. SCR. PINNATA Karel. et Kiril. Bullet. de Mosc. 1842. IV. 719. — Paniculata: caule quadrangulari, angulis subalatis; foll. glabris pinnatisectis, segmentis linearibus-lanceolatis inciso-dentatis, dentib. cuspidatis; panicula terminali glandulosa, glandulis minutis pedicellatis; laciniis calycinis obtusissimis late membranaceo-marginatis; rudimento filamenti quinti lanceolato, tubo corollae labium superum duplo superante. ♃ — Ad torrentem Tscheharak-Assu in Sibiria.

60. SCR. HETEROPHYLLA Willd. Spec. plantar. III. 274. — Wydler l. c. 163. — G. Don l. c. no. 51. — Caule frutescente; foll. longe petiolatis subcarnosis, inferiorib. ternatisectis, superiorib. trilobis ellipticisq., omnib. remote inciso-dentatis; thyrso longissimo. ♁ — *Scr. Cretica frutescens, folio vario crassiore* Tournef. Coroll. 9. — *Scr. frutescens* var. *β.* Sm. Prodr. fl. Graec. I. 437? — *Scr. Sibthorpiana* Spr. Syst. veget. II. 786. — Accedit ad *Scr. frutescentem*, sed folia omnia sunt longe petiolata. — In Creta et in rupibus insularum Meli et Ferraciae.

61. SCR. CANINA Linn. Spec. plantar. 865. — Hill, Veget. syst. XIX. p. et t. 46. — Rchb. Iconogr. fig. 970. — Koch, Synops. fl. Germ. et Helvet. (ed. 1.) 516. — Rchb. Flor. Germ. excurs. 377. no. 2566. — Wydler l. c. 164. (excl. *γ. δ.*) — G. Don l. c. no. 52 — Foll. glabris pinnatis, pinnis inaequaliter et inciso-dentatis; panicula

terminali glandulosa, glandulis subsessilib.; calycis laciniis subrotundis obtusissimis late membranaceo-marginatis; rudimento filamenti quinti lanceolato acuto nullove, tubo corollae labium superum ter superante. 4 — Corolla minuta violaceo-rubra, laciniis lateralibus albidis, infima albido-marginata. Flores non omnino sessiles, quales a *Linnaeo* dicuntur, multo tamen brevius pedicellati, quam in sequente. — *Σιδηρίτις ἑτερα* Dioscorid. — *Scrophulariae montanae aut venenatae species tertia* C. Gesn. Oper. t. 16. fig. 144? — *Ruta canina* Dalech. Hist. 937. ic. — Lobel. Adv. 391. ic. II. 55. — Tabern. Krtrbch. ic. 136. — Ger. Histor. em. 1256. ic. — *Scr. Ruta canina dicta vulgaris* C. Bauh. Pinx. 235. — Moris. Oxon. Histor. 483. sect. 5. t. 9. fig. 8. — *Scr. altera Ruta canina dicta* Park. Theatr. 610. ic. — *Scr. multifida* Lam. Fl. Franc. II. 337. — *Scr. atropurpurea* Moretti, Biblioth. Italian. XII. 372. — *Scr. chrysanthemifolia* M. Bieberst. Fl. Taur. Caucas. II. 78. III. 416. — Willd. Hort. Berolin. p. et t. 39. — Rchb. Plant. critic. VIII. fig. 971. — Rchb. Fl. Germ. excurs. 377. no. 2567.*) (Secundum Cl. **Koch** ab hac nulla nota differt.) — Crescit locis siccis arenosis glareosisque in Europa meridionali et in regionibus mediterraneis.

62. SCR. HOPPEI Koch in Deutschl. Flor. II. 410. †, Synops. fl. Germ. (ed. 1.) 516. — Foll. glabris pinnatis bipinnatisq., laciniis incisis dentatisq.; panicula terminali glanduloso-pilosa, pilis diametrum transversalem pedicellorum subaequantib.; laciniis calycis subrotundis obtusissimis late membranacco-marginatis; rudimento filamenti quinti lanceolato acuto nullove, labio corollae superiori tubum dimidium superante. ♂ — Calyx duplo major quam antecedentis. Pedicellus capsulam plerumque aequat. — *Scr. canina* Hopp. Cent. plant. exsicc. IV. et Sieb. Hb. flor. Austr. no. 195. — *Scr. canina* γ. et δ. Wydler l. c. 164. — *Scr. Juratensis* Schleich. Cent. exsicc. no. 67. — Crescit in montibus Jurae, in Carinthia (auf dem Loibl), in Helvetia et in Carnia.

63. SCR. PYRAMIDALIS Wydler l. c. 165. — G. Don l. c. 512. no. 53. — Caulib. longissimis; foll. alternis, inferiorib. lanceolatis denticulatis, superiorib. pinnatifidis; thyrso longissimo. 4 — Praecedentis forte varietas; pedunculi longiores. Capsula ovato-subrotunda acuminata parva. — Crescit prope Donnums bercy circa Mare nigrum.

64. SCR. CALYCINA Bth. Scrophul. Indic. 18. — G. Don l. c. no. 54. — Glabra v. leviter pubescens: caule angulato; foll. late ovatis dentatis, basi inferiorib. cordatis, ramealib. rotundatis; thyrso brevi denso subaphyllo; calycis quinquepartiti laciniis lanceolatis acuminatis pubescentib., capsula longiorib.; genitalibus inclusis. 4 — Stamen sterile basi adnatum, apice liberum ovatum acutum. Folia rugosa. Calyx non membranaceus. — *Veronica? thyrsiflora* Wall. Catal. 6393. — Herba vix ultra pedalis. Corollae laciniae breves subaequales. Capsula magna acuminata. — Crescit in India orientali (Kamaon, Kanaour).

§. 2. *Thyrso simplici; cymis pedicellorum abortu pauciforis.*

65. SCR. RAMOSISSIMA Lois. Fl. Gallic. II. 381. — Wydler l. c. 165. — G. Don l. c. no. 55. — Caulib. sublignosis ramosissimis; foll. oppositis subpetiolatis ovato-oblongis inciso-dentatis v. pinnatifidis; pedunculis 1-2-fidis. 4 — *Scr. frutescens* DC. Fl. Franc. III. 729. (nec Linn.) — Crescit in littoribus arenosis Galloprovinciae, Corsicae et Scyri insularum.

66. SCR. CAESIA Sm. Prodr. fl. Graec. I. 438. — Sibthrp. et Sm. Flor. Graec. t. 604. — Wydler l. c. 166. — G. Don l. c. no. 56. — Caulib. humilib. numerosis caespi-

*) *SCR. CHRYSANTHEMIFOLIA M. Bieberst l. l. c. c. — Foll. caulinis pinnatis bipinnatifidisve; paniculae ramis dichotomis, ramulis demum fractiflexis; florib. sessilib.; staminib. corolla brevioribus.* 4 — *Folia turionum spathulata subintegerrima, alia crenata incisa laciniata minora et minus composita quam illa* Scr. caninae, *sed numerosiora. Pedunculi minus glandulosi, in paniculam elongatam foliosam dispositi.* — Scr. bicolor *Sm. ex Rchb. l. l. c. c.* — Scr. orientalis Chrysanthemi folio, flore minimo variegato *Tournef. Coroll.* 9. — Scr. canina *β. Willd. Spec. plant. III.* 277. — Scr. pinnata *Mill. Dict. no.* 5? — *Crescit in Tauria et in Italia superiori.*

tosis; foll. oppositis glaucescentib. lyrato-pinnatifidis incisis; pedunculis simpliciter dichotomis bi-trifloris. ♃ — Caules spithamaei glabri. — *Scrophularia orientalis minor Melissae folio* Tournef. Coroll. 9. — Buxb. Centur. V. 10. t. 17. fig. 2? — Crescit in rupibus circa Athenas, in agro Laconico et Messeniaco. — An a praecedente satis diversa?

67. SCR. DENTATA Royle mss. ex Bth. Scrophul. Indic. 19. — G. Don l. c. no. 57. — Humilis caespitosa leviter pubescens: foll. alternis crassis oblongis, basi angustatis, apice inciso-dentatis; thyrso simplici paucifloro; pedunculis 1-3-floris; genitalibus exsertis. ♃ — Stamen sterile apice oblongum acutum. Folia rugosa. Calycis laciniae margine non membranaceae. — Affinis *Scr. cretaceae*, sed satis diversa. — Crescit in India orientali (Kanaour).

68. SCR. CRETACEA Fisch. in Spr. Syst. veget. II. 788. — Wydler l. c. 166. t. 4. — G. Don l. c. no. 58. — Foll. alternis breviter petiolatis lanceolatis serratis, utrinq. attenuatis; pedunculis uni-bifloris. ♃ — Caulis simplex glanduloso-pulverulentus albidus. Folia semipollicaria saepe in petiolum decurrentia glabra. Bracteae lineares. Corolla parva atropurpurea. Capsula lentis magnitudine fusca. — Crescit in Sibiriae montibus cretaceis ad Tanaim.

69. SCR. HYPERICIFOLIA Wydler l. c. 166. † t. 5. — G. Don l. c. no. 59. — Caule lignoso; foll. oppositis ovatis integerrimis in petiolum brevem decurrentib.; pedunculis 1-2-floris. ♄ — Caulis lignosus glaber ramosus. Rami alterni brachiati divaricati, cortice albescente, interdum spinescentes, saepissime folii-floriferi. Folia parva interdum alterna ovata v. ovato-lanceolata glabra *Hypericorum* more pellucido-punctata integerrima. Rhachis glandulosa, pedunculis brevibus alternis unibracteatis, pedicellis saepe abortivis spinescentibus. Bracteae minutae. Calyx parvus, lobis subrotundis albo-marginatis. Corolla parva purpurea staminibus exsertis. Capsula subrotunda, respectu floris magna. — In deserto Arabiae.

§. 3. *Floribus capitatis.*

70. SCR. MINIMA M. Bieb. Flor. Taur. Caucas. II. 79. — Wydler l. c. 167. — G. Don l. c. no. 60. — Humilis: caulib. simplicissimis; foll. petiolatis ovatis sublobatis dentatis; capitulo terminali denso subgloboso. ♃ — Flores magnitudine *Scr. vernalis*, corolla rosea, labio inferiori pallidiore. — *Scrophularia orientalis minima, folio subrotundo* Tournef. Coroll. 9. — Crescit in Iberia.

† *Species non satis notae, affinitatis dubiae.*

71. SCR. CHINENSIS Sm. in Rees' Cyclop. XXXII. — Wydler l. c. 167. — Foll. ovato-oblongis serratis pubescentibus. ♃? — An hujus generis? — In China.

72. SCR. COCCINEA Linn. Spec. plant. 806. — Wydler l. c. — Foll. quaternis ovatis; florib. verticillatis spicatis. ♃ — Forte *Hemimeridis* species? — Crescit in Vera Cruze.

73. SCR. ASCENDENS Willd. Enum. plant. hort. Berolin. 644. — Wydler l. c. 166. — Foll. lanceolatis, utrinq. attenuatis, profunde et inaequaliter duplicato-dentatis glabris; racemo terminali. ♃ — Crescit.....?

74. SCR. HASTATA Raf. Flor. Ludowic. 44. — Wydler l. c. — Foll. oppositis longe petiolatis oblongis hastatis serratis canescentib., subtus canis; florib. paniculatis laxis. ♃ — Crescit.....?

75. SCR. MELISSAEFOLIA d'Urville, Enumerat. 75. — Wydler l. c. — Caule erecto quadrangulari glaberrimo; foll. caulinis petiolatis ovato-lanceolatis argute serratis; bracteis lanceolatis suberectis; pedunculis pubescentib. multifloris; paniculа elongata. ♃ — Flores parvi purpurei. Pedunculi ter quaterve dichotomi. — Crescit circa Trapezunt.

76. SCR. NEPETAEFOLIA Prsl. Delic. Pragens. I. 73. — Wydler l. c. — Caule fruticoso; ramis quadrangularib.; foll. cordatis obtusis duplicato-dentatis, utrinq. glabris; pedunculis dichotomis trifloris. ♄ — Folia fere *Nepetae catariae*, flores quam illi *Scr. aquaticae* duplo minores luride flavi, capsula ovata. — *Scr. glabrata* Spr. Syst. veget. II. 784? — Crescit in Hispania australi.

77. **SCR. SKELLII** Spr. Syst. veget. II. 783. — Wydler l. c. — Foll. lanceolatis acutis, utrinq. glabris, aequaliter serrulatis, breviter petiolatis, petiolis dilatatis; caule quadrangulari laevi; paniculae terminalis ramis trichotomis. ♃? — Crescit....?

78. **SCR. NUDICAULIS** Wydler l. c. 168. — Caule simplicissimo, basi folioso, superne subaphyllo; foll. pinnatifidis strigosis; racemo simplici. ♃ — Radix lignosa. Caulis superne glandulis stipitatis vestitus. Folia inferiora profunde pinnatifida, pilis adpressis subglauca, segmentis alternis acutis dentatis, tenuiter ciliatis, caulina rara parva pectinato-pinnatifida. Racemus terminalis simplex, pedunculi alterni longi unibracteati. Bracteae parvae. Calyx valde glandulosus profunde quinquelobus, lobis ovato-lanceolatis acuminatis, margine non membranaceis. Corolla et capsula desunt, ideoque forte ad aliud genus pertinet. — Crescit in Persiae monte Elwind.

79. **SCR. OBLONGIFOLIA** Loisel. Nouv. not. mémoir. soc. Linn. de Paris VI. ex Ferussac, Bullet. 1828. edit. ex Wydler l. c. — Glabra: caule tetragono; foll. oblongo-lanceolatis in petiolum attenuatis serratis; racemo terminali nudo; pedunculis ramosis. ♃ — In insula Corsica. — Conferatur cum *Scr. rivulari* Moris.

80. **SCR. UMBROSA** Dumort. prodr. fl. Belgic. 37. — Caulib. alatis; foll. simpliciter serratis decurrentib. glabris, inferiorib. oblongis acutis, summis lanceolatis acuminatis; panicula terminali. ☉ — Habitat in Belgia.

81. **SCR. RIVULARIS** Moris, Stirp. Sard. elench. Appndx. 8. — Wydler l. c. 169. — Caule tetragono alato; foll. infimis ovatis, summis oblongo-lanceolatis crenato-dentatis glabris in petiolum decurrentib.; racemo terminali subnudo; pedicellis ramosis. ♃ — Corolla obscure purpurea, labello virescente. Facies *Scr. aquaticae*, sed caulis petiolorumque ala magis conspicua, foliis obtusiusculis obsolete dentatis differt. — Habitat in Sardinia juxta rivulos in montibus.

82. **SCR. SUBVERTICILLATA** Moris l. c. — Wydler l. c. 169. — Caule tetragono glanduloso-punctato; foll. oblongo-lanceolatis duplicato-dentatis, inferiorib. pinnatis; racemi terminalis subaphylli pedunculis oppositis distantib. brevib. dense cymosis. ♃ — Corolla intense purpurea, folia subtus pilosa. — Habitat ad flumina et rivulos Sardiniae.

83. **SCR. MERIDIONALIS** Prsl. Fl. Sicul. I. XXXV. — Pedunculis multifloris; bracteolis setaceis; capsulis pyriformib. acutis; sepalis lineari-lanceolatis; caule erecto ramoso; foll. cordatis grosse dentatis, superiorib. alternis. ♃ — In Sicilia.

84. **SCR. LANCIFOLIA** Prsl. l. c. — Pedunculis multifloris; bracteolis lineari-lanceolatis; capsulis globosis mucronatis; sepalis ovato-subrotundis, margine scariosis; caule ascendente; foll. ex ovata basi lanceolatis obtuse dentatis, petiolis alatis. ♃ — Crescit in Sicilia.

†† *Species vix cognitae.*

1. *Scrophularia palustris non foetida sive aquatica minor* C. Bauh. Pinx. 235. — Raj. Histor. I. 764. — Wydler l. c. 167.
2. *Scrophularia minor Ruta canina dicta* Moris. Oxon Histor. II. 483. — Raj. Histor. I. 766.
3. *Scrophularia annua Senecionis folio* Moris. l. c. t. 35. sect. 5.
4. *Scrophularia peregrina Telephii folio non descripta* Raj. Histor. Suppl. 395.
5. *Scrophularia annua Catalonica montis Serrati* Raj l. c.
6. *Scrophularia Mariana Ebuli folio singulari* Pluck. Mant. 169.
7. *Scrophularia Americana densiori scabro folio, denticulis magis exstantibus aspersa* Raj. Suppl. 395.
8. *Scrophularia Noveboracensis flore viridi rubente, folio Urticae amplissimo* Raj. l. c.
9. *Scrophularia Scorodoniae folio maximo Noveboracensis flore atro-purpureo* Raj. l. c.
2. L. VILLOSA DC. Flor. Franc. V. 410. — Spr. l. c. 792. — Chavannes l. c. 93. † — Villosa: foll. ovatis v. orbicularib. obtusis breviter petiolatis, omnib. oppositis; florib. oppositis longe pedicellatis; calycis segmentis lineari-oblongis subspathulatis; corolla alba v. pallide coerulea, lineis intensiorib. notata, lobis apice emarginatis, calcari recto, supra basin ampliato. ♃ — Rami cauliformes diffusi pilis simplicibus patulisque vestiti, basi lignescentes, 5–10-pollicares. Folia 1–3 lin. longa, 3–4 lin. lata, in petiolum brevem contracta villosa crassiuscula. Pedicelli hirsuti folio duplo triplove longiores. Corolla cum calcari 5–6 lin. longa. Capsula pubescens ovata. Semina oblonga, apice truncata longitudinaliter sulcata. — *Antirrhinum saxatile minus Origani folio viscoso, flore albo ample* Barrel. Icon. 507. — *Linaria Hispanica Nummulariae folio villoso* Tournef. Instit. rei herb. 169. — *Antirrhinum serpyllifolium* Pourr. in Hb. Dsf. — *Antirrhinum oppositiflorum* Poir. Dict. méth. Suppl. IV. 23. — *Linaria muralis* Slam. Hb. — In Hispaniae ora mediterranea (Gadibus, Geber Altari) crescit.

β. pusilla Boiss. Voyage dans le midi de l'Esp. 450. no. 1233. — Villosa, vix viscosa: caulib. tenuiorib. abbreviatis caespitosis; foll. floribq. minoribus. — (In Hispania australi.)

3. L. ORIGANIFOLIA DC. Flor. Franc. III. 391. (excl. syn. Magn.) — Spr. l. c. 791. — Chavannes l. c. 94. † t. 6. — Pubescens v. glabra: foll. oblongis aut obovatis breviter petiolatis, inferiorib. oppositis, superiorib. alternis; florib. alternis distantib.; calycis segmentis linearib. v. lineari-spathulatis villosis; corolla coeruleo-violacea v. rarius alba, lobis emarginatis, calcari recto, supra basin ampliato. ♃ — Herba polymorpha 5–10-pollicaris; rami cauliformes ramulosi ascendentes v. prostrati flexuosi, saepe glanduloso-pubescentes. Folia in petiolum brevem attenuata, 3–6 lin. longa, 1–3 lin. lata, margine revoluta crassiuscula erecto-patentia. Flores axillares racemum laxum efficientes, pedicellis filiformibus brevissime pilosis. Calycis tubo corollino brevioris segmenta obtusa glanduloso-pilosa, supremo majori. Corolla (adjecto calcari) 4–6 lin. longa, lobis emarginatis coeruleis rubro-striatis, fauce flava. Capsula glabriuscula ovata, loculis valde inaequalibus. Semina oblongo-ovoidea, apice truncata, longitudinaliter sulcata. — *L. saxatilis serpyllifolia* Tournef. Institut. rei herb. 169. — *Antirrhinum origanifolium* Linn. Spec. plant. 852. — Aberrat flore albo. — Crescit in Gallia et Hispania.

β. grandiflora Bth. Catal. pl. Pyren. 96. — Florib. majorib.; planta majori et villosiori. — *Antirrhinum villosum* Lapeyr. Fl. Pyren. 353.

γ. crassifolia Chavannes l. c. 94. — Foll. ovatis subacutis glaberrimis crassiusculis; florib. magnis. — *Orontium saxatile Thymi folio, flore rubello* Barrel Icon. 1313. — *Antirrhinum* (*Anarrhinum* Willd. Spec. plant. III. 261.) *crassifolium* Cav. Icon. pl. II. 11. t. 114. — *Linaria crassifolia* DC. Fl. Fr. V. 410.

δ. longepedunculata Boiss. Elench. pl. nov. Hispan. (ed. Erford.) 49. no. 148. — Caulib. semipedalib. et ultra; pedicellis valde elongatis capsula triplo longiorib.; calycis laciniis oblongo-lanceolatis nec sublinearib., omnib. partib. tomento viscido dense obductis. — In pinguibus Sierra de Nevada.

ε. glareosa Boiss. l. c. no. 149. — Foll. inferiorib. glabrescentib. carnosis, omnib. subrotundis; caulib. filiformib. prostratis caespitosis; pedicellis calycibq. birsutis; sepalis oblongis obtusis, capsula longiorib.; florib. maximis violaceis. — Crescit in glareosis humidis glacialibus Sierra Nevada in Hispania (altit. 9–10000 pedum).

4. **L. FLEXUOSA** Dsfont. Flor. Atlant. II. 47. t. 130. — Spr. l. c. 791. — Chavannes l. c. 93. † — Glaberrima: ramis cauliformib. filiformib. flexuosis implexis procumbentib.; foll. petiolatis spathulato-ellipticis v. oblongis, imis tantum oppositis, superiorib. alternis; florib. distantib.; pedicellis folio duplo triplove longiorib.; calycis segmentis linearib.; corolla parvula coerulescente, tubo paululum elongato; calcari obtuso recurvo, lobis integerrimis. ♃ — Plantula 4–6-pollicaris prostrata diffusa. Folia inferiora 4–6 lin. longa, 1–2 lata, superiora multo minora lineari-oblonga. Pedicelli elongati tortuosi. Calycis segmenta linearia tubum corollinum aequantia obtusiuscula. Corolla *L. minorem* aemulans sed longior. Capsula ovato-globosa calycis longitudine, loculis fere aequalibus. Semina ovata, utrinque truncata nigra, minute foveolata. — *Antirrhinum flexuosum* Willd. Spec. plant. III. 250. — Crescit in Barbaria prope Tunetum.

5. **L. RUBRIFOLIA** Robill. et Cast. mss. in DC. Fl. Franc. V. 410. — Spr. l. c. 792. — Chavannes l. c. 96. † — Caule erecto e basi ramoso flexuoso pubescente; foll. inferiorib. ovatis oppositis approximatis, subtus atro-rubentib. glabris, superiorib. oblongis alternis; calycis segmentis lineari-spathulatis obtusis villosis; corolla parva purpureo-coerulea, lobis integerrimis, calcari gracili acuto divergente. ☉ — Herbula 4–8-pollicaris gracilis breviter pilosa (pilis capitatis). Rami alterni graciles villosi. Folia inferiora breviter petiolata glaberrima crassiuscula ovata v. ovato-rotundata 4–7 lin. longa, floralia minora obtusa ciliata. Flores laxi, pedicellis corollam aequantibus, demum accrescentibus filiformibus. Calycis segmenta linearia obtusa, quandoque subspathulata villosa, corolla breviora, capsulam superantia. Corolla (adjecto calcari) 2–4 lin. longa pubescens, ad faucem punctis 2 luteis notata. Capsula glabra v. pubescens ovoidea, loculis valde inaequalibus. Semina oblonga truncata nigra echinulata. — *Antirrhinum saxatile Serpylli folio* C. Bauh. Pinx. 212. — Magn. Bot. Monsp. 25. ic. 24. — *Antirrhinum origanifolium* Gouan. Hort. 301. — *Antirrhinum filiforme* Poir. Dict. encycl. Suppl. IV. 27. — *Linaria origanifolia* var. *rubrifolia* Bth. Cat. pl. Pyren. 96.

β. humilis Chavannes l. c. — Foll. oblongis subsessilib.; calyce corollam subaequante; corolla parvula, calcari recto. — *Linaria rupestris* Guss. Prodr. fl. Sicul. 163., Icon. fl. Sicul. t. 307. — Crescit in Gallia australi, in Pyrenaeis, Sardinia et var. *β.* in Sicilia.

§. 2. *Capsula membranacea, loculis aequalibus, quoque loculo dentibus tribus apice dehiscente.*

6. **L. MINOR** Dsf. Flor. Atlant. II. 46. — Flor. Danic. t. 502. — Gärtner, De fructib. et seminib. I. 249. t. 53. fig. 1. — Engl. Bot. XXVIII. t. 2014. — Rchb. Flor. Germ. excurs. 374. no. 2533. — Koch, Synops. Fl. Germ. et Helvet. (ed. 1.) 521. — Chavannes l. c. 97. † — Tota glanduloso-pilosa: foll. lanceolatis obtusis in petiolum attenuatis, inferiorib. oppositis, superiorib. alternis linearib.; florib. solitariis axillarib. subracemosis; pedunculis calyce triplo longiorib.; corollis dilute violaceis,

labiis ochroleucis, laciniis labii superioris divaricatis; seminib. oblongis sulcatis. ⊙ — Caulis erectus semipedalis et ultra, a basi ramosissimus breviter glanduloso-pubescens. Rami inferiores oppositi. Folia oblongo-linearia v. oblonga 4—10 lin. longa, floralia linearia obtusa, pedicellis breviora. Flores longe pedicellati, pedicellis erectis pubescentibus. Segmenta calycina linearia obtusiuscula, demum ampliata subspathulata. Corolla parva, palato prominulo, pilis aurantiacis obsito, labio inferiori albido. Capsula ovata a calyce tecta membranacea. — *Antirrhinum tertium* Camer. Epit. 922. ic. — *Antirrhinum minus etc.* Tabern. Kräuterbch. 1236. ic. — *Antirrhinum minimum* J. Bauh. Histor. III. 465. ic. — *Antirrhinum arvense minus* C. Bauh. Pinx. 212. — *Antirrhinum sylvestre minimum* Park. Theatr. 1334. ic. — *Linaria arvensis minima* Rivin. Monop. irregul. I. t. 85. fig. 2. — *Linaria pumila vulgatior arvensis* Tourn. Instit. 109. — *Linaria viscida* Mnch. Meth. pl. 524. — *Antirrhinum minus* Linn. Spec. plant. 852. — *Linaria Antirrhinum* Chevall. Flore gén. des envir. de Paris II. 442. — Crescit in Europae arvis incultis et in Caucaso.

7. L. RAVEYI Boiss. Elench. pl. nov. Hisp. no. 152., Voyage bot. dans le midi de l'Esp. p. 432. no. 1136. † t. 132. fig. 6. — Annua: caule humillimo simplici pilis patulis hirsuto; foll. ovatis breviter petiolatis acutiusculis glabris aut margine subciliatis, subtus rubris; florib. paucis axillarib., pedicello hirsuto calycem superante suffultis; calycis hirsuti sepalis linearib., basi attenuatis; corollae hirtellae luteae calyce duplo longioris lobis subemarginatis, calcari recto corollam subaequante. ⊙ — Herbula pollicaris aut sesquipollicaris saepius uniflora. Folia carnosula, superiora oblongo-lanceolata obtusa, basi attenuata. Flores 1—2, pedicello 4—5 lin. longo. Calycis laciniae superiores paullo longiores latioresque quam inferiores. Corollae flavae labium superum subquadratum, brevissime bilobum, lobis truncatis, labii superi lobis subemarginatis, intus lineis 2 rubris notatis. Faux lineis 4 violaceis percursa. Calcar acutum rectum fusco-luteum. Capsula.....? — Crescit in Hispania, in arenosis humidis regionis alpinae Sierra Tejada, alt. 5—6000 ped.

8. L. LITTORALIS Willd. Enum. pl. hort. Berolin. 641. — Spr. l. c. 703. — Sturm, Deutschl. Flor. Hft. 70. ic. aen. — Koch, Synops. fl. Germ. (ed. 1.) 521. — Rchb. Fl. Germ. excurs. 374. no. 2534. — Chavannes l. c. 98. — Tota glanduloso-pilosa: foll. lanceolatis obtusis in petiolum attenuatis, inferiorib. oppositis, superiorib. alternis angustiorib.; florib. solitariis axillarib. subracemosis; pedunculis calycem aequantib., laciniis labii superioris sinu clauso parallelis; seminib. oblongis sulcatis; corollis laetissime violaceis. ⊙ — *Antirrhinum littorale* Bernhardi mss. in DC. Flor. Franc. V. 410. — *Linaria* (*Antirrhinum* Pers. Enchirid. II. 156.) *pubescens* Dsf. Cat. hort. Paris. — Species *L. minori* valde affinis. — Crescit in Istria ad littora maris.

Sectio II. CYMBALARIA Chavannes l. c. 98.

Folia palminervia saepissime lobata longe petiolata. Flores axillares pedicellis longis suffulti. Corollae fauce palato clauso (calcari obtuso reliqua corolla multo breviori). Capsula valvulis sex apice dehiscens. Semina oblonga, testa valde rugosa (t. 5. fig. 16.). — Plantae hypocarpogeae perennes in rupium et murorum fissuris plerumque vigentes.

9. L. (ANTIRRHINUM Linn. Spec. plant. 851. — Bull. Herb. t. 395. — Engl. bot. VII. t. 502. — ELATINE Mnch. Meth. plant. 525.) CYMBALARIA Mill. Dict. (ed. 8.) no. 17. — Strm. Deutschl. Flor. Hft. 70. ic. aen. — Koch, Synops. fl. Germ. (ed. 1.) 520. — Rchb. Flor. Germ. excurs. 373. no. 2529. — Chavannes l. c. † — Glaberrima: foll. plerisq. alternis cordato-reniformib. 5—7-lobatis, lobis rotundatis v. cuneiformib. mucronulatis; pedicellis floriferis folio longioribus; calycis segmentis lineari-lanceolatis acutis, capsula minoribus; corollae coeruleascentis palato flavo, calcari curvulo. ♃ — Rami cauliformes e rhizomate prodeuntes diffusi repentes radicantes ramulosi teretes laevi purpurascenti-virides. Folia (juniora opposita minora) crassiuscula, superne viridia, inferne purpurascentia, absque petiolo

6–15 lin. longa et totidem lata. Pedicelli folio breviores, demum elongati capillacei. Calyx parvulus, tubo corollino triplo brevior. Corollae superum labium paullulum reflexum, inferum patens, lobis aequalibus. Capsula globoso–ventricosa glabra, vix apice emarginata. — *Cymbalaria* Matth. ed. Valgr. II. 468. — Camer. Kräutrbch. 395. ic. — Riv. Monopel. irregul. t. 86. fig. 2. — *Umbilicus Veneris officinarum* Lonic. Kräuterbch. 46. — *Cymbalaria Italica folio hederaceo* Lobel. Icon. 615. — *Cymbalaria Matthioli* Dalech. Hist. Lugd. 1392. fig. 2. (bona). — *Cymbalaria flosculis purpurascentibus* J. Bauh. Hist. plant. III. 685. ic. (florib. ecalcaratis.) — *Antirrhinum quinquelobum* Stok. Bot. mat. medic. III. 385. — *Cymbalaria muralis* Bmgrtn. Stirp. Transylv. II. 208. — *Antirrhinum hederaceum* Lam. Fl. Fr. II. 338. — *Cymbalaria hederacea* Gray, Brit. pl. II. 322. — Occurrit floribus albis (Ponted. Anthol. 240.). — Crescit ad muros antiquos in tota Europa, praesertim australiori.

β. acutangula Chavannes l. c. 90. — Foll. minorib. cordato–5–9–lobis, superiorib. hastato–quinquelobatis, lobis cuneiformib. acutis; pedicellis floriferis folio multo longiorib.; segmentis calycinis linearib. obtusiusculis; corolla parum minori. — *Antirrhinum acutangulum* Ten. Cat. pl. 1819. 52., Flor. Napolit. II. 47. t. 59. — *Linaria acutangula* Ten. Sylloge pl. 302. — Circa Neapolin.

γ. hederaefolia Chavannes l. c. — Foll. saepius trilobatis crassis, lobis latiorib.; segmentis calycinis linearib. obtusis; florib. paullo majorib. quam in typo. — *Antirrhinum hederaefolium* Poir. Dict. encycl. Suppl. IV. 18. — Crescit in Monte aureo Averniae.

δ. Sieberi Chavannes l. c. — Foll. minorib., inferiorib. aliis ovatis integerrimis, aliis cordato–subrotundis, lobis minus obtusis; florib. minorib., calcari duplo longiore et crassiore. — *Antirrhinum Cymbalaria* Sieb. Hb. fl. Cretic. — In insula Creta.

10. L. HEPATICAEFOLIA Duby, Bot. Gallic. I. 344. — Chavannes l. c. 100. † — Glabra: foll. oppositis, plerisq. reniformib. 3–5–lobatis, lobis rotundatis mucronulatis, intermedio maximo; pedicellis floriferis folio longiorib.; segmentis calycinis linearib. acutiusculis capsulam superantib.; corolla coeruleo–purpurea, calcari saepius recto. ♃ — Herba 4–6–pollicaris et ultra. Rami cauliformes oppositi purpurascentes ramulosi breves. Folia intense viridia longissime petiolata, limbo saepius trilobato, interdum integerrimo. Pedicelli folio sublongiores erecto–patentes. Calyx tubo corollino dimidio brevior. Corolla quam praecedentis duplo circiter major. Capsula globosa glabra. — *Antirrhinum hepaticaefolium* Poir. Dict. encycl. Suppl. IV. 19. — *Ant. Cymbalaria β.* Lois. Fl. Gall. II. 373. (ex ipso). — *Linaria hederaefolia* Slzm. Hb. — Crescit in montibus insulae Corsicae.

11. L. PALLIDA Ten. Flor. Napol. I. 32. t. 159. fig. 2. — Spr. l. c. 790. (excl. syn. Prsl.) — Guss. Pl. rar. Sicul. 246. — Chavannes l. c. 101. † — Pubescens: foll. oppositis cordato–reniformib. 3–5–lobatis, lobis valde rotundatis vix mucronatis; pedicellis floriferis folio breviorib.; calycis segmentis lineari–lanceolatis subacutis; corolla coerulescente, calcari recto. ♃ — Planta 4–6–pollicaris; rami cauliformes tenues graciles diffusi. Folia omnia opposita, pleraque lobata, interdum integerrima, rarius crenata triste virentia, petiolo limbum paullulum excedente. Flores odorati. Calyx tubo corollino multo brevior. Corolla adjecto calcari 4–5 lin. longa. Capsula globosa glabriuscula. — *Antirrhinum pubescens* Ten. Flor. Napol. prodr. 36. — Crescit in glareosis montium Aprutii et Magellae.

12. L. PILOSA DC. Flor. Franc. III. 584. — Spr. l. c. 790. — Chavannes l. c. † — Foll. oppositis et alternis cordato–subrotundis v. reniformib. villosis 5–11–lobatis, lobis rotundatis mucronulatis; pedicellis floriferis folio subaequilongis; calycis segmentis anguste lanceolatis acutis capsula breviorib.; corolla purpureo–coerulea, palato flavo, calcari subincurvo. ♃ — Rami cauliformes debiles elongati prostrati radicantes, molliter et albido–pilosi. Folia mollia villosa, interdum infra coerulescentia, petiolo limbum semipollicarem v. pollicarem subaequante v. eo longiore. Pedicelli filiformes foliorum fere longitudine, post anthesin valde elon-

gati. Calyx pilosus, tubum corollinum dimidium aequans. Capsula globosa ventricosa. — *Linaria hederaceo folio villoso seu Cymbalaria alpina* Tournef. Instit. I. 169. — *Linaria seu Cymbalaria Clematitis saxatilis rotundo Hederae folio hirsuto purpureo* Cup. Pamph. Sicul. t. 214. — *Antirrhinum pilosum* Linn. Mant. pl. 749., Jcq. Observ. II. 29. t. 48. — *Linaria pubescens* Prsl. Delic. Pragens. 74. — *β. pumila:* Foll. minorib. crassis, tota plantula vix quadripollicaris. — Crescit in Sicilia, in paludibus Pontinis et circa Neapolin.

13. L. AEQUITRILOBA Duby, Bot. Gallic. I. 344. — Spr. l. c. 790. — Chavannes l. c. 102. † — Pilosiuscula tenerrima: foll. oppositis parvulis cordato-reniformib. trilobatis, lobis rotundatis brevissime mucronulatis; pedicellis floriferis folio longiorib.; calycis segmentis lineari-lanceolatis capsula breviorib.; corolla purpureo-coerulea, calcari recto. 2? — Herbula 3–6-pollicaris. Rami cauliformes tenuissimi filiformes repentes pilosi. Folia numerosissima approximata lucido-viridia saepe glabriuscula, inferiora longe petiolata, petiolis capillaceis villosis, limbo duplo triplove longioribus, limbo 2–6 lin. longo et totidem lato. Pedicelli glabriusculi folio dimidio longiores. Calyx tubo corollino duplo brevior. Corolla (adjecto calcari) sesquilinearis. Capsula parvula globosa. — Crescit in montibus (della Trinita) insulae Corsicae.

Sectio III. ELATINOIDES Chavannes l. c. 103. t. 5. fig. 19—21.

Folia penninervia, saepius breviter petiolata alterna, imis nonnumquam oppositis (rarissime nullis) dentata lobatave, interdum integra. Flores axillares distantes. Corollae palato ad faucem prominente, calcari acuto corollam subaequante, numquam ea longiore. Capsula subsphaerica, operculis duobus circumscissis latere dehiscens v. ovata duabusque valvulis apice dehiscens. Semina ovato-truncata v. rotundata, testa foveolis irregularibus exarata v. granuloso-tuberculata. — Herbae vulgo procumbentes annuae v. suffrutescentes.

§. 1. *Capsula subsphaerica, operculis duobus circularibus circumscissis dehiscens.* (*t. 5. fig. 9. et 10.*)

14. L. SCARIOSA Dsfont. Flor. Atlant. II. 38. t. 131. — Spr. l. c. 790. — Chavannes l. c. 103. † — Villosa: foll. oblongis v. ovato-oblongis petiolatis, inferiorib. oppositis, supra basin dentato-angulosis, superiorib. alternis integerrimis; pedicellis corolla multo breviorib.; calycis segmentis ovato-oblongis scariosis; corollae luteae magnae pubescentis calcari arcuato. ☉ — Herba 1–2-pedalis. Rami cauliformes prostrati ramulosi, pilis simplicibus dense vestiti. Folia erecto-patentia breviter petiolata, limbo 1–3-pollicari, 6–10 lin. lato. Flores numerosi approximati pulchri. Calyx hirsutus, segmentis mucronatis corolla duplo brevioribus. Corolla (adjecto calcari) 6–7 lin. longa lutea, intus infra faucem venis purpureis picta, calcari tubum subaequante. Capsula glabriuscula calyce tecta. Semina oblongo-ovata foveolata. — *Antirrhinum scariosum* Lam. Dict. encycl. IV. 369. — *Antirrhinum dentatum* Vahl, Symbol. bot. II. 60. t. 37. — Willd. Spec. plant. III. 234. (non Poir.) — Crescit in Hispaniae et in Tuneti collibus aridis.

15. L. (ANTIRRHINUM Willd. Spec. plant. III. 233.) ELATINOIDES Dsf. Fl. Atl. II. 39. t. 132. — Spr. l. c. 789. — Chavannes l. c. 104. † — Pubescens: foll. alternis ovatis ellipticisq. obtusis, inferiorib. dentato-angulosis subpetiolatis, superiorib. sessilib. integerrimis; pedicellis corolla breviorib.; calycis segmentis oblongis acutis, margine membranaceis; corolla magna lutea; calcari subarcuato. ☉ — Rami cauliformes 1–2-pedales procumbentes prostrati albescentes, ramulis gracilibus. Folia omnia alterna glabra v. pubescentia, inferiora 1–2-pollicaria, 8–12 lin. lata, breviter petiolata, superiora minora obtusiuscula sessilia. Flores in axillis foliorum superiorum breviter pedicellati. Calyx tubo corollino multo brevior. Calcar nunc rectum, nunc incurvum. Capsula glabra, calyce paullulum longior. Semina ovoidea curvula, testa fusca tenuiter foveolata. — Crescit in cultis Habreae prope Mascar.

16. L. DEALBATA Lnk. et Hffmnsgg. Flor. Portug. I. 231. t. 34. — Spr. l. c. 791. — Chavannes l. c. — (Boiss. Voyage bot. dans le midi de l'Esp. 453. no. 1938.) — Hirsuta: foll. ovatis v. ovato-lanceolatis sessilib. acutis, inferiorib. dentatis, superiorib. integerrimis; pedicellis brevissimis; calycis segmentis lanceolatis acutis; corolla parva, labio superiori violaceo, inferiori albo, palato albescente punctisq. coeruleis notato. ⊙ — Rami cauliformes graciles 2–3-pedales ramulosi albescentes hirsutissimi viscosi, ramulis rigidis. Folia inferiora pollicaria, 7–8 lin. lata, superiora minora. Pedicelli vix lineam longi. Flores in axillis foliorum superiorum. Corolla *L. spuriam* referens, sed minor. Capsula calyce subtecta. Semina ovata tenuissime foveolata. — *Antirrhinum lanigerum* Brot. Flor. Lusit. I. 189. (non Willd.) — Crescit in arvis Lusitaniae, Algarviae, prope Gades et in regno Granatensi occidentali.

17. L. LANIGERA Dsfont. Flor. Atlant. II. 38. t. 130. — Spr. l. c. (non Hffmnsgg. et Lnk.) — Chavannes l. c. 105. † — (Boiss. l. c. no. 1939.) — Lanato-villosa: foll. alternis cordatis v. cordato-rotundatis mucronulatis lanosis, inferiorib. breviter petiolatis ac interdum vage dentatis, superiorib. subsessilib. integerrimis; pedicellis folio longiorib.; segmentis calycinis lineari-lanceolatis acutis; corollae parvulae lutescentis calcari incurvo. ⊙ — Herba 1–3-pedalis. Rami cauliformes prostrati graciles flagelliformes villosissimi ramulosi. Folia omnia alterna lanigera, inferiora 5–8 lin. longa, 3–6 lin. lata, superiora multo minora patentia. Pedicelli capillares villosi. Calyx corolla fere duplo minor, densissime pilosus. Corolla praecedentis sed minor villosa. Capsula glabra calyce tecta. Semina ovoidea minutissime foveolata. — *Antirrhinum lanigerum* Willd. Spec. plant. III. 235. — Crescit prope ruinas Carthaginis urbis et in Hispaniae Sierra Nevada.

18. L. (CYMBALARIA Baumg. Stirp. Transylv. II. 209. — KICKXIA Dumort. Florul. Belgic. 35.) SPURIA Mill. Dict. (ed. 8.) no. 15. — Koch, Synops. fl. Germ. et Helv. (ed. 1.) 521. — Rchb. Fl. Germ. excurs. 374. no. 2532. — Strm. Fl. Deutschl. Hft. 20. — Chavannes l. c. 105. † — Pilosa: foll. cordato-ovatis v. ovatis, apice mucronatis, inferiorib. interdum oppositis breviter petiolatis obsoleteque dentatis, superiorib. integerrimis subsessilib.; pedicellis folio longiorib.; calycis segmentis ovato-lanceolatis, basi cordatis acutis; corolla flava, labio superiori atropurpureo, calcari incurvo. ⊙ — Herba pedalis et ultra, pilis articulatis vestita. Rami cauliformes procumbentes, rarius erectiusculi, diffusi striati. Folia inferiora integerrima v. supra basin denticulis pluribus aucta, 1–3-pollicaria breviter petiolata, superiora multo minora semper alterna. Pedicelli superiores folio longiores suberecti pilosi filiformes. Segmenta calycina basi subcordata lata villosa. Corolla adjecto calcari 4–5 lin. longa. Capsula pubescens calyce tecta. Semina ovoidea compressiuscula foveolata. — *Veronica foemina* Fchs. Histor. 167. — Matth. ed. Valgr. 694. ic. — *Elatine Dioscoridis* Lob. Stirp. adv. nov. 197. ic. — *Elatine prima* Tabern. Kräuterb. 413. fig. 1. — *Elatine mas folio subrotundo* J. Bauh. Histor. pl. III. 372. fig. 1. — *Elatine folio subrotundo* C. Bauh. Pinx. 252. — *Linaria folio hirsuto subrotundo, flore ex albido flavescente* Moris. Oxon. Hist. II. 503. sect. 5. — *Linaria segetum Nummulariae folio villoso* Tournef. Instit. rei herb. I. 169. — *Antirrhinum spurium* Linn. Spec. pl. 851. — Engl. Bot. X. t. 691. — Flor. Danic. t. 913. — Labr. et Heg. Icon. fl. Helv. V. t. 1. — *Elatine ovata* Gray, Enum. Brit. pl. II. 321. — *Linaria lanigera* Lnk. et Hffmsgg. Fl. Portug. I. 231. t. 34. (nec Dsf.)

β. dentata Chavannes l. c. 106. — Foll. inferiorib. et interdum etiam superiorib. dentatis; florib. majorib., planta tota erecta firmiori.

γ. microphylla Chavannes l. c. — Foll multo minorib. subrotundis lanosis. — Peloria hujus speciei occurrit, cf. Comment. Goetting. I. 351. t. 15. fig. 4. — Staehel, Act. Helvet. II. 25. t. 4. — Chavannes l. c. t. 8.) — Crescit in Europae fere totius arvis et segetibus frequens.

19. L. (ANTIRRHINUM Linn. Spec. plant. 851. — Flor. Danic. t. 426. — Bull. Herb. t. 245. — Engl. bot. X. t. 692. — CYMBALARIA Baumgrt. Stirp. Transylv. II. 208. — KICKXIA Dumort. Florul. Belgic. 35.) ELATINE Mill. l. c. no. 16. — Rchb. Fl.

Germ. excurs. 373. no. 2530. — Koch, Synops. fl. Germ. (ed. 1.) 521. — Strm. Fl. Deutschl. Hft. 70. ic. aen. — Prsh. Fl. N. Am. II. 421. — Chavannes l. c. 107. † (excl. syn. Bernh.) — Pilosa: foll. plerisq. ovato-hastatis, apice mucronulatis alternis, imis interdum oppositis saepeq. denticulatis; pedicellis folio longioribb.; calycis segmentis lanceolatis acutissimis; corolla praecedentis, interdum coerulescente. ⊙ — Praecedenti valde affinis, sed facile dignoscitur habitu graciliore. foliis plerisque hastatis (auriculis acutis) minoribus et calycinis segmentis basi minime cordatis. — *Ἐλατίνη* Dioscorid. IV. 40? — *Elatine* Matth. ed. Valgr. 647. fig. 1., Camer. Epit. 754. (ic. bona.) — *Elatine altera* Ger. Hist. 625. ic., Lob. Ic. 470. — Blackw. Herb. t. 170 — Tabern. Krtrbch. II. 413. t. 1091. fig. 1. — *Elatine folio acuminato* Park. Theatr. 553. ic. — *Elatine foemina folio anguloso* J. Bauh. Hist. pl. III. 372. fig. 2. (mala). — *Linaria hirsuto folio acuminato in basi auriculato* Moris. Oxon. Hist. II. sect. 5. p. 503. t. 14. fig. 28. — *Elatine hastata* Mnch. Method. pl. 594. — *Antirrhinum elatinoides* Tenore (nec alior.).

β. coerulea: Florib. coeruleis majorib.; foll. latiorib. saepe dentatis. — *Elatine folio acuminato, flore coeruleo* C. Bauh. Pinx. 253. — *Linaria segetum Nummulariae folio aurito et villoso, flore coeruleo* Tourn. Instit. 169.

γ. Sieberi: Villosissima: foll. minorib., plerisq. cordato-ovatis nec hastatis; segmentis calycinis angustioribus. — *Linaria Elatine* Sieb. — *L. Sieberi* Rchb. mss. in Flor. excurs. 374. sub no. 2531.

δ. hamosa: Florib. pallide coeruleis majorib., calcari hamoso; calycinis segmentis sublinearibus. Planta erectiuscula brevior. — (Occurrit hujus specei Peloria.) — Crescit in Europae totius segetibus frequens, in arvis Tunetanis, in Madera et in America boreali.

20. L. COMMUTATA Bernhardi mss. in Rchb. Flor. Germ. excurs. 375. no. 2531. — Rchb. Plant. critic. X. fig. 1101. — Koch, Synops. fl. Germ. (ed. 1.) 521. — Diffusa: foll. sparsis hastatis, infimis obovatis; caulib. prostratis; calcari subuncinato; pedunculis glabris. ⊙ — Corolla lilacina duplo major quam in praecedente. — Crescit in agris Istriae.

21. L. GRAECA Chavannes l. c. 108. † — Villoso-hirsuta: foll. inferiorib. ovato-oblongis v. ovatis oppositis, superiorib. ovato-lanceolatis hastatis alternis brevissime petiolatis; pedicellis capillarib. folio multo longioribb.; calycis segmentis linearib. acutissimis capsulam vix superantib.; corollae citrinae calcari arcuato, demum recto, corollam paullo superante. ⊙ — Rami cauliformes graciles suberecti, dein prostrati subsimplices, pilis simplicibus albis vestiti. Folia mucronulata villosula 4–8 lin. longa, 3–5 lin. lata, ima majora, pleraque mutica, apice rotundata, hinc inde denticulata, demum marcescentia, suprema lanceolato-hastata et sagittata distantia multo minora. Pedicelli rigiduli glaberrimi, apice torti v. flexi. Segmenta calycina linearia acutissima pilosa, margine subscariosa. Corolla (excepto calcari acutissimo, basi ampliato) 4–5 lin. longa brevissime pubescens. Capsula parvula glabra, calyce fere tecta. Semina ovoideo-compressa fusca granuloso-tuberculata. — *Antirrhinum Graecum* Bory et Chaub. Fl. Pelop. no. 796. t. 21. — *Linaria Elatine* d'Urv. Enum. 74. (non alior.) — Crescit in Peloponneso, in insulis Stoechadibus et in Sardinia.

22. L. CIRRHOSA Willd. Enum. pl. hort. Berol. 669. — Spr. l. c. 791. — Chavannes l. c. 109. † — Pilosa gracillima: foll. lanceolatis et lineari-lanceolatis hastatis alternis petiolatis; pedicellis folio longioribb., passim cirrhescentib.; calycis segmentis lineari-lanceolatis acutis, capsula breviorib.; corolla parvula coerulescente, palato albido, punctis purpureis notato, calcari subrecto, corolla breviori. ⊙ — Herbula elegans pedalis et ultra gracillima. Rami cauliformes prostrati varie flexi, pilis simplicibus vestiti. Folia omnia alterna hastata v. sagittata, petiolis dimidium limbum aequantibus. Pedicelli capillacei glaberrimi cirrhosi, folio duplo longiores. Corolla (excepto calcari tubum subaequante) 1–1½ lin. longa. Capsula calyce longior pubescens. Semina minuta ovato-truncata nigra tuber-

culata. — Crescit in Aegypto, in insulis Ischia, Creta, Corsica, in Stoechadibus et in Gallia australiori.

23. L. ALSINAEFOLIA Spr. l. c. 792. — Chavannes l. c. 110. † — Foll. integerrimis pubescentib., inferiorib. ovatis pubescentib., inferiorib. ovatis oppositis longe petiolatis, superiorib. ovato-cordatis mucronatis petiolatis; pedicellis petiolo breviorib.; calycis segmentis lineari-lanceolatis acutissimis, margine membranaceis; corolla parvula lutea, calcari recto. ⊙ — Herba tota glandulis brevissimis stipitatis albescentibus obsita. Rami cauliformes pedales et ultra, ramulis fere virgatis. Folia inferiora pollicaria patentia, limbo petiolum aequante, omnia crassiuscula pubescentia ciliata. Pedicelli apice paullulum inflexi. Calycis segmenta villosa. Corolla (adjecto calcari gracili acuto) 3–4 lin. longa. Capsula calyce tecta glabriuscula. Semina minutissima subrotundata fusca granuloso-tuberculata. — Crescit in deserto circa Mare rubrum et in insulis parvis inter Corsicam et Sardiniam.

24. L. WEBBIANA Vis. l'Orto bot. di Torino 142. — Suffruticosa glabra: caule divaricato diffuso; ramis filiformib.; foll. alternis lineari-lanceolatis, basi hastatis integrisve, obtusis integerrimis patulis, longe petiolatis; florib. axillarib. solitariis; pedunculis capillarib. patentib.; calycis laciniis lanceolatis acuminatis; corollae pubescentis galea abbreviata obtusa biloba, fauce villosa, barba triloba, calcari subulato subincurvo, limbum duplo superante; filamentis villosis. ♄ — Crescit in insula Lancerota maris Canariensis.

25. L. MACILENTA Dcne. Ann. sc. nat. II. 252. — Suffruticosa glaberrima: foll. lineari-lanceolatis, basi bidentato-sagittatis, supremis ovalib. petiolatis; laciniis calycinis subulatis crassiusculis; corolla calcari subaequali, extrorsum tenuissime puberula, palato glabro; capsula globoso-ovoidea, calyci subaequali glaberrima. ♄ — Crescit in Syriae monte Sinai.

26. L. AEGYPTIACA Dum. Cours. bot. cult. (ed. 1.) II. 92. — Ait. Hort. Kew. (ed. 2.) IV. 11. — Delile, Fl. de l'Egypte 95. t. 32. — Spr. l. c. 796. — Chavannes l. c. 110. † — Suffruticosa pubescens: foll. alternis ovatis, plerisq. tricuspidatis petiolatis; pedicellis apice flexis, demum in spinas abeuntib.; calycis segmentis lineari-lanceolatis acutis; corolla parva flavescente, calcari coeruleo bamoso. ♄ — Caulis primo anno ad collum reductus ramosque cauliformes plures emittens, cortice rimoso ac flavescente obductus. Rami cauliformes 1–3-pedales simplices brevissime simpliciterque pubescentes. Folia petiolata alterna acutiuscula subpubescentia glauca, 2–3 lin. longa, 1–3 lata, in planta annua longius petiolata multoque majora. Pedicelli horizontales folio multo longiores, apice geniculati, fructu dilapso ut spinae rigescentes. Calyx pubescens capsula longior. Corolla adjecto calcari 4–5 lin. longa, palato maculis fusco-purpureis notato hirsuto, calcari fere corollae longitudine gracili. Capsula pubescens parva calyce tecta. Semina pauca minima glanduloso-tuberculata. — *Ἐλξίνη* Dioscorid. — *Antirrhinum Aegyptiacum foliis ovatis glabris subdentatis* Forsk. Descript. Aeg. Arab. 112. — *Antirrhinum Aegyptiacum* Linn. Syst. veget. I. 464. — *Antirrhinum* (*Linaria* Spr. l. c. 789.) *spinescens* Viv. Flor. Lybic. 22. t. 27. fig. 2. — Crescit in aridis Aegypti (Cairo et in montibus Cyrenaicis).

27. L. FRUTICOSA Dsf. Flor. Atlant. II. 30. t. 133. — Spr. l. c. 789. — Chavannes l. c. 111. † — Caule suffruticoso villoso ramoso; foll. alternis petiolatis ovato-oblongis subacutis pubescentib.; basi raro uni- v. bidentatis, superiorib. integerrimis; pedicellis folio breviorib. erectis; calycis segmentis angustis acutis; corollae flavae calcari recto v. arcuato. ♄ — Suffrutex pedalis. Caulis lignosus brevis tortuosus. Rami alterni teretes villosi. Folia 3–4 lin. longa, 1–3 lata, breviter petiolata. Pedicelli brevissimi glabri. Calycis segmenta linearia pubescentia capsulam superantia. Corolla (adjecto calcari) 5–6 lin. longa, labio superiori emarginato subbilobo, lobis reflexis, inferiore patente. Capsula pubescens. Semina minuta tuberculata. — *Antirrhinum fruticosum* Willd. Spec. plant. III. 237. — Crescit in Barbariae montibus prope Cafsam urbem.

§. 2. *Capsula ovata, duabus valvulis oblongis apice dehiscens.*

28. L. RAMOSISSIMA Wall. Catal. 3911. et Plant. Asiat. rarior. II. 43. † t. 153. — Bth. Scrophul. Indic. 19. — Glabriuscula: caudice crasso; ramis cauliformib. elongatis lignescentib.; foll. alternis petiolatis glaberrimis, omnib. triangulari-hastatis v. inferiorib. subpalmatinervils acute 5–7-lobatis; pedicellis rigidis petiolo longiorib.; calycis segmentis lineari-lanceolatis acutissimis, margine membranaceis; corollae luteae labio superiori abbreviato, calcari brevi arcuato; capsulae operculis oblongis valvaeformibus. ♁ — Caudex nodosus tortuosus, cortice lutescente. Rami cauliformes pedales et ultra breviter pubescentes. Petioli limbo parum breviores, limbo excusso ut spinae rigescentes, basi incrassati, limbo 4–5 lin. longo, 2–3 lin. lato crassiusculo glabro, apice mucronato. Pedicelli glaberrimi, apice flexi, demum spinescentes. Corolla pubescens, adjecto calcari 4–5 lin. longa, labii superioris lobis brevib. ellipticis, inferioris longiorib. rotundatis, intermedio subtruncato. Capsula glabra sub lente rugosa. Semina minima sphaerica nigra minutissima tuberculata. — *L. Royleï* Chavannes l. c. 112. † — *L. hastata* Royle mss. — Crescit ruderatis et petrosis in Hindustaniae Burmae, in provincia Delhi et in Coromandelia?

29. L. INCANA Wall. Catal. no. 3910. et Plant. Asiat. rarior. II. 43. — Bth. l. c. — Cano-villosa: caulib. prostratis, basi lignosis; foll. ovatis villosis, basi subcordatis integerrimis subhastatisve; pedicellis petiolo longiorib.; calycis segmentis linearib. acutis; corollae pallide fuscae intus purpureo-maculatae calcari.....?; capsulae operculis oblongis valvaeformibus. ♁ — Crescit in Nepaliae convallibus campis ruderatisque.

30. L. CIRCINNATA Sweet, Brit. flow. gard. (2. Ser.) III. t. 235. † — Suffrutescens glabra: foll. sagittatis circinnato-recurvatis postice acutis; segmentis calycinis lanceolatis acuminatis; calcari subulato recto corollae longitudine, palato bipromínulo dense barbato. ♃ — Habitat in Africa boreali. — Affinis est *L. heterophyllae*.

31. L. HETEROPHYLLA Spr. Syst. veget. II. 790. (non Dsf.) — Chavannes l. c. 112.† — Suffruticosa: ramis cauliformib. gracilib. glabris; foll. petiolatis, inferiorib. oblongo-hastatis, superiorib. lineari-lanceolatis et linearib., nunc hastatis sagittatisve, nunc integerrimis; pedicellis folio longiorib.; calycis segmentis sublanceolatis acutis; corollae luteae palato lanato, calcari recto. ♁ — Rami cauliformes 1–2-pedales striati. Folia inferiora saepe opposita 8–14 lin. longa, 3–4 lata, superiora angustiora, mucrone inflexo instructa, superne glabra, dorso (??) puberula. Pedicelli fere horizontales sub calyce geniculati. Corolla (excepto calcari) 5–6 lin. longa, labio superiori subinflexo, lobis ovato-truncatis brevib., inferiori patente, lobis lateralib. obliquis, intermedio minori obovato. Capsula rugosa calyce tecta. Semina ovoidea granuloso-tuberculata. — *Antirrhinum heterophyllum* Willd. Spec. plant. III. 234. — *Antirrhinum sagittatum* Poir. Suppl. Encycl. méth. IV. 90. — Crescit in insulis Canariis.

32. L. SPARTIOIDES Brouss. mss. ex L. v. Buch, Beschrbng. d. Canar. Insln. 163. — Chavannes l. c. 113. † — Suffruticosa glabra: ramis cauliformib., basi aphyllis virgatis; foll. lineari-lanceolatis v. linearib. integerrimis alternis, inferiorib. petiolatis, superiorib. subsessilib.; pedicellis folio longiorib.; calycis segmentis sublanceolatis acutissimis; corollae luteae calcari ascendente. ♁ — Planta pedalis v. bipedalis. Rami plurimi procumbentes lignosi striati ramulosi. Folia praecipue ad ramorum partem superiorem disposita, pleraque angustissima distantia acuta mucronulata, 6–12 lin. longa, in petiolum filiformem attenuata. Flores axillares racemum laxum efficientes. Pedicelli filiformes albidi subhorizontales, apice flexi. Segmenta calycina membranacea, nervo medio prominente, capsulam vix superantia. Corolla magnitudine *L. Graecae* pubescens, palato lana flava dense tecto. Capsula ovato-globosa rugosa glabra. Semina ovoidea fusca minute tuberculata. — *L. scoparia* Brouss. mss. in Hb. DC. — Spr. l. c. 789. — Crescit in rupibus siccis marinis Teneriffae et Canariae.

Sectio III. LINARIASTRUM Chavannes l. c. 114.

Folia sessilia alterna v. verticillata, rarius opposita penninervia, integerrima, saepissime glauca. Flores terminales racemosi spicato-racemosi v. interdum subcapitati. Palatum ad faucem corollae prominens. Capsula 4–10 valvulis seu dentibus apice dehiscens. Semina angulosa v. discoidea, margine membranaceo ad hilum emarginato cincta.

§. 1. *Folia dilatata ovata lanceolata v. oblonga, verticillata seu alterna, flores racemosi aut spicato-racemosi, corolla ultra tres lineas adjecto calcari longa.*

α. Folia saepius quaterna; flores plerique verticillati.

33. L. TRIORNITHOPHORA Willd. Enum. plant. hort. Berolin. 630. — Loddig. Bot. Cabin. t. 1010. — Knwl. et Wstsc. The Floral. Cabinet I. 49. † t. 24. — Chavannes l. c. 114. † — Ramis cauliformib. erectis, apice decumbentib.; foll. lanceolatis acutis glaberrimis; florib. saepius ternis et quaternis; corollae pallide violaceae v. purpureae maximae calcari recto corollam aequante. ♃ — Planta speciosa 3–4-pedalis et ultra; rami lignescentes glabri glauci, ramulis 3–4-verticillatis. Folia quaterna, rarius terna v. quina, 2–3-pollicaria, subtus glauca, margine purpurascentia. Bracteae foliis similes sed multo minores, pedicellis breviores. Calycis segmenta sublanceolata acutissima glabra, apice purpurea, capsula longiora. Corolla (adjecto calcari, pallide violaceo corollam aequante) pollicaris v. sesquipollicaris, tubo inflato ac striato, labio superiori erecto, inferiore patente, palato purpureo. Capsula ovato-globosa, dentibus 8 dehiscens. Semina discoidea orbiculata fusca, margine tenui cincta. — *Linaria Americana maxima purpureo flore* Ray, Histor. 1884. — Herm. Hort. Lugd. Batav. 376. t. 377. — *Linaria flore purpureo Americana* Riv. Monopet. irregul. 84. (bona). — *Antirrhinum triornithophorum* Linn. Spec. plant. 852. — Vent. Jard. de Malmais. p. 11. ic. — Bot. Magaz. t. 525. — Spr. Syst. veget. II. 793. — *Linaria Lusitanica* Mill. Dict. no. 3. — Crescit in America meridionali (?) et in Lusitaniae provincia Minho.

β. Folia aut omnia terna aut ima tantum terna v. opposita caeteraque alterna; flores alterni.

34. L. LATIFOLIA Desfont. Flor. Atlant. II. 40. t. 134. — Spr. Syst. veget. II. 791. — Chavannes l. c. 115. † — Glabra: ramis cauliformib. erectis subsimplicib. virgatis; foll. late lanceolatis, inferiorib. ternis, superiorib. alternis; florib. longe spicato-racemosis; calycis segmentis lineari-lanceolatis, capsulam superantib.; corollae luteae calcari recto v. subarcuato, corollam aequante. ☉ — Rami cauliformes plures glaberrimi medullosi, dein fistulosi, parce ramulosi. Folia subamplexicaulia 1½–3-pollicaria, 6–10 lin. lata glaucescentia. Flores brevissime pedicellati. Bracteae lineari-lanceolatae patentes. Calycis ampli segmenta capsula duplo longiora acutissima. Corolla magnitudine fere *L. vulgaris*, labio superiori erecto, lobis oblongis obtusis, dorso subapplicatis, inferiori abbreviato, lobis truncatis, intermedio multo minori suberecto. Capsula ovato-rotunda glabra, apice emarginata, valvulis 6 dehiscens. Semina discoidea membranaceo-marginata. — In Barbaria prope Mascar et Tlemsen crescit.

35. L. HIRTA Mnch. Method. plant. Suppl. 170. — Spr. l. c. 793. — Chavannes l. c. 116. † — Villosa erecta: foll. ovato-ellipticis subacutis, imis tantum ternis v. oppositis, caeteris alternis; florib. confertis; segmentis calycinis ovato-oblongis obtusis, superiori majori, capsulam ovatam valvulis 6 dehiscentem superantib.; corolla lutea speciosa, striis virentib. notata, palato fulvo, calcari recto corollam subaequante. ☉ — Planta 6–15-pollicaris, brevissime glanduloso-viscosa, ramus cauliformis saepissime unicus simplex medullosus. Folia semiamplexicaulia crassiuscula pollicaria v. bipollicaria, 3–6 lin. lata, saepe omnia alterna. Flores spicato-racemosi odorati. Bracteae ovatae calyce paullo longiores. Pedicelli brevissimi erecti. Corolla (adjecto calcari) 9–14 lin. longa, labio superiori amplo, lobis ovato-oblongis obtusis, labio inferiori minori, lobo intermedio lateralibus triplo breviori. Semina subdiscoidea obscure triquetra grisea, scrobiculata. —

Antirrhinum hirtum Linn. Spec. plant. 857. — Jcq. Icon. plant. rar. I. 12. t. 117. — *Linaria villosa* Mill. Dict. no. 10. (nec DC.) — *Antirrhinum viscosum* Curtis, Bot. Magaz. t. 568. — *Linaria semiglabra* Sizm. Hb. — Crescit in Hispaniae et Lusitaniae arvis cultis.

38. L. CAVANILLESII Chavannes l. c. 117. † — Villosa erecta: foll. ovatis subpetiolatis, plerisq. ternis; florib. confertis; segmentis calycinis oblongis, basi contractis, superiori longiori; corolla fere praecedentis, dilute lutea, calcari subincurvo, labio superiori albicante, lineis fuscis notato. ⊙ — Rami cauliformes pedales erecti teretes, superne ramulosi, uti tota planta pilis brevibus capitatis vestiti. Folia semipollicaria et ultra trinervia obtusiuscula, suprema fere orbicularia. Bracteae spathulatae v. sublanceolatae, pedicello longiores pubescentes. Pedicelli erecti breves villosi. Capsula ovato-globosa pubescens, dentibus 6 dehiscens. Semina compresso-triquetra marginata grisea scrobiculata. — *Linaria Hispanica trifolia latifolia villosa* Tournef. Instit. rei herb. I. 160. — *Antirrhinum triphyllum* Cavan. Icon. pl. II. 61. t. 179. (excl. syn.) — Crescit in Hispania prope Albaydam et Palomera.

37. L. TRIPHYLLA Mill. Dict. (ed. 8.) no. 2. — Spr. l. c. 791. — Chavannes l. c. † — Glaberrima glauca erecta v. ascendens: foll. ovatis ellipticisq., plerisq. ternis; florib. dense spicato-racemosis; calycis segmentis oblongis v. ovato-lanceolatis obtusis, capsula breviorib.; corolla tricolori coerulea, albo- et luteo-variegata v. rarius tota coerulea, calcari arcuato longitudine fere corollae. ⊙ — Herba 1–2-pedalis, rami singuli v. plures medullosi glauci ramulosi. Folia pollicaria, 6–8 lin. lata terna, verticillis longitudine fere foliii distantibus, superiora minora, terna, opposita v. alterna. Calycis lacinia superior major. Corolla (adjecto calcari) 5–7 lin. longa, labio superiori erecto ampliusculo pallide purpureo-coeruleo, inferiore minore albescente, palato flavo, calcari coeruleo v. violaceo acuto. Capsula subovata, utrinque valde sulcata glabra, valvulis 6 dehiscens. Semina prismatica subtriquetra fusca reticulato-excavata. — *Linaria Valentina* Clus. Hispan. 351. ic. Lob. Icon. 408., Observ. 223. ic., Ger. Hist. 551. ic., Park. Theatr. 450. ic. — *Linaria Hispanica* Clus. Histor. I. 301. ic. — *L. trifolia* J. Bauh. Histor. III. 458. — *Linaria Sicula latifolia triphylla* Bocc. Plant. rar. Sicul. 44. t. 22. — Moris. Oxon. Histor I. p. II. sect. 5. t. 12. fig. 2. — Cup. Pamph. Sic. II. t. 57. — *Linaria triphylla major, floribus parvis pallescentibus, rictu aureo, calcari subcoeruleo donatis* Plucken. Phytogr. t. 96. fig. 4., Sabb. Hort. Romen. III. t. 4. — *Antirrhinum triphyllum* Linn. Spec. plant. 852. — Cavan. Icon. plant. rar. II. t. 179. — Curtis, Bot. Magaz. t. 394. — Gaertn. De fructib. et seminib. plant. I. 249. t. 53. — *Antirrhinum neglectum* Spr. Neue Entdeck. III. 160. — *Linaria neglecta* Clarke ex Guss. Plant. flor. Sicul. rar. 249. t. 305. fig. 1. — *Linaria glabrata* H. B. Kth. Nov. gen. et spec. plant. II. 362. — Kth. Synops. plant. aequinoct. II. 122. — *Antirrhinum tricolor* Hortor. (nec Pourr.).

β. coerulea: Corollis fere omnino coeruleis; foll. angustiorib.; planta tota graciliori. — *Linaria triphyllos coerulea* C. Bauh. Pinx., Moris. Oxon. Histor. sect. 5. t. 12. fig. 23. — *Linaria neglecta β.* Guss. Ic. fl. Sicul. t. 305. fig. 2. — Crescit in Africa boreali, in Sicilia, Corsica, in Italia meridionali (nec tamen in Latio et Liguria) in Hispania, Gallia austro-occidentali et in Peruvia.

36. L. VIRGATA Dsf. Flor. Atlant. II. 41. t. 135. — Spr. l. c. 792. — Chavannes l. c. 119. † — Glabra glaucescens: ramis cauliformib. erectis simplicib. virgatis; foll. inferiorib. ovatis ternis, superiorib. ovato-lanceolatis, plerisq. alternis; florib. spicato-racemosis; segmentis calycinis linearib. acutissimis, capsulam superantib.; corollae azureae calcari recto ea duplo longiori. ⊙ — Rami medullosi glaberrimi 8–15-pollicares simplices aut ramulis perpaucis instructi. Folia glaberrima acuta mucronulata, 3–9 lin. longa, 3–4 lata erecta, suprema fere linearilanceolata. Bracteae angustissimae acutae, pedicellis duplo triplove longiores. Pedicelli breves erecti, post anthesin incrassati nec elongati. Corollae labium superum valde elongatum erectum profunde partitum, lobis angustis, calcar subulatum longissimum. Capsula ovato-subrotunda, dentibus 6 apice dehiscens.

Semina subtriquetra angulosa fusca scrobiculata. — *Linaria triphylla exigua, calcari praelongo* Schaw, Spec. no. 377. — *Antirrhinum virgatum* Poir. Itinerar. II. 192. — Lam. Illustr. gen. plant. t. 531. fig. 4. — Crescit in Numidia et Algeria inter segetes et in arvis prope Tripolin et Leptin magnam.

39. L. REFLEXA Dsf. l. c. 42. — Spr. l. c. 791. — Chavannes. l. c. † — Glabra procumbens: foll. ovatis acutis glaucis, inferiorib. ternis, superiorib. alternis; florib. laxe racemosis; pedicellis folio longiorib., post anthesin reflexis; segmentis calycinis sublanceolatis acutis; corolla pallide coerulea v. rarius alba, palato flavo, calcari recto, corolla duplo triplove longiore. ⊙ — Rami graciles cauliformes procumbentes subsimplices 6–14 pollices longi. Folia basi attenuata glaberrima, 6–8 lin. longa, 3–5 lata, floralia minora mucronulata alterna. Pedicelli floriferi erecto-patentes folio duplo triplove longiores, fructiferi reflexi flexuosi. Segmenta calycina linearia acuta, deinde sublanceolata ampliata. Corollae labium superum erectum elongatum, calcar subulatum acutissimum. Capsula globosa, valvulis 6 demum ad basin usque productis dehiscens. Semina subreniformia fusca minutissime foveolata. — *Linaria procumbens pusilla latifolia, flore pallido, rictu aureo* Ray, Hist. 755. — *Antirrhinum reflexum* Linn. Spec. plant. 857. — *Antirrhinum prostratum* Cyrill. in Hb. Moric. — *Linaria rhegina* Spr. Syst. veget. II. 792. — Variat etiam flore albo. — *β. pumila:* Herba pusilla vix tripollicaris; foliis parvulis ovatis acutis crassiusculis. — Crescit in Corsica, Sardinia, Sicilia, in Italia meridionali, in arvis Tuneti et Syriae.

40. L. PEDUNCULATA Spr. l. c. 797. — Chavannes l. c. 120. † — Boiss. Voyage bot. dans le midi de l'Esp. 454. no. 1241. t. 132. fig. A. — Glaberrima ascendens: foll. inferiorib. ovato-lanceolatis obtusis, ternis oppositisq., superiorib. mediisq. oblongis alternis; florib. longe pedicellatis; pedicellis post anthesin firmis nec reflexis; calycis segmentis lineari-oblongis obtusis, capsula breviorib.; corolla azurea, palato flavo, calcari recto corolla breviore. ♃ — Rami cauliformes foliorum lapsu saepe aphylli glaberrimi 4–10-pollicares. Folia 3–4 lin. longa, 2–3 lin. lata crassiuscula, basi attenuata, in ramulis sterilibus paullo longiora approximata, fere omnia alterna, *Polygonum aviculare* referentia. Flores laxi. Segmenta calycina margine scariosa, interdum subspathulata acutiuscula. Corolla magnitudine *L. origanifoliae* azurea, calcar rectum v. apice tantum curvatum. Capsula ovato-globosa compressiuscula calyce longior, valvulis 6 apice dehiscens. Semina parvula reniformia nigra, tenuissime muriculata. — *Antirrhinum pedunculatum* Linn. Spec. plant. 857. — *Antirrhinum spartеum* Slzm. mss. (nec Linn.) — Crescit in Hispania meridionali.

41. L. FLAVA Dsfont. Flor. Atlant. II. 42. t. 136. — Spr. l. c. 792. — Chavannes l. c. 121. † — Glabra erecta: foll. inferiorib. ovatis v. ovato-oblongis ternis, superiorib. oblongo-linearib. alternis; florib. terminalib. paucis brevissime pedicellatis; calycis segmentis late linearib. obtusis, capsula breviorib.; corolla saturate flava, calcari eam aequante. ⊙ — Herba 4–10-pollicaris; rami cauliformes erecti simplices subvirgati. Folia inferiora 4–6 lin. longa, 3–4 lin. lata, superiora minora, omnia obtusa glauca crassiuscula. Flores ad apicem ramorum 2–3-ni aggregati. Segmentum calycis supremum reliquis paullo majus. Corollae parvae labium superum erectum sursum reflexum fulvo-striatum, palatum viscosum, calcar acutum. Capsula ovata compressiuscula, valvulis 6 apice dehiscens. Semina subreniformia nigra foveolata. — *Antirrhinum flavum* Poir. Itiner. II. 191. — Willd. Spec. plant. III. 245. — Crescit in arvis Barbariae, Numidiae, Corsicae, Sardiniae et in Hispania circa Gades.

42. L. CRETACEA Fisch. mss. in Hb. Deless. ex Spr. l. c. 791. — Chavannes l. c. 122. † — Glabra: foll. ovatis subacutis glaucescentib., inferiorib. ternis, superiorib. oppositis et alternis; florib. spicato-racemosis paucis; calycis segmentis lineari-lanceolatis acutis brevissimis; corollae luteae calcari brevi subincurvo. ⊙? — Rami cauliformes erecti firmi 4–10-pollicares, ramulis erecto-patentibus. Folia approximata conferta crassiuscula glaberrima, 4–6 lin. longa, 2–3 lata, superiora et illa ramulorum multo minora. Racemi breves pauciflori subflexuosi,

floribus brevissime pedicellatis, pedicellis erectis; bracteae minimae lineares calyce breviores. Corolla (adjecto calcari) 4–5 lin. longa, labio superiori erecto, inferiori patente paullo breviori, palato saturate flavo glabriusculo. Capsula.....? — Crescit in cretaceis circa Tanaim.

43. L. THYMIFOLIA DC. Flor. Franc. III. 587. — Spr. l. c. 792. — Chavannes l. c. † — Glauca glaberrima procumbens v. ascendens: foll. inferiorib. ovatis obtusis ternis, superiorib. oblongis, plerisq. oppositis; florib. in apice ramorum paucis; segmentis calycinis oblongo-ovatis obtusis, capsula breviorib.; corollae luteae calcari eam subsequante. ☉ — Herba 5–10-pollicaris. Rami cauliformes copiosi, saepe decumbentes, ramulis oppositis gracilibus foliosis. Folia crassiuscula, inferiora 3–5 lin. longa, 1–3 lin. lata, internodiis brevibus terna verticillata, superiora minora et angustiora. Flores conferti bini quaternive breviter pedicellati. Calycis segmenta oblonga v. ovata, basi contracta indeque subspathulata. Corollae palatum aurantiacum, calcari corolla paullo breviore arcuato. Capsula globosa, valvulis 6 profunde sectis apice dehiscens. Semina discoidea membranaceo-marginata. — *Linaria saxatilis Thymi folio* Tournef. Instit. I. 171? — *Antirrhinum thymifolium* Vahl, Symb. bot. II. 67. — *Antirrhinum glaucum* Thore, Chlor. Land. 265. (non alior.) — Crescit in Gallia australi-occidentali (Bayonne).

γ. Folia omnia alterna.

44. L. LUSITANICA Lnk. et Hffmnsgg. Flor. Portug. I. 247. t. 43. (non Mill.) — Spr. l. c. 794. — Chavannes l. c. 123. † — Ramis cauliformib. procumbentib. glabris; foll. confertis obovatis v. oblongis, superiorib. majorib.; florib. dense racemosis; calycis segmentis oblongis obtusis pubescentib.; corollae flavae tubo et calcari lineamentis rubentib. pictis, calcari corollam aequante rectiusculo. ♃ — Rami pedales et ultra. Folia obtusa v. acutiuscula crassa glaberrima glaucescentia, inferiora 3–5 lin. longa, 2–3 lin. lata, superiora majora, omnia obovata v. oblonga ellipticave. Flores pulchri magni; pedicelli 1–4 lin. longi parce pilosi. Calycis obliqui, capsula brevioris segmentum supremum reliquis majus. Corolla (adjecto calcari) pollicaris et ultra, lobis labii superioris ovato-oblongis, saepe dorso applicatis, labii inferioris lobis ovato-rotundatis, lateralibus fornicatis, intermedio minori obcordato, apice emarginato, palato amplo aurantiaco, calcari apice valde ampliato, basi acutissime rubro-fusce striato. Capsula ovato-rotunda, valvulis 6 basin fere usque dehiscens. Semina discoidea marginata. — *Linaria marina flore pulchro, caule copioso* Grisl. Virid. Lusit. — *Linaria Lusitanica maritima Polygalae folio* Tournef. Instit. I. 169. — *Antirrhinum Lusitanicum* Lam. Diction. encycl. IV. 361. — Crescit in arenosis maritimis Lusitaniae.

45. L. MICHAUXII Chavannes l. c. 124. † t. 7. fig. B. — Glauca: ramis cauliformib. ascendentib. ramulosis; foll. late obovatis mucronatis; florib. racemoso-spicatis; calycis segmentis oblongo-ovatis acutiusculis; corollae magnae purpureae calcari eam vix superante, basi incurvo. ♃ — Herba 3–6-pollicaris glaberrima; rami lignescentes tortuosi, inferne nudi, basi ramulis sterilibus filiformibus et interdum abortu ad spinas reductis aucti. Folia densa, apice fere truncata mucrone parvulo instructa, 5–7 lin. longa, 4–6 lin. lata, inferiora minora. Bracteae pedicellis longiores ovatae acutiusculae. Segmenta calycina plerumque oblongo-ovata, basi angustata, tubo corollino breviora, margine extremo subscariosa. Corolla (adjecto calcari) sesquipollicaris, labii superioris erecti lobis brevibus obtusis saturate purpureis, inferiori patente, lobis etiam abbreviatis subaequalibus, palato magno lanato, calcari acuto, basi curvulo v. interdum recto. Capsula.....? — Crescit in Persia prope Ispahan.

46. L. FASTIGIATA Chavannes l. c. 125. † t. 7. fig. A. — Glauca erecta: ramulis fastigiatis; foll. ovato-lanceolatis v. oblongis, basi cauli adpressis, apice mucronulatis; florib. in spicam densam ac superne attenuatam digestis; segmentis calycinis oblongo-lanceolatis acutis; corolla flava, calcari ei breviore subarcuato. ♃ — Herba 1–2-pedalis glaberrima glaucescens. Rami medullosi ramulosi, ramulis fastigiatis subcorymbosis. Folia sesqui-bipollicaria et ultra erecto-patentia

quinquenervia, basi subamplexicaulia laevia crassiuscula. Florum spica densissima. Bracteae angustae erectae, pedicellum aequantes v. eo breviores. Calycis segmenta margine membranacea, tubo corollino breviora. Corolla (adjecto calcari) 6–9 lin. longa, lobis labii superioris brevibus acutis, inferioris subrotundis, intermedio minore, palato lanato. Capsula.....? — Crescit in Oriente, in Armeniae arvis cultis inter Bagdad et Kermancha.

47. L. PYRAMIDATA Spr l. c. 796. (excl. syn. Lnk.) — Chavannes l. c. 125. † — Erecta: foll. oblongo–lanceolatis, utrinq. attenuatis glaberrimis; florib. spicato–racemosis, spica pyramidata; calycis segmentis ovato–oblongis obtusis pubescentib., tubo corollino multo breviorib.; corolla magna flava, calcari eam subaequante. ♃ — Rami cauliformes 2–3–pedales et ultra, striati medullosi, dein fistulosi valde foliosi. Folia 3–5–pollicaria, 8–12 lin. lata, pleraque quinquenervia glauca glaberrima subamplexicaulia mucronata, superiora multo minora lineari–oblonga acutissima. Bracteae lanceolatae pedicello longiores. Calycis segmenta basi pilis articulatis obsita ciliata. Corolla (adjecto calcari) sesquipollicaris, labii superioris lobis oblongis concavis, inferioris rotundatis subaequalibus, palato valde prominente, dense flavo–lanato, calcari recto acuto. Capsula.....? — *Linaria orientalis Lilii Persici foliis, florum spica densissima et pyramidata* Tourn. Coroll. 9. — *Antirrhinum pyramidale* Lam. Dict. encycl. IV. 360. — In Oriente.

48. L. GRANDIFLORA Dsf. Coroll. instit. Tournef. 30. t. 21. — Chavannes l. c. 126. † — Erecta: foll. ovato–lanceolatis acutis semiamplexicaulib.; bracteis deflexis pedicello longiorib.; florib. approximatis; calycis segmentis oblongo–lanceolatis acutis glaberrimis; corolla maxima lutea, calcari ea paullo breviori recto. ⊙ — Herba 2–3–pedalis glaucescens. Rami cauliformes erecti fistulosi, basi lignescentes, longitudinaliter striati glaberrimi. Folia approximata quinquenervia suberecta glaberrima. Pedicelli crassi bractea ovata acuta breviores. Calyx tubo corollino fere aequilongus, segmentis acutissimis. Corolla omnium maxima (adjecto calcari) bipollicaris, lobis labii superioris ovatis obtusis, margine reflexis, labii inferioris late ovatis v. rotundatis, intermedio ovato suberecto, lateralibus multo minori, palato ampliato saturate flavo villoso. Capsula.....? — *Linaria orientalis flore luteo maximo* Tournef. Coroll. instit. 9. — *Linaria maxima folio Lauri Dalmatica* J. Bauh. Hist. III. 458. — Buxb. Cent. I. 15. t. 24. — *Antirrhinum Dalmaticum* Lam. Dict. encycl. IV. 360. — *Linaria Dalmatica* Rchb. Flor. Germ. excurs. 375. no. 2542. (nec Mill.), Plant. critic. V. t. 438. fig. 629. — Lindl. Bot. Regist. t. 1683. — Crescit in Armenia.

49. L. DALMATICA Mill. Diction. (ed. 8.) no. 15. — Spr. l. c. 789. — Chavannes l. c. 126. † — Glauca ramosa: foll. oblongo–lanceolatis acutis approximatis; florib. ad summitates ramorum paucis laxis; calycis segmentis ovato– v. lineari–lanceolatis acutis glabris; corolla lutea, calcari recto ea multo breviori. ♃ — Rami cauliformes numerosi erecti v. decumbentes 3–4–pedales laeves nitidi. Folia 1–3–pollicaria, 4–5 lin. lata crassiuscula mucronata, subtus nervosa, folia ima et surculorum reliquis latiora ovato–lanceolata, interdum terna, superiora fere linearia. Flores laxe racemosi. Bracteae pleraeque lineari–lanceolatae acutae, pedicello longiores. Corolla (adjecto calcari) pollicaris et ultra, lobis labii superioris ovato–truncatis brevibus, inferioris lateralibus late rotundatis oblique truncatis, lobo intermedio multo minori ovato truncato, palato magno villoso. Capsula.....? — Crescit in Dalmatia, in Creta et Armenia.

50. GENISTAEFOLIA Mill. l. c. no. 14. — Rchb. Plant. critic. V. t. 435. fig. 626. — Rchb. Fl. Germ. excurs. 374. no. 2540. — Koch, Synops. fl. Germ. (ed. 1.) 523. — Spr. l. c. 796. — Chavannes l. c. 127. † — Loddig. Botanic. Cabin. t. 318. — Tota glabra: foll. lanceolatis v. lineari–lanceolatis trinerviis acuminatis alternis sparsisve; racemis laxis; laciniis calycinis e latiori basi attenuato–acutis, capsula longiorib.; corolla pallide lutea, palato flavo, calcari corollam subaequante rectiusculo; seminib. ovatis trigonis apteris, angulis tenuib. anastomosantib. impresso–punctatis, angulis acutis impunctatis. ♃ — Rami cauliformes plures erecti v. decumbentes paniculati subfastigiati. Folia inferiora pollicaria et ultra, subtus

nervosa, superiora oblongo– v. lineari–lanceolata multo minora. Bracteae pedicellum vix superantes lanceolatae acutae. Segmenta calycina apice subreflexa. Corolla quam illa *L. vulgaris* paullo minor, lobis labii superioris oblongis erectis, labii inferioris latioribus, intermedio paullo minori, palato villoso. Capsula subrotunda, dentibus 6 apice dehiscens. Semina fusca prismatico–subtriquetra corrugato–excavata. — *Linaria Pannonica prima* Clus. Histor. I. 321., Pann. 308. (ic. mala). — *Linaria Pannonica flore luteo minore quam in vulgari* J. Bauh. Histor. III. 458. — *Linaria flore pallido, rictu aureo* C. Bauh. Pinx. 213. — Moris. Oxon. Histor. II. 500. sect. 5. no. 12. — *Linaria Constantinopolitana Lini sativi folio, flore luteo* Tourn. Coroll. 9. — Buxb. Centur. I. 16. t. 25. — *Linaria genistaefolia glauca, flore luteo* Herm. Parad. app. 9. — *Antirrhinum genistifolium* Linn. Spec. plant. 858. — Jcq. Flor. Austriac. t. 244. — Sibthrp. et Sm. Flor. Graec. t. 506.

β. procera Curtis, Bot. Magaz. t. 2183. — Erecta firma glauca: foll. ovato–lanceolatis sparsis quinquenervibus; racemis paniculato–corymbosis. — *Linaria flore pallido, rictu aureo elatior* Tourn. Instit. rei herb. 170. — *Antirrhinum genistifolium γ.* M. Bieberst. Fl. Taur. Caucas. II. 74. — *Linaria chloraefolia* Rchb. Plant. critic. V. t. 436. fig. 627., Flor. excurs. 374. no. 2541.

γ. silenifolia: Ramulis minus flexuosis; foll. elongatiorib.; florib. paullo majoribus.; calcari corolla breviore. — *L. silenifolia* Fisch. Catal. hort. Gorenk. 25. — Rchb. Plant. critic. V. t. 437. fig. 628. — Crescit locis siccis in Austria et Pannonia, circa Constantinopolin (var. *γ.*), in Tauriae graminosis, in montibus Talysch et in montibus Altaicis.

§. 2. *Folia angusta linearia, lineari-lanceolata seu lineari-oblonga, omnia alterna. Flores racemosi vel spicato-racemosi majusculi.*

a. Semina angulata.

51. L. LINIFOLIA Rchb. Plant. critic. V. t. 422. fig. 609. (?? segmenta calycina linearia), Flor. Germ. excurs. 374. no. 2539. (excl. syn. Rochel.) — Chavannes l. c. 129. † — Erecta glabra ramulosa: foll. lineari–lanceolatis acutis subtrinerviis; racemo stricto laxiusculo; bracteis pedicello longioribus.; segmentis calycinis basi subovatis acuminatis brevib.; coroila flava, palato saturatiori villoso, calcari recto corollam aequante. ♃ — Herba pedalis et ultra. Rami cauliformes teretes laeves, ramulis alternis. Folia 1–1½–pollicaria, utrinque attenuata, pleraque trinervia crassiuscula. Bracteae lineari–lanceolatae acutissimae. Calycis segmenta acutissima glaberrima parva. Corollae labii superioris lobi elliptici, dorso invicem applicati, lobis labii inferioris patentibus, lateralibus intermedio majoribus. Capsula subovata calyce longior, denticulis 6 apice dehiscens. Semina nigra prismatica subtriquetra, tenuiter scrobiculata. — *Linaria orientalis vulgari similis, folio longissimo* Tournef. Coroll. instit. 9. — *Antirrhinum linifolium* Linn. Spec. plant. 858. (excl. syn.) — Crescit in Oriente et in Italiae maritimis.

β. Semina discoidea marginata.

52. L. LOESELII Schweigger im Königsb. Archiv I. 228. ex Koch, Synops. fl. Germ. (ed. 1) 523. — Glaberrima: foll. lineari–lanceolatis longe attenuatis, obsolete trinerviis, alternis remotis; racemis laxis; laciniis calycinis oblongo–lanceolatis breviter acuminatis, obsolete nervosis, capsula breviorib.; seminib. planis, ala reniformi cinctis glabris. ♃ — Herba valde polymorpha pedalis et ultra. Rami cauliformes glaberrimi glaucescentes. Folia distantia angustissima crassiuscula 1–1½–pollicaria glaberrima. Pedicelli breves, racemo interdum pilis albidis et granulosis vestito. Bracteae fere lineares acutae pedicellorum longitudine. Calycis parvi segmenta tubo corollino adpressa glabra aut vage glanduloso–pilosa. Corolla laete flava v. sulphurea, tubo striis duabus aurantiacis subtus notato, palato aurantiaco, calcari purpurascente gracili subulato, nunc recto, nunc curvato. Capsula magna globosa nigrescens. Semina congenerum maxima. — *L. maritima* Rchb. Flor. excurs. 375. no. 2540. (nec DC.) — *L. juncea* Rchb. Plant. crit. V. fig. 612. 613. — *Linaria maritima floribus odoratis* Loesel. Borus. t. 30. — *Antirrhinum odorum* M. Bieberst. Flor. Taur. Caucas. II. 76. — *Antirrhinum*

odoratissimum Güldenst. Itin. I. 111. atque verosimile (??) *L. linifolium* Linn. — *Linaria odora* Fisch. Cat. hort. Gor. 1812. p. 25. — Chavannes l. c. 136. † et inde: *Linaria maritima Sedi folio succulenta* Buxb. Centur. IV. 23. t. 37. — *Antirrhinum funceum* Pall. Itiner. II. 332. — *Antirrhinum subulatum* Cyrill. Hb. — *Linaria Altaica* Fisch. mss. — Crescit in Tauria, Ucrania, Altai, Calabria et Sicilia et ad mare Balticum. (Kuriſche Nehrung in Preußen, bei Heubude nahe bei Danzig und in Pommern.)

53. L. ITALICA Treviran. Nov. act. acad. Caes. Leop. Carol. nat. curios. XIII. 188. — Rchb. Plant. critic. V. 13. t. 421. fig. 608. — Koch, Synops. fl. Germ. (ed. 1.) 523. — Chavannes l. c. 130. † — Tota glabra: foll. lineari-lanceolatis trinerviis acutis alternis sparsisve; florib. conferte racemosis; laciniis calycinis oblongo-lanceolatis breviter acuminatis enerviis capsula breviorib.; corolla saturate flava, palato lanato, calcari corollam vix superante; capsula subovata; seminib. planis, ala orbiculari cinctis, medio tuberculato-scabris. 2. — Herba glaucescens pedalis v. bipedalis. Rami cauliformes 1-plures ramulosi. Folia approximata crassiuscula glauca pollicaria et ultra. Bracteae inferiores pedicello saepeque flore longiores, superiores angustissimae parvulae. Corolla *L. vulgaris*, sed duplo fere minor, calcari leviter arcuato. — *Linaria lutea montana Genistae tinctoriae folio* C. Bauh. Pinx. 213. — *Antirrhinum Linaria* var. Linn. Spec. plant. 859. — *Antirrhinum genistifolium* Vill. Dauphin. II. 440. (non alior.) — *Linaria genistifolia* DC. Fl. Fr. III. 591. (excl. syn. omn.) — *Antirrhinum polygalaefolium* Poir. Dict. encycl. Suppl. IV. 21. — *Linaria angustifolia* Rchb. Fl. Germ. excurs. 375. no. 2550. — *L. paniculata* Peyer et Vest, Flora (B. Z.) XII. Beil. I. 30. — *L. linifolia* Roch. Plant. rar. Banat. 60. t. 22. fig. 47. — *Antirrhinum Bauhini* Gaud. Fl. Helvet. III. 154.

β. angustifolia: Foll. exacte linearib. acutissimis; capsula ovato-globosa. — *Antirrhinum angustissimum* Loisel. Flor. Gall. not. suppl. 167. — Crescit in Tyrolia, Styria, in Banatu et in Italia superiori.

54. L. VULGARIS Mill. Dict. (ed. 8.) no. 1. — Bertol. Amoen. t. 161. — Spr. Syst. veget. II. 796. — Rchb. Fl. Germ. excurs. 376. no. 2551. — Koch, Synops. fl. Germ. (ed. 1.) 523. — Chavannes l. c. 131. † — Glabra: rhachi pedicellisq. glanduloso-pubescentib.; foll. lanceolato-linearib. acutis trinerviis (plerisq. *uninerviis* Chav.) sparsis dense congestis; racemo imbricato; laciniis calycinis oblongo-lanceolatis trinerviis acutis capsula breviorib.; corolla sulphurea, labio inferiori vitellino, palato croceo, calcari curvulo corollam subaequante; seminib. planis, ala orbiculari cinctis, medio tuberculato-scabris. 2. — Rhizoma ramosum, tuberculis passim instructum. Rami cauliformes pedales et ultra, basi lignescentes, simplices v. ramulosi. Folia pollicaria et ultra, linearia, inferiora et illa sobolum saepe dilatata. Racemus spicaeformis strictus. Bracteae lineares acutissimae pedicellos paullo superantes. Pedicelli teretes crassiusculi. Calycis segmenta margine extremo subscariosa, glabra, tubo corollino adpressa. Corolla (adjecto calcari) 10–14 lin. longa, lobis labii superioris oblongo-ovatis, apice subtruncatis, lobis lateralibus labii inferioris ovato-rotundatis, intermedio minori. Palatum margine interiori pilis aureis barbatum. Calcar conicum acutum leviter arcuatum, corollae longitudine v. ea brevius. Capsula membranacea glaberrima, dentibus 6–8 apice dehiscens. — Ὀσύρις Dioscorid. IV. 138. — *Osyris Linaria* Trag. Histor. 357. — *Osyris* Plin. Hist. natural. 394. lib. 27. cap. 12. — Fchs. Histor. 544. ic. — Camer. Epit. 920. ic. — *Linaria* Caesalp. Syst. 350. — *Linaria prima* Dodon. Pemptad. stirp. 183. fig. 1. — *Linaria vulgaris etc.* Bessl. Hort. Eyst. ord. aest. I. t. 14. fig. 3. — *Linaria vulgaris nostras* Park. Theatr. 458. — *Linaria culta vulgaris* J. Bauh. Histor. III. 456. — Blackw. Herb. t. 115. — *Linaria vulgaris lutea, flore majore* C. Bauh. Pinx. 212. — Moris. Oxon. Histor. II. 499. sect. 5. t. 12. fig. 10. — *Antirrhinum Linaria* Linn. Spec. plant. 858. — Bull. Herb. t. 261. — Gaertn. De fructib. et seminib. I. 248. t. 53. fig. 7. — Lam. Illustr. gen. t. 351. fig. 3. — Sturm, Deutschl. Flor. Hft. 18. t. 13. — Engl. bot. X. t. 658. — Svensk bot. t. 100. — Flor. Danic. t. 992. — Hayne, Arzneigew. VI. t. 33. — *Antirrhinum commune* Lam. Fl. Franc. II. 340. — *Antirrhinum genistifolium* Lapeyr. Abr. Pyr. 354? — *Linaria Gebleri*

Besser in Hb. DC. — *Linaria ciliata* Lang in Hb. Gay (floribus ciliatis). — *Linaria elongata* Dumort. Flor. Belgic. prodr. 34? *) — *Linaria Cyparissias* Tausch, Flora (B. Z.) XIV. 221? **)

β. glandulosa: Pubescens ac in arenosis saepe procumbens: calycib. glandulosis. — *Antirrhinum glandulosum* Lej. Flor. de Spa 320. — *Linaria prostrata* Bönningh. mss.

γ. speciosa: Foll. lineari-lanceolatis subcoriaceis, obsolete trinerviis, subtus glaucescentib.; florib. majorib.; capsulis elliptico-oblongis. — *Linaria speciosa* Tenore, Flor. Napolit. IV. t. 159. fig. 1.

δ. acutiloba Chavannes l. c. — Foll. anguste oblongis v. oblongo-lanceolatis subtrinerviis; segmentis calycinis saepe acuminatis; corolla pallide lutea, palato intense aurantiaco, lobis nunc acutiusculis, nunc obtusis; capsula subcylindrica. — *L. acutiloba* Fisch. mss. in Rchb. Plant. critic. V. 14. t. 424. fig. 611. — Occurit etiam hujus speciei Peloria, cf. Linn. Amoenit. acad. I. 280., Engl. bot. t. 200., Nouv. Dict. des sc. nat. veg. dicotyl. t. 31. — J. Th. C. Ratzeburg, Animadversiones quaedam ad Peloriarum indolem et definitonem spectantes. Dissertatio inauguralis etc. Berolini 1825. 4to. cum tabula aeri insculpta. — Crescit polymorpha haec species in campis et arenosis totius fere Europae (var. *γ.* in arvis Gargani et Lucaniae), in Sibiria (var. *δ.* in Dahuria) et in America septentrionali prope urbem Boston (certe ex Europa migrata).

55. L. BIEBERSTEINII Besser, Enum. pl. Volh. Podol. 93. — Rchb. Plant. critic. V. 14. t. 434. fig. 624. 625. — Chavannes l. c. 134. † — Ramosa: foll. linearib. v. lineari-lanceolatis trinerviis mucronatis; florib. in racemum confertum et abbreviatum dispositis; segmentis calycinis oblongo-linearib. subacutis pubescentib.; capsula globosa; corolla omnino *L. vulgaris*, palato villoso. ♃ — Planta firma 1–3-pedalis. Rami cauliformes teretiusculi medullosi, ramulis subfastigiatis. Folia numerosa conferta crassiuscula acuta 1–2-pollicaria, 2–3 lin. lata. Flores breviter pedicellati, pedicellis bractea lineari-lanceolata acutissima brevioribus. Corolla laete flava, palato obscuriori. Capsula congenerum maxima, membranacea nigrescens, valvulis 6–8 profunde sectis dehiscens. Semina nigra marginata. — *Antirrhinum Linaria* M. Bieb. Fl. Taur. Caucas. II. 75. (excl. syn.) — Crescit in Podolia australi, ad Mare nigrum, circa Odessam et in Syria prope Damascum.

56. L. HEPATICA Bunge. mss. in Ldb. Flor. Altaic. II. 445. † — Ldb. Icon. fl. Ross. Alt. illustr. t. 91. — Chavannes l. c. 134. † — Ramis patentib. elongatis strictis; foll. oblongo-linearib. acutis glaucis confertis; florib. racemosis; calycis glabri laciniis obtusis, pedicellos subaequantib.; calcari tenui recto corollam subaequante. ♃ — Caulis pedalis, basi subdecumbens teres glaber glaucus. Racemi terminales solitarii, floribus distantibus. Bracteae lanceolatae acutae reflexae, glandulis tenuissimis sparsis obsitae. Calycis laciniae (cf. diagnosin!) *ovato-oblongae acutae* glabrae v. rarius ciliato-glanduloseae. Corolla majuscula hepatica v. sordide purpurascens, palato villoso et calcari recto corollam subaequante flavo, labiorum laciniis obtusis, labii inferioris media angustiori nonnihil porrecta. Capsula calyce triplo longior. Segmenta magna discoidea nigra. — Crescit in deserto Soongoro-Kirghisico.

57. L. PRAECOX Bunge mss. l. c. 446. † — Ldb. Icon. fl. Ross. Alt. illustr. t. 431. — Chavannes l. c. 135. † — Caule erecto striato simplici; foll. sparsis, inferiorib. brevib. latiorib., superiorib. linearib. elongatis carnosis glaucis; calycis glandulosi laciniis oblongis obtusis, calcari recto, corollam glandulosam superante; racemo subspicato. ♃ — Caules simplicissimi teretes glauci stricti, basi foliis

*) *Caule erecto; ramis elongatis strictis; foll. oppositis sparsisq. linearib. planis glabris; bracteis lanceolatis; pedicellis pubescentib., calyce longiorib.; calcari recurvo.* ♃ — *Crescit in Luxemburgia.*

**) *Caule erecto; foll sparsis anguste linearib. scabris, inferiorib. confertissimis; racemis terminalib. paniculatis glabris; calcari longitudine calycis.* ♃ — *Crescit prope Massiliam.*

semipollicaribus v. brevioribus, lineam latis vestiti. Folia superiora angustiora 1–2-pollicaria, vix dimidiam lineam lata, carnosa glauca glaberrima. Florum racemus demum elongatus 10–15-florus. Bracteae lineares pedicello longiores vix glandulis stipatae. Pedicelli calyce breviores glandulosi. Laciniae calycinae oblongae obtusae subtrinerviae tenuissime glandulosae. Corolla violacea intensius striata, fauce albida, maculis geminis flavis confluentibus picta villosa, calcari recto subulato corollam superante, intensius violaceo. Semina discoidea. — Crescit ad fl. Irtysch inter Tscheremschanskoi et Kransnyje Jarki in Sibiria Altaica.

88. L. MACROURA Rchb. Plant. critic. V. 20. t. 432. fig. 621. 622. — Ldb. Fl. Altaic. II. 446. — Chavannes l. c. 137. † — Caule erecto ramoso v. simplici; foll. linearib. planis glaucis glaberrimis, illis surculorum confertis; racemo denso; calycis laciniis ovato-oblongis obtusis glanduloso-pubescentib. seu glabriusculis; corolla flava, palato intensiore, villoso, calcari recto corollam aequante v. superante. ♃ — Pedalis et ultra. Rami cauliformes plures teretes, basi lignescentes, nunc simplices, nunc ramulosi. Folia erecta 1–2-pollicaria, in surculis conferta subverticillata. Bracteae lineares deflexae, pedicellum erectum subaequantes. Segmenta calycina tubo corollino adpressa glanduloso-pilosa ciliataque. Corolla ampla glabra v. pubescens, lobis labii superioris brevib. ovatis acutis, labii inferioris rotundatis subemarginatis, subaequalibus, palato amplo pilis fulvis barbato, calcari crasso acuto recto. Capsula ovato-globosa glaberrima, valvulis 6 dehiscens. — *Antirrhinum linifolium* Pall. Ind. Taur. 161. (non Linn.) — *Antirrhinum macrourum* M. Bieberst. Flor. Taur. Caucas. II. 75.

β. Besseriana Chav. l. c. — Simplex: racemo paucifloro; florib. majoribus.; segmentis calycinis latioribus ac paullo longioribus. subpubescentib. v. interdum glaberrimis; calcari corollam subaequante. — *Linaria macroura* M. Bieberst. Cent. pl. rar. Rossic. I. t. 27. — *L. Besseriana* Rchb. Pl. critic. V. t. 433. fig. 628.

γ. ramosa Chav. l. c. — Ramis cauliformib. ramulosis crassioribus.; florib. minoribus. laxis; segmentis calycinis angustioribus.; corolla aureo-flava, calcari longo. — (Ldb. Fl. Alt. II. 447.) — Crescit in Tauriae et deserti Caucasico-Caspici locis siccis apricis, (var. *β.*) in Bessarabia.

§. 3. *Folia angusta alterna seu verticillata, surculorum latiora (lanceolata v. lineari-lanceolata) verticillata. Flores racemosi aut spicato-racemosi; corolla (adjecto calcari) ultra tres lineas longa. Herbae saepius erectae, surculis sterilibus donatae.*

α. Stylus apice bifurcatus, stigmate bilobo (Chavannes l. c. t. 5. fig. 10. b.); *semina transverse corrugata* (Chavannes l. c. t. 5. fig. 23.).

89. L. (ANTIRRHINUM Willd. Spec. plant. III. 247.) APARINOIDES Chavannes l. c. 138. † — Stricta: foll. lineari-subulatis, plerisq. alternis, surculorum planis 4–5-nis verticillatis: racemo villoso; pedicellis bractea longiorib.; calycis segmentis linearib. acutis; corolla sulphurea, palato croceo, lineis fuscis variegato; calcari saepius recto. ⊙ — Herba 1–3-pedalis, surculis plurimis erectis *Galium aparinoides* referentibus instructa. Rami cauliformes laeves, apice tantum villosi, simplices v. ramulosi. Folia ramealia crassiuscula semiteretia acuta 1–2-pollicaria, ima interdum verticillata, apice ramulorum juniorum conferta subfasciculata, folia surculorum 6–12 lin. longa. Racemus lana densa tectus (plantae cultae minus villosus), pilis glanduliferis mollibus. Bracteae lineari-spathulatae, pedicello breviores eique adpressae. Pedicelli pubescentes, post anthesin paullo accrescentes. Segmenta calycina supra medium coarctata, margine extremo membranacea, apice paullo reflexa. Corolla magnitudine fere *L. vulgaris*, labio superiori erecto, inferiori abbreviato, lobo intermedio lateralibus minori ovato, calcari gracili acuto, quam corolla nunc longiori, nunc breviori. Capsula ovata calyce tecta, dentibus 6 dehiscens. Semina nigra subdiscoidea. — *Linaria Sicula multicaulis Molluginis folio* Bocc. Sic. t. 19. fig. 1. — *Linaria folio Psyllii* Riv. Monop. irreg. ic. — *L. heterophylla* Dsf. Fl. Atlant. II. 48. t. 140. — *Antirrhinum strictum* Sm. Prodr. fl. Graec. I. 433. — Sibthrp. et Sm. Flor. Graec. t. 504. — *Linaria stricta*

Guss. Plant. rar. Sicul. 250. (excl. syn. Spr.) — *Antirrhinum multicaule* Ten. Fl. Nap. prodr. 36. (non alior.) — *Linaria reticulata* Rchb. Plant. critic. V. 19. t. 431. fig. 620.

β. humilis Guss. l. c. — Planta ascendens vix semipedalis, surculis sterilib. villosis donata. — In campis arenosis Siciliae, Cypri, Cariae et in Atlante.

60. L. CLEMENTEI Haens. mss. ex Boiss. Elench. pl. nov. Hispan. (ed. Erford.) 49. no. 130. — Boiss. Voyage bot. dans le midi de l'Esp. 454. no. 1242. † t. 129. — Radice perenni; caulib. erectis simplicib. aut parce ramosis glaucescentib. teretib.; foll. caulinis sparsis subteretib. linearib. obtusissimis, surculorum breviorib. latiorib., quaternatim verticillatis; spicis longe pedunculatis terminalib. confertis subcapitatis, post anthesin elongatis glanduloso-viscidis; bracteis pedicello calycem subaequante breviorib.; laciniis calycinis linearib. obtusis; corollae violaceae labio superiori maximo bipartito, lobis ovatis obtusis, inferiori breviori convexo trilobo, lobis rotundatis, intermedio minori, palato aurantiaco-maculato, calcari recto violaceo pedicellum aequante; seminib. triquetris corrugatis. ♃ — Collum radicis crassum multicaule. Caules saepe 3–5-pedales. Folia omnia carnosa glaberrima glaucescentia, caulina 1–2-pollicaria, apice subcallosa. Pedicelli sesquilineam circiter longi. Corolla magna. Capsula parva ovata glabra, calycem aequans, medium usque dentibus 6 dehiscens. — Crescit in collibus arenosis calcareis in Hispaniae provincia Malacitana prope Carratraca, Yunquera, Monda.

61. L. RETICULATA Dsf. Flor. Atlant. II. 48. — Spr. Syst. veget. II. 706. — Chavannes l. c. 140. † — Erecta glauca: foll. linearib. canaliculatis, infimis et surculorum verticillatis, superiorib. sparsis; racemo abbreviato, sursum attenuato pubescente; bracteis pedicello longiorib.; segmentis calycinis late linearib.; corolla venoso-reticulata, saturate purpurea (palato croceo) v. lutea, lineis atro-purpureis notata, calcari ea breviore. ☉ — Herba 2–4-pedalis glabra, parte florifera tantummodo pubescens. Rami cauliformes teretes medullosi ramulosi. Folia lineari-subulata crassiuscula obtusa, illa *Pini sylvestris* referentia pollicaria et ultra, surculorum 4–6 verticillata breviora et latiora. Flores conferti brevissime pedicellati. Bracteae lineari-lanceolatae obtusae pubescentes, margine membranaceae. Calycis segmenta breviter glanduloso-pilosa. Corolla (adjecto calcari) fere pollicaris, lobis labii superioris erectis ovatis acutis, inferioris patulis seu reflexis rotundatis, intermedio minori, palato ciliato. Capsula et semina *L. aparinoidis*. — *Antirrhinum pinifolium* Poir. Itin. II. 193. — *Antirrhinum reticulatum* Sm. Icon. pl. rar. t. 2. — Willd. Spec. plant. III. 247. — Crescit ad littora Africae borealis et Lusitaniae (O-Porto, Faustua).

62. L. (ANTIRRHINUM Linn. Spec. plant. 866. — Jacq. Icon. plant. rar. II. 12. t. 116.) VERSICOLOR Mnch. Method. plant. 323. — Spr. l. c. 794. — Chavannes l. c. 140. † — Apice pubescens: foll. planis late linearib. seu lineari-lanceolatis obtusis, inferiorib. saepe ternis, superiorib. alternis, surculorum oppositis et ternis; florib. racemosis; calycis segmentis lineari-oblongis obtusiusculis; corolla pallide lutea, palato croceo, saepe bipunctato, calcari violaceo v. luteo, corollam longitudine excedente. ☉ — Rami cauliformes pedales et ultra, simplices v. apice ramulosi, in parte florifera glanduloso-pilosi. Folia distantia glaberrima pollicaria v. sesquipollicaria, infra 3–4-na verticillata. Bracteae lanceolatae acutiusculae, breviter glanduloso-pilosae. Calycis segmenta margine membranacea, apice paullo reflexa, capsulam superantia. Corolla magnitudine *L. vulgaris*, labii superioris lobis erectis oblongis v. ovato-oblongis, inferioris patentis lobis lateralibus rotundatis obliquis, intermedio multo minore fere obovato, palato glabro, interdum fusco-bipunctato. Capsula subovata calyce tecta glabra, apice dentibus 6 dehiscens. Semina minuta, basi truncata curvula. — *Antirrhinum bipunctatum* Hurtul. — Crescit in Galliae australis Monte aureo.

63. L. SALZMANNI Boiss. Voyage bot. dans le midi de l'Esp. 456. no. 1244. † t. 127. — Annua biennisve: caulib. numerosis diffusis v. ascendentib. ramosis, parte inferiori hirsutis; foll. glabris, surculorum ternis quaternisve ovato-lanceolatis acutis, caulinis alternis linearib.; racemis paucifloris per anthesin subcapitatis,

dein elongatis hirsuto-viscidis; pedicellis calyce longioribus, bractea eis brevioribus suffultis; calycis viscidi segmentis lanceolatis obtusis, basi attenuatis; corollae labio superiori bilobo, lobis oblongis obtusis, inferiori paullo minori convexo trilobo, lobo intermedio minimo, calcari recto; seminib. oblongo-lanceolatis subreniformibus et corrugatis. ⊙ et ♂ — Caules basi lana crispa tecti semipedales v. pedales, surculi steriles 2–3-pollicares, folia glabra ovato-oblonga acuta gerentes. Folia caulina semipollicaria v. etiam pollicaria. Spicae abbreviatae, demum subpollicares. Calcar rectum violaceum v. flavum. Faux intus velutino-ciliata. Capsula ovata, calyce brevior, apice valvulis sex obtusis dehiscens.

α. violacea: Caules ascendentes longiores; corollae violaceae labium superum infero longius. Calcar corollam aequans. — *L. spartea β. violacea* Sizm. Hb.

β. flava: Caules numerosi humiles ramosissimi. Corollae flavae labium superum inferiori vix longius. Calcar corolla paullo brevius. — Crescit (var. *α.*) in Hispaniae provincia Malacitana et (var. *β.*) in regione montana Sierra Nevada en la Dehesa de San Gerónimo altitudine 4–7000 pedum.

64. **L. VISCOSA** Dum. Cours. bot. cult. (ed. 1.) 93. — Spr. l. c. 794. — Chavannes l. c. 141. † — Pubescens: foll. linearib., plerisq. alternis distantib., surculorum lineari-lanceolatis v. linearibus quaternis; racemo conferto brevi; calycis segmentis linearib. seu lineari-lanceolatis acutis vage ciliatis; corolla luteo-fulva, labio superiori maximo, calcari recto, corollam vix superante. ⊙ — Rami cauliformes pedales et ultra subsimplices, basi apiceque pilosi, sub racemo nudi, surculis erecto-patentibus pubescentibus aucti. Folia ramealia semipollicaria vel pollicaria plana obtusiuscula glaberrima, inferiora 4–5-na approximata pseudoverticillata, superiora alterna, surculorum quaterna, verticillis distantibus. Pedicelli bractea parva concava longiores. Corolla (adjecto calcari) 12–15 lin. longa, lobis labii superioris rotundatis maximis, palato intense croceo glabriusculo. Capsula ovata glabra, calycis fere longitudine, apice dentibus 6 dehiscens. Semina curvula nigra. — *Antirrhinum viscosum* Linn. Amoen. acad. IV. 319., Spec. plant. 855. (nec Bot. Magaz.) — Crescit in Hispania prope Gades.

65. **L. ALGARVIANA** Chavannes l. c. 142. † — Glabra: ramis cauliformibus fere aphyllis; foll. surculorum creberrimorum lanceolatis v. linearibus lanceolatis ternis quaternisve verticillatis; florib. longe pedicellatis nutantibus; calycis segmentis sublinearib. acutis; corolla pallide luteo-ferruginea v. purpurascente (?), calcari longo munita. ⊙? ♃? — Rami cauliformes decumbentes v. erecti 4–10-pollicares. Folia caulina longe distantia parvula, surculorum 3–4 lin. longa, 1–2 lata acutiuscula glaberrima. Flores apice ramorum 2–3 collecti, pedicellis bractea angusta duplo triplove longioribus. Calycis segmenta margine membranaceo-scariosa parce ciliolata. Corolla magnitudine *L. alpinae*, lobis labii superioris erectis ovato-rotundatis, lobis labii inferioris lateralibus rotundatis concavis, intermedio minori late ovato, palato glabro. Capsula ovato-globosa glaberrima, calycis longitudine, apice dentibus 6 dehiscens. Semina irregularia, testa varie contorto-plicata. — Crescit in Algarvia prope Promontorium sacrum.

66. **L. SPARTEA** Lnk. et Hffmnsgg. Fl. Portug. II. 233. † t. 36. — Spr. l. c. 795. — Rchb. Plant. critic. IX. t. 814. fig. 1100. — Chavannes l. c. 143. † — Stricta ramosa: foll. linearibus subulatis erectis glaberrimis, inferioribus saepe ternis, superioribus alternis, surculorum planis ternis v. quaternis; florib. longe pedicellatis; calycis segmentis linearib. seu linearibus lanceolatis acutis glabris v. pubescentib.; corolla flava, palato saturate aurantiaco, calcari recto. ⊙ et ♂ — Herba pedalis v. sesquipedalis maxime variabilis. Rami cauliformes plures teretes, paniculato-ramulosi. Folia 6–10 lin. longa crassiuscula angustissima, superne canaliculata, inferiora et surculorum latiora 3–4-na. Racemus laxus flexuosus pauciflorus, pedicellis erectis 3–6 lin. longis, bracteae angustissimae glaberrimae v. pubescentes, uti calyx. Segmenta calycina per fructus maturationem saepe ampliata, margine extremo membranacea. Corollae laciniae nunc latiores, nunc angustiores, calcari corolla saepe duplo longiori, mox breviori, mox subevanescente. Capsula ovato-globosa calyce longior glaberrima, valvulis 6 apice dehiscens. Semina parvula

nigra oblongo-truncata curvula. — *Linaria annua angustifolia, flore majore luteo* Moris. Oxon. Histor. II. 499. — *Antirrhinum sparteum* Linn. Spec. plant. 854. — Cav. Icon. plant. rar. I. 19. t. 32. — Bot. Magaz. t. 200. — *Antirrhinum junceum* Lam. Dict. encycl. IV. 352. — *Linaria juncea* Dsf. Fl. Atlant. II. 43. — Rchb. Pl. critic. IX. t. 813. fig. 1099. — *L. praecox* Lnk. et Hffmnsgg. l. c. t. 37. — Crescit in insulis Canariensibus, in regno Maroccano, in littore Tripolitano, in Lusitania, Hispania et in Gallia australiori.

67. L. JUNCEA Ait. Hort. Kew. (ed. 2.) IV. 17. (nec Dsf. nec Rchb.) — Chavannes l. c. 144. † — Glabra ramosissima gracilis: foll. lineari-subulatis semiteretib. crassiusculis, plerisq. alternis, surculorum lineari-lanceolatis oppositis ternisve; florib. paucis longe pedicellatis; calycis segmentis lineari-lanceolatis brevib. acutis; corollae parvae luteae palato aurantiaco, calcari recto corollam vix superante. ☉ — Herba virgata, saepissime simplex, glaberrima, caulis teres v. subangulatus paniculato-ramulosus, surculis sterilibus paucis procumbentibus instructus. Flores ad apices ramulorum, pedicellis bracteola 4-5-plo longioribus, post anthesin accrescentibus. Calycis parvuli segmenta margine membranacea. Corolla quam ea praecedentis multo minor, lobis labii superioris erectis oblongis acutiusculis, inferioris lateralib. patentib. subovatis, intermedio fere obovato minori, calcari acuto gracili rectiusculo. Capsula ovoidea valvulis 6 dehiscens. Semina nigra ovato-oblonga truncata curvula. — *Antirrhinum junceum* Linn. Amoenit. acad. IV. 277. — *Antirrhinum virgatum* Brot. Flor. Lusit. I. 193. — *Linaria meonantha* Lnk. et Hffmnsgg. Flor. Portug. I. 230. — In Lusitania et Hispania.

68. L. BIPARTITA Willd. Enum. pl. hort. Berol. II. 640. — Sweet, Brit. flow. gard. I. t. 30. — Spr. l. c. 793. — Chavannes l. c. 145. † t. 5. fig. 28. — Glabra: foll. linearib. v. lineari-lanceolatis planis alternis et verticillatis, surculorum latiorib. ternis; florib. laxe racemosis; calycis segmentis sublanceolatis acutis, margine membranaceis; corollae violacco-coeruleae labio superiori profunde bipartito, palato aurantiaco, basi albescente, calcari corollam vix superante arcuato. ☉ — Rami cauliformes pauci pedales teretes glaberrimi laeves, ramulis erectis alternis, surculis sterilibus decumbentibus. Folia 1-3-pollicaria, basi attenuata, illa surculorum latiora et breviora, pleraque terna. Racemus laxus paullo flexuosus. Flores speciosi subnutantes, pedicellis 2-4 lin. longis, bracteis parvis ovato-lanceolatis acutissimis. Calycis segmenta tubo corollino breviora. Corolla (adjecto calcari) 8-12 lin. longa, lobis labii superioris oblongis subreflexis, lobis labii inferioris patenti-deflexis, lateralibus ovato-oblongis intermedium excedentibus, palato profunde sulcato pubescente, calcari saepe dilutius colorato. Capsula subglobosa, apice dentibus 6 dehiscens. Semina minuta suboblonga curvula, testa nigra transverse corrugata. — *Antirrhinum bipartitum* Vent. Hort. Cels. p. et t. 82. — *Antirrhinum orchidiflorum* Hort. Paris. — *Linaria speciosa* Jcq. fil. Eclog. I. 140. t. 95 (non Ten.) — *Antirrhinum speciosum* Donn, Cat. hort. Cantabr. 1804. p. 178. — *Linaria coerulea* Hortul. — In Mauritania et in regno Maroccano circa Tanger.

69. L. LINOGRISEA Lnk. et Hffmnsgg. Flor. Portug. I. 240. † t. 41. — Chavannes l. c. 146. † — Apice pubescens: foll. linearib. planis glabris, ternis et alternis, surculorum brevib. lanceolatis ternis et quaternis; florib. laxis longe pedicellatis; calycis segmentis linearib. angustissimis acutissimis pubescentib.; corollae coeruleae labio superiori rubescente, palato aurantiaco, calcari longitudine corollae arcuato. ☉ — Praecedenti speciei valde affinis forteque ejus varietas peculiaris, attamen loco natali foliis minoribus distantibus, calycibus et bracteis multo angustioribus, pedicellis longioribus, nec non pubescentia et florum colore diversa. — *Antirrhinum incarnatum* Lam. Diction. encycl. IV. 364. — *Linaria incarnata* Spr. Syst. veget. II. 793. — *Antirrhinum sapphirinum β. incarnatum* Pers. Enchir. II. 185. — Crescit in sabulosis Algarviae.

70. L. SAPPHIRINA Lnk. et Hffmnsgg. l. c. I. 240. t. 42. — Chavannes l. c. † — Foll. linearib. planis alternis, surculorum sublanceolatis ternis; racemo valde elongato, rhachi pubescente; calycis segmentis linearib. acutis pubescentib., corollae coeruleae tubo subcylindrico, labio inferiori patenti-deflexo, palato aurantiaco

punctulato, calcari gracili longo arcuato. ⊙ —, Herba elegans pedalis v. semipedalis, parte florifera tantummodo pubescens. Rami cauliformes subsimplices, apice paullo flexuosi. Surculi steriles numerosi decumbentes, foliis ternatis obsiti. Racemus laxus, fructifer valde elongatus. Pedicelli capillacei, bracteola lineari triplo fere longiores, brevissime pilosi. Calycis segmenta capsula breviora. Corolla quam praecedentis minor, saturate coerulea, tubo paullulum elongato subcylindrico, lobis labii superioris oblongis angustis erectis, labio inferiori subdeflexo, lobis brevibus subaequalibus, palato ad faucem prominulo glabro aurantiaco fusco-punctato, calcari acutissimo. Capsula glabra globosa, dentibus sex dehiscens. Semina praecedentis. — Crescit in Lusitania prope Conimbricam et montibus Della serra d'Arabida.

β. Stylus apice incrassatus, stigmate subemarginato (Chavannes l. c. t. 5. fig. 10ª a.); *semina angulata subprismatica.*

71. L. ARMENIACA Chavannes l. c. 147. † — Glaberrima firma, supra basin ramosissima: foll. alternis linearib. obtusis crassis; florib. laxe racemosis; calycis segmentis linearib. acutis; corollae coeruleae calcari praelongo arcuato. 2? — Caulis fere pedalis strictus rigidus, basi nudus, infra medium ramosus, surculis aliquot accedentibus. Folia crassiuscula pollicaria. Pedicelli bractea minima acuta eique adpressa triplo longiores. Segmenta calycina margine extremo scariosa glaberrima, capsula breviora. Corolla *L. Chalepensem* forma refert, lobis labii superioris oblongo-linearib. erectis, labii inferioris ovato-oblongis deflexis, intermedio minori, calcari gracili acuto, corolla multo longiore. Capsulae laxe racemosae ovato-globosae compressiusculae, apice dentibus 6 dehiscentes. Semina magna subtriquetra curvula, testa nigra scrobiculata. — In Armenia.

72. L. CHALEPENSIS Mill. Diction. (ed. 8.) no. 12. — Spr. Syst. veget. II. 793. — Rchb. Fl. Germ. excurs. 374. no. 2535. — Koch, Synops. fl. Germ. et Helv. (ed. 1.) 323. — Chavannes l. c. 148. † — Glaberrima: foll. lineari-lanceolatis acutis obsolete trinerviis, infimis verticillatis; racemis elongatis laxis flexuosis; laciniis calycis linearib. acutis patentib., capsula subrotunda compressa emarginata duplo majorib.; corolla alba, quandoq. obsolete coeruleo-striata, lobis ochroleucis; seminib. ovatis trigonis, transverse foveolato-rugosis. ⊙ — Herba elegans 1–1½-pedalis, basi surculis plurimis aucta; rami cauliformes 1-plures; folia 1–2-pollicaria, inferiora quaterna quinave, superiora alterna, surculorum breviora obtusiuscula, pleraque terna, interdum opposita. Pedicelli bractea lineari triplo breviores. Capsula dentibus 6 profundis dehiscens. — *Osyris alba* Lobel. Icon. 408. — *Linaria flore albo* Riv. Monop. irregul. t. 80. fig. 2. — *Linaria Chalepensis minor erecta, flore albo, lineis violaceis* Moris. Oxon. Histor. II. 502. sect. 5. t. 35. fig. 9. — *Linaria annua angustifolia, floseulis albis longius caudatis* Triumph. Observ. 87. t. 87. fig. 2. — *Antirrhinum Osyris* Cyrill. Plant. rarior. II. 22. t. 9. — *Antirrhinum Chalepense* Linn. Spec. plant. 859. — Sm. Flor. Graec. t. 592. — *Linaria alba* Mnch. Method. plant. 521. — *Antirrhinum album* Lam. Fl. Franc. II. 545. — Crescit in Italia, Sicilia, Corsica, Istria, Dalmatia, Gallia meridionali, in Syria, in insulis Cypro, Scio et in Peloponneso.

73. L. CANADENSIS Dum. Cours. bot. cult. (ed. 1.) II. 96. — Spr. l. c. 797. — Hook. Bot. Magaz. t. 3473. — Chavannes l. c. 149. † — Foll. linearib. remotis glabris, plerisq. alternis, surculorum sterilium latiorib. oppositis v. ternis; racemo laxo gracili sursum attenuato; pedicellis bractea longiorib.; calycis segmentis acutis pubescentib.; corollae pallide violaceae labio inferiori deflexo, palato albo subdepresso, calcari subulato arcuato, longitudine corollae. ⊙ — Rami cauliformes subsimplices teretes glaberrimi graciles pedales et ultra. Folia semipollicaria v. pollicaria acuta. Flores pauci distantes nutantes. Pedicelli filiformes, bractea lineari acuta longiores pubescentes. Corolla (adjecto calcari) 4–5 lin. longa, lobis labii superioris erectis oblongo-ovatis, labii inferioris majoribus aequalibus, palato albescente. Capsula subglobosa calyce brevior, dentibus 6–8 parvulis dehiscens (post dehiscentiam ubi truncata). Semina parva prismatico-tetragona v.

cuboidea late sulcata fusca, utrinque truncata. — *Linaria caule simplici, floribus violaceis, foliis Lini* Clayt. no. 256. ex Gronov. Flor. Virgin. 98. — *Antirrhinum Canadense* Linn. Spec. pl. 861. — Vent. Hort. Cels. t. 49. — *Antirrhinum pauciflorum* Poeppig Hb. — Crescit in America boreali, in Montevideo Brasiliae, in Chili et in Peruvia.

74. L. PURPUREA Mill. l. c. no. 5. — Spr. l. c. 794. — Rchb. Flor. Germ. excurs. 374. no. 2537. — Chavannes l. c. 150. † — Glaberrima ramosa erecta: foll. linearib. et lineari-lanceolatis, inferiorib. et surculorum 4–9 verticillatis, superiorib. ternis oppositis v. alternis; racemo elongato; calycis segmentis linearib. acutis subpatentib.; corollae purpureo-coeruleae labio superiore abbreviato, calcari arcuato corollae longitudine. ♃ — Collum tumefactum lignescens, ramos emittens plerumque plures teretes firmos nitidos 2–4-pedales, infra purpureo-virescentes. Ramuli numerosi foliosi. Folia omnia glaberrima glaucescentia acuta, pollicaria et ultra, 1–2 lin. lata, folia ramulorum breviora, juniora fasciculata. Pedicelli saepe 2–3 approximati bractea longiores teretes glaucescentes. Calycis obliqui segmenta per capsulae maturationem reflexa. Corolla (adjecto calcari) 4–5 lin. longa, labio superiori abbreviato erecto, inferiori patente, subtus pallide griseo, palato conico magno profunde sulcato, margine pilis albis barbato, tubo parallele purpureo-striato, calcari acuto subcylindrico. Capsula globosa compressiuscula, apice emarginata. Semina majuscula subprismatica, testa transverse corrugato-rugosa nigra. — Crescit in Europa australi (Italia, Graecia).

75. L. NIVEA Boiss. et Reut. Diagnos. plantar. novar. Hispanic. 22. no. 41. — Perennis: caule glabro crasso erecto, parte superiori paniculatim ramoso; ramis virgatis; foll. glaberrimis lineari-lanceolatis acutis alternis subtrinerviis; florib. numerosissimis in racemos breves dispositis; sepalis obtusiusculis glanduloso-puberulis; corolla alba pallide violaceo-striata, palato albo dense longeque barbato, calcari tubum corollinum aequante; seminib. minimis prismatico-angulatis tuberculatis. ♃ — Pulcherrima planta, floribus copiosissimis niveis latos tractus ornans. *L. striatae* proxima, quae tamen abundanter differt: foliis multo angustioribus linearibus uninerviis, calycis laciniis acutis glaberrimis, floribus dimidio minoribus, calcari corolla multo breviore, palato lacteo breviter parceque (nec longe et copiose) barbato, capsulis multo minoribus (nec ut in hac Pisum subaequantibus) globosis (nec ovatis), seminibus ejusdem formae sed triplo majoribus. — Crescit in Hispania (in regione montana superiori Sierra da Guadarrama et in montibus de Toledo et de Avila).

76. L. STRIATA DC. Fl. Franc. III. 586. — Spr. l. c. 795. — Rchb. Fl. Germ. excurs. 374. no. 2536. — Koch, Synops. fl. Germ. (ed. I.) 522. — Chavannes l. c. 152. † — Tota glabra: foll. anguste lanceolatis linearibq. uninerviis v. obsolete trinerviis acutis, inferiorib. verticillatis, superiorib. sparsis; racemis laxis; calycis laciniis lanceolatis acutis capsula breviorib.; corolla cinerascenti-alba v. coerulescente, striis violaceis percursa; seminib. ovatis trigonis apteris, rugis anastomosantib. impresso-punctatis, angulis acutis impunctatis. ♃ — Rami cauliformes pedales et ultra simplices v. ramulosi, surculis decumbentibus foliosis aucti. Folia 1–2-pollicaria saepe glaucescentia, illa surculorum breviora latioraque 3–4–5-na verticillata. Racemi laxiusculi flores nunc odori, nunc inodori. Bracteae lineares, inferiores pedicellis longiores. Corolla (excepto calcari) 4–5 lin. longa violaceo-striata, labio superiori profunde bifido erecto, lobis subovatis, inferiori patente, lobis lateralib. paullo reflexis, intermedio multo minori, palato luteo barbato valdeque prominente, calcari corolla multo breviore, interdum subevanido. Capsula subglobosa, apice valvulis 6 dehiscens, valvulis saepe bifidis. — *Antirrhinum repens* Linn. Spec. plant. 854. — *Antirrhinum striatum* Lam. Fl. Franc. II. 343. — *Linaria stricta* Hornem. Hort. Hafn. II. 675. ex Rchb. Plant. critic. V. fig. 610. — *Antirrhinum purpureum* Schkuhr, Handbch. t. 172. — *Linaria decumbens* Moench. Method. plant. 523. — *Orontium supinum* Villem. Phyt. I. 408.

β. Monspessulana: Foll. angustis, plerisq. alternis confertis erectis; planta stricta subsimplici. — *Linaria odorata Monspessulana* J. Bauh. Histor. plant. 430. —

Linaria capillaceo folio odora C. Bauh. Pinx. 213. — *Linaria caryophyllata* Cam. Hort. 90. — *Linaria angustifolia flore cinereo striato* Dill. Hort. Eltham. 198. t. 163. fig. 197. — *Antirrhinum Monspessulanum* Linn. Spec. plantar. 854. — *Antirrhinum repens β. Monspessulanum* Pers. Enchirid. II. 106. (excl. syn. Lam.) — *Linaria Monspessulana* Dum. Cours. bot. cult. (ed. 1.) II. 95.

γ. tristis: Foll. rigidulis triquetris, dorso acutiuscule carinatis, facie canaliculatis; corollae palato flavo, utroq. labio sordide albo violaceo-lineato.

δ. galioides: Planta simplex v. apice ramulosa; foll. 4–6 verticillatis, verticillis nunc distantib. nunc approximatis. — *Antirrhinum galioides* Lam. Encycl. méth. IV. 351. — Crescit in Dalmatia, Helvetia, Gallia australi, in Pyrenaeis et in Mauritania.

77. **L. BOISSIERI** Wlprs. mss. — Annua aut biennis: surculis sterilib. nullis; caulib. numerosis ramosissimis; ramis filiformib. intricatis; foll. alternis parvis linearib. obtusis, parce hirtellis aut glabris; florib. subsessilib., secus ramos laxissime spicatis, terminalib. congestis; calycis breviter glandulosi laciniis brevib. oblongis acutis, superiore longiore; corollae flavae labio superiori brevissime bifido, inferiori breviter trifido, lobis obtusis, calcari incurvo corolla breviore; seminib. minimis acute triquetris, sub lente tuberculatis. ☉? ♂? — Rami cauliformes numerosissimi teretes glabri quadripollicares v. semipedales. Folia (infima aliquando quaterna) 4 lin. v. pollicem usque longa. Spicae primum subcapitatae, dein elongatae laxissimae 1–2-pollicares, floribus inferioribus remotis, superioribus semper in capitulum confertis. Pedicelli primum vix lineam longi, demum elongati, sed calyce semper breviores, sub lente subglandulosi. Corolla glabra, magnitudine *L. glaucae*, palatum glabrum. Capsula ovata, breviter glandulosa, apice dentibus 6 dehiscens. — *L. ramosissima* Boiss. Voyage bot. dans le midi de l'Esp. p. 457. † (nec alior.)

β. glutinosa Boiss. l. c. — Caules abbreviati 3–4-pollicares dense foliosi, parte florifera densius glanduloso-pubescentes. Folia breviora glaucescentia. — In Hispania (circa Matritum), var. *β.* in arenosis Lusitaniae trans Tagum.

78. **L. CORIFOLIA** Dsf. Cor. institut. Tournef. 32. t. 22. — Chavannes l. c. 153. † — Glaberrima: foll. lineari-subulatis alternis, surculorum subverticillatis; florib. racemosis breviter pedicellatis; calycis segmentis linearib. acutis; corolla ex albido violacea, lobis labii superioris angustatis, calcari recto brevi. ♃ — Rami cauliformes simplices pedales v. sesquipedales, basi surculis sterilibus aucti. Folia angusta 4–8 lin. longa conferta sparsa, folia surculorum breviora latioraque 4–6-na verticillata. Bracteolae parvulae, pedicello brevi adpressae. Corolla magnitudine *L. purpureae*, labio superiori erecto profunde bilobo, lobis sublinearibus acutis, labio inferiori abbreviato, lobis subovatis, palato glabriusculo, calcari acuto gracili. Capsula.....? — Crescit in Asia minori.

γ. Stylus apice incrassatus, stigmate subemarginato; semina discoidea, margine ciliata. (Chavannes l. c. t. 5. fig. 30.)

79. **L. PELISSERIANA** DC. Fl. Franc. III. 589. — Spr. Syst. veget. II. 795. — Rchb. Fl. Germ. excurs. 375. no. 2547. — Koch, Synops. fl. Germ. (ed. 1.) 522. — Chavannes l. c. 154. † — Tota glabra: foll. linearib., utrinq. attenuatis, inferiorib. quaternis, caulium sterilium ellipticis; racemis pedunculatis capitatis, demum elongatis; calycis laciniis e basi latiori attenuatis acutissimis, capsula duplo longiorib.; corolla dilute coerulea, venis saturatiorib., palato albo, striis coerulescentib., calcari corolla dimidia breviori. ☉ — Rami cauliformes teretes subsimplices, surculis aliquot sterilibus aucti. Folia semipollicaria et ultra, superiora sparsa, caulium sterilium breviora latioraque semper verticillata magisque approximata. Bracteae parvulae acutissimae, pedicello longiores. Corolla (adjecto calcari) 6–9 lin. longa, lobis labii superioris erectis elongatis acutis. Capsula lateribus valde sulcata, apice emarginata, uti e duabus carpellis coalitis efformata, dentibus 6 dehiscens. Semina discoidea convexo-concava, ciliis longitudine aequalibus radiatim divergentibus margine toto ciliata. — *Linaria coerulea minor*

Lob. Illustr. 103. — *Linaria coerulea calcaribus longis* J. Bauh. Histor. III. 461. — Buxb. Centur. I. t. 25. fig. 2. — *Linaria annua purpureo-violacea, calcaribus longis, foliis imis rotundioribus* Magn. Monsp. 150. — *Chamaelinaria violacea* Barrel. Icon. 1102. — *Linaria tenuius spanophylla Tithymali cyparissii folio, flore purpureo* Cup. Pamph. Sicul. I. t. 229. — (Raf. t. 101. fig. 1.) — *Antirrhinum Pelisserianum* Linn. Spec. plant. 855. — Sibthrp. et Sm. Flor. Graec. t. 591.

β. gracilis: Plantula simplex gracillima: florib. minorib. laete coeruleis. — *Antirrhinum gracile* Pers. Enchirid II. 156. — Crescit in Syria, circa urbem Byzantium, in Graecia, in Italia meridionali, in Istria, Dalmatia, in Gallo-provincia, in Pyrenaeis.

§. 4. *Folia glaberrima linearia lineari-oblonga vel sublanceolata, inferiora verticillata, superiora alterna. Flores minimi, apice ramorum saepe subcapitati, corolla (adjecto calcari) vix ultra tres lineas longa. — Herbae erectae.*

α. Calyx glaber. Semina ovoidea vel oblonga.

80. L. MINUTIFLORA C. A. Meyer, Verzeichn. der Pflnzn. am Caucas. 129. — Chavannes l. c. 155. — Annua glaberrima glauca: foll. oblongis acutiusculis verticillatis sparsisq.; florib. subspicatis; laciniis calycinis lineari-oblongis acutiusculis, corolla (flavescente) exigua vix breviorib.; calcari brevissimo conico recto; seminib. oblongis impresso-punctatis. ⊙ — Crescit in Caucaso prope urbem Baku.

81. L. (ANTIRRHINUM Sm. Prodr. fl. Graec. I. 432. — Sibthrp. et Sm. Flor. Graec. t. 588.) ALBIFRONS Spr. Syst. veget. II. 793. — Chavannes l. c. 156. † — Glauca: foll. sublanceolatis, inferiorib. ternis v. quaternis, superiorib. alternis; florib. subcapitatis; segmentis calycinis lineari-oblongis obtusis; corollae albescentis (?) calcari brevissimo curvulo. ⊙ — Rami cauliformes semipedales v. pedales erecti v. ascendentes simplices v. apice parce ramulosi. Folia lanceolata v. oblongo-lanceolata subovata pollicaria, 3–4 lin. lata. Bracteae lineari-oblongae pedicello longiores. Segmenta calycina capsulam vix superantia obtusa v. acutiuscula glaberrima. Corolla calyce parum longior. Capsula globosa, apice valvulis 6 dehiscens. Semina oblique ovoidea, testa nigrescente, tenue alveolata. — Crescit in insula Rhodo et in Graecia.

β. Calyx pubescens. Semina discoidea marginata, disco laevi.

82. L. MICRANTHA Spr. Syst. veget. II. 794. — Chavannes l. c. 156. † — Glauca: foll. inferiorib. oblongo-lanceolatis ternis et quaternis, superiorib. alternis; florib. spicato-racemosis; calycis segmentis lineari-spathulatis ciliatis; corollae coeruleae calcari incurvo. ⊙ — Rami cauliformes 4–10-pollicares teretes glauci virgati, surculis sterilibus interdum ad basin instructi. Folia inferiora pleraque terna subtrinervia glaucescentia pollicaria, 2–4 lin. lata, superiora breviora angustiora acuta alterna. Flores minimi pedicellati, pedicellis bractea longioribus, racemo post anthesin valde elongato. Calycis laciniae glanduloso-pubescentes capsula breviores. Corolla (adjecto calcari) vix sesquilineam longa laete coerulea, palato albicante. Capsula subglobosa glabra, valvulis 6 profunde sectis dehiscens. Semina numerosa subreniformia compressa, late membranaceo-marginata. — *Antirrhinum micranthum* Cavan. Icon. pl. rar. I. 51. t. 50. fig. 3. — Sibthrp. et Sm. Flor. Graec. t. 587. — *Linaria parviflora* Dsfont. Flor. Atlant. II. 44. t. 137. — Spr. l. c. II. 793. — *Antirrhinum parviflorum* Willd. Spec. plant. III. 245. — In arvis incultis in Hispania, Sardinia, Corsica, Algeria, in insula Rhodo, in Oriente et in regionibus Caucasicis prope Baku crescit.

83. L. ARVENSIS Dsf. Fl. Atlant. II. 45. — Spr. l. c. 795. — Rchb. Fl. Germ. excurs. 374. no. 2543. — Koch, Synops. fl. Germ. et Helv. (ed. 1.) 522. — Chavannes l. c. 157. † — Glabra: calycib. pedicellisq. glanduloso-pilosis; foll. linearib., basi apiceq. attenuatis, inferiorib. quaternis; racemis pedunculatis capitatis, serius elongatis; laciniis calycinis linearib. obtusiusculis, inferiorib. capsula obovata integra breviorib.; corolla parva dilute coerulea striis saturatioribus notata,

palato albido subtiliter violaceo-reticulato, calcari curvulo; seminib. planis, ala lata orbiculari cinctis glabris. ⊙ — Herba maxime varians pro regionis et soli natura nunc simplex, nunc ramulis instructa, apice tantum pubescens, surculis aliquot decumbentibus donata. Folia linearia crassiuscula semipollicaria v. pollicaria erecta (in regionibus calidioribus) v. reflexa, infra 4–6 verticillata, supra pleraque alterna breviora. Folia surculorum parvula 3–4–5-na. Flores pauci, racemum brevissimum efformantes, racemo demum elongato. Rhachis, pedicelli calycesque brevissime glanduloso-pubescentes. Bracteae parvulae obtusae, pedicello fructifero vix breviores. Corolla minima, lobis labii superioris erectis, inferioris patentibus subaequalibus, palato prominente glabriusculo; calcari gracili corolla breviori. Capsula florum respectu magna glaberrima, valvulis 6 lineari-oblongis acutiusculis ad basin productis dehiscens. — *Linaria arvensis coerulea erecta* C. Bauh. Pinx. 213. — Dill. Hort. Eltham. 199. t. 163. fig. 198. — *Antirrhinum arvense α.* Linn. Spec. plant. 855. — Schkuhr, Handbch. t. 172. — *Linaria carnosa* Mnch. Method. plant. 523.

β. simplex: Florib. subcapitatis; corolla lutea, interdum striis violaceis eleganter notata, paullo majore quam in typo, calcari saepius recto donata. — *Linaria altera Morsvica* Clus. Histor. 321. ic. — *Linaria lutea parva annua* J. Bauh. Histor. III. 457. — *Linaria pumila foliis carnosis, flosculis minimis flavis* C. Bauh. Pinx. 213. — *Linaria tetraphylla lutea minor* Col. Ecphr. 299. 300. (ic. bona). — *Linaria tetraphylla tenuifolia* Moris. Oxon. Hist. I. pars II. 499. sect. 5. — *Linaria creades lutea parva, brevi calcari, linifolia glauca* Cup. Pamph. Sicul. II. t. 159., Raf. t. 192. fig. 2. — *Antirrhinum arvense β. γ.* Linn. l. c. — Sm. et Sibthrp. Flor. Graec. t. 500. — *Antirrhinum parviflorum* Jcq. Icon. plant. rar. t. 499. — *Antirrhinum simplex* Willd. Spec. plant. III. 243. — *Linaria arvensis α.* Dsf. Fl. Atl. II. 45. — *Linaria simplex* DC. Flor. Franc. III. 588. — Spr. Syst. veget. II. 795. — Rchb. Fl. Germ. excurs. 375. no. 2544. — Koch, Synops. fl. Germ. (ed. 1.) 522. — Crescit in arvis et sabulosis Europae totius, praesertim australioris, in Barbaria et in Oriente.

§. 5. *Folia angusta linearia, lineari-lanceolata seu sublanceolata parvula, inferiora saepius quaterna, superiora alterna. Flores ad summitates ramorum plerumque capitato-racemosi pauci, bracteis saepissime deflexis. — Herbae vulgo procumbentes et diffusae, ramis cauliformibus numerosis donatae.*

a. Semina discoidea (disco laevi), margine membranaceo lato cincta.

84. L. **MARGINATA** Dsfont. Act. soc. Paris. I. 36. t. 7., Flor. Atlant. II. 45. — Spr. l. c. 793. — Chavannes l. c. 159. † — Glabra: foll. lineari-lanceolatis linearibq. glaucis, imis verticillatis, caeteris alternis; bracteis deflexis; calycis segmentis lineari-oblongis subacutis glaberrimis; corolla luteo-ferruginea striata, palato bimaculato, calcari corolla longiore. 2. — Rami cauliformes pedales et ultra decumbentes, paniculatim ramulosi. Folia inferiora 4–6 verticillata crassiuscula obtusa, pollicaria v. sesquipollicaria, 1–3 lin. lata, superiora alterna subacuta. Flores brevissime pedicellati, bracteis pedicellos subaequantibus deflexis. Calycis segmenta lineari-oblonga, supra medium ampliata. Corolla magnitudine *L. vulgaris* lutea v. luteo-ferruginea, palato margine interiori albido-barbato, apice maculis duabus atro-purpureis notato, calcari subulato acutissimo recto v. leviter curvato. Capsula globosa calycis longitudine. Semina margine hinc concavo, illinc convexo, et uti costato cincta. — *Antirrhinum marginatum* Lam. Encycl. méth. IV. 353. — Crescit in fissuris rupium Atlantis prope Tlemsen.

85. L. **TRISTIS** Mill. Icon. II. 3. t. 166. — Spr. l. c. 794. — Chavannes l. c. 159. † — Glauca, apice tantum pubescens: foll. linearib. et lineari-oblongis obtusis, inferiorib. quaternis et ternis, superiorib. oppositis et alternis; florib. approximatis, interdum suboppositis; bracteis deflexis; calycis segmentis lineari-spathulatis obtusis pubescentib.; corollae (colore *Lotî Jacobaei*, interdum luteae) calcari crasso

striato, basi arcuato, eam subaequante. ♃ — Herba 8–10-pollicaris, ramis decumbentibus diffusis. Folia pollicaria, glaberrima glauca crassiuscula. Bracteae basi angustatae, pedicellis brevissimis longiores. Calycis segmenta bracteis similia, demum ampliata, supremo majori. Corolla magnitudine *L. vulgaris*, lobis labii superioris ellipticis erectis virescentibus, labii inferioris brevibus rotundatis subaequalibus, palato amplo, basi fusco v. luteo, apice citrino barbato. Capsula globosa glabra vix calyce major. Semina nigrescentia. — *Linaria tristis Hispanica* Dill. Hort. Elth. 201. t. 204. fig. 299. — *Linaria Hispanica procumbens* Mart. Hist. plant. rar. dec. 35. fig. 2. — *Antirrhinum triste* Linn. Syst. veget. 405.

β. tenuifolia: Foll. angustissimis; florib. confertis paullo minoribus.; corolla interdum purpurascente. — *Linaria Hispanica altera* Clus. Hist. 320. — *Linaria tenuifolia aeruginei coloris* C. Bauh. Pinx. 212. — *Antirrhinum aerugineum* Gouan. Illustr. 38. — Crescit in Hispania prope urbem Geber-Altari.

86. L. PLATYCALYX Boiss. Voyage bot. dans le midi de l'Esp. 459. no. 1247. † t. 130. — Glaberrima: caulib. prostratis simplicib. aut parce ramosis; foll. carnosis glaucescentib. ternatis ovato-ellipticis acutis; florib. paucis laxe spicatis; pedunculo calyce paullo longiore; laciniis calycinis ovatis patulis inaequalib.; corollae luteae labio superiori lateraliter plicato bilobo, lobis obtusissimis, inferiore breviter trilobo, lobis subemarginatis; calcari incurvo acuto corollam aequante; seminib. valde convexis laevib. late marginatis. ♃ — Rami cauliformes numerosissimi semipedales simplices v. supra ramulosi. Folia suprema opposita. Flores terminales 1–4 laxissime spicati. Calycis glaberrimi glaucescentis laciniae carnosae patulae ovatae acutae enerves, dimidiam corollam excedentes. Corolla lutea glaberrima magnitudine *L. vulgaris*, labium superum inferiori brevius, ad quartam partem usque bilobum, labium inferum intensius luteum, fere aurantiacum. Palatum profunde sulcatum valde prominulum. Faux intus lineis 2 aurantiaco-fulvis percursa. Calcar remote nigro-striatum. Capsula ovata biloba glaucescens, calyce brevior, valvis 6 dehiscens. Semina magna nigrescentia valde concava plana, late albido-marginata laevissima. — In Hispania in umbrosis regionis alpinae Serrania de Ronda prope Grazalema en el Cerro de San Cristoval.

87. L. SUPINA Dsfont. Flor. Atlant. II. 44. — Spr. l. c. 795. — Rchb. Flor. Germ. excurs. 375. no. 2545. — Chavannes l. c. 161. † — Diffuse procumbens v ascendens: foll. linearib. obtusis, inferiorib. quaternis et quinis, superiorib. alternis; calycis segmentis linearib. seu lineari-subspathulatis pubescentib.; corolla flava, palato saepe bipunctato, calcari corollae longitudine, striis viridi-nigrescentib. notato, lobo intermedio labii inferioris subinciso. ♃ — Herba 4–10-pollicaris, habitu, pubescentia florumque magnitudine et colore admodum varians. Rami cauliformes diffusi ramulosi, sub racemo nudi. Folia 5–8 lin. longa glauco-linearia, superiora magis distantia breviora. Bracteae deflexae lineari-oblongae acutiusculae vix pedicello longiores. Calycis segmenta brevissime glanduloso-pilosa. Corolla saepius magnitudine *L. vulgaris*, labio superiori elongato erecto, lobis angustis apice rotundatis, labio inferiori breviori, palato valde prominente sulcato citrino, albido-barbato, calcari acuto dilute purpurascente striato. Capsula obovato-globosa. Semina late convexeque marginata. — *Osyris flava sylvestris* Lob. Icon. 110. — Ger. Hist. 553. ic. — *Linaria Hispanica quinta* Clus. Histor. I. 321. icon. — *Osyris minor* Tabern. Kranterbch. 827. ic. mala. — *Linaria lutea parva serpens* J. Bauh. Histor. III. 457. — *Linaria pumila supina lutea* C. Bauh. Pinx. 213. — *Linaria pumila Hispanica* Park. Theatr. 460. ic. — *Antirrhinum supinum* Linn. Spec. plant. 850. — Sibthrp. et Sm. Fl. Graec. t. 505. — *Linaria filiformis* Mnch. Method. pl. 523. — *Antirrhinum bipunctatum* Thuill. Fl. Paris. ed. 2. 311. nec alior. — *Antirrhinum simplex* Lnk. in Schrad. Neues Journ. II. 300. — *Linaria Thuillieri* Merat, Fl. Paris. ed. 3. II. 192. — Crescit per totam fere Europam australem, praesertim australi-occidentalem, et in Africa boreali.

β. Pyrenaica Duby, Bot. Gallic. I. 345. — Chavannes l. c. 161. — Foll. inferiorib. lineari-lanceolatis; ramis apice calycibq. glanduloso-pilosis; florib. majoribus.

— *Antirrhinum dubium* Vill. Fl. Dauph. II. 437. — *Antirrhinum supinum* β. γ. Lapeyr. Abr. Pyren. 352. — *Antirrhinum glaucum* Lapeyr. l. c. (nec alior.) — *Antirrhinum versicolor* Lapeyr. l. c. — *Antirrhinum Pyrenaicum* Ramond mss. ex Pers. Enchirid. II. 156. — *Linaria Pyrenaica* DC. Fl. Franc. III. 587., Ic. rar. pl. Gall. I. t. 11. — Spr. l. c. 794. — Crescit in Pyrenaeis.

γ. *maritima* Duby l. c. — Chavannes l. c. — Foll. plerisq. verticillatis; segmentis calycinis ovato-oblongis, capsula multo brevioribus. — *Linaria maritima* DC. Fl. Fr. V. 408., Ic. pl. rar. Gall. I. t. 12. (nec Rchb.) — *Antirrhinum maritimum* Poir. Dict. encycl. Suppl. IV. 23. — In arenosis maritimis Armoraciae crescit.

δ. *glaucophylla* Chavannes l. c. 162. — Foll. lineari-lanceolatis glaucis, inferiorib. quaternis; corolla albida, palato flavo. — *Linaria glaucophylla* Lnk. et Hffmnsgg. Fl. Portug. I. 250. t. 46. — Crescit in Lusitania.

ε. *Nevadensis* Boiss. Voyage bot. dans le midi de l'Esp. 461. no. 1249. — Caules numerosi procumbentes 2–6-pollicares, superne piloso-glandulosi. Folia subsecunda linearia acuta glaucescentia, infima quaternata, superiora opposita aut alterna. Flores subcapitati, illis formae vulgaris paullo minores. Calcar corollam subaequans. Semina convexiuscula late marginata, utrinque sub lente tuberculosa. — In Hispaniae Sierra Nevada.

ζ. *oblongifolia* Boiss. l. c. — Caules erecti subsemipedales. Folia quaternata oblonga acuta. Flores subcapitati quam illi var. ε. majores. Calcar corollam aequans. Semina nigra laevissima, margine lato albo convexo cincta. — In regione montana prope Antequera in Hispania.

η. *glauca* Boiss. l. c. — Caules numerosi erecti 3–4-pollicares. Folia glaucescentia quaterna oblongo-lanceolata acuta, 2–3 lin. lata, semipollicaria. Flores lutei, eis formae vulgaris minores, in spicam primum subcapitatam, dein elongatam laxam dispositi. Calcar corollam subaequans. Semina parva nigra valde convexa laevissima, late albo-marginata. — Crescit in arenosis maritimis Hispaniae australis.

θ. *minima* Boiss. l. c. — Caules 1–2-pollicares. Folia linearia quaternata aut alterna. Spicae pauciflorae capitatae, dein elongatae. Flores flavi, eis *L. alpinae* minores. Calcar corollam saepius superans. Semina parva nigra laevissima valde convexa lateque albo-marginata. — In Hispaniae Sierra de Toloz crescit.

88. **L. VERTICILLATA** Boiss. Voyage bot. dans le midi de l'Esp. 462. no. 1250. † t. 132. fig. A. — Tota tomentella viscida: radice perenni caespitosa; caulib. diffusis subsimplicib. foliosis; foll. quaternatim quinatimve verticillatis ellipticis aut lanceolatis acutis; florib. in anthesi subsessilib., in spicas breves terminales pauciloras subcapitatas dispositis; laciniis calycinis lanceolato-spathulatis, superiori majori; corollae pallide luteae labio superiori bilobo, lobis oblongis obtusis lateraliter plicatis, inferiori bilobo, lobis rotundatis corniculatis, intermedio minori, calcari incurvo corollam superante; seminib. convexis nigris laevib. albo-marginatis. 2l. — Collum vestigiis caulium antiquiorum vestitum, edens caespites densissimos. Caules diffusi tripollicares v. semipedales saepe simplices, raro apicem versus ramosi, tota longitudine pilis crystallinis tomentelli. Folia suprema alterna, omnia utrinque tomentella viscidula, semipollicaria et ultra, 1–3 lin. lata. Flores 4–5 in spiculam demum subelongatam dispositi, pedicellis viscidis, bractea spathulata brevioribus. Calyx tomentello-viscidus capsula paullo brevior. Corolla pallide flavo-virens, striis longitudinalibus nigrescentibus percursa, labium inferius intensius coloratum, palato aurantiaco profunde sulcato, fauce intus aurantiaco-velutina. Capsula ovato-didyma glabrescens, valvulis 6 obtusiusculis basin usque fissa. — *L. saxatilis* Boiss. mss. (olim). — Crescit in fissuris rupium umbrosarum regionis alpinae in Hispaniae Sierra Nevada en la Dehesa de San Geronimo.

89. **L. ALPINA** DC. Flor. Franc. III. 500. — Spr. l. c. 794. — Loddig. Bot. Cabin. t. 415. — Rchb. Flor. Germ. excurs. 374. no. 2538. — Strm. Flor. Deutschl. Hft. 51.

ic. aen. — Koch, Synops. fl. Germ. (ed. 1.) 321. — Chavannes l. c. 163. † — Glaberrima glauca diffusa: foll. quaternis linearib. v. lineari-lanceolatis crassiusculis, basi attenuatis; racemis ovatis brevib.; calycis laciniis lanceolatis acutis, capsula obovata apice integra breviorib.; corollae pulchre violaceae v. purpureo-coeruleae (v. imo rarius albae) gibbis palati croceis, calcari corollam aequante, nunc recto, nunc incurvo; seminib. planis ala orbiculari cinctis glabris. ⊙ — Rami cauliformes crebri diffusi subcaespitosi, saepe simplices, prostrati. Folia crassiuscula glauca 3–5 lin. longa, saepe eodem latere dejecta et quasi unilateralia, inferiora latiora, nonnumquam elliptica seu oblonga obtusa, suprema interdum alterna. Bracteae lineari-subulatae, pedicello breviores. Calyx profundissime quinquepartitus, segmentis quasi liberis. Corolla (adjecto calcari) 6–9 lin. longa pulcherrima, saepe pallido violaceo, palato albo, labio superiori erecto profunde bilobo, inferiori patente, lobis rotundatis subaequalibus, calcari conico acuto, plerumque recto. Capsula ovato-globosa calyce brevior valvulis 6 ad basin usque productis dehiscens. — *Osyris purpureo-coerulea repens* Lob. Stirp. adv. nov. 176. — *Linaria Pannonica altera* Clus. Pann. 309., Tabern. Kräuterbch. 1208. ic. — *Linaria tertia Styriaca* Clus. Hist. I. 322. — *Linaria coerulea repens* et *L. quadrifolia supina* C. Bauh. Pinx. 213. — *Linaria quadrifolia coerulea procumbens* Moris. Oxon. Histor. II. 501. sect. 5. t. 13. fig. 19. — *Linaria minor flore coeruleo* Marget, Pharm. II. 567. t. 15. — *Antirrhinum alpinum* Linn. Spec. plant. 856. — Jcq. Fl. Austriac. I. t. 58. — Bot. Magaz. t. 205. (nec 207.)

β. erecta: Ramis cauliformib. erectis; foll. angustiorib. et magis distantib.; flore saepe pallide colorato. — Crescit in alpibus Helvetiae, Italiae meridionalis, Transylvaniae, Galliae et in Pyrenaeis.

β. Semina reniformia seu angulosa, testa rugosa scrobiculatave.

90. L. (ANTIRRHINUM Forsk. Fl. Aeg. Arab. 111. — Pers. Enchirid. II. 156.) HAELAVA Chavannes l. c. 164. † — Diffusa glaucescens ramulosa: foll. linearib. crassiusculis, inferiorib. ternis et quaternis, superiorib. alternis; florib. breviter pedicellatis; bracteis deflexis; calycis segmentis oblongis acutiusculis ciliatis, demum ampliatis; corolla sulphurea v. coeruleo-violacea, palato croceo v. aurantiaco, calcari recto corolla longiori eaque pallidiore. ⊙ — Rami cauliformes diffusi procumbentes v. ascendentes, 3–6-pollicares, striati glaberrimi ramulosi. Folia semipollicaria v. pollicaria. Bracteae minimae ovato-lanceolatae, pedicello breviores, acutiusculae ciliolatae. Flores 2–4 in apice ramulorum conferti, pedicellis hirtellis. Segmenta calycina tubo corollino adpressa eoque breviora. Corolla (adjecto calcari) 6–8 lineas longa, lobis labii superioris erectis brevibus oblongo-ovatis, labii inferioris rotundatis abbreviatis subaequalibus, palato amplo brevissime barbato, calcari subulato acutissimo. Capsula subovata calycis longitudine glaberrima, dentibus 6 dehiscens. Semina minima reniformia, testa grisea, tenuissime scrobiculata. — Crescit in desertis Aegypti prope Alexandriam et Kahiram.

91. L. LAXIFLORA Dsf. Flor. Atlant. II. 45. t. 138. — Spr. l. c. 794. — Chavannes l. c. 165. ☥ — Glabra decumbens v. ascendens: foll. linearib. glaucis, imis quaternis, caeteris alternis; florib. longe pedicellatis; bracteis deflexis pedicello multum breviorib.; calycis segmentis ovato-lanceolatis; corolla pallide coerulea v. albida, labio superiori elongato, calcari recto corolla fere duplo longiore. ⊙ — Rami cauliformes simplices, saepe basi decumbentes 4–6-pollicares, surculis aliquot auctis ad basin. Folia semipollicaria, superiora magis distantia acutiuscula. Bracteae parvulae sublineares pedicello triplo breviores. Segmenta calycina brevia, margine submembranacea. Corolla magnitudine *L. alpinae*, lobis labii superioris erectis angustis acutis, inferioris abbreviatis subaequalibus, palato ad faucem amplo villosulo. Capsula globosa lateraliter valde sulcata, calycis longitudine, dentibus 6 dehiscens. Semina parvula angulata, testa rugulosa. — Crescit circa Algeriam.

γ. Semina oblique ovalia, basi attenuata, hinc convexa, illinc concava, margine brevi cincta, testa laevi seu tuberculis instructa. (Chavannes l. c. t. 5. fig. 35.)

92. **L. CANDOLLEI** Chavannes l. c. 165. † — Viscoso-pubescens procumbens v. ascendens: foll. oblongo-lanceolatis v. ovato-lanceolatis subacutis, imis ternis quaternisve, caeteris alternis oppositisq.; florib. paucis capitato-subracemosis; calycis segmentis ovatis subacutis; corolla lutea breviter calcarata, palato bipunctato, lobis labii superioris obtusis. ⊙ — Herbula 3–5-pollicaris: rami cauliformes plures simplices, basi glaberrimi fereque aphylli, apice pubescentes foliosique. Folia parvula 2–3-linearia, lineam lata, crassiuscula erecta subpubescentia. Flores 2–3 ad apices ramorum in axillis foliorum superiorum congesti, pedicellis brevissimis, racemo demum elongato. Corolla (adjecto calcari recto et acuto) 3–4 lin. longa, lobis labii superioris obtusis erectis, labii inferioris brevibus rotundatis, intermedio breviori. Capsula ovato-truncata subpubescens calycis longitudine, valvulis 4–6 apice dehiscens. Semina numerosa, testa nigra laevi. — *Linaria saxatilis* DC. Fl. Franc. III. 590. V. 409., Ic. pl. rar. Gall. 5. t. 13. (nec alior.) — Crescit ad littora Galliae occidentalis et Armoraciae.

93. **L. ARENARIA** DC. Flor. Franc. V. 409., Ic. pl. rar. Gall. I. 15. t. 14. — Spr. l. c. 794. — Chavannes l. c. 166. † — Viscoso-pubescens ramulosissima: foll. inferiorib. quaternis oblongis obtusis, superiorib. plerisq. alternis lineari-lanceolatis acutis; florib. paucissimis racemoso-capitatis; racemo demum valde elongato; calycis segmentis lanceolato-linearib. acutis capsulam superantib.; corolla minima lutea breviter calcarata, palato impunctato, lobis labii superioris acutis pallide coloratis. ⊙ — A praecedenti affini in ipso loco natali ramositate, foliis angustioribus, floribus minoribus, palato corollae impunctato totoque habitu facillime distinguitur. In arenosis saepe erecta. — *Linaria maritima minima viscosa, foliis hirsutis floribusque luteis* Moris. Oxon. Histor. I. 499. — *Linaria minor viscida flore luteo* Moris. Bles. 180. — *Antirrhinum viscosum* Aubry, Progr. morb. arv. IX. 49. (non Linn.) — *Antirrh. saxatile* Bonam. Nann. Prodr. 69. — *Antirrh. pubescens* Pers. Enchirid. II. 157? — *Antirrh. arenarium* Poir. Dict. encycl. Suppl. IV. 26. — Crescit in arenosis maritimis Armoraciae (ab oris Ligeri ad urbem Lorient et in peninsula Quiberon), in Neustriae maritimis (usque ad Cherbourg).

94. **L. SAXATILIS** Lnk. et Hffmnsgg. Flor. Portug. I. 238. † t. 40. — Chavannes l. c. 167. † — Viscoso-pubescens procumbens v. erecta: foll. inferiorib. quaternis sublanceolatis, superiorib. alternis lineari-lanceolatis acutis; florib. subcapitatis; calycis segmentis anguste lanceolatis hirtis; corollae flavae palato nunc duabus maculis v. lineis fulvis notato, nunc immaculato, calcari breviter arcuato corollaq. breviori. ♃ — Herba 6–10-pollicaris, ramis cauliformibus ramulosis v. simplicibus. Folia crassiuscula 6–8 lineas longa, utrinque attenuata, inferiora mediaque latiora. Flores pauci breviter pedicellati racemum subcapitatum, demum magis elongatum efficientes. Bracteae angustae acutae pedicello longiores. Calycis segmentum supremum paullo majus. Corolla (adjecto calcari gracili acuto) 5–8 lin. longa, lobis labii superioris erectis oblongo-linearib. obtusiusculis, lateralibus labii inferioris oblique rotundatis, intermedio paullo minore. Capsula ovato-rotundata, dentibus 4–6 dehiscens. Semina compressa testa nigrescente minuteque tuberculata. — *Linaria villosa et viscosa lutea saxatilis* Tourn. — *Linaria Hispanica tenuifolia villosa et viscosa* Tournef. Instit. 171. — *Antirrhinum saxatile* Linn. Mant. pl. 416. (excl. syn. Moris.) et Spec. plant. 835. — *Antirrhinum Tournefortii* Poir. Dict. encycl. Suppl. IV. 24. — *Antirrhinum lagopodioides* Linn. fil. Suppl. 279? — Pers. Enchir. II. 158? — *Linaria glutinosa* Lnk. et Hffmnsgg. l. c. 238. t. 39?

β. stricta: Ramis cauliformib. erectis firmis simplicib.; foll. strictis, basi ramo adpressis ac fere omnib. alternis; florib. minoribus. — Crescit in arenosis saxosisque Lusitaniae et Hispaniae mediae et occidentalis.

95. **L. SATUREJOIDES** Boiss. Voyage bot. dans le midi de l'Esp. 463. no. 1251. † t. 133. — Annua aut biennis(?) multicaulis: caulib. erectis humilib. ramosissimis; foll. linearib. obtusis glaucescentib. glabris, inferiorib. verticillatis, superiorib.

alternis; planta parte superiori tota pilis rubris glandulosis obsita; florib. laxe spicatis pedicello calycem subaequante suffultis; lacinils calycinis linearib.; corollae violaceae labio supiori breviori, ad basin usque in lobos duos oblongos diviso, inferiori trilobo, lobis rotundatis subcorniculatis fere aequalib., calcari violaceo corolla longiore; seminib. convexis laevib. late albo-marginatis. ⊙? ♂? — Collum edens ramos numerosos 2–4-pollicares glabros teretes erectos ramosissimos. Folia subcarnosa teretia glaucescentia. Bracteae obtusae lineares deflexae, pedicello breviores. Calycis segmenta praecipue margine glandulosa, tubo corollino breviora. Corolla glabra magnitudine *L. minoris*. Palatum aurantiacum profunde sulcatum valdeque prominulum. Faux intus aurantiaco-velutina. Calcar acutum subincurvum, corolla intensius violaceum. Capsula ovato-compressa, valvulis 6 medium usque dehiscens. Semina nigra semilunaria. — Crescit in Hispaniae meridionalis Sierra Bermeja, in monte Sierra de Tolox, ad muros urbis Malaga. — Habitu refert *Saturejam hortensem*.

δ. Semina discoidea et orbiculata, margine brevi cincta, disco tuberculato. (Chavannes l. c. t. 5. fig. 37.)

96. L. FONTANESIANA Chavannes l. c. 168. † — Ascendens v. erecta: foll. linearib. obtusis glabris, imis ternis et quaternis, reliquis alternis; florib. subcapitatis; bracteis deflexis; calycis segmentis ovato-oblongis acutis pilosis; corollae saturate flavae calcari pallidiore eam aequante. ⊙ — Rami cauliformes e collo incrassato prodeuntes plures, 6–8-pollicares, apice brevissime pubescentes ramulosi. Folia crassiuscula. Bracteae lineari-oblongae deflexae. Pedicelli erecti bractea longiores pubescentes. Calycis segmenta demum ampliata. Corolla magnitudine fere *L. supinae*, lobis labii superioris erectis ovato-rotundatis, labii inferioris valde abbreviatis, apice subemarginatis aequalibus, palato amplo impunctato glabro. Capsula subglobosa vix calyce major glabra, valvulis 6 profunde sectis dehiscens. — *L. gracilis* Dsf. Hb. — Crescit in arenosis Valenciae.

97. L. POLYGONIFOLIA Spr. l. c. 795. — Chavannes l. c. 169 † — Procumbens: foll. ovato-lanceolatis v. oblongis glabris, inferiorib. quaternis, superiorib. oppositis et alternis; florib. capitato-racemosis breviter pedicellatis; calycis obliqui segmentis lanceolatis v. lineari-lanceolatis acutis hispidulis; corolla alba seu pallide sulphurea, palato luteo, calcari corollam aequante rectiusculo. ⊙? — Rami cauliformes nunc simplices, nunc creberrime ramulosi, quadripollicares, sub racemo nudi pubescentes. Folia 3–5 lin. longa, sesquilineam lata, *Polygonum aviculare* forma referentia. Bracteae pedicellum superantes subdeflexae. Flores pauci (2–3). Calyx pilis viscidulis obsitus. Corolla (supputato calcari subulato acuto) 5–6 lin. longa, lobis labii superioris angustis erectis, labii inferioris rotundatis, magis minusve emarginatis. Capsula subrotunda, fere calycis longitudine, valvulis 4–6 dehiscens. — *Antirrhinum polygonifolium* Poir. Dict. encycl. Suppl. IV. 26. — Crescit in Hispania ad Geber Altari.

98. L. (ANTIRRHINUM Poir. Dict. encycl. Supp. IV. 23.) BROUSSONNETTII Chavannes l. c. 169. † — Procumbens v. ascendens: foll. linearib. et lineari-lanceolatis, inferiorib. quaternis, superiorib. alternis oppositisq.; florib. 2–3 in apice ramorum congestis; bracteis pendulis pedicello multo longiorib.; calycis segmentis lineari-oblongis acutis; corolla saturate flava, palato punctis fuscis notato, calcari recto subulato, corollam superante. ⊙ — Rami cauliformes simplices decumbentes 4–6-pollicares, apice brevissime glanduloso-pilosi, basi ramis surculisve aliquot sterilibus aucti. Folia 3–6 lin. longa, in ramis floriferis latiora, in surculis linearia subpatentia quaternatim disposita glaberrima. Bracteae anguste lineares, obtusiusculae glabrae v. pubescentes. Calycis obliqui segmenta post anthesin ampliata glabra v. brevissime puberula, supremo majori. Corolla fere magnitudine *L. alpinae*. Capsula ovato-globosa glabra, valvulis 6 dehiscens. — Crescit in Lusitania (prope Ulyssiponem) et in regno Marocceano Barbariae.

99. L. PAUCIFLORA Bonpl. Jard. de Malm. et de Nav. I. 46. t. 18. — Chavannes l. c. 170. — Glaberrima glauca: foll. linearib. acutiusculis, inferiorib. quaternis,

superiorib. alternis; florib. terminalib. paucis; pedicellis bractea minima longioribus; calycis segmentis ovalib., margine ciliatis; corolla violacea (magnitudine *L. vulgaris*), lobis labii superioris angustis, dorso invicem subapplicatis, palato albo maculis atro-violaceis notato, calcari arcuato, corolla triplo longiori. ⊙ — Crescit.....? (in Hispania v. in Lusitania??)

100. L. AMETHYSTEA Lnk. et Hffmnsgg. Flor. Portug. I. 253. † t. 47. — Chavannes l. c. 170. † — Ascendens, apice pubescens: foll. sublinearib. glabris, inferiorib. quaternis et quinis, superiorib. alternis; calycis obliqui segmentis oblongo-ovatis acutis; racemo pauciflore laxiusculo; corollae violaceae v. albescentis (in var. *β.* flavae) palato albo-flavicante punctis coeruleis notato, calcari recto illam superante. ⊙ — Herba 4–10-pollicaris. Rami cauliformes saepius ascendentes, superne breviter viscoso-pilosi, simplices v. parce ramulosi. Folia glaucescentia crassiuscula semipollicaria, inferiora suboblonga. Pedicelli pubescentes in axillis bractearum minimarum. Corolla (excepto calcari) 3–5 lin. longa, lobis labii superioris erectis angustis acutis, dorso invicem subapplicatis, labii inferioris lobis rotundatis, lateralibus intus concavis, intermedio minori. Capsula subrotunda vix calyce longior, valvulis 4–6 dehiscens. — *Antirrhinum amethysteum* Lam. Dict. IV. 353. — *Antirrhinum subalpinum* Brot. Flor. Lusit. I. 196? — *Antirrhinum elegans* Dsf. Hort. Paris. ex Pers. Enchir. II. 156. — *Antirrhinum bipunctatum* Cav. Icon. pl. rar. I. 20. t. 33. fig. 1. (nec alior.) — *Ant. sapphirinum* Brot. l. c.

β. flava: Corolla flava, palato punctis atro-purpureis notato. — *Antirrhinum multipunctatum* Brot. Flor. Lusitan. I. 195. — *Linaria multipunctata* Lnk. et Hffmnsgg. Flor. Portug. I. 254. t. 48. — In arvis Hispaniae et Lusitaniae.

101. L. GLAUCA Spr. Syst. veget. II. 796. — Rchb. Fl. Germ. excurs. 375. no. 2548. — Chavannes l. c 171. † — Glauco-cinerea ramosa: foll. crassiusculis obtusis, imis lineari-oblongis quaternis, reliquis subulatis, plerisq. alternis; florib. paucis capitellatis; calycis segmentis brevissimis lineari-lanceolatis acutis pubescentib.; corolla lutea, palato interdum bipunctato, calcari longitudine corollae subarcuato pallido, striis violaceis notato (in var. *γ.* toto violaceo). ⊙ — Rami cauliformes crebri erecti v. ascendentes ramulosissimi. Folia 4–6 lin. longa, pleraque linearisubulata. Bracteae parvulae subacutae inflexae, pedicellum longitudine vix aequantes. Flores 2–3 capitato-racemosi, nonnumquam solitarii. Calycis minimi segmenta tubo corollino multum breviora ciliolata, supremo reliquis parum longiore. Corolla (adjecto calcari acuto subulato) 4–5 lin. longa, colore varians, lobis labii superioris angustis paullo reflexis, labii inferioris deflexo-patentib. abbreviatis subaequalib., palato ampliusculo glabro. Capsula globosa calyce longior valvulis 6 dehiscens. — *Linaria Hispanica quarta* Clus. Histor. 321. — *Linaria foliis carnosis cinereis* C. Bauh. Pinx. 213. — *Antirrhinum glaucum* Linn. Amoen. acad. IV. 277., Spec. plant. 856. (excl. syn. Buxb.) — *Linaria bipunctata β. glauca* Linn. et Hffmnsgg. Flor. Portug. I. 255.

β. bipunctata: Palato punctis duobus atro-purpureis notato; ramis ramulisq. pubescentibus. — *Antirrhinum bipunctatum* Linn. Spec. plant. 853. — *Antirrhinum glaucum* Cav. Icon. pl. rar. I. 20. t. 33. fig. 2. — *Antirrhinum capitellatum* Lam. Dict. encycl. IV. 358. — *Linaria bipunctata* Dum. Cours. bot. cult. (ed. 1.) II. 93. — Spr. l. c. 795.

γ. multicaulis: Ramosissima: florib. paullo minoribus.; corolla pallide lutea, palato aurantiaco; calcari purpurascente seu violaceo. — *Antirrhinum multicaule* Linn. Spec. plant. 856. (non alior.) — *Linaria multicaulis* Mill. Diction. (ed. 8.) no. 7. — Spr. l. c. 796. (excl. syn. Brot. et Poir.) — *Antirrhinum tricolor* Pourr. mss. — Crescit in Lusitaniae, Hispaniae et Italiae arvis incultis.

102. L. DIFFUSA Lnk. et Hffmnsgg. Flor. Portug. I. 257. † t. 49. — Chavannes l. c. 173. † — Diffusa pubescens: foll. linearib. planiusculis, infimis ternis et quaternis, superiorib. sparsis; florib. maxime distantib.; calycis segmentis lanceolatis acutis; corollae parvulae coeruleae palato aurantiaco, calcari incurvo corolla longiore. ⊙ — Rami cauliformes fere pedales ramulosissimi, ramulis omnibus viscoso-pubescentibus. Folia superiora 6 lin. longa, lineam lata, inferiora pauca,

pleraque verticillata, superiora minora distantia. Pedicelli 1–2 lin. longi pubescentes. Corolla (excepto calcari) 3 lin. longa, lobis labii superioris reflexis angustis, inferioris abbreviatis, palato parum pubescente, calcari conico acutissimo. Capsula parva glabra. — Crescit in planitie inter Abrantes et Punhete Lusitaniae.

† *Species non satis notae et incertae adhuc sedis.*

103. L. SEGETALIS C. Koch, Linnaea XVII. 286. — Annua glaberrima glauca: foll. inferiorib. quidem oppositis, superiorib. alternis, omnib. linearib.; racemo laxo; seminib. nigris. ☉ — Calyx 5-partitus. Corollae tubus stamina didynama includens, fauce minime ampliata pervia; calcar horizontali-ascendens curvatum, corolla multum longius; limbus bilabiatus 5-partitus, laciniis subaequalibus late linearibus, labium superius bi-, inferius tripartitum, palatum interne convexiusculum sub duplicaturis duabus barba instructum; stylus brevis capitatus inclusus. Capsula rumpens (?), semina triangulari-prismatica. — Crescit inter segetes Armeniae. — Typum praebet sectionis novae *Macrocentri*.

104. L. PERSICA Chavannes l. c. 173. † — Pubescens: caule erecto ramoso; foll. ovato-oblongis breviter petiolatis, inferiorib. oppositis, superiorib. alternis; florib. distantib. subsessilib.; calycis segmentis maximis oblongis obtusis ciliatis; corollae coerulescentis lineisq. intensiorib. striatae palato punctato, calcari brevi acuto. ☉ — Herba semipedalis v. pedalis, a basi ramosa, ramis oppositis. Folia obtusa nervis convergentibus percursa in petiolum brevem attenuata breviter pubescentia. Calycis segmenta fere corollam aequantia. Corolla *L. origanifolium* referens, sed major, lobis labii superioris oblongis, inferioris rotundatis distantib., intermedio minori, palato parum evoluto stramineo punctisque fuscis notato, calcari recto gracili acutissimo. Capsula.....? — Crescit in Persia.

105. L. CAESIA DC. mss. in Chavannes l. c. 174. † — Glauco-caesia glaberrima: foll. linearib. angustissimis alternis, surculorum sterilium subverticillatis confertis; florib. spicato-racemosis; calycis segmentis brevib. lanceolatis; corolla flava, calcari eam aequante. ♃ — Rami cauliformes plures erecti v. ascendentes spithamaei subaequales tenuissime striati, surculis multo brevioribus prostratis v. ascendentibus dense foliosis. Folia brevia 2–4 lin. longa obtusa crassiuscula. Pedicelli bractea breviores. Corolla magnitudine *L. vulgaris*, palato valde barbato. Capsula.....? — *Antirrhinum caesium* Lagasca mss. in Pers. Enchirid. II. 157. — In Hispania prope Cerro Negro et in sterilibus circa Matritum.

106. L. CAPRARIA Moris et Notar. Florul. insul. Caprar. 98. † t. 3. fig. 2. — Glaberrima glaucescens decumbens ascendensve: foll. crassiusculis lineari-lanceolatis v. linearib. acutiusculis, inferiorib. subverticillatis, reliquis sparsis; racemo laxiusculo; calycis segmentis linearib. acutis; calcari corolla majuscula breviori; stylo apice incrassato, stigmate subemarginato; seminib. triquetro-angulatis rugoso-tuberculatis. ♃ — Crescit in insula Caprearum.

107. L. CAUCASICA Moussin mss. in Spr. Syst. veget. II. 700. no. 12. — Foll. sparsis oblongis mucronato-dentatis pilosis; pedunculis axillarib. elongatis filiformib.; calyce herbaceo acuto(??); caule procumbente pilosissimo. ☉? ♃? — Crescit in Caucaso.

108. L. RUPESTRIS C. A. Meyer, Verzeichn. der Pflnzn. am Caucas. 110. — Perennis glabra glaucescens: caulib. gracilib. ramosissimis diffusis; foll. sparsis sublinearib. acutiusculis; racemis pauciflоris laxis; laciniis calycinis sublinearib. obtusis glabriusculis, corolla (flava) multo breviorib.; calcari subulato subrecto, corolla subbreviori; seminib. discoideis alatis laevissimis. ♃ — Crescit in Caucasi montibus.

109. L. VENOSA Lindl. Bot. Regist. (New Ser.) XIV. Pl. miscell. no. 151. — Perennis ascendens: foll. linearib. canaliculatis subcarnosis albido-glaucis; florib. laxe racemosis (fusco-luteis atro-striatis); calycis segmentis brevib. linearib. obtusis; calcari corolla breviore, palato adpresso pubescente. ♃ — n India boreali.

110. L. APENNINA Tausch, Sylloge Ratisbon. II. 247. — Foll. oppositis reniformib. leviter quinquelobis, lobis mucronatis integerrimis cum petiolis dense pubescen-

tib.; calycib. obtusis(?!); calcari crasso subulato recto brevioribus. — An varietas *Linariae Cymbalariae*? — Crescit in Apenninis.

111. L. FILIFOLIA Lagasca mss. ex Spr. Syst. veget. II. 796. no. 78. — Foll. verticillatis confertisq. lineari-filiformib. carnosis; florib. spicatis; calcari rectiusculo subulato elongato. 2? — Crescit in agro Matritensi.

112. L. HIANS Spr. l. c. 794. no. 52. — Foll. lineari-lanceolatis ternis sparsisq.; caule stricto, superne glabro; florib. racemosis; fauce corollae hiante; calcari breviusculo. 2 — *Antirrhinum linarioides* Linn. Spec. plant. 853. — *Linaria racemosa* Dietr. — An *L. vulgaris*? — In Europa australi.

113. L. OCYMIFOLIA Spr. l. c. 793. no. 38. — Foll. infimis quaternis ovato-oblongis, superiorib. lineari-lanceolatis; caule tenero humili simplici villoso pauciflore; calcari brevissimo. 2? — *Antirrhinum ocymifolium* Pourr. — In Hispania.

114. L. TENUIS Spr. l. c. 795. no. 72. — Foll. ternis sparsisq. linearib. subpubescentib.; caule tenero simplici pauciflore; calycib. hispidis; labio corollae inferiori bilobo, calcari elongato. 2? ⊙? — *Antirrhinum tenue* Viv. — Crescit ad magnam Syrtim Africae borealis.

115. L. DELPHINIOIDES Gay mss. in Knwls. et Wtsc. The Floral Cabinet III. 99. t. 115. — Caule gracili ramosissimo glabro; foll. alternis subulatis; florib. racemosis purpureo-striatis; calcarib. arcuatis longissimis; pedunculis calycibq. pilosis; corollae labii superioris lobis obtusis, inferioris lobis emarginatis; calycib. reflexis. 2? — Crescit.....?

116. L. GLANDULIFERA Ten. Indx. semin. Hort. Napol. 1840. — Annua villoso-viscosa, pilis glanduliferis undique tecta: caulib. debilib.; foll. oppositis ovato-subrotundis, inferiorib. petiolatis, interdum vage dentatis obtusis, superiorib. sessilib. integerrimis; florib. axillarib. solitariis subsessilib.; calycinis segmentis ovatis; corollis exiguis, labio superiore atro-purpureo, inferiore palatoq. flavo; calcari incurvo albo. ⊙ — Crescit.....?

†† *Species e genere expellendae.*

L. APHYLLA Steud. = UTRICULARIA CAPENSIS.
L. BELLIDIFOLIA Dum. = ANARRHINUM BELLIDIFOLIUM.
L. CAPENSIS Spr. = NEMESIA LINEARIS.
L. FRUTICANS Spr. = NEMESIA FOETENS.
L. PATENS Spr. = NEMESIA PATENS.
L. SCABRA Spr. = NEMESIA CHAMAEDRYFOLIA.

3892. ANTIRRHINUM *Juss.*

(Juss. Gener. plant. 120. — Meisn. Gener. plant. vascul. I. 305. II. 215. — Chavannes, Monographie des Antirrhinées p. 79. — G. Don, General syst. of gard. and bot. IV. 514.)

Sectio I. ASARINA Tournef. Instit. rei herb. 171. t. 76. — Chavannes l. c. 80.

Folia palminervia lobata opposita. Capsula membranacea subglobosa, quoque loculo foramine lato ac irregulari sub apice dehiscente.

1. A. (ORONTIUM Pers. Enchirid. bot. II. 159.) ASARINA Linn. Spec. plant. 860. — Bot. Magaz. t. 902. — Rchb. Flor. Germ. excurs. 376. no. 2552. — Chavannes l. c. 80. † — Viscosum et villosum: ramis cauliformib. procumbentib.; foll. oppositis longe petiolatis quinquenerviis quinquelobis cordatis et crenatis; florib. axillarib.; segmentis calycinis lineari-lanceolatis acutis hirsutis; corollis albis v. rubescentib.; palato flavescente. 2 — Rami cauliformes (e caule subterraneo) diffusi prostrati numerosi, basi lignosi, pilis brevibus simplicibus et viscosis obsiti, ut tota planta, viscosi, ramuli viridi-purpurascentes. Folia opposita, petiolis longis canaliculatis, basi connatis, ambitu reniformia v. cordata, plerumque quinqueloba, lobis crenatis. Flores oppositi pedicellati solitarii, pedicelli calyce longiores. Calycis segmenta angusta. Corolla sesquipollicaris, tubo elongato glabro, basi attenuato, dorso compresso, intus pilis aureis brevibus dense barbato, lobis labii superioris rotundatis obliquis, intus concavis, lobis labii inferioris subovatis, intermedio ovato-elliptico, lateralibus multo minori, palato flavescente, medio profunde sulcato. Filamenta, antherae et pollen alba. Stylus purpureus. Capsula

membranacea pubescens subobliqua. Semina oblonga fusca corrugato-rugosa. — *Χαμαίλεων* Dioscorid. IV. 126. — *Asarina seu Hederula saxatilis* Lobel. Icon. t. 601. fig. 2. — *Antirrhinon* Caesalp. De plantis lib. VIII. cap. 26. p. 334. — *Asarina Lobelii* Dalech. Hist. Lugd. 915. — *Hederula saxatilis magno flore* C. Bauh. Pinx. 306. — *Asarina Lobelii folio Hederae terrestris* J. Bauh. Histor. III. app. 856. — *Antirrhinum foliis oppositis cordatis crenatis* Linn. Hort. Cliff. 323. no. 2. — *Asarina procumbens* Mill. Diction. (ed. 8.) no. 1. — *Antirrhinum asarinum* Lam. Fl. Fr. II. 348. — *Asarina cordifolia* Mnch. Method. pl. Suppl. 172. — Crescit in Gallia australi, in Pyrenaeis, Cebennis, in montibus Ligericis et Velaunorum prope Monspelium.

Sectio II. ANTIRRHINASTRUM Chavannes l. c. 81.

Folia penninervia integerrima, inferiora opposita, rarius terna, superiora pleraque alterna. Capsula lignescens v. chartacea fere pyriformis, basi valde obliqua, apice incurva triflora.

§. 1. *Calycis lobi corolla multo breviores.*

2. A. MOLLE Linn. Spec. plant. 860. — Chavannes l. c. † — Villosum: ramis cauliformib. procumbentib. gracilib. lanato-villosis; foll. oppositis petiolatis subrotundo-ovatis; florib. ad ramulorum summitates paucis; calycinis lobis lanceolatis erectis; corolla albescente, palato flavo. ♃ — Herba semipedalis v. pedalis multicaulis, basi lignosa; rami diffusi procumbentes, pilis articulatis molliter obsiti. Folia breviter petiolata (5–6 lin. longa, 4–5 lin. lata) mollia glanduloso-viscosa, floralia minora, aliquando sessilia rotundata. Flores pauci distantes, pedicellis calyce saepeque folio longioribus villosis. Calycis segmenta obtusiuscula villosa. Corolla pollicaris, labio superiori purpureo-striato. Capsula ovato-globosa chartacea, duobus foraminibus carpelli inferioris interdum in unum confluentibus. — *Antirrhinum Hispanicum saxatile Dictamni Cretici folio, flore albo* Vaill. Herb. — Crescit in Pyrenaeis Hispaniae conterminis et in regno Granatensi.

3. A. SEMPERVIRENS Lapeyr. Flor. Pyren. I. 7. t. 4. — Chavannes l. c. 82. † Caule brevi suffruticoso adscendente ramoso; foll. petiolatis oppositis ellipticis v. oblongo-ovatis sempervirentib. subpubescentib.; florib. laxe racemosis paucis; calycinis lobis lanceolatis acutis, apice reflexis; corolla alba, labio superiori tuboq. purpureo-notato, palato flavescente. ♁ — Suffrutex 1–3-pedalis ramosus tortuosus, cortice rimoso lutescente. Rami oppositi subquadrangulares, ad originem articulati, albo-virescentes. Folia decussata, (floralibus saepe alternis), 3–5 lin. longa, 2–3 lin. lata, breviter petiolata obtusa subcarnosa, pilis simplicibus brevissime pubescentia persistentia. Flores parvi laxe ramosi, pedicellis floriferis corolla multo brevioribus teretibus pubescentibus, post anthesin saepe elongatis. Calyx pubescens. Corolla quam praecedentis minor, tubo breviter piloso, labii superioris lobis magnis ovato-rotundatis. Capsula pubescens. Semina nigra reniformia. — *A. molle* St. Am. Bouq. Pyren. no. 154. — *A. meonanthum* Lnk. et Hffmnsgg. Flor. Portug. I. 261. t. 51. — Crescit in Lusitania, in Gallia australi et in Pyrenaeorum calcareis.

4. A. HISPANICUM Chavannes l. c. 83. † — Villosum: ramis cauliformib. erectis sublignosis ramulosis; foll. oblongo-lanceolatis, basi contractis obtusiusculis, inferiorib. oppositis, superiorib. alternis angustiorib.; bracteis lineari-lanceolatis, pedicello multo longiorib.; florib. laxe spicatis; segmentis calycinis oblongis subacutis; corolla purpurea, palato aureo. ♃ — Herba pedalis glanduloso-pilosa. Ramuli inferiores oppositi, superiores alterni erecti villosi. Folia 10–14 lineas longa, 2–4 lineas lata. Bracteae acutae villosae. Pedicelli erecti brevissimi. Calycis segmenta tubo corollino duplo breviora, apice paullo reflexa. Corolla vix pollicaris, tubo villoso, lobis labii superioris ovato-oblongis, labii inferioris rotundatis, intermedio minori. Capsula parva oblonga elongata pubescens. Semina prioris. - *Antirrhinum Hispanicum villosum Origani folio* Tournef. Instit. 168. — Crescit in Hispania.

5. A. LATIFOLIUM DC. Cat. pl. Monspel. 7., Fl. Franc. V. 411. — Nocc. et Balb. Fl. Ticin. I. 28. t. 42. - Rchb. Fl. Germ. excurs. 376. no. 2555. — Chavannes l. c. 84.

† t. 3. fig. 28. — Caudice crasso tortuoso; ramis cauliformib. ascendentib. v. erectis villosis; foll. ovatis v. ovato-lanceolatis petiolatis, apice late mucronulatis pubescentib.; florib. racemosis, rhachi villosa; calycis lobis ellipticis pilosis ciliatis; corolla saepius lutea, tubo elongato, basi valde gibboso. 4. — Herba 1–3-pedalis saepe pluricaulis, rami fistulosi erecti, tenue longitudinaliter striati, basi purpurascentes, pilis glandulosis obsiti. Folia pleraque ovata crassiuscula, eximie herbaceo-mucronata, breviter petiolata, inferiora opposita, limbo 1–2-pollicari, 6–10 lin. lato breviter pubescente ciliato, obsolete purpureo-maculato. Bracteae sessiles ovatae concavae pilosae. Pedicelli bractea longiores distantes erecti villosi. Corolla magna 1–1½-pollicaris, saepissime lutea, palato intensiore, tubo villoso. Capsula elongata pilosiuscula. Semina ovata truncata, testa foveolata. — *Antirrhinum floribus luteis* Lobel. Icon. 405. — *Antirrhinum latifolium pallido amplo flore* Bocc. Mus. 49. t. 41., Barrel. Icon. 655. — *Antirrhinum luteo flore* C. Bauh. Pinx. 211. — *Antirrhinum majus α.* Linn. Spec. plant. 859. — *A. majus β. latifolium* Duby, Bot. Gallic. I. 343. — *A. diffusum* Bernh.

β. hybridum: Foll. elongatiorib., flore purpurascente v. tantum lineis purpureis notato; calycis lobis ovato-ellipticis. — *A. latifolium* Mill. Dict. no. 4., Icon. I. 28. — Lnk. et Hffmnsgg. Flor. Portug. I. 200. t. 50. (excl. syn. Tournef.) — *A. latifolium β. striatum* DC. l. c. — *A. hybridum* Bth. Cat. pl. Pyren. 60. — Crescit circa Nicaeam, in Gallia meridionali, in Pyrenaeis et in Lusitania.

6. **A. (ORONTIUM** Pers. Enchirid. II. 158.) **MAJUS** Linn. Spec. pl. 859. (excl. var. *α.*) — Engl. bot. II. t. 129. — Schkuhr, Handbch. II. 193. t. 172. — Bull. Herb. de la France I. 277. — Koch, Synops. fl. Germ. et Helvet. (ed. 1.) 520. — Rchb. Flor. Germ. excurs. 376. no. 2554. — Chavannes l. c. 85. † t. 3. fig. 26. — Caudice incrassato tortuoso; ramis cauliformib. erectis, plerisq. ramulosis; foll. oblongo-lanceolatis, utrinq. attenuatis glabris; florib. racemosis approximatis, rhachi pubescente; calycis lobis late ovatis obtusis glanduloso-pilosis; corollis purpureis v. purpureo-roseis, rarius albis, palato apice luteo. ♂ et 4. — Caudex crassissimus, cortice cinereo v. albescente. Rami cauliformes erecti v. ascendentes 1–3-pedales teretes glabri (rarius pubescentes) fistulosi, basi purpurascentes. Folia inferiora oblongo-lanceolata, basi valde attenuata opposita 1–3-pollicaria, 4–6 lin. lata, superiora lineari-oblonga v. linearia alterna, omnia crassiuscula glabra. Rhachis aphylla breviter glanduloso-puberula. Pedicelli pubescentes calyce paullo longiores; bracteae ovatae concavae, interdum acutiusculae, pedicello breviores. Segmenta calycina glanduloso-pilosa ciliata. Corolla 1–2-pollicaris, lobis rotundatis, tubo extus pubescente, palato valde prominente. Capsula pubescens 4–5 lin. longa, basi valde obliqua. Semina oblongo-ovata, testa foveolis insculpta. — *Antirrhinum primum et secundum* Matth. ed. Valgr. 1196. 1197. ic. — *Antirrhinum vulgo caput canis et caput vituli* Lob. Icon. 404. fig. 2. — *Os leonis* Caesalp. De plantis lib. VIII. cap. 52. p. 350. — *Cynocephalus Plinii* Dalech. Hist. hort. Lugd. 803. ic. — *Geel Orant* Tabern. Kräuterb. 1235. ic. — *Antirrhinum purpureum sive album* Ger. Histor. 549. ic. — *Antirrhinum* Dodon. Pemptad. stirp. 182. ic. — Riv. Monop. irregular. t. 82. fig. 1. — *Ant. majus* Bessl. Hort Eyst. t. 9. 10. — *Ant. vulgare* J. Bauh. Histor. pl. III. 162. ic. — *Antirrhinum majus alterum folio longiore* C. Bauh. Pinx. 211. — *Ant. grandiflorum* Stok. Bot. mat. medic. III. 384. — *Ant. murale* Salisb. Prodr. 100. — *Ant. Montevidense* Hort. Berolin.?*)

β. angustifolium: Foll. angustissimis, saepe revolutis, nonnumquam approximatis ternis; corolla magna purpurea. — Formas hortenses magnitudine et colore corollae varias plurimas enumerare displicuit. — Crescit in Europa australi (a Silesia et Bohemia), in Barbaria et in Persia crescit in muris vetustis et fluviorum glareis.

*) *A. MONTEVIDENSE Martius mss. in Memorie di Torino* XXXV. 178. — *Foll. ternis verticillativis lanceolatis subfalcatis glabris; florib. spicatis oppositis; laciniis calycinis glanduloso-pubescentib. acutiusculis; corolla glabra; caule suffruticoso erecto, versus apicem villosulo (flores magni purpurascentes).* ♄ — *Habitat in Montevideo.*

7. A. TORTUOSUM Bosc. mss. ex Lam. Dict. encycl. IV. 365. — Ten. Sylloge plant. 304. — Chavannes l. c. 87. † — Omnino glabrum: ramis cauliformib. erectis v. ascendentib. flexuosis, basi tortuosis; foll. linearib. acutis oppositis ternisve; florib. racemoso-spicatis 3–4 approximatis; racemo interrupto; calycis lobis oblongo-ovatis; corolla ampla purpurea, tubo abbreviato, labio superiori maximo. ♃ — Planta pedalis et ultra glaberrima. Rami cauliformes plures tortuosi ramulosi. Folia late linearia, utrinque attenuata bipollicaria patentia, saepe reflexa, summa et illa ramulorum erecto-patentia. Bracteae concavae acutae parvae erectae. Pedicelli teretes flexi, bracteis longiores. Segmenta calycina elliptica v. oblongo-ovata obtusa nervis parallelis notata glaberrima. Corolla congenerum maxima, tubo crasso abbreviato. Capsula quam praecedentis minor glaberrima. Semina oblonga foveolata. — *Antirrhinum majus angustifolium amplo flore purpureo Romanum* Barrel. Icon. 638. — *Antirrhinum majus flore rubro* Cast. Hort. Mess. 3., Sabb. Hort. Roman. III. t. 2. — *Orontium Siculum β. tortuosum* Pers. Syn. pl. II. 158. — *Antirrhinum capitatum* Prsl. Delic. Prag. 74. — Crescit in ruderatis rupibusque marinis Siciliae, Italiae et Galliae meridionalis.

8. A. SICULUM Ucria, Pl. ad Linn. op. add. no. 17. ex Willd. Spec. plant. III. 257. — Chavannes l. c. 88. † t. 3. fig. 24. — Ramis cauliformib. erectis flexuosis, apice pubescentib. ramulosis, ramulis diffusis; foll. lineari-lanceolatis linearibusve oppositis alternis v. ternis, basi in petiolum angustatis; florib. laxe racemosis; calycis lobis lanceolatis acutis pubescentib.; corollis albis v. lutescentib., rarius purpurascentibus. ♃ — Rami 1-2-pedales et ultra lignescentes, cortice purpureo-virescente, ramuli graciles puberuli. Folia acutiuscula subcanaliculata crassiuscula laevia, saepe reflexa pollicaria v. sesquipollicaria. Pedicelli erecti fere adpressi, 3–4 lin. longi, crassiusculi puberuli. Segmenta calycina acuta, apice paullo reflexa puberula. Corolla vix pollicaris, labii superioris lobis oblique emarginatis, inferioris brevibus, intermedio emarginato, tubo pilosiusculo. Filamenta compressa ciliata. Capsula pubescens magnitudine *A. Orontii* sed magis rotundata. Semina oblongo-quadrangularia foveolata fusca. — *Antirrhinum Lilii candore* Cup. Pamph. Sic. II. t. 76. — *Antirrhinum majus angustissimis foliis, flore purpurascente minore* Barrel. Icon. 627. — *A. angustifolium* Poir. Dict. encycl. Suppl. IV. 27.

   β. glandulosum: Foll. latiorib.; ramis et calyce glanduloso-pilosis; corollis lutescentibus. — *A. Siculum γ.* Guss. Flor. Sicul. t. 309. fig. 2.

   γ. elatum: Corollis purpureo-luteis, planta tota elatiori ac firmiori. — *Antirrhinum Hispanicum altissimum angustissimo folio* Tournef. Institut. 168. — *A. saturejaefolium* Vaill. Hb. — *A. angustifolium* d'Urville, Enum. pl. Arch. 549. (excl. syn.) — Crescit in ruderatis Siciliae, in Calabria, var. *γ.* in Hispania et in Archipelago.

9. A. GLANDULOSUM Lindl. Bot. Regist. t. 1893. — Undique pilis capitatis subviscidis conspersum: foll. alternis petiolatis anguste ovato-lanceolatis; racemo dense folioso; calycis lobis lineari-lanceolatis inaequalibus. ♃? — In America boreali.

§. 2. *Calycis segmenta corollam superantia v. eam aequantia.*

10. A. RYDITOSPERMUM Fisch. et Mey. Ann. sc. natur. V. 301. — Annuum subpilosum: foll. oblongis v. sublinearib.; florib. distantib. subsessilib.; laciniis calycis linearib., corolla longiorib.; seminib. prismaticis undiq. rugosis. ☉ — Corolla parva coerulescens. Capsula subglobosa. — *A. ryditocarpum* G. Don, General syst. of gard. and bot. IV. 516. no. 10. — In Sibiria, Talysch in montibus aridis.

11. A. ORONTIUM Linn. Spec. plant. 860. — Gaertn. De fructib. et seminib. plant. I. 240. t. 53. — Lam. Illustr. gener. pl. t. 531. fig. 2. — Engl. bot. XVII. t. 1155. — Schkuhr, Handbch. II. 193. t. 173. — Strm. Fl. Deutschl. Hft. 27. — Rchb. Fl. Germ. excurs. 376. no. 2353. — Koch, Synops. Flor. Germ. (ed. 1.) 320. — Chavannes l. c. 89. † t. 3. fig. 18. et 19. — Caule glabro erecto v. ascendente ramoso; foll. oblongo-lanceolatis v. linearib. acutiusculis, utrinq. attenuatis glabris; florib. distantib.; calycis segmentis lineari-lanceolatis maximis, quasi digitatis, pilosis;

corolla rosea v. albescente purpureo-striata. ⊙ — Radix sublignosa; caules pedales et ultra, basi lignescentes nodosi glabri v. pilosuli, simplices v. ramosi; rami praesertim apice breviter pilosuli. Folia inferiora opposite decussata, basi attenuata lineari-lanceolata v. oblonga 1-3-nervia bipollicaria, superiora alterna, floralia minora vage pilosiuscula. Flores axillares alterni breviter pedicellati. Calyx maximus corolla longior, segmentis foliaceis, basin versus piloso-ciliatis. Corolla 4-6 lin. longa, tubo pilis paucis glandulosis obsito, longitudinaliter purpureo-striato, labio superiori erecto, lobis reflexis dorso invicem applicatis, labio inferiore patente lobis lateralibus subovatis, intermedio ovato minore, apice inciso erectiusculo, palato purpureo-venoso. Filamenta glabra, medio torta. Ovarium dense pilosum glandulosum. Capsula pilosa, matura lignescens, calyce multo brevior. Semina irregulariter ovato-cuneiformia, sub lente tuberculosa. — *Ἀντιῤῥίνον* Theophr. Hist. pl. IX. 23. — *Antirrhinum quartum* Matth. ed. Valgr. I. 742. — *Antirrhinum minimum forsan Archigenis Orontium* Lob. Stirp. adv. 175., Icon. 405. fig. 2., Ger. Hist. 549. ic. — *Antirrhinum sylvestre sive Phyteuma* Dod. Pemptad. stirp. 182. ic. — Besl. Hort. Eyst. I. p. 9. fig. 3. — *Antirrhinum arvense majus* C. Bauh. Pinx. 212. — Moris. Oxon. Hist. sect. V. t. 14. fig. 5. — *Antirrhinum angustifolium sylvestre* J. Bauh. Hist. III. 464. (ic. mala). — *Antirrhinum arvense* Rivin. Monop. irregul. t. 83. fig. 2. — *Antirrhinum minus flore carneo* Barrel. Icon. t. 651. 652. — *Ant. humile* Salisb. Prodr. 98. — *Orontium arvense* Pers. Enchir. II. 158. — Crescit per totam Europam, in Algeria, in Madeira et in Americae borealis arvis verosimiliter ex Europa allatum.

β. Indicum: Foll. angustiorib.; florib. rubescentib. minorib.; bracteis seu foliis floralibus longissimis subpatentibus. — Bth. Scrophul. Indic. 20. — *A. gibbosum* Wall. Cat. 3854. — Asiat. research. II. 44. — In Indiae orientalis provincia Rohilcund, Delhi et prope Maderaspatam crescit.

γ. grandiflorum Chavannes l. c. 90. t. 4. — Florib. majorib. pallidiorib. magisq. approximatis; foll. latiorib.; planta tota firmiori ac glabriori; corolla longitudine fere calycis albescente, venis purpureis v. roseis notata. — *Antirrhinum minus amplo flore albo* Barrel. Icon. 656. — *Ant. Orontium β. album* Rth. Flor. Germ. (ed. 1.) II. 65. — *A. calycinum* Lam. Dict. encycl. IV. 365. — Lnk. et Hffmnsgg. Fl. Portug. I. 262. t. 52. — *Orontium calycinum* Pers. Enchirid. II. 158. — *Antirrhinum Jamaicense* Fisch. — *A. elegans* Tenore, Succincta Relazione del Viaggio fatto in Abruzzo 75. no. 588., Sylloge plant. flor. Neapol. 305. — Crescit in ruderatis Gargani.

† *Species maxime dubiae.*

12. A. ELATINIFLORUM Wahlenbrg. Isis XXI. 989. — Pilosissimum: foll. triangulo-hastatis dentatis pedunculo longiorib.; caulib. procumbentib. rectis. ♃? — Crescit in Thracia.

13. A. LINARIOIDES Linn. Spec. plant. 853. — Foll. lineari-lanceolatis ternis sparsisq.; caule stricto superne glabro; florib. racemosis, fauce corollae hiante, calcari brevisculo. ♃? — *Linaria hians* Spr. Syst. veget. II. 794. — Crescit in Europa australi.

14. A. OCYMIFOLIUM Pourr. ex Spr. Syst. veget. II. 793. — Foll. infimis quaternis ovato-oblongis, superiorib. lineari-lanceolatis; caule tenero humili simplici villoso paucifloro; calcari brevissimo. ♃ — *Linaria ocymifolia* Spr. l. c. — Crescit in Hispania.

15. A. TENUE Viv. Flor. Lybic. ex Spr. l. c. 495. — Foll. ternis sparsisq. linearib. subpubescentib.; caule tenero simplici paucifloro; calycib. hispidis, labio corollae inferiore bilobo, calcari elongato. ♃? — *Linaria tenuis* Spr. l. c. — Crescit ad magnam Syrtim Africae borealis.

†† *Species vix cognitae.*

A. AQUATICUM Lour.

A. AUREUM Nois.

A. CORDATUM Buch.

A. ITALICUM Mill. Dict. (ed. 7.) no. 5.
A. OSYRIS Räusch.
A. VARIABILE Lnk.
A. CORSICUM Vitm.
A. ORBICULARE Medic. Bot. Beobacht. (1783. ed.) 242.
A. PAPILIONACEUM Linn.
A. PINNATUM Linn.
A. PORCINUM Lour.

††† *Species e genere expellendae.*

A. ACUTANGULUM Ten. — LINARIA CYMBALARIA.
A. AEGYPTIACUM Linn. — LINARIA AEGYPTIACA.
A. AEQUITRILOBUM Vivian. — LINARIA AEQUITRILOBA.
A. AERUGINEUM Gouan. — LINARIA TRISTIS.
A. ALBESCENS Medic. — LINARIA AEGYPTIACA.
A. ALBIFRONS Sibthrp. et Sm. — LINARIA ALBIFRONS.
A. ALBUM Lam. — LINARIA CHALEPENSIS.
A. ALPINUM Linn. — LINARIA ALPINA.
A. ALSINAEFOLIUM Viv. — LINARIA ALSINAEFOLIA.
A. AMETHYSTEUM Lam. — LINARIA AMETHYSTEA.
A. ANGUSTISSIMUM Loisl. — LINARIA ITALICA.
A. APARINOIDES Willd. — LINARIA APARINOIDES.
A. APHYLLUM Thnbrg. — UTRICULARIA CAPENSIS.
A. ARVENSE Linn. — LINARIA ARVENSIS.
A. AURICULATUM Lam. — LINARIA ELATINE.
A. BARBATUM Thnbrg. — NEMESIA BARBATA.
A. BAUHINI Gaud. — LINARIA ITALICA.
A. BELLIDIFOLIUM Linn. — ANARRHINUM BELLIDIFOLIUM.
A. BICORNE Linn. — NEMESIA BICORNIS.
A. BIPARTITUM Vent. — LINARIA BIPARTITA.
A. BIPUNCTATUM Cav. — LINARIA AMETHYSTEA.
A. BIPUNCTATUM Thuil. — LINARIA SUPINA.
A. BROUSSONETII Poir. — LINARIA MULTICAULIS.
A. CAESIUM Lag. — LINARIA CAESIA.
A. CAPENSE Thnbrg. — NEMESIA LINEARIS.
A. CAPITELLATUM Lam. — LINARIA GLAUCA.
A. CHALEPENSE Linn. — LINARIA CHALEPENSIS.
A. CIRRHOSUM Linn. — LINARIA CIRRHOSA.
A. COMMUNE Lam. — LINARIA VULGARIS.
A. CRASSIFOLIUM Cav. — LINARIA ORIGANIFOLIA.
A. CYMBALARIA Linn. — LINARIA CYMBALARIA.
A. DALMATICUM Linn. — LINARIA GRANDIFLORA.
A. DENTATUM Poir. — LINARIA DENTATA.
A. DENTATUM Vahl. — LINARIA SCARIOSA.
A. DUBIUM Vill. — LINARIA SUPINA.
A. DURIMINIUM Brot. — ANARRHINUM DURIMINIUM.
A. ELATINE Linn. — LINARIA ELATINE.
A. ELATINOIDES Ten. — LINARIA ELATINE.
A. ELEGANS Dsf. — LINARIA AMETHYSTEA.
A. FILIFORME Poir. — LINARIA RUBRIFOLIA.
A. FLAVUM Poir. — LINARIA FLAVA.
A. FRUTICANS Thnbrg. — NEMESIA FRUTICANS.
A. GALIOIDES Lam. — LINARIA STRIATA.
A. GENISTAEFOLIUM Linn. — LINARIA GENISTAEFOLIA.
A. GLANDULOSUM Lejeun. — LINARIA VULGARIS.
A. GLAUCUM Cav. — LINARIA CAPITELLATA.

A. GLAUCUM Linn. = LINARIA GLAUCA.
A. GRACILE Pers. = LINARIA PELISSERIANA.
A. GRAECUM Bory et Chaub. = LINARIA GRAECA.
A. HAELAVA Forsk. = LINARIA HAELAVA.
A. HAMOSUM Passy. = LINARIA ELATINE.
A. HEDERACEUM Lam. = LINARIA CYMBALARIA.
A. HEDERAEFOLIUM Poir. = LINARIA CYMBALARIA.
A. HEPATICAEFOLIUM Poir. = LINARIA HEPATICAEFOLIA.
A. HETEROPHYLLUM Schousb. = LINARIA HETEROPHYLLA.
A. HEXANDRUM Forst. = TORENIA CRUSTACEA.
A. HIRTUM Linn. = LINARIA HIRTA.
A. INCARNATA Vent. = LINARIA LINOGRISEA.
A. JUNCEUM Lam. = LINARIA SPARTEA.
A. JUNCEUM Pall. = LINARIA ODORA.
A. LAGOPODIOIDES Linn. = LINARIA SAXATILIS.
A. LANIGERUM Brot. = LINARIA DEALBATA.
A. LANIGERUM Dsf. = LINARIA LANIGERA.
A. LATIFOLIUM Willd. = LINARIA LATIFOLIA.
A. LAXIFLORUM Dsf. = LINARIA LAXIFLORA.
A. LINARIA Linn. = LINARIA VULGARIS.
A. LINIFOLIUM Linn. = LINARIA LINIFOLIA.
A. LINIFOLIUM Pall. = LINARIA MACRURA.
A. LITTORALE Bernh. = LINARIA LITTORALIS.
A. LONGICORNE Thnbrg. = DIASCIA THUNBERGIANA.
A. LUSITANICUM Lnk. = LINARIA TRANSTAGANA.
A. LUSITANICUM Vent. = LINARIA LUSITANICA.
A. MACROCARPUM Ait. = NEMESIA CHAMAEDRYFOLIA.
A. MACROURUM M. B. = LINARIA STRICTA.
A. MACULATUM Moc. et Sess. = GLOXINIA ANTIRRHINA.
A. MARITIMUM Poir. = LINARIA SUPINA.
A. MASSILIENSE Poir. = LINARIA MARITIMA.
A. MICRANTHUM Cav. = LINARIA MICRANTHA.
A. MINUS Linn. = LINARIA MINOR.
A. MONSPESSULANUM Linn. = LINARIA STRIATA.
A. MULTICAULE Ten. = LINARIA APARINOIDES.
A. MULTICAULE Linn. = LINARIA GLAUCA.
A. MULTIPUNCTATUM Brot. = LINARIA AMETHYSTEA.
A. MULTIBRACTEATUM Brot. = LINARIA VARIABILIS.
A. NEGLECTUM Spr. = LINARIA TRIPHYLLA.
A. ODORATISSIMUM Güldenst. = LINARIA ODORA.
A. ODORUM M. B. = LINARIA LOESELII.
A. OPPOSITIFLORUM Pourr. = LINARIA VILLOSA.
A. ORCHIDIFLORUM Dsf. = LINARIA BIPARTITA.
A. ORIGANIFOLIUM Gouan. = LINARIA RUBRIFOLIA.
A. ORIGANIFOLIUM Linn. = LINARIA ORIGANIFOLIA.
A. OSYRIS Cyrit. = LINARIA CHALEPENSIS.
A. PALLIDIFLORUM Lam. = LINARIA GENISTAEFOLIA.
A. PALLIDUM Ten. = LINARIA PUBESCENS.
A. PARVIFLORUM Willd. = LINARIA MICRANTHA.
A. PARVIFLORUM Jcq. = LINARIA ARVENSIS.
A. PATENS Thnbrg. = LINARIA PATENS.
A. PAUCIFLORUM Bonpl. = LINARIA PAUCIFLORA.
A. PAUCIFLORUM Poepp. = LINARIA CANADENSIS.
A. PEDUNCULATUM Linn. = LINARIA PEDUNCULATA.
A. PEDUNCULATUM Poir. = LINARIA TRANSTAGANA.
A. PELISSERIANUM Linn. = LINARIA PELISSERIANA.

A. PELISSERIANUM Mont. — LINARIA GRACILIS.
A. PINIFOLIUM Poir. — LINARIA RETICULATA.
A. POLYGALAEFOLIUM Poir. — LINARIA ITALICA.
A. POLYGALAEFOLIUM Willd. — LINARIA LUSITANICA.
A. POLYGONIFOLIUM Poir. — LINARIA POLYGONIFOLIA.
A. PROSTRATUM Cyrill. — LINARIA REFLEXA.
A. PUBESCENS Pers. — LINARIA LITTORALIS.
A. PUBESCENS Ten. — LINARIA PUBESCENS.
A. PUMILUM Poir. — LINARIA FLAVA.
A. PURPUREUM Linn. — LINARIA PURPUREA.
A. PYRAMIDALE Lam. — LINARIA PYRAMIDATA.
A. PYRENAICUM Ramnd. — LINARIA SUPINA.
A. QUINQUELOBUM Stok. — LINARIA CYMBALARIA.
A. REFLEXUM Linn. — LINARIA REFLEXA.
A. REPENS Linn. — LINARIA STRIATA.
A. SAGITTATUM Poir. — LINARIA HETEROPHYLLA.
A. SAPPHIRINUM Brot. — LINARIA AMETHYSTEA.
A. SAPPHIRINUM Sieb. — LINARIA PELISSERIANA.
A. SAXATILE Bonam. — LINARIA ARENARIA.
A. SAXATILE — LINARIA SAXATILIS.
A. SAXATILE Brot. — LINARIA GLUTINOSA.
A. SCABRUM Thnbrg. — NEMESIA CHAMAEDRYFOLIA.
A. SCARIOSUM Lam. — LINARIA SCARIOSA.
A. SERPYLLIFOLIUM Pourr. — LINARIA VILLOSA.
A. SIMPLEX Willd. — LINARIA SIMPLEX.
A. SPARTEUM Linn. — LINARIA SPARTEA.
A. SPECIOSUM Don. — LINARIA BIPARTITA.
A. SPINESCENS Viv. — LINARIA AEGYPTIACA.
A. SPURIUM Brot. — LINARIA RETICULATA.
A. SPURIUM Linn. — LINARIA SPURIA.
A. STRIATUM Lam. — LINARIA REPENS.
A. STRICTUM Sieb. — LINARIA STRICTA.
A. STRICTUM Sibthrp. et Sm. — LINARIA APARINOIDES.
A. STRUMOSUM Buks. — NEMESIA STRUMOSA.
A. SUBALPINUM Brot. — LINARIA AMETHYSTEA.
A. SUBULATUM Cyrill. — LINARIA ODORA.
A. SUPINUM Brot. — LINARIA LANIGERA.
A. SUPINUM Linn. — LINARIA SUPINA.
A. TENELLUM Cav. — LINARIA TENELLA.
A. TENELLUM Prsh. — COLLINSIA VERNA.
A. THUILLIERI Merat. — LINARIA PYRENAICA.
A. THYMIFOLIUM Vahl. — LINARIA THYMIFOLIA.
A. TOURNEFORTII Poir. — LINARIA SAXATILIS.
A. TRICOLOR Pourr. — LINARIA AMETHYSTEA.
A. TRIORNITHOPHORUM Linn. — LINARIA TRIORNITHOPHORA.
A. TRIPHYLLUM Cav. — LINARIA CAVANILLESII.
A. TRIPHYLLUM Linn. — LINARIA TRIPHYLLA.
A. TRISTE Linn. — LINARIA TRISTIS.
A. UNILABIATUM Linn. — HEMIMERIS UNILABIATA.
A. VERSICOLOR Jcq. — LINARIA VERSICOLOR.
A. VILLOSUM Lap. — LINARIA ORIGANIFOLIA.
A. VILLOSUM Linn. — LINARIA VILLOSA.
A. VIRGATULUM Brot. — LINARIA VIRGATULA.
A. VIRGATUM Poir. — LINARIA VIRGATA.
A. VISCOSUM Curt. — LINARIA HIRTA.
A. VISCOSUM Linn. — LINARIA VISCOSA.

3893. MAURANDIA *Ortega.*

(Ortega, Nov. gen. hort. Matrit. dec. II. 21. — Meisn. Gener. plantar. vascular. I. 305. II. 215. — G. Don, General syst. of gard. and bot. IV. 532. — Chavannes, Monogr. des Antirrhin. 77.)

§. 1. *Faux corollae pervia.*

1. M. BARCLEYANA Lindl. Bot. Regist. t. 1108. — Loddig. Bot. Cabin. t. 1381. — G. Don l. c. no. 1. fig. 48. — Chavannes l. c. 77. † t. 2. A. — Foll. cordatis acuminatis, juniorib. subhastatis; segmentis calycinis lineari-lanceolatis acutissimis glanduloso-pilosis; corolla pubescente purpureo-violacea v. atropurpurea, lobis emarginatis. ♃ ∪ — Herba formosa 3–6-pedalis et ultra. Caudex brevissimus lignescens. Rami cauliformes laeves glabri ramulosi striati. Ramuli erecto-patentes flexuosi alterni. Folia inferiora mediaque cordata obscure quinquelobata, lobis acuminatis, superiora subhastata, inferioribus multo minora. Segmenta calycina tubo corollino duplo breviora acutissima, pilis brevibus articulatis glanduliferisque dense vestita. Corolla sesquipollicaris v. bipollicaris, tubo pubescente virescente curvulo, lobis ovato-rotundatis emarginatis violaceo-purpureis. Staminum filamenta apice subclavata flexaque, pilis glandulosis brevibus munita, antherae glabrae lutescentes. Stylus filiformis glaber. Capsula papyracea glabra, calyce tecta. — Crescit in regno Mexicano.

2. M. SEMPERFLORENS Ortega l. c. — Willd. Spec. plant. III. 389. — Jcq. Hort. Schoenbr. III. 20. t. 288. — Curtis, Bot. Magaz. t. 460. — Spr. Syst. veget. II. 814. — Rchb. Flor. exotic. V. t. 291. fig. 1. — Chavannes l. c. 78. † — Foll. plerisq. cordato-hastatis; segmentis calycinis lanceolato-subulatis glaberrimis; corolla glabra dilute violacea v. rubescente, lobis emarginatis. ♃ ∪ — Planta glaberrima. Rami cauliformes plures ramulosi, petiolorum pedicellorumque volubilium ope scandentes. Folia patentia v. erecto-patentia, petiolo limbum subaequante v. eo longiori. Pedicelli corolla fere duplo longiores teretes laeves. Calyx tubo corollino duplo brevior, segmentis acutissimis, margine subscariosis. Corollae sesquipollicaris tubus varie sulcatus pallide coloratus, lobis subrotundis emarginatis subaequalibus violaceis v. purpureo-violaceis, plicis palati locum occupantibus albidis et ad sinus loborum labii inferioris protuberantibus. Filamenta basi tantum villosa. Stylus subulatus, stigmate obscure bilobo. Capsula glaberrima calycem subaequans. — *Usteria* (*Maurandia* Pers. Enchirid. II. 160.) *scandens* Cav. Icon. pl. rar. II. 15. t. 116. — Andrews, Bot. Reposit. t. 63. — Crescit in Mexico.

§. 2. *Palatum ad faucem corollae prominens.*

3. M. (USTERIA Poir. Encycl. méth. Suppl. V. 105.) ANTIRRHINIFLORA Willd. Hort. Berolin. II. p. et tab. 83. — Kth. Synops. pl. aequinoct. II. 121. — Sims, Bot. Magaz. t. 1643. — Spr. l. c. 814. — Rchb. Fl. exotic. V. t. 291. fig. 2. — Chavannes l. c. † t. 2. B. — Foll. plerisq. triangulari-hastatis; segmentis calycinis longe triangularib. acutis glaberrimis; corollae coeruleo-violaceae glabrae lobis integerrimis. ♃ ∪ — Planta praecedentibus humilior glaberrima. Folia laete virentia pollicaria triangulari-hastata, apice acuta, margine integerrima, lobis baseos (seu auriculis) acutis, petiolum versus interdum unidentatis. Pedicelli filiformes folio longiores. Calycis segmenta apice reflexa et a tubo corollino recedentia triangularia v. sublanceolata, nervo medio prominente, capsulam superantia. Corolla vix pollicaris, tubo supra basin coarctato ventricoso costato albido-violaceo, lobis labii superioris ovatis erectis coeruleo-violaceis, labii inferioris ovato-oblongis distantibus concoloribus, palato evoluto stramineo pilis brevissimis instructo lineisque fuscis notato. Capsula ovato-globosa obliqua, loculo superiori altero saepe minori. — *M. personata* Sessé mss. in Lag. Elench. hort. Matrit. ao. 1815., Nov. gen. 19. — Crescit locis alsis inter Salamanca Mexicanorum et convallem Sti. Jacobi (alt. 930. hexap.)

4. M.? STRICTA Hook. et Arn. Bot. Beech. 375. — Erecta ramosa annua glabra, basi tantummodo pubescens: foli infimis parvis ovatis petiolatis, reliquis lanceolatis

linearibq. sessilib., omnib. integerrimis; pedunculis solitariis axillarib. unifloris elongatis recurvis, apice sursum curvatis. ⊙ — Habitat in California.

3894. GALVEZIA *Domb.*

(Domb. mss. in Juss. Gen. pl. 119. [nec Rz. et Pav. — Cf. Repertor. I. 519. no. 3009.] — G. Don, General syst. of gard. and bot. IV. 532. — *Agassizia* Chavannes, Monogr. des Antirrhinées 180. t. 11. — Meisn. Gener. plant. vascular. I. 305. II. 215. — *Dodartia* Rz. et Pav. Prodr. Fl. Peruv. 56.)

1. G. (AGASSIZIA Chavannes, Monogr. des Antirrhinées 180. † t. 11.) LIMENSIS Dombey mss. l. c. — G. Don l. c. — Planta fruticosa 1–3–pedalis ramosissima; ramis alternis erecto–patentibus ramulosis glanduloso–pubescentibus. Folia ovato–lanceolata petiolo brevi munita patentia v. erecto–patentia *Myrtum communem* forma referentia pollicaria v. sesquipollicaria, mucrone parvulo apice instructa, crassiuscula, pube brevissima vestita, inferiora pleraque opposita, superiora alterna distantia, ramulorum fere omnia opposita magis approximata multoque minora, interdum ovata. Flores in axillis foliorum erecto–patentes, pedicellis capillaribus ac supra medium eleganter flexis suffulti. Corolla coccinea 6–8 lineas longa, pilis brevissimis pubescens. Staminum filamenta basi praesertim et apice glandulis stipitatis instructa, antherae glabrae v. leviter pubescentes. Stylus longitudine staminum minorum, apice subinflexus. Capsula glaberrima chartacea, calyce multo longior. ♄ — Crescit prope Limam in Peruvia.

3895. LOPHOSPERMUM *D. Don.*

(D. Don, Transact. of the Linn. Soc. XV. 349. — Meisn. Gener. plant. vascul. I. 305. II. 215. — Chavannes, Monogr. des Antirrhin. 75. t. 1. — G. Don, General syst. of gard. and bot. IV. 533. excl. sp. 3.)

1. L. (BESLERIA Moç. et Sessé mss.) SCANDENS D. Don l. c. — G. Don l. c. no. 1. (nec Chavannes l. c.) — Foll. cordatis acuminatis profunde serratis pilosis quinquenerviis; pedunculis ebracteolatis; caule herbaceo. ♃ ∪ — Rami pilis molliter viscidis tecti. Folia 3–4–pollicaria, 2–3 poll. lata. Flores penduli. Pedunculi et calyces pilosi. Corolla magna speciosa purpureo–violacea. — In Mexico.
2. L. ERUBESCENS D. Don mss. in Sweet's Brit. flow. gard. (New Ser.) I. t. 68. — G. Don l. c. no. 2. — Ramis pilis articulatis brevib. viscidis vestitis; foll. cordatis magis minusve distincte quinquelobis pubescentib., lobo medio magno, omnib. mucronatis, crenatis v. profunde serratis; pedicellis villosis ebracteolatis. ♁ ∪ — Planta speciosa 6–8–pedalis et ultra. Rami cauliformes nodosi, basi lignescentes, cortice cinereo striato. Ramuli teretes erecto–patentes, pilis articulatis mollibus viscidisque obducti. Folia longe petiolata *Campanulam Trachelium* forma referentia, petiolo volubili, supra canaliculato pubescente, limbo cordato 3–5–pollicari, 2–4 poll. lato, nervoso, nervis ab origine petioli palmatis, dein pennatis, folia superiora multo minora. Flores penduli magni, pedicellis villosis mollibusque suffulti. Calyx hirsutus, tubo corollino duplo brevior, segmentis integris acutis, interdum 1–2–dentatis, duobus exterioribus amplioribus. Corolla ampla speciosa saturate rosea, pilis capitatis brevibus obsita, tubo subtus albescente, intus in modum marmoris variegato, lobis saepe subemarginatis. Capsula pubescens, calyce tecta. — *L. scandens* Hook. Bot. Magaz. t. 3037. 3038. et 3650. — Maund et Henslow, The Botanist I. t. 17. † — Lindl. Bot. Regist. t. 1381. — Chavannes, Monogr. des Antirrhinées 75. † t. 1. (nec Don.) — In Mexico prope Jalapam.

† *Species? non satis nota.*

3. L.? (SCROPHULARIA Moçiño et Sessé mss. — GASTROMERIA G. Don, General Syst. of gard. and bot. IV. 562. — Meisn. Gener. pl. vascular. II. 215. no. 5.; PHYSALOIDES D. Don in Transact. of the Linn. Soc. XV. 349. — Chavannes l. c. 76. — Caulis erectus fruticosus. Rami teretes rigidi papilloso–scabri. Folia alterna v. superiora subopposita subsessilia lanceolata acuta denticulata, aculeis minutissimis callosis scabra, sesqui– v. bi–pollicaria. Pedunculi axillares solitarii unifiori teretes scabri, foliis breviores, ultra medium bracteis duabus approxi–

matis lanceolatis asperis muniti. Calyx asper reticulatus inflatus quinquefidus, lobis semiovatis acutis integerrimis. Corolla ampla sordide? violacea, praecedente multo brevior. Filamenta omnia glabra; antherarum lobis longioribus, superne confluentibus, basi tantum divaricatis. Stigma simplex. Ovarium globosum biloculare. Semina.....? ♁ — Crescit in Mexico.

†† *Species e genere expellenda.*

L. ATROSANGUINEUM Zucc. — } RHODOCHITON VOLUBILE.
L. RHODOCHITON D. Don. — }

3896. RHODOCHITON *Zuccar.*

(Zuccar. mss. ex Grah. Bot. Magaz. t. 3367. — Meisn. Gener. plantar. vascul. I. 305. II. 215. — *Lophospermum* ex p. G. Don, General syst. of gard. and bot. IV. 533.)

1. RH. VOLUBILE Zuccar. mss. in Grah. Bot. Magaz. t. 3367. — Lindl. Bot. Regist. t. 1755. — Foll. cordatis acuminatis grosse dentato-serratis; calycib. semiquinquefidis patentib.; corolla tubulosa; filamentis simplicibus. ♁⌒ — Planta pilis articulatis nitidis vestita. Rami juniores purpurei. Folia quinquenervia, viscida, infra purpurea, circiter tripollicaria, 3 pollices fere lata, petiolis purpureis. Flores penduli. Pedunculi saepe volubiles, demum (cum calycibus) glabri nitidi. Calyx patens pallide purpureus medium usque deciduus. Corolla infundibuliformis atropurpurea pilis albis glandulosis vestita, fauce cylindrica subventricosa, limbi lobis ovalibus conniventibus obtusis, inferiori longiori. Capsula sphaerica. — *Lophospermum Rhodochiton* D. Don mss. in Sweet's Brit. flow. gard. (New Ser.) III. t. 250. — *Lophospermum atrosanguineum* Zuccar. Abhandl. der math.-physic. Classe der Kgl. Baiersch. Akad. 1829. 30. edit. I. 305. † t. 13. — G. Don, General syst. of gard. and bot. IV. 533. no. 3. — Crescit in Mexico.

Genus anomalum.

3897. COLLINSIA *Nutt.*

(Nutt. Journ. Acad. Philad. I. 190. t. 9. — Meisn. Gener. plantar. vascul. I. 305. II. 216. — G. Don, General syst. of gard. and bot. IV. 555.)

1. C. VERNA Nutt. l. c. t. 9., Gen. Am. II. 46. — Sweet, Brit. flow. gard. III. t. 220. — G. Don l. c. no. 1. fig. 51. — Caule erecto subramoso; foll. lanceolatis; pedicellis axillarib. solitariis quam flores multo longiorib.; calycib. pubescentib. corollam subaequantibus. ☉ — *Antirrhinum tenellum* Prsh. Fl. Am. Sept. II. 241. — Corolla alba, labio inferiore coeruleo. — Crescit in America boreali-occidentali (Mississippi, Missuri, ad lacum Erie.)
2. C. GRANDIFLORA Lindl. Bot. Regist. t. 1107. — Hook. Fl. Bor. Americ. II. 94. — G. Don l. c. no. 2. — Caule erecto; foll. lineari-oblongis, basi angustatis; pedunculis verticillatis florib. breviorib.; corollae laciniis dilatatis retusis; calyce glabra corollaq. duplo breviore. ☉ — Folia glabra integra v. denticulata. Corolla, excepto labio inferiore coeruleo, pallide purpurea. — *C. violacea* Nutt. Transact. of the Am. philos. Soc. (New Ser.) V. 179?? — Crescit in Columbia.
3. C. VIOLACEA Nutt. Transact. of the Americ. Philos. Soc. (New Ser.) V. 179. — G. Don l. c. no. 4. — Puberula: foll. ovato-lanceolatis remote denticulatis; corolla subconcolore, labio superiore quam inferius dimidio minore, segmentis apice bifidis; capsulis subdecaspermis. ☉ — Caules purpurascentes. Folia radicalia oblongo-ovata, caulina sessilia opposita, suprema terna verticillata. Corolla pallide violacea, labio superiori pallidiori. Semina minora quam illa *C. vernae*. — Crescit in America boreali (Arkansas, Red river.)
4. C. BICOLOR Bth. Transact. of the Hortic. Soc. (New Ser.) I. 480. — Lindl. Bot. Regist. t. 1734. — Hook. Bot. Magaz. t. 3483. — G. Don l. c. no. 3. — Caule erecto pubescente; foll. glabris ovato-lanceolatis, basi subcordatis; pedicellis verticillatis racemosis. ☉ — Folia subsessilia serrata, superiora minora integerrima. Calyx glanduloso-pubescens. Corolla quam *C. grandiflorae* duplo major, tubo labioque superiori albis, labio inferiori purpurascenti-roseo. — In California.

5. C. MINIMA Nutt. Journ. Acad. Philad. VII. 47. — G. Don l. c. no. 5. — Foll. oppositis cuneato-oblongis obtusis subdenticulatis; calycis segmentis corollam vix dimidiam aequantibus. ⊙ — Pedunculi axillares folio longiores. Flores minores quam *C. verna*, sed quam *C. parviflorae* majores. Corollae labium superius album, inferum coeruleum. — *C. violaceae* Nutt. valde affinis dicitur. — Crescit in America boreali.

6. C. PARVIFLORA Lindl. Bot. Regist. t. 1082. — G. Don l. c. no. 6. — Caule prostrato pubescente; foll. oblongo-lanceolatis, infimis ovatis petiolatis; pedunculis axillarib. solitariis, florib. multo longiorib.; corollae laciniis subacutis integris; calyce pubescente, corollae subaequali. ⊙ — Corolla parva purpurea et coerulea. — *C. parviflora* Hook. Fl. Bor. Americ. II. 94. — Crescit in America boreali (Saskatchawan, ad lacum Winipeg et in Columbia).

7. C. SPARSIFLORA Fisch. et Mey. Indx. semin. hort. Petropolit. 1836. ex Ann. des scienc. natur. V. 301. — G. Don l. c. 556. no. 7. — Diffusa: foll. omnib. oppositis; florib. solitariis; pedicello calyce sublongiore; capsula globosa. ⊙ — Glabra, ramosissima. Caules et rami filiformes. Folia omnia v. superiora tantummodo opposita. Flores solitarii, rarius oppositi intermedii inter illos *C grandiflorae* et *C. parviflorae*. Corolla pallide violacea, labii inferioris segmenta lateralia obscure purpurascentia. — Crescit in California ad coloniam Russorum.

8. C. HETEROPHYLLA Hook. Botan. Magaz. t. 3605. — Foll. inferiorib. trilobatis, superiorib. ovato-acuminatis; pedunculo florib. breviore; calycib. glanduloso-pubescentib.; laciniis corollae apice rotundatis crenatis, lobo medio labii inferioris subacuto, labio superiori fauce subintegro. ⊙ — In America boreali.

3897/1. **LEPTORHABDOS** *Schrenk.*
(Conferas infra no. 3900/1.)

Tribus IV. *SALPIGLOSSIDEAE* Bth. Revis. 2. — Endl. Gener. pl. p. 675.

Corolla tubo saepius elongato, limbo nunc bilabiato, nunc subaequaliter quinquelobo plano. Stamina fertilia duo vel saepius quatuor didynama declinata, quintum sterile vel nullum; antherae subbiloculares, loculis apice confluentibus. Capsula bilocularis septifrage bivalvis, valvis integris vel bifidis, dissepimento placentifero parallelis. Embryo rectus vel magis minusve arcuatus. — Tribus a *Solanaceis capsularibus* corollae aestivatione imbricativa et stamine quinto imperfecto caute distinguenda.

3898. SCHIZANTHUS *Rz. et Pavon.*

(Rz. et Pav. Prodr. Flor. Peruv. 5. t. 1. — Meisn. Gener. plantar. vascul. I. 305. II. 215. — Dietr. Synops. plantar. I. 54. — G. Don, General syst. of gard. and bot. IV. 469. — Lindl. Bot. Regist. [New Ser.] ad t. 45. adnot.)

SCH. PINNATUS Rz. et Pav. l. c., Flor. Peruvian. I. 13. † t. 17. — Hook. Exotic. Flora t. 73. — Ker, Botan. Regist. t. 725. — Hook. Bot. Magaz. t. 2404. — Rchb. Flora exotic. I. 324. fig. 1. — G. Don l. c. no. 1. — Pedunculis fructiferis apice inflexis secundis; corollae labii inferioris segmentis lateralib. intermedio obcordato longiorib., corollae segmentis superiorib. cuneatis emarginatis. ⊙ — Corolla rosea centrum versus albescens, segmenta 2 lateralia in lobos obtusos spathulatos, interdum emarginatos fissa, labium inferum rubicundo-purpureum, labium superum variegatum, in centro macula purpurea notatum Caulis bipedalis erectus teres parce ramosus. Folia alterna breviter petiolata interrupte pinnata, segmentis sessilibus, majora laciniato-pinnatifida, minora lanceolata integra. Flores paniculatis, pedicellis unifloris. Bracteolae geminae lanceolatae. Filamenta sterilia villosa. — Crescit in Chili in Esquadron et in Araucanorum tractu.

β. humilis Lindl. Bot. Regist. t. 1562. — Rchb. l. c. fig. 2. — D. Don in Sweet's Brit. flow. gard. II. t. 167. — Humilior: foll. lyratis, segmentis rotundatis crenatis v. integris; racemis densioribus. ⊙ — Crescit in Chili.

2. SCH. PORRIGENS Graham mss. in Hook. Exotic Flora t. 86. — Rchb. l. c. fig. 3. — Hook. Bot. Magaz. t. 2521. — G. Don l. c. no. 2. — Pedicellis fructiferis patentib. rectis; corollae tubo calyce breviore, labii inferioris segmentis lateralibus intermedio longioribus, labio superiori oblongo obtuso. ⊙ — Corollae segmenta lateralia duplicato-lobata, lobis bifidis obtusis non profundis. Labium inferum violaceum v. purpureum, reliqua corolla pallide rubra, centro labii superioris tamen luteo. — Hunc cum praecedente consociandum censet *Lindley* (Bot. Regist. New Ser. XVI. adnot. ad t. 45.), in horto enim cultus ad illius formam dicitur transire. — Crescit in Chili.

3. SCH. PINNATIFIDUS Lindl. Bot. Regist. (New Ser.) XVI. adnot. ad t. 45. — Foliis angustis pinnatifidis, laciniis rotundatis nanis integris; corollae labio inferiore trilobo, lobo intermedio cucullato bilobo, lateralib. falcatis spathulatis obtusis; labio superiori bilobo. ⊙ — Capsula *Sch. pinnati*, sed duplo major. — Crescit in Chili ad Coquimbo.

4. SCH. RETUSUS Hook. Bot. Magaz. t. 3045. — Lindl. Bot. Regist. t. 1544. — Rchb. l. c. fig. 5. — D. Don in Sweet's Brit. flow. gard. (New Ser.) III. t. 201. — G. Don l. c. 470. no. 3. — Pedunculis fructiferis erectis; corollae tubo calycem excedente; segmentis labii inferioris lateralib. intermedio sagittato breviorib., labio superiori rhomboideo-oblongo retuso. ⊙ — Herba laete virens. Folia ejusdem formae ac illa specierum praecedentium, profunde et interrupte pinnatifida subpinnata, ut illa *Pyrethri*, segmentis lanceolatis obtusiusculis, primariis profunde pinnatifidis. Corolla pallide violacea, lobi laterales concolores duplicato-bilobi, lobis obtusis inaequalibus divaricatis. Labium inferum obscurius rubicundo-purpureum tripartitum, segmentis lateralibus linearibus obtusis, segmentum corollae superum luteum obscure brunneo-maculatum, subtus venosum, marginibus revolutis, basi cucullatum, apice lilacinum. — Crescit in Andibus Chilensibus.

5. SCH. HOOKERI Gillies mss. ex Graham in Edinbrgh. philos. journ. 1830. ex Hook. Botan. Magaz. t. 3070. — Rchb. l. c. fig. 4. — G. Don l. c. no. 4. — Pedicellis fructiferis erectis; corollae tubo calyce longiore limbum aequante, labio inferiore longe bicornuto, labii superioris lobo intermedio longe acuminato. ♂ — Tota corolla pallide rosea excepto solum labii superioris lobo intermedio luteo. Folia praecedentium interrupte bipinnatifida. — Crescit in Andibus Chilensibus.

6. SCH. CANDIDUS Lindl. Bot. Regist. (New Ser.) XVI. t. 45. — Foll. pinnatifidis, laciniis linearib. undulatis integris; corollae pallidae lacteae labio inferiore trilobo, laciniis lateralib. setaceis, intermedia biloba acutissima, labio superiore alte bilobo. ⊙ — Crescit in Chili ad Coquimbo.

7. SCH. GRAHAMII Hook. Bot. Magaz. t. 3044. — Rchb. l. c. fig. 6. — G. Don l. c. no. 5. — Pedunculis fructiferis erectis; corollae tubo calycis longitudine, labii inferioris segmentis lateralibus intermedium bifidum aequantib., labio superiori v. segmento labii superioris ovato acuminato. ⊙ — Segmenta corollae lateralia duplicato-bifida obtusa (ut in reliquis speciebus) cum labio inferiori lilacina, segmentum labii superioris intermedium luteum, apice lilacinum. Folia praecedentium. — Crescit in Chili.

3899. SALPIGLOSSIS *Rz. et Pav.*

(Rz. et Pav. Prodr. Flor. Peruv. 94. t. 14. — Meisn. Gener. plantar. vascular. I. 307. II. 218. — G. Don, General syst. of gard. and bot. IV. 469.)

1. S. SINUATA Rz. et Pav. l. c. — G. Don l. c. fig. 40. — Tota planta glanduloso-pilosa: foll. inferiorib. petiolatis elliptico-oblongis sinuatis, superiorib. sessilib. lanceolato-linearib. integerrimis; caule apicem versus paniculato-ramoso; ramis racemosis dichotomis; filamentis glanduloso-pilosis. ♂ — Corolla magna obscure

purpurea, interdum fere nigrescens, centro aurantiaca, venis obscurioribus percursa. — *S. atropurpurea* Hook. Bot. Magaz. t. 2811. — Lindl. Bot. Regist. t. 1518. — Rchb. Flora exotic. V. t. 323. fig. 3. — Sweet, Brit. flow. gard. III. t. 271.

β. picta: Glanduloso-pilosa: caule paniculato-ramoso; ramis dichotomis; foll. inferiorib. ovato-oblongis obtusis rugosis sinuato-dentatis, superiorib. lanceolatis acutiusculis undulatis integerrimis; corollis eleganter luteo- et coerulescenti-purpureo-maculatis. — *S. picta* Sweet, Brit. flow. gard. III. t. 258. — Rchb. l. c. fig. 2. — *S. straminea β. picta* Hook. Bot. Magaz. t. 3365.

γ. straminea: Corolla lactea coeruleo-venosa. — *S. straminea* Hook. Exotic Flora III. t. 229. — Sweet, Brit. flow. gard. III. t. 231. — Rchb. l. c. fig. 1.

δ. Barcleyana: Corolla fusco-luteoque-striata. — *S. intermedia* Sweet l. c. II. t. 112. — *S. Barcleyana* Penny mss. — Crescit in Chili (ad Valparaiso).

2. S.? PROSTRATA Hook. et Arn. Bot. Beech. voy. 153. — Sparsim glanduloso-puberula: caule prostrato ramoso; foll. oblongo-spathulatis integris; pedunculis axillaribus unifloris, folio multoties brevioribus. ♂ — Crescit in California.

† *Species e genere expellenda.*

8. INTEGRIFOLIA Hook. = PETUNIA VIOLACEA.

3900. APTOSIMUM *Burchell.*

(Burchell, Travels I. 260. — Meisn. Gener. pl. vascular. I. 307. II. 218. — Bth. mss. in Lindley's Bot. Regist. t. 1882. adnot.)

§. 1. *Folia petiolata, detrita non spinosa; calycis laciniae intus tomentosae.*

1. A. ERIOCEPHALUM E. Mey. mss. ex Bth. l. c. — Ramis prostratis longe lanatis; foll. longe petiolatis ovatis glabris; calycib. lanatis, laciniis intus pubescentib.; capsulis vix emarginatis. ♁ — Crescit in Promontorio bonae spei (Gariepe).

2. A. DEPRESSUM Burchell l. c. — Bth. in Lindl. Bot. Regist. t. 1882. † — Ramis glabris v. breviter lanuginosis; foll. confertissimis petiolatis obovatis glabris, corolla multo breviorib.; calycib. extus glabriusculis, intus lanatis capsulas emarginatas vix superantibus. ♁ — Caulis fruticosus terrae adpressus in supina parte densissime ramulosus ac foliis spathulatis petiolatis maxime confertis tectus. Folia 3—4 lin. longa haud opposita, sed spirata, crassiuscula obtusissima breviter mucronata glabra. Calyces in inferiori parte ramulorum breviter pedicellati axillares, longitudine foliorum, chartacei pallidi ad ⅓ bifidi, extus glabri nitidi, laciniis acuminatis patentib., intus dense albo-tomentosis. Bracteolae 2 breves lineares pubescentes ad basin calycis. Corolla 8 lineas longa, extus pubescens coerulea, tubo brevi angusto, limbo infundibuliformi, brevi spatio quinquefido, laciniis aequalibus patentibus brevibus. Staminum inclusorum filamenta glabra, antherae ante dehiscentiam cordatae subrotundae, dein transversae subrotundo-ovales, transversim pauloque inferius dehiscentes, labio superiori recto verticali, inferiori undulato quadrilobo ciliato. Vertex lanugine alba cinctus. Staminum breviorum antherae conformes, dimidio duplove minores. Stylus longitudine staminum glaber, apice incurvus; stigma verticaliter bilobum. Capsula calyce tunc compresso rigiduloque transversa, apice truncata et subretusa, longitudinaliter rugoso-venosa, inferius crassior rigidiorque nigrescens. Semina in inferiori parte receptaculi conferta subtrigona obtusa punctato-aspera nigra. Funiculus in strophiolam brevem cyathiformem trilobam abit. Albumen tenue carnosum. Embryo axilis rectus, radicula subcylindrica, cotyledonibus ovatis. — *Russelia depressa* Thnbrg. Flor. Capens.? — *Ohlendorffia procumbens* Lehm. Linnaea XI. Literaturb. 91. — Crescit in Promontorio bonae spei.

3. A. INDIVISUM Burchell. l. c. 219. ex Bth. l. c. adnot. — Ramis brevissimis; foll. dense caespitosis oblongo-spathulatis glabris corollas aequantib; calycis laciniis intus lanatis. ♁ — *Ohlendorffia roculata* Nees ab Esenb. mss. — Crescit in Promontorio bonae spei in deserto Carroo.

§. 2. *Folia subsessilia, nervo medio valido persistente, apice demum spinescente; calycis laciniae intus glabrae.*

4. A. VISCOSUM Bth. l. c. — Herbaceum?: foll. late oblongo-spathulatis viscoso-pubescentib., nervo medio infra apicem spinescente, flores ter superantibus. ♃ — Crescit in rupibus prope Gariepe in Promontorio bonae spei.

5. A. TRAGACANTHOIDES E. Mey. mss. ex Bth. l. c. — Suffruticosum: foll. anguste oblongis spathulatis glabris, flores vix superantib., nervo medio infra apicem spinescente. ♁ — In rupibus circa Kunkunnuroab in Promontorio bonae spei.

6. A. ABIETINUM Burchell l. c. I. 308. ex Bth. l. c. — Suffruticosum: foll. linearib. glabris flore breviorib., nervo medio excurrente spinoso. ♁ — *β. elongatum:* — Crescit in Promontorio bonae spei (Sunday river etc.)

3901. PELIOSTOMUM *Bth.*

(Bth. in Lindl. Bot. Regist. adnot. ad t. 1882. — Meisn. Gener. plantar. vascular. I. 307. II. 219.)

1. P. SCOPARIUM E. Mey. mss. ex Bth. l. c. — Herbaceum rigidum ramosissimum viscosum: foll. parvis paucis oblongo-linearib.; laciniis calycinis oblongis viscoso-villosis, capsulam aequantib.; corollae tubi parte attenuata calyce breviore. ♃ — Crescit in Promontorio bonae spei (Gariepe).

2. P. LEUCORHIZUM E. Mey. mss. ex Bth. l. c. — Herbaceum rigidum ramosissimum glabrum: foll. oblongo-lanceolatis v. linearib.; laciniis calycinis apice subulatis, capsula breviorib.; corollae tubi parte attenuata calyce subduplo longiore. ♃ — Crescit in Promontorio bonae spei (Gariepe).

3. P. VISCOSUM E. Mey. mss. ex Bth. l. c. — Herbaceum rigidum divaricato-ramosum viscoso-pubescens: foll. obovatis oblongisve; laciniis calycinis linearib. obtusis, capsula dimidio breviorib; corollae tubi parte attenuata calyce subduplo longiore. ♃ — Crescit in Promontorio bonae spei (Gariepe).

4. P. VIRGATUM E. Mey. mss. ex Bth. l. c. — Suffruticosum: ramis rigidis virgatis viscosis; foll. inferiorib. obovatis, superiorib. sessilib. parvis subrotundis, omnib. subcarnosis leviter viscosis; laciniis calycinis obovatis oblongisve capsula dimidio breviorib.; corollae tubi parte attenuata calyce parum longiore. ♁ — Crescit in Promontorio bonae spei (Namaqua).

5. P. ORIGANOIDES E. Mey. mss. ex Bth. l. c. — Suffruticosum glabrum: ramis brevib. tortuoso-prostratis; foll. ovatis v. obovatis; calycis laciniis linearib. acutiusculis, capsula obtusa vix breviorib.; corollae tubi parte attenuata vix exserta. ♁ — Crescit in Promontorio bonae spei (Nieuweweld et Sneewbergen).

3902. ANTHOCERCIS *Labillard.*

(Labillard. Nov. Holland. II. 19. t. 158. — Meisn. Gener. plant. vascul. I. 307. II. 218. — G. Don, General syst. of gard. and bot. IV. 478.)

1. A. LITTOREA Labill. l. c. — Ker, Bot. Regist. t. 212. — Sweet, Flora Australas. t. 17. — The Botanist. III. t. 102. — G. Don l. c. no. 1. — Foll. obovatis impunctatis, margine laevib., utrinq. ramulisq. glaberrimis; corollae laciniis tubo longiorib.; capsula oblonga calycem bis superante. ♁ — Corolla magna pallide flava, intus purpureo-striata. — Crescit in Novae Hollandiae ora australi.

2. A. ALBICANS Cunningh. Appendix to Field's Geogr. mem. of New South Wales 335. (cum icone). — Sweet, Hort. Britannic. 295., Flora Australas. t. 16. — G. Don l. c. no. 2. fig. 42. — Foll. oblongis obtusis, utrinq. ramisq. dense tomentosis; corollae quinquepartitae segmentis tubo longioribus. ♁ — Flores fragrantes albi, tubo intus coerulescenti-purpureo-striato. — Crescit in New South Wales.

3. A. VISCOSA R. Br. Prodr. fl. Nov. Holland. 448. (edit. Nees ab Esenb. 304.) — Bot. Magaz. tab. 2961. — Bot. Regist. t. 1624. — The Botanist II. t. 50. — Foll. obovatis glanduloso-punctatis, margine scabriusculis, novellis ramulisq. tenuissime pubescentib.; capsula ovata calycem subaequante. ♁ — Corolla magna alba. — Crescit in Novae Hollandiae ora australi.

4. A. ANISANTHA Endlich. Nov. stirp. mus. Vindobon. decad. I. 80. † — Viscoso-pubescens: ramis ramulisq. spinescentib.; foll. in ramulorum axillis fasciculatis oblongo-cuneatis obtusis integerrimis; corollae laciniis tribus posticis breviori-bus. ♁ — Ramuli teretiusculi 2-4-pollicares subflexuosi, spinis alternis, 4-5 li-nearum intervallo remotis patentiusculis 4-5 lin. longis. Foliorum ramos v spinas fulcientium paucissima supersunt, plurima in ramorum, pauca in spinarum axillis fasciculata oblongo-cuneata, 3 lin. longa, lineam lata, apice rotundata, versus basin angustata integerrima crassiuscula, subtus uninervia, dense viscoso-pubes-centia. Pedunculi e foliorum fasciculis subsolitarii filiformes circiter 3 lineas longi viscoso-pubescentes, ut videtur ebracteolati. Calycis tubus subcampanu-latus (una linea paullo brevior) quinquenervis, nervis virentibus glanduloso-pu-bescentibus in limbi lacinias excurrentibus. Corolla infundibuliformi-campanu-lata, ut videtur flava, tubo 2 lin. longo, ima basi subgloboso coarctato, superne ampliato, intus glaberrimo striato, limbi quinquepartiti laciniae anguste lineares acutae, 2 anticae 2 lin. longae, tres posticae sesquilinea haud longiores, reliquis paullo angustiores. Capsula ovata acuminata, calycis tubo aucto dimidio lon-gior bilocularis bivalvis. Semina papaveracea fusca scrobiculata. — Crescit in Novae Hollandiae austro-occidentalis interioribus.

3902/1. ANTHOTROCHE *Endl.*

(Endl. Gener. plantar. pag. 1404. Suppl. I. — Endl. Novar. stirp. mus. Vindobon. decad. p. 7. — Meisn. Gener. plantar. vascular. I. 307. II. 218.)

1. A. PANNOSA Endl. l. c. p. 7. no. 9. † — Fruticosa: ramis pedalib. opposite ra-mulosis tomento denso sordide cinereo pannosis; foll. alternis, juniorib. subfas-ciculatis obovatis v. obovato-rotundatis obtusissimis, basi nonnihil attenuatis (9 lin. longis, 4½ lin. latis) integerrimis crassiusculis tomentosis; florib. in infe-riorib. foliorum axillis solitariis sessilibus parvis violaceis; corollae tubo sursum ampliato, limbo rotato-explanato, ad medium quinquelobo (violaceo striato), lobis obtusiusculis, utrinq. — praesertim extus — lanato-pubescentib.; capsula calyce quinquefido abscondita lata basi sessili, Pisi minoris mole, biloculari quadrivalvi; seminib. oblongis scrobiculatis fuscescentibus. ♁ — Crescit in No-vae Hollandiae austro-occidentalis interioribus.

3903. BROWALLIA.

(Linn. Gener. plantar. no. 773. — Meisn. Gener. plantar. vascular. I. 307. II. 218. — Spr. Syst. vegetab. II. 808. — G. Don, General syst. of gard. and bot. IV. 477.)

1. BR. VISCOSA H. B. Kth. Nov. gener. et spec. plant. II. 373. — G. Don l. c. no. 1. — Foll. subrotundo-ovatis; pedunculis unifloris; ramulis calycibq. viscoso-hirtis; corollis violaceis. ☉ — Herba diffusa. Folia obtusa pilosa pollicaria v. sesquipollicaria. Pedunculi ad apices ramorum aggregati. Segmenta calycina lanceolata acuta. Corollae violaceae limbi segmenta obovata emarginata, seg-mento maximo basi albo-maculato, tubo versus limbum inflato albido. — Crescit prope Loxa et Gonzanama (Novo-Granatensium).

2. BR. DEMISSA Linn. Spec. plantar. 879., Hort. Cliffort. 318. t. 17. — Sims, Bot. Magaz. t. 1136. — Sabb. Hort. Roman. II. t. 100. — Mem. de la soc. de phys. et d'hist. nat. de Genève VI. 122. t. 3. fig. 4. — G. Don l. c. 478. no. 2. — Foll. ova-to-oblongis obtusis, basi acutis; pedunculis unifloris ramulisq. puberulis; calycib. glabris. ☉ — Folia pilosiuscula. Segmenta calycina lanceolata. Corolla pallide coerulea nitida, interdum purpurascens v. rubescens, saepe in eodem specimine hae tres coloris varietates simul occurrunt. Segmenta limbi (ut in reliquis spe-ciebus omnibus) obovata emarginata, majori basi albo. — Decoctio hujus plantae contra tapam, porriginis speciem adhibetur. — Crescit in summo jugo montis Avilae inter Caracas et La Venta grande.

3. BR. ELATA Linn. l. c. 880. — Curtis, Botanic. Magaz. t. 34. — G. Don l. c. no. 3. — Foll. ovalib. acuminatis; pedunculis axillarib. uni- v. multifloris. ☉ — Dif-fert a praecedente statura majori, caulibus rigidioribus, ramis numerosioribus.

Calycis laciniae glanduloso-pilosae; corolla obscure azurea. Rami inferiores caulis circiter sunt longitudine et folia floralia glabrescentia. — [*Sprengelius* hanc cum praecedente conjunxit: *Br. Linnaeana* Spr. l. c. no. 2. — Caule erecto ramoso; foll. oblongis, utrinq. attenuatis; pedunculis axillarib. subunifloris ramulisque pubescentibus; calycibus glabris.] — Crescit in Peruvia.

4. BR. ELONGATA H. B. Kth. l. c. 372. — G. Don l. c. no. 4. — Foll. ovatis acuminatis, basi rotundatis; pedunculis unifloris; ramulis calycibq. pubescenti-hirtellis. ⊙ — Herba ramosissima; rami angulati pubescentes. Folia pilosula. Calycis segmenta lanceolata erecta. Corollae limbus coeruleus, segmentis obovatis emarginatis, majori ad basin albo-maculato. — Valde affinis *Br. demissae*. — *Br. lactea* Hortor. — In Nova Granata inter urbem Mariquita et fodinam Stae. Anae.

5. BR. GRANDIFLORA Grah. New Edinbrgh. philos. journ. XI. 168. † — G. Don l. c. no. 5. — Hook. Bot. Magaz. t. 3069. — Caule diffuso ramoso; foll. ovatis acutis; pedunculis axillarib. unifloris v. in racemos terminales dispositis; ramulis calycibq. adultis glabris. ⊙ — Caulis glaber viridis, infra purpurascens; rami patentes glabri virides. Folia ovata acuminata in petiolum attenuata, nervo medio venisque convergentibus, infra prominulis, supra exsculptis. Pedunculi recti uniflori axillares folio supremo minori longiores, in racemos laxos corymbosos collecti, juniores glanduloso-pilosi. Calycis segmenta inaequalia patentia linearia. Corolla hypocraterimorpha, tubo calycem excedente, apicem versus subinflato glanduloso-villoso virescenti-flavo, limbo albo v. pallide lilacino, fauce lutea. Segmenta latissima in corollam subbilabiatam coalita, apice breviter bifida, labio inferiori semicirculari octolobo, superiori vix emarginato. — Crescit in Peruvia prope Yazo in convalli Cantae.

6. BR. CORDATA G. Don l. c. no. 6. — Caule diffuso ramoso; foll. cordatis acutis; pedunculis axillarib. unifloris v. in racemos terminales digestis; ramulis calycibq. adultis glabris. ⊙ — Caules diffusi teretes ramosi. Folia alterna breviter petiolata distincte cordata obscure viridia. Racemi secundi terminales pauciflori, pedunculis ebracteatis pubescentibus. Calyx oblongus quinqueplicatus, quinquedentatus pallidus, dentibus et costis atro-viridibus. Corolla calycem duplo excedens, tubo gracili filiformi luteo-purpureo, apice ampliato, limbo bilabiato plicato quinquelobo subaequali paullulum obliquo, laciniis emarginatis, primum pallide coeruleis, mox albis, fauce lutea. Stamina didynama, superiora arcuata faucemque corollae claudentia, filamentis latis planis pubescentibus. Antherae lobi subrotundi, altero saepius deficiente. Discus magnus carnosus cyathiformis ovarii dimidium attingens. Ovarium biloculare, placenta centrali carnosa polysperma. Stylus filiformis corrugatus. Stigma quadratum dilatatum subcucullatum, supra foveolis duabus altis impressum. — *Br. grandiflora* Lindl. Bot. Regist. t. 1384. (nec Grah.) — Crescit in Peruvia?

3904. FRANCISCEA *Pohl.*

(Pohl, Plant. Brasiliens. I. 1. t. 1—7. — Meisn. Gener. plant. vascul. I. 307. II. 218. — G. Don, General syst. of gard. and bot. IV. 476.)

1. HOPEANA Hook. Botanic. Magaz. t. 2829. — Foll. oblongo-lanceolatis glaberrimis; florib. plerumq. solitariis in ramis brevib. foliosis solitariis terminalib.; corollae purpureo-violaceae tubo calyce campanulato paullulum breviore. ♄ — In Brasiliae provincia Pernambuco crescit.

2. FR. UNIFLORA Pohl, Plant. Brasil. I. 2. † t. 1. — Ramis diffuso-patentib.; foll. ellipticis acutis; bracteis lanceolatis calycibq. glabris; florib. solitariis. ♄ — Caulis cubitalis canescenti-canus flexilis ascendens, quandoque procumbens. Rami elongati, apice foliosi subrugosi. Folia brevissime petiolata, utrinque glabra, supra lutescenti-viridia integerrima nuda, duas et sesquitertiam unciam longa, unciam lata. Stipulae nullae. Flores brevissime pedunculati intrafoliacei. Bracteae minimae lanceolatae glabrae deciduae, medio pedunculo subgeniculato insidentes. Calyx campanulatus inflatus, dentibus 5 lanceolatis aequalibus, apice viridibus, basi ferruginescentibus. Corolla hypocrateriformis, tubo glabro albido,

apice inflato incurvo, limbo lilacino 5-partito, lacinüs late rotundatis emarginatis undulatis, superiori ceteris majori. Faux virescenti-albida oblongo-rotundata. — Crescit in umbrosis Capitaniae Rio de Janeiro in Brasilia.

3. **FR. LATIFOLIA** Pohl l. c. 3. † t. 2. — Hook. Bot. Magaz. t. 3907 — Rchb. Flor. exotic. IV. 43. t. 287. — Ramis brevissimis patentib.; foll. late ellipticis subacutis; bracteis lanceolato-acuminatis calycibq. glabris; florib. paucis subracemosis terminalibus. ♄ — Caulis ulnaris teres griseo-virescens corticatus, plerumque nanus, rami brevissimi, epidermide solubili tecti foliosi. Folia subrepando-integra, utrinque glabra, laete albescenti-viridia, infra canescenti-viridia, triunecialia, uncias 1¼-1½ lata, brevissime petiolata. Pedicelli brevissimi, ad basin subgeniculati ibidemque decidui bracteati. Bracteae minutissimae lanceolatae acuminatae sessiles caducae. Calyx inflatus glaber albido-viridis. Corolla hypocrateriformis violacea, tubo incurvato glabro. — Crescit in umbrosis non procul Rio de Janeiro in Brasilia.

4. **FR. ACUMINATA** Pohl l. c. 4. † t. 3. — Ramis erecto-patentib.; foll. oblongis acuminatis, ad basin parum attenuatis glabris; bracteis lanceolatis acuminatis calycibq. glaberrimis; florib. paucis subracemosis terminalibus. ♄ — Frutex parvus cubitalis, cortice vifescenti-brunneo tenui obtectus; rami pauci. Folia integerrima margineq. ad lentem vix ciliata, utrinque glaberrima, supra albescenti-viridia, subtus opaca minutissime asperato-punctulata membranacea plana, triuncialia, unciam lata, brevissime petiolata. Racemus terminalis suprafoliaceus brevissimus confertus. Pedicelli brevissimi geniculati. Bracteae oppositae lanceolatae acuminatae glaberrimae caducae. Calyx persistens inflatus glaberrimus reticulatus lutescenti-brunneus. Corolla lilacina. — Crescit in umbrosis ad Mandioca in Capitania Rio de Janeiro in Brasilia.

5. **FR. RAMOSISSIMA** Pohl l. c. 5. † t. 4. — Ramis virgatis; foll. lanceolatis, basi attenuatis, punctis elevatis asperatis; bracteolis petiolatis oblongis, basi attenuatis hirsutis; florib. racemosis axillarib. terminalibusque. ♄ — Frutex bicubitalis. Rami elongati fastigiati, juniores pilosi. Folia integerrima, utrinque punctulato-asperata, supra nigrescenti-viridia, subtus luteo-viridia, ad costam venasque hirsuta, membranacea, brevissime petiolata, 2⅓ uncias longa, 8 lineas lata. Pedunculi elongati diffusi, medio bracteati subtumidi et subgeniculati hirsuti. Bracteolae solitariae oblongae, basi attenuatae caducae. Calyx inflatus nigrescenti-brunneus hirsutus. Corolla hypocraterimorpha, tubo incurvo albido, limbo lilacino, lacinüs late rotundatis margine undulatis. — Prope Villa Ricca Capitaniae Minas Geraës et prope Rio de Janeiro in Brasilia crescit.

6. **FR. CONFERTIFLORA** Pohl l. c. 6. † t. 5. — Ramis suberectis; foll. subsessilib. oblongis acutis, basi attenuatis pilosiusculis ciliatis; bracteolis oblongis, basi attenuatis; bracteis lanceolatis calycibq. ferrugineo-pilosis; florib. conferto-racemosis terminalibus. ♄ — Frutex cubitalis, epidermide canescenti-brunnea solubili vestitus. Rami ad lentem pilosiusculi, in summitate lutescenti-pilosi. Folia integerrima ciliata, utraque pagina scabriuscula pilosiuscula, supra nigrescenti-virentia, subtus brunneo-viridia venosa, costa intermedia pilosa, membranacea 4½ uncias longa, 1½ unciam lata. Petioli brevissimi ferrugineo-pilosi Bracteae minutissimae lanceolatae. Bracteolae oblongae sessiles pilosae ciliatae ferruginosae. Calyx inflatus ferrugineus pilosus, quam reliquarum specierum longior. Corolla lilacina hypocraterimorpha, tubo pilosiusculo. — Crescit in Brasiliae provincia Minas Geraës.

7. **FR. DIVARICATA** Pohl l. c. t. 6. — Ramis divaricatis. foll. brevissime petiolatis oblongo-lanceolatis, apice obtusiusculis pilosiusculis; bracteis lanceolatis hirsutis; calycib. inflatis ferrugineo-villosis; florib. racemosis terminalibus. ♄ — Frutex cubitalis. Caulis epidermide tenui solubili albescenti-brunnea vestitus. Folia brevissime petiolata obtusiuscula integerrima, supra aspera, subtus lutescenti-villosa, membranacea plana, 3½ uncias longa, unam lata. Pedunculi teretes filiformes, in medietate tumiduli geniculati bracteati ferrugineo-villosi. Bracteae oppositae lanceolatae hirsutae caducae. Bracteolae lanceolatae hirsutae deciduae. Calyx

inflatus tubuloso-campanulatus luteo-brunnescens villosus, serius reticulato-striatus. Corolla hypocrateriformis lilacina, tubo incurvo, ad lentem pilosiusculo. — Crescit locis umbrosis provinciarum Minas Geraës et Rio de Janeiro in Brasilia.

8. FR. HYDRANGEAEFORMIS Pohl l. c. 7. † t. 7. — Rchb. Flor. exotic. IV. 44. t. 288. — Caule subramoso; foll. oblongis acutis, ad basin cuneiformib. glaberrimis; bracteis lanceolatis pilosis ciliatis squamulisq. aggregatis; calyce hirsuto; florum racemis terminalib. hemisphaericis amplis. ♁ — Frutex ulnaris, hujus generis elegantissimus et quoad flores *Hydrangeae hortensi* haud dissimilis, epidermide solubili albescenti-brunnea vestitus. Rami 5–6-unciales bis subverticillatim aggregato-foliosi. Folia integra, saepe lutescenti-viridia, costa intermedia aurantiaca, membranacea plana, 8–10-na subverticillatim aggregata, 6½ uncias longa, 3 uncias lata. Petioli brevissimi glabri. Racemus intrafoliaceus sessilis, bracteis deciduis obvallatus. Pedunculi teretes conferti persistentes geniculati glabri. Bracteae minimae ad basin calycis binae oppositae oblongo-lanceolatae sessiles ciliatae deciduae. Calyx tubuloso-campanulatus inflatus ferrugineus hirsutus. Corolla pulchre violacea. — Crescit inter frutices locis umbrosis provinciae Rio de Janeiro in Brasilia.

9. FR. PAUCIFLORA Cham. et Schlchtd. Linnaea II. 600. † — Foll. obovato-oblongis acuminatis, basi cuneatis breviter petiolatis glabris; bracteis foliaceis, bracteolis squamaeformib. calycibq. inflatis laxis glanduloso-pubescentib.; tubo corollae calycem vix superante; cyma terminali pauciflora simplici. ♁ — Folia 6½-pollicaria, juniora pilis glanduliferis ciliata. — Habitat in Brasilia.

10. FR. MACROPHYLLA Cham. et Schlchtd. l. c. 601. † — Foll. oblongis acuminatis, basi cuneiformib. rugoso-venosis, subtus pubescentib.; bracteis squamaeformib. ciliatis calycibq. inflatis laxis glanduloso-pubescentib.; tubo corollae calyce duplo longiori; cyma terminali composita multiflora laxiuscula. ♁ — Valde affinis *Fr. hydrangeaeformi*. — Folia subpedalia, 3½ pollices lata. — In Brasilia.

3905. BRUNFELSIA *Plum.*

(Plumier, Icon. 12. t. 65. — Meisn. Gener. plantar. vascular. I. 307. II. 218. — Spr. Syst. veget. II. 841. — G. Don, General syst. of gard. and bot. IV. 470.)

1. BR. AMERICANA Linn. Spec. plant. 276. — Loddig. Bot. Cabin. t. 553. — Swrtz. Observation. 90. t. 4. fig. 2. — Curtis, Bot. Magaz. t. 394. — G. Don l. c. no. 1. — Foll. subspathulato-lanceolatis petiolatis; pedunculis calycem patentem excedentib.; limbo corollae plano, tubo erecto, segmentis integris. ♁ — Folia glabra v. pubescentia. Flores axillares solitarii, terminales numerosi. Corolla primum flava, tunc alba, odoratissima. — Variat foliis latioribus et angustioribus. — *Brunfelsia flore albo, fructu croceo molli* Plum. Gener. plant. Americ. 12. t. 65. — In insulis Indiae occidentalis crescit.

2. BR. UNDULATA Swrtz. Prodr. 90., Flor. Ind. occident. II. 1035. — Andrws. Bot. Reposit. t. 167. — Ker, Bot. Regist. t. 228. — Loddig. Bot. Cabin. t. 388. — Rchb. Flor. exotic. V. 4. t. 294. — G. Don l. c. no. 2. — Foll. lanceolatis sessilib., utrinq. attenuatis; pedunculis calycem conniventem aequantib.; limbo corollae undulato. ♁ — Corolla primum flava, deinde albida. — Crescit in insula Jamaica.

3. BR. GRANDIFLORA D. Don, New Edinbrgh. philos. journ. 1829. Jul. ex G. Don l. c. no. 3. — Foll. elliptico-oblongis acuminatis; florib. corymbosis terminalib.; corollae tubo limbum vix excedente. ♃ — Rami virgati. Folia pallide viridia, 3–6 poll. longa, 1½–2 poll. lata. Calycis dentes acuti. Corolla pollices circiter 2 diametro habet. Stamina subaequalia. — Crescit in Peruvia (Tafalca).

† *Species vix nota.*

4. BR. VIOLACEA Loddiges, Bot. Cabin. t. 792. — Foll. petiolisq. maculis obscure purpureis obsitis; corollis lividis. ♁ — In India occidentali crescit.

3906. **DUBOISIA** *R. Br.*

(R. Br. Prodr. fl. Nov. Holland. 448. — Meisn. Gener. plant. vascular. I. 307. II. 218.)

1. D. MYOPOROIDES R. Br. l. c. (edit. Nees ab Esenb. 304.) — Endlich. Iconogr. gen. t. 77. — Arbuscula glabra, facie *Myoporis*. Folia alterna cum ramulo articulata integra. Paniculae axillares, ad divisuras bracteis caducis instructae. Flores albi, tubo intus striato. Bacca parva ovalis nigra. ♄ — In Nova Hollandia.

3907. **DIPLANTHERA** *Bnks. et Soland.*

(Bnks. et Soland. mss. ex R. Br. Prodr. flor. Nov. Holl. 448. — Meisn. Gener. pl. vascular. I. 307. II. 218.)

1. D. TETRAPHYLLA Bnks. et Soland. mss. ex R. Br. l. c. 449. (edit. Nees ab Esenb. 305.) — Arbor mediocris, coma irregulari diffusa. Rami teretes tomentosi. Folia quaterna petiolata magna integra, saepe superne biglandulosa. Thyrsi terminales subrotundi depressi, pedunculis partialibus verticillatis, pedicellis trichotomis. Flores speciosi. Calyx semicoloratus. Corolla flava. ♄ — Crescit in Nova Hollandia tropica.

† *Species e genere excludenda.*

D. TRIDENTATA Ad. Steinheil. = HALODULE TRIDENTATA.

Tribus V. *DIGITALEAE* Bth. Revis. 2. — Endlich. Gener. plantar. p. 676.

Corolla tubulosa, saepius ventricosa, limbo bilabiato. Stamina basi declinata, apice saepissime ascendentia, quaterna fertilia didynama, quintum sterile vel nullum. Antherae biloculares, loculis demum divaricatis confluentibus. Capsula dura septicide bivalvis, valvis bifidis vel bipartitis, dissepimento e valvarum marginibus introflexis duplicato, demum bipartibili, placentis adnatis vel demum solutis.

3908. **CHELONE** *Linn.*

(Linn. Gener. plantar. 748. — Meisn. Gener. plantar. vascular. I. 308. II. 219. — G. Don, General syst. of gard. and bot. IV. 640.)

1. CH. GLABRA Linn. Spec. plantar. 849. — Hook. Fl. Bor. Americ. II. 94. — G. Don l. c. no. 1. — Foll. ovato-lanceolatis inaequaliter serratis; florib. dense spicatis; corollae albae limbo contracto. ♃ — Trew, Ehrb. t. 83. — *Ch. glabra β. alba* Pursh. Fl. Americ. sept. II. 427. — *β. lanceolata* Nutt. Gener. Americ. II. 51. — Foll. lanceolatis conspicue acuminatis serratis sessilib., infra pubescentib.; bracteis vix dilatatis; segmentis calycinis oblongis. — Crescit in America boreali.
2. CH. OBLIQUA Linn. Syst. veget. 463. — Mill. Icon. 62. t. 93. — Willd. Spec. pl. III. 225. — Ker, Bot. Regist. t. 175. — G. Don l. c. no. 2. — Foll. petiolatis oblique lanceolatis serratis; corollis purpureis. ♃ — *Ch. purpurea* Mill. Dict. no. 2. — *Ch. glabra β.* Linn. Spec. plantar. 849. — Michx. Fl. Am. bor. II. 24. — *Digitalis Mariana Persicae folio* Ray, Suppl. 397. — Pluk. Mant. 64. t. 348. fig. 3. — Differt a praecedente radice minus repente, foliis latioribus profundius serratis, floribus purpureis. — Crescit in Americae borealis civitatibus australioribus.
3. CH. LYONI Pursh. Flor. Americ. sept. II. 737. — G. Don l. c. no. 3. fig. 65. — Glabra ramosa: foll. petiolatis cordato-ovatis serratis; spicis terminalib.; florib. glomeratis purpureis. ♃ — *Ch. major* Sims, Bot. Magaz. t. 1864. — Crescit in Carolina boreali (prope Wilmington) et in Georgia.
4. CH. LATIFOLIA Mühlenbrg. Catal. ex Ell. Carol. II. 127. — G. Don l. c. no. 4. — Glabra: foll. late ovatis v. ovalib. serratis, abrupte acuminatis, basi attenuatis petiolatis; corollis pallide purpurascentib.; filamento sterili prope apicem barbato. ♃ — *Chelone Pentstemon* Walt. Carol. 172. — Crescit in Carolina boreali.
5. CH. NEMOROSA Dougl. mss. in Lindl. Bot. Regist. t. 1211. — G. Don l. c. 641. no. 5. — Foll. ovatis acuminatis serratis, superiorib. amplexicaulib. cordatis;

pedunculis nudis trifloris pubescentib.; bracteis segmentisq. calycinis subulatis; corollis ventricosis roseo-purpurascentibus puberulis. 4 — Antherae lanatae. — Crescit in America boreali occidentali.

† *Species e genere expellendae.*

CH. ALBIDA Spr. = PENTSTEMON ALBIDUM.
CH. ALPINA Spr. = EPNTSTEMON ALPINUM Torr.
CH. ANGUSTIFOLIA H. B. Kth. = PENTSTEMON KUNTHII.
CH. ANGUSTIFOLIA Lindl. = PENTSTEMON ROSEUM.
CH. ATROPURPUREA Sweet. = PENTSTEMON ATROPURPUREUM.
CH. BARBATA Cav. = PENTSTEMON BARBATUM.
CH. BRADBURII Spr. = PENTSTEMON GRANDIFLORUM.
CH. CAMPANULATA Cavan. = PENTSTEMON CAMPANULATUM.
CH. CAMPANULOIDES Andrws. = PENTSTEMON CAMPANULATUM.
CH. CENTRANTHIFOLIA Bth. = PENTSTEMON CENTRANTHIFOLIUM.
CH. COERULEA Spr. = PENTSTEMON COERULEUM.
CH. CRISTATA Spr. = PENTSTEMON CRISTATUM.
CH. DIGITALIS Spr. = PENTSTEMON DIGITALIS.
CH. ELEGANS H. B. Kth. = PENTSTEMON PULCHELLUM.
CH. ERIANTHERA Prsh. = PENTSTEMON CRISTATUM.
CH. GENTIANOIDES H. B. Kth. = PENTSTEMON GENTIANOIDES.
CH. GRACILIS Nutt. = PENTSTEMON GRACILE.
CH. GRANDIFLORA Spr. = PENTSTEMON GRANDIFLORUM.
CH. HIRSUTA Linn. = PENTSTEMON HIRSUTUM.
CH. IMBERBIS H. B. Kth. = PENTSTEMON HUMBOLDTII.
CH. PENTSTEMUM Linn. = PENTSTEMON PUBESCENS.
CH. PENTSTEMUM Mill. = PENTSTEMON LAEVIGATUM.
CH. RUELLIOIDES Andrws. = PENTSTEMON BARBATUM.
CH. ROSEA Cervant. = PENTSTEMON ROSEUM.
CH. TERETIFLORA Fraser = PENTSTEMON ALBIDUM.

3909. PENTSTEMON *Herit.*

(Herit. mss. ex Lambert, Transact. of the Linn. soc. X. t. 6. — Meisn. Gener. plant. vascular. I. 308. II. 219. — G. Don, General syst. of gard. and bot. IV. 636.)

Sectio I. VERAE G. Don l. c. — Antherae glabrae.

1. P. CRISTATUM Fraser, Catal. 1813. ex Nutt. Gener. Americ. II. 52. — G. Don l. c. no. 1. — Pubescens: foll. radicalib. lanceolatis denticulatis, caulinis sessilib. lineari-oblongis sublanceolatis; pedunculis axillarib. terminalibq. 1-3-floris brevissimis; calycis pilosiusculi segmentis lineari-lanceolatis acuminatis; filamento quinto sterili subexserto, cum fauce corollae eximie cristato-barbato. 4 — Corolla magna violacea ventricosa, limbo patente quinquelobo. — *Chelone erianthera* Prsh. Fl. Am. sept. II. 737. — *Chelone cristata* Spr. Syst. veget. II. 813. — Crescit in America boreali.

2. P. COERULEUM Nutt. l. c. — G. Don l. c. no. 2. — Glabrum glaucum: foll. radicalib. sublinearib., caulinis sublanceolato-linearib., omnib. sessilib. integris, ad marginem subpuberulis; pedunculis multifloris; calycis segmentis lanceolatis acutis; filamento sterili brevi, sursum barbato. 4 — Corolla subcampanulata aurea. — *Chelone angustifolia* Fraser, Catal. 1813. ex Prsh. Fl. Americ. sept. II. 738. — *Chelone coerulea* Spr. Syst. veget. II. 813. — Crescit in planitiebus Missouriensibus prope Fort Mandan.

3. P. ALBIDUM Nutt. l. c. 53. — G. Don l. c. no. 3. — Humile: foll. ovato-lanceolatis subserrulatis glabris sessilib.; florib. fasciculatis axillarib. terminalibq.; filamento sterili gracili interrupte barbato; corolla intus glabra subcampanulato-tubulosa, limbo subaequaliter quinquefido patente; calycis pubescentis segmentis lineari-lanceolatis. 4 — Caulis subangulatus. Folia approximata. Corolla ple-

rumque alba. — *Chelone teretiflora* Fraser, Catal. 1813. — *Chelone albida* Spr. Syst. veget. II. 813. — Crescit in planitiebus Missouriensibus.

4. P. TUBIFLORUM Nutt. Transact. of the Americ. Philos. Soc. (New Ser.) V. 181. — G. Don l. c. no. 10. — Foll. ovatis connatis denticulatis glabris; caule elato subnudo; calycib. corollisq. viscido-pubescentib; segmentis calycinis ovatis; corollae tubulosae limbo intus villoso; filamento sterili barbato. ♃ — Folia radicalia elliptico-oblonga integra glabra, caulina versus basin sinuata, inferiora oblongo-ovata. Folia caulina parva remota, caule exinde subnudo. Corolla pallide alba, tubo et orificio villoso. Flores parvi aggregati in glomerulos pseudo-verticillatos congesti. — Crescit in America boreali (Arkansas).

5. P. OVATUM Dougl. mss. in Hook. Bot Magaz. t. 2903. — Hook. Fl. Bor. Americ. II. 96. — D. Don in Sweet's Brit. flow. gard. (New Ser.) III. t. 211. — G. Don l. c. no. 11. — Loddig. Botanic. Cabin. t. 1636. — Herbaceum: caule, florib. pedunculisq. glanduloso-pilosis; foll. cordato-ovatis amplexicaulib. glabris grosse dentatis, inferiorib. longe petiolatis; corollis tubulosis; filamento sterili apice barbato, basi unidentato. ♃ — Caulis herbaceus quadripedalis erectus, sursum pilis brevibus subglandulosis albidis vestitus. Folia magna ovata glabra obscure virentia grosse dentata, caulina basi amplexicaulia, superiora minora minusque dentata, suprema cordata integerrima, radicalia longissime petiolata. Flores magis minusve composite racemosi, racemis oppositis e foliis supremis oriundis. Calyx glandulosus quinquepartitus, laciniis lanceolatis aequalibus. Corolla speciosa purpurascenti-azurea, extus glandulosa bilabiata, tubo supra inflato. Faux pilosa. Filamenta curvata, antheris cordatis purpurascenti-albis. — Crescit in America boreali ad fluvium Columbia.

6. P. PROCERUM Dougl. mss. in Grab. in Edinbrgh. Philos. journ. July 1829. ex Hook. Bot. Magaz. t. 2954. — G. Don l. c. no. 12. — Loddig. Bot. Cabin. t. 1616. — Caule erecto stricto subsimplici; foll. lanceolatis integerrimis, inferiorib. petiolatis, superiorib. sessilib. subconnatis; florib. verticillato-spicatis; calycis segmentis membranaceo-laciniatis mucronatis; filamento sterili edentulo. ♃ — Caulis erectus strictus pedalis, sesquipedalis vel (in speciminibus spontaneis) bipedalis glaberrimus subramosus. Folia glabra lanceolata, inferiora in petiolum attenuata, reliqua sessilia connata, sursum gradatim minora, omnia integerrima oblique venosa. Flores in racemulos oppositos subverticillatos digesti, exinde inflorescentia tota ad modum *Labiatarum* interrupte spicato-verticillata apparet. Calyx profundissime quinquefidus, segmentis ovatis, albido-membranaceis, in apicem longum recurvatum contractis. Corolla parva violascenti-purpurea glabra, labium superum reflexum bifidum, inferum trifidum, basi pallide trimaculatum, rufescenti-pilosum. Filamentum sterile gracile album, versus apicem supra rubescenti-barbellatum. — In America boreali-occidentali (Rocky mountains).

7. P. CONFERTUM Dougl. mss. in Lindl. Bot. Regist. t. 1200. — G. Don l. c. no. 13. — Foll. integerrimis glabris, radicalib. spathulatis acuminatis longe petiolatis, superiorib. sessilib. ovatis acuminatis; verticillis multifloris confertis subaphyllis; corollis calyce paullo longioribus. ♃ — Caulis erectus ascendens simplex teres viridis lucens, pedalis v. bipedalis. Folia radicalia lanceolata in petiolum attenuata integerrima longeque petiolata, caulina subamplexicaulia in bracteas lacerasmembranaceas acuminatas demum mutata. Flores pseudo-verticillati conferti subsessiles numerosi. Calycis laciniae acutae mucronatae sublacerae v. fimbriatae. Corolla tubulosa subventricosa ochroleuca bilabiata, extus glabra, labio superiore bilobo, inferiore pilis brunneis barbato. Antherae glabrae, lobis divaricatis. Staminis sterilis rudimentum apice barbatum. — Crescit in America boreali (Columbia, inter Salomon river et Kettle Falls, Rocky mountains).

8. P. MICRANTHUM Nutt. Journ. acad. Philad. VII. 45. — G. Don l. c. no. 14. — Glabrum: foll. lineari-lanceolatis acutis semiamplexicaulib. integerrimis; florib. parvis glomeratis interrupte spicato-paniculatis; corolla subtubulosa, intus barbellata; filamento sterili minuto vix barbato; segmentis calycinis lanceolatis acutis. ♃ — Caulis gracilis. Flores purpurei minimi in glomerulos 3-4 collecti.

Corolla tubulosa subcurvata, limbo subregulari quinquelobo. — Crescit in America boreali (Rocky mountains, prope fontes fluvii Columbia).

9. P. PRUINOSUM Dougl. mss. in Lindl. Bot. Regist. t. 1280. — Hook. Fl. Am. bor. II. 96. — G. Don l. c. no. 15. — Foll. caesiis, radicalib. petiolatis integris dentatisve, caulinis dentatis sessilib.; bracteis superiorib. integris; florib. verticillatis calycib. bracteisq. villosis; corollis glabris calycib. duplo longiorib., limbi laciniis rotundatis integris. 4 — Perenne semipedale v. sesquipedale, undique pruina caesia irroratum. Folia radicalia caespitosa pubescentia rigida, nunc — praesertim in speciminibus cultis — integerrima, nunc dentata. Verticillastra 7–8-flora. Flores cyanei. — Crescit in America boreali (Columbia).

10. P. GLAUCUM Grah. New Edinbrgh. philos. journ. 1829. p. 348. — Lindl. Bot. Regist. t. 1286. — Hook. Fl. Bor. Americ. II. 93. — G. Don l. c. 638. no. 16. — Caule herbaceo glabriusculo; foll. omnib. glaberrimis, radicalib. lanceolatis petiolatis integerrimis denticulatisve, caulinis bracteisq. ovato-lanceolatis sessilib. amplexicaulib.; panicula thyrsoidea; corollis inflatis calycibq. extus glanduloso-pubescentib.; filamento sterili porrecto barbato. 4 — Corolla coerulescenti-purpurea, fauce pallidiore v. albida. — *P. gracile* Hook. Bot. Magaz. t. 2945. (descript. exclus. icone). — Crescit in America arctica.

11. P. ATTENUATUM Dougl. mss. in Bot. Regist. t. 1295. † — Hook. Fl. Bor. Americ. II. 97. — G. Don l. c. no. 17. — Caule stricto, apice piloso; foll. radicalib. ellipticis acutis petiolatis, superiorib. ovato-oblongis amplexicaulib. sessilib., omnib. glaberrimis integerrimis; panicula stricta calycibq. et corollis pubescentib.; capsulis glaberrimis. 4 — Caulis sesquipedalis v. bipedalis. Folia atroviridia glabra. Flores ochroleuci. Folia radicalia nunc cuneata, cuspidata. — Crescit in America boreali (Lewis River, Clark's River).

12. P. DEUSTUM Dougl. mss. in Lindl. Bot. Regist. t. 1318. — Hook. Flor. Bor. Am. II. 96. — G. Don l. c. no. 18. — Caule subsimplici ascendente glabro; foll. inciso-serratis, radicalib. ovato-oblongis, proximis spathulatis, caulinis oblongis acutis sessilib., supremis subintegris; calycib. glabris, limbi plani laciniis retusis, supremis minoribus. 4 — Caulis ascendens pedalis v. sesquipedalis glaber. Folia glabra, radicalia longe petiolata ovata, inferiora spathulata obtusa, caulina oblonga sessilia subamplexicaulia, omnia grosse et inaequaliter inciso-serrata. Flores arcte paniculati ochroleuci minores, calycibus corollisque glabris. — Crescit in America boreali-occidentali.

13. P. DIFFUSUM Dougl. mss. in Lindl. Bot. Regist. † t. 1132. — Hook. Fl. Bor. Am. II. t. 93. — Hook. Bot. Magaz. t. 3645. † — Ramosum diffusum: foll. inferiorib. late ovatis petiolatis, superiorib. sensim minorib. sessilib. acuminatis, omnib. grosse inaequaliter serratis; panicula foliosa; laciniis calycinis tubo corollino triplo breviorib. lanceolatis serratis. 4 — Radix perennis repens. Caules decumbentes radicantes ramosi, sesquipedales vel bipedales teretes glabriusculi purpurei. Folia sempervirentia ovato-oblonga inaequaliter serrata glabra atroviridia, superiora serrata, inferiora in petiolum decurrentia. Pedunculi axillares pubescentes, saepius folio breviores, apice multiflori. Bracteae pubescentes ovato-acuminatae integrae. Calycis turbinati laciniae patentes, margine argute lacerae, apice aristatae. Corolla purpurea uncialis glabra, labio superiori retuso, inferiore trifido, laciniis rotundatis. Filamentum sterile tubi longitudine, barbatum. Capsula ovata puberula. — Crescit in America boreali ad flumen Columbia.

14. P. STATICIFOLIUM Lindl. Bot. Regist. t. 1770. † — G. Don l. c. no. 20. — Caule ascendente pubescente; foll. radicalib. oblongo-lanceolatis in petiolum longum angustatis integerrimis glabris, caulinis sessilib. cordato-ovatis dentatis pubescentib.; cymis subsessilib. calycibq. tomentosis; corollis ventricosis pubescentib., labiorum laciniis ovatis obtusis subaequalibus. 4 — Caulis subbipedalis, apice tomentosus et cymis subsessilib. verticillastra *Labiatarum* referentibus onustus. Folia radicalia cum petiolo 7-pollicaria. Corolla violacea speciosa, fere sesquipollicaris. — Crescit in California.

15. P. CORDIFOLIUM Bth. Scrophular. Indic. 7. — G. Don l. c. no. 21. — Caule pruinoso; foll. breviter petiolatis late ovatis obtusis integerrimis, basi cordatis bullatis, subtus nervosis; panicula laxa; corollis tubulosis profunde bilabiatis, labio superiori emarginato, inferiore trifido; filamento sterili barbato; antheris glabris. ♃ — Crescit in California.

16. P. TRIPHYLLUM Dougl. mss. in Lindl. Bot. Regist. t. 1245. † — G. Don l. c. no. 22. — Herbaceum humile: foll. ternis quaternisve glabris incisis, inferiorib. oblongis, floralib. integerrimis lineari-lanceolatis acutis; pedunculis 2–3-floris calycibq. arachnoideis; corollae laciniis oblongis obtusis, labii inferioris aequalibus. ♃ — Caulis teres ramosus pedalis v. sesquipedalis coloratus. Folia terna quaternave verticillata obtuse incisa, inferiora oblonga, superiora lanceolata, suprema lineari-lanceolata acuta integerrima. Flores laxe paniculati, pedunculis 2–3-floris arachnoideis. Calycis laciniae ovatae acutae arachnoideae. Corolla subventricosa pallide rosea venosa, labio superiori emarginato, lacinlis obtusis, inferioris trilobi laciniis oblongis obtusis aequalibus. Filamenta superiora basi dilatata, rudimento quinti filiformi barbato. — Crescit in America occidentali-boreali (Blue mountains).

17. P. BREVIFLORUM Lindl. Bot. Regist. t. 1946. † — Foll. lanceolatis serratis glabris, summis sessilib.; panicula laxa brachiata; calyce pubescente; corollae labio superiori lineari arcuato emarginato villoso, inferiori deflexo tripartito, tubo calyce breviore. ♃ — Rami erecti glabri, brachiatim ramosi glauci. Folia ovato-lanceolata aut lanceolata plana glabra serrata aut dentato-serrata, caulina brevissime petiolata, suprema sessilia, in ramulis lateralibus nunc omnia linearia serrulata v. integerrima. Flores in apice ramulorum bini, terni quinative, imo solitarii prope fastigium paniculae. Calyx glanduloso-pubescens aequaliter quinquefidus, dentibus acutissimis. Corolla parva albida rubescens, tubo calycis longitudine infundibulari, labio superiore lineari emarginato deorsum arcuato rubescente, dorso glanduloso-villoso, inferiore breviore tripartito, laciniis albis sanguineo-venosis, lateralibus revolutis, intermedia breviore. Stamina fertilia basi incrassata villosa, prope tubi basin inserta, labio superiori adpressa, antheris subrotundis, loculis basi divergentibus; filamentum sterile filiforme in labium inferius incumbens glabrum, fauce paullo longius. Stylus filiformis glaber, stigma integerrimum. Capsula ovata acuta glabra, calyce paullo longior septicide bivalvis, valvulis apice integris. — Crescit in California.

18. P. GRACILE Nutt. Gener. Americ. II. 52. — Hook. Flor. Bor. Am. II. 97. — G. Don l. c. no. 23. — Loddig. Botanic. Cabin. tab. 1451. — Hook. Bot. Magaz. t. 2945. (excl. descript.) — Caule erecto gracili; foll. magis minusve serratis glabris, inferiorib. spathulatis, caulinis lanceolatis, basi subcordatis; panicula laxa stricta pubescente; pedunculis plurifloris; corollae tubo elongato, labio superiore bifido breviori, inferiore porrecto trilobo, intus nudo; filamento quinto sterili fulvo-barbato. ♃ — Flores magni purpurascenti-coerulei, infra viridescentes. Folia radicalia lanceolato-ovata integra, caulina pungenti-serrulata. — Crescit in America boreali (Arikarees, Fort Mandan).

19. P. PUBESCENS Ait. Hort. Kewens. II. 360. — Sims, Bot. Magaz. t. 1424. — Hook. Flor. Bor. Americ. II. 97. — G. Don l. c. no. 24. — Caule pubescente erecto; foll. late lanceolatis lanceolatisve dentato-serratis, infimis subspathulatis, supremis basi subcordatis; panicula laxa erecta; pedunculis plurifloris; corollae tubo elongato, labio superiore bifido breviore, inferiore porrecto trilobo, intus filamentoq. sterili apice dense fulvo-barbatis. ♃ — Corolla albido-purpurascens, tubus longitudine calycis. Labium superius breviter bipartitum reflexum, inferius trifidum rectum, lobis lateralibus reflexis. Filamentum sterile barbatum. — Willd. Spec. plant. III. 227. — *Chelone Pentstemon* Linn. Spec. plantar. 850. — *Dracocephalus latifolius glaber Lysimachiae luteae foliis* Moris. Oxon. Histor. III. 417. sect. II. t. 21. fig. 2. — *Asarina erecta* Mill. Dict. no. 2. t. 252. — Crescit in Americae borealis civitatibus australioribus. *Hooker* l. c. speciem hanc a sequenti re vera differre non credit

20. P. MACKAYANUM Knwls. et Wstsct. The Floral Cabinet II. 117. † t. 74. — Glanduloso-pubescens: caule gracili ascendente; foll. caulinis cordato-acuminatis undulatis subrepando-denticulatis glabris amplexicaulib., radicalib. late lanceolatis petiolatis; pedunculis axillarib. oppositis multifloris in paniculam terminalem diffusam dispositis; calycis brevis segmentis ovatis acutis; corollae compressae labio superiori brevi, inferiore subelongato, intus villoso; filamento sterili subexserto, ab apice infra medium barbato; germine glabro. 4 — Caulis teres 12-15-pollicaris breviter glanduloso-pubescens. Folia glauca tenuia, superiora cordata amplexicaulia, suprema magis attenuata sublanceolato-acuminata, inferiora petiolata, radicalia late lanceolata, basi attenuata in petiolum sensim abeuntia. Pedunculi longi ex axillis foliorum flores 6–8 gerentes. Pedicelli breves cum calycibus corollisque minute glanduloso-pubescentes. Calycis segmenta subreflexa. Corolla circiter pollicaris pulchre violascenti-coerulea, fauce alba v. lactea, sursum longitudinaliter compressa, infra tri-plicata, lobis limbi rotundatis, intermedio labii inferioris minori. Filamenti sterilis barba pallide lutea. — Crescit in America boreali (Ohio).

21. P. LAEVIGATUM Ait. Hort. Kew. II. 361. — Sims, Bot. Magaz. t. 1425. — Willd. Spec. plant. III. 228. — G. Don l. c. no. 26. — Glabrum: foll. inferiorib. integerrimis petiolatis, reliquis repando-serrulatis sessilib. v. semiamplexicaulib. lanceolatis; florib. paniculatis; corollae purpureae orificio ad labium inferius pubescente; filamento sterili apice barbato. 4 — *Chelone Pentstemon* J. F. Mill. Icon. 4. — *Chelone foliis inferioribus ovato-acuminatis petiolatis integerrimis, superioribus amplexicaulibus lanceolatis dentatis; corollis patentibus bilabiatis* Arduin, Spec. 14. t. 5. — *Digitalis perfoliata glabra, flore violaceo minore* Moris. Oxon. Histor. II. 479. sect. 5. t. 8. fig. 6. — Crescit in America boreali.

22. P. HIRSUTUM Willd. l. c. 227. — G. Don l. c. no. 25. — Caule foliisq. pilosis; foll. acuminatis repando-serrulatis; florib. pallide purpurascentib.; corollae labii inferioris orificio pubescente; filamento sterili apice villosissimo. 4 — *P. pubescens β. angustifolium* Martyn et Mill. Dict. no. 2. — *Chelone hirsuta* Linn. Spec. plant. 849. — Moris. Oxon. Histor. III. 417. sect. II. t. 21. fig. 3. — *Digitalis flore pallido transparente, foliis cauleque molli hirsutie imbutis* Banist. Virgin. 1928. — *P. pubescentis* esse videtur varietas, tres igitur species ultimae in unam forte aptius contrahuntur. — Crescit in America boreali (Virginia).

23. P. PULCHELLUM Lindl. Bot. Regist. t. 1138. — Loddig. Botanic. Cabin. t. 1438. — G. Don l. c. no. 27. — Caule herbaceo pubescente; foll. sessilib. lineari-oblongis serrulatis glabris; panicula simplici secunda; calycib. pubescentib.; corollis ventricosis pilosiusculis eglandulosis; palato villoso; filamento sterili barbato; staminib. reliquis tubum aequantibus. 4 — Caulis erectus sesquipedalis ramosus leviter pubescens. Folia lineari-oblonga serrulata glabra, suprema sessilia subamplexicaulia. Paniculae terminalis simplicis subsecundae pedunculi biflori, bracteis longiores. Calycis laciniae pubescentes glandulosae. Corolla violacea v. lilacina pubescens eglandulosa ventricosa albo-venosa, laciniis subaequalibus, palato maculato villoso. Stamina glabra, suprema tubi longitudine, quandoque exserta, filamentum sterile his aequale, ad apicem barbatum. — *P.* (*Chelone* H. B. Kth. Nov. gen. et spec. pl. II. 364. — Kth. Synops. plant. aequinoct. II. 123.) *elegans* G. Don in Loud. Hort. Britannic. II. 243. — Crescit in insula Cuba prope Havanam et in Nova Hispania inter Toluccam et Tiangillo.

24. P. ROSEUM G. Don in Loud. Hort. Britannic. 243. — G. Don, General syst. of gard. and bot. IV. 639. no. 28. — Herbaceum: foll. sessilib. glabris ovato-lanceolatis argute serrulatis acuminatis, superiorib. latiorib.; pedunculis plerumq. trifloris; filamentis superiorib. basi planis; corollis pilosiusculis, labio inferiori barbato; filamento sterili apice barbato. 4 — Inflorescentia glandulosa. Panicula magna (thick) multiflora. Corolla parva subventricosa pallide rosea glandulosa ut totius plantae summitates. — *Chelone rosea* Cervantes mss. ex Sweet's Brit. flow. gard. III. t. 230. — *Pentstemon angustifolium* Lindl. Bot. Regist. t. 1129. — Loddig. Bot. Cabin. tab. 1430. — Crescit in Mexico.

25. P. GRANDIFLORUM Fraser, Catal. 1813. ex Nutt. l. c. 52. — G. Don l. c. 636. no. 4. — Glabrum glaucum: foll. integris, radicalib. subovalib., caulinis amplexicaulib. rotundato-ovalib. abrupte apiculatis; florib. magnis, plerumq. solitariis axillarib.; corolla campanulata, limbo quinquelobo patente; filamento quinto sterili ex parte pubescente. ♃ — Species pulchra. Flores magnitudine illorum *Digitalis purpureae* varie colorati. — *Chelone* (*Penstemon* Prsh. Flor. Am. sept. II. 738.) *Bradburii* Spr. Syst. veget. II. 813. — Crescit in Americâ boreali in planitiebus Missouri et Mississippi.

26. P. SPECIOSUM Dougl. mss. in Lindl. Bot. Regist. t. 1270. † — Rchb. Fl. exotic. IV. 1. t. 217. — D. Don in Sweet's Brit. flow. gard. (New Ser.) III. t. 250. — G. Don l. c. no. 5. — Glaucum glabrum: foll. integerrimis, radicalib. spathulatis, caulinis lanceolatis subundulatis sessilib.; florib. verticillatim paniculatis; corollae lobis subaequalib. rotundatis; rudimento sterilis filamenti quinti glaberrimo. ♃ — Folia radicalia lanceolato-spathulata integerrima, caulina angusta complicata sessilia undulata acuminata. Caulis 2–3-pedalis. Flores speciosissimi in cymas multifloras axillares, ad caulis fastigium spicatim dispositas digesti. Calycis laciniae 5 ovatae cuspidatae. Corolla uncialis coelestina in rubrum versicolor, tubo inflato, limbo bilabiato, lobis subaequalibus rotundatis, palato prominente glabro. Stylus purpureus filiformis glaber. — Crescit in America boreali-occidentali.

27. P. ACUMINATUM Dougl. mss. in Lindl. Bot. Regist. t. 1285. † — G. Don l. c. 637. no. 6. — Caule ascendente foliisq. glabris valde glaucis, radicalib. ovato-oblongis longe petiolatis integerrimis subcoriaceis, caulinis bracteisq. cordatis acuminatis sessilib. amplexicaulib.; florum fasciculis subsessilib.; calycis laciniis acuminatis glaberrimis; corolla tubo infundibuliformi, fauce inflata, limbi laciniis latis retusis. ♃ — Caulis ascendens pedalis – bipedalis glaucus, uti omnes partes, glaberrimus. Bracteae venosae coriaceae, inferiores floribus longiores. Flores in fasciculis subsessilibus intra bracteas axillaribus dispositi purpurei, ad marginem amoene cyanei. Calycis coriacei laciniae valde acuminatae, demum amplificatae. Corolla calyce triplo longior glaberrima, tubo infundibuliformi paululum arcuato, limbo valde obliquo, laciniis rotundatis. Filamentum sterile tubo brevius, apice leviter pilosum aduncum. — In planitiebus arenosis Columbiae crescit.

28. P. PUMILUM Nutt. Journ. acad. Philad. VII. 46. — G. Don l. c. no. 7. — Puberulum, caespitosum: foll. lanceolato-lincarib. acutis integris; caulib. brevissimis paucifloris; florib. majusculis glabris; segmentis calycinis lanceolatis acuminatis; filamento sterili apicem versus barbato. ♃ — Caules non ultra 3–4-pollicares. Flores magni purpurei?? — Crescit in America boreali ad fontes fluvii Columbiae ad ripas rivuli Goddin.

29. P. COBAEA Nutt. l. c. 182. — D. Don in Sweet's Brit. flow. gard. (New Ser.) IV. t. 348. — Hook. Bot. Magaz. t. 3465. — G. Don l. c. no. 8. — Elatum puberulum: foll. oblongo-ovatis denticulatis nitidis; panicula terminali foliosa; pedunculis 3–5-floris, pedicellis bracteatis; corolla pubescente magna, tubo inflato, limbo bilabiato quinquelobo, lobis 2 et 3 patentib. rotundatis, intus lineatis; filamento sterili infra barbato; calycis pubescentis laciniis oblongo-lanceolatis erectis. ♃ — Caulis bipedalis et ultra erectus rigidus rotundatus v. obtusissime angulatus, ut tota planta, puberulus. Folia superiora oblonga v. oblongo-cordata semiamplexicaulia, media oblonga, basi angustata sessilia, radicalia ovato-spathulata petiolata, margine denticulata, nitida. Panicula terminalis foliosa. Pedunculi oppositi ex foliorum axillis 3–5-flori, flores breviter pedicellati puberuli. Corollae tubus albido-purpurascens, limbi segmentis quinque patentibus, intus flavescenti-albis, rubro-striatis. Capsula conico-ovata acuminata bivalvis. — Crescit in America boreali (in calcareis „Red river").

30. P. DIGITALIS Nutt. Transact. of the Americ. Philos. Soc. (New Ser.) V. 181. — Sweet, Brit. flow. gard. II. t. 121. — G. Don l. c. no. 9. — Sims, Bot. Magaz. t. 2387. — Rchb. Flor. exotic. V. 3. t. 282. — Glaberrimum: foll. caulinis lanceolatis acuminatis repando-denticulatis; calycis viscidi segmentis acuminatis

reflexis; corolla magna subcampanulata albida puberula; filamento quinto sterili apice barbato. 2. — Affine dicitur *P. campanulato*. Folia lata. Panicula nuda. Ramuli ultimi et calyces viscoso-puberuli. Corollae pallide albae, tubus exsertus, orificio inflato subcampanulato tereti, labio superiori quam inferius paullo breviori coarctato, labium inferius trilobum dilatatum. — Crescit in America boreali (Arkansas).

31. P. LARICIFOLIUM Hook. et Arn. Bot. Beech. voy. 376. — Perenne caespitosum humile glaucescens glaberrimum: foll. angustissime linearib. obtusiusculis integerrimis nitidis, ad caulium basin dense congestis, superiorib. remotiusculis; racemis foliosis; pedicellis folio florali breviorib., supra basin bibracteolatis; calycis laciniis ovatis acuminatis, margine membranaceis; corolla glaberrima, superne ventricosa, labio inferiori ad faucem piloso; stamine sterili piloso; antherarum loculis divaricatis glaberrimis. 2. — Crescit in California (Snake Fort).

32. P. KUNTHII G. Don in Loud. Hort. Britannic. 243. — G. Don, General syst. of gard. and bot. IV. 639. no. 29. — Caule foliisq. glaberrimis linearib. argute serrulatis patenti-recurvatis; laciniis calycinis lineari-lanceolatis; corollis leviter barbatis; stamine sterili superne barbato. 2. — Folia sessilia subamplexicaulia. Corolla purpurea. Stamina vix exserta. — *Chelone angustifolia* H. B. Kth. Nov. gen. et spec. pl. II. 365. t. 173. — Kth. Synops. pl. aequin. II. 123. — *Pentstemon campanulatum β. angustifolium* Hook. Bot. Magaz. ad tab. 3884. — Crescit in crepidinibus obumbratis juxta Moran et Omitlan Mexicanorum. — Maxime affine praecedentibus et sequenti.

33. P. CAMPANULATUM Willd. Spec. plantar. III. 228. — Jcq. Hort. Schoenbr. III. t. 302. — Sims, Bot. Magaz. t. 1878. — Hook. Bot. Magaz. t. 3884. — G. Don l. c. no. 30. — Glabrum: caule herbaceo; foll. e lata basi lanceolatis acuminatis sessilib., summis ovatis; pedunculis bracteatis bifloris racemosis seu fere paniculatis; florib. subsecundis; calycis laciniis serratis; corollae fauce hirsuta; filamento sterili apice clavato hirsuto, longitudine staminum. 2. — Caulis herbaceus teres glaber. Folia valde acuminata, e basi apicem usque serrata, superiora sensim minora et pro longitudine sua latiora, in bracteas ovatas transeuntia. Pedunculi plerumque 2- (interdum 3-) flori, floribus subsecundis. Corolla purpurascenti-rosea, subtus pallidior, basi angustata, tubo sursum campanulato-inflato, lobis quinque rotundatis. Faux pilosa. Stamen sterile longitudine fertilium, apice clavatum pilosum, omnibus inclusis. — *Chelone campanulata* Cavan. Icon. plant. I. 18. t. 29. — *Chelone campanuloides* Andrws. Botanic. reposit. t. 40. — Crescit prope Santa Rosa de la Sierra et Los Joares Mexicanorum.

34. P. ATROPURPUREUM G. Don in Loud. Hort. Britannic. 243. — Loddig. Botan. Cabin. t. 1429. — G. Don, General syst. of gard. and bot. IV. 639. no. 31. — Caule suffruticoso subflexuoso nitido, superne glanduloso-piloso; foll. sessilib. argute serrulatis glabris, inferiorib. lanceolatis, utrinque attenuatis, superiorib. ovatis acuminatis amplexicaulib.; pedunculis axillarib. subtrifloris; calycib. corollisq. glanduloso-pubescentib.; corollis superne barbatis; filamento sterili apice barbato. ♀ — Flores obscure purpurei paniculam efficientes. — *Chelone atropurpurea* Sweet, Brit. flow. gard. III. t. 235. — Crescit in Mexico.

35. P. (CHELONE H. B. Kth. Nov. gen. et spec. pl. II. 292. † t. 172. — Kth. Synops. plant. aequinoct. II. 123.) GENTIANOIDES Lindl. Bot. Regist. (New Ser.) XI. t. 3. — (et G. Don l. c. no. 32. *eodem anno.*) — Hook. Bot. Magaz. t. 3661. † — Caule elato; foll. lanceolatis integerrimis glaberrimis, superiorib. breviorib. latiorib. acutissimis; panicula elongata laxa foliosa; pedunculis elongatis subumbelliferis; laciniis calycinis late ovatis; corollae lobis acutis; filamento sterili apice paullulum hirsuto. 2. — Caulis 3-4-pedalis supra ramosus glaber obscure purpurascens. Folia lanceolata horizontalia sessilia glaberrima integerrima, superiora latiora ovata acute acuminata minora, suprema bracteaeformia. Pedunculi in paniculam magnam digesti valde elongati, flores 3-6 umbellatos speciosos gerentes. Calycis segmenta late ovata acuta viridia purpurascentia. Corolla nutans rubicundo-purpurea (punicea), sursum ampliata subcampanulata, limbo bilabiato,

intus albido venis purpureis percurso, lobis ovatis acutis. Genitalia tubum corollinum aequantia. Filamentum sterile apice parce pilosum. — Crescit locis frigidis in monte Tolucco Mexicanorum.

36. P. MURRAYANUM Hook. Bot. Magaz. t. 3472. — Elatum glaberrimum glaucum: foll. integerrimis oblongis, inferiorib. spathulatis, superiorib. seu bracteis connato-perfoliatis; florib. racemoso-paniculatis; corollis glaberrimis (coccineis), tubo subcylindraceo longitudine staminum; filamento sterili imberbi. 4. — Caulis tripedalis erectus teres simplex, infra purpurascens. Folia valde glauca, omnia integerrima opposita magna, radicalia 6–8-pollicaria v. ultra spathulata, caulina inferiora oblonga, sensim minora latiora, basi coalita, floralia (seu bracteae) basi vaginatim connata perfoliata. Racemi paniculati, flores 4–6 magni speciosi pedunculati ex axillis foliorum oppositorum. Pedunculi interstitiorum longitudine, flores nutantes. Calycis segmenta patentia lineari-oblonga. Corolla sesquipollicaris v. major coccinea, basi lutea, apicem versus pallescens, sursum ampliata. Laciniae limbi 2 superiores angustiores, 3 inferiores patentes ovales. — Crescit in terra Texana. — *P. gentianoidi* proximum.

37. P. HARTWEGI Bth. Plant. Hartweg. 302. — Caule superne tenuissime pubescente; foll. lanceolatis integerrimis glabris; florib. racemoso-paniculatis; pedunculis pedicello longiorib. subtrilloris; bracteis lanceolatis; laciniis calycinis ovatis acuminatis; corollis ample tubulosis in faucem vix inflatis, extus viscoso-puberulis, intus imberbib.; stamine sterili glabro. 4. — Crescit in Mexico.

38. P. LANCEOLATUM Bth. l. c. 184. — Pubescens: foll. sessilib. lanceolatis integerrimis; panicula racemiformi terminali pauciflora longe pedunculata; florib. in ramis brevib. binis secundis; calycis laciniis ovatis pubescentib.; corolla tubulosa a medio ad apicem parum inflata; filamento sterili corollaq. imberbibus. 4. — Crescit in Mexico.

39. P. TENUIFOLIUM Bth. l. c. 186. — Glabrum v. leviter pubescens: foll. brevib. anguste linearib. obtusis; pedunculis axillarib. unifloris bibracteatis, ad apicem ramorum racemosis; calycis lacinils ovatis acutis puberulis; corollis a medio ad apicem (supra medium) valde inflatis; filamento sterili corollaq. imberbibus. 4. — Crescit in Mexico.

40. P. HUMBOLDTII G. Don, General syst. of gard. and bot. IV. 640. no. 40. — Caule simplici pubescente; foll. linearib. integerrimis; pedunculis bifloris paniculatis; lacinils calycinis subrotundo-ovatis acutis; corollis imberbib.; filamento sterili glabro. 4. — Folia obtusa 2–3-pollicaria, lineas 1½–2 lata. Calyx pubescens. Corolla fere eadem ac *P. barbati* sed imberbis et minor. Stamina exserta. — *Chelone imberbis* H. B. Kth. Nov. gen. et spec. pl. II. 363. — Kth. Synops. pl. aequin. II. 122. — Crescit in Nova Hispania inter Puerto de Varientos et pagum Santae Rosae.

41. P. BARBATUM Nutt. Gen. Americ. II. 51. — G. Don l. c. no. 41. — Glaucum: foll. integerrimis, radicalib. spathulatis petiolatis acutis, caulinis sessilib. lanceolatis; florib. pendulis paniculatis; labio inferiore corollae barbato revoluto tripartito. 4. — Corolla coccinea speciosa, intus albida, nutans. Filamentum sterile glabrum. Calycis laciniae margine scariosae.

α. Foll. latiorib., radicalib. magis spathulatis; corollis coccineis. — ***Chelone barbata*** Cav. Icon. plant. III. 22. t. 242. — Ker, Bot. Regist. t. 116. — ***Chelone ruellioides*** Andrws. Bot. reposit. t. 34.

β. Foll. angustiorib. latiorib.; corollis carneis. — Lindl. Bot. Regist. (New Ser.) XII. t. 21. — Crescit in Mexico.

42. P. CENTRANTHIFOLIUM Bth. Scrophular. Indic. p. 7. (adnot.) — G. Don l. c. no. 42. — Glaberrimum glaucum: foll. ovato-lanceolatis integerrimis, basi cordato-amplexicaulib.; panicula elongata; corollis tubulosis pendulis glabris, fauce nudis coccineis; filamento sterili imberbi. 4. — Caulis 3–7-pedalis teres glaucus rubro-maculatus. Folia glauca ovato-lanceolata cordata obtusa glabra et laevia. Panicula saepius longissima gracilis flexuosa, ramis omnibus brevibus parum divisis. Pedunculi filiformes. Calycis laciniae ovatae acutae cuspidatae.

Corolla tubulosa nullo modo inflata gracilis uncialis infundibularis coccinea, limbo subaequaliter quinquelobo bilabiato. Antherae oblongae, per paria quadratim approximatae glabrae albidae. Filamentum sterile apice dilatatum glabrum. — *Chelone centranthifolia* Bth. Transact. of the Hortic. Soc. (New Ser.) I. 481. — Lindl. Bot. Regist. t. 1737. — Crescit in California. — Affinis praecedenti.

43. P. CORDATUM Bth. Scrophul. Indic. p. 7. adnot. — Caule pruinoso; foll. breviter petiolatis late ovatis obtusis integerrimis, basi cordatis bullatis, subtus nervosis; panicula laxa; corollis tubulosis profunde bilabiatis, labio superiore emarginato, inferiore trifido; filamento sterili barbato; antheris glabris. ♃ — Crescit in California.

Sectio II. ERIANTHERA G. Don l. c. 639. — Antherae villosae v. pubescentes.

44. P. HETEROPHYLLUM Lindl. Bot. Regist. t. 1899. — Hook. et Arn. Bot. Beech. voy. 376. — Hook. Bot. Magaz. t. 3853. — G. Don l. c. 639. no. 33. — Foll. glaucescentib. integerrimis, inferiorib. lineari-lanceolatis, superiorib. linearib.; racemo virgato; calycis laciniis ovatis acuminatis; corollis ventricosis imberbib.; filamento sterili glabro; antheris sagittatis, apice fimbriatis. ♃ — Caulis 1½–2-pedalis virgatus glaucescens, basi purpureus. Folia subcoriacea obtusa vix unquam serrulata. Corolla laete purpurea glaberrima fere sesquiuncialis ventricosa, laciniis labii superioris obliqde rotundatis, inferioris intermedia lateralibus paullo angustiore. Pedicelli supra medium bibracteati. Filamentum sterile album glaberrimum subemarginatum. — Crescit in California.

45. P. GLABRUM Prsh. Flor. Americ. sept. II. 738. — Curtis, Bot. Magaz. t. 1672. — G. Don l. c. no. 34. — Glaberrimum: foll. sessilib. ovato-lanceolatis integris, margine ex parte undulatis; pedunculis multifloris secundis; segmentis calycinis rotundato-ovalib. acuminatis; corolla subcampanulata; filamento quinto sterili infra apicem retusum barbato; antheris pubescentibus. ♃ — Flores numerosi purpurei. — *Pentstemon erianthera* Nutt. Gener. plant. Americ. II. 52. — Crescit in America boreali (ad confluentem fluvium Shian et Columbia).

46. P. GLANDULOSUM Dougl. mss. in Lindl. Bot. Regist. t. 1992. — Hook. Bot. Magaz. t. 3688. — G. Don l. c. no. 35. — Pubescenti-glandulosum: foll. radicalib. ovatis grosse dentatis, caulinis amplexicaulib. acutis subintegerrimis; laciniis calycinis capsulae glabrae subaequalib.; corollis ventricosis; filamento sterili glabro. ♃ — Excepta sola capsula, undique pilis brevibus mollibus glandulosis obsitum. Caulis strictus bipedalis teres. Folia radicalia ovata breviter petiolata grosse dentata, caulina cordato-ovata acuta amplexicaulia, inferioribus paullulum dentatis, superioribus integerrimis. Flores terminales et axillares racemoso-paniculati, umbellulis pedunculatis saepius trifloris, foliis longioribus, basi bracteatis. Calycis laxi laciniae ovatae. Corolla magna ventricosa, *Digitalis* instar, pallide rosea, intus purpureo-vittata, fauce subcompressa, limbo bilabiato, labio superiore bilobo, lobis conniventibus, inferiore tripartito majore, laciniis lateralibus incurvis, super mediam subincumbentibus. Antherae albae ciliatae. Filamentum sterile rectum glabrum spathulatum. Capsula ovata glabra. Semina angulata. — Crescit in America boreali-occidentali.

47. P. VENUSTUM Dougl. mss. in Lindl. Bot. Regist. t. 1309. — G. Don l. c. no. 36. — Caule suffruticoso erecto glabro; foll. sessilib. rectis ovato-lanceolatis acuminatis denticulatis glabris; florib. paniculatis; corollis ventricosis ciliatis; calycib. glaberrimis; antheris pilosis. ♃ — *P. diffuso* valde affine videtur, differt tamen caule magis erecto, foliis sessilibus longioribus rectioribus; corollae colore obscuriore, calycibus glaberrimis antherisque hirsutis. — In America boreali-occidentali crescit.

48. P. RICHARDSONII Dougl. mss. in Lindl. Bot. Regist. t. 1121. — Loddig. Bot. Cabin. t. 1641. — Hook. Bot. Magaz. t. 3391. — Caule herbaceo perenni; foll. sessilib. pinnatifidis; calycib. glanduloso-pubescentib., laciniis ovatis acutis; corollae labio superiore bilobo, inferiore trilobo transverso; pedunculis racemosis

2–3-floris. 2. — Caulis erectus v. suberectus ramosissimus, ramis gracilibus puberulis. Folia ovato-acuminata obsoletissime pinnatifida pubescentia, segmentis angustis acuminatis saepeque dentatis. Ramuli numerosi laterales gerunt flores 2–3 pulcherrimos. Calycis laciniae profundae lanceolatae v. subovatae acuminatae patentes. Corollae purpureae tubus valde ventricosus, labio superiori bilobo erecto, inferiori trilobo patente. Filamentum sterile lineare compressum, supra flavescenti-viride, infra album, apicem versus albo-pilosum. — Crescit in America boreali (Columbia).

49. P. DISSECTUM Ell. Flor. Carol. II. 129. — G. Don l. c. 640. no. 38. — Foll. oppositis sessilib. multifido-dissectis, segmentis linearib. obtusis; florib. paniculatis. 2. — Caules puberuli. Corolla purpurea, labii inferioris segmenta quam superioris angustiora acutiora. Stamina inclusa. Antherae pubescentes v. pilosae. — Crescit in America boreali (Georgia).

50. P. SCOULERI Dougl. mss. in Lindl. Bot. Regist. t. 1277. † — G. Don l. c. no. 39. fig. 64. — Suffruticosum: foll. obovato-lanceolatis serrulatis, supremis integerrimis obtusis; florib. solitariis axillarib. racemosis breviter pedicellatis; corollis ventricosis, laciniis limbi serrulatis; antheris ianatis. 2. — Rami teretes, ramuli pilosiusculi. Folia lineari-lanceolata obovata acuta argute serrata, nunc subintegerrima, supremis oblongis obtusis integerrimis. Bracteae lineari-lanceolatae integrae, pedicellis breviores. Calycis laciniae acuminatae pubescentes. Corolla violaceo-purpurea fere biuncialis ventricosa, limbo bilabiato, labio superiore bilobo, inferiore trilobo, palato aperto pubescente, lobis omnibus crenulato-serrulatis. Antherae lanuginosae. — Crescit in America boreali (Columbia).

51. P. CRASSIFOLIUM Lindl. Bot. Regist. (New Ser.) XI. t. 16. † — Fruticosum glabrum: foll. obovato-lanceolatis integerrimis coriaceis, subtus carinatis; racemis terminalib. paucifloris secundis; rhachi hinc pubescente; calycis glabriusculi laciniis ovatis acuminatis striatis; corolla infundibulari glabra, labii superioris laciniis ovatis obtusiusculis, inferioris tripartiti lateralib. ovatis obtusis, basi villosis, intermedia abbreviata; antheris villosissimis. ♄ — Rami rigidi divaricati lignosi glabri, ramuli minutissime pubescentes. Folia carnosa coriacea, inferiora obovato-lanceolata, superiora ramorum florigerorum sensim breviora. Racemi simplices secundi minute puberuli, pedicelli apice bibracteolati, bracteolis setaceis. Flores lilacini, corollis uncialibus, calycis laciniae minute puberulae acuminatae. Filamentum sterile filiforme apice villosum. Stylus glaber. Capsula ovata quadrivalvis, calycis longitudine. — Crescit in ora Americae borealis occidentali-boreali.

† *Species haud satis notae, forte ad distinctum genus convocandae.*

52. P. TOLMIEI Hook. Flor. Bor. Americ. II. 98. — Humile herbaceum caespitosum glaberrimum: foll. lanceolatis acutis subcoriaceis integerrimis marginatis sessilib., sub lente impresso-punctatis, inferiorib. petiolatis; verticillastris florum racemosis densis; pedicellis plurifloris brevib.; corollis parvis, limbi laciniis acutis subaequalib.; capsulis fuscis calycem subaequantibus. 2. — Vix spithamaeum. Radices horizontales lignosae crebre fibrillosae, caules plurimi caespitosi. Corolla — unica tantummodo adest — vix semipollicaris. Inflorescentia subspicata. — Crescit in America boreali (Carolina).

53. P. FRUTESCENS Lamb. Transact. of the Linn. Soc. X. 259. t. 6. — Prsh. Fl. Americ. septentr. II. 428. — Hook. l. c. — Caule fruticoso; ramis angulatis, superne pubescentib.; foll. lanceolatis, obsolete denticulatis sessilib. glabriusculis; racemis terminalib. subcorymbosis; filamento sterili longitudinaliter barbato. ♄ — Folia 3–4-pollicaria, pollicem lata. — *Digitalis dasyantha* Pall. mss. — Unalaschka.

54. P. MENZIESII Hook. l. c. — Fruticosum humile vage ramosum: foll. glabris obovato-cuneatis obtusis coriaceis, apicem versus serratis, breviter petiolatis; racemis terminalib.; florib. speciosis oppositis tubuloso-campanulatis. ♄ — *Gerardia fruticosa* Prsh. Fl. Americ. septentr. II. 433. t. 18. — Crescit in America boreali (Nutka).

55. P. DOUGLASII Hook. l. c. — Fruticosum humile: ramis subfastigiatis erectis; foll. glaberrimis obovato-lanceolatis acutis coriaceis integerrimis sessilib.; racemis terminalib.; pedicellis oppositis; capsulis nigrescentib. calycem paululum excedentibus. ♁ — Affine praecedenti, sed distinctissimum. Folia ½–¾ poll. longa, exsiccata nigricantia. Segmenta calycina ovato-lanceolata serrulata, quam capsulae pallidiora. — Crescit in America boreali-occidentali (Blue mountains).

56. P. GAIRDNERI Hook. l. c. 99. — Fruticosum humile minute puberulum: ramis subfastigiatis erectis strictis; foll. alternis lineari-spathulatis (supremis linearib.) coriaceis integerrimis sessilib.; racemis elongatis; pedicellis alternis (!!!!) bracteatis; capsulis rubro-fuscis calyce concolori paululum longioribus. ♁ — Crescit in America boreali-occidentali (Blue mountains).

57. P. SERRULATUM Menzies mss. ex Hook. l. c. 95. — Caule glabro; foll. omnib. argute serratis, superiorib. ovatis subhastatis; panicula bi-trifurcata; filamento sterili barbato. ♃ — Forte idem ac *P. diffusum*. — Crescit in America boreali-occidentali.

†† *Species dubiae.*

58. P. ARGUTUM Paxton, Magazine of botany VI. 271. c. icon. ex D. Dietr. Synops. plantar. III. 505. no. 49. — Suffruticosum pubescens: caulib. numerosis ramosissimis; foll. oppositis partim connatis, superiorib. ovatis, inferiorib. spathulatis irregulariter serratis, subtus pallidiorib.; calycis dentib. quinque aequalib. ovato-lanceolatis persistentib.; stylo apice recurvo, superne barbato. ♁ — Planta 3–4-pedalis. Corolla bilabiata violaceo-purpurea. Filamenta alba. — In Mexico.

59. P. ALPINUM Torr. mss. ex Spr. Syst. vegetab. IV. 235. — Glaberrimum: foll. oblongo-lanceolatis denticulatis; pedunculis multifloris; corolla subregulari; antheris hirsutis. ♃ — *Chelone alpina* Spr. l. c. — Crescit in America boreali ad Rocky mountains.

3909/1. TETRANEMA *Bth.*

(Bth. in Lindl. Bot. Regist. [New Ser.] XVI. t. 52. — Endl. Gen. pl. Suppl. IV. ined.)

1. T. (PENTSTEMON Hortul.) MEXICANUM Bth. l. c. — Herba humilis habitu *Gloxiniarum*. Caulis simplex brevissimus. Folia opposita vix petiolata, petiolis vaginatim subamplexicaulibus, ovata, basi longe attenuata, acuta serrata, nervo medio valde prominente, supra glauca, infra rubentia, utrinque — ut videtur — glaberrima, crassiuscula. Pedunculi axillares bini longiusculi, folio breviores, apice foliolis 2 lanceolatis instructi, flores plurimos (12–20) brevissime pedicellatos gerentes. Corollae tubus rubicundus, calyce triplo longior, limbo bilabiato, labio superiori apice bifido, labio inferiori trifido, laciniis ovalibus obtusis albescentibus, purpureo-striatis. ♃ — A genere *Pentstemon* differt solummodo stamine quinto sterili deficiente. — Crescit in Mexico.

3910. RUSSELIA *Jcq.*

(Jcq. Plant. Americ. 176. tab. 113. — Meisn. Gener. plant. vascul. I. 308. II. 219. — Spr. Syst. veget. II. 811. — G. Don, General syst. of gard. and bot. IV. 513. sq.)

§. 1. *Foliis oppositis; caulibus ramisque quadrangularibus.*

1. R. SARMENTOSA Jcq. Plant. Americ. 178. t. 113. — Willd. Spec. plant. III. 344. — Kth. Synops. plant. aequinoct. II. 119. — G. Don l. c. 514. no. 1. — Caule ramisq. quadrangularib. glabris; foll. oppositis ovatis, basi rotundatis, supra pilosiusculis; corymbis axillarib. pedunculatis 3–5-floris. ♁☋ — Folia breviter petiolata ovata acuta dentata, supra pilosiuscula, infra glabra, 8 lin. longa, 5 lin. lata. Corolla carnea v. pulchre rubicunda semipollicaris. — Crescit in sylvaticis insulae Cubae prope Guanavacoa.

2. R. MULTIFLORA Sims, Botanic. Magaz. t. 1598. — G. Don l. c. no. 2. — Caule quadrangulari glabro subscandente; foll. oppositis petiolatis ovato-oblongis

acuminatis serrato-crenatis; racemis cymosis terminalib. verticillatis multifloris. ♁ — Flores coccinei. Folia glabra. — Crescit in Mexico.

3. R. ROTUNDIFOLIA Cavan. Icon. plant. V. 9. t. 415. — Pers. Enchirid. bot. II. 164. — G. Don l. c. no. 3. — Pubescens v. tomentosa: caule ramisq. erectis tetragonis; foliis sessilib. cordato-subrotundis crenatis tomentosis; racemis axillarib. bifidis secundis multifloris. ♁ — Flores coccinei. Folia crenato-serrata. — In Mexico prope Acapulco crescit.

4. R. SYRINGAEFOLIA Cham. et Schlchtd. Linnaea VI. 376. † — G. Don l. c. no. 4. — Fruticosa scandens glabrescens: ramis tetragonis acutangulis; foll. oppositis breviter petiolatis cordatis ovatis acuminatis acutis mucronulatis; laciniis calycinis ovatis acuminatis acutis brevib.; capsula ovata acuta a calyce basi amplexa. ♁ ⌣ — Folia adulta 2½-3-pollicaria, 1½-2 poll. lata, pergamentacea firmia, supra nitida glaberrima, nervo venisque primariis utrinsecus subquinis impressis, iisdem subtus prominentibus, leviter reticulato-venosa, margine reflexa. Petiolus sesqui-trilinearis crassus pubescens, linea stipulari pubescente cum opposito connexus, pube in costam et venas folii vix ascendente. Cymae terminales et axillares multiflorae, more generis breviter pedunculatae dimidiumque folium subaequantes, ramis pedicellisque pubescentibus; calycibus glabrescentibus. Corolla 8 lin. longa coccinea, fauce et infra faucem uberius barbata. Capsula cum basi calycis fere semipollicaris acuta septicide dehiscens, valvis serius bifidis. — Crescit in Mexico (Papantla).

5. R. FLORIBUNDA H. B. Kth. Nov. gen. et spec. plant. II. 339. — Kth. Synops. pl. aequin. II. 119. — G. Don l. c. no. 5. — Caule ramisq. quadrangularib. glabris; foll. oppositis ovatis cordatis glabriusculis; corymbis axillarib. sessilib. multifloris. ♁? ♃? — Folia breviter petiolata serrato-crenata, infra in nervo medio pubescentia, 9-10 lin. longa, 8-9 lin. lata. Corymbi foliorum circiter longitudine sessiles (H. B. Kth. l. c.)? pedunculati (Cham. et Schlchtd. Linnaea V. 106.)? Corolla coccinea. Semina minuta oblonga angulata fusca. — Crescit in Mexico inter fluvium Papagallo et Venta de Tierra Colorada.

6. R. ALATA Cham. et Schlchtd. Linnaea III. 3. † — G. Don l. c. no. 6. — Caule quadrangulari-alato piloso; foll. oppositis ovatis acuminatis in petiolum alatum decurrentib. pilosis; pedunculis axillarib. solitariis. ♁ — Caules adulti prostrati, ad nodos radicantes, e quibus oriuntur rami erecti pedales vel sesquipedales. Caulis alae ciliatae. Folia obtuse serrata, infra pilosa, 2½ poll. longa, 1¼ lata. Corollae limbus ciliatus. — Crescit in Brasilia tropica.

7. R. JUNCEA Zuccarini mss. ex Lindl. Bot. Regist. t. 1773. † — Ramis tetragonis erectis junceis; foll. minimis petiolatis ovatis subintegris; pedunculis filiformib. subbifloris. ♁ — Caulis tripedalis erectus angulatus viridis, ramis obsitus gracillimis tetragonis pallide viridibus, junioribus subaphyllis nutantibus. Folia saepe minima, semper parva, in ramulis debilioribus majora petiolata ovata acuta subtiliter serrulato-ciliata, aliquando dente uno alterove munita. Inflorescentia primo adspectu paniculata, re vera e ramulis racemosim digestis gracilibus distantibus constans, quorum apici insident flos unus duove pedicellati cernui. Calycis laciniae 5 ovatae acutae. Corolla tubulosa coccinea uncias longa, sursum dilatata, limbo subaequaliter quinquefido, laciniis obtusis, duabus superioribus magis approximatis. Stigma bilobum, lobis oblongis planis. — Crescit in Mexico prope Oaxaca.

§. 2. *Foliis verticillatis; caulibus ramisque multangularibus.*

8. R. TERNIFOLIA H. B. Kth. l. c. 339. † — Kth. l. c. 120. — G. Don l. c. no. 7. — Caule ramisq. sexangularib. pubescenti-hirtis; foll. ternis verticillatis obovatis aut ovatis, basi cuneatis, supra hirtis, infra hirto-pubescentib.; corymbis axillarib. pedunculatis multifloris. ♁ — Folia breviter petiolata grosse serrato-dentata, 2-2½ poll. longa, 16-24 lin. lata. Corolla coccinea. — Crescit in declivitate montis Ignivomi Jorullo Mexici.

9. **R. VERTICILLATA** H. B. Kth. l. c. 360. † — Kth. l. c. — G. Don l. c. no. 8. — Ramis subdecemangularib. glabris; foll. corymbisq. verticillatis. ♁ — Rami verticillati. Folia floralia rotundato-ovata obtusa, basi cuneata, serrato-crenata pilosa. Corolla coccinea. — Crescit locis temperatis Novae Hispaniae prope speluncam Puente de la Madre de Dios.

10. **R. EQUISETIFORMIS** Cham. et Schlchtd. Linnaea VI. 377. † — G. Don l. c. no. 9. — Suffruticosa ramosissima virgata subaphylla glabra: ramis verticillatis senis ternisve et sursum oppositis, saepius geminatis angulatis, angulis prominentib.; florib. in apicib. ramorum oppositis, terminali abortivo, pedunculatis; laciniis calycinis triangularib. acutis; corollae fauce imberbi; capsula globosa, calyce ipsa angustiori suffulta. ♁ — Suffrutex tripedalis. Caulis junior simplex 12-8-angularis, foliis senis quaternisve verticillatis. Folia petiolata elliptica acuta grosse parceque serrata, quatuor circiter lineas longa. Serius evolvuntur rami axillares caduntque folia, petiolis squamaeformibus superstitibus. In apicibus adultae plantae folia hinc inde observantur minora angustiora magis lanceolata. Pedunculi semipollicares. Calyx sub anthesi parvus. Corolla 6 lin. longa coccinea, genitalibus eam aequantibus. Capsula diametro transversali trilineari calyce paullo aucto at ipsa angustiori suffulta, bilocularis, septicide et simul loculicide dehiscens, stylo quadrifisso, placenta centrali demum libera. Semina minuta ovalia verruculosa dilute brunnea, inter pilos albidos longos e spermophoro ortos, loculamenta capsulae farcientes nidulantia. — Crescit in apricioribus Papantlae Mexicanorum.

11. **R. EPHEDROIDES** Bth. Plant. Hartweg. p. 69. no. 501. — Suffruticosa, basi decumbens v. erecta: ramis 3-4-nis verticillatis strictis junceis glabris, tereti-striatis (polyëdris); foll. minimis squamaeformib. adpressis v. ramealib. parvis ovatis dentatis; cymis verticillatis densis pauciforis; corolla viscidula apice ampliata. ♁ — Caules 1-2-pedales glaberrimi. Folia ramorum primordialium omnia ad squamulam linearem ½ lin. longam rigidam adpressam reducta, ex harum axillis nascitur hinc inde nunc fasciculus e foliis 2-3 ovali-oblongis 1-2 lin. longis constans, nunc ramulus elongatus remote foliatus, foliis verticillatis 2-3 lin., longis. Inflorescentia pseudo-verticillata, squamulae enim superiores pleraeque floriferae, cyma sub quavis squama 3-5-flora, floribus breviter pedicellatis bracteis paucis brevibus foliaceis intermixtis. Calycis campanulati dentes lanceolato-subulati, tubo subaequilongi. Corolla fere 5 lin. longa (coccinea??) limbo ampliore, quam in caeteris speciebus. — In Mexico (Hacienda de Santa Anna).

† *Species mihi nomine tantum nota.*

R. POLYEDRA Zucc. ex Steud. Nomencl. bot. (ed. 2.) II. 487.

†† *Species e genere espellendae.*

R. ALTERNIFOLIA Pers. = GALVEZIA FRUTICOSA (ex Steud. Nomencl.)
R. CAPENSIS Linn. fil. = VAHLIA CAPENSIS.
R. OLDENLANDIOIDES Rxb. = VAHLIA OLDENLANDIA.
R. VISCOSA Rxb. = VAHLIA SESSILIFLORA.

3911. PHYGELIUS *E. Mey.*

(E. Mey. mss. ex Bth. in Hook. Comp. bot. Magaz. II. 53. — Meisn. Gener. plantar. vascular. I. 308. II. 219.)

1. **PH. CAPENSIS** E. Mey. mss. ex Bth. l. c. — Frutex glaberrimus, paniculae tantum rhachi tenuiter pubescente. Folia opposita petiolata (fere *Teediae*) ovata subcordata crenata crassiuscula laevia. Panicula ultra pedalis laxa secunda, ramis laxe 3-5-floris. Bracteae ad basin ramorum paniculae et pedicellorum breves. Pedicelli apice recurvi. Calyces nutantes glaberrimi. Corolla sesquipollicaris speciosa glaberrima, tubo supra ovarium contracto. Stamina exserta. Capsula ovata semipollicaris valde obliqua submembranacea, bisulcata glaberrima glaucescens. ♁ — Crescit in Promontorio bonae spei (Wikbergen in Caffreland).

3912. COLPIAS *E. Meyer.*

(E. Meyer mss. ex Bth. in Hook. Comp. bot. Magaz. II. 53. — Meisn. Gener. plant. vascular. I. 308. II. 219.)

1. C. MOLLIS E. Mey. mss. ex Bth. l. c. — Fruticulus divaricato-ramosissimus: ramulis fragillimis molliter pilosis. Folia petiolata subrotundo-cordata semipollicaria acuta inciso-dentata v. palmatiloba, utrinque pilosa. Pedunculi axillares uniflori folio longiores ebracteati. Calyx villosissimus. Corolla 8—10 lin. longa glaberrima. Genitalia brevissima. Capsula glabra calycem aequans. ♀ — Crescit in Promontorio bonae spei (in rupibus prope Zilverfontein in Nemaqualand).

3913. IXIANTHES *Bth.*

(Bth. in Hook. Comp. bot. Magaz. II. 53. — Meisn. Gener. pl. vascul. I. 308. II. 219.)

1. I. RETZIOIDES Bth. l. c. — Frutex: ramis erectis hirsutis. Folia crebra 4—5-natim verticillata subsessilia erecta rigida lanceolata acuta, spice serrata, basi angustata integerrima coriacea glabra v. juniora villosa. Pedunculi axillares uniflori bibracteati, folio breviores. Calyx 4—5 lin. longus, sepalis (laciniis) striatis glabriusculis. Corolla circiter 10 lin. longa, valde obliqua, extus viscoso-villosa. Genitalia corolla breviora. Capsula crassa semipollicaris ovoidea acuta, profunde bisulcata, matura bipartibilis. ♀ — Crescit in Promontorio bonae spei (prope Tulbagh in districtu Worcester).

3914. REHMANNIA *Liboschitz.*

(Liboschitz mss. ex Fisch. Indx. semin. hort. Petropolit. I. 1835. coll. p. 36. — Meisn. Gener. plant. vascul. I. 308. II. 219.)

1. R. CHINENSIS Fisch. et Meyer l. c. p. 36. — Ann. sc. natur. V. 194. † — Lindl. Bot. Regist. t. 1900. — Hook. Bot. Magaz. t. 3653. † — Knwls. et Wstsc. The floral Cabinet I. 91. † t. 44. — Herba perennis glutinosa pilosa, palmaris v. bipedalis, undique livide purpurascens. Folia obovata inaequaliter grosseque dentata alterna, sursum decrescentia. Racemus laxus, in planta culta 8—10-florus, basi foliosus, in spontanea contractus. Flores inferiores in axillis bractearum foliacearum longe pedunculati, superiores subsessiles. Calyx villosissimus campanulatus quinquedentatus, limbo paullo obliquo. Corolla tubulosa villosa sesquuncialis, tubo extus fusco-purpureo, ventre lutescente, limbo ferrugineo-venoso, basi sanguineo, quinquelobo, laciniis rotundatis, superioribus latioribus paullo reflexis, inferiori lineari, multo angustiori, utrinque plicata. Stamina 4 didynama, versus basin tubi inserta inclusa glabra, antherarum loculis subparallelis muticis. Ovarium ovatum uniloculare, placentis duabus didymis reflexis polyspermis. Stylus filiformis. Stigma bilamellatum, lobis aequalibus. ♃ — *Digitalis* (*Gerardia* Bnge. Enumer. plant. Chinens. 49. [nec Linn.] — *Rehmannia* Libosch. mss.) *glutinosa* Grtnr. Nov. comment. acad. imperial. Petropolit. XIV. 544. t. 20. — Crescit in China prope capitalem urbem Peking in montosis.

3915. DIGITALIS *Tournef.*

(Tournef. Instit. rei herb. 73. — Meisn. Gener. plant. vascul. I. 308. II. 219 — Spr. Syst. veget. II. 797. — Digitalium monographia, sistens historiam botanicam generis, tabulis omnium specierum hactenus cognitarum illustratam, utplurimum confectis ad icones *Ferdinandi Bauer* penes *Guilielmum Cattley*. — Cura *Joannis Lindley*. — Londini 1821. fol. — *Digitalis* et *Isoplexis* G. Don, General syst. of gard. and bot. IV. 504. 506.)

Sectio I. DIGITALIS Lindley l. c. p. 9.

Corollae labium superius multo brevius, ab inferiore imbricatum.

1. D. PURPUREA Linn. Spec. plantar. 860. — Grtnr. De fructib. et seminib. I. 247. t. 53. — Fchs. Hist. stirp. 892. t. 893. — Dodon. Pemptad. stirp. II. t. 13. — Leb. Icon. t. 572. — Rivin. Monop. irregul. t. 104. — Knipht. Centur. 3. c. ic. — Blackw. Herb. t. 16. — Curtis, Fl. Londin. I. t. 46. — Zorn. Icon. t. 262. — Flor. Danic. t. 74. — Engl. bot. t. 1297. — Hayne, Arzneigew. I. t. 45. — Strm. Dschlnds. Flor.

Hft. 11. ic. aen. — Lindl. Monogr. Digital. 9. † t. 2. — Rchb. Flor. Germ. excurs. 379. no. 2362. — Koch, Synops. flor. Germ. (ed. 1.) 518. — Foll. ovato-lanceolatis crenatis, subtus caule pedunculisq. tomentosis, inferiorib. in petiolum angustatis; laciniis calycis ovato-lanceolatis breviter acuminatis trinerviis pubescentib.; corolla ampliato-campanulata, extus glaberrima, labio superiore obtusissimo retuso v. leviter emarginato, laciniis labii inferioris breviter ovatis rotundatis. ♂ — Flores purpurei, raro carnei v. albi, intus punctis intense purpureis albo-marginatis adspersi. Herba 2-3-pedalis. Folia rugosa mollia opaca, radicalia oblonga petiolata, caulina sessilia, versus basin attenuata, suprema integra. Racemi secundi densi elongati. Bracteae ovato-lanceolatae floribus breviores. Capsula pubescens. — *Campanula sylvestris v. Digitalis* Trag. Kräuterbch. II. c. 125. — *Virga regia* Caesalp. De plant. 348. — *Digitalis flore incarnato* Bessl. Hort. Eyst. aest. ord. I. fol. 1. fig. 2. — *Digitalis purpurea folio aspero* Moris. Oxon. Hist. stirp. I. 478. sect. 5. t. 8.

β. floribus albis. — *Digitalis alba* Lobel. Icon. t. 572. — Bessl. Hort. Eyst. aest. ord. I. fol. 2. fig. 1. — Crescit in Europae mediae lucis et ad viarum margines vix ultra 62° lat. bor. — (De hujus speciei forma monstrosa singulari conf. *Vrolik* in Flora (B. Z.) 1844. no. 1. t. 1. 2.)

2. D. THAPSI Linn. l. c. 867. — Sm. Exot. Bot. 83. t. 43. — R. Br. in Ait. Hort. Kewens. (ed. 2.) IV. 28. — Lindl. l. c. 10. † t. 3. et 4. — Foll. oblongis rugosis crenatis undulatis decurrentib.; sepalis ovatis; corollae laciniis ovatis rotundatis; pedunculis gracilib. arcuatis calycib. multum longioribus. ♃ — Praecedenti simillima, tantum differt habitu humiliore, adspectu molli et incano, caule ramuloso (in var. *β.* tamen simplici), foliis undulatis decurrentibus, bracteis lanceolatis saepius corolla brevioribus, laciniis calycinis ovatis angustioribus magisque tomentosis, laciniis corollae rotundatis, demum antheris immaculatis pubescentibus, sed praecipue pedunculis gracilibus arcuatis quam calyces multum longioribus, capsulis minoribus glabris. — *D. verbascifolia* Bocc. Mus. 108. t. 85. — Barrel. Icon. 20. t. 1183. — *Digitalis Hispanica purpurea minor* Tournef. Instit. 165.

β. intermedia Lindl. l. c. t. 4. — Caule simplici altiore; corollae laciniis obsoletis. — *D. purpurea* Tabern. Icon. t. 568. — *D. flore rubro* Bessl. Hort. Eyst. aest. ord. I. fol. 2. fig. 2. — *D. tomentosa* Lnk. et Hffmnsgg. Flor. Portug. I. 220. t. 29. — Sims, Bot. Magaz. t. 2194. — Crescit in montosis Etruriae, Sabaudiae, Lusitaniae et Hispaniae.

3. D. MARIANA Boiss. Voyage bot. dans le midi de l'Esp. p. 415. † t. 126. A. — Perennis: foll. utrinq. cano-tomentosis pannosis petiolatis ovatis crenatis; racemo unilaterali; bracteis squamaeformib. minutissimis; pedicellis per anthesin calyce plus duplo longiorib.; calycis tomentosi laciniis rotundato-ovatis obtusis mucronatis cucullatis; corolla campanulata, supra basin valde constricta verticaliter subcompressa, extus glabra breviter ciliata rosea, infra brunneo-punctata, labio superiori breviori obtusissimo integro, inferiori trilobo, lobis rotundatis, intermedio multo majori; capsulis tomentosis acutis, calyce patulo duplo longioribus. ♃ — Caulis unicus aut plures erecti albo-tomentosi simplices angulati semipedales v. sesquipedales. Folia pleraque radicalia, utrinque molissime albo-griseo-tomentosa, infra reticulato-nervosa ovata v. ovato-oblonga, in petiolum magis minusve abrupte desinentia, caulina minora acuta subsessilia. Racemus unilateralis 10-20-florus. Pedicelli tomentosi in anthesi calyce duplo triplove longiores, ad ortum et iterum sub calyce flexi, bracteola triangulari, apice subulata fulti. Calycis ad basin usque quinquepartiti laciniae rotundato-ovatae cucullatae valde patulae mucronatae integerrimae subenerves, extus breviter tomentosae, superiori angustiori. Corolla (magnitudine *D. purpureae*) campanulata verticaliter depressa, paullo supra basin valde constricta bilabiata, margine breviter ciliata, intus parte inferiore pilis longis albis barbata rosea, intus parte inferiori maculis brunneo-rubris albo-marginatis variegata. Capsula ovato-conica acutiuscula, stylo persistente apiculata breviter tomentosa, calyce duplo longior. Semina nigra

minutissime muriculata. — Crescit in Hispania meridionali ad rupes montis Mariani vulgo la Sierra Morena.

4. D. MINOR Linn. Mantiss. 567. — Sims, Bot. Magaz. t. 2160. — Lindl. l. c. 12. † t. 5. et 6. — Foll. radicalib. humi recurvis lanceolatis planis denticulatis; racemis pauciflоris; corollae laciniis ovatis rotundatis dilatatis glaberrimis, superiore bifida; pedunculis calyce triplo longioribus. 2. — Caulis simplex glaber v. pubescens. Folia remote dentata glaberrima, radicalia subtus pubescentia. Racemus laxus subsecundus. Bracteae inferiores floribus subaequales foliiformes. Calycis laciniae lanceolatae pubescentes, inferiores tubum corollinum aequantes. Corolla pallide purpurea, tubo quam praecedentium minus ventricoso glaberrimo, maculis plurimis non ocellatis notato, laciniis rotundatis dilatatis, superiore bifida. Antherae valvulae interiores vittatae. — *β. minima* Lindl. l. c. t. 6. — Scapo aphyllo foliisque villosissimis. — Crescit in Hispania.

5. D. PURPURASCENS Rth. Catalect. botan. II. 62. — Lindl. l. c. 22. t. 20. — Rchb. Flor. Germ. excurs. 378. no. 2576., Plant. critic. II. fig. 284. — Koch, Synops. fl. germ. (edit. 1.) 518. — Foll. oblongo-lanceolatis serratis glabris, subtus in nervis pubescentib., inferiorib. in petiolum angustatis, superiorib. basi ovata sessilib.; laciniis calycinis oblongo-lanceolatis acuminatis trinerviis, margine pedunculis cauleq. superne glanduloso-pubescentib.; corolla tubuloso-campanulata, extus glaberrima, labio superiore obtuso emarginato, laciniis labii inferioris ovatis, lateralib. acutiusculis, intermedia obtusissima corolla multo breviore. ♂ — Corolla flava, colore dilute purpureo fucata, rarius tota purpurea, intus pallida, ventre punctis purpureis magis minusve adspersa. — *D. longiflora* Lej. Revis. de la fl. de Spa 126. — *D. purpureo-lutea* Mey. Chlor. Hannover. 334. — *D. erubescens* Dryand. mss. ex Hort. Kewens. (edit. 2.) IV. 29. — *D. lutea γ. hybrida* Lindl. Monogr. Digital. 23. t. 23. — *D. hybrida* Salv. Nouv. Bullet. III. 337. t. 6. — Journ. Phys. 1782. p. 285. t. 1. fig. 1. et 2. — *D. intermedia* Lapeyr. Abr. Pyr.? — Num hybrida inter *D. purpuream et luteam?* — Crescit in Bavaria (Kusel, in montibus Navae), prope Leodium et Malmundarium.

6. D. GRANDIFLORA Lam. Fl. Franc. II. 333. — Rchb. Fl. Germ. excurs. 379. no. 2580. — Koch, Synops. fl. Germ. (edit. 1.) 518. — Foll. oblongo-lanceolatis serratis ciliatis pubescentib., inferiorib. in petiolum attenuatis, superiorib. basi ovata semiamplexicaulib.; laciniis calycinis lanceolatis acutis; pedunculis cauleque superne glanduloso-pilosis; corolla ampliato-campanulata glanduloso-pubescente, labio superiore obtusissimo emarginato v. subdenticulato, laciniis labii inferioris triangularib., intermedio duplo longiore obtusoque v. acuto, corolla multo breviore. 2. — Corolla luteo-sulphurea, interne lineis fuscis reticulato-nebulosa.

a. acutiflora Koch l. c. — Laciniis labii inferioris acutis. — *D. ambigua* Strm. Deutschl. Flor. Hft. 11. — *D. ochroleuca* Lindl. Monogr. Digit. 14. † t. 8. (excl. var. *β.*) — Variat: *D. ochroleuca* Jcq. Fl. Austriac. I. 36. t. 57. — *Digitalis lutea* Tabern. Icon. t. 567. — *D. flore luteo* Bessl. Hort. Eyst. aest. ord. I. fol. 1. fig. 3. — *D. purpurea* var. Kniphf. Centur. 6. c. ic. — *D. ambigua* Murr. Prodr. fl. Goetting. 62. — *D. grandiflora* Rchb. Plant. critic. fig. 280.

β. obtusiflora Koch l. c. — Laciniis labii inferioris obtusis. — *D. ambigua* Lindl. l. c. 13. † tab. 7. (excl. synon.) — *D. ochroleuca* Rchb. Plant. critic. II. fig. 280. — In Austriae, Helvetiae et Germaniae umbrosis (in Sibiria? in Persia?).

7. D. MEDIA Rth. Catalect. botanic. II. 60. — Rchb. Fl. Germ. excurs. 378. no. 2575., Plant. critic. II. fig. 281. — Koch l. c. — Foll. oblongo-lanceolatis serratis glabris ciliatis, inferiorib. in petiolum attenuatis, superiorib. basi ovata sessilib.; calycis laciniis lanceolatis uninerviis acutis, margine pedunculis cauleq. superne glanduloso-pubescentib.; corolla tubuloso-campanulata, extus glanduloso-pubescente, labio superiore obtuso emarginato, lobulis acutis, laciniis lateralib. labii inferioris triangularib. acutis, intermedia ovata obtusa corolla multo breviore. ♂ — Differt a sequente corollis latioribus majoribus, intus in ventre obsolete brunneo-reticulatis et ad insertionem staminum utrinque fascia lata ferruginea pictis. — *D. intermedia* Pers. Enchirid. II. 167. — *D. ambiguo-lutea* Meyer, Chlor. Hannover

385. — *D. ambigua* Lindl. l. c. 13. ex p. (excl. icon.) — Crescit in Bavaria (Kusel et Niederalben) et in vallibus Jurae.

8. D. LUTEA Linn. Spec. pl. 867. — Rchb. Plant. critic. II. fig. 280. — Lindl. l. c. 23. † t. 24. 25. (excl. var. γ.) — Bull. Herb. t. 373. — Jcq. Hort. Vindobon. II. 47. t. 105. — Ker, Bot. Regist. t. 251. — Koch l. c. 519. — Foll. oblongo-lanceolatis serratis glabris v. basi subciliatis, inferiorib. in petiolum attenuatis, superiorib. basi ovata sessilib.; caule pedunculisq. glabris; laciniis calycinis lanceolatis uninervils acutis, margine glanduloso-pubescentib.; corolla tubulosa, extus glabra, labio superiore acute emarginato, lobulis acutis, laciniis labii inferioris ovatis, lateralib. acutis, intermedia acutiuscula v. obtusa, corolla multo breviore. ♂ — Caulis simplex teres v. levissime angulatus, pallide viridis glaberrimus v. pubescens. Folia radicalia spathulata magis minusve dentata, ad venas subtus pubescentia, superiora ovato-lanceolata. Racemus secundus densus multiflorus. Bracteae floribus inferioribus longiores. Corolla calyce triplo longior pallide lutea, versus apicem puberula, laciniis ovatis barbatis, suprema bifida. Antherae pilosiusculae. — *Digitalis lutea parva* Lob. Icon. t. 573. — Moris. Oxon. Histor. stirp. I. 479. sect. 5. t. 8. — *Digitalis angustifolia lutea* Bauh. Pinx. 244. — Riv. Monop. irregul. t. 105. — *Digitalis parviflora* All. Herb. Pedem. I. 70.

β. *micrantha* Lindl. l. c. — Calycis laciniis corollae aequalibus. — *D. micrantha* Elm. Mon. 46. t 2.

γ. *fucata* Lindl. l. c. t. 25. — Hook. Bot. Magaz. t. 3025. — Florib. majorib. fusco-purpureis; caule erectiore. — *Digitalis fucata* Ehrh. Beitr. VII. 151. — Pers. Enchirid. II. 162. — Crescit in Europa calidiore.

9. D. LACINIATA Lindl. Bot. Regist. t. 1201. — Boiss. Voyage bot. dans le midi de l'Esp. 466. no. 1255. † t. 126. — Caulib. fruticosis, basi nudis, parte superiore dense foliosis; foll. glaberrimis nitidis coriaceis lanceolatis acutis profunde dentatis patulo-subrecurvis; racemis unilateralib.; bracteis lanceolatis pedicello longioribb.; calycis laciniis lanceolatis acutis uninerviis; corollae glabrae margine ciliatae labio superiore integro obtuso, inferiori trilobo, lobis lateralib. parvis oblongis acutis, intermedio multo longiori porrecto subacuminato; capsula longe acuminata. ♃ — Caules 3-4-pedales, infra lignosi nudi glaberrimi, vestigiis foliorum vetustorum obsiti. Ramuli dense foliosi. Folia sessilia secus ramorum angulos v. strias decurrentia, supra plicato-canaliculata, apice integerrima. Racemus saepe semipedalis. Pedicelli glaberrimi, exceptis inferioribus calyce breviores. Corolla basi valde angustata, supra campanulata, verticaliter subdepressa, extus flavescens, intus aurantiaco-ferruginea, reticulationibus intensioribus percursa. Labium superius integrum obtusum brevissimum, subreflexum, inferius trilobum, lobis lateralib. oblongo-triangularib. acutiusculis, intermedio multo longiori ovato, extremitate acutiuscula. Capsula glaberrima longe acuminata. Semina oblonga albida subincurva, sub lente minutissime areolata. — Crescit in sylvaticis Hispaniae australis (Sierra Bermeja, Sierra de Mijas).

10. D. FULVA Lindl. l. c. 15. † t. 9. — Rchb. Plant. critic. II. fig. 287. — Fl. Germ. excurs. 379. no. 2577. — Foll. lanceolatis ciliatis; bracteis omnib. florib. duplo breviorib.; corolla pubescente reticulata, laciniis ovatis acutis, labio inferiori barbato; staminib. tubo subaequalibus. ♃? — Herba tripedalis simplex glabra. Folia radicalia in petiolum attenuata, ad venas subtus pilosa, supra laevia bullata purpureo-tincta, caulina lanceolata recurva distantia, sursum angustiora. Racemus laxus multiflorus. Corolla fulva ferrugineo-reticulata, quasi inter *D. ambiguam* et *ferrugineam* intermedia, infundibularis ventricosa. Antherae albae intus pubescentes. — *Digitalis media flore luteo rubente* Park. Parad. 381. fig. 5? — *D. obscuro-ferruginea* Koelr. Act. Petrop. II. 261? — Absque dubio *hybrida* inter *D. ochroleucam* et *D. purpuream*, attamen etiam e semine educata est. — Crescit in ditione Bueckeburgensi.

11. D. FUSCESCENS Waldst. et Kit. Plant. rar. Hungar. III. 304. † t. 274. — Rchb. Plant. critic. II. fig. 288., Fl. Germ. excurs. 379. no. 2579. — Koch, Synops. fl.

Germ. (edit. 1.) 519. — Foll. oblongo-lanceolatis remote denticulatis glabris ciliatis, inferiorib. in petiolum attenuatis, superiorib. basi ovata amplexicaulib.; laciniis calycis oblongo-lanceolatis acutis, pedunculis cauleq. superne lanato-villosis; corolla campanulata glanduloso-pubescente, labio superiore obtuso emarginato, laciniis lateralib. labii inferioris triangularib., intermedia ovata breviter acuminata, tertiam corollae partem aequante. ♂ — Corolla ochracea, rete rubro-fusco extus transparente picta. — *D. ochroleuca β. fuscescens* Lindl. l. c. 14. — *D. lanato-(laevigato-)ambigua* Mey. Chlor. Hannover. 326. — (*Meyer* hanc plantam hybridam e *D. lanata* v. *D. laevigata*, quam posteriorem tamquam speciem ab illa non separat, et e *D. grandiflora* ortam esse, existimat. — Crescit in montosis prope Fiume et in Hungaria.

12. D. LAEVIGATA Waldst. et Kit. l. c. II. 171. † t. 158. — Rchb. Pl. critic. II. fig. 285. — Fl. excurs. 378. no. 2572. — Lindl. l. c. 16. t. 10. — Koch l. c. — Foll. lanceolatis remote denticulatis integerrimisq. cauleq. glabris; laciniis calycinis lanceolatis acuminatis, margine corollaq. glanduloso-pubescentib.; corolla breviter campanulata, pone labium inferius gibba, lacinia intermedia labii inferioris corollam fere aequante ovata acuminata. ♂ — Tota glaberrima. Caulis ramosus bipedalis. Folia nitida, radicalia obovato-lanceolata obsolete dentata, caulina lineari-lanceolata recurva 3-nervia. Flores sparsi distantes. Bracteae inferiores flore longiores. Pedunculi longitudine calycis. Corolla ochracea, venis fuscis striata et reticulata, labio inferiore albo, venis aquose virescentibus notato. — Crescit in rupestribus calcareis Croatiae et prope Fiume.

13. D. SIBIRICA Mill. Diction. no. 9. — Lindl. l. c. 16. † t. 11. — Villosa ramosa: foll. ovatis distanter dentatis; florib. sparsis pilosis. ♃ — Caulis ramosus, superne villosus. Folia sessilia ovato-lanceolata serrata, plana pilosa superiora integerrima villosa. Flores sparsi ferruginei reticulati. Pedunculi villosi calycibus breviores. Laciniae calycinae subulatae villosae. Corolla ventricosa hirsuta, laciniis ovatis transversis acutis, labio porrecto. Stylus basin versus pilosus. — Crescit in Sibiria et in Tataria.

14. D. FERRUGINEA Linn. Spec. plant. 867. — Lob. Icon. t. 573. — Sims, Bot. Magaz. t. 1828. — Rchb. Plant. critic. II. fig. 286. — Fl. Germ. excurs. 378. no. 2571. — Lindl. l. c. 17. † t. 12. — Koch l. c. — Foll. lanceolatis remote denticulatis subciliatis; calycis laciniis oblongo-ovatis rotundato-obtusis, margine late membranaceo cinctis; corolla breviter campanulata, prope labium inferius gibba, lacinia media labii inferioris corollam subaequante ovata rotundato-obtusa. ♂ — Caulis erectus parum ramosus dense foliosus glaber. Folia glabra v. ciliata, radicalia elongata subundulata, caulina sursum breviora. Racemus longissimus densissimus pyramidalis. Bracteae inferiores flore longiores, superiores breviores. Corolla ochracea, intus ferrugineo-, in labio inferiore fusco-purpureo-maculata. — *Digitalis flore ferrugineo* Rivin. Monop. irregul. t. 105. — *β. parviflora* Lindl. l. c. — Florib. duplo minoribus. — Crescit in Pedemontio, Hungaria, Hispania, Iberia et (*β.*) in Persia.

15. D. AUREA Lindl. l. c. 18. † t. 13. — Racemo multifloro; calycis laciniis marginatis; labio corollae inferiore ovato tridentato. ♃ — Caulis simplex bipedalis pubescens, remote foliosus. Folia radicalia oblongo-lanceolata remote dentata glabra, superiora lineari-lanceolata. Racemus quam praecedentis tenuior, floribus paucioribus magisque distantibus. Calycis laciniae ovatae acutae, tubo subaequales. Corolla fuscescens arcuata inflata, extus fusco-purpurea, intus aurea reticulata, labio ascendente ovato tridentato, tubi longitudine. — *Digitalis maxima ferruginea* Park. Theatr. t. 381. fig. 6. — *Digitalis latifolia, flore ferrugineo* Moris. Oxon. Histor. I. 478. sect. 5. tab. 8. — *D. ferruginea* Sibthrp. et Sm. Flor. Graec. t. 439. — Crescit in montibus Parnasso et Olympo.

16. D. LEUCOPHAEA Sm. Prodr. flor. Graec. I. 439. — Lindl. l. c. 18. † t. 14. — Racemo denso cylindrico multifloro; laciniis calycinis linearib. ciliatis; corollae labio superiore bifido, inferioris lobo medio maximo unguiculato lunato (dilatato-

spathulato); bracteis linearib. flore longioribus. 2 — Folia radicalia elongato-lanceolata glabra, ciliata, subquinquenervia integerrima. Folia caulina bracteis conformia recurva sessilia linearia acuta, fere bipollicaria, ciliata, supra glabra (infra forte pilosa). Flores sessiles dense spicato-racemosi speciosissimi. Corolla basi sulphurea, paullo supra basin curvata, tubo tunc ampliato ventricoso, aurantiaco-lutescente, sanguineo-striato. — Laciniae labii superioris brevissimae ovato-triangulares, basique angustatae (subrhombeae) sanguineo-striatae, uti laciniae laterales, quae sunt iis similes, at paullo latiores. Lacinia intermedia labii inferioris protracta maxima, ungue ex aurantiaco obscure purpureo, lamina semilunari nivea. Stamina subaequalia, filamentis supra basin flexis, curvatis glabris. Antherae didymae glabrae sulphureae. Ovarium pilosum. — Crescit in Graeciae monte Atho.

17. D. LANATA Ehrh. Beiträge VII. 153. — Waldst. et Kit. Plant. rar. Hungar. I. 76. † t. 74. — Curtis, Bot. Magaz. t. 1159. — Lindl. l. c. 19. † t. 15. — Rchb. Fl. Germ. excurs. 378. no. 2570. — Foll. oblongis, rhachi lanata; calycis lacinils acutis lanatis; corollae labio inferiore producto plano glabro oblongo-ovato imberbi, laciniis lateralib. acutis; bracteis lanceolatis calycem excedentibus. 2 — Sesquitripedalis simplex stricta. Folia atro-viridia ciliato-lanata, radicalia oblonga versus basin attenuata, caulina oblongo-lanceolata. Racemus longissimus densissimus multiflorus. Rhachis pilis articulatis lanata. Calycis laciniae ovatae acutae villosae. Corolla pubescens cinerea reticulata, labio inferiore ovato nudo albo, quandoque purpurascente. — *D. nova* Winterl. mss. — *D. Winterli* Rth. Catalect. bot. I. 71. — *D. ferruginea β.* Lam. Encycl. méth. II. 280. — *D. orientalis* Elm. Mon. 45. t. 1. — Crescit in fruticetis et ad vineas Hungariae.

18. D. ORIENTALIS Lam. Encycl. méthod. II. 280. — (Willd. Spec. plant. VII. 286?) — Lindl. l. c. 19. † t. 16. — Caule superne ramoso pubescente, inferne foliisq. linearib. integerrimis nervosis laevib.; florib. sparsis subsessilib.; laciniis calycis oblongis, tubum corollae aequantib.; corollae labio inferiore porrecto oblongo integerrimo. 2 — Herba 2-3-pedalis. Caulis gracilis laete viridis. — Folia lineari-lanceolata recurva acuta glaberrima trinervia, radicalia versus basin attenuata. Flores distantes in rhachi nuda flexuosa. Bracteae inferiores recurvae, floribus longiores, superiores versus basin ciliatae. Calycis laciniae obtusae ciliatae, inferioribus dimidii tubi longitudine. Corolla campanulata cinerea, extus pallide, intus intensius purpureo-reticulata pilosa, laciniis superioribus lateralibusque minutis, intermedia infima oblonga plana obtusa alba. — *Digitalis orientalis, Tragopogi folio, flore albido* Tourn. Cor. 9. — Crescit in Asia minore.

19. D. PARVIFLORA Jcq. Hort. Vindobon. V. † t. 17. — Bot. Regist. t. 257. — Lindl. l. c. 20. † t. 17. — Caule simplici striato villoso; foll. radicalib. obovatis v. spathulato-lanceolatis, caulinis oblongo-lanceolatis deflexis, omnibus nervoso-venosis, integerrimis undulatis laevibus, praesertim margine villosis; racemo dense spicato elongato; bracteis inferiorib. flores excedentib.; florib. horizontalib. parvis; calycis laciniis suborbiculatis pilosis obtusis; corollae laciniis abbreviatis obtusis subaequalibus. 2 — Corolla fusco-purpurea. — Crescit.....?

20. D. MICRANTHA Rth. Catal. bot. II. 59(?) — Rchb. Plant. critic. II. fig. 282. 283. — Flor. Germ. excurs. 378. no. 2573. — Glabra stricta: foll. lanceolatis remote serratis; racemo dense sparso(?); corollis tubulosis obtuse quinquefidis, labio inferiori rotundato porrecto. ♂ 2 — Folia nitida glabra, superiora integerrima. Flores nutantes. — Crescit in Helvetia australi.

21. D. VIRIDIFLORA Lindl. l. c. 21. † t. 18. — (Spr. Syst. veget. II. 789. no. 26.) — Glanduloso-pilosa: foll. oblongis dentatis; bracteis flore longiorib.; laciniis calycis subulatis, corollae viridis laciniis subaequalib. ovatis. 2 — Herba tota pilis glandulosis, verosimiliter viscidis, obsita. Caulis angulatus. Folia oblonga dentata plana. Racemus elongatus sparsiflorus quaquaversus. Bracteae inferiores, ovatae superiores lineari-lanceolatae v. lineares, fere omnes floribus longiores. Corolla magnitudine *D. parviflorae* viridis, laciniis ovatis venosis. Antherae immaculatae. Capsula glanduloso-pilosa. — Crescit in Graeciae monte Atho.

22. D. RIGIDA Lindl. l. c. 21. † t. 19. — (Spr. l. c.) — Glanduloso-pilosa: foli. oblongo-lanceolatis rugosis undulatis dentatis; racemo secundo multifloro; corolla pubescente, laciniis ovatis glandulosis. 4 — Antherae viridescentes sanguineo-maculatae. — Crescit.....?

23. D. LUTESCENS Lindl. l. c. 22. † t. 21. — Foli. cordato-oblongis planis crenatis impubibus; racemo secundo; corollae glabrae laciniis obtusissimis; bracteis omnib. quam flores brevioribus. 4 — Caulis simplex gracilis nudiusculus. Bracteae, calycis laciniae et ovaria parce villosa. Corolla longa tubulosa glabra, laciniis ciliatis, superiore bifida. Antherae flavae sanguineo-maculatae. — Crescit.....? — (Secundum *F. W. Meyer* in Chlori Hannoverana haec est eadem ac *D. fusca* Ehrh.)

24. D. OBSCURA Linn. Spec. plantar. 867. — Jcq. Hort. Vindobon. I. 40 t. 91. — Sims, Bot. Magaz. t. 2157. — Lindl. l. c. 24. † t. 26. — Caule suffruticoso; foll. lineari-lanceolatis, integerrimis, basi adnatis; racemo pauciflore secundo; laciniis calycis ovatis; corollae reticulatae lobis obtusis recurvis. ♁ — Suffruticulus caule simplicissimo glabro. Folia lineari-lanceolata atroviridia nitida rigida integerrima refracta. Racemus laxus pauciflorus. Flores atro-ferruginei subtus et ad latera pallidiores. Calycis laciniae subaequilongae ovatae acutae, obscure uninerviae pubescentes, laterales interiores superiore minores. Corolla arcuata pubescens parum ventricosa, intus aurea, lineis atro-fulvis notata, lacinia superiore emarginata, labio inferiore ovato porrecto integro, ad basin intus villoso. Antherae ciliato-glandulosae. Discus inconspicuus marginatus. — *D. angustifolia Hispanica* Bocc. Mus. 136. t. 98. — *Digitalis Hispanica angustifolia, flore nigricante* Tournef. Instit. 161. — Crescit in rupestribus Hispaniae australioris.

Sectio II. ISOPLEXIS Lindl. l. c. 25.

Corolla campanulata, lacinia intermedia labii inferioris labio superiori aequali et in eo per aestivationem incumbente. Caulis fruticosus. Racemi pedunculati.

25. D. (ISOPLEXIS G. Don, General syst. of gard. and bot. IV. 506.) CANARIENSIS Linn. Spec. plantar. 868. — Mill. Icon. 1. t. 120. — Bot. Regist. t. 48. — R. Br. in Ait. Hort. Kew. (edit. 2.) IV. 30. — Lindl. l. c. 25. † t. 27. — Frutescens glabra: foli. lanceolatis mucronato-serratis reticulato-venosis; racemo terminali; laciniis calycis lanceolatis elongatis; labio corollae superiori longiori bilobo, laciniis reliquis acutis aequalibus. ♁ — Caulis simplex pubescens. Folia perennantia lanceolata venosa serrata, subtus et ad venas pilosa. Racemus pedunculatus. Flores densi aurei. Calycis laciniae subulatae, duae inferiores majores. Corolla campanulata coriacea bilabiata glanduloso-pilosa, laciniis subaequilongis tubo aequalibus, superiore plana maxima obovata emarginata, lateralibus subulatis canaliculatis, labio inferiore ovato porrecto non incumbente (in aestivatione). Stamina glabra colorata, tubo multo longiora. Ovarium glabrum penitus biloculare. Stylus filiformis glaber coloratus, apice incurvus. — *Digitalis acanthoides Canariensis frutescens flore aureo* Comm. Hort. II. 105. t. 53. — Pluken. Almag. 400., Phytogr. t. 325. fig. 2. — Crescit in insulis Canariis.

26. D. (ISOPLEXIS G. Don l. c. 507.) SCEPTRUM Linn. Supplem. 282. — L'Herit. Sert. Anglic. 21. t. 24. — Smith, Exotic bot. II. 27. t. 73. — Lindl. l. c. 26. † t. 28. — Fruticosa: ramis foliisq. oblongis acuminatis serratis, subtus hirsutis; spica comosa; laciniis calycinis linearib.; corollae obtusae labio superiore bifido, inferioris lobo medio subrotundo, lateralib. ovatis duplo latiori. ♁ — Frutex tripedalis et ultra: trunco 2-3-chotomo ramoso, sursum foliorum delapsorum cicatricibus notato, ramis junioribus pilosis. Folia ad ramorum apicem aggregata sessilia obovato-lanceolata coriacea venosa denticulata, subtus pilosa. Racemus pedunculatus thyrsoideus comosus. Flores densi penduli ex aureo fulvi. Bracteae lineares pilosae. Calycis laciniae lineares spathulatae pilosae, 3 superiores breviores. Corolla campanulata pilosa, basin versus subtus utrinque foveata reticulata, laciniis oblongis rotundatis, tubo duplo breviorib. subaequilongis, superiore plana bipartita, lateralibus patentibus, paullo minoribus, inferiore concava deflexa,

aestivatione superiori adpressa nec incumbente. Stamina colorata tubo longiora Ovarium semibiloculare — Crescit in sylvis umbrosis insulae Madeirae.

† *Species non satis notae vel dubiae.*

27. D. LIBERTIANA Dumort. Florul. Belgic. prodr. 36. — Foll. petiolatis ovato-oblongis rugosis undulatis crenatis; calycis laciniis ovatis; corollae lobis obtusis, palato glabro immaculato. ♃ — *D. purpurascens* Lej. (excl. syn.) — In Belgio.

28. D. LINDLEYANA Tausch, Flora (B. Z.) XIX. 389. — Foll. lanceolatis serrulatis ciliatis; racemo secundo stricto; corollis tubulosis subventricosis quadrifidis, lobis obtusissimis subaequilongis patulis, inferiore latissimo; calycib. acuminatis (!) ♃ — Corolla dilute purpurea, fundo faucis aureo tenuissime punctato. — *D. purpurascens* Lindl. Monogr. Digit t. 20. (nec Rth.*) — Crescit.....?

2. D. LATIFOLIUS Nutt. l. c. 138. † — Suffruticosus viscosus: foll. oblongis sublanceolatis obtusiusculis serrulatis, subtus puberulis; pedunculis brevib.; calycib. glabris, laciniis inaequalib. acutis; corollae lobis vix emarginatis, latis. 4 — In California crescit.

3. D. LEPTANTHUS Nutt. l. c. † — Fruticosus viscosus: foll. oblongo-lanceolatis acutiusculis subserrulatis glaberrimis; pedunculis brevissimis; calycib. glabris tubulosis elongatis, laciniis inaequalib. acutis brevib.; corollae lobis latis, obliquo emarginatis. 4 — Crescit in California.

4. D. LONGIFLORUS Nutt. l. c. 139. — Suffruticosus, viscosus pubescens: foll. lineari-lanceolatis, utrinq. attenuatis vix serrulatis, margine revolutis, supra glabris; pedunculis brevissimis; calycib. villosis, laciniis vix inaequalib. acutis; corollae lobis latissimis oblique emarginatis. 4 — Habitat in California.

† *Species e genere expellenda.*

D. GLUTINOSUS Nutt. = MIMULUS GLUTINOSUS.

3935. MIMULUS *Linn.*

(Linn. Gener. plant. 783. — Meisn. Gener. plantar. vascular. I. 311. II. 221. — Spr. Syst. vegetab. II. 799. — Bth. Scrophular. Indic. 27. sq. — G. Don, General syst. of gard. and bot. IV. 552.)

§. 1. *Caule erecto; foliis penninerviis; calyce tubuloso.*

1. M. LINEARIS Bth. l. c. — Suffruticosus viscosissimus; caule erecto ramoso; foll. linearib. integerrimis, margine revolutis; pedunculis subracemosis; calycib. elongatis plicatis, dentib. lanceolato-linearib. obtusis inaequalibus. ♁ — In California.

2. M. GLUTINOSUS Wendl. Observat. 51. — Bth. l. c. 28. — Viscosus: caule erecto pubescente; foll. supra glabris, oblongis lanceolatisve, basi angustatis eroso-dentatis integerrimisve; pedunculis folio breviorib.; calycib. elongatis plicatis, dentib. lanceolato-linearib. inaequalibus. ♁ — Flores aurantiaci, plerumque in foliorum axillis geminati. — *Diplacus glutinosus* Nutt. in Taylor, Ann. of natur. histor. I. 138. — *Mimulus aurantiacus* Curt. Bot. Magaz. t. 354. — In California.

3. M. RINGENS Linn. Spec. plantar. 884., Hort. Upsaliens. 176. t. 2. — Curtis, Botan. Magaz. t. 283. — Bth. l. c. — Glaberrimus: caule erecto; foll. oblongis lanceolatisve subdentatis, basi dilatatis cordato-amplexicaulib.; calycib. tubulosis subincurvis plicatis, dentib. lanceolato-linearib. inaequalibus. — Pluken. Phytogr.

t. 393. fig. 3. — Moris. Ox. Histor. II. 479. sect. 5. tab. 8. fig. 6. — Corolla violacea v. purpurea. — Crescit in America boreali e Virginia ad Canadam usque.

4. **M. ALATUS** Ait. Hort. Kewens. II. 361. — Loddig. Bot. Cabin. t. 410. — Bth. l. c. — Glaber: caule erecto; foll. amplis oblongo-ellipticis acuminatis, basi in petiolum angustatis; calycib. tubulosis plicatis truncatis, dentib. linearibus. ♄ — Caulis foliis decurrentibus quadrialatus. Corolla coerulea v. purpurea. Folia inaequaliter serrata. — Crescit in America boreali.

5. **M. STRIATUS** Bth. in Wall. Catal. no. 3918. et Scrophul. Indic. 28. — Erectus glaber: foll. oblongo-lanceolatis obtusis subintegerrimis, basi vix angustatis cordato-amplexicaulib.; folio pedunculis longiorib.; calycib. ovato-tubulosis vix plicatis, dentibus brevibus ovatis subaequalibus. 2|. — Crescit in India orientali (Rajemahl et Kheeve Pass.)

§. 2. *Caule basi saepius procumbente v. repente, rarius erecto; foliis 3-5-nerviis dentatis; calycibus ovatis tubulosisve, saepe inflatis.*

6. **M. HIRSUTUS** Blume, Bijdragen 756. — Hirsutus: foll. petiolatis ovato-lanceolatis serratis; pedicellis racemosis oppositis; caule erecto argute tetragono. ⊙? 2|? — Crescit in insula Java.

7. **M. BREVIPES** Bth. Scrophular. Indic. 28. — Pubescens: caule erecto viscoso; foll. oblongo-lanceolatis v. linearib. subdentatis, basi angustatis subsessilib. v. superiorib. amplexicaulib.; florib. subsessilib.; calycib. ovatis plicatis hinc fissis, dentibus lanceolatis inaequalibus. 2|. — Crescit in California.

8. **M. LEWISII** Prsh. Flor. Am. sept. II. 427. t. 20. — Spr. l. c. no. 4. — Caule humili foliisq. lanceolatis nervosis sessilib. denticulatis pubescentib.; pedunculis paucis terminalib. longe pedicellatis; calycis dentib. acuminatis; corollis magnis speciosis pallide purpurascentibus. — Crescit in America boreali.

9. **M. CARDINALIS** Dougl. mss. ex Bth. l. c. — Sweet, Brit. flow. gard. (New Ser.) IV. t. 358. — Hook. Bot. Magaz. t. 3560. — Maund et Henslow, The Botanist. I. tab. 2. — Villosus: foll. amplexicaulib. ovatis, margine eroso-dentatis; pedunculis folio longiorib.; calycib. amplis inflato-tubulosis vix plicatis, dentib. ovatis acutis; antheris villosis. 2|. — Ex concubinatu hujus cum sequente orta est stirps hortensis hybrida *Mimulus roseo-cardinalis* Maund et Henslow, The Botanist. II. t. 51. — Crescit in California.

10. **M. ROSEUS** Dougl. mss. in Lindl. Bot. Regist. t. 1591. — Loddig. Botan. Cabin. t. 1976. — Sweet, Brit. flow. gard. (New Ser.) III. t. 210. — Hook. Bot. Magaz. t. 3353. — Bth. l. c. — Pubescens: foll. amplexicaulib. oblongis subdentatis trinerviis; pedunculis folio breviorib.; calycib. amplis subinflato-tubulosis, dentib. ovatis acutis subaequalibus; antheris glabris. 2|. — Crescit ad flumen Columbia.

11. **M. LUTEUS** Linn. Spec. plantar. 884. — Lindl. Bot. Regist. t. 1030. et 1796. — Hook. Bot. Magaz. tab. 3336. 3353. 3363. — G. Don l. c. no. 11. fig. 50. — Bth. l. c. — Feuill. Peruv. II. 745. t. 34. — Glaber: foll. eroso-dentatis, inferiorib. longe petiolatis ovatis sublyratisve, superiorib. rotundatis cordato-amplexicaulib.; calycib. ovatis, fructiferis campanulatis, dentib. ovatis acutis, supremo maximo. 2|. — Corolla lutea, ad faucem obscure fusco-maculata. Varietates plurimae hortenses hybridae florum forma, magnitudine et colore insignes occurrunt. — *β. rivularis* Lindl. Bot. Regist. t. 1030. — Crescit in Chili.

12. **M. LYRATUS** Dougl. mss. ex Bth. l. c. — Basi glaber, apice pubescens viscosus: foll. eroso-dentatis cordato-amplexicaulib.; calycib. ovatis, fructiferis inflato-campanulatis; dentib. ovatis acutis, supremo maximo; corollis calyce duplo longioribus. 2|. — Crescit in California.

13. **M. GUTTATUS** DC. Cat. hort. Monspel. 127. — Rchb. Icon. pl. cult. et colendar. t. 204. — Bth. l. c. — Glaber: foll. subintegerrimis, inferiorib. longe petiolatis, superiorib. rotundatis cordato-amplexicaulib.; calycib. ovatis, fructiferis inflatis, ore contracto, dentib. ovatis, supremo latissimo; corollis calyce duplo longioribus. 2|. — Crescit in California. — Surculi repentes, corolla lutea, ad faucem fusco-maculata. — *M. luteus* Sims, Bot. Magaz. t. 1501., Prsh. Flor. Am. sept. II. 426.

14. M. RIVULARIS Nutt. Jour. acad. Philad. VII. 47. — G. Don l. c. no. 14. — Loddig. Bot. Cabin. t. 1575. — Stolonifer glaberrimus: foll. petiolatis ovalib. obtusis argute crenatis, caulinis similib. sessilib.; florib. axillarib. terminalibq.; dentib. calycinis brevissimis; corollis magnis pallide luteis. 4 — Crescit in America boreali (Rocky mountains).

15. M. PARVIFLORUS Lindl. Bot. Regist. t. 874. — Bth. l. c. — Glaber v. vix pubescens: foll. late ovatis eroso-dentatis, basi late truncato-cordatis, inferiorib. petiolatis, superiorib. sessilib.; calycib. ovatis, fructiferis latissime campanulatis, dentib. latis brevib., supremo maximo; corollis calyce dimidio longioribus. ⊙ — Crescit in Chili. — Corolla lutea.

16. M. PROPINQUUS Lindl. Bot. Regist. t. 1330. — Hook. Flor. Bor. Americ. II. 99. — Annuus, undique glanduloso-pubescens: caule decumbente tereti; foll. ovatis dentatis, supremis sessilib.; pedunculis axillarib. folio breviorib.; corollae lobis obtusis, fauce pubescente, tubo calyci aequali. ⊙ — *M. glanduloeus* Lehm. Linnaea VI. Literaturb. 11? — Crescit in America boreali-occidentali. — Diversus dicitur a *M. glabrato* H. B. Kth.

17. M. GLANDULOSUS Lehm. Linnaea VI. Literaturb. 11. — Annuus, pubescenti-glandulosus: caule procumbente ramoso; foll. late ovatis dentatis nervosis pallide viridib., superiorib. sessilib.; pedunculis axillarib. folio breviorib. ebracteatis; florib. parvis. ⊙ — Cf. speciem praecedentem. — Crescit in America tropica.

18. M. GLABRATUS H. B. Kth. Nov. gener. et spec. plant. II. 370. — Bth. l. c. — Glaber v. vix pubescens: foll. late ovatis obtusis eroso-dentatis, basi late truncato-cordatis, inferiorib. petiolatis, superiorib. sessilib.; calycib. ovatis, fructiferis inflato-campanulatis, dentib. latis brevib., supremo maximo; corollis calyce dimidio v. vix duplo longioribus. 4 — Corolla lutea. Surculi repentes. — *M. propinquus* Lindl. Bot. Regist. t. 1330? — Crescit in Mexico (prope Moran, Jalapam et ad radices montis Orizabae) et in California.

19. M. ANDICOLA H. B. Kth. l. c. — G. Don l. c. 534. no. 17. — Glaberrimus: caule repente quadrangulari(?); foll. petiolatis ovatis obtusis subcordatis dentatis quinquenerviis; pedunculis folio longioribus. 4 — Differt a praecedente statura minore, pedunculis folio longioribus floribusque minoribus. — Crescit in declivitate montis ignivomi Pichincha prope Chorro de Cantuna.

20. M. PILOSIUSCULUS H. B. Kth. l. c. — (Kth. Synops. pl. aequin. II. 128.) — Pilosiusculus: caule repente quadrangulari; foll. petiolatis subrotundo-ovatis obtusis subcordatis dentatis; pedunculis folio brevioribus. 4 — Caules repentes. Folia 3-5-nervia. Flores lutei. — Crescit in Peruviae umbrosis prope Patibilcam.

21. M. MOSCHATUS Lindl. Bot. Regist. t. 1118. — Bth. l. c. 29. — Caule diffuso lanato-villoso; foll. petiolatis ovatis v. ovato-lanceolatis subdentatis, basi rotundatis pilosiusculis subviscosis; calycib. tubulosis, fructiferis oblongis, dentib. lanceolatis inaequalibus. 4 — Herba diffusa, basi radicans. Tota planta exacte *Moschum* redolet. Flores parvi lutei. — Crescit in Columbia.

22. M. FLORIBUNDUS Dougl. mss. in Lindl. Bot. Regist. t. 1125. — Bth. l. c. — Diffusus, laxe pilosus viscosus: foll. petiolatis late ovatis subdentatis, basi truncatis rotundatisve; calycib. (parvis) ovato-tubulosis subaequaliter truncatis, brevissime et acute dentatis. ⊙ — Crescit in California et ad flumen Columbia.

23. M. ALSINOIDES Dougl. mss. ex Bth. l. c. — Glaber diffusus: foll. longe petiolatis ovatis subdentatis, basi cuneatis v. rotundatis; calycib. (parvis) ovato-tubulosis oblique truncatis, brevissime dentatis. ⊙ — *α. paniculatus:* — *β. minimus:* Planta 1-3-flora. — Crescit in America boreali-occidentali, in California et ad flumen Columbia.

24. M. PRIMULOIDES Bth. l. c. — Glaber, stolonifer: ramis floriferis brevib.; foll. subsessilib. obovatis obscure dentatis integerrimis; pedunculo elongato solitario terminali; calycib. tubulosis breviter dentatis. ⊙ — In America occidentali-boreali.

25. M. PEDUNCULARIS Dougl. mss. ex Bth. l. c. — Pubescens humilis: foll. petiolatis ovatis acutis subdentatis, basi cuneatis rotundatisve; calycib. parvis

ovato-tubulosis, dentib. brevib. acutis subaequalibus. ⊙ — Crescit in America boreali-occidentali.

26. M. JAVANICUS Blume, Catal. hort. Buitenzorg. 83. — Caule repente argute tetragono; foll. breviter petiolatis ovato-lanceolatis acuminatis, basi paululum attenuatis dentatis, utrinq. scabris; pedunculis axillarib. terminalibq. solitariis unifloris, subfasciculatis. ⊙ — Crescit in insula Java.

27. M. TENELLUS Bnge. Mém. des sav. étrang. de St. Ptrsbrg. II. 123. — Caule basi radicante anguloso; foll. petiolatis ovatis acutis, acute dentatis glabris; pedunculis axillarib. ebracteatis, calyce membranaceo ampliato corollae tubum superante longioribus. ⊙? — Crescit in China boreali.

§. 3. *Caule diffuso; foliis penninerviis tenuibus dentatis; calyce ovato-tubuloso.*

28. M. NEPALENSIS Bth. in Wall. Catal. 3017., et Scrophul. Indic. 29. — Glaber diffusus: foll. petiolatis ovatis serratis, basi cuneatis v. rotundatis; calycib. ovato-tubulosis, dentibus brevibus acutis, supremo parum majore. ♃ — In Nepalia.

29. M. ASSAMICUS Griffith mss. in Linnaea XII. Literaturber. 199. — Diffusus subglaber: foll. obovatis v. ovatis, basin versus integris, caeterum argute dentatis quinqueveniis, superiorib. sessilib.; calycib. campanulato-tubulosis truncatis, dentib. brevib. subaequalib., fructiferis amplis subinflatis. ⊙ — Herba pusilla, basi radicans. Folia inferiora obovata, reliqua ovata basique attenuata v. obovato-lanceolata, dentibus mucronatis. Flores oppositi parvi lutei tubo intus rubro guttato. Pedicelli filiformes demum folia excedentes. Antherae basi celluloso-papillosae. Glandula hypogyna nulla. Placentae stipitatae. Semina pallide brunnescentia oblonga saepius pilis brevibus hyalinis, apice 2–4-uncinatis hispida. — Crescit ad ripas arenosas fluminis Burrumpootur regionis Assamicae.

§. 4. *Caule repente; foliis crassiusculis integerrimis glaberrimis.*

30. M. ORBICULARIS Wall. Catal. 3019. ex Bth. l. c. — Glaber repens: foll. petiolatis orbiculatis integerrimis crassiusculis; calycib. ovato-tubulosis truncatis, brevissime dentatis. ♃ — Crescit in India orientali (Ranzoon et Tavoy, in regno Birmannico).

31. M. REPENS R. Br. Prodr. fl. Nov. Holl. 439. — Bth. l. c. — Glaber repens: foll. ovatis obtusis integerrimis semiamplexicaulib. crassiusculis; calycib. ovato-tubulosis truncatis brevissime dentatis. ♃ — Habitu similis est *Herpestidi Monnieriae*. — Crescit in insula Van Diemen.

32. M. GRACILIS R. Br. l. c. (edit. Nees ab Esenb. 295.) — Glaberrimus erectus: foll. lineari-oblongis oblongisve obtusis integris; pedunculis elongatis. ♃ — In Nova Hollandia crescit.

† *Species e genere expellenda.*

M. PERFOLIATUS H. B. Kth. — LEUCOCARPUS ALATUS.

3936. LEUCOCARPUS *D. Don.*

(D. Don in Sweet's Brit. flow. gard. [New Ser.] II. t. 124. — Meisn. Gener. plantar. vascular. I. 310. II. 221. — G. Don, General syst. of gard. and bot. IV. 554.)

1. L. ALATUS D. Don l. c. — G. Don l. c. — Caule erecto; ramis tetragonis alatis glabris; foll. connatis lanceolatis angustato-acuminatis argute serratis glabris; corymbis axillarib. folio triplo brevioribus. ⊙ — *Mimulus perfoliatus* H. B. Kth. Nov. gen. et spec. plant. II. 371. — Hook. Botan. Magaz. t. 3067. — *Conobea alata* Grah. in Edinbrg. new philos. Journ. 1830. Oct. p. 3. — In regno Novo-Granatensi.

3937. ELLOBUM *Blume.*

(Blume, Bijdragen 746. — Meisn. Gener. plantar. vascul. I. 310. II. 222. — G. Don, General Syst. of gard. and bot. IV. 549.)

1. MONTANUM Blume l. c. — Herba radicans pilosa non satis nota: foliis oppositis petiolatis ovatis serratis; racemis axillarib. pauciforis; pedicellis fructiferis recurvis. ♃ — Crescit in insula Java.

3938. MORGANIA *R. Br.*

(R. Br. Prodr. fl. Nov. Holl. 441. — Meisn. Gener. plant. vascul. I. 311. II. 292. — G. Don, General syst. of gard. and bot. IV. 543.)

1. M. GLABRA R. Br. l. c. (ed. N. ab Esenb. 297.) — Glabra: foll. linearib. integris v. paucidentatis; pedunculis floridis calyces subaequantibus. ♃? — Crescit in Nova Hollandia.
2. M. PUBESCENS R. Br. l. c. — Pubescens: foll. lanceolato-linearib. dentatis; pedunculis floridis calyce brevioribus. ♃? — Crescit in Nova Hollandia.

3939. SPHAEROTHECA *Chamisso.*

(Chamisso, Linnaea II. 605. — Meisn. Gener. plant. vascul. I. 311. II. 292.)

1. SPH. SCOPARIOIDES Chamisso l. c. 606. † — Radix repens? Caules herbacei erecti solitarii tetragoni fistulosi 2-3-pedales, a basi ad apicem usque ramulis, foliis floribusque ornati. Folia lanceolata acuta obsolete inaequaliter argutissime serrata, margine dentibusque cartilaginea penninervia, utrinque impresso-punctata, punctis subpellucidis, cum petiolo bipollicaria, 2½ lineas lata. Pedunculi axillares filiformes, angulo fere recto patentes, 10 lin. longi, caulini ramulo exteriori stipantur. Flores parvuli. Laciniae calycinae sesquilineam longae, sub grossificatione paullo longiores; corolla (coerulea?) tres circiter lineas longa, extus pubescens; capsula diametro sesquilineari. Bracteolae ad calycis basin minutae acutae adpressae. ♃ — Crescit in Brasilia aequinoctiali.

3939½. ILDEFONSIA *Gardn.*

(Gardn. in Hook. Lond. journ. of bot. I. 184. — Endl. Gener. plant. Suppl. III. p. 79. — Meisn. Gener. plant. vascul. II. 368.)

1. I. BIBRACTEATA Gardn. l. c. 185. — Suffrutex erectus ramosus bipedalis: rami alterni obtuse tetragoni glabri; folia opposita lanceolata v. ovato-lanceolata, basi subattenuata acuminata glabra, margine scabriuscula 2½ poll. longa, 6-9 lin. lata. Pedunculi axillares solitarii uniflori, apice bibracteati circiter 6 lineas longi, sursum deflexi. Bracteae subulatae pilosiusculae. Calycis quinquepartiti laciniae lanceolatae aequales subfoliaceae nervosae, 4 lin longae. Corolla campanulata semiuncialis et ultra violacea, limbi quinquefidi lobis subaequalibus obtusis. Antherae oblongae biloculares, loculis divaricatis aequalibus muticis. Capsula subglobosa glabra. Stylus persistens, basi demum fissus. ♁ — Crescit in Brasilia (Corcovado, Rio Comprido).

3940. HERPESTES *Grtnr.*

(R. Br. Prodr. fl. Nov. Holl. 443. — Meisn. Gener. plant. vascular. I. 311. II. 292. — Bth. in Hook. Compan. botan. Magaz. II. 55. — G. Don, General syst. of gard. and bot. IV. 544.)

Sectio I. HATOUREA Bth. l. c. 56.

Corollae labium superius integrum v. emarginatum. Capsulae valvulae integrae v. breviter bifidae, marginibus inflexis.

1. H. OVATA Wall. Cat. 3896. ex Bth. Scrophul. Indic. 30. — Bth. in Hook. Comp. bot. Magaz. II. 56. — Glabra procumbens: foll. petiolatis ovatis crenatis; florib. subsessilib. solitariis bibracteatis; sepalo externo latissimo cordato. ♃ — Tavoy.
2. H. GRANDIFLORA Bth. l. c. — Glabra: foll. ovatis cordato-amplexicaulib. dentatis; pedicellis solitariis folia subaequantib. ebracteatis; calycis semipollicaris sepalo externo ovato. ♃ — Crescit in Brasilia (Rio Grande).
3. H. CHAMAEDRYOIDES H. B. Kth. Nov. gen. et spec. pl. II. 309. — Kth. Synops. plant. aequinoct. II. 126. — Bth. l. c. — Glaberrima: caulib. procumbentib.; foll. obovatis obtusis crenato-serratis; pedunculis folia aequantib. v. parum excedentib.; calycis ebracteati laciniis exteriorib. ovato-oblongis acutiusculis integerrimis. ♃ — *H. chrysantha* Cham. et Schlechtd. Linnaea II. 577. † — Caulis juvenilis spithamaeus tetraqueter debilis erectus, dein decumbens, basi brachiatim ramosus. Folia caulina opposita ovata obtusiuscula breviter petiolata serrata, 20 lin.

longa, 3 lin. lata. Pedunculi oppositi filiformes triquetri, basi foliolis oppositis spathulato-lanceolatis integerrimis instructi folio paullo breviores. Calyx sepalis 3 externis conniventibus subtriqueter. Sepalum maximum ovatum acutum, rarius dente uno alterove notatum, 3½ lin. longum, 2 lin. latum, intima duo linearia. Corollae luteae limbus calycem parum superat bilabiatus, labio superiore emarginato, inferiore aequaliter trilobo. — *H. Cubensis* Poepp. mss. in Spr. Syst. veget. II. 802? — [Caule ascendente glabro; ramis virgatis; foll. petiolatis subrotundo-ovatis crenulatis; pedunculis axillarib. filiformib. oppositis folia superantibus. ☉ — In insula Cuba.] — *Lindernia dianthera* Swrtz. Flor. Ind. occident. II. 1058. — Willd. Spec. pl. III. 326.

β. colubrina: Glaberrima: caulib. procumbentib.; foll. oblongis acutiusculis, basi cuneatis serratis; pedunculis folio duplo longiorib.; calycis ebracteati laciniis exteriorib. oblongis acutis integerrimis. ♃ — *Herpestes colubrina* H. B. Kth. l. c. 368. — Kth. l. c. — Adhibetur contra morsum animalium venenatorum. — Crescit in America centrali (Texas, Quito, Mexico, Peruvia, in insulis Trinitatis et Cuba).

4. H. TENELLA Cham. et Schlchtd. Linnaea II. 576. † — Bth. l. c. — Herbacea glabra: caulib. prostratis; foll. breviter petiolatis ovatis acute serratis; pedunculis longissimis alternis; sepalis externis ovatis cordatis. ♃ — Caules tetragoni filiformes prostrati, hinc inde radicantes spithamaei, apicibus ramisque alternis erectis fructiferis. Folia internodiis breviora, inferiora ovata obtusa in petiolum brevem attenuata, petiolis connatis, (4–6 lin. longa, 2–4 lin. lata), summa lanceolata acuta, omnia acute serrata. Pedunculi alterni capillares folio triplo longiores, ima basi foliosi. Calycis ebracteati sepala valde inaequalia, exteriora cordata late ovalia acuminata acuta, interiora lineari-lanceolata. Corolla tubuloso-infundibuliformis, limbo aequali bilabiato, labio superiori emarginato, inferiori trilobo, lobis rotundatis, lana ad labium superius parca. — In Brasilia meridionali.

5. H. HERNIARIOIDES Cham. Linnaea VIII. 34. † — Bth. l. c. — Glabra: caulib. herbaceis tetragonis ramosissimis humifusis radicantib.; foll. ovatis grosse paucicrenatis obtusis, in petiolum angustatis, petiolis connatis; florib. axillarib. sparsis breviter pedunculatis; calyce ebracteato, fructifero aucto laxo capsulam valvis integris bivalvem non superante, laciniis obtusiusculis, exteriorib. ovato-lanceolatis. ♃ — Radix sublignosa simplex. Limbi corollini lobi longitudine aequales, forma subinaequales. — Habitat in Brasilia.

6. H. CAPRARIOIDES H. B. Kth. l. c. 368. — Bth. l. c. — Glaberrima: caulib. procumbentib. repentib.; foll. ovatis obtusis, basi cuneatis serrato-crenatis; pedunculis folium subaequantib.; calycis ebracteati laciniis oblongis acutis subcrenatis. ♃ — Corollae flavae, calyce longiores, labio superiori emarginato, inferiore bi(??)-tripartito reflexo. — Crescit locis siccis arenosis regni Novo-Granatensis in ripa fluminis Magdalenae prope El Peñon.

7. H. FLAGELLARIS Cham. et Schlchtd. Linnaea II. 575. † — Bth. l. c. — Procumbens glabra: foll. ovato-oblongis paucidentatis, basi in petiolum brevem angustatis; pedicellis solitariis, folio subduplo longiorib. bracteatis; sepalo externo ovato-oblongo. ♁ — Caules flagelliformes filiformes tetragoni flexuosi pedales ulnaresque, internodiis 1–1½-pollicaribus; rami interdum adsunt digitales alterni flexuosi. Folia opposita obtusiuscula in petiolum brevem attenuata, petiolis connatis subintegerrima v. obsolete remoteque serrata opaca, ad summum ¾ poll. longa, ½ poll. lata. Pedunculi alterni filiformes tenues, in ramis erectis semipollicares v. pollicares, in flagellis usque bipollicares laxi, foliola ad basin pedunculi indicant terminalem esse in ramo abbreviato. Calyx exstipulatus inaequalis 3 circiter lin. longus, sepala exteriora elliptico-lanceolata, intima linearia. Corolla calyce duplo major, lineis intensius coloratis percursa, limbo subaequali, labio superiori truncato mucronulato, inferiori trilobo, lobis ocordatis. Basis labii superioris intus aream profert lanugine densa tectam. Capsula calyce tertia parte brevior membranacea crassiuscula. — Crescit in Brasiliae meridionalis provincia Montevideo.

8. **H. RADICATA** Bth. l. c. — Glabra prostrata: foll. oblongis subdentatis, basi in petiolum angustatis; pedicellis folio vix longiorib. ebracteatis; sepalo externo late ovato. ♃ — Valde affinis *H. oblongae*. — Crescit in Patagonia (Port Desire).

9. **H. PEDUNCULARIS** Bth. l. c. — Glabra, basi procumbens: ramis floriferis erectis; foll. ovatis oblongisve serratis, basi in petiolum brevem angustatis; pedunculis folio multoties longiorib. solitariis ebracteatis; sepalo externo maximo ovato. ♃ — Texas, Rio Brazos.

10. **H. (MATOUREA Bth. in Hook. Compan. bot. Magaz. I. 178.) NIGRESCENS** Bth. l. c. II. 56. — Glabra erecta: foll. oblongis serrato-crenatis, basi longe angustatis; pedunculis folio subaequalib. v. supremis longiorib. ebracteatis; sepalo externo oblongo. ♃ — *Gerardia cuneifolia* Prsh. Fl. Am. sept. II. 422. — *Gratiola acuminata* Ell. Carol. 15. — Crescit in Americae borealis civitatibus australioribus ad Texas usque.

11. **H. (MATOUREA** Aubl. Pl. Guian. II. 642. t. 250. — **VANDELLIA** Vahl, Eclog. II. 48. — Willd. Spec. plant. III. 343.) **PRATENSIS** Bth. l. c. 57. — Foll. petiolatis ovato-oblongis acutis crenatis; pedunculis axillarib. solitariis unifloris; corollis coeruleis. ♃ — In America australi ab insula Trinitatis ad Brasiliam usque.

12. **H. PILOSA** Bth. l. c. 57. — Erecta viscosa, mollissime piloso-lanata: foll. sessilib. oblongis subintegerrimis; pedunculis folio breviorib. solitariis ebracteatis; sepalo externo late ovato. ♃ — Crescit in California boreali.

13. **H. VANDELLIOIDES** H. B. Kth. Nov. gen. et spec. pl. II. 367. — Kth. Synops. pl. aequin. II. 126. — Glaberrima: caulib. procumbentib.; foll. obovatis acutiusculis serratis; pedunculis folio longiorib.; calycis ebracteati laciniis exteriorib. oblongis acutis, apice obsolete serratis. ♃ — Crescit in fissuris rupium inter Moran et Omilan Mexicanorum.

14. **H. (MORGANIA** Spr. Syst. veget. II. 803.) **CALLITRICHOIDES** H. B. Kth. l. c. 367. — Kth. l. c. 125. — Glaberrima: caulib. prostratis; foll. oblongis acutis, basi cuneatis remote dentatis; pedunculis folio breviorib.; calycis ebracteati laciniis subaequalib. lanceolato-linearibus. ☉ — Corolla pallide rosea. — Forte melius *Linderniae* species? — Crescit in arenosis juxta pagum San Fernando de Apure.

15. **H. SERPYLLOIDES** Cham. et Schlchtd. Linnaea II. 574. † — Suffruticosa: caulib. radicantib. caespitosis; foll. sessilib. lanceolatis remote et obsolete serratis; florib. sessilib. alternis oppositisq.; sepalis externis lanceolatis acutis. ♁ — Suffrutex glaber oppositifolius habitu *Thymi Serpylli* eodemque modo radicans et caespitosus. Caules simplices v. infra ramosi tetragoni filiformes digitales. Folia basi attenuata, apice obtusiuscula, serraturis 1–4 utrinsecus adpressis quandoque obsoletis notata, 4 lin. longa, lineam lata. Flores axillares solitarii alterni v. versus apicem oppositi, saepe subsessiles, pedunculo rarius ad 3 lin. elongato. Pedunculi basi foliosi (erit igitur ramulus abbreviatus). Calyx 3 lin. longus. Corolla parva, calyce paullulum longior tubulosa, limbo aequaliter bilabiato, labio superiori vix emarginato, inferiore aequaliter trilobo, lobis rotundatis. Capsula calyce minor membranacea ovata acuta bivalvis septifrage dehiscens. — *Mecardonia pusilla* Mart. Nov. gen. et spec. pl. Bras. III. 10. † t. 208. — Bth. in Hook. Journ. of bot. II. 48. — *Herpestes pusilla* Meisn. mss. ex D. Dietr. Synops. pl. III. 319. no. 36. — Crescit in Brasilia tropica.

16. **H. CAESPITOSA** Cham. Linnaea VIII. 33. † — Glabra: caulib. caespitosis dense foliosis radicantib. adscendentib.; foll. lanceolatis integerrimis carnosulis uninerviis; pedunculis in apicib. ramorum alternis, folio 3–6-tuplo longiorib.; calycis subunibracteati laciniis exteriorib. ovatis acutis. ♃ — Habitu similis est *Veronicae saxatili*, sed minor gracilioreque. Folia vix duas lineas longa internodia excedentia obtusa subconnata. Sepala inaequalia, tribus exterioribus ovatis acutis, duobus interioribus angustioribus ovatis acuminatis acutis. — Habitat in Brasilia tropica.

17. **H. TOMENTOSA** Schlchtd. et Cham. Linnaea V. 106. † — Candide lanata: caulib. repentib. ramosis flagelliformib.; foll. spathulato-ellipticis acutiusculis ses-

silib., apicem versus subcrenato-serratis; florib. axillarib. sessilib.; calycib. bibracteatis; bracteis calycisq. linearib. acuminatis aut acutis. 4 — In arvis prope Vera Cruz habitat.

Sectio II. CACONOBEA Bth. l. c. 57.

Corollae labium superius integrum v. breviter emarginatum; capsula oblonga acuta quadrivalvis; sepala post anthesin vix aucta, externo lanceolato v. oblongo.

18. H. (CACONOPEA Cham. Linnaea VIII. 28.) GRATIOLOIDES Bth. l. c. — Glabra erecta: foll. semiamplexicaulib. lineari-lanceolatis integerrimis; florib. axillarib. fasciculatis breviter pedicellatis bibracteatis; sepalo externo lanceolato. 4 — Herba glabra. Folia in nervo et ad margines pilosa. Caulis purpurascens. Folia complicata linearia v. lineari-lanceolata acuta, quam internodia longiora. Bracteae setaceae. — *Bramia semiserrata* Mart. Choix des pl. 11. † tab. 8. — Crescit in Brasilia, in paludibus ad Bahia.

19. H. RANARIA Bth. l. c. 57. — Herbacea parva repens: foll. semiamplexicaulib. ex ovato subcordatis, basi angustatis obtusiusculis carnosulis, internodio brevlorib. oppositis decussatis integerrimis; florib. parvis axillarib. fasciculatis, breviter pedicellatis; calycib. minute bibracteolatis. 4 — *Ranaria monnierioides* Cham. et Schlchtd. Linnaea VIII. 31. — G. Don l. c. 547. — In Brasilia tropica.

Sectio III. BRAMIA Bth. l. c.

Corollae labium superius profunde emarginatum v. bifidum. Capsula subglobosa v. ovata, rarius oblonga, quadrivalvis. Sepala post anthesin aucta, externo lato saepeque cordato.

§. 1. *Folia omnia uninervia v. penninervia, nec multinervia.*

20. H. POLYANTHA Bth. l. c. — Glabra erecta: foll. petiolatis ovato-lanceolatis dentatis, basi angustatis; pedunculis fasciculatis petiolo breviorib., versus apicem bibracteatis; sepalo externo lato cordato. 4? — Crescit in Brasilia (Rio de Janeiro, St. Catharine's).

21. H. CALYCINA Bth. l. c. — Glabra procumbens: foll. breviter petiolatis ovatis obtusis dentatis, basi cuneatis; pedunculis brevissimis solitariis, apice bibracteatis; sepalo externo lato cordato. 4? — Crescit in Senegambia.

22. H. SCABRA Bth. l. c. — Subglabra: foll. ovatis oblongisve paucidentatis in petiolum brevem angustatis et saepe amplexicauli-dilatatis penninerviis, supra scabris; pedunculis in axilla quavis 1-2 calyce longiorib., apice 1-2-bracteatis nudisve; sepalo externo lato subcordato. 4? — Crescit.....?

23. H. STELLARIOIDES Chamisso, Linnaea VIII. 32. (excl. var.) — Glabra: caule erecto subsimplici laxo; foll. subternis sessilib. lineari-lanceolatis, apice obsolete serratis; pedunculo ex quaque axilla folium subaequante; calycis bibracteati fructiferi aucti laciniis majorib. ovatis obtusis reticulatis. 4 — Folia quam internodia longiora circiter pollicaria, rarius opposita, plerumque terna verticillata semiamplexicaulia. Bracteae et calyces ut in *H. Monnieria*, corolla tamen minor profundius fissa, segmentis angustioribus longioribusque oblongis obtusis. — Crescit in Brasilia (Bahia, Cayenne).

24. H. FLORIBUNDA R. Br. Prodr. fl. Nov. Holl. 208. — Bth. l. c. — Glabra erecta: foll. lanceolato-linearib. integerrimis, basi angustatis uninerviis; pedicellis in axilla quaque 1-3, versus apicem bibracteatis; sepalo externo lato, demum subcordato. 4 — *H. lanceolata* Wght. in Wall. Catal. 3899. ex Bth. Scrophul. Indic. 30. — *H. linearis* Spr Syst. veget. II. 803? — [Caule humili ramoso; foll. linearib. integerrimis glabris; pedunculis axillarib. geminis unifloris. — *Lindernia sesamoides* Nees ab Esenb. in Spr. Neue Entdeckg. p. 14. — In ora Coromandeliana.] — Crescit in Nova Hollandia, in Madagascaria et in India orientali.

25. H. HAMILTONIANA Bth. Scrophul. Indic. 30. et Compan. bot. Magaz. II. 58. — Glabra erecta: foll. lanceolatis integerrimis, basi angustatis uninerviis; florib. subsessilib. solitariis bibracteatis; sepalo externo lato cordato. 4 — Susanaghur in India orientali.

26. H. THONNINGII Bth. l. c. p. 58. — Glabra, basi repens: foll. sessilib. lanceolatis serratis, basi angustatis uninerviis; pedicellis brevib. solitariis, sub flore bibracteatis; sepalo externo ovato. ♃ — *Erinus Africanus* Schum. et Thonn. Plant. Guin. 278. (nec Linn.) — Crescit in Guinea (Ningo).

27. H. SESSILIFLORA Bth. l. c. — Glabra erecta: foll. oblongo-linearib. lanceolatisve, apice serratis, basi angustatis uninerviis; florib. subsessilib. solitariis bibracteatis; sepalo externo ovato. ♃? — Cayenne.

28. H. MADAGASCARIENSIS Bth. l. c. — Glabra, basi repens: foll. oblongis v. oblongo-ovatis integerrimis v. obscure dentatis, basi amplexicaulib. parum angustatis uninerviis v. obscure penninerviis; pedicellis folio dimidio brevioribus, apice bibracteatis; sepalo externo lato ovato. ♃? — Crescit in Madagascaria.

§. 2. *Folia basi penninervia, nervis simplicibus vel rarius intermedio pinnato.*

29. H. (GRATIOLA Linn. Amoen. acad. IV. 306. — Jcq. Observ. bot. 4. t. 1. — Rxb. Plant. Coromand. II. 41. t. 178. — CAPRARIA Rxb. mss. in Willd. Herb. 11596.) MONNIERIA H. B. Kth. Nov. gen. et spec. pl. II. 204. — Kth. Synops. pl. aequin. II. 125. — Bth. Scrophul. Indic. 30. et in Hook. Compan. bot. Magaz. II. 36. — (G. Don, General syst. of gard. and bot. IV. 545. no. 26.) — Glaberrima: caule repente; foll. obovato-oblongis obtusis integerrimis subcarnosis; pedunculis folio longioribus; calycis bibracteati laciniis exterioribus ovato-oblongis acutis integerrimis. ♃ — Corolla parva, pallide coerulea. — *Gratiola portulacea* Weinm. Syllog. pl. Fl. Ratisb. I. 222. — Sims, Bot. Magaz. t. 2557. — *Monniera Brownei* Pers. Enchirid. II. 166. — *Monniera cuneifolia* Michx. Fl. bor. Am. II. 22. — *Monniera Africana* Pers. Enchir. II. 166? — *Monniera pedunculosa* Pers. l. c. — *Herpestis cuneifolia* Prsh. Fl. Americ. sept. II. 418. — *Herpestis procumbens* Spr. Nov. provent. 22. et Syst. veget. II. 802. — *Herpestis Brownei* Nutt. Gener. plant. Americ. II. 42. — *Bramia Indica* Lam. Dict. I. 450. — *Calyptriplex obovata* Rz. et Pav. Syst. fl. Peruv. 164. — (Ehrh. Pict. t. 14. fig. 2. — P. Browne, Jamaic. I. 288. t. 28. fig. 1. — Sloan. Hist. Jam. I. 203. t. 129. fig. 1. — Rheede, Hort. Malabar. X. 27. t. 14.) — Crescit inter tropicos Asiae, Africae et Americae.

30. H. LANIGERA Cham. et Schlchtd. Linnaea II. 573. † — Bth. l. c. — Repens: caule villosissimo; foll. ovato-orbiculatis amplexicaulib. integerrimis penninerviis et basi submultinerviis glabris v. subtus villosis; pedunculis solitariis folium subaequantib., apice bibracteatis; sepalo extimo lato cordato. ♃ — Caules prostrati spithamaei longioresque, brachiatim ramosi teretes, pilis articulatis albis lanati. Folia sessilia carnosula, subtus paullo pallidiora basique lanuginosa, apicem versus aeque ac supra glabrescentia, 6 lin. longa, 3 lin. lata, internodia caulina aequantia, in apicibus superantia. Pedunculi axillares solitarii oppositi alternive uniflori lanuginosi, folia aequantes. Flos 3 lin., calyx 2½ lin. longus; bracteae ad basin calycis filiformes minutae, demum reflexae. Sepala 2 exteriora maxima cordato-ovata obtusiuscula inaequalia, 3 interiora lanceolata acuta magis inaequalia, omnia, praesertim ad basin pilosa, margine patentim ciliata. Corolla tubulosa subinfundibuliformis, tubo calycem excedente, limbo bilabiato 5-partito, laciniis rotundatis. — *Veronica rotundifolia* var. *Brasiliensis* Spr. Syst. veget. I. 67. — Crescit in Brasilia aequinoctiali.

31. H. SALZMANNI Bth. l. c. — Caule villosissimo; foll. ovato-orbiculatis amplexicaulib. integerrimis glabris obscure penninerviis multinerviisq.; pedicellis solitariis folioq. longioribus, ebracteatis; sepalo externo lato cordato. ♃ — Crescit in Brasilia prope Bahiam.

32. H. (MONNIERA Michx. Fl. Am. bor. II. 222.) ROTUNDIFOLIA Prsh. Flor. Am. septentr. II. 418? — Bth. l. c. — Caule glabro v. villosiusculo; foll. obovato-orbiculatis integerrimis multinerviis glabris; pedicellis in axilla quaque solitariis, geminis v. ternis folio brevioribus, ebracteatis; sepalo externo ovato. ♃ — Flores parvi pallide coerulei. — In America boreali-occidentali.

33. H. MICRANTHA Prsh. l. c. 418? — Bth. l. c. — Glabra: foll. ovalib. integerri-

mis amplexicaulib. obscure multinerviis; pedicellis solitariis folia subaequantib. ebracteatis; sepalo externo cordato. 4 — Flores minimi albi. — Haec species valde accedit ad genus *Lindernia*. — New Jersey et Bahia.

34. H. (MONNIERA Michx. Fl. Am. bor. II. 22.) AMPLEXICAULIS Prsb. l. c. 418. — Bth. l. c. 50 — Caule villoso; foll. amplexicaulib. ovatis obtusis integerrimis multinerviis glabris v. nervis subtus villosis; pedicellis solitariis calyce breviorib. subbibracteatis; sepalo externo cordato. 4 — Corolla coerulea major quam ceterarum specierum Boreali-Americanarum. — Crescit in Americae borealis civitatibus australioribus.

† *Species minus notae.*

35. H. MORANENSIS H. B. Kth. Nov gen. et spec. pl. II. 367. — Kth. Synops. pl. aequin. II. 125. — Glaberrima: caulib. repentib.; foll. cuneato-oblongis obtusis, apicem versus obsolete remoteq. denticulatis carnosulis; pedunculis folio longiorib.; calycis bibracteati laciniis exteriorib. ovato-oblongis obtusiusculis integerrimis. 4 — Affinis *H. Monnieriae*, differt tamen statura majori et foliorum forma. — In Nova Hispania inter montem Ventoso et fodinam Moranensem.

36. H. STRICTA Schrad. in Lnk. Enumer. pl. hort. Berol. II. 142. — Caule erecto; foll. lanceolatis acutis duplicato-serratis glabris; florib. verticillatis. 4 — Caulis subsimplex angulatus glaber. Folia in petiolum (6 lin. longum) basi pubescentem attenuata, lamina 2½ poll. longa, ultra pollicem lata. Flores 4–6 in verticillo, ramo simul excrescente, pedicellis 2 lin. longis. Sepala 3 ovata reticulata subserrulata, 2 angustissima. Corolla calyce non multo major coerulea. — Crescit.....?

37. H. DOMINGENSIS Spr. Syst. veget. II. 801. — Caule erecto glabro ramoso; foll. petiolatis oblongis, basi attenuatis crenatis; pedunculis verticillatis; calycib. fructiferis reticulatis. 4 — Crescit in insula Sti. Dominici.

38. H. MONTEVIDENSIS Spr. l. c. 802. — Ramis erectis flexuosis foliisq. lineari-oblongis obtusiusculis subintegerrimis; pedunculis axillarib. nutantib. folia superantibus. 4? — Crescit in Brasilia (Montevideo).

39. H. OBOVATA Poepp. mss. ex Cham. et Schlchtd. Linnaea V. 107. — Caule lanato; foll. obovatis. 4 — *Gratiola repens* Willd. Hb. — *Gratiola parviflora* Juss. — *Hydrotriche Beccabunga* Juss. — In insula Cuba.

40. H. LANUGINOSA Blume, Bijdragen 727. — Lanuginosa: foll. ovatis duplicato-dentatis; pedunculis petiolo breviorib.; calycib. bibracteatis. 4 — In Java crescit.

41. H. SPATHULATA Blume l. c. 748. — Glaberrima: foll. spathulatis, superne obsolete serrulatis; pedunculis folio longiorib.; calycib. bibracteatis. 4 — In Java.

42. H. JAVANICA Blume l. c. — Caulib. procumbentib., villosiusculis; foll. ovatis inaequaliter crenatis glabriusculis, infra depresso-punctatis; florib. subsessilib.; calycibus bibracteatis. 4 — Crescit in Java.

43. H.? AMARA Spanoghe, Linnaea XV. 332. — Herba caulib. erectis (1-ped. alt.), sulcatis glabris; foll. oppositis sessilib. lanceolatis, obtuse acuminatis glabriusculis integris; pedunculis axillarib. 2- aut multifloris bibracteatis, bracteis minutis filiformibus. 4 — An eadem ac *Curanga amara*? — In insula Timor.

† *Species e genere excludendae.*

H. AMARA Bth. = CURANGA AMARA.
H. ERECTA Spr. = ACHETARIA SPRENGELII.
H. FLORIBUNDA Rth. Nov. pl. spec. 289.
H. RUGOSA Rth. l. c. 290. } ad Acanthaceas pertinent.

3940/1. BACOPA *Aubl.*

(Aubl. Pl. Guian. I. 128. t. 49. — Endlich. Gener. pl. Suppl. I. p. 1405. — Meisn. Gener. plant. vascul. I. 311. II. 222. — Bth. Ann. of natur. history II. 443.)

1. B. AQUATICA Aubl. l. c. — Bth. l. c. — Foll. lanceolatis; bracteis a calyce remotis; sepalis exteriorib. in pedunculum subdecurrentib.; corollae calycem subdimidio superantis laciniis ovali-oblongis. ☉? — *Herpestes stellarioides β. Cayennensis* Bth. in Hook. Comp. bot. Magaz. II. 57. — Crescit in Guiana Gallica et in terra Essequibonensi.

2. B. GRANDIFLORA Mart mss. ex Bth. Ann. of nat. history II. 443. — Foll. lanceolatis; bracteis calyci approximatis; sepalo postico basi cordato; corollae calycem duplo superantis laciniis late obovatis. 4? — Crescit in inundatis et aquis stagnantibus inter Alegre et Olho d'Agoa in Brasiliae prov. Piauhiensi inferiori.

3941. CURANGA *Juss.*

(Juss. Ann. mus. d'hist. natur. IX. 319. — Meisn. Gener. pl. vascul. I. 310. II. 220.)

1. C. (SERRATULA Rmph. Herb. Amboin. V. 450. t. 170. fig. 1. — GRATIOLA Rxb. Fl. Indic. edit. Wall. I. 136. — CARANGA Vahl, Enumer. I. 100. — HERPESTES Bth. Scrophul. Indic. 30. — CURANIA Roem. et Schult. Syst. veget. I. 178.) AMARA Juss. l. c. — Blume, Bijdragen 746. — Subglabra: foll. petiolatis ovatis crenatis, basi cuneatis; pedunculis axillarib. folio breviorib., apice subracemosis 2–4-floris; florib. pedicellatis. 4 — *Symphyllium*.....? Griff. in Madras journ. of sc. I.....? — Habitat in India orientali (in Moluccis).

3942. ACHETARIA *Cham.*

(Chamisso, Linnaea II. 566. — Meisn. Gener. plant. vascul. I. 309. II. 220.)

1. A. SPRENGELII Chamisso l. c. 567. † — Herba perennis(?) oppositifolia, habitu *Melissam* v. *Calaminthum* quodammodo referens, praeter capsulam pilis longis articulatis leviter hirsuta glandulisque minutissimis sessilibus aureis conspersa. Caules obsolete tetragoni, supra hirsutiores tripedales v. altiores. Folia internodiis plerumque breviora ovata acuta, in petiolum breviter attenuata obsolete denticulato-crenulata, infra pallidiora, venis utrinsecus 3–4 eximie pilosis prominulis, adjecto petiolo pollicaria, semipollicem lata. Flores in summitatibus axillares solitarii oppositi breviter pedicellati, magnitudine fere *Thymi Acini*. Bracteae ad basin calycis 2 laterales ovatae obtusae calyce breviores. Calycis sepalum superius ellipticum obtusum, reliquis filiformibus. Corolla extus pilosa et glanduligera, tubo intus parcius piloso, labio superiori obovato, inferioris lobis rotundatis subaequalibus. Capsula glabra elliptica subcompressa obtusa, stylo persistente superata. — *Herpestes erecta* Spr. Syst. vegetab. II. 801. — Crescit in Brasilia meridionali.

3943. BEYRICHIA *Chamisso.*

(Chamisso, Linnaea III. 21. — Meisn. Gener. pl. vascul. I. 310. II. 220.)

1. B. OCYMOIDES Chamisso l. c. † — Caule pubescente tetragono; foll. ovatis, superne serratis in petiolum brevem attenuatis, ramealib. ellipticis minorib., floralib. minimis integerrimis; florib. in spicam terminalem densiflorum foliosam, demum elongatam collectis; corollae labio utroque subaequali, superioris margine inferioreq. reflexis; capsula membranacea ovoidea glabra. 4 — Folia 1½ poll. longa, ½ poll. lata. Corolla circiter 4 lin. longa, tubo calycem paullo excedente. Calyx basin usque quinquepartitus, lacinia postica minima filiformi, lateralibus lanceolatis, majoribus quam antherae lineares. — Crescit in Brasilia meridionali.

2. B. AJUGOIDES Bth. Scrophul. Indic. 9. adnot. — Florib. spicatis; corollae labio superiore retuso, inferiore tricrenato; genitalib. inclusis. 4 — Crescit in Brasilia ad Bahiam.

3. B. SCUTELLARIOIDES Bth. l. c. — Pubescens: foll. parvis petiolatis; florib. axillarib.; corollae labio superiore bifido, inferiore trifido. 4 — Crescit in Brasilia prope Bahiam.

4. B. VILLOSA Bth. l. c. — Tota villosa: foll subsessilib.; florib. axillarib.; corollae labio superiore emarginato, inferiore breviter trifido. 4 — In Brasilia ad Bahiam.

3944. ANTICHARIS *Endlich.*

(Endlich. Nov. stirp. Mus. Vindob. p. 22. — Meisn. Gener. pl. vascul. I. 310. II. 220.)

1. A. (CAPRARIA Steudel et Hochst. in Hb. un. itin. Arab. no. 17.) ARABICA Endl. l. c. 23. †, Iconogr. Gener. pl. t. 93. — Herba annua pedalis v. sesquipedalis

erecta stricta simplex v. basi parce ramosa, undique subviscoso-glanduloso-puberula. Caulis teres, basi sordide purpurascens, superne glauco-viridis. Folia 4 linearum intervallis alternantia elliptica obtusiuscula (9 lin. longa, 2½ lin. lata) integerrima, in petiolum brevem attenuata, subtus uninervia, utrinque viscido-glandulosa glaucescentia. Pedunculi in foliorum, saepissime ramuli abortivi foliola prima minuta evolventium axillis solitarii uniflori filiformes, folio ipso triplo breviores erecto-patentes, infra medium bracteolis duabus linearibus muniti. Flores duas lin. longi. Calycis quinquepartiti laciniae lineari-lanceolatae acutae, duae anteriores paullo breviores, omnes erectae confertim glanduloso-pubescentes. Corolla hypogyna tubuloso-infundibuliformis, sursum ampliata, limbo quinquefido subbilabiato, lobis rotundatis obtusissimis, intermedio antico ceteris aequalibus triente longiore, omnibus venosis. Capsula membranacea ovato-conica acuta substraminea, obsolete venosa bisulca, parce glanduloso-puberula bilocularis. ⊙ — Crescit in Arabiae felicis montibus (Sidr et Kasr etc.).

3945. HYDROTRICHE *Zuccar.*

(Zuccar. Plant. nov. fasc. I. 109. — Meisn. Gener. pl. vascul. I. 309. II. 220.)

1. *H. HOTTONIAEFLORA Zuccar. l. c. ♃ — Crescit in rivulis Madagascariensibus.

3946. GRATIOLA *R. Br.*

(R. Br. Prodr. fl. Nov. Holland. 435. — Meisn. Gener. pl. vascul. I. 310. II. 220. — Linn. Spec. plantar. p. 24. ex p. — Spr. Syst. veget. I. 30. ex p. — Dietr. Synops. plant. plerumq. I. 39. ex p. — G. Don, General syst. of gard. and bot. IV. 534.)

§. 1. *Species Europaeae.*

1. GR. OFFICINALIS Linn. Spec. plant. 24. — Oed. Flor. Danic. t. 363. - Hayne, Termini botanic. t. 1. fig. 47. — Bull. Herb. t. 130. — Plenk, Off. Pflzn. t. 15. — Sabb. Hort. Roman. t. 87. — Blackw. Herb. t. 411. — Hayne, Arzneigew. III. t. 13. — Schkuhr, Bot. Handbch. I. t. 2. — Grtnr. De fructib. et seminib. pl. I. t. 53. — N. ab Esenb. jun. Gener. fl. Germ. XVI. t. 6. — Rchb. Flor. Germ. excurs. 376. no. 2556. — Koch, Synops. fl. Germ. et Helv. (edit. 1.) p. 517. — G. Don l. c. no. 1. — Foll. sessilib. lanceolatis trinerviis serrulatis, basi integerrimis; pedunculis axillarib. unifloris. ♃ — Radix repens articulata. Caulis supra tetragonus. Folia decussata 3–5-nervia, interdum integerrima. Corolla albida v. pallide lutea purpureo-striata. Filamenta fertilia barbata. Calyx saepius 7-fidus. Capsula ovata acuminata. — *Gr. centauroides* C. Bauh. Pinx. 279. — *Gr. alpina* J. Bauh. Histor. III. 435. Riv. Monop. irregul. t. 157. — Moris. Oxoniens. Histor. II. 479. sect. 5. t. 8. fig. 7. — Crescit locis humidis in tota fere Europa, praesertim media.

2. GR. LINIFOLIA Vahl, Enumerat. pl. I. 89. — G. Don l. c. no. 2. — Foll. linearib. integerrimis sessilib. enerviis; pedunculis axillarib. unifloris. ♃ — Herba glabra. Caules ascendentes ramulosi. Folia amplexicaulia acuta, lanceolato-linearia (*trinervia??*). Flores purpurascenti-albidi. — *Gr. officinalis* Brot. Flor. Lusit. I. 15. — Lnk. et Hffmnnsgg. Fl. Portug. I. 225. t. 31. — Crescit in Lusitania.

3. GR. CRASSIFOLIA Lag. Nov. Gen. et spec. pl. I no. 6. ex Spr. Syst. veget. I. 30. — Foll. lanceolatis integerrimis crassis; pedunculis unifloris. ♃ — Crescit in Hispania ad urbem Salamancam.

§. 2. *Species Americanae.*

4. GR. AUREA Prsb. Flor. Amer. septentr. I. 12. — Loddig. Bot. Cabin. t. 1309. — G. Don l. c. 535. no. 3. — Glabra: foll. late linearib. sessilib. obscure dentatis trinerviis, supra punctatis; pedunculis vix foliorum longitudine. ♃ — Caulis repens teres (ex Spr.) parum ramosus bisulcatus. Folia semiamplexicaulia. Segmenta calycina apice glandulosa aequalia. Corolla aurea puberula. — *Gr. Carolinensis* Pers. Enchirid. I. 14. — *Gr. officinalis* Michx. Fl. Am. boreal. I. 6. — Crescit locis uliginosis in America boreali (New York).

5. GR. PERUVIANA Vahl, Enumerat. I. 80. — Spr. l. c. 40. — G. Don l. c. no. 4. — Glabra: foll. ovato-oblongis subquinquenerviis serratis; florib. sessilibus. ♃ — Affinis *Gr. officinali*, sed folia breviora, flores minores albi. Capsula baccae

Piperis magnitudine. — *Stemodia glabra* Spr. Syst. vegetab. II. 811. — Feuill. Peruv. III. 23. t. 17. — Crescit in Chili, Peruvia et in Brasilia australi.

6. GR. FLORIDANA Nutt. Journ. acad. Philad. VII. 103. — G. Don l. c. no. 5. — Glabra erecta: foll. lanceolatis obsolete denticulatis acutiusculis; pedunculis folio longioribb.; corollae majusculae segmentis emarginatis. ♃ — Folia quam illa *Gr. Virginicae* angustiora floresque multo-majores pallide lutei. Caeterum illi simillima. Calyces et bracteae parvi. — Crescit in Florida.

7. GR. VIRGINICA Linn. Spec. plant. 25. — Willd. Spec. pl. I. 104. — G. Don l. c. no. 6. — Caule ascendente tereti; foll. oblongis, utrinq. attenuatis subdentatis nervosis; pedunculis axillarib. unifloris folio brevioribus. ♃ — Caulis teres, ad articulationes radicans. Calyx aequalis. Corolla albido-lutescens. Capsula acuminata calyce longior. — *Gr. acuminata* Vahl, Enumer. I. 92. (excl. synon.) — *Gr. neglecta* Torr. Catal. pl. New York 89. — *Conobea borealis* Spr. Neue Entdeckng. II. 205. — Crescit in America boreali a Pennsylvania ad Carolinam usque.

8. GR. QUADRIDENTATA Michx. Fl. bor. Americ. I. 6. — G. Don l. c. no. 7. — Pubescens: foll. lineari-lanceolatis remote paucidentatis; pedunculis foliorum longitudine. ♃ — Habitus *Gr. officinalis*, sed omnibus partibus minor. Caules teretes. Flores ebracteati. Calyx inaequalis. Corollae tubus flavescens purpureo-striatus, limbo albo. Capsula quam calyx triplo brevior. — *Gr. ramosa* Walt. Fl. Carolin. 61. — *Gr. Virginica* Lam. Illustr. gener. I. 54. t. 16. fig. 2. — Vahl, Enumerat. I. 89. — Crescit in Carolinae agris arenosis.

9. GR. PILOSA Michx. Fl. bor. Americ. I. 95. — G. Don l. c. no. 8. — Caule erecto piloso; foll cordato-oblongis remote denticulatis pilosiusculis; florib. subsessilibus. ♃ — Caulis teres. Folia semiamplexicaulia. Calyx inaequalis. Corolla alba purpureo-tincta, intus villosa. — *Gr. Peruviana* Walt. Fl. Carolin. 62. — Crescit locis aquosis in Carolina et Georgia.

10. GR. TETRAGONA Elliot, Carol. 15. (nec Hook.) — G. Don l. c. no. 9. — Glabra: caule procumbente tetragono; foll. lanceolatis parce dentatis; segmentis calycinis subaequalibus. ♃ — Flores ebracteati. Corolla alba striata. Capsula calycis longitudine. — Crescit in Carolina australi.

11. GR. MEGALOCARPA Elliot. l. c. 13. — G. Don l. c. no. 10. — Foll. lanceolatis serratis pubescentib.; pedunculis oppositis folio longioribb.; segmentis calycinis linearib. capsulam globosam aequantibus. ♃ — Flores pallide lutei. Capsula inter species maxima. — *Gr. acuminata* Prsh. Fl. Americ. septentr. I. 12. (excl. synon.) — Crescit a Pennsylvania ad Carolinam.

12. GR. SPHAEROCARPA Elliot l. c. 14. — G. Don l. c. no. 11. — Glabra: caule procumbente tereti; foll. obovatis, basi attenuatis serratis; capsula globosa. ♃ — Flores subsessiles. Filamenta sterilia nulla. — Forte ad *Nelsoniam* pertinet. — Crescit in Carolina australi.

16. STR. FORBESII Bth. in Hook. l. c. — Elata scaberrima pubescens: foll. linearilanceolatis dentatis; calycib. profunde fissis decies striatis, laciniis linearib. foliaceis; corollae tubo elongato tenuiter pubescente, versus apicem incurvo. ♃ — Affinis *Str. Masuriae* sed minus rigida foliisque latioribus differt. — *β. grandiflora:* — Crescit in Madagascaria et Mozambique.

Sectio IV. CAMPULEJA Endlich l. c.

Calyx quinquecostatus. Corolla medio infracta.

17. STR. (BUCHNERA Delile, Flor. de l'Aegypte t. 34.) HERMONTICA Bth. l. c. — Pilosiuscula scabra: foll. linearib.; floralib. lanceolatis ciliatis; calycib. quinquies striatis; corollae tubo glabriusculo ad medium incurvo, limbo amplo. ♃ — In Aegypto et Mozambique crescit.

3900. BUCHNERA *Linn.*

(Linn. Gener. pl. 772. excl. spec. — Meisn. Gener. pl. vascul. I. 313. II. 294. — Bth. in Hook. Compan. bot. Magaz. I. 365.)

§. 1. *Spica rara vel densa non imbricata.*

1. B. JUNCEA Cham. et Schlchtd. Linnaea II. 590. † ~ Bth. l. c. — Herbacea: caule simplici junceo, foliis quadrifariis adpressis vestito; panicula brevi contracta terminali. ♃ — Radix perennis brevis nigra. Caulis simplicissimus junceus bi- v. tripedalis et altior, obsolete tetragonus, teretiusculus, deorsum puberulus, foliis oppositis quadrifariis vestitus. Folia lineari-lanceolata, latiori basi sessilia acuta, margine scabra, arcte adpressa, membranacea firmia trinervia, inferiora latiora breviora, fere elliptica, in medio caule internodia aequantia (9 lin. longa, 1½ lin. lata), suprema minima squamaeformia, internodiis ibidem valde elongatis. Panicula brevis stricta contracta e spicis densifloris constans, ramis floribusque pseudo-oppositis, rarius alternis. Bracteae calyce breviores, laterales angustiores, vix breviores, omnes nervo medio subcarinatae, in acumen excurrente. Calyx nervoso-striatus 2½ lin. longus subaequalis, dentibus acutissimis, anticis sinu paullo profundiori distinctis. Corollae tubus calyce paullo longior, extus glaber, limbus subaequalis parvus, laciniae lineam circiter longae, fauce et intus villosae. Capsula ovoidea apiculata calycem persistentem explens 2½ lin. longa fusca. — Crescit in Brasilia meridionali.

2. B. (PIRIPEA Aubl. Pl. Guian. II. 698. t. 283.) PALUSTRIS Spr. Syst. veget. II. 805. — Bth. l. c. — Scabra subglabra: caule tenui subramoso; foll. anguste linearib. integerrimis v. infimis parvis obovatis; spica laxa pauciflora; bracteis linearilanceolatis; corollae tubo calycem subduplo excedente; calyce fructifero recto. ♃ — Flores purpurascentes. — Crescit in Guiana Gallica.

3. B. ELONGATA Swrtz. Flor. Indiae occid. II. 1061. — Bth. l. c. — Strigoso-scabra: caule subsimplici, basi folioso; foll. oblongis integerrimis, superiorib. linearib.; spica laxa pauciflora; corollae tubo calycem subduplo excedente; calyce fructifero recto. ♃ — Plum. Icon. 19. t. 17. — *Erinus Americanus* Mill. Dict.? — Corolla violacea v. purpurascenti-coerulea. — Caulis cubitalis et ultra gracilis

firmus. Folia 1–3-pollicaria integerrima. Scabrities folia utrinque, bracteas calycisque nervos occupans in superiore caule et corollae tubo rarescens e strigis constat brevibus albis sursum versis, e lata basi callosa orbiculari orientibus. Spica laxa 12–24-flora; bracteae subaequales acutae, antica ovata, laterales lineares. Calyx florifer tubulosus, fructifer ovato-cylindricus eximie striatus, dentes breves ½ lin. longi acuti, antici duo sinu paullo profundiori distincti. Tubus corollae calyce duplo fere longior (5 lin. longus) limbo subaequali. Stigma eximie clavatum *Typhae* spadicis instar. Capsula calycem explens eumque rarius dirumpens. — *β. pilosa* Cham. et Schlechtd. Linnaea VIII. 945. — Tota pilis longioribus obsita. — In America centrali et australi (Jamaica, Carolina, Mexico, Brasilia).

4. B. TENELLA R. Br. Prodr. fl. Nov. Holland. 437. (edit. N. ab E. 293.) — Bth. l. c. — Scabra subglabra: caule tenui subramoso; foll. anguste linearib. integerrimis; spicis laxiusculis; bracteis ovato-lanceolatis ciliatis; corollae parvae tubo gracili calycem subduplo excedente; calyce fructifero vix incurvo. ♃ — Crescit in Novae Hollandiae ora septentrionali.

5. B. LINEARIS R. Br. l. l. c. c. — Bth. l. c. — Scabra: foll. oblongis, superiorib. linearib. obtusis integerrimis; spica rara; bracteis inferiorib. linearib., superiorib. ovato-lanceolatis; calycib. pubescentib. vix incurvis; corollae tubo breviter exserto. ♃ — Crescit in Nova Hollandia (Carpentaria).

6. B. PUBESCENS Bth. l. c. — Scabra: foll. inferiorib. oblongis, superiorib. linearib., omnib. integerrimis obtusis; spicis multifloris; bracteis ovato-lanceolatis subciliatis; calycib. pubescentib. subincurvis, fructiferis ore obliquis; corollae tubo breviter exserto. ♃ — Crescit in Novae Hollandiae ora septentrionali (ad Endeavour river).

7. B. RAMOSISSIMA R. Br. l. c. 438. (edit. Nees ab Esenb. 294.) — Bth. l. c. — Scabra ramosa: foll. rameis integerrimis lineari-lanceolatis; spicis elongatis multifloris; bracteis ovato-lanceolatis subciliatis; corollae tubo calycem floriferum incurvum plus dimidio excedente, apice piloso-hispido; calyce fructifero rectiusculo. ♃ — Crescit in Novae Hollandiae oris orientali (Thirsty Sound) et boreali (York Sound).

8. B. DURA Bth. l. c. 366. — Glabra v. basi hispidula: caule subramoso; foll. infimis obovatis, superiorib. oblongis integerrimis, supremis linearib.; spica apice condensata multiflora; bracteis ovato-lanceolatis subciliatis; corollae tubo exserto; capsula calycem fructiferum rectum subaequante. ♃ — Crescit in Africa australi extratropica (Uitenhage, Cafferland).

9. B. GLABRATA Bth. l. c. — Glabra v. basi vix hispidula: caulib. erectis subsimplicib.; foll. inferiorib. late obovatis, superiorib. linearib. oblongisve; spica condensata brevi; bracteis ovato-lanceolatis; corollae tubo exserto; capsula calycem rectum dimidio superante. ♃ — Crescit in Africa australi extratropica (Cape district prope Rondebosch).

10. B. GRACILIS R. Br. l. c. 437. (edit. Nees ab Esenb. 293.) — Bth. l. c. — Caule simplici glabro; foll. inferiorib. obovatis, superiorib. oblongis, omnib. obtusis integris; spica rara; bracteis ciliatis calyce dimidio brevioribus; capsulis apice exsertis. ♃ — Crescit in Nova Hollandia prope Port Jackson.

11. B. ASPERATA R. Br. l. c. 438. (edit. N. ab E. 294.) — Bth. l. c. — Scaberrima: foll. inferiorib. lanceolato-oblongis paucidentatis, superiorib. lineari-lanceolatis integerrimis; bracteis lanceolato-ovatis calyce duplo breviorib.; calycib. fructiferis apice (ore) obliquis; capsulis inclusis. ♃ — *β.* Foliis angustioribus. — Crescit in Novae Hollandiae ora septentrionali. (*β.* Goulburn island).

12. B. URTICAEFOLIA R. Br. l. c. 437. (edit. N. ab E. 293.) — Bth. l. c. — Scabra glabriuscula v. pubescens: foll. infimis approximatis oblongis obtusis mediisque dentatis lanceolatis distantib.; spica laxa; bracteis lanceolatis ciliatis calyce breviorib.; corollae tubo calycem subduplo excedente; capsulae apice exserto. ♃ — Crescit in Novae Hollandiae ora orientali (Port Curtis).

13. B. HISPIDA Hamilt. in D. Don, Prodr. fl. Nepal. 91. — Bth. l. c. — Pilis longis hispida subsimplex, basi folliosa: foll. oblongis subdentatis, superiorib. linearib.;

spica laxa multiflora; corollae tubo vix exserto. ⊙ — Crescit in montibus Indiae orientalis.

14. **B. AMERICANA** Linn. Spec. plantar. 879. — Bth. l. c. — Piloso-hispida scaberrima v. demum glabrata: caule subsimplici, basi folioso; foll. oblongis lanceolatisve subdentatis, superiorib. linearib.; spica laxiuscula; corollae tubo calycem subduplo excedente; calyce fructifero recto. ⊙ — Crescit in Americae borealis civitatibus australioribus, Mexico, Panama.

15. **B. MACRANTHA** Bth. l. c. — Pubescenti-scabra: foll. lanceolatis subdentatis remotis; spica laxiuscula; corollae tubo hirsuto calycem quintuplo superante. ⊙ — Habitu proxime accedit ad praecedentem sed floribus differt. Calyx glutinoso-pilosus. Corolla ultra pollicaris, limbi laciniis magnis latis. — In Sierra Leone.

16. **B. PUSILLA** H. B. Kth. Nov. gener. et spec. pl. II. 340. — Bth. l. c. — Hispido-scabra: caule subsimplici teretiusculo; foll. subopppositis, inferiorib. obovatis oblongis, superiorib. linearib. integerrimis uninerviis; spica solitaria; calyce quam tubus corollinus breviore capsulam superante. ⊙? — Flores subdistichi. — In regno Novo-Granatensi crescit.

17. **B. DISTICHA** H. B. Kth. l. c. — Bth. l. c. 367. — Hispido-scabra: caule ramoso subtetragono; foll. subopppositis linearib. integerrimis uninerviis; spica solitaria disticha; calyce tubum corollae aequante. ⊙ — Corolla coerulea. — Crescit ad Santa Fee de Bogota.

18. **B. ARGUTA** Dcne. Nouv. Ann. du Mus. d'hist. natur. III. 374. † — Scabra: caule ramoso tereti; foll. radicalib. lanceolato-oblongis obtusis subrepandis, ramealib. linearib. integris obtusis sessilib.; bracteis ovatis acutis calyce cylindraceo subarcuato dimidio breviorib.; florum limbo subregulari; capsulis inclusis. ⊙ — Corolla glabra coerulescenti-purpurea. — Crescit in insula Timor.

19. **B. LONGIFOLIA** H. B. Kth. l. c. — Bth. l. c. — Glabriuscula: caule ramoso tereti scabriusculo; foll. inferiorib. oppositis anguste linearib. elongatis integerrimis trinerviis calloso-exasperatis; spica solitaria; tubo corollae calycem superante. ⊙ — Corolla coerulea. Folia 4–5-pollicaria. — Prope Santa Fee de Bogota.

20. **B. LITHOSPERMIFOLIA** H. B. Kth. l. c. 341. — Bth. l. c. — Hispido-scabra: caule simplici teretiusculo, superne subtrigono; foll. inferiorib. subopppositis linearib. subintegerrimis trinerviis; spica solitaria; calyce quam corolla triplo breviore capsulam subaequante. ⊙ — Corolla coerulea v. violacea. — Crescit in ripa exsiccata fluvii Magdalenae juxta Melgar et Picala et in alta planitie Bogotensi.

21. **B. TERNIFOLIA** H. B. Kth. l. c. — Bth. l. c. — Hispido-scabra: caule simplici trigono; foll. inferiorib. ternis lineari-lanceolatis, apicem versus remote serratis trinerviis; spica solitaria; tubo corollae calycem paullo superante. ⊙ — Corolla violacea. — Crescit cum praecedente.

22. **B. VIRGATA** H. B. Kth. l. c. 342. † — Bth. l. c. — Hispido-scabra: caule basi ramoso; ramis virgatis subtetragonis; foll. oppositis lanceolato-linearib. integerrimis trinerviis; spicis paniculatis; calyce tubo corollino duplo breviore, capsulam bis superante. ⊙ — Corolla violacea. — Crescit in Nova-Andalusia in montibus Cocollar et Tumiriquiri.

23. **B. ROSEA** H. B. Kth. l. c. — Bth. l. c. — Hispido-scabra: caulib. subcaespitosis simplicib. teretiusculis; foll. inferiorib. oppositis lanceolatis obtusiusculis, apice subdentatis trinerviis; spicis complurib. congestis. ⊙ — Corollae roseae. — Crescit locis temperatis prope Caracas.

24. **B. MACROCARPA** H. B. Kth. l. c. — Bth. l. c. — Hispido-scabra: caule simplici teretiusculo; foll. inferiorib. oppositis lanceolatis acutis, basi angustatis, apicem versus remote dentatis; spica solitaria; calyce tubo corollae capsulaque breviore. ♃ Folia trinervia. Corolla coerulea. — Crescit in Nova-Andalusia?

25. **B. AMETHYSTINA** Chamiss. et Schlchtd. Linnaea II. 588. † — Herbacea: caule simplici, inferne folioso; spica laxa pauciflora; bractea externa ovata acuta; calycis dentib. brevib. subaequalibus. ♃? — Herba 7–15-pollicaris. Caulis gracilis foliis subradicalibus paucis instructus, sursum fere denudatus. Spica laxa 6–12-flora. Folia 1–1½-pollicaria obscurius nervosa dentata aut integerrima. Folia et

caulis pars inferior pilis brevibus rigidis callosa basi orientibus hirta et scabra. Bracteae, calycis (praesertim margine) foliorumque nervi pilis similibus pubescentes. Flores quam *B. elongatae* majores. Bracteae subaequales acutae, antica ovata, laterales lanceolatae. Calyx 4 lin. longus. Tubus corollae calycem paullulum superans, extus parce pilosus. Limbi inaequalis laciniae maximae 2 lin. longae. Stylus paullulum sursum incrassatus. — Crescit in Brasilia tropica.

26. **B. LOBELIOIDES** Cham. et Schlchtd. l. c. 589. † — Bth. l. c. — Caule simplici inferne folioso; spica laxa multiflora; bractea externa lanceolata acutissima; calycis dentib. inaequalibus, anticis duobus majoribus. ♃ — Herba 10–pollicaris v. sesquipedalis, e toto hirta et pilis breviusculis scabra, in folio e callosa basi orientibus rigidis patentibus, sursum curvatis uncinatisve. Caulis gracilis, infra dense foliosus, supra denudatus. Folia eximie et profunde dentata, dentibus paucis pluribusve in medio folio inaequalibus, alia integerrima. Spica laxa 10–28–flora. Bracteae acutissimae subaequales, exteriori lanceolata carinata, lateralibus linearibus. Calyx subinaequalis subbilabiatus, dentes postici 3 minores minusque profundi, duo antici lanceolati, majores tertiam circiter calycis partem aequantes, omnes acuti, totus tubulosus 3 lin. longus. Tubus corollae quarta longitudinis parte calycem excedens hirtus, limbus inaequalis, laciniae maximae sesquilineares. Stylus subaequalis, stigmate aequilato. Capsula ovoideo–cylindracea, calycem aequans inclusa. Planta exsiccata lurido–viridem servans colorem. — Crescit in Brasilia tropica.

27. **B. LAVANDULACEA** Cham. et Schlchtd. l. c. † — Herbacea: caule simplici inferne folioso; foll. integerrimis subplicato–nervosis; spica densiflora. ♃ — Herba 10–15–pollicaris simplicissima v. tripedalis spicaque tum ramulosa. Folia rigida, subtus nervis valde prominentibus quasi plicata, — in speciminibus minoribus pauca subradicalia — 15 circiter lin. longa, in vegetioribus altius in caulem ascendentia, majora ad 5 pollices usque elongata. Pili brevissimi rigidi curvuli, e lata callosa basi orti, folia subradicalia et caulis infimam partem praesertim obtegunt et scabritie donant, stirps caeterum supra glabella. Spica pauci– v. multiflora densiflora, basi magis minusve relaxata. Bracteae subaequales acutae, antica ovata, laterales angustae lanceolatae. Calyx tenuiter striatus glaber 3 lin. longus, dentes acutissimi subaequales, sinu inter anticos paullo profundiori. Corollae tubus 5 circiter lin. longus, extus glaber, limbus subaequalis, laciniis circiter 2 lin. longis. Stylus distincte clavatus. Capsula ovoidea calycem explens et demum dirumpens. — Crescit in Brasilia meridionali.

28. **B. TINCTORIA** Bertoloni, Flor. Guatimal. 26. — Foll. lineari–filiformib. hispidulis; racemo terminali laxifloro; striis calycinis ciliato–spinulosis. ♃ — Crescit in Guatimala.

29. **B. TOMENTOSA** Blume, Bijdragen 741. — Subtomentosa: foll. inferiorib. oblongis obtusis grosse dentatis, superiorib. linearib. obtusis integerrimis; bracteis semilanceolatis calyce breviorib.; caule subramoso teretiusculo. ♃? — Crescit in in insula Java.

30. **B. CAPILLARIS** Desv. in Hamilt. Prodr. flor. Ind. occid. 46. — Caule erecto ramoso; foll. breviuscule petiolatis cordatis acutis glabris; florib. terminalib. oppositis; pedunculis elongato–capillaceis; calyce campanulato subscarioso. ♃ — Ad *Buchneram* pertinere non videtur. — Crescit in Guiana.

§. 2. *Spica densa imbricata tetragona.*

31. **B. STRICTA** Bth. in Hook. Compan. bot. Magaz. I. 367. — Glabriuscula: foll. linearib. erectis strictis; spica tetragona imbricata subglabra; bracteis ovato–lanceolatis acutis nudis calycem aequantibus. ♃ — Crescit in China. — Folia magna radicalia, quae in sequentibus observantur huic desunt, caulis simplex circiter 8–9–pollicaris.

32. **B.? DENSIFLORA** Hook. et Arn. Bot. Beech. voy. 203. — Annua simplex scabra: foll. integerrimis, radicalib. ovalib., caulinis inferiorib. lineari–oblongis obtusis, superiorib. linearib. acuminatis, sursum virescentib.; spica oblonga

pedunculata (a foliis remota) tetragona densa imbricata; bracteis ternis, duabus lateralibus subulatis, tertia late ovata acuminata concava ciliata, calycem quinquedentatum striatum aequante; corollae parvae tubo subrecto, limbo subaequaliter quinquelobo, lobis oblongis undulatis; capsulis inclusis. ⊙ — Crescit in China.

33. B. CRUCIATA Hamilt. mss. in D. Don, Prodr. fl. Nepal. 91. — Bth. l. c. — Pubescens: foll. radicalib. obovatis, caulinis inferiorib. oblongis, superiorib. linearib.; spica tetragona imbricata pubescente; bracteis ovatis ciliatis calyce brevioribus. 2|. — Calyx fere cylindricus. Spica circiter pollicaris. Folia radicalia dentata, caulina integra. — Crescit in Nepaliae montibus.

34. B. TETRASTICHA Wall. Catal. 3878. ex Bth. Scrophul. Indic. 41. et Hook. Comp. bot. Magaz. l. c. — Pubescens v. glabriuscula elata: foll. oblongis lanceolatisve obtusis integerrimis; spica tetragona imbricata villosa; bracteis late ovatis calycem aequantibus. 2|? — Calyx valde depressus. Folia numerosa. Spica bipollicaris densissime imbricata, fructifera 7–8 lin. diametro habet. Planta tota bipedalis. — Crescit in India orientali ad Moolmyne, ripas Salian et Phonas.

35. B. TETRAGONA R. Br. Prodr. fl. Nov. Holland. 437. (edit. Nees ab Esenb. 293.) — Bth. l. c. 308. — Glabra elata: foll. oblongis lanceolatisve paucidentatis; spica tetragona imbricata glabra; bracteis late ovatis calycem superantibus. 2|. — Differt a praecedente glabritie, spica multo minus dense imbricata foliisque magis distantibus. — Crescit in Novae Hollandiae ora septentrionali (Goulbourn island).

† *Species e genere expellendae.*

B. AETHIOPICA Linn. = CHAENOSTOMA AETHIOPICUM.
B. ASIATICA Linn. = Ad complures STRIGAE species pertinet.
B. ASPERA Schum. et Thonn. = STRIGA ASPERA.
B. AUREA Bnks. = POLYCARENA AUREA.
B. BILABIATA Thnbrg. = STRIGA THUNBERGII.
B. CAPENSIS Thnbrg. = POLYCARENA CAPENSIS.
B. CURVIFLORA R. Br. = STRIGA CURVIFLORA.
B. DENSIFLORA Bth. = STRIGA DENSIFLORA.
B. DIVARICATA Linn. = ZALUZIANSKYA PUSILLA.
B. EUPHRASIOIDES Vahl. = STRIGA EUPHRASIOIDES.
B. FOETIDA Andrs. = CHAENOSTOMA FOETIDUM.
B. GESNERIOIDES Willd. = STRIGA OROBANCHOIDES.
B. HIRSUTA Wall. = STRIGA LUTEA.
B. HUMIFUSA Vahl. = STRIGA HUMIFUSA.
B. HYDROBADENSIS Rth. = STRIGA OROBANCHOIDES.
B. HERMONTICA Delile. = STRIGA HERMONTICA.
B. LONGIFLORA Wght. = RHAMPHICARPA LONGIFLORA.
B. MASURIA Hamilt. = STRIGA MASURIA.
B. OROBANCHOIDES R. Br. = STRIGA OROBANCHOIDES.
B. PARVIFLORA R. Br. = STRIGA PARVIFLORA.
B. PEDUNCULATA Andr. = LYPERIA PEDUNCULATA.
B. PHOENICEA Wall. = STRIGA PHOENICEA.
B. VISCOSA Ait. = SPHENANDRA VISCOSA.
B. WALLICHII Bth. = STRIGA MASURIA.

3961. DORATANTHERA *Bth.*

(Bth. mss. ad St. Endlich. — Meisn. Gener. plant. vascul. I. 313. II. 294.)

1. D. SENEGALENSIS Bth. l. c. — Herba annua erecta ramosa, pilis brevib. glandulosis hirta, siccitate nigrescens: foll. alternis linearib. uninerviis integerrimis; floralib. conformib.; pedicellis axillarib. filiformib. solitariis unifloris secundis; calycib. basi bibracteolatis glanduloso-hirtis corollisq. venosis. ⊙ — [Endl. mss.] — Crescit in Senegambia.

3962. RHAMPHICARPA *Bth.*

(Bth. in Hook. Comp. bot. Magaz. I. 308. — Meisn. Gener. pl. vascul. I. 313. II. 294.)

1. RH. (BUCHNERA Wght. mss.) LONGIFLORA Bth. l. c. — Foll. pinnatisectis

anguste linearib.; corollae tubo recto limbum pluries excedente; capsulae rostro subrecurvo. ⊙ — Herbula parva ramosissima glabra, foliorum segmenta pauca distantia glabra. Pedunculi calyce plerumque breviores nudi, interdum eo longiores bractearum pari instructi. Calyx profunde fissus, segmentis longis subulatis, basi lanceolatis. Corolla alba (sicca coerulescens), tubo sesquipollicari, limbi laciniis brevibus latis truncatis v. emarginatis. — Crescit in insula Sti. Ludwigii (Senegal), in peninsula Indiae orientalis.

2. RH. (GERARDIA Linn. Spec. plant. 879.) TUBULOSA Bth. l. c. — Foll. lanceolato-linearib. integris; corollae limbo tubo subincurvo parum breviore; capsulis truncatis, rostro brevi. ⊙? — Tota glabra. Caulis erectus pedalis v. ultra, parum ramosus. Folia glabra v. scabrella, utrinque attenuata, fere omnia opposita. Pedunculi calyce sublongiores. Corolla alba, exsiccata coerulescens, tubo pollicari, prope medium subcurvato, limbi laciniis obovatis integris. Calycis dentes lanceolati tubum subaequantes. — Crescit in Africa australi extratropica (Uitenhage).

3. RH. CURVIFLORA Bth. l. c. — Foll. lanceolato-linearib. integris; corollae limbo tubo incurvo vix breviore; capsulis acinaciformibus. ⊙? — Habitus speciei praecedentis. Folia angustiora; calycis dentes longiores; corollae tubus magis curvatus, limbo latiori. Capsula valde obliqua. — In Madagascaria et Mozambique.

3903. CYCNIUM *E. Meyer.*

(E. Meyer mss. ex Bth. in Hook. Comp. bot. Magaz. I. 368. — Meisn. Gener. plant. vascul. I. 313. II. 234.)

1. C. ADONENSE E. Meyer mss. ex Bth. l. c. — Caule procumbente; foll. ovatis oblongisve; florib. sessilib. axillarib.; corollae tubo calycem plus duplo excedente. ♃? — Undique pilis brevissimis rigidis tectum. Folia sessilia, basi cuneata; calyx ultra pollicaris, capsula maturescente ad basin ruptus, dentes foliacei 3–4 lin. longi. Corollae albae tubus 2½ poll. longus, limbus planus sesquipollicem diametro habet. Capsula ovalis semipollicaris, semina numerosissima. — Crescit in Promontorio bonae spei (Uitenhage).

2. RACEMOSUM Bth. l. c. — Caule erecto; foll. lanceolatis; florib. pedunculatis racemosis; corollae tubo calycem vix aequante. ♃? — Habitu quodammodo refert *Melasmam scabram* v. *Rhamphicarpam tubulosam*. Caulis pedalis subsimplex scaber. Folia sesqui-bipollicaria paucidentata, basi contracta, fere omnia alterna. Pedicelli breves; bracteae lineares. Calycis tubus 9–10-pollicaris striatus, limbi laciniae lanceolato-subulatae. Corollae limbus 1½ poll. diametro habet. Antherae approximatae supra apiculatae. Capsula globosa esse videtur. — Crescit in Promontorio bonae spei (prope Siloh ad fluvium Kliplaat, Wittenberg, Tambukiland).

Subtribus II. MANULEAE Endlich. Gener. plantar. p. 685.
Capsula septicida, valvulis bifidis.

3904. ZALUZIANSKYA *J. W. Schmidt.*

(J. W. Schmidt in Ustери, Annalen der Bot. VI. 115. — Meisn. Gener. plant. vascul. I. 313. II. 234. — *Nycterinia* D. Don in Sweet's Brit. flow. gard. [2. Ser.] III. t. 239. — Bth. in Hook. Compan. bot. Magaz. I. 369.)

§. 1. *Corollae laciniae bifidae, tubus tenuiter pubescens. Folia oblonga linearia v. lanceolata.*

1. Z. (NYCTERINIA Bth. l. c.) CORIACEA Wiprs. mss. — Suffruticosa: foll. floralib. late lanceolatis obtusis dentatis crassis coriaceis villosis calyces coriaceos villosos duplo superantibus; spica elongata. ♃ — Habitu accedit ad *Z. divaricatam* et *spathaceam*, sed multo major rigidiorque est. Capsula e congeneribus maxima lignescens. — In Promontorio bonae spei (in montibus prope Cape Town).

2. Z. (NYCTERINIA Bth. l. c.) SPATHACEA Wiprs. mss. — Suffruticosa erecta: foll. obovato- v. oblongo-spathulatis, infimis trinerviis, floralib. amplexicaulib. late lanceolatis oblongisve obtusis subintegerrimis uninerviis, omnib. coriaceis, margine et ad nervos pubescentib., ceterum glabris; spica elongata; calycib. elongatis,

folio florali parum brevioribus. 4 — Rami simplices pedales rigidi. Folia floralia spathulata pollicaria colorata, exsiccata ut reliquae partes nigricantia. Spica deflorata valde elongata. Corollae tubus ultra sesquipollicaris. — Crescit in Promontorio bonae spei (Winterberg, Katriviersberg, Witberg).

3. Z. (NYCTERINIA Bth. l. c.) MARITIMA Wlprs. mss. — Suffruticosa erecta subglabra: foll. lanceolatis oblongisve obtusis subintegerrimis, floralib. late lanceolatis calycem parum superantib., omnib. subcoriaceis glabris; spica elongata densa multiflora. 4 — Affinis praecedenti sed robustior. Folia caulina numerosa adpressa, spica longa crassa. Rami laterales — si adsunt — graciliores floribus foliisque paucioribus instructi. Forte speciei sequentis varietas? — *Erinus maritimus* Thnbrg. Fl. 474. — Crescit in Promontorio bonae spei (Uitenhage district, in ora marina prope Zeekoe river et Kachu).

4. Z. (NYCTERINIA D. Don in Sweet's Brit. flow. gard. [New Ser.] III. t. 239. — Bth. l. c. — ERINUS Linn. Suppl. 287. — Willd. Spec. pl. III. 333. [nec Thnbrg.] — Bot. Magaz. t. 2504. — Ker, Bot. Regist. t. 748.) LYCHNIDEA Wlprs. mss. — Suffruticosa: ramis adpresse villosis; foll. oblongo-linearib. paucidentatis integerrimisq. uninerviis glabriusculis, floralib. amplexicaulib. late lanceolatis oblongisve obtusis paucidentatis integerrimisq., margine nervisq. ciliatis; spica elongata; calycib. folio florali brevioribus. 4 — Rami basi plerumque decumbentes. Folia magis minusve carnosa, majora semper dentata. Corolla lutea, intus alba v. extus purpurascens. — Crescit in Promontorio bonae spei ad maris littora (prope Amaponda inter fluvia Umtenda et Umzimcoolu).

5. Z. (ERINUS Linn. Mantiss. plant. 252. — NYCTERINIA Bth. l. c. 370.) CAPENSIS Wlprs. mss. — Herbacea dura: caule erecto adpresse villoso; foll. inferiorib. lanceolatis, superiorib. v. omnib. linearib. paucidentatis integerrimisve uninerviis, margine nervoq. plerumq. ciliatis, floralib. oblongo-lanceolatis integerrimis, calyces vix superantib.; spica oblonga. ⊙? — Valde affinis *Z. lychnideae*, sed differt radice probabiliter annua, caulibus erectis foliisque minoribus. Spicae plerumque breves pauciflorae, centrali interdum elongata. Corolla gracilis vix 1¼ poll. longa. — *Erinus Aethiopicus* Thnbrg. Flor. Capens. 473.

α. hirsuta: Ramis villosioribus; foliis utrinque hirsutis.

β. glabriuscula:

γ. foliosa: Foliis minoribus crebris; spica pauciflora.

δ. tenuifolia: Foliis anguste linearibus glabriusculis. — In Promontorio bonae spei (Neutral territory, Nemaqualand, New Hantam).

6. Z. (NYCTERINIA Bth. l. c.) LONGIFLORA Wlprs. mss. — Herbacea: caule adpresse piloso; foll. linearib. pinnatifido-dentatis, floralib. lanceolatis dentatis subviscoso-pubescentib.; spica brevi. ⊙? — Differt a praecedente foliis profunde dentatis, a sequente foliis angustioribus, ab utraque corollis 18–20 lin. longis. — In Promontorio bonae spei (Kamiesbergen in districtu boreali Clanwilliam).

7. Z. (NYCTERINIA Bth. l. c.) DENTATA Wlprs. mss. — Herbacea erecta: caule adpresse piloso; foll. oblongo-lanceolatis ellipticisve, basi angustatis grosse dentatis semipinnatifidisve, floralibq. late lanceolatis viscoso-pubescentib.; spica brevi densa. ⊙? — Habitus *Z. Capensis*, sed foliis latis profunde dentatis, basi saepe in petiolum attenuatis recedit. — *β. humilis:* — Crescit in Promontorio bonae spei (Cape Town, Paarl, Zwarteberg etc.).

8. Z. (NYCTERINIA Bth. l. c.) OVATA Wlprs. mss. — Suffruticosa divaricata v. procumbens viscoso-villosa: foll. ovatis grosse dentatis floralibq. oblongis, utrinq. villosis; spica brevi. 4 — Folia obtusissima, basi angustata, spica eximie interrupta. Corolla sesquipollicaris. — Crescit in Promontorio bonae spei (Witbergen in Cafferland).

9. Z. (NYCTERINIA Bth. l. c.) PUMILA Wlprs. mss. — Humilis ramosissima: foll. oblongo-linearib. profunde et remote dentatis, floralib. conformib.; calycib. duplo terve longiorib., basi subdilatatis; florib. axillarib. vix spicatis; corollae tubo vix pubescente; capsulis ovatis coriaceis. 4? — Species distinctissima habitum quo-

dammodo refert *Castillejam fissifoliam*, vix tripollicaris, sicca nigrescit. — Crescit in Promontorio bonae spei (Nieuweveld v. Kowp).

§. 2. *Corollae laciniae bifidae, tubus glaber; folia spathulata.*

10. Z. (ERINUS Thnbrg. Flor. Capens. 475. — NYCTERINIA Bth. l. c.) SELAGINOIDES Wlprs. mss. — Humilis, basi ramosa: foll. spathulatis, floralib. basi dilatatis, corollae fauce pilis rigidis coronata; staminib. inferiorib. abortivis. ⊙ — Herba humilis 3–5-pollicaris, plerumque pilis patentibus viscosis undique tecta, exsiccata quam species sectionis primae minus nigrescens. Folia inferiora obovata, superiora oblonga v. lineari-spathulata integra v. paucidentata. Folia floralia calycis basi adnata, apice patentia. Flores subdistantes, praesertim in spicae basi. Calyx et capsulae membranaceae. Corolla 9–11 lin. longa, in var. γ. vix 5 lin. longa, sub foliis floralibus abscondita. — *Erinus Africanus* Hb. union. itin. 301. — α. *villosa:* — β. *glabra:* — γ. *parviflora:* — Crescit in Promontorio bonae spei (locis arenosis Cape Flats, Olifants et Zwartdoorn river).

11. Z. VILLOSA Frnz. Wilib. Schmidt ex Usteri, Annalen der Botanik VI. 116. † — Humilis, basi ramosa: foll. obovatis, floralib. oblongo-spathulatis; corollae fauce vix pilosa; staminib. quatuor antheriferis. ⊙ — Radix tenuis ramosa fibrosa. Caulis ad radicem inflexus erectus semiteres ramosus villosus. Rami radicales procumbentes. Folia caulina opposita obovata in petiolum longum decurrentia villosa integra rotundata. Flores in spica ovata terminali. Singulus flos bractea lanceolato-lineari calyce longiori obtusa villosa suffultus est. Calyx tubulosus membranaceus quinquestriatus persistens bilabiatus, labio superiori 3–, inferiore bidentato, ore villis ciliato, sub bractea absconditus. Corolla monopetala infundibuliformis. Tubus germen cingens longissimus filiformis incurvus, versus limbum ventricosus. Limbus quinquepartitus aequalis, laciniis bifidis linearibus. Faux pilis coronata. Filamenta duo superiori tubi parieti adnata decurrentia, antherae oblongae in collo tubi. Germen ovatum, stylus filiformis tubo paullo longior, stigma simplex incurvum. Capsula oblonga acuminata tecta bilocularis bivalvis, utrinque sutura sulcata inscripta. Semina numerosa minuta. Placenta centralis compressa. — *Erinus Africanus* Linn. Spec. plant. 878. — Thnbrg. Flor. Capens. 474. — Burm. Afric. 139. t. 50. fig. 1. — *Nycterinia Africana* D. Don in Sweet's Brit. flow. gard. (2. Ser.) III. adnot. ad t. 239. — Bth. l. c. 371. no. 11. — Habitus *Z. selaginoidis*. Folia in caulis basi magis aggregata. Spica densior, folia floralia magis prominentia et imprimis diversa antheris duabus inferioribus e corollae fauce subexsertis. — Crescit in Promontorio bonae spei (Carro, Carroid, Hex river, Winterbergen, Sneeuwebergen, Hermanns Kraal etc.).

§. 3. *Corollae limbi laciniae integrae, tubus glaber.*

12. Z. (MANULEA Thnbrg. Flor. Capens. 468. — NYCTERINIA Bth. l. c.) DIVARICATA Wlprs. mss. — Humilis rigida, basi ramosa pubescenti-hirta: foll. infimis longe petiolatis obovatis, superiorib. floralibq. lanceolatis dentatis; spicis elongatis. ⊙? — Sicca nigrescit. Corolla gracilis decem circiter lineas longa. Capsula subcoriacea. — Crescit in Promontorio bonae spei (locis arenosis prope Cape Town).

13. Z. (NYCTERINIA Bth. l. c.) PEDUNCULARIS Wlprs. mss. — Humilis, basi foliosa ramosa: foll. infimis petiolatis ovatis, caulinis paucis lanceolatis subdentatis; spicis longe pedunculatis capituliformib. paucifloris. ⊙? — Folia fere omnia in caulis basi collecta. Rami scapiformes 4–6 poll. longi. Flores praecedentis. Capsulae subcoriaceae. — α. *Hirsuta:* — β. *Glabriuscula:* — Crescit in Promontorio bonae spei (Theopolis in Albany, Haazenkraalsrivier).

14. Z. (NYCTERINIA Bth. l. c.) PUSILLA Wlprs. mss. — Erecta subsimplex: foll subradicalib. petiolatis late ovatis, floralib. oblongo-linearib. spathulatisve; floribus paucis distantib. v. subapproximatis. ⊙? — Gracilior quam species praecedens, ramis non scapiformibus. — *Buchnera divaricata* Linn. Herb.? — Crescit in Promontorio bonae spei in districtu Clanwilliam boreali inter Hol river et Micronkasteel.

15. Z. **BENTHAMIANA** Wlprs. mss. — Caule erecto ramoso villoso; foll. oblongo-linearib. obtusis subintegerrimis; spicis basi interruptis, apice densis. ⊙? — Herba major quam omnes hujus paragraphi, exsiccata vix nigrescit. Capsulae submembranaceae. Stamina omnia antherifera in tubo inclusa, ut in reliquis hujus §. speciebus. — *Erinus villosus* Thnbrg. Fl. Capens. 474. — *Nycterinia villosa* Bth. l. c. — In Promontorio bonae spei (Haazenkraalsrivier) crescit.

3965. **POLYCARENA** *Bth.*

(Bth. in Hook. Compan. botan. Magaz. I. 371. — Meisn. Gener. plantar. vascular. I. 313. II. 224.)

§. 1. *Corollae tubus calyce duplo triplove longior.*

1. P. (BUCHNERA Linn. Mantiss. pl. 88. — MANULEA Thnbrg. Flor. Capens. 467.) CAPENSIS Bth. l. c. — Viscoso-pubescens: foll. linearib. oblongisve integris paucidentatisq.; spicis laxiusculis numerosis corymboso-paniculatis; corollae tubo calycem triplo excedente. ⊙ — Herba speciosa semipedalis floribus numerosis luteis ornata. Corollae tubus semipollicaris, limbo quam in generibus praecedentibus majori. Capsula membranacea. Duae v. saepius omnes antherae subexsertae. — Crescit in Promontorio bonae spei (Cape district).

2. P. GILIOIDES Bth. l. c. 372. — Viscoso-pubescens: foll. linearib. subdentatis; floralib. calyces aequantib.; spicis pubescentib. paucifloris; corollae tubo calycem duplo excedente. ⊙ — Habitu refert *Giliam laciniatam*, multoque gracilior quam species praecedens floribusque dimidio minoribus jam primo differt adspectu. — *Buchnera Capensis β.* Bnks. Hb. — Crescit in Promontorio bonae spei (locis arenosis prope Paarl).

§. 2. *Corollae tubus calyce subbrevior.*

3. P. (BUCHNERA Bnks. Hb.) AUREA Bth. l. c. — Viscoso-pubescens: foll. linearib. integerrimis subdentatisve, floralib. lineari-lanceolatis calyces aequantib.; spicis brevib. densis pubescentib.; corollae limbo tubo suo longiore. ⊙ — Differt a sequente foliis brevibus erectis et praecipue floribus duplo majoribus. — *Manulea Aethiopica* Thnbrg. Flor. Capens. 467? (excl. syn. Linn.) — Crescit in Promontorio bonae spei.

4. P. PUBESCENS Bth. l. c. — Erecta pusilla viscosa: foll. inferiorib. subovatis, superiorib. oblongis linearibusve integerrimis dentatisq., floralib. ovatis lanceolatisq. flores subaequantib.; bracteis capsulisq. pubescentib.; corollae limbo tubo suo subaequilongo. ⊙? — Spica brevis densa. Variat foliis integris dentatisque. — Crescit in Promontorio bonae spei (Haazenkraalsrivier, Roodesand, Zilverfontein, Nemaqualand).

5. P. (MANULEA Linn. Suppl. 285.) CAPILLARIS Bth. l. c. — Glabriuscula: foll. infimis obovatis oblongisve, ramealib. linearib., floralib. linearib. obtusis calycem aequantib. capsulisq. glabris; spicis fructiferis laxis. ⊙? — Herba semipedalis. Rami numerosi minutissime puberuli. Calyx lineam circiter longus. Capsula et calyx fructifer longiores. Flores parvi lutei. — Crescit in Promontorio bonae spei (Cape Flats et Zwarteland).

6. P. RARIFLORA Bth. l. c. — Tenuiter pubescens: foll. anguste linearib. subintegerrimis v. infimis oblongis, floralib. flores superantib.; spicis raris paucifloris subglabris; corollae limbo tubo suo breviore. ⊙? — Affinis praecedenti, sed foliis angustioribus floribusque minoribus differt. Pollices quatuor v. sex alta erecta ramosissima. — In Promontorio bonae spei (absque indicatione loci natalis).

7. P. (MANULEA Linn. Suppl. 286.) PLANTAGINIS Wlprs. mss. — Erecta pusilla viscoso-pubescens: foll. inferiorib. obovatis, superiorib. oblongis integerrimis paucidentatisq., floralib. lanceolatis obtusis calyces superantib.; corollae minimae tubo limbo suo longiore. ⊙? — Spicae capituliformes foliosae, flores pauci in caule infra aggregati. Tota planta saepe non ultra bipollicaris floresque omnium *Buchnerearum* ad hunc diem cognitarum minimi. — *Polycarena plantaginea* Bth. l. c. — Crescit in Promontorio bonae spei (Modderfontein et Zilverfontein in Nemaqualand).

8. P. (MANULEA Baks. Hb.) INTERTEXTA Bth. l. c. — Procumbens viscoso-pubescens: foll. petiolatis parvis ovatis dentatis pubescentib., floralib. ovato-oblongis obtusis pubescentib. calyces vix superantib.; spicis globoso-capitatis subfastigiatis. ⊙? — Flores parvi. Folia quam in speciebus reliquis profundius dentata. — Crescit in Promontorio bonae spei.

3906. PHYLLOPODIUM *Bth.*

(Bth. in Hook. Compan. botan. Magaz. I. 372. — Meisn. Gener. plantar. vascular. I. 313. II. 234.)

1. PH. CUNEIFOLIUM Bth. l. c. 373. — Caule pubescenti-hirto; foll. inferiorib. petiolatis ovatis obovatisve inciso-dentatis, superiorib. oblongo-cuneatis, floralib. vix calyces superantib.; spicis floriferis capitatis, fructiferis oblongo-cylindricis densis multifloris. ⊙ — Caules lignescentes. Folia crassiuscula glabra. Calycis segmenta medium usque membrana connata. Habitus *Selaginis.* — ***Manulea cuneifolia*** Linn. Suppl. 285. — Thnbrg. Fl. Capens. 408. — Crescit in Promontorio bonae spei (Uitenhage, Algoa bay).
2. PH. CAPITATUM Bth. l. c. — Caule hirto; foll. ovatis lanceolatis oblongisve hirtis, superiorib. parvis linearib., floralib. ovato-lanceolatis hirtis, extimis calyces superantib.; spicis capitatis subglobosis v. demum oblongis densis multifloris. ⊙ — Magis pilosum spiceque minus ramosum, quam *Ph. cuneifolium.* Spica densissima vix piso magno crassior. Folia floralia extima quasi involucrum efficiunt. Calycis dentes obtusi profundi. Corolla minuta. — ***Manulea capitata*** Linn. Supplem. 286. — Thnbrg. Fl. Capens. 409. — Crescit in Promontorio bonae spei (in regionibus occidentalibus a Cape Town ad Olifants rivier in Clanwilliam).
3. PH. HETEROPHYLLUM Bth. l. c. — Pusillum hirtum, basi ramosum: ramis erectis; foll. infimis petiolatis ovatis subdentatis, superiorib. paucis linearib., floralib. lineari-lanceolatis, extimis calyces ciliatos superantib.; spicis capitatis, fructiferis oblongis laxiusculis; staminib. limbo corollae brevioribus. ⊙ — Forte *Ph. capitati* varietas, sed multo gracilior, vix ultra 6 poll. alta, capitulis florum laxioribus. Corolla dilute flava. — ***Manulea heterophylla*** Linn. Supplem. 285. — Thnbrg. Flor. Capens. 409. — Crescit in Promontorio bonae spei (prope urbem, Zwartelaud, Caledon).
4. PH. PUMILUM Bth. l. c. — Erectum glabriusculum: foll. petiolatis ovatis, superiorib. oblongis, floralib. ovatis obtusissimis pubescentib. calycem aequantib.; spicis capitatis paucifloris; staminib. limbum corollae aequantibus. ⊙ — Multo gracilior quam praecedens species, capitulis minoribus floribusque majoribus differt. — Crescit in Promontorio bonae spei (Groen river in Clanwilliam).
5. PH. DIFFUSUM Bth. l. c. — Glabriusculum v. vix hirtum ramosissimum: foll. ovatis oblongisve dentatis, basi in petiolum longe angustatis, floralib. linearib. calyces vix superantib.; spicis elongatis laxis. ⊙ — Rami semipedales v. pedales procumbentes. Spica florifera laxa, fructifera fere bipollicaris, capsulae linea fere una distantes. Flores majusculi. — Crescit in Promontorio bonae spei.
6. PH. BRACTEATUM Bth. l. c. — Ramosissimum diffusum: ramis pubescentib.; foll. petiolatis ovatis dentatis glabris, floralib. conformib.; spicis longis; florib. omnib. remotis; calycib. petiolo foliorum floralium vix longioribus. ⊙ — Rami laxi longi, foliorum floralium limbus late expansus. — In Promontorio bonae spei (Uitenhage, prope Addo et Enon, Olifantshoek) crescit.

3907. SPHENANDRA *Bth.*

(Bth. in Hook. Compan. botan. Magaz. I. 373. — Meisn. Gener. plantar. vascular. I. 313. II. 234.)

1. SPH. (BUCHNERA Ait. Hort. Kewens. [edit. 1.] II. 357. — Curtis's Bot. Magaz. I. 217. — MANULEA Willd. Enum. plant. bort. Berol. 652.) VISCOSA Bth. in Lindl. Nat. syst. of bot. 443. et in Hook. Compan. bot. Magaz. I. 373. — Suffrutex erectus pedalis viscoso-pubescens: foll. plerisq. oppositis oblongo-lanceolatis paucidentatis, floralib. pedicello multo brevioribus. liberis ovatis integerrimis acutissimis;

calycis hispidi laciniis lanceolatis; staminum paribus subaequalibus. ♄ — *Manulea coerulea* Thnbrg. Flor. Capens. 467. (vix Linn.) — Crescit in Promontorio bonae spei (in desertis Carro et Carroid).

3968. CHAENOSTOMA *Bth.*

(Bth. in Hook. Compan. botan. Magaz. I. 374. — Meisn. Gener. plantar. vascular. I. 313. II. 224.)

§. 1. *Corollae tubus vix exsertus v. calyce brevior.*

1. CH. ROTUNDIFOLIUM Bth. l. c. — Suffruticosum glabriusculum: foll. parvis petiolatis obovato-rotundatis inciso-dentatis, utrinq. viridib. crassiusculis; pedicellis axillarib., calyce glabro parum longiorib.; corollae infundibuliformis tubo calyce breviore. ♃ — Rami procumbentes. Foliorum limbus vix 2–3 lin. longus, petiolo vix 2–3 lin. longo. Flores pauci parvi, versus ramorum apices axillares. — Crescit in Promontorio bonae spei.
2. CH. PAUCIFLORUM Bth. l. c. — Suffruticosum pubescens: foll. petiolatis obovato-rotundatis dentatis, utrinq. pubescentib.; pedicellis axillarib., calyce hispido sublongiorib.; corollae infundibuliformis tubo calyce breviore. ♃ — Affine praecedenti, sed flores saltem duplo majores. — Crescit in Promontorio bonae spei (Nieuweveldsbergen in Beaufort, Krakakamma in Uitenhage).
3. CH. CAMPANULATUM Bth. l. c. — Suffruticosum villosum: foll ovatis dentatis; racemis laxis multifloris; calycis hispidi laciniis lineari-lanceolatis; corollae tubo brevissimo campanulato, calycem duplo excedente. ♃ — Folia semipollicem circiter longa, plerumque irregulariter dentata basique contracta. Stamina per paria valde inaequalia, longioribus corolla coerulea brevioribus. — Crescit in Promontorio bonae spei (Zuurebergen et Zwartehoogden in Uitenhage et Albany, Key river in Tambukiland).
4. CH. CALYCINUM Bth. l. c. — Suffruticosum glabriusculum: foll. oblongo-lanceolatis dentatis glabris v. subtus canescentib.; calycis glabriusculi laciniis subulatis corolla subcampanulata vix dimidio brevioribus. ♃ — Habitu accedit ad *Sphenandram viscosam*, sed gracilior floribusque numerosioribus. Corolla *Ch. campanulati.*

   β. laxiflora: Flores in racemum laxum dispositi, calyce multo minori. — Forte distincta est species. — Crescit in Promontorio bonae spei (in districtu Amacosa inter flumina Gehau et Bashe, var. *β.* in Windvogelberg).
5. CH. PROCUMBENS Bth. l. c. — Suffruticosum humile ramosissimum: foll. ovali-oblongis subdentatis obtusis, utrinq. viridib. crassiusculis; racemis paucifloris; pedicellis calyce longiorib.; corollae infundibuliformis tubo calycem aequante v. vix superante. ♃ — Rami prostrati ad apicem puberuli, calyces parce pilosi, tota reliqua planta glabra. — Crescit in Promontorio bonae spei (ad Fish river).
6. CH. LAXIFLORUM Bth. l. c. — Suffruticosum procumbens subcanescens: ramis ascendentib. fastigiatis; foll. oblongo-ovatis subdentatis, basi longe angustatis planis; racemis laxis; florib. longe pedicellatis; calycib. glabris v. canescentib.; corollae infundibuliformis tubo calycem aequante v. vix superante. ♃ — Crescit in Promontorio bonae spei (prope Keiskamma).
7. CH. HALIMIFOLIUM Bth. l. c. 375. — Suffruticosum humile: ramis numerosis erectis albidis; foll. ovali-oblongis lanceolatisve subdentatis, utrinq. incanis planis; racemis laxis; florib. longe pedicellatis; corollae infundibuliformis tubo calycem aequante v. vix superante. ♃ — Habitus *Manuleae incanae;* rami ad basin dense foliosi. Racemi subaphylli, folia floralia parva integerrima. — Crescit in Promontorio bonae spei (in deserto Karroo prope Graafreynet, Hamerkuil et in planitiebus prope Aasvogelberg).
8. CH. POLYANTHUM Bth. l. c. — Herbaceum v. suffruticosum, basi ramosissimum: ramis apice pubescentib. paniculatis; foll. ovatis dentatis ad basin cuneatis, supremis oblongis glabris v. subtus canescentib.; racemis laxis; calycib. hispidis; corollae infundibuliformis tubo calycem vix superante. ♃ — Habitus et corolla

Ch. laxiflori, folia et calyces *Ch. campanulati*. — Crescit in Promontorio bonae spei (Zwartkopsriver in Uitenhage).

9. CH. PUMILUM Bth. l. c. — Suffruticosum multicaule glabrum: foll. oblongis, superiorib. linearib. integerrimis paucidentatisq.; florib. racemosis corollae infundibuliformis tubo calycem vix excedente. ♃ — Rami numerosi erecti 3–4-pollicares. Folia ad marginem subrevoluta. Pedicelli calyce glabriusculo longiores. Corolla patula ut in omnibus hujus paragraphi speciebus. — Crescit in Promontorio bonae spei (Uitenhage, Algoa bay).

10. CH. DENUDATUM Bth. l. c. — Suffruticosum: ramis glabris ascendentib.; foll. distantib. linearib. integerrimis, margine revolutis glabris; racemis pauciforis; calyce hispido corollae infundibuliformis tubo vix breviore. ♃ — Habitus fere *Asperulae cynanchicae*. Calyx *Ch. campanulati*. Corolla *Ch. pumili*. Capsula oblonga calyce longior. — Crescit in Promontorio bonae spei (Langekloof in „George district").

§. 2. *Corollae tubus calyce bis terve longior.*

11. CH. REVOLUTUM Bth. l. c. — Suffruticosum cinerascens v. pubescens: foll. linearib. integerrimis, margine revolutis; florib. racemosis; pedicellis calyce vix longioribus.; calycis laciniis linearib. subulatisq. capsulam ovatam subaequantib., tubo corollae bis terve brevioribus. ♃ — Herba pedalis ramosissima. — *α. glabriusculum*: — *β. pubescens*. — Crescit in Promontorio bonae spei (Zwartebergen, inter rivulum Zondereinde et Gauritz, Fish river etc.).

12. CH. GLABRATUM Bth. l. c. — Suffruticosum glabrum: foll. linearib. integerrimis, margine revolutis; florib. racemosis; pedicellis calyce plus duplo longioribus.; calycis laciniis lanceolato-subulatis subpubescentib., capsula oblonga breviorib.; corollae tubo calyce bis terve longiore. ♃ — Differt a *Ch. linifolio* foliis angustioribus capsulisque longioribus totumque caeteroquin glaberrimum. — Crescit in Promontorio bonae spei (Key river in Tambukiland, Kannaland in Zwellendam, Zwaanepoolsport).

13. CH. LINIFOLIUM Bth. l. c. — Suffruticosum: ramis apice hirtellis; foll. oblongis lanceolatis v. linearib. integerrimis paucidentatisq., margine subrevolutis hirtis glabriusculisve; florib. racemosis; pedicellis calyce plus duplo longioribus.; calycis laciniis glabris v. vix hirtellis linearib. capsulam subsuperantib., corollae tubo triplo brevioribus. ♃ — Intermedium inter *Ch. glabratum* et *Ch. Aethiopicum* forteque hujus varietas. — *Manulea linifolia* Thnbrg. Fl. Capens. 406? — Crescit in Promontorio bonae spei (in montibus prope urbem Worcester et prope Brackfontein, Clanwilliam etc.).

14. CH. AETHIOPICUM Bth. l. c. — Suffruticosum: ramis numerosis floriferis fastigiatis; foll. oblongis ovatisq. paucidentatis glabriusculis; racemis brevib. laxis subcorymbosis; calycib. hispidis, corollae tubo bis terve brevioribus. ♃ — Intermedium quasi inter *Ch. linifolium* et *Ch. fastigiatum*. Folia fere eadem ac *Ch. integrifolii*. — *Buchnera Aethiopica* Linn. Mantiss. plant. 251. (nec Thnbrg.) — Crescit in Promontorio bonae spei.

15. CH. FASTIGIATUM Bth. l. c. 376. — Suffruticosum: ramis numerosis suberectis; foll. linearі- v. oblongo-cuneatis, apice profunde paucidentatis; florib. ad apices ramorum capitato-racemosis; pedicellis plerisque calyce brevioribus; calycib. hispidis tubo corollae bis terve brevioribus. ♃ — Suffrutex humilis habitu foliisque simillimus *Salviae dentatae*, insignis racemis compactis 3–7-floris, calycibus hispidissimis.

α. Ramis foliisque hirsutis.

β. Ramis foliisque glabratis. — *Manulea cephalotes* Thnbrg. Flor. Capens. 470? — Crescit in Promontorio bonae spei (Babylonstorenbergen prope Caledon, Klynriviersberge).

16. CH. SUBSPICATUM Bth. l. c. — Suffruticosum glaberrimum: ramis numerosis suberectis; foll. semiamplexicaulib. oblongis profunde paucidentatis; florib. spicato-racemosis; calycib. glabris v. brevissime ciliatis; corollae tubo bis terve

brevioribus. 2 — Florum spicae foliosae subpollicares. Pedicelli omnes calyce multum breviores. — Crescit in Promontorio bonae spei.

17. CH. MARIFOLIUM Bth. l. c. — Suffruticosum procumbens: ramis cano-pubescentib.; foll. ovatis crenatis, margine subrevolutis, subtus v. utrinq. cano-tomentosis; florib. brevissime pedicellatis oppositis subracemosis; corollae tubo calycem duplo excedente. 2 — Rami longi virgati. Folia subsessilia albida, quare non quadrat cum descriptione Thunbergiana. — *Manulea virgata* Thnbrg. Fl. Capens. 470? — Crescit in Promontorio bonae spei (Vanstaadenriviersberge in districtu Uitenhage).

18. CH. INTEGRIFOLIUM Bth. l. c. — Suffruticosum laxe ramosissimum subglabrum: foll. ovatis, margine subrevolutis integerrimis paucidentatisq. glabris; florib. axillarib. pedicellatis, superiorib. laxe racemosis; corollae tubo tenui, calyce triplo longiore. 2 — Habitu prope accedit ad *Ch. hispidum* sed foliis minoribus minusque dentatis differt, caeteroquin tota planta glabrescit v. glaberrima est. — *Manulea integrifolia* Linn. Supplem. 285. — Thnbrg. Flor. Capens. 467? — *β. parvifolium:* (Tygerberg). — Crescit in Promontorio bonae spei.

19. CH. CUNEATUM Bth. l. c. — Suffruticosum procumbens: ramis hirsutis; foll. subsessilib. obovato-rotundatis cuneatis inciso-dentatis, utrinq. viridib. hirtis; florib. ad apices ramorum axillarib. subracemosisve; corollae tubo calyce bis terve longiore. 2 — Habitu prope accedit ad *Ch. marifolium* sed jam foliis et inflorescentia satis differt. Folia longitudine latitudineque aequalia, dentibus 3–5 profundissimis notata. — Crescit in Promontorio bonae spei (Hottentotsholland et Palmietriver in Stellenbosh).

20. CH. HISPIDUM Bth. l. c. — Suffruticosum: ramis procumbentib. v. divaricatis hirsutis; foll. ovatis oblongisve grosse dentatis, basi angustatis cuneatisve pubescentib.; florib. axillarib. pedicellatis, superiorib. laxe racemosis; calycib. hirtis, corollae tubo ter brevioribus. 2 — Planta hirsutie foliorumque magnitudine valde variabilis. — *Manulea hispida* Thnbrg. Fl. Capens. 473. — *Manulea oppositiflora* Vent. Jard. de Malm. 15. t. 15. — Crescit in Promontorio bonae spei.

21. CH. FLORIBUNDUM Bth. l. c. — Ramis erectis? pubescentib.; foll. ovatis grosse dentatis, basi cuneatis tenuiter pubescentib.; racemulis subcorymbosis in paniculam terminalem multifloram dispositis; calycib. breviter pedicellatis hirtis, corollae tubo ter brevioribus. 2 — Folia fere eadem ac praecedentis at majora, flores etiam ejusdem magnitudinis. Ab omnibus hujus generis speciebus recedit inflorescentia. — Crescit in Promontorio bonae spei (ad Port Natal).

22. CH. CORDATUM Bth. l. c. 377. — Herbaceum: ramis prostratis subradicantib. hirsutis; foll. petiolatis ovato-rotundatis dentatis, basi truncatis cordatisve pubescentib.; florib. axillarib. pedicellatis; calycib. hispidis, corollae tubo vix duplo brevioribus. 2 — Folia semipollicem longa lataque; corolla quam *Ch. hispidi* brevior. — *Manulea cordata* Thnbrg. Flor. Capens. 473. — *β. hirsutior:* — Crescit in Promontorio bonae spei (Krakakamma et Olifantshoek in Uitenhage, Ruigtevalei).

23. CH. RACEMOSUM Bth. l. c. — Herbaceum? ramis erectis pubescentib.; foll. petiolatis late ovatis dentatis, tenuiter pubescentib., floralib. minimis; florib. longe pedunculatis racemosis; corollae tubo calycem duplo excedente. ⊙ — Folia semipollicaria v. longiora, basi rotundata v. cuneata, floralia sessilia vix 2 lineas longa. Pedicelli patentes ¾ poll. longi. Calyx glabriusculus inaequaliter laciniatus, laciniis apice subulatis. — In Promontorio bonae spei (Zuurebergen).

24. CH. FOETIDUM Bth. l. c. — Annuum? erectum ramosum glabriusculum: foll. longe petiolatis ovatis inciso-dentatis; pedunculis axillarib. 1–3-floris, superiorib. subracemosis; corollae tubo tenui, calycem bis terve superante. ⊙ — Folia semipollicaria v. pollicaria. Pedicelli inferiores corymbulum triflorum gerentes, superiores saepe simplices, racemum irregularem foliosum efficientes. — *Buchnera foetida* Andrws. Bot. Reposit. t. 80. — *Manulea foetida* Dsfont. mss. ex Pers. Enchirid. II. 148. — *Manulea alternifolia* Dsf. mss. ex Pers. l. c. — Crescit in Promontorio bonae spei (Worcester et Clanwilliam).

25. CH. PEDUNCULOSUM Bth. l. c. — Herbaceum ramosissimum procumbens viscoso-pubescens: foll. petiolatis ovatis inciso-dentatis pinnatifidisq., superiorib. parvis; pedunculis axillarib. longissimis filiformib.; corollae tubo tenui, calyce dimidio v. subduplo longiore, limbo amplo. ⊙ — Caules intricati foliosi, pedunculi numerosi, saepe bipollicares. Florum forma similis *Lyperiorum*. Corolla (sicca) flavescens, fauce obscurius colorata. — Crescit in Promontorio bonae spei (Zilverfontein et Nemaqualand).

3969. LYPERIA *Bth.*

(Bth. in Hook. Compan. bot. Magaz. I. 377. — Meisn. Gener. pl. vascul. I. 313. II. 224.)

§. 1. *Flores subsessiles spicati.*

1. L. FRUTICOSA Bth. l. c. — Viscoso-pubescens: foll. ovatis oblongis subcordatisve integerrimis paucidentatisq., floralib. conformib. calyces superantib.; capsulis oblongis calyces subaequantibus. ♄ — Folia sessilia 3–4–12 lineas longa, exsiccata simul cum florum spica nigricantia. — Crescit in Promontorio bonae spei (Zwartdoornriver in Clanwilliam, Modderfontein, in planitiebus Gariep in Nemaqualand).
2. L. AMPLEXICAULIS Bth. l. c. — Herbacea? erecta viscoso-pubescens v. villosa: foll. late ovatis dentatis, basi cordato-amplexicaulib., floralib. subconformib. calyces superantib.; spicis elongatis multifloris; corollae tubo calycem vix superante, limbo parvo. ♃ — Rami floriferi fere pedales, spica hujus longitudinis ultra dimidium explente. Capsula glabriuscula vix calycis longitudine. — Crescit in Promontorio bonae spei (Nemaqualand, Natroet et Groenriver in Clanwilliam).
3. L. (ERINUS Linn. Suppl. 287. — Thnbrg. Fl. Capens. 476.) TRISTIS Bth. l. c. 378. — Herbacea erecta viscosissima: foll. infimis petiolatis ovatis oblongisve dentatis incisisq., superiorib. oblongo-lanceolatis, floralib. lanceolatis integerrimis, supremis capsula breviorib.; spica florifera densa, fructifera elongata; capsulis calyce duplo longioribus. ♃ — Caules crassi rigidi, saepe ramosissimi pedales v. ultra. Corollae tubus circiter pollicaris, limbi laciniae subemarginatae. Capsula 4–5 lin. longa. — Crescit in Promontorio bonae spei (Cape Flats, Zwarteland etc.)
4. L. (ERINUS Ait. Hort. Kewens. [edit. 1.] II. 357.) FRAGRANS Bth. l. c. — Suffruticosa suberecta viscosa: foll. oblongo-lanceolatis, apice dentatis, basi angustatis integerrimis, superiorib. angustiorib. subintegerrimis, floralib. calyce subbreviorib.; spica florifera densa, fructifera elongata; capsulis calyce vix duplo longioribus. ♃ — Folia ad caulis basin numerosissima, tota planta puberula, exsiccata omnino nigricans. Capsulae 4–5 lineas longae. — *Erinus lychnideus* Thnbrg. Flor. Capens. 474? (excl. syn. plurib.) — *Lychnidea villosa* Burm. Afric. 13. t. 49. fig. 4. — Crescit in Promontorio bonae spei (Cape Flats, Hottentotsholland, Saldanhabay).
5. L. MACROCARPA Bth. l. c. — Suffruticosa: caule glabriusculo; foll. oblongo-linearib. obtusis integerrimis, basi angustatis tenuiter pubescentib., floralib. calycem aequantib.; spica elongata; capsulis calyce subtriplo longioribus. ♃ — Habitus *L. fragrantis* sed folia integra et capsulae fere pollicares. — Crescit in Promontorio bonae spei.
6. L. (ERINUS Thnbrg. Flor. Capens. 474?) SIMPLEX Bth. l. c. — Herbacea erecta subsimplex: foll. infimis petiolatis ovatis subdentatis, superiorib. floralibq. oblongis lanceolatisve integerrimis; spica elongata; capsulis viscoso-pubescentib. calycem vix excedentibus. ♃ — In Promontorio bonae spei (False Bay, Karroo).

§. 2. *Herbae foliis non fasciculatis; flores pedicellati racemosi.*

7. L. TENUIFLORA Bth. l. c. — Pusilla erecta tenuiter viscoso-pubescens: foll. oblongis lanceolatisve integerrimis paucidentatisq.; pedicellis calyce parum longioribus. ♃ — Tota planta vix quadripolliceris, flores 8–10 lineas longi. — In Promontorio bonae spei crescit.
8. L. RACEMOSA Bth. l. c. — Erecta viscosissima: foll. petiolatis ovatis argute dentatis, basi longe angustatis; flor. pedunculatis racemosis; corollae limbo amplo

dimidio tubo longiori. ♃ — Herba circiter pedalis; corollae tubus 9 circiter lineas longus, limbi laciniae latae breviter bifidae. — Crescit in Promontorio bonae spei (Clanwilliam, Nemaqualand).

9. L. GLUTINOSA Bth. l. c. — Herbacea, erecta viscosissima: foll. petiolatis ovatis argute dentatis, basi rotundato-truncatis; florib. pedunculatis racemosis; corollae limbo dimidio tubo breviore. ♃ — Caulis quam praecedentis speciei gracilior magis glutinosus; folia breviora; corolla gracilior, limbo multo minori. Calyx viscosissimus quam capsula longior. — In Promontorio bonae spei (Gariep).

10. L. (MANULEA Lnk. Enumer. pl. hort. Berolin. II. 142.) VIOLACEA Bth. l. c. 379. — Decumbens v. erectiuscula glabriuscula: foll. petiolatis oblongis dentatis; florib. paucis subracemosis; corollae limbo dimidio tubi multo breviore; capsula ovata villosa calyce duplo longiore. ♃ — Rami glabrescentes fere sexpollicares. Folia semipollicaria parum profundeque dentata. Corolla 7–8 lin. longa, limbi laciniae integrae. — *Erinus patens* Thnbrg. Fl. Capens. 475? — *Manulea crystallina* Weinm. Syllogе plant. ad Flor. Ratisbon. I. 221? — Crescit in Promontorio bonae spei (Hexriver).

§. 3. *Suffrutices v. fruticuli; folia saepe ad axillares fasciculata; pedicelli axillares v. subracemosi.*

11. L. INCISA Bth. l. c. — Suffruticosa humilis ramosissima: foll. petiolatis obovatis ovatisve inciso-dentatis, utrinq. ramisq. villosis; florib. paucis subracemosis; corollae tubo calycem subsextuplo excedente, limbo brevi. ♃ — Corolla ultra pollicaris. — *Erinus incisus* Thnbrg. Fl. Capens. 476. — Crescit in Promontorio bonae spei.

12. L. CANESCENS Bth. l. c. — Suffruticosa decumbens ramosissima: foll. petiolatis subfasciculatis oblongis inciso-dentatis, subtus v. utrinq. incanis; florib. subracemosis; racemis paniculatis; pedicellis brevib. rigidis; corollae limbo brevi; capsulis calyce dimidio longioribus. ♃ — Affinis *L. argenteae* sed rami minus divaricati rigidiores, pedicelli breviores, flores numerosiores minores. — Crescit in Promontorio bonae spei (locis inundatis ad Gariep).

13. L. (MANULEA Linn. Supplem. 285. — Thnbrg. Flor. Capens. 472.) ARGENTEA Bth. l. c. — Suffruticosa, divaricato-ramosissima: foll. petiolatis subfasciculatis ovatis oblongisve inciso-dentatis, subtus v. utrinq. scabro-pubescentib. subincanis; pedicellis axillarib. filiformib. v. supremis subracemosis; corollae limbo tubo dimidio breviore. ♃ — Rami longi, ramulis numerosis gracilibus instructi. Folia inferiora fere semipollicaria, ramealia minora. Pedicelli 6–10 lineas longi, corolla 5–6 lineas longa, capsula circiter lineam longa. Planta quoad pubescentiam valde variabilis, sicca plerumque nigrescens, nomini specifico rarissime respondet.

α. Foliis subtus albidis.

β. Foliis utrinque subviridibus.

γ. Scabrior: foliis obtusioribus. — Crescit in Promontorio bonae spei (Uitenhage, Vanstaadensberge, Boshmans river, Umtata in regione Amakosa).

14. L. (BUCHNERA Andrws. Bot. Reposit. t. 84. — MANULEA Pers. Enchirid. II. 184.) PEDUNCULATA Bth. l. c. — Suffruticosa divaricato-ramosissima, tenuiter pubescens: foll. petiolatis subfasciculatis obovato-cuneatis inciso-dentatis; pedicellis elongatis axillarib. filiformib.; calyce corollae tubo triplo quadruplove breviore: corollae limbo tubo parum breviore. ♃ — Habitus praecedentis. Affinis *L. cuneatae*, sed folia multo majora petiolata, pedicelli ultra pollicares. — Crescit in Promontorio bonae spei.

15. L. PHLOGIFLORA Bth. l. c. — Suffruticosa decumbens ramosissima: foll. fasciculatis petiolatis oblongis inciso-dentatis pinnatifidisve tenuissime pubescentib. glabrisve; racemis laxis viscoso-pubescentib.; corollae limbo amplo, lacinils emarginatis, tubo aequilongis. ♃ — Differt a *L. argentea* foliis minoribus profundius dentatis et corollae limbo late expanso. — Crescit in Promontorio bonae spei (Keiskamma).

16. L. CRASSICAULIS Bth. l. c. — Suffruticosa, basi decumbens ramosissima: ramis strictis rigidis scabris; foll. petiolatis ovatis pinnatisectis, segmentis oblongo-cuneiformib. integris 2-3-fidis scabris; racemis strictis; pedicellis calyce subbreviorib.; corollae limbo brevi, laciniis emarginatis. ♃ — Semipedalis v. pedalis, sicca nigrescit, glanduloso-punctata, punctis statu sicco albis. — Crescit in Promontorio bonae spei (Wildhutsberg et Witbergen).

17. L. MOLLIS Bth. l. c. 380. — Suffruticosa molliter villosa: ramis elongatis procumbentib.; foll. subfasciculatis petiolatis ovatis inciso-pinnatifidis pinnatisectisve, laciniis ovatis integris incisisve; pedicellis axillarib. filiformib.; corollae tubo calyce vix duplo longiore. ♃ — Rami graciles; pedicelli 8-10 lineas longi. Corolla 4-5 lin. longa. — Crescit in Promontorio bonae spei (Grahams Town in Albany, Zuureberg in Uitenhage).

18. L. FILICAULIS Bth. l. c. — Suffruticosa pubescens: ramis elongatis tenuib. procumbentib; foll. subfasciculatis petiolatis obovato-subrotundis inciso-pinnatifidis, laciniis obovatis obtusissimis; pedicellis axillarib. filiformibus. ♃ — In Promontorio bonae spei (Witbergen) crescit.

19. L. (MANULEA Linn. Supplem. 286. — Thnbrg. Flor. Capens. 473.) PINNATIFIDA Bth. l. c. — Suffruticosa decumbens ramosissima: foll. pinnatisectis, segmentis oblongo-cuneatis integris dentatis pinnatifidisve; florib. subracemosis; corollae tubo calycem triplo quadruplove superante. ♃ — Planta maxime variabilis varietatesque infra enumeratae forte totidem efficient species bene distinctas, sed statu sicco difficile distinguendas. Folia longitudine variant trilinearia v. semipollicaria, segmentis plerumque convolutis v. conduplicatis. Flores pauci recte strictoque pedicellati. Corollae tubus 4-5 lin. longus, limbus 2-3 lineas longus, segmentis obtusis v. minute emarginatis.

α. canescens: Capsulis calyce vix dimidio longioribus.

β. subcanescens: Capsulis calyce subduplo longioribus.

γ. viscoso-pubescens: Capsulis calyce subduplo longioribus; corollis minoribus.

δ. subbipinnatisecta: Corollis majoribus.

ε. microphylla: Viscoso-pubescens. — Crescit in Promontorio bonae spei (Karroo et Karroid, inter Beaufort et Fish river).

20. L. MULTIFIDA Bth. l. c. — Suffruticosa procumbens ramosissima: foll. subfasciculatis bipinnatisectis, segmentis plerisq. petiolulatis oblongo-cuneatis integris incisis pinnatifidisve; racemis pauciforis; calycis laciniis lineari-spathulatis, corollae tubo vix dimidio brevioribus. ♃ — Folia magis divisa, flores multo minores quam *L. pinnatifidae*. — Crescit in Promontorio bonae spei (Sternbergspruit et Strombergen).

21. L. FOLIOLOSA Bth. l. c. — Fruticosa divaricato-ramosissima: foll. parvis fasciculatis lineari-cuneatis dentatis pinnatifidisve, utrinq. canescentib.; florib. subracemosis; corollae tubo calycem subtriplo excedente. ♃ — Folia 1-3 lin. longiora multo angustiora minusque incisa quam illa *L. pinnatifidae s.*, cui simillima. — Crescit in Promontorio bonae spei (Karroid, Zwartekopf et Langekloof).

22. L. CUNEATA Bth. l. c. — Fruticosa ramosissima: foll. minutis fasciculatis, apice 2-3-dentatis, rarius integerrimis glabriusculis v. tenuissime pubescentib.; florib. subracemosis; corollae tubo calycem triplo quatruplove excedentibus. ♃ — Folia intermedia inter illa *L. foliolosae* et *atropurpureae*. Differt a *L. pedunculata* foliis minutis sessilibus pedunculisque raro semipollicaribus. — Crescit in Promontorio bonae spei (prope Gauritz river).

23. L. (MANULEA Buks. Hb.) PURPUREA Bth. l. c. — Fruticosa ramosissima: foll. minutis fasciculatis linearib. integerrimis v. rarius unidentatis; florib. subracemosis; corollae tubo calycem sexies vel septies excedente. ♄ — Folia glabra v. pubescentia lineam unam v. duas longa. Corolla fere pollicaris. Capsula quam specierum praecedentium major. Planta culta differt solummodo foliis longioribus. — Crescit in Promontorio bonae spei (Karroo et Karroid).

24. L. ASPALATHOIDES Bth. l. c. 381. — Fruticosa ramosissima: foll. minutis fasciculatis oblongis linearibusve integerrimis; florib. racemosis; corollae tubo ca-

lycem duplo triplove superante. ♁ — Folia minora quam praecedentis, angustiora quam *L. microphyllae*, non imbricata. Flores circiter semipollicares. Rami pubescentes; folia glabra. — Crescit in Promontorio bonae spei (Grasrugg et Krakakamma in districtu Uitenhage).

25. L. (MANULEA Linn. Supplem. 258. — Thnbrg. Fl. Japonic. 466.) MICROPHYLLA Bth. l. c. — Fruticosa ramosissima: foll. minutis ovatis integerrimis, ad axillas fasciculatis, ramulorum juniorum quadrifariam imbricatis; florib. versus apices ramorum paucis. ♁ — Folia vix semilineam longa. Flores circiter semipollicares. Limbi laciniae latae obovatae. — Crescit in Promontorio bonae spei (Karroid, Zwartkops river, Gariep, inter Ado et Zondag river).

3970. MANULEA *Linn.*

(Linn. Gener. plant. no. 1264. excl. spec. plurim. — Meisn. Gener. plantar. vascular. I. 313. 234. — Bth. in Hook. Compan. bot. Magaz. I. 381. — G. Don, General syst. of gard. and bot. IV. 593.)

§. 1. *Pedicelli uniflori. Corollae laciniae bifidae obcordatae obovatae vel rarius oblongae obtusae. Folia subradicalia; pedunculi scapiformes simplices nudi vel minute bracteati, apice racemosi.*

1. M.? NERVOSA E. Mey. mss. ex Bth. l. c. — Foll. petiolatis obovato-oblongis ovatisve integerrimis glabris; laciniis calycinis late lanceolatis; corollae laciniis latis emarginatis, binis superioribus ultra medium connatis integerrimis. ♃ — Species distinctissima forte proprium efficiet genus. Herba tri-quadripollicaris. Segmenta calycina latiora crassiora, corollae tubus brevior, limbus major minusque profunde fissus quam in ulla alia hujus generis specie. — Crescit in Promontorio bonae spei (Zilverfontein in Nemaqualand).

2. M. SILENOIDES E. Mey. mss. ex Bth. l. c. — Annua: foll. petiolatis ovatis integerrimis v. obscure dentatis; laciniis calycinis linearib., juniorib. basi submembranaceo-connexis, fructiferis capsulam superantib.; corollae laciniis emarginato-bifidis. ☉ — Habitus *M. nervosae*, sed gracilior. Corollae tubus longior, limbus brevior, segmentis angustis. — Crescit in Promontorio bonae spei (Karakuis, Micrenkasteel, Zwartdorn river, Modderfontein in Clanwilliam). — *β. minor* E. Mey. mss.

3. M. ANDROSACEA E. Mey. mss. ex Bth. l. c. — Foll. obovato-oblongis glabris integerrimis subcrenatisve; pedunculis glabris; racemis subcapitatis; laciniis calycinis oblongo-linearib. glabris capsulam aequantib.; corollae tubo calycem triplo quadruplove superante, limbi laciniis obovatis retusis. ♃ — Caulis rigidior ac *M. silenoidis*, folia longiora angustioraque. Flores subsessiles capitulum compactum formantes. — Crescit in Promontorio bonae spei (prope Noagas).

4. M. CORYMBOSA Thnbrg. Flor. Capens. 472. — Bth. l. c. — Foll. ovato-oblongis obovatis integris dentatisq. glabris v. tenuiter pubescentib.; pedunculis scapiformib. 1-2-foliatis; racemis fructiferis elongatis; laciniis calycinis linearib., capsula longiorib., basi margine membranaceo-ciliatis; corollae laciniis late obovatis. ♃ — Semipedalis v. pedalis. Flores saepe reflexi. Corollae tubus 3 lin. longus, orificio piloso. — Crescit in Promontorio bonae spei.

5. M. ALTISSIMA Linn. Supplem. 285. — Thnbrg. l. c. — Bth. l. c. 382. — Foll. oblongo-ellipticis lanceolatisve subdentatis tenuiter pubescentib.; pedunculis longissimis, interdum 1-2-foliatis; racemis fructiferis oblongis densis; laciniis calycinis capsula longiorib. pubescenti-scabris. ♃ — Pedunculi v. caules floriferi saepe sesquipedales, ramis interdum 1-2 instructi. — In Promontorio bonae spei.

6. M. LONGIFOLIA Bth. l. c. — Foll. oblongo-lanceolatis integerrimis v. obscure dentatis glabriusculis; racemis floriferis elongatis ramosis subnudis v. basi pauci-foliatis; racemis fructiferis elongatis; calycib. brevissime pedicellatis, laciniis lanceolatis hispidis capsulas subsuperantibus. ♃ — Forte *M. altissimae* varietas, sed caules ramosi, rami parvi corollaeque multo minores. — Crescit in Promontorio bonae spei (Ebenezer).

7. **M. BELLIDIFOLIA** Bth. l. c. — Foll. obovatis oblongisve subcrenatis glabris v. tenuiter pubescentib.; racemis fructiferis elongatis; capsulis remotis; laciniis calycinis lanceolatis subglabris; corollae laciniis oblongo-ovatis. ♃ — *M. corymbosae* affinis, sed calyce satis distincta est. Folia *Bellidis sylvestris*. — Crescit in Promontorio bonae spei (Uitenhage, Katriviersberg etc.).

§. 2. *Thyrsiflorae. Racemi compositi, pedicellis fasciculato-pluriflоris. Corollae laciniae oblongae integerrimae obtusae. Caules saepe foliosi.*

8. **M. INCANA** Thnbrg. Flor. Capens. 468. — Bth. l. c. — Suffruticosa humilis ramosissima: foll. ad basin ramorum approximatis petiolatis oblongis obtusis, apice dentatis, basi angustatis, utrinq. incanis; ramis floriferis erectis subnudis racemosis; pedunculis brevissimis 1–3-floris; calycib. incanis tubo corollae vix brevioribus. ♃ — Species distinctissima habitu *Chaenostomatis halimifolii*. Calyx 3–4 lineas longus medium usque fissus. Corollae divisiones angustae oblongae. — Crescit in Promontorio bonae spei.

9. **M. CRASSIFOLIA** Bth. l. c. — Perennis: foll. subradicalib. oblongo-ellipticis spathulatisve obtusis et obtuse subdentatis, utrinq. glaberrimis; caulib subnudis; racemo elongato interrupto; florib. fasciculatis; calycis laciniis membranaceo-connatis, apice lanceolato-linearib. capsulam subaequantib.; corollae tubo calycem duplo triplove superante. ♃ — Glaberrima glaucescens. Variat magnitudine, 3–4-pollicaris v. pedalis sesquipedalisve. — In Promontorió bonae spei (Moogplats et Witbergen) crescit.

10. **M. JUNCEA** Bth. l. c. — Perennis glaberrima glauca: ramis strictis erectis junceis paucifoliatis; foll. oblongo-linearib. remote dentatis pinnatifidisve, superiorib. linearib. integerrimis; racemo composito paucifloro brevi; calycis laciniis subulatis capsulam subsuperantib.; corollae tubo calycem quadruplo quintuplove superante. ♃ — Rami ultra bipedales. Racemi 2–7 poll. longi. Calyx puberulus. Corollae tubus circiter semipollicaris. — In Promontorio bonae spei (Giftbergen).

11. **M. RIGIDA** Bth. l. c. — Erecta scabro-pubescens: ramis divaricatis; foll. lanceolatis inciso-dentatis pinnatifidisve; racemis elongatis; florib. subfasciculatis brevissime pedicellatis; calycis laciniis apice subulatis capsulas duplo superantib.; corollae tubo calyce vix duplo longiore. ♃ — Habitus *M. junceae*, sed supra ramosa: folia sessilia v. amplexicaulia saepe erecta, nervo medio valde prominente. Pedicelli 1–3-flori. Corolla *M. junceae*. — Crescit in Promontorio bonae spei (Olifants river et Brackfontein, Wupperthal).

12. **M. DENSIFLORA** Bth. l. c. — Perennis ramosa pubescens: foll. caulinis oblongo-linearib. subintegerrimis dentatisq.; racemis densis subspicaeformib.; calycis laciniis subulatis capsulas subsuperantib.; corollae tubo crassiusculo. ♃ — Inflorescentia *M. junceae*, sed habitu foliisque differt. — Crescit in Promontorio bonae spei (Olifants river et Brackfontein).

13. **M. PARVIFLORA** Bth. l. c. — Perennis: caule erecto subramoso paucifoliato pubescente; foll. radicalib. oblongo-spathulatis obovatisve, caulinis linearib. integerrimis paucidentatisq.; racemis elongatis tenuib. multifloris; rhachi pubescente; calycis minuti laciniis linearib., capsula truncata brevioribus. ♃ — Affinis *M. rubrae* et *leiostachyae*, sed multo gracilior et corollae tubus vix duas lineas longus. — In Promontorio bonae spei (prope Omtata in regione Amaponda).

14. **M. LEIOSTACHYS** Bth. l. c. — Perennis: caule erecto, basi pubescente; foll. pubescentib., inferiorib. longe petiolatis oblongis dentatis, superiorib. oblongo-spathulatis linearibusve paucidentatis; racemis multifloris elongatis cauleque superne glaberrimis; calycis laciniis linearib. obtusis, capsula vix brevioribus. ♃ — Rigidior magisque erecta quam *M. rubra* floribusque pluribus gracilibus instructa, summitates totius plantae glabrae glaucescentes. — Crescit in Promontorio bonae spei (Cederbergen in Clanwilliam et Gnadenthal).

15. **M.** (NEMIA Bergius, Fl. Capens. 160.) **RUBRA** Linn. Suppl. 286. — Thnbrg. Fl. Capens. 472. — Bth. l. c. — Perennis: caule erecto v. basi decumbente villoso; foll. oblongo-lanceolatis dentatis, basi angustatis, utrinq. pubescentib. villosisve; racemo

interrupto subramoso; calycis laciniis lineari-oblongis obtusis capsula subdimidio brevioribus; corollis calycem triplo v. quadruplo excedentibus. ♃ — Flores semipollicares v. breviores. — *Manulea angustifolia* Lnk. et Otto, Icon. plant. select. hort. Berolin. I. 47. † t. 20. — In Promontorio bonae spei (Hottentotsholland).

16. M. OBOVATA Bth. l. c. — Perennis: caule basi decumbente pubescente; foll. radicalib. ovatis, caulinis obovatis oblongisve grosse crenatis subincisisve, utrinq. pubescentib.; racemo elongato multifloro subramoso; calycis laciniis linearib. obtusis capsula subbreviorib.; corollae tubo calycem duplo triplove superante. ♃ — Foliorum latitudine maxime variabilis. Flores quam in *M. rubra* multo numerosiores, corollae et capsulae ultra dimidio minores. — Crescit in Promontorio bonae spei (Aigoa bay).

17. M. (SELAGO Linn. Spec. plant. 877.) TOMENTOSA Linn. Suppl. 286. — Thnbrg. Flor. Capens. 470. — Curtis, Botanic. Magaz. t. 322. — Lnk. et Otto, Icon. plant. select. hort. Berolin. I. 45. † t. 19. — Bth. l. c. — G. Don, General syst. of gard and bot. IV. 505. fig. 56. — Caule decumbente humili ramoso tomentoso-villoso; foll. obovatis oblongisve dentatis crassis, utrinq. dense tomentosis; racemo brevi denso; calycis laciniis lanceolato-linearib. villoso-tomentosis capsulas subaequantibus. ♃ — Rami breves rigidi; racemi 2-3-pollicares. — Crescit in Promontorio bonae spei (Hottentotsholland).

18. M. THYRSIFLORA Linn. Supplem. 285. — Thnbrg. Flor. Capens. 471. — Bth. l. c. — Caule erecto flexuoso ramoso tenuissime pubescente; foll. obovatis grosse dentatis glabriusculis; racemo paniculaeformi multifloro; pedunculis laxe cymosis; calycis laciniis linearib.; corollae tubo calycem triplo quadruplove superante tenui, limbi laciniis oblongo-linearib. obtusis. ♃ — Racemus v. panicula semipedalis. Cymae inferiores oppositae, superiores alternae laxe dichotomae. Corolla gracilis, tubo tres circiter lineas longo. — In Promontorio bonae spei.

19. M. PANICULATA Bth. l. c. — Erecta elata ramosa cano-pubescens: foll. ovatis obovatisve grosse crenatis; panicula maxima; racemis numerosis, basi foliosis elongatis multifloris; pedunculis cymosis; calycis laciniis oblongo-linearib. obtusis; corollae tubo calycem triplo excedente, limbi laciniis ovatis. ♃ — Caules crassi duri. Paniculae pedalis rami erecti, cymis multo densioribus quam in *M. thyrsiflora*. — In Promontorio bonae spei (Strombergen et prope Krai river).

20. M. TURRITIS Bnks. Hb. ex Bth. l. c. — Caule v. ramis erectis ramosis hirsutis; foll. petiolatis ovatis oblongisve inciso-dentatis, basi angustatis, utrinq. hirsutis; racemo elongato tenui; florib. fasciculatis; calycis laciniis linearib. obtusis; corollae tubo gracili calycem quintuplo v. sextuplo excedente, laciniis oblongo-linearib. obtusis. ♃ — Caules pilis albis obsiti, racemi floresque similes illis *M. leiostachyae*, sed folia et habitus diversissima. Basis fruticosa esse videtur. — Crescit in Promontorio bonae spei (in rupibus ad Nieuwekloof).

§. 3. *Acutiflorae. Racemi compositi v. subsimplices. Corollae laciniae omnes v. superiores subulato-acuminatae.*

21. M. STELLATA Bth. l. c. 384. — Caule ascendente pubescente parce ramoso; foll. petiolatis late ovatis inciso-serratis pubescentib.; racemo elongato composito laxo multifloro; calycis laciniis lineari-subulatis; corollae tubo calycem triplo excedente. ♃ — Species elegans floribus aurantiacis ternis septenisve in eodem pedunculo insignis. — In Promontorio bonae spei (Worcester) crescit.

22. M. EXALTATA Bnks. Hb. ex Bth. l. c. — Caule erecto divaricato ramoso pubescente; foll. petiolatis late ovatis inciso-serratis pubescentib.; racemis gracillimis pauciforis interruptis, basi foliosis; calycis laciniis lineari-subulatis corollae tubo dimidio brevioribus. ♃ — Rami graciles; pedunculi brevissimi 1-3-flori remoti; flores quam illi *M. stellatae* dimidio minores. — Crescit in Promontorio bonae spei (Clanwilliam, Olifants river, Brackfontein etc.).

23. M. (NEMIA Bergius, Flor. Capens. 160. — LOBELIA Linn. Spec. pl. 131.) CHIRANTHUS Linn. Mantiss. plant. 88. — Bth. l. c. — Foll. subradicalib. ovatis ob-

ovatis oblongisve; pedunculis scapiformib. erectis simplicib.; racemis compositis; corollae tubo vix exserto, limbi laciniis superiorib. longissime subulatis. 2. — Laciniae quinque corollinae magnitudine sua valde differunt, unde nomen generis desumtum est. — *M. rhynchantha* Lnk. Enum. pl. hort. Berolin. II. 142. — *β. Floribunda:* floribus multo numerosioribus. — Crescit in Promontorio bonae spei (Gariep river in Nemaqualand).

24. M. PUSILLA E. Mey. mss. ex Bth. l. c. — Foll. subradicalib. obovatis oblongisve subdentatis; pedunculis scapiformib. numerosis suberectis; racemis subsimplicib.; corollae tubo vix exserto, laciniis limbi vix inaequalib. tubo subbrevioribus. 2. — Affinis praecedenti, sed habitu floribusque multo minoribus. — In Promontorio bonae spei (Zilverfontein in Nemaqualand) crescit.

25. M. GARIEPINA E. Mey. mss. ex Bth. l. c. — Foll. subradicalib. ovatis obovatis oblongisve; pedunculis scapiformib. erectis subramosis; racemis compositis multifloris; corollae tubo calycem plus duplo excedente, limbi laciniis inaequalibus. 2. — Prope accedit ad *M. Cheiranthus*, sed floribus differt, utriusque et etiam praecedentis laciniae corollinae inferiores saepius v. interdum omnes obtusae. — In Promontorio bonae spei (in planitiebus Gariep in Nemaqualand) crescit.

† *Species vix notae.*

26. M. ANTIRRHINOIDES Linn. Supplem. 286. — Thnbrg. Flor. Capens. 469. — G. Don, General syst. of gard. and bot. IV. 506. no. 26. — Foll. ovato-lanceolatis serratis villosis; capitulis globosis; caule erecto. ♂ — In Promontorio bonae spei.

27. M. VIRGATA Thnbrg. l. c. — G. Don l. c. no. 27. — Foll. obovatis serratis villosis; ramis paniculatis; florib. alternis remotis. ♂ — Affinis dicitur *M. turrita*. — Crescit in Promontorio bonae spei.

28. M. CEPHALOTES Thnbrg. l. c. — Foll. oblongis eroso-serratis glabris; florib. subumbellatis. ♂? — (Cf. *Chaenostoma fastigiatum* Bth. — pag. 312. no. 15.) — Crescit in Promontorio bonae spei.

29. M. HIRTA Thnbrg. l. c. — G. Don l. c. no. 29. — Foll. obovatis duplicato-serratis pilosis; florib. axillaribus. ♂ — In Promontorio bonae spei.

30. M. THUNBERGII G. Don l. c. no. 30. — Foll. oblongis serratis tomentosis; caule erecto piloso. ♂ — *Erinus tomentosus* Thnbrg. l. c. 478. — Crescit in Promontorio bonae spei.

†† *Species e genere expellendae.*

M. AETHIOPICA Thnbrg. = POLYCARENA AUREA.
M. ALTERNIFOLIA Dsfont. = CHAENOSTOMA FOETIDUM.
M. ARGENTEA Linn. = LYPERIA CANESCENS.
M. ATROPURPUREA Bnks. = LYPERIA ATROPURPUREA.
M. CAPENSIS Thnbrg. = POLYCARENA CAPENSIS.
M. CAPILLARIS Linn. = POLYCARENA CAPILLARIS.
M. CAPITATA Linn. = PHYLLOPODIUM CAPITATUM.
M. CEPHALOTES Thnbrg. = CHAENOSTOMA FASTIGIATUM?
M. CORDATA Thnbrg. = CHAENOSTOMA CORDATUM.
M. COERULEA Thnbrg. = SPHENANDRA VISCOSA.
M. CRYSTALLINA Weinm. = LYPERIA VIOLACEA.
M. CUNEIFOLIA Linn. = PHYLLOPODIUM CUNEIFOLIUM.
M. DIVARICATA Thnbrg. = NYCTERINIA DIVARICATA.
M. FOETIDA Andrws. = CHAENOSTOMA FOETIDUM.
M. HETEROPHYLLA Linn. = PHYLLOPODIUM HETEROPHYLLUM.
M. HISPIDA Thnbrg. = CHAENOSTOMA HISPIDUM.
M. INTEGRIFOLIA Linn. = CHAENOSTOMA INTEGRIFOLIUM.
M. LINIFOLIA Thnbrg. = CHAENOSTOMA LINIFOLIUM.
M. MICROPHYLLA Linn. = LYPERIA MICROPHYLLA.
M. OPPOSITIFLORA Vent. = CHAENOSTOMA HISPIDUM.
M. PEDUNCULATA Pers. = LYPERIA PEDUNCULATA.

M. PINNATIFIDA Linn. = LYPERIA PINNATIFIDA.
M. PLANTAGINIS Linn. = POLYCARENA PLANTAGINIS.
M. REVOLUTA Thnbrg. = CHAENOSTOMA REVOLUTUM.
M. VIOLACEA Lnk. et Otto. = LYPERIA VIOLACEA.
M. VIRGATA Thnbrg. = CHAENOSTOMA MARIFOLIUM?
M. VISCOSA Willd. = SPHENANDRA VISCOSA.

Tribus VIII. *BUDDLEIEAE* Bth. Scrophular. Indic. 42. — Endlich. Gener. plantar. p. 687.

Corollae tubo recto, limbo plano patente, aequaliter quadrifido. Stamina quatuor, omnia fertilia aequalia, antheris distantibus bilocularibus. Capsula bilocularis septicide bivalvis.

3971. BUDDLEIA *Linn.*

(Linn. Gener. plantar. no. 140. — Meisn. Gener. plantar. vascular. I. 309. II. 220. — G. Don, General syst. of gard. and bot. IV. 300. — Spr. Syst. veget. I. 428.)

§. 1. *Flores axillares verticillati.*

1. B. SESSILIFLORA H. B. Kth. Nov. gen. et spec. plant. II. 345. † t. 182. — Kth. Synops. plant. aequin. II. 110. — Ramis teretib. glabris; ramulis foliisq. incano-tomentosis lanceolatis, utrinq. angustato-acuminatis integerrimis subsessilib.; florib. axillarib. glomeratis. ♁ — Folia 2–3-pollicaria, infra ferruginea. Glomeruli 3–5-flori breviter pedunculati. Capsula obovata, apice pilosa. Corolla calyce duplo longior lutea. — Crescit prope urbem Mexici.

2. B. SCORDIOIDES H. B. Kth. l. c. † t. 183. — Kth. l. c. — Ramis teretib. foliisq. tomentosis sessilib. oblongis obtusis crenatis rugosis, subtus ferrugineis; florib. axillarib. verticillatis. ♁ — Habitus *Teucrii Scordii.* Folia supra virentia fere pollicaria. Florum verticillastra globosa, magnitudine Pisi majoris. Corolla campanulata lutea. — Crescit prope urbem Mexici.

3. B. VERTICILLATA H. B. Kth. l. c. 346. † t. 184. — Kth. l. c. — Ramis teretib. glabris; ramulis foliisq. tomentosis, supra incanis, subtus fuscescentib. oblongis acutis, basi angustatis breviter petiolatis integerrimis; florib. axillarib. verticillatis. ♁ — Rami stellatim pilosi. Folia 2–3-pollicaria. Florum verticillastra globosa, densa, Cerasi magnitudine. Corolla campanulata pallide lutea. — Crescit inter Acaguisotla et Chilpanzingo Mexicanorum.

4. B. BRASILIENSIS Jcq. fil. ex Spr. Syst. veget. I. 430. — Grah. Bot. Magaz. t. 2713. — G. Don l. c. 597. fig. 57. — Foll. deltoideo-oblongis per petiolos decurrentib. connatis, irregulariter crenato-dentatis; florib. verticillatis bracteatis; ramis tetragonis lanatis. ♁ — Caulis teretiusculus cortice rimoso fuscescenti tectus. Rami decussati quadrangulares albo-lanati, lana tandem detersili. Folia opposita decussata, juniora oblonga, demum basi ampliata magisque acuminata ideoque fere deltoidea, inaequaliter dentato-crenata, in petiolum latum attenuata crenata mollia, praesertim infra tomentosa reticulata. Flores verticillati, verticillastra inferiora breviter pedunculata. Bracteae ad basin verticillastrorum parvae acutae. Calyx persistens albo-lanatus quadrifidus. Corolla aurantiaco-lutea intus pilosa, tubo calycem ultra duplo excedente, limbi patentis quadripartiti laciniae rotundatae. Antherae in fauce corollae subsessiles. — *B. Nsemia* Lnk. Enumer. plant. hort. Berolin. I. 125. — *B. Australis* Arrabida, Flor. Fluminens. I. t. 104. — Crescit in Brasilia tropica.

5. B. DIVERSIFOLIA Vahl, Symbol. botanic. III. 15. (Wall. Catal. 6416.) — Bth. Scrophular. Indic. 43. — Ramis divaricatis; foll. late ovatis integerrimis repandisve, utrinq. glabris v. junioribus ferrugineo-tomentosis; florum glomerulis axillarib. 3–5-floris folio brevioribus. ♁ — *B. Indica* Lam. Diction. I. 308. — Crescit in Java (unde in hortum Calcuttensem introducta est).

§. 2. *Flores capitati, capitula plerumque in paniculam terminalem disposita.*

6. B. GLOBOSA Lam. Diction. I. 507., Illustr. gener. t. 69. — Rz. et Pav. Fl. Peruv. I. 52. t. 83. — Curtis, Bot. Magaz. t. 174. — Hope, Acad. Harl. XX. 417. t. 11. — Ramis subtetragonis piloso-tomentosis; foll. lanceolatis acuminatis petiolatis crenatis, infra piloso-tomentosis; capitulis terminalib. pedunculatis globosis. ♄ — Frutex biorgyalis incanus tomentoso-pilosus. Folia 6-pollicaria breviter petiolata, petiolis basi connatis, supra rugosa glabra viridia. Capitula magna. Flores aurantiaci. — *Palquin* Feuill. Peruv. II. 71. t. 38. — *Buddleja capitata* Jcq. Collectan. II. 332., Icon. pl. rar. t. 307. — Crescit in Chili locis humidis.

7. B. PERFOLIATA H. B. Kth. l. c. 346. — Kth. l. c. 111. — Caule herbaceo; ramis quadrangularib. foliisq. tomentosis, supra incanis, subtus ferrugineis oblongo-lanceolatis acutis crenatis connatis; capitulis terminalib. (?) globosis. ♃ — Folia fere tripollicaria. Capitula magnitudine fructus *Pruni spinosae*. — Crescit inter lacum Chalcensem et urbem Mexici.

8. B. CONNATA Rz. et Pav. Flor. Peruv. I. 52. t. 81. fig. B. — Hook. Bot. Magaz. t. 2853. — Foll. lanceolatis serratis connatis, basi auriculatis, subtus pubescenti-tomentosis; pedunculis ternatim divisis; florib. capitatis. ♄ — Suffruticosa erecta ramosa quadri- v. quinquepedalis, rami obsolete angulati, supra glabri. Folia maxima 6–7-pollicaria lanceolata serrata, supra glabra, infra albo-tomentosa, basi attenuata integra connata, margine utrinque auriculata, auriculis tandem evanescentibus. Ex axillis foliorum oriuntur pedunculi angulati, apice florum capitulum gerentes, axi centrali apice ternatim divisa. Bracteae ad capitulorum basin parvae lineari-lanceolatae. Corollae tubus extus pubescens, limbi patentis segmenta obtusa, orificio pilosulo. — Crescit in Chili ad Valparaiso.

9. B. LANCEOLATA Bth. Plant. Hartweg. p. 48. no. 363. — Foll. breviter petiolatis oblongo-lanceolatis acuminatis, supra medium serratis, basi angustatis integerrimis, supra glabriusculis, subtus ramulisq. incano-tomentosis; panicula terminali floribunda; florum glomerulis pedicellatis; calyce tomentoso corollae tubum aequante. ♄ — Folia 3–4-pollicaria. — Crescit in Mexico (Omitlan, prope Real del Monte).

10. B. SPHAERANTHA Cham. et Schlchtd. Linnaea V. 104. — Ramis compresso-tetragonis foliisq. basi connatis sessilib. lanceolatis acuminatis crenatis, praesertim subtus rugosis molliter subvelutino-tomentosis; florib. capitatis; capitulis bibracteatis pedunculatis axillaribus. ♄ — Species pulchra, tomento aurato in partibus emorientibus albido cinereoque induta, folia *Salviae* 2–2½ poll. longa, 6–9 lin. lata, margine latiori angustiorive connata, hinc perfoliata, subtus rete vasculoso valde prominente, supra impresso, sed ob densum tomentum vix conspicuo. Internodia brevia, apice subtetragona compressa, pollice semper videntur breviora. Capitula florum exacte videntur globosa aureo-tomentosa, diametro 4–5-lineari, pedunculo vix umquam semipollicari suffulta, bracteis duabus lanceolatis tomentosis capitulis minoribus insidentia axillaria opposita. Corolla extus aureo-tomentosa, intus glabra. — Crescit in Mexico (Llanos de Perote).

11. B. POLYCEPHALA H. B. Kth. l. c. 346. † — Kth. l. c. 111. — Caule herbaceo (?) volubili tetragono foliisq. subtus ferrugineo-tomentosis ovato-lyratis acuminatis crenatis, basi connatis; capitulis terminalib. paniculatis globosis. ♃ (?) ∽ — Folia lyrata, basi connata, supra pilis ferrugineis obsita, 7–8 poll. longa. Capitula magnitudine Cerasi. Corolla calyce vix longior ferrugineo-tomentosa. Capsula obovata. Capitulorum panicula simplex. — Affinis *B. connatae* Rz. et Pav. — Crescit locis sylvaticis prope Ayavaca Peruvianorum.

12. B. PICHINCHENSIS H. B. Kth. l. c. 347. † — Kth. l. c. — Wlprs. Nov. act. acad. Caesar. Leopold. Carol. natur. curios. XIX. Suppl. I. 399. — Ramis teretib. glabris; ramulis foliisq. subtus ferrugineo-tomentosis lanceolatis acuminatis crenatis breviter petiolatis; capitulis terminalib. paniculatis globosis. ♄ — Folia supra glabra, pollices duo longa v. ima longiora. Capitula Cerasi minoris magnitudine in paniculam simplicem disposita. Corolla campanulata calyce parum longior,

segmentis reflexis. — Valde affinis dicitur *B. globosae*. — *B. integrifolia* Willd. Herb. 2906. — *B. arborea* Meyen, Reise um die Erde I. 478. — In declivitate orientali montis ignivomi Pichinchae inter cataractam Catunae et planitiem Verdecuchu.

13. **B. DIFFUSA** Rz. et Pav. Flor. Peruv. I. 52. t. 80. fig. A. — Subscandens: ramis teretib. foliisq. subtus flavescenti-tomentosis subpetiolatis ovatis subcordatisq., supra pubescentib.; pedunculis axillarib. terminalibq. flores capitatos apice gerentibus. ♁ ∪? — Caules diffusi ramosissimi flavescentes. Folia deflexa integerrima v. uno alterove dente notata, in petiolum attenuata. Pedunculi solitarii, gemini v. terni. Stipulae reniformes reflexae. Corolla lutea, ad faucem villosa. — Crescit in Peruvia ad agrorum margines circa Huanaci.

14. **B. RUGOSA** H. B. Kth. l. c. 347. † — Kth. l. c. 111. — Ramis teretib. foliisq. subtus ferrugineo-tomentosis, supra glabris rugosis, lanceolatis acutis crenatis, breviter petiolatis; capitulis terminalib. paniculatis globosis. ♁ — Ramuli tetragoni. Folia 8 poll. longa, semipollicem lata. Capitula magnitudine fructus *Pruni spinosae* in paniculam ramosam disposita. Corolla campanulata, calyce parum longior, segmentis rotundatis reflexis. — Crescit locis asperrimis frigidis Parami de Saraguru prope pagum Oña Novo-Granatensium.

15. **B. ELEGANS** Cham. et Schlchtd. Linnaea II. 594. † — Ramis teretiusculis tomentosis; foll. lanceolatis acutis obsolete dentatis, supra glabris rugulosis, subtus tomentosis; paniculae terminalis foliosae capitulis hemisphaericis terminalibus. ♁ — Frutex erectus cortice cinnamomeo laevi tertium in annum dense tomentoso instructus. Rami virgati sub angulo semirecto prodeuntes obsolete tetragoni, ad nodos compressi. Folia lanceolata coriacea subacuminata acuta, basi attenuata in petiolum brevem decurrentia, adulta obtuse dentata, apice basique integerrima, supra glabra nitidula rugulosa, subtus dense molliterque tomentosa, margine crenulata, floralia integerrima spathulato-lanceolata sesquipollicaria pollicariave. Petioli margine membranaceo concreti. Panicula foliosa terminalis ex toto tomentosa, rami longitudine foliorum, internodiis breviores, supra medium singulo foliorum pari instructi. Capitulum hemisphaericum 15–31-florum magnitudine circiter *Cerasi* fructus minoris. Flores subsessiles vix 3 lin. longi bracteolis linearibus stipati. Calycis dentes ovati obtusi. Corolla extus ad limbum usque tomentosa, limbi laciniae rotundatae obtusae expansae. Antherae 4 in summa fauce subsessiles. Capsula tomentosa cylindracea, matura.....? Tomentum totius plantae exsiccatae ferrugineum. — Crescit in Brasilia aequinoctiali.

§. 3. *Panicula terminalis; flores spicati, racemosi glomerati v. solitarii.*

16. **B. INTERRUPTA** H. B. Kth. Nov. gener. et spec. pl. II. 348. † — Kth. Synops. pl. aequinoct. II. 112. — Ramis teretib. foliisq. subtus ferrugineo-tomentosis, supra incanis oblongo-lanceolatis acuminatis integerrimis; spicis paniculatis verticillatis patentibus. ♁ — Folia tripollicaria v. longiora. Petioli lineas 2 longi. Panicula simplex semipedalis ferrugineo-tomentosa. Florum verticillastra globosa distantia, pisi majoris magnitudine. Capsula subglobosa glabra calycem explens. — Crescit in Andibus Quitensium.

17. **B. BETONICAEFOLIA** Lam. Illustr. gener. I. 291. no. 1488. — Ramis obsolete tetragonis; foll. petiolatis ovato-oblongis crenulatis valdeque rugosis; spicis paniculatis interruptis verticillatis. ♁ — Caulis tuberculosus. Folia infra tomentosa. Rami paniculae oppositi, flores sessiles pubescentes, glomerato-verticillati. — In Peruvia crescit.

18. **B. BULLATA** H. B. Kth. l. c. 348. — Kth. l. c. 112. — Ramis tetragonis glabriusculis; foll. lanceolato-oblongis acutis, basi rotundatis, crenatis, supra rugosis glabris nitidis, subtus incano-tomentosis; paniculis terminalib. ramosis diffusis; florib. glomeratis. ♁ — Folia 4–5-pollicaria, petiolo semipollicari. Panicula trichotoma sessilis quadripollicaris patens, flores ad apices ramorum glomerati breviter pedicellati. Corolla calyce parum longior, laciniae rotundatae patentes. — *B. incanae* Rz. et Pav. similis. — Crescit in Andibus Quitensium.

19. B. CORDATA H. B. Kth. l. c. 348. t. 185. — Kth. l. c. 112. — Ramis quadrangularib. glabriusculis; ramulis foliisq. subtus ferrugineo-tomentosis, supra glabris, ovatis acutis cordatis crenulatis; paniculis terminalib. patulis; florib. glomeratis. ♁ — Folia basi integerrima 3-4-pollicaria, petioli pollicares. Paniculae sessiles trichotomae. Flores ad apices ramorum glomerati. — Crescit in convalli Guanaxuatensi prope Marfil in Mexico.

20. B. LONGIFOLIA H. B. Kth. l. c. 349. † t. 186. — Kth. l. c. 112. — Ramis quadrangularib. glabriusculis; ramulis foliisq. subtus ferrugineo-tomentosis oblongo-lanceolatis, utrinq. acuminatis serrato-crenulatis; paniculis terminalib.; florib. glomeratis. ♁ — Folia 7-8-pollicaria breviter petiolata, basi apiceq. integerrima. Paniculae sessiles trichotomae, flores odorati. Corolla calyce parum longior. Ovarium et stigma pilosa. — Crescit locis subfrigidis Andium Peruvianorum inter villam Montan et pagum Sanctae Crucis.

21. B. MOLLIS H. B. Kth. l. c. 349. † — Kth. l. c. 113. — Ramulis tetragonis incano-tomentosis; foll. oblongo-lanceolatis, utrinq. acutis undulato-cordatis, supra glabris, subtus fuscescenti-tomentosis; paniculis terminalib. ramosissimis patulis; florib. glomeratis. ♁ — Folia 6-7-pollicaria brevissime petiolata. Paniculae sessiles trichotome ramosae, glomerulis 6-10-floris breviter pedunculatis. Corolla lutea calyce parum longior. — Crescit in apricis regni Quitensis prope Hambato.

22. B. HUMBOLDTIANA Roem. et Schult. Syst. vegetab. Mantiss. III. 98. — Ramis tetragonis cano-tomentosis; foll. ovato-oblongis acuminatis, basi acutis, serratis, supra glabris, subtus ferrugineo-tomentosis; paniculis terminalib. patentib.; florib. glomeratis. ♁ — Folia 3-4-pollicaria breviter petiolata. Panicula sessilis trichotoma. Flores breviter pedicellati. — Valde affinis praecedenti, differt praesertim foliis brevioribus acuminatis serratis. — *B. acuminata* H. B. Kth. Nov. gen. et spec. plant. II. 349. † t. 187. — Kth. Synops. pl. aequinoct. II. 113. (nec Poir.) — *B. Poiretii* Spr. Syst. veget. I. 430. no. 20. — Habitat prope Santa Rosa de la Sierra Mexicanorum.

23. B. DECURRENS Cham. et Schlchtd. Linnaea V. 105. — Ramis tetragonis aureo-tomentosis; foll. ellipticis acuminatis, basi longe in petiolum decurrentib. subcrenato-serratis, supra glabris, subtus canescenti-aureo-tomentosis; paniculis terminalib. patentib.; florib. glomeratis. ♁ — Affinis praecedenti, sed differt foliis in petiolum decurrentibus et tomento laxiori quasi furfuraceo v. floccoso, in partibus junioribus aureo, mox vero canescenti-aureo. — Eadem esse dicitur ac praecedens. — Crescit in Mexico ad San Andres.

24. B. INTERMEDIA H. B. Kth. l. c. 350. † — Kth. l. c. 113. — Ramis tetragonis pubescentib.; foll. oblongis, utrinq. acuminatis serratis, supra pilosiusculis, subtus ferrugineo-tomentosis; paniculis terminalib. ramosis, ramis abbreviatis patentib.; florib. glomeratis. ♁ — Folia in petiolum attenuata viridia, supra pilis stellatis obsita 2-2½ poll. longa. Panicula sessilis 2-3-pollicaris. Flores sessiles. Corolla calyce duplo longior. — Medium tenet inter *B. acuminatam* et *B. occidentalem*, an varietas prioris? — Distinguitur a *B. callicarpoidi*, cui etiam valde affinis: ramis tetragonis, foliis minoribus et angustioribus, subtus ferrugineo-tomentosis (nec incano-pubescentibus) ramisque paniculae abbreviatis (nec subfastigiatis). — Crescit prope Santa Rosa de la Sierra Mexicanorum.

25. B. OCCIDENTALIS Linn. Spec. plantar. 102. — Willd. Spec. plant. I. 632. — Rz. et Pav. Flor. Peruv. I. 53. t. 82. — Lam. Illustr. gen. t. 69. fig. 1. — Grtnr. De fructib. et seminib. pl. I. 206. t. 49. — H. B. Kth. l. c. 350. — Kth. l. c. 113. — Ramis teretib. glabris, ramulis foliisq. subtus fuscescenti-tomentosis oblongo-lanceolatis, utrinq. acuminatis serratis; spicis paniculatis; florib. glomeratis. ♁ — Rami virgati. Folia 5-6-pollicaria; corolla alba v. lutea (sec. Rz. et Pav.). Spicae in paniculam terminalem dispositae. — *Ophioxylon Americanum foliis oblongis mucronatis leviter serratis Bardanae instar subtus lanuginosis* Pluken. Almag. 270. t. 216. fig. 1. — Crescit locis temperatis prope pagum Guancabamba Peruvianorum, prope Carthagenam et aliis locis Indiae occidentalis.

26. B. CALLICARPOIDES H. B. Kth. l. c. 350. — Kth. l. c. 114. — Ramis compressiusculis, ramulis foliisq. subtus incano-tomentosis ovato-oblongis acuminatis argute serratis; spicis paniculatis subfastigiatis; florib. glomeratis. ♁ — Folia 3–4-pollicaria, supra pilis stellatis obsita. Spicae in paniculas terminales dispositae, glomerulis oppositis breviter pedunculatis. Corolla calyce parum longior. — *Buddlejae occidentali* et praesertim *Americanae* valde confinis, differt ab hac: magnitudine foliorum, tomento tenuiore incano, panicula triplo breviore spicisque approximatis, ab illa: tomento incano, ab utraque tamen forma foliorum. — In declivitate orientali montium Mexicanorum inter Xalapam et flumen Chachalacas.

27. B. AMERICANA Linn. Spec. plant. 102. — Willd. Spec. plant. I. 631. — Rz. et Pav. Flor. Peruv. I. 53. t. 82. — H. B. Kth. l. c. 351. † — Kth. l. c. 114. — Ramis compressiusculis incano-tomentosis; foll. ovatis acuminatis, basi valde angustatis serrato-crenatis, supra pilosiusculis, subtus flavido-tomentosis; spicis paniculatis; florib. glomeratis. ♁ — Rami subtetragoni. Folia supra viridia, 4–8-pollicaria, pollices 2–4 lata, petioli pollicares. Spicae in paniculam terminalem fere pedalem dispositae, glomeruli subglobosi breviter pedunculati magnitudine fructus *Pruni spinosae*. Corolla lutea. — *Verbasci folio minore arbor, floribus spicatis luteis, seminibus singulis oblongis in singulis vasculis siccis* Sloan. Hist. Jamaic. II. 29. t. 173. fig. 1. — Crescit in montibus Peruvianorum et in insulis Caribaeis.

28. B. VERBASCIFOLIA H. B. Kth. l. c. 351. † — Kth. l. c. 114. — Ramis tetragonis ad nodos compressis foliisq. subtus flavido-tomentosis, supra glabris ovato-ellipticis, utrinq. acutis duplicato-serratis; spicis paniculatis; florib. glomeratis densis. ♁ — Folia 7–8-pollicaria, 4–5 poll. lata, breviter petiolata. Spicae 3 circiter pollices longae digiti minimi crassitie, in paniculam terminalem dispositae, panicula spithamaea diffusa. Corolla lutea calyce duplo longior, segmentis ovatis acutis. Capsula ovata obtusa. — A praecedente, cui simillima, nonnisi forma foliorum diversa, an varietas? — Crescit in radicibus montis Quindiu prope Ibague Mexicanorum.

29. B. FLORIBUNDA H. B. Kth. l. c. 352. † — Kth. l. c. 114. — Ramis tetragonis glabriusculis, ramulis foliisq. subtus incano-tomentosis, supra glabriusculis ovatis acuminatis, basi angustatis serratis; paniculis terminalib. ramosis divaricatis; florib. dense glomeratis. ♁ — Folia supra viridia tripollicaria, petioli 1–2 lineas longi. — *B. callicarpoidi* et *Americanae* valde affinis. — An re vera distincta? — Habitat prope Tasco et Tehuilotepec Mexicanorum.

30. B. DENTATA H. B. Kth. l. c. 352. † — Kth. l. c. 115. — Ramis teretib., ramulis foliisq. subtus ferrugineo-tomentosis, supra glabris ovato-oblongis acuminatis, basi valde angustatis argute dentatis; spicis paniculatis; florib. glomeratis. ♁ — Folia 6–7 poll. longa, petioli semipollicares. Spicae 2–3-pollicares in paniculam terminalem sessilem dispositae, glomerulis oppositis sessilibus. Corolla calyce longior. Capsula ovata. — Recedit a speciebus supra memoratis omnibus foliis dentatis nec serratis. — *Oja de Queso* incolarum. — Crescit locis humidis in ripa fluminis Guayre prope urbem Caracas.

31. B. PARVIFLORA H. B. Kth. l. c. 353. † — Kth. l. c. 115. — Ramis obsolete tetragonis striatis glabris; ramulis pubescentib.; foll. ovato-oblongis acutis, basi angustatis crenato-serratis, supra glabriusculis, subtus fuscescenti-tomentosis; paniculis terminalib. trichotomo-ramosissimis divaricatis; florib. subsolitariis. ♁ — Folia bipollicaria brevissime petiolata, juniora supra pubescentia. Panicula sessilis 6–8-pollicaris, ramis ramulisq. oppositis. Flores parvi. Corolla alba calyce longior. — Crescit in montosis prope urbem Cuernavaca Mexicanorum.

32. B. HETEROPHYLLA Lindl. Bot. Regist. t. 1259. † — Ramis teretib. lanatis; foll. subtus lanatis, inferiorib. cordato-oblongis acuminatis denticulatis, superiorib. ovato-lanceolatis subintegerrimis; florib. spicato-paniculatis lanatis. ♁ — Folia inferiora quinquepollicaria, petiolo fere pollicari, superiora minora lanceolata integerrima acuminata breviter petiolata. Panicula thyrsoidea terminalis. Flores bini, terni v. etiam quaterni aggregati, pedunculo communi suffulti sessiles,

supremi solitarii. Corollae tubus calycem triplo fere superat, limbo patente, laciniis ovatis obtusis aureis. — Crescit in America tropica.

33. B. MICROPHYLLA H. B. Kth. l. c. 353. † — Kth. l. c. 115. — Ramis teretib. glabris; ramulis foliisq. subtus ferrugineo-tomentosis, supra scabriusculis ovato-oblongis, utrinq. acutis, apicem versus serratis; paniculis terminalib. coarctatis; florib. glomeratis. ♄ — Folia vix pollicaria brevissime petiolata. Florum glomeruli pisiformes. Corollae albae. — *B. parvifolia* Willd. Herb. 2918. — Crescit locis aridis montis ignivomi Jorullo Mexicanorum.

34. B. ABBREVIATA H. B. Kth. l. c. 353. † — Kth. l. c. 115. † — Ramis teretib. glabriusculis, ramulis tomentosis, floriferis abbreviatis; foll. oblongo-lanceolatis, utrinq. acutis integerrimis, supra scabriusculis, subtus ferrugineo-tomentosis; paniculis terminalib. patulis; florib. congestis. ♄ — (Cham. et Schlchtd. Linnaea VIII. 245.) — Ramuli pubescentes v. ferrugineo-tomentosi. Folia supra viridia pollicaria v. sesquipollicaria, petiolis 2-3 lineas longis. Panicula sessilis subtrichotome ramosa oblonga sesquipollicaris. Flores breviter pedicellati odorati. Corolla alba calyce duplo longior. — Valde affinis praecedenti. — *B. brevifolia* Willd. Herb. 2899. — Crescit locis temperatis herbosis inter Pachuca et Real de Moran Mexicanorum.

35. B. POLYSTACHYA Fresen. Flora (B. Z.) XXI. 605. — Ramis tetragonis tomentosis; foll. lanceolatis serratis acuminatis, subtus ochraceo-tomentosis, reti nervorum anastomosantium prominente, ramulorum subintegris lanceolato-cuspidatis; spicis numerosis in apice ramorum paniculatis; tubo corollae calyce sesquilongiore. ♄ — *B. acuminata* R. Br. mss. nec Poir. — Crescit in Abyssinia.

36. B. RUFA Fresen. l. c. 606. — Ramis obsolete tetragonis tomentosis; foll. ovatis et ovato-lanceolatis acuminatis serratis, basi integerrimis, supra pubescentia brevi stellata obsitis, subtus tomentosis rufo-ferrugineis, reti nervorum anastomosantium parum prominulo; spicis paniculatis, pseudoverticillis subremotis, tubo corollae calyce vix duplo longiore. ♄ — Crescit in Abyssinia.

37. B. AURICULATA Bth. in Hook. Compan bot. Magaz. II. 60. — Ramis subteretib., junioribus vix canescentib.; petiolis basi auriculo rotundato amplexicaulib.; foll. lanceolato-oblongis v. ovato-lanceolatis, apice serratis, basi angustatis, supra glabris, subtus albo-tomentosis; racemis brevib. paniculatis; glomerulis densis breviter pedunculatis; corollis tenuib. tomentosis. ♄ — Crescit in Promontorio bonae spei (Winterberg in Neutral territory, Chumisberg in Cafferland).

38. B. SUNDAICA Blume, Bijdragen 743. — Foll. oppositis (petiolatis) lanceolatis, utrinq. acuminatis serrulatis (summis integerrimis), subtus albido-tomentosis; spicis paniculatis interruptis terminalib. elongatis; florib. breviter pedicellatis in glomerulis sub-3-floris. ♄ — Crescit in insulis Sundaicis.

39. B. ACUMINATISSIMA Blume l. c. — Foll. oppositis (breviter petiolatis) lanceolatis acuminatissimis, basi acutis, exigue denticulatis (summis integerrimis), subtus albido-tomentosis; spicis terminalib. interrupte glomerulatis, glomerulis approximatis subtrifloris; floribus breviter pedicellatis. ♄ — Crescit in insula Java.

40. B. MISSIONIS Wall. Catal. 6405. ex Bth. Scrophular. Indic. 43. — Ramis pubescentib.; foll. oblongis, utrinq. angustatis integerrimis coriaceis, supra glabris laevib., subtus pubescentib.; panicula ovato-pyramidata multiflora; racemulis oppositis; glomerulis subsessilib.; corollis tenuib. glabris. ♄ — *B. acuminata* Poir. huic affinis videtur. — Crescit in Peninsula Indiae orientalis (ad Wynad).

41. B. CURVIFLORA Hook. et Arn. Bot. Beech. voy. 267. — Ramis teretiusculis subtomentosis; foll. tenuiter membranaceis ovato-lanceolatis acuminatis subdentatis, supra glabris, subtus pubescentib., demum glabris; racemis terminalib. elongatis; pedunculis pauci-(8-10-)floris; corollae tubo elongato, apice supra antheras incurvo. ♄ — Racemus 6-8-pollicaris. — Forte eadem ac *B. acuminata* Poir.? — In insula Loo-Choo in mari Japonico-Chinensi crescit.

42. B. PANICULATA Wall. in Rxb. Flor. Indic. I. 412. — Bth. l. c. — Arborea: ramis divaricatis dense tomentosis; foll. lanceolato-oblongis integerrimis, basi rotundatis cuneatisve crassis rugosis, utrinq. v. subtus rufo-tomentosis; racemis densis

paniculatis; florib. subsessilib. densissime glomeratis. ♃ — Crescit in Nepalia. — Folia 4–5-pollicaria. Petioli linea decurrente connexi. Racemi breves rigidi, infimi ex axillis supremis 2–3-pollicares, reliqui breviores simpliciores, terminali elongato, omnibus paniculam v. thyrsum elegantem sessilem compactum efficientibus. Flores odorati albi, glomerulo quovis bractearum elongatarum linearium pari instructo. Corollae tubus calyce triplo longior. — Crescit in Nepalia.

43. B. ACUMINATA Poir. Supplem. I. 745. — G. Don, General syst. of gard. and bot. IV. 600. no. 39. — Ramis subquadrangularib. pubescentib.; foll. ovatis acuminatis remote dentatis, infra pubescentib.; racemis terminalib. brevib. tomentosis paniculatis. ♄ — Folia subpetiolata, inferiora basi dilatata, supra glabra subintegerrima. Corollae pubescentis tubus elongatus, laciniae breves. Capsula parva ovata. — Habitat in India orientali.

§. 4. *Racemi v. spicae simplices, ad basin ramulosi interrupti.*

44. B. THYRSOIDEA Lam. Illustr. gen. I. 291. no. 1480. — Schlchtd. et Chamiss Linnaea II. 504. † — Ramis teretib. flavescentib., apice pubescentib., foll. lanceolato-linearib. acuminatis serratis sessilib., basi attenuatis, infra lanatis, supra nitidis; racemis thyrsoideis spicatis terminalibus. ♄ — Frutex elegans. Folia margine connectente basi conjuncta, non raro etiam infra medium serrata, nec floralia semper integerrima, plerumque serrata, omnia longitudine et latitudine valde variabilia, 2–6 poll. longa, 3–6 lin. lata. Panicula in caule ramisque terminalis vix umquam digitalis, composita e cymis oppositis 7–15-floris pedunculatis, ramificatione abbreviata cyma umbellam quandoque aemulat. Calyx corolla triplo brevior, dentibus triangularibus acutiusculis. Corolla 3 lin. longa infundibuliformis, limbi laciniis rotundatis obtusissimis. Antherae subsessiles imae fauci insertae. Capsula 3 lin. longa lanceolata tomentosa. — *B. salicifolia* Vahl, Symbol. botanic. III. 14. (nec alior.) — Crescit in Brasiliae provinciis meridionalibus Montevideo et Rio grande do Sul.

45. B. SPICATA Rz. et Pav. Flor. Peruv. I. 53. t. 81. fig. A. — Foll. ovatis, utrinq. acutis serratis; spicis longissimis simplicibus. ♄ — Rami obsolete tetragoni albotomentosi. Folia petiolata. Flores verticillati. Bracteae subulatae. Corolla lutea, extus tomentosa, fauce hispida. — Crescit in Peruvia, locis aridis ad Munna.

46. B. GRANDIFLORA Cham. et Schlchtd. Linnaea II. 506. † — Ramis obtuse tetragonis tomentosis; foll. anguste lanceolatis obtuse dentatis, utrinq. rugosis et tomentosis; racemi terminalis foliosi pedunculis trifloris. ♄ — Habitu similis *B. elegenti*, inflorescentia praesertim diversa. Folia angustiora, fere lineari-lanceolata, utrinque provectiori quoque aetate tomentosa rugosaque, supra tamen viridia, maxima 5½ poll. longa, 9 lin. lata. Racemus terminalis foliosus e toto tomentosus. Pedunculi axillares folio breviores triflori. Flores subsessiles, bracteis 2 linearibus suffulti. Ex axillis foliorum superiorum racemi oriuntur terminali minores. Pedunculi rarius dimidio pollice longiores. Flores 6 lin. longi, bracteis ejusdemque longitudinis. Calycis laciniae lanceolatae obtusiusculae. Corolla tota extus tomentosa, intus in tubo tomento raro vestita, tubus longitudine calycis, limbi quadrifidi laciniae lanceolatae obtusae erectae. Antherae sessiles ad limbi sinus. Capsula grano secalino similis, apice tomentosa, basi calva, utrinque longitudinaliter sulcata, apice septicide dehiscens, valvis mox bifidis. Semina numerosa irregularia angulata scrobiculata brunnea. — Crescit in Brasiliae meridionalis provinciis Montevideo et Rio grande do Sul.

47. B. STACHYOIDES Cham. et Schlchtd. l. c. 507. † — Ramis tetragonis subalatis tomentosis; foll. sessilib., basi cuneata integerrimis grosse dentatis, subtus tomentosis, supra pubescentib.; anthuro terminali, foliis floralibus reflexis. ♄ — Rami angulum semirecto minorem cum caule formantes tetragoni subalati, ad nodos compressi tomentosi, vetustiores calvi. Folia ambitu grosse inaequaliter et obtuse dentata acuminata acuta reticulato-venosa, subtus tomentosa, supra pilis irregulariter stellatis pubescentia, inferiora ovata 6 poll. longa, 2½ poll.

lata, superiora minora angustiora lanceolata, floralia integerrima. Folia sessilia, margine membranaceo stipulari satis conspicuo conjuncta. Inflorescentia exacte *Stachydis Germanicae*, anthurus ex toto tomentosus; verticillastra inferiora remota foliis suffulta dentatis magnis 2–3-pollicaribus reflexis, suprema confluentia, foliis bracteantibus integerrimis vix floribus longioribus. Flos 4 lin. longus. Calycis dentes lanceolati obtusiusculi. Corolla infundibuliformi-tubulosa calyce duplo longior, laciniae ovales obtusissimae, tota extus tomentosa. Antherae in fauce sessiles. Capsula parce tomentosa 3 lin. longa, corollam demum dirumpens calyce longior. — Crescit in Brasilia meridionali.

48. B. BRACHIATA Cham. et Schlechtd. l. c. 399. † — Scandens: ramis brachiatis teretiusculis glabrescentib.; foll. ovatis obsolete et inaequaliter serratis, supra glabris, subtus tenuiter tomentosis; anthuris gracilib. subaphyllis terminalib. axillaribq.; glomerulis florum distinctis. ♁◡ — Rami patentissimi ad nodos compressi foliorumque cicatricibus amplectentibus notati, ramuli tomentosi. Folia majora 3-pollicaria, basin versus 1-1½ poll. lata, in petiolum brevem fere basin usque attenuata acuta subacuminata penninervia, venis alternis utrinsecus 4-6, adulta supra glabra, subtus tenuiter tomentosa. Petioli mediente stipula foliacea rotundata connati, stipulis in ramis vegetioribus luxuriantibus. Spica gracilis fere 6-pollicaris sessilis solitaria v. accessoriis quibusdam e summorum foliorum axillis. Verticilli remoti e cymis abbreviatis trifloris duabus oppositis constant. Tota spica dense tomentosa. Flos 2 lin. longus. Calycis dentes late triangulares acuti. Corolla campanulata calyce paullulum longior, laciniis ovatis acutis, extus rariter ferrugineo-pilosiuscula, laciniis glabris, intus parce albo-pilosa. Antherae in fauce subsessiles, subexsertae. Capsula.....? — In Brasilia aequinoctiali.

49. B. MACROSTACHYA Bth. in Wall. Catal. 6407. et Scrophul. Indic. 42. — Ramis acute tetragonis alatisve, vix tomentosis; foll. oblongo-lanceolatis, utrinq. longe angustatis, apice serratis, supra glabris, subtus albido-tomentosis; spicis interruptis simplicib. tomentosis; florib. sessilib., inferiorib. glomeratis, superiorib. sparsis. ♁ — Crescit in India orientali ad Silhet.

50. B. CUNEATA Cham. Linnaea VIII. 17. † — Ramis obsolete angulatis tomentosis, dense foliosis strictis; foll. oppositis rariusq. ternis erectis sessilib. cuneato-obovatis acute acuminulatis, laterib. antrorsum grosse dentatis crenatisve, subrugosis, supra glabris nitidis, subtus cano-tomentosis; capitulis florum racemoso-subspicatis, spica terminali continua simplici s. basi ramosa; bracteis capitula subaequantib.; limbo corollae glabro. ♁ — Bipedalis. Lignum album durum. Internodia pollicaria, superiora sensim minora. Folia maxima bipollicaria, pollicem lata, superiora minora, infra inflorescentiam subunguicularia subcoriacea, margine utplurimum recurva, reticulato-venosa rugosa, supra laeviora, basi cuneata integerrima, nunc fere elliptica, crenae seu dentes subundulati. Inflorescentia praeter corollas dense tomentosa. Spica pollicaris v. longior, crassitie pollicem haud aequans, saepius solitaria. Capitula breviter pedunculata subsessiliaque 4-12-flora, inferiora in ramulos spicatos saepe elongata. Bracteolae lineares parvae obtusae. Flores legitime tetrandri, luxuriantes pentandri et hexandri. Calycis 2 lin. longi dentes erecti ovati obtusissimi. Tubus corollae dentes calycinos haud superat, extus tomentosus, intus pilosulus, limbi laciniae rotundae obtusae. Capsula.....? — Crescit in Brasilia meridionali.

51. B. VETULA Cham. l. c. 18. † — Ramis obtuse tetragonis ramosis laxis, dense foliosis, sursum tomentosis; foll. oppositis sessilib. laxis, lanceolatis acutis obtusisve, basi angustatis (inferiorib. ramorum cuneato-obovatis obtusissimis), antrorsum tenuiter obsolete crenatis rugosis, supra glabris nitidis, subtus tomentosis; capitulis florum racemosis; racemis subfoliosis terminalib.; limbo corollae extus tomentoso; tomento (in siccis) rufescente. ♁ — Pedalis v. sesquipedalis, rami semel iterumque dichotome ramosi, ad nodos subflexuosi, internodiis vix unguicularibus. Lignum album solidum. Folia 1½-2-pollicaria v. longiora, 3-6 lin. lata, insigniter tenuiter profunde rugosa. Inflorescentia ex toto tomentosa,

racemi e capitulorum paribus 2–8 constantes. Capitula densiflora semiglobosa v. subglobosa, inferiora pedunculo paris longitudinis insidentia, foliis ipsa excedentib. suffulta, superiora brevius pedunculata. Bracteolae angustae parvae. Calyx vix sesquilinea longior, dentibus ovatis obtusiusculis. Corolla extus ad limbum usque tomentosa, intus pilosa, vix calyce longior, laciniae rotundatae concavae. Capsula ovoidea acuta mucronata tomentosa. Semina minutissima subscobiformia pallida. — Crescit in Brasilia meridionali.

52. B. CESTRIFLORA Cham. l. c. 20. † — Ramo s. caule tetragono tomentoso; foll. dilatata basi infundibuliformi-connatis, lamina lanceolata acuta crenata, membranaceis obsolete rugosis, subtus tomentosis, supra demum calvescentib.; florib. pedicellatis laxe capitatis erectis; capitulis racemosis, racemo terminali folioso; dentib. calycinis acuminatis elongatis acutis; corolla tubulosa elongata calycem plus sesqui superante, extus tomentosa, intus glabra. ♁ — Egregia species inflorescentia paniculam *Cestri* cujusdam referente, quam eminus, adspectu deceptus, facile pro Solanacea stirpe salutare posses. Specimina pedalia majoraque, rami herbacei medullosi. Internodia sesquipollicaria tripollicariaque. Folia 7-pollicaria, 1¾ poll. lata, diametro infundibuli obtusanguli quod connata duo sistunt pollicem latum metiente. Racemus e capitulorum paribus 1–8 constans simplex seu basi ramulosus. Capitula 6–10-flora, praeter internam limbi corollini paginam ex toto tomentosa pedunculata erecta. Bracteolae angustae calyce multo breviores. Calyx subcylindricus semipollicem circiter longus, dentibus 2 lin. longis anguste acuteque acuminatis erectis. Corolla 15 lin. longa tubaeformis, extus tomentosa, intus glabra, limbo parvo patulo, lobis brevibus ovatis obtusis. Capsula.....? — Crescit in Brasilia meridionali.

53. B. DISCOLOR Rth. Nov. plantar. spec. 83. — Bth. Scrophul. Indic. 42. — Arborea: ramis subteretib. ad axillas compressis tomentosis; foll. lanceolatis subserratis, supra glabris, subtus pallidis v. albo-tomentosis; spicis interruptis gracilib. simplicib. paniculatisve; bracteis lanceolato-linearib.; florib. subsessilib. subglomeratis; capsulis reflexis. ♁ — Folia supra viridia, capsulae glabrae? — *B. salicina* Lam. Illustr. I. 291? — *B. Neemda β.* Bth. in Wall. Catal. 6401. H–O. — Crescit in Nepalia (Oude, Rungpur etc.).

54. B. NEEMDA Hamilt. in Rxb. Flor. Ind. oriental. (edit. Wall.) I. 411. — (Wall. Catal. 6401. A—G.) — Rxb. in Willd. Herb. 2914. — Bth. Scrophul. Indic. 43. — Arborea: ramis subteretib. ad axillas compressis tomentosis; foll. lanceolatis subserratis, supra tenuissime pubescentib., subtus albo-tomentosis; spicis interruptis simplicib.; bracteis ovato-lanceolatis; florib. sessilib. glomeratis; capsulis erecto-patentibus. ♁ — *B. serrulata* Rth. l. c. 82. — *B. subserrata* D. Don, Prodr. fl. Nepal. 92.

β. Philippensis Cham. et Schlchtd. Linnaea II. 508. — A planta Roxburghiana differt: corollis usque ad extimarum laciniarum marginem calvum dense tomentosis, in illa parce puberulis subglabris, praeterea tomentum in nostra, ubi provenit, multo densius, in sicco leviter ferrugineum. Folia inflorescentiam versus magis integerrima, mox basi aequalia, mox inaequalia in eodem specimine. Flores sessiles et breviter pedicellati in eodem ramo. Bractearum longitudo variabilis. Convenit cum typo speciei germine glabro styloque brevi, staminibus in medio tubo insertis, antheris sub laciniarum sinubus, fauce et tubi parte superiori pilis albis dense vestitis. — In India orientali (in Peninsula, Oude, Penang, Deyra Dhoun), var. *β.* ad sepes prope Tierra alta in insula Luçonia crescit.

55. B. MADAGASCARIENSIS Vahl, Symbol. III. 14. — Willd. Spec. plant. I. 633. — Lam. Illustr. gener. I. t. 69. fig. 3. — Sims, Bot. Magaz. t. 2884. † — Bth. l. c. — Arborea: ramis subteretib. dense tomentosis; foll. petiolatis ovato-lanceolatis subintegerrimis, basi rotundatis crassis rugosis, supra glabris, subtus dense tomentosis; racemis subsimplicib.; pedicellis sparsis 3–5-floris. ♁ — (Wall. Catal. 6403.) — Tomentum ferrugineum. Folia bipollicaria petiolata. Racemi ad basin

foliis 1–2 parvis instructi. Corolla aurantiaca, segmentis rotundatis, calyce triplo quadruplove longior. Calycis globoso–campanulati dentes conniventes triangulares obtusi. — Crescit in Madagascaria (unde in hortum Calcuttensem traducta).

56. **B. CRISPA** Bth. in Wall. Catal. 6404. et Scrophul. Indic. 43. — Ramis divaricatis dense tomentosis; foll. ovato–lanceolatis, margine crenato–crispis, inferiorib. basi cordatis, superiorib. rotundatis, omnib. crassis rugosis, utrinq. molliter tomentosis; racemis brevib. densis subramosis; florib. sessilib.; glomerulis densis subpedicellatis. ♄ — Crescit in India orientali (Oude, Sillet, in montibus Syen).

57. **B. ASIATICA** Lour. Flor. Cochinch. 72. — Spr. Syst. veget. I. 450. — Foll. lineari–lanceolatis subserratis rugosis glabris; spicis longis terminalib. non interruptis densis. ♄ — Rami ascendentes. Flores albi. Dentes calycini subulati. Corolla campanulata, segmentis rotundatis. Stigma longum bifidum. Capsula oblonga. — Crescit in Cochinchina.

58. **B. LINDLEYANA** Fortune mss. in Lindl. Bot. Regist. (New Ser.) XVII. Pl. misc. 25. no. 25. — Glabra fruticosa: foll. ovatis acuminatis serratis; racemis verticillatim spicatis tomentosis; calycis dentib. brevib. triangularib.; corollae tubo elongato, infra medium ventricoso, laciniis obtusis. ♄ — Racemi bipollicares, flores ipsi ¾ poll. longi pulchre violacei v. lilacini. — Crescit in China (Chusang).

59. **B. DENSIFLORA** Blume, Bijdragen 743. — Foll. oppositis (breviter petiolatis) lanceolatis acuminatissimis, basi acutis, extrorsum acute serrulatis (summis integerrimis), margine recurvis canescentib., subtus niveo–tomentosis; racemis terminalib. (solitariis ternisve); pedicellis multifloris cernuis. ♄ — In Java.

† *Species non satis notae.*

60. **B. NEPALENSIS** Colla, Memorie di Torino XXXV. 182. — Ramis subtetragonis divaricatis ferrugineis; foll. breviter petiolatis, inferiorib. ovato–oblongis subintegerrimis acutiusculis, superiorib. ovatis inaequaliter sinuatis, sinubus obtusis, supra laevib., subtus scabrellis, ad nervos ferrugineis. ♄ — Crescit in Nepalia. — Quoad flores indescripta.

61. **B.** (LANTANA Linn. Spec. plant. 875.) **SALVIFOLIA** Ait. Hort. Kewens. I. 150. — G. Don, General syst. of gard. and bot. IV. 601. no. 55. — Caule tetragono tomentoso; foll. ovato–lanceolatis acutis cordatis crenatis rugosis, infra tomentosis; panicula e racemis interruptis composita. ♄ — Jcq. Hort. Schoenbr. I. 12. t. 28. — Stipulae 2 rotundatae. Thyrsus terminalis. Flores fasciculati. Corolla tomentosa, tubo rubro, limbo pallidiore, fauce barbata. Ovarium stellato–pilosum.

62. **B. VIRGATA** Thnbrg. Prodr. fl. Capens. I. 30., Flor. Capens. I. 342. — Foll. lineari–oblongis obtusis integris; racemis terminalibus. ♄ — Habitus *Hyssopi*. Rami filiformes foliisque albo–tomentosi. Folia 2½–1–pollicaria. — Crescit in Promontorio bonae spei.

63. **B. INCOMPTA** Linn. Suppl. 123. — Thnbrg. l. c. 342. — Foll. fasciculatis ovatis pilosis; racemis terminalib.; ramis flexuosis rigidis. ♄ — Folia sericea integra minuta. — Crescit in Promontorio bonae spei.

64. **B. TERNATA** Lour. Fl. Cochinch. 72. — Spr. Syst. veget. I. 431. — Ramis teretib.; foll. ternatis lanceolatis serratis; pedunculis axillarib. unifloris. ♄ — Flores albi solitarii pedunculati. Corollae segmenta ovata. Stigma bifidum. Nectarium (?) pilosum. Capsula bilocularis polysperma. — Crescit in Cochinchina.

65. **B. VOLUBILIS** Lam. Illustr. gener. I. 291. no. 1492. — Spr. l. c. — Caule volubili; foll. linearib acutis integerrimis; cymis axillarib. ferrugineo–tomentosis. ♄ — Corollae tubus brevissimus, limbus profunde quadrifidus. — Crescit in insula Bourbon.

66. **B.** (ROMANA Arrabida, Flor. Flumin. I. t. 146.) **CAMPESTRIS** Wlprs. mss. — Caule fruticoso ramoso rotundato; ramulis tetragonis; foll. subsessilib. lanceolatis v. supremis lanceolato–linearib. pilosissimis argute serratis ciliatis, basi attenuatis integerrimis; florum capitulis quinquefloris pedunculatis in racemos terminales subcorymbosos digestis; calycis corolla ultra duplo brevioris dentib. acutiusculis deltoideis; corollae laciniis obtusissimis. ♄ — Ramus illustratus pedalis.

Folia 4½-pollicaria, pollicem lata v. suprema 2-2½-pollicaria, vix semipollicem lata. Basis foliorum integerrima semipollicaris. Capitulorum pedunculi ½-¾ poll. longi. — Crescit in Brasilia in districtu Fluminensi.

†† *Species e genere expellendae.*

B. GLABRATA Spr. = CEPHALANTHUS SARANDI.

B. SALICIFOLIA Jcq. } = NUXIA SALIGNA.
B. SALIGNA Willd. }

3972. NUXIA *Commers.*

(Bth. in Hook. Compan. bot. Magaz. II. 59. — Commers. mss. ex Lam. Illustr. gen. I. t. 71. — Meisn. Gener. pl. vascul. I. 309. II. 220.)

1. N. VERTICILLATA (.....)? — Bth. l. c. — Arborea glaberrima: foll. subverticillatis petiolatis oblongo-ellipticis integerrimis; paniculis amplis fastigiatis; calycib. paniculatis laevib. glabris; staminib. breviter exsertis recurvis. ♄ — In Madagascaria crescit.
2. N. FLORIBUNDA Bth. l. c. — Arborea glaberrima: foll. subverticillatis petiolatis oblongo-ellipticis integerrimis: paniculis amplis fastigiatis; calycib. tubuloso-campanulatis lucidis, brevissime dentatis; staminib. corollae laciniis longioribus. ♄ — Affinis praecedenti, sed calyx multo gracilior, flores minores, stamina longiora. Habitu utraque species sequenti affinis, sed foliis latioribus glaberrimis differt. — Crescit in Promontorio bonae spei (Uitenhage, Zwartkops river).
3. N. (BUDDLEIA Willd. Enumer. pl. hort. Berolin. 150.) SALIGNA Bth. l. c. — Arborea: foll. petiolatis oblongo-lanceolatis integerrimis, subtus ramis calycibq. tomentosis; paniculis amplis fastigiatis. ♄ — *Buddleia salicifolia* Jcq. Hort. Schoenbr. I. 12. t. 59. (nec Vahl). — *Scoparia arborea* Thnbrg. Prodr. fl. Capens. I. 28. — *Callicarpa paniculata* Lam. Dict. I. 563. — *Chilianthus oleaceus* Burch. mss. ex Schult. Syst. vegetab. Mantiss. III. 66¹. — In Promontorio bonae spei.
4. N. CORRUGATA Bth. l. c. 60. — Foll. lanceolatis, margine crenato-crispulis, supra lucidis rugosissimis, subtus ramis calycibq. tomentoso-lanatis; paniculis pauciflоris. ♄ — Crescit in Promontorio bonae spei (Witbergen in Cafferland).
5. N. DYSOPHYLLA Bth. l. c. — Divaricato-ramosa: foll. petiolatis ovatis grosse dentatis planis, subtus v. utrinq. ramis calycibq. dense tomentoso-lanatis; fasciculis florum laxis cymosis. ♄ — In Promontorio bonae spei (Uitenhage, Albany).
6. N. LOBULATA Bth. l. c. — Divaricato-ramosa: foll. petiolatis ovatis sinuato-lobatis dentatis undulato-crispis, subtus v. utrinque ramis calycibq. tomentoso-lanatis; fasciculis florum densissimis globosis. ♄ — Crescit in Promontorio bonae spei (Nieuweveldsbergen et Kliplaats river).

Tribus IX. *VERONICEAE* Bth. Scrophul. Indic. 43. — Endl. l. c. p. 687.

Corolla rotata infundibuliformis v. rarius regulariter bilabiata. Stamina 4 aequalia fertilia v. saepius 2 postica, sterilium rudimentis nullis. Capsula bilocularis, loculicide bivalvis, valvis saepissime juxta dissepimentum bifidis, nunc septifrage bivalvis.

3973. SCOPARIA *Linn.*

(Linn. Gener. pl. no. 143. — Meisn. Gener. plant. vascular. I. 306. II. 218. — G. Don, General syst. of gard. and bot. IV. 642.)

§. 1. *Calycibus quadrifidis.*

1. SC. DULCIS Linn. Spec. plantar. 168. — Grtnr. De fructib. I. 251. t. 53. — Palis. Fl. Owar. t. 115. — Arrabida, Flor. Fluminens. I. t. 123. — Ramis foliisq. plerumq. ternatim verticillatis ovato-lanceolatis profunde serratis, in petiolum attenuatis. ☉ — *Sc. ternata* Forsk. Descr. Aeg. Arab. 31. — *Samoloides* Boerh. Lugd. Bat. II. 265. — *Veronica Americana erecta frutescens et ramosa* Herm. Paradis. 241. t. 241. — *Veronica fruticosa erecta dulcis hexangulari caule* Sloan. Jamaic. 81.,

Hist. I. 165. t. 108. fig. 2. — *Phytesoides Americanum flore albo tetrapetalo* Pluk. Alm. 296. t. 215. fig. 1. — *Tupeicava* Piso, Brasil. 246.

β. procumbens: Caulibus procumbentibus; foliis quaternis; floribus subsessilibus. — *Scoparia procumbens* Jcq. Americ. 18.

γ. arborea: Foll. lanceolatis alternis integerrimis; corymbo supradecomposito trichotomo. — *Scoparia arborea* Linn. Suppl. 125. — Thnbrg. Prodr. fl. Cap. 29. — Crescit inter tropicos totius orbis.

§. 2. *Calycibus quinquefidis.*

2. SC. FLAVA Cham. et Schlchtd. Linnaea II. 603. † — Lnk. et Otto, Icon. pl. select. hort. Berolin. I. t. 60. — Foll. lanceolatis in petiolum attenuatis dentatis; pedunculis glabris; calycis dentib. acutis, margine pellucidis; corollae laciniis calycem tertia parte superantib., pilis coronae copiosis dimidias lacinias aequantibus. ♃ — Herbacea glabra: rami s. caules subradicales caespitosi spithamaei, pedales elatioresque striato-angulati, foliis, ramis floribusque verticillatis quaternis, ternis oppositisq. instructi, internodiis longitudine foliorum longioribusque. Folia inferiora lanceolata in petiolum brevem attenuata, apicem versus dentata, 6 circiter lin. longa, sesquilineam lata, superiora floralia minora sublinearia subintegerrimaque, omnia cum calycibus minutissime punctulata. Pedunculi axillares solitarii filiformes nudi uniflori, 6 circiter lineas longi. Calyx ebracteatus profunde 5-fidus, laciniis anguste lanceolatis acutis. Corolla amoene lutea quam illa *Sc. dulcis* major, diametro trilineari, rotata, laciniis aequalibus late rotundatis; fauce staminifera pilorum corona cincta. Capsula ovoidea, calycis persistentis clausi magnitudine, tardius septicide dehiscens. Semina minima scrobiculata brunnea. — *Microcarpaea Montevidensis* Spr. Syst. vegetab. I. 42. — Crescit in Brasiliae aequinoctialis provincia Cisplatina.

3. SC. ANNUA Cham. et Schlchtd. l. c. VI. 375. — Foll. lanceolatis in petiolum attenuatis inciso-dentatis lobatisve; pedunculis glabris; calycis laciniis acutis, margine pellucidis; corolla calycem paullo superante pilis brevissimis raris ima basi coronata. ☉ — Specimina visa digitalia et spithamaea, speciminibus uberioribus *Sc. flavae* admodum similia, diversa: caule e radice fibrosa unico, floribus minoribus, corolla minori, corona depauperata pilorum breviorum, seminibus minoribus in capsula haud minori, foliis profundius incisis sublobatis. — Crescit in Mexico ad ripam fluminis Tecolutensis prope Barriles.

4. SC. ERICACEA Cham. et Schlchtd. l. c. II. 604. † — Fruticosa: foll. linearib. integerrimis; pedunculis pubescentib.; calycis dentib. acutis, margine pellucidis. ♄ — Frutex ramosissimus praeter pedunculos glaber, rami pedales teretes striati, ad verticillos defunctos incrassato-cicatrisati. Ramuli erecti foliis oppositis tetragoni, hexagoni v. polygoni, foliis tunc ternis v. quaternis. Internodia 3 lineas longa. Folia ad summum 6 lin. longa linearia angustissima integerrima punctata firma erecta, superiora breviora. Pedunculi axillares solitarii filiformes uniflori breviter pilosi, 4 lin. longi. Flores et fructus omnino *Sc. flavae*, sed color corollae incertus. — Crescit in Brasilia meridionali (Campo dos Inforcados).

5. SC. PLEBEJA Cham. et Schlchtd. l. c. 605. † — Foll. sublinearib. subdentatis; pedunculis glabris; calycis dentib. acutis subciliatis. ♃ — Herba triennis glabra stricta 1-2-pedalis, basi lignescens, mox in ramos hornotinos divisa. Rami erecti stricti purpurascentes hexagoni, ramulis e quovis nodo ternis verticillatis, internodiis circiter pollicaribus. Folia verticillata terna sublinearia, apicem versus latiora, integerrima v. apice dentata, ad summum 9 lin. longa, vix lineam lata, suprema multo minora. Pedunculi axillares solitarii filiformes 3 lin. longi. Flores et fructus quam in praecedentibus minores. Calycis laciniae lanceolatae acutae eximie trinerviae, oculo armato margine subciliatae nec membranaceae. Corollae quadrifidae laciniae ovatae calyce paullo majores, expansae corollae diameter circiter bilinearis. Capsula ovoidea. — Crescit in Brasilia meridionali.

6. SC. ELLIPTICA Cham. et Schlchtd. l. c. VIII. 21. † — Angulis subalatis ramorum, pedunculis, calycib. nervo et margine foliorum pilosis; foll. ellipticis antrorsum

grosse serratis; corolla calycis lacinias acutas margine pellucidas et apicem versus tenuiter breviter ciliolatas paullo superante. 4 — Herba pedalis v. altior. Caulis ramique primarii tetragoni, ramulis 3-6-gonis, anguli longiuscule pilosi. Internodia adulta pollicaria v. longiora. Folia subsessilia opposita ternaque unguicularia, maxima 10 lin. longa, 6 lin. lata, serraturis utrinsecus 3–5. Pedunculi axillares solitarii folia aequantes superantesque pilosi. Calycis quinquefidi laciniae acutae pellucido-marginatae, dorso inferne praesertim et ad nervos pilosae. Corollae rotatae quadrifidae laciniae ellipticae obtusae. Corona ad faucem non admodum densa, pilis longitudine filamentorum. — Crescit in Brasilia.

7. SC. PINNATIFIDA Cham. et Schlchtd. l. c. 22. † — Foll. linearib. pinnatifidis; pedunculis glabris; laciniis calycinis inaequalib. acutiusculis trinerviis pellucido-marginatis; corolla calycem duplo excedente. 4 — Fruticulosa more *Sc. flavae* a qua nec habitu, nec facie aliena, at caulibus firmioribus et crassioribus hexagonis ascendentibus praepollens, ab omnibus vero differt foliis pyrethroidibus. Internodia subsemipollicaria, rarius pollicaria. Folia rami et pedunculi opposita et verticillata terna quaternaque. Folia utplurimum internodiis breviora carnosula punctata linearia et lineari-pinnatifida, laciniis paucis, rarius iterum pinnatifidis obtusiusculis. Pedunculi 4–5 lin. longi. Flores, capsulae et semina fere *Sc. flavae*. Corollae laciniae late ellipticae. — Crescit in Brasilia australi.

† *Species non satis nota.*

8. SC.? GYPSOPHILOIDES Wlprs. Nov. act. acad. Caes. Leopold. Carol. nat. curios. XIX. Suppl. I. 394. — Caule procumbente ramosissimo diffuso filiformi; foll. oppositis linearib. acutis integerrimis; florib. pedunculatis solitariis axillarib. v. in umbellas axillares pedunculatas pauciflоras congestis. 4 — Folia sesquipollicaria, sesquilineam lata glauca. Pedunculi 8 lin. longi. Habitu refert *Arenariam* v. *Gypsophilam*. — Crescit in China ad Lin-ting.

†† *Species e genere expellendae.*

SC. AUSTRALIS Sieb. Hb. fl. Nov. Holl. 184. = TEUCRIUM.....?

SC. ARBOREA Thnbrg. = NUXIA SALIGNA.

3974. GEOCHORDA *Cham. et Schlchtd.*

(Cham. et Schlchtd. Linnaea III. 11. — Meisn. Gener. plantar. vascular. I. 306. II. 217. — G. Don, General syst. of gard. and bot. IV. 581.)

1. G. CUNEATA Cham. et Schlchtd. l. c. † ♀? 4? — Caules articulati teretes flagelliformes prostrati cubitales longioresque, ad nodos hinc inde radicantes, internodiis ad 3 poll. usque elongatis. Folia hisce breviora opposita v. terna quaternave hinc inde fasciculata obovata v. rotundata, basi cuneata in petiolum attenuata, petiolis ima basi connatis, lobata, lobis irregulariter interdum duplicato-crenatis, in cuneata parte integerrima, majora 15 lin. longa, 7 lin. lata, juniora minora. Caulis junior, pedunculi, petioli, nodi calycesque pilis articulatis crispatis magis minusve hispidi, folia caeterum glabra. Flores axillares pedunculati e nodis tetraphyllis bini, pedunculi folio breviores filiformes uniflori. Calyx sublanuginosus profunde 5-fidus, laciniis anguste lanceolatis acuminatis. Corolla infundibuliformis, limbo (4–5 lin. diametro) amplo subaequali quadripartito, laciniis rotundatis integerrimis. Capsula oblonga calyce dimidio fere brevior acuminata. Semina minuta. — *Herpestes glechomoides* Spr. Syst. vegetab. IV. II. 234. — Crescit in Brasiliae meridionalis provinciis Rio Grande do Sul et Montevideo.

3975. SIBTHORPIA *Kth.*

(Kth. in H. B. Kth. Nov. gen. et spec. pl. II. 390. — Meisn. Gener. plant. vascular. I. 306. II. 218. — G. Don, *Sibthorpia* et *Disandra* Linn. Gener. pl. no. 775. et Supplem. 32. — G. Don, General syst. of gard. and bot. IV. 641.)

Sectio I. SIBTHORPIA Linn. Gener. pl. no. 775.

Calyx quinquepartitus. Corolla quinquefida. Stamina quatuor. Semina teretia, umbilico basilari.

1. S. EUROPAEA Linn. Spec. plantar. 860. — Willd. Spec. plantar. III. 340. † —

Engl. bot. t. 649. — Grtnr. De fructib. et seminib. pl. I. 261. t. 55. — G. Don l. c. 641. fig. 66. — Pilosa repens: foll. longe petiolatis reniformib. 7–9–lobatis; florib. tetrandris subdidynamis. ♃ — Calyx hispidus. Corolla pallide lutea, segmenta 3 superiora purpurascentia. Semina plano–convexa v. subangulata fusca. — *S. prostrata* Salisb. Icon. 11. t. 6. — *Alsine spuria pusilla repens foliis Saxifragiae aureae* Pluken. Phytogr. t. 7. fig. 6. — *Chrysoplenium Cornubiense* Petiv. Brit. t. 6. fig. 11. — Crescit locis umbrosis ad fontes in Lusitania, Hispania, Gallia et in Britannia.

2. S. PICHINCHENSIS H. B. Kth. Nov. gen. et spec. pl. II. 390. † t. 176. — Kth. Synops. plant. aequinoct. II. 109. — Hispida repens: foll. reniformib. 7–9–lobatis lobis obtusis; florib. pentandris. ♃ — Habitus praecedentis. Flores purpurei. Semina minutissima. — *Dichondra cymbalariaefolia* Willd. mss. in Roem. et Schult. Syst. vegetab. VI. 209. — Crescit locis asperrimis in monte ignivomo Pichincha inter planitiem Verdecuchu et Chorro de Cantuna.

3. S. RETUSA H. B. Kth. l. c. 391. † t. 177. — Kth. l. c. — Hispida repens: foll. reniformib. multilobis, lobis retusis; florib. pentandris. ♃ — Corollae purpureo–violaceae. Folia quam illa *S. Europaeae*, cui proxime accedit, duplo triplove majora. — Crescit locis frigidis in Nova–Hispania juxta Tiangillo.

Sectio II. DISANDRA Linn. Supplem. 32.

Calyx 5–8–partitus. Corolla 5–8–fida. Stamina 5–8. Semina navicularia, umbilico basilari.

4. S. PEREGRINA Linn. Spec. plant. 880. — Pluken. Phytogr. t. 257. fig. 5. — G. Don l. c. fig. 67. — Prostrata pubescens: foll. reniformib. crenatis; pedicellis geminatis. ♃ — Folia longe petiolata illa *Glechomae* referentia. Pedicelli plerumque geminati, sed interdum etiam ternati v. solitarii. Corolla flava. — *Disandra prostrata* Linn. Syst. veget. 332. — Curtis, Bot. Magaz. t. 218. — Grtnr. De fructib. et seminib. III. 46. t. 185. — Crescit in insula Madeira.

5. S. (DISANDRA Linn. Syst. veget. edit. Reich. 137.) AFRICANA Linn. Spec. plant. 880. — Prostrata pubescens: foll. orbiculatis integris crenatis; pedunculis solitariis. ♃ — *Chrysoplenii foliis planta aquatica flore flavo pentapetalo* Shaw, Afric. 149. fig. 149. — Crescit in Africa boreali.

3976. GLOSSOSTIGMA *Arn.*

(Arn. Nov. act. acad. Caes. Leopold. Carol. XVIII. 335. — Meisn. Gener. plant. vascular. I. 306. II. 207. — Bth. in Hook. Compan. bot. Magaz. II. 59.)

1. GL. SPATHULATUM Arn. l. c. — Bth. l. c. — Herba pusilla repens *Limosellae* facie: foliis oppositis subfasciculatis spathulatis, petiolo basi dilatato semivaginante; scapis solitariis unifloris ebracteatis folio paullo longioribus. ☉ — *Microcarpaea spathulata* Hook. Bot. Miscell. II. 101. Suppl. t. 4. — Bth. Scrophul. Indic. 31. — *Peplidium Capense* Spr. Syst. veget. I. 43. — *Limosella diandra* Linn. Mantiss. pl. 252. — Crescit in India orientali (in Peninsula et in planitie ad Saharumpur), et in Senegambia.

3977. LIMOSELLA *Linn.*

(Linn. Gener. plant. no. 776. — Meisn. Gener. plantar. vascul. I. 306. II. 218. — G. Don, General Syst. of gard. and bot. IV. 552.)

1. L. AQUATICA Linn. Spec. plantar. 881. — Sm. Engl. bot. t. 357. — Hook. Flor. Londin. t. 62. — Schkhr. Handbch. I. 176. — Oed. Flor. Danic. t. 69. — Strm. Deutschl. Flor. Hft. 30 ic. aen. — Rchb. Fl. Germ. excurs. 387. no. 2028. — Koch, Synops. fl. Germ. (edit. 1.) 533. — Pusilla acaulis stolonifera: folia 1–4–pollicaria lanceolato–spathulata integerrima subcarnosa; pedunculi radicales aggregati folio breviores uniflori; corolla rubella, tubo virente; antherae atrocoeruleae. ☉. ♃. — *L. annua* Lindern. Alsat. 156. t. 3. — *Plantaginella* Hall. Fl. Jenens. 23. t. 6. fig. 2. — *Plantaginella palustris* C. Bauh. Pinx. 190. — Moris. Oxon. Hist. III. 605. sect. 15. t. 2. fig. 1. — *Spergula perpusilla foliis lanceolatis* Loes. Pruss. 251. t.

81. — *Alsine palustris repens, foliis lanceolatis* Pluken. Almath. 20. t. 74. fig. 4. — *Alsine palustris exigua, foliolis lanceolatis* Mentz. Pug. 2. t. 7. fig. 6.
β. Foliis sublinearibus. — *Limosella tenuifolia* Hffm. — Nutt. Journ. acad. Philad. I. 115. — (Locis exsiccatis).
γ. Caule pollicari v. bipollicari.
δ. Floribus diandris. — *Limosella diandra* Krok. Fl. Silesiac. II. 1006. t. 27. fig. B. — Locis inundatis per totam Europam borealem et in America boreali.

2. L. AUSTRALIS R. Br. Prodr. fl. Nov. Holl. 443. (edit. N. ab Esenb. 299.) — Foll. spathulato-linearib. scapo longiorib.; florib. didynamis; florib. diandris. ☉? — Crescit locis uliginosis in ora Novae Hollandiae australi et in insula Diemensi.

† *Species e genere expellenda.*

L. DIANDRA Linn. = GLOSSOSTIGMA SPATHULATUM.

3978. AMPHIANTHUS *Torr.*

(Torr. Ann. Lyc. New York. IV. 82. — Meisn. Gener. plantar. vasc. I. 306. II. 218.)

1. *A. ..... — Torr. l. c. ☉? — Crescit in America boreali.

3979. VERONICA *Linn.*

(Linn. Gener. plant. no. 25. — Meisn. Gener. plant. vascular. I. 306. II. 218. — Spr. Syst. veget. I. 70. — Dietr. Synops. plant. plerumq. I. 55. — G. Don, General syst. of gard. and bot. IV. 563.)

Sectio I. DIPLOPHYLLUM Lehmann, Berlin. Magaz. VIII. 4. 2.
Calycis diphylli foliola biloba, in fructu compressa. Semina navicularia. — G. Don l. c. 579.

1. V. (DIPLOPHYLLUM Otto mss.) CRISTA GALLI Steven, Transact. of the Linn. Soc. XI. 408. † t. 31. — Caule ascendente simplici v. subdichotomo pubescente; foll. subsessilib. cordato-ovatis obtusiusculis serratis, margine venisq. ciliatis, supremis quam inferiora majorib.; pedunculis axillarib. solitariis folium aequantib. unifloris; calycis diphylli foliolis cordatis suborbiculatis serratis, apice profunde emarginato-bilobis corollam duplo excedentibus. ☉ — Herba spithamaea procumbens pilis patentissimis puberula, procumbens. Folia inferiora opposita, superiora floralia alterna fere uncialia, semipollicem et ultra lata, basi cordata subsessilia, pallide viridia. Pedunculi filiformes folium aequantes v. eo paullo longiores. Calycis diphylli foliola per anthesin parva vi magnitudine *V. hederaefoliae*, fructifera aucta, diametro circiter semiunciali, fere medium usque bifida ciliato-pilosa. Corolla congenerum minima calyce duplo minor pallide coerulea admodum fugax. Capsula calyce parum brevior orbicularis, apice emarginata, loculis monospermis. Semina nigra rugosa magnitudine *Lentis*, altero latere umbilicata. — *Diplophyllum veronicaeforme* Lehm. Berl. Magaz. VII. 4. 2. — *Diplophyllum hirsutum* Karel. et Kiril. Bullet. de la soc. des natur. de Mosc. XV. 417. — Crescit in sylvis umbrosissimis Caucasi orientalis supra Kubam.

2. V. CARDIOCARPA Wlprs. mss. — Puberula: foll. ovato-oblongis, basi attenuatis; sepalis margine subintegris capsula obcordata duplo longiorib.; seminib. laevissimis navicularib. ochroleucis. ☉ — Magnitudine et habitu praecedentis. Folia inferiora crenulata, superiora tridentata, summa integerrima. Sepala leviter cordata, lobis acuminatis. Corolla.....? Semina ochroleuca laevissima, minora quam in *V. Crista galli*. — *Diplophyllum cardiocarpum* Karel. et Kiril. Bullet. de Mosc. XV. 417. — Crescit in sylvaticis umbrosissimis montium Alatau ad fl. Lepsa in Soongaria orientali.

Sectio II. COCHLIDIOSPERMUM Rchb. Fl. Germ. excurs. p. 365.
Calyx quadripartitus, fructifer saepe compressus. Semina concavo-cupuliformia. (*Alsinoides* Koch, Synops. fl. Germ. et Helv. [edit. 1.] 530. — *Omphalospora* Besser, Enumer. plant. Volh. et Podol. 85.)

3. V. BILOBA Linn. Mantiss. pl. 172. — Willd. Spec. plant. I. 72. † — Rchb. Plant. critic. fig. 645. — Bth. Scrophul. Indic. 45. — Caule erectiusculo pubescente; foll.

subsessilib. oblongis lanceolatisve integerrimis serratisve; calycib. quadripartitis corollam superantib.; capsulis bilobis, lobis stylo longiorib., calyce brevioribus. ⊙ — Caulis simplicissimus erectus, superne pubescens digitalis. Folia petiolata ovata acuta glabra, basi integerrima, floralia alterna sessilia lanceolata. Flores pedunculati cernui solitarii. Pedunculus folio florali brevior. Calycis laciniae ovatae acutae subaequales, fructu duplo longiores. — Affinis *V. arvensi*, sed calyx aequalis. — *β. minima* C. Koch, Linnaea XVII. 268. — Vix uncialis glabriuscula pauciflora rariusve uniflora. — (In Armeniae graminosis). — Crescit in Cappadocia inter segetes, in India orientali.

4. V. NUDICAULIS Karel. et Kiril. Bullet. des natur. de Mosc. XV. 415. † — Annua glandulosa: caule erecto a basi ad medium nudo; foll. oblongis, basi attenuatis integerrimis glabris, margine glanduloso-ciliatis; pedunculis axillaribb. solitariis, folio breviorib.; calycis quadripartiti laciniis subinaequalib. obtusiusculis obscure 1- rarius 3-nerviis; corollis calyce vix minorib. aut illum subaequantib.; capsulis profunde bilobis ciliatis calyce paullo brevioribus. ⊙ — Planta pusilla 2-3-pollicaris. Caulis inferne puberulus, superne cum pedunculis pilis glanduliferis longiusculis sparse vestitus. Folia floralia oblonga, basi attenuata, suprema fere linearia. Laciniae calycis lineari-lanceolatae obtusiusculae glanduloso-ciliatae, plerumque nervo medio obscure percursae. Corolla pallide coerulea. Capsulae glandulosae stylus persistens, lobis brevior. — Affinis *V. bilobae*, tamen diversa: foliis integerrimis pedunculos excedentibus, laciniis calycinis subinaequalibus obtusiusculis, corolla calycem subaequante atque pilis rarioribus duplo triplove longioribus. — Crescit in montosis herbidis Soongariae ad rivulum Batpak prope munimentum Ajagus.

5. V. AGRESTIS Linn. Spec. plantar. 18. — Sm. Engl. bot. t. 2003. — Strm. Dtschlnds. Flor. Hft. 58. (ic. aen.) — St. Hil. Pl. Franc. 39. t. 3. — Rchb. Fl. Germ. excurs. 365. no. 2490. — Rchb. Plant. critic. III. fig. 440. — Koch, Synops. fl. Germ. (edit. 1.) 530. — Bertol. Flora Ital. I. 100. † — Bth. Scrophul. Indic. 46. — Pedunculis axillarib. solitariis folium subaequantib., fructiferis reflexis; foll. ovato-subcordatis serrato-crenatis; capsula sparse glanduloso-pilosa subrotunda acute emarginata, lobis turgidis ad suturam subcompressis; staminib. margini inferiori tubi insertis. ⊙ — Corolla lactea subtiliter coeruleo-striata, lobo superiori dilute coeruleo v. carneo. Folia luteo- v. olivaceo-viridia, magis oblongo-ovata quam subsequentium. Capsulae loculi 4-5-spermi. — *V. pulchella* Guss. Flor. Sicul. prodr. I. 12., Fl. Sicul. t. 5. — *Alsine media* Fchs. Histor. pl. 221. — *V. versicolor* Fries.....? — Crescit in arvis totius fere Europae, in Asia minore et in India orientali (Saharunpur).

6. V. DIDYMA Ten. Fl. Neapol. prodr. p. 6. — Bertol. Fl. Italic. I. 101. † — Koch l. c. 531. — Pedunculis axillarib. solitariis folium subaequantib., fructiferis reflexis; foll. subrotundo-ovatis subcordatis, profunde serrato-crenatis; capsula pilis patentib. dense pubescente acute emarginata, lobis globoso-convexis; staminib. margini inferiori tubi insertis. ⊙ — Caules caespitosi prostrati, basi ramosi, palmares, pedales v. ultra, pubescentes. Folia omnia subcordato-deltoidea v. in speciminibus luxuriantibus superiora ovata v. oblonga, omnia longiuscule petiolata magis minusve grosse dentata glabra v. pilosa, laete virentia, superiora passim alterna. Pedunculi puberuli utplurimum folio longiores, aequales v. breviores. Calycis laciniae quatuor parum inaequales, margine et extus breviter pilosulae. Corolla concolor calyci aequalis, coerulea, fauce albida. Semina 6-12 in quovis loculo. — *V. polita* Fries, Novit. fl. Suecic. (edit. 2.) p. 1. — Rchb. Pl. critic. III. 45. t. 246. fig. 404. 405. — *V. agrestis* Sm. Engl. bot. t. 783. — Flor. Danic. t. 449. Curtis, Fl. Londin. II. t. 4. — Poit. et Turp. Fl. Paris. I. 24. t. 27. — *V. agrestis β.* Wahlenbg. Fl. Suecic. I. 11. — *Veronica folio Chamaedryos* Riv. Monop. irregul. t. 99. — *V. nitidula* Rchb. mss. (olim).

β. Forma autumnalis magis diffusa et pubescens, minus ideo nitida, calyx tamen, corolla et fructus immutabiles notas conservant. — Crescit in agris in tota fere Europa (Germania, Gallia, Italia, Britannia etc.).

7. V. OPACA Fries, Novit. fl. Suecic. (edit. 2.) p. 3. — Koch l. c. 531. — Rchb. Fl. Germ. excurs. 365. no. 2487. (excl. synon.), Plant. critic. III. fig. 441. — Strm. Deutschl. Flor. Hft. 58. (ic. aen.) — Pedunculis axillarib. solitariis folium aequantib., fructiferis reflexis; foll. subrotundo-ovatis subcordatis serrato-crenatis; capsula crispulo-pubescente transverse latiori acute emarginata, lobis turgidis ad marginem compresso-carinatis; staminib. fauci insertis. ⊙ — Corolla coerulea. Capsula latitudine sua dimidio brevior fere obreniformis pilis eglandulosis crispulis tecta, turgida quidem sed ad marginem evidenter compressa, his notis et insertione staminum differt ab antecedentibus duabus. Loculi 3-5-spermi. — Crescit in agris et cultis Germaniae, Helvetiae et Galliae.

8. V. BUXBAUMII Ten. Fl. Neapol. I. 7. t. 1. — Strm. Deutschl. Fl. Hft. 56. (ic. aen.) — Rchb. l. c. 365. no. 2489., Plant. critic. III. 59. t. 260. fig. 430. 431. — Koch l. c. — Bertol. Flor. Italic. I. 103. † et 847. — Engl. bot. Suppl. II. t. 2769. — Pedunculis axillarib. solitariis, fructiferis reflexis, superiorib. folia superantib.; foll. ovatis subcordatis profunde crenato-serratis; capsula transverse latiori venis elevatis reticulata obtuse emarginata, lobis ad suturam compressis divaricatis. ⊙ — Caulis e basi ramosus, ad nodos interdum radicans, saepe ultra pedalis. Folia ovata aut ovato-oblonga, inferiora opposita subcordata, reliqua alterna minora. Pedunculi folio circiter duplo longiores. Calycis laciniae parum inaequales ovato-lanceolatae acuminatae uninerviae, basi callosae. Corolla grandis calyce major laete coerulea striata. Semina cymbiformia dorso tuberculata. Herba tota pilis longis diaphanis articulatis magis minusve hirsuta. — *V. filiformis* Birol. Fl. Ancon. I. 6. — DC. Fl. Franc. V. 388. (nec Sm.) — *V. Persica* Poir. Encycl. méth. VIII. 108. (342.), et Moretti, Synops. Veronic. 24. no. 35. — *V. Tournefortii* Gmel. Fl. Badens. I. 39. — *V. cymbalariaefolia* Schm. — *V. agrestis* var. *Byzantina* Sibthrp. et Sm. Fl. Graec. I. 6. t. 8. — *V. hospita* M. et K. Deutschl. Fl. I. 332. — *Veronica flosculis oblongis pedicellis insidentibus, Chamaedryos folio, major* Buxb. Centur. I. 26. t. 40. fig. 2. — In arvis totius fere Europae, hinc inde rarior.

9. V. HEDERAEFOLIA Linn. Spec. plantar. 19. — Strm. l. c. — Sm. Engl. bot. t. 784. — Fl. Danic. t. 428. — Curtis, Fl. Londin. III. t. 5. — Poit. et Turp. Fl. Paris. I. 23. t. 26. — Viv. Fl. Ital. fragm. I. 15. t. 16. fig. 2. — Rchb. l. c. 365. no. 2485. — Koch l. c. (edit 1.) 531. — Bertol. l. c. I. 104. † — Pedunculis axillarib. solitariis folium subaequantib., fructiferis reflexis; foll. cordato-rotundatis crenato-subquinquelobis; capsula globoso-quadriloba; calycis laciniis cordatis, fructiferi erectis. ⊙ — Caulis prostratus caespitosus, basi ramosus spithamaeus pedalis et ultra. Folia semiorbicularia 3-5-loba, lobo terminali majori, superiora alterna, ima minora. Petioli canaliculati, apice dilatati. Calycis segmenta aequalia cordato-ovata acuta ciliata, caeteroquin glabra. Corolla calyce minor, passim coerulea, fauce alba et coeruleo-striata v. tota albida. Capsulae loculi dispermi, subinde monospermi. Tota planta hirsuta. — Variat humilior (*V. triloba* Opitz. Herb.) et pinguior (*V. Lappago* Schrank, Baiersch. Flor. I. 218.) foliorum lobis rotundatis. — *Veronica folio Hederae* Riv. Monopet. irregul. t. 99. — Crescit per totam Europam in agris.

10. V. CYMBALARIA Bodard, Mém. sur la Ver. Cymb. 3. — Rchb. l. c. 365. no. 2486. — Koch l. c. (edit. 1.) 532. — Sibthrp. et Sm. Flor. Graec. I. 7. t. 9. — Bertol. l. c. I. 105. † — Pedunculis axillarib. solitariis, fructiferis reflexis, superiorib. folio longiorib.; foll. subcordato-semiorbiculatis lobato-crenatis; capsula globoso-quadriloba; calycis laciniis ellipticis, fructiferi patentissimis. ⊙ — Caulis teres prostratus inferne ramosus e muris dependens, sesquipedalis. Folia inferiora cordata semiorbicularia, superiora alterna saepe ovata subcuneata, omnia dentata carnosula. Petioli canaliculati. Pedunculi tenues apice incrassati, saepius folio longiores, fructiferi recurvati. Calycis quadripartiti segmenta aequalia, extus pubescentia. Corolla calyce major v. minor alba, fauce viridis, decidua. Capsula longiuscule pilosa v. rarius glabra. Semina dorso tuberculata. Folia infra saepe rubentia. — *V. Panormitana* Guss. Pl. Sicul. suppl. I. 4. no. 9. (Planta macrior.)

— *V. cymbalariaefolia* Vahl, Enum. I. 81. — Viv. Fragm. Flor. Ital. I. 14. t. 16 fig. 1. — *V. hederaefolia β.* Linn. Spec. plant. 19. — *Veronica Chia Cymbalariae folio verna, flore albo, umbilico virescente* Buxb. Centur. I. 25. t. 30. fig. 2. (mala.) — Crescit in muris vetustis in Germania, Italia, Graecia, Gallia, Britannia, in Atlantide aliisque locis.

11. V. PRAECOX All. Auct. 5. no. 285. t. 1. fig. 1. — Rchb. l. c. 365. no. 2491. — Hagenb. Fl. Basil. t. I. — Koch l. c. (edit. 1.) 530. — Bertol. l. c. I. 99. † — Foll. inferiorib. cordato-ovatis crenatis obtusis, floralib. lanceolatis; caule ramisq. multifloris laxe racemosis; pedicellis calycem subaequantib. ascendentib.; capsula subrotundo-obcordata turgida. ⊙ — Caulis erectus v. ascendens saepe jam a basi ramosus spithamaeus. Folia inciso-dentata obtusa succulenta, subtus plerumque rubentia, superiora alterna, utrinque ad basin parce dentata, caeterum et praecipue superiora integerrima. Pedunculi interdum in longo caulis tractu folio subposito breviores, etiam fructiferi stricti. Calycis segmenta inaequalia oblonga obtusa. Corolla vix calyce major coerulea obscurius striata. Capsula pilosa et ciliata calycem non excedens. Tota planta pilis articulatis apice saepe glanduliferis hirsuta — *V. Romana* Scop. Flor. Carniol. I. 18. — *V. ocymifolia* Thuill. Fl. Paris. I. 10. — *V. segetalis* Pers. in Usteri, Annalen der Botanik XIV. 37. — *V. acinacifolia* Schleich. Catal. 53. — *V. viscida* Waldst. mss. — Crescit in Europa media in cultis agrisque hinc inde.

12. V. TRIPHYLLOS Linn. Spec. plantar. 19. — Sm. Engl. bot. t. 26. — Sibthrp. et Sm. Flor. Graec. I. 8. t. 10. — Flor. Danic. t. 627. — Curtis, Flor. Londin. II. t. 8. — Poit. et Turp. Fl. Paris. I. 23. t. 25. — Strm. Dischlnds. Flor. Hft. 8. (ic. acc.) — Rchb. l. c. 366. no. 2492. — Koch l. c. (edit. 1.) 530. — Bertol. l. c. I. 98. † — Foll. digitato-partitis, imis ovatis integris, floralib. lanceolatis; caule ramisq. multifloris laxe racemosis; pedicellis calyce longioribus. patentib. ascendentib.; capsula subrotundo-obcordata turgida. ⊙ — Caulis teres pubescens, nunc basi, nunc supra ramosus decumbens v. erectus. Folia carnosula, infra saepe rubentia, infima longius petiolata digitato-quinquepartita, laciniis latiusculis obtusis. Racemus terminalis semper abbreviatus, bracteae bi-trifidae, supremae subinde indivisae. Pedicelli bracteis nunc longiores, nunc breviores. Calycis quadripartiti laciniae oblongae obtusae. Corolla pulchre coerulea striis saturatioribus notata. Semina in utroque loculo 10-12 hemisphaerico-cupuliformia fusco-nigricantia. Herba tota viscidula, pilis articulatis apice glanduligeris puberula. — *Alsine parva erecta, folio Alsines hederaceo* Lobel. Icon. 404. — *Veronica Rutae folio* Riv. Monopet. irregul. t. 91. — *V. digitata* Lam. Fl. Franc. (edit. 2.) II. 445. (nec alior.) — *β. pusilla* Bertol. l. c. 97. — Foll. ovatis una alterave crena notatis, superiorib. subinde digitatis. — *V. Romana* All. Fl. Pedem. I. 97. t. 83. fig. 2. — Crescit in Europae agris.

13. V. SECUNDIFLORA C. Koch, Linnaea XVII. 288. — Pilosa: foll. petiolatis oblongis inciso-serratis; racemo longissimo rarifloro tenui secundo; bracteis et calycis segmentis quatuor oblongis acutis; pedicellis capillarib. ascendentib. aut horizontalib. triplo bracteas superantib.; capsula emarginata inclusa. ♃ — Statura *V. pedunculatis* M. Bieb. sed seminibus longe diversa. — Crescit in Radscha.

14. V. NIGRICANS C. Koch l. c. — Prostrata v. rarius ascendens multicaulis: foll. omnib. petiolatis ovatis crenatis adpresse pilosis, saepe distichis; racemis caulis apicem superantib. laxifloris, pedicellis bracteas minutas triplo superantib.; calycis segmentis quatuor oblongis acutis capsulas subturgidas aequantibus. ♃ — Habitu, colore nigricante et floribus convenit cum *V. umbrosa* M. Bieb. aut *V. montana* L., sed his speciebus sunt semina plana. — Crescit in Mingrelia altiori.

Sectio II. VERONICA Rchb. Fl. Germ. excurs. p. 366.
Semina plano-convexa.

§. 1. *Annuae.*

15. V. VERNA Linn. Spec. plant. 19. — Strm. Dischlnds. Flor. Hft. 13. (ic. acc.) — Engl. bot. I. t. 25. — Flor. Danic. t. 282. — Poit. et Turp. Fl. Paris. I. 21. t. 22. —

Trattin. Flor. v. Oestr. II. 1. t. 101. — Rchb. Fl. Germ. exc. 366. no. 2403. — Koch, Synops. fl. Germ. (edit. 1.) 530. — Bertol. Flor. Italic. I. 95. † — Foll. pinnatipartitis, imis ovatis integris, floralib. lanceolatis; caule ramisq. multifloris racemoso-spicatis; pedicellis erectis calyce breviorib.; capsula compressa obcordata, stylo fissuram aequante. ⊙ — Caulis teres erectus digitalis, palmaris v. parum ultra, simplex v. supra parum ramosus puberulus. Folia ima petiolata integra sessilia, superiora pinnatifida, omnia pilosula. Bracteae lineares acuminatae pedicello multum longiores, pedicelli vix lineam longi, calyce ipso breviores. Calycis hirtelli quadripartiti laciniae inaequales lineares acuminatae. Corolla coerulea striata calyce minor. — *V. Dillenii* Crantz, Austriac. 352. — *V. pinnatifida* Lam. Illustr. gener. t. 22. fig. 4. — *V. succulenta* All. Fl. Pedemont. I. 78. t. 22. fig. 4. (ic. mala.) — *V. montana* Riv. Monop. irregul. t. 96. (nec t. 95.)

β. Foliis subintegris. — *V. polygonoides* Lam. Illustr. gen. I. 47. — *V. Bellardi* All. Fl. Pedemont. I. 77. t. 85. fig. 1. — Crescit in arvis totius Europae.

16. V. DIGITATA Vahl, Symbol. I. 84. (nec Lam.) — Willd. Spec. plant. I. 75. (excl. syn.) — Caule apice piloso ramoso; foll. omnib. digitato-partitis; florib. sessilib.; segmentis calycis quadrifidi capsulam aequantibus. ⊙ — Folia petiolata, inferiora trifida, segmentis ovatis, segmentis lateralibus brevioribus angustioribusque, floralia inferiora quinquepartita, superiora tripartita, segmentis linearibus, capsula obcordata. — Differt a *V. triphyllos* floribus sessilibus foliorumque lacinilis linearibus, et capsulis obcordatis, a *V. verna* foliis omnibus partitis. — *V. chamaepithyoides* Lam. Illustr. gen. I. 47. — Crescit in Hispania.

17. V. GRANDIFLORA D. Don, Ann. of nat. hist. VII. 458. † (nec alior.) — Annua erecta glanduloso-pubescens: foll. inferiorib. petiolatis ovatis crenatis, superiorib. sessilib. pinnatifidis tripartitisve; florib. solitariis axillarib.; calycis segmentis linearib. obtusis; corollae calyce triplo longioris laciniis rhombeo-ovatis subunguiculatis. ⊙ — Caulis erectus filiformis simplex v. ramosus bipollicaris purpurascens glanduloso-pubescens. Cotyledones persistentes petiolatae reniformes. Folia inferiora 3–5 lin. longa, utrinque pilis articulatis raroque glanduligeris vestita, superiora sessilia pinnatifida v. tripartita, segmentis linearibus integerrimis obtusis, terminali majori subspathulato. Flores in apice caulis axillares solitarii, pedunculi glanduloso-pubescentes folia triplo superantes. Calycis segmenta linearia obtusa, duobus anterioribus majoribus. Corolla omnium maxima, diametro semiunciali et ultra, cyanea, lacinilis rhombeo-ovatis, basi angustata lutea subunguiculatis, antica minore. Ovarium subrotundum glabrum integrum. — Crescit in Caria ad Maeandrum fluvium et prope Mylasam.

18. V. GLAUCA Sibthrp. et Sm. Flor. Graec. I. 5. t. 7. — Procumbens pilosa: foll. cordatis profunde serratis petiolatis; pedunculis capillarib.; calycis quadrifidi segmentis dentatis. ⊙ — Herba ramosissima. Caulis bifariam pilosus. Folia glauca. Corolla coerulea albido-marginata, calyce major. — In Graecia prope Athenas.

19. V. AMOENA M. Bieb. Fl. Taur. Caucas. I. 12. — Caule patulo; foll. ovatis crenatis, floralib. oblongis integerrimis; pedunculis solitariis subracemosis folia superantib.; laciniis calycinis linearibus. ⊙ — Habitus *V. arvensis*, sed folia floralia dissimilia caulinis, minuta integerrima. Corolla magna coerulea, fauce alba. — Crescit in agris Iberiae.

20. V. ACINIFOLIA Linn. Spec. plant. 19. — Poit. et Turp. Fl. Paris. I. 22. t. 23. — Strm. Deutschlnds. Fl. Hft. 58. (ic. aen. pessima.) — Rchb. Fl. Germ. excurs. 366. no. 2404. — Koch, Synops. fl. Germ. (edit. 1.) 529. — Foll. ovatis subcrenatis, floralib. lanceolatis integerrimis; caule ramisq. multifloris laxe racemosis; pedicellis patentib. calyce duplo longiorib.; capsula compressa planiuscula transverse latiori semibifida, lobis orbiculatis, stylo fissuram aequante. ⊙ — Caulis teres erectus v. ascendens, inferne ramosus v. diffusus v. etiam simplex bipollicaris v. spithamaeus. Folia carnosula cuneata obtusa leviter serrata glabra v. pilosula, inferiora minora breviter petiolata, reliqua sessilia. Racemus laxiflorus, pilis patentibus undique hirtus. Bracteae lanceolatae obtusiusculae, passim pedicello fructifero

breviores integerrimae v. subdentatae. Pedicelli tenues 2–3 lin. longi erecto–patuli. Calycis quadripartiti laciniae subinaequales ovato–lanceolatae acutiusculae. — *Veronica minima Clinopodii minoris folio, glabra Romana* Boec. Mus. 19. t. 9. et t. 102. — Vaill. Bot. Paris. 201. t. 33. fig. 3. — *V. Romana* All. Hb. Pedem. I. 79. t. 85. fig 2.?? — *V. acinacifolia* G. Don, General syst. of gard. and bot. IV. 578. no. 164. — Crescit inter segetes in Gallia, in Germania australi–occidentali, in Italia, et in Chili (cf. Hook. et Arn. Bot. Beech. voy. 39.).

21. V. ARVENSIS Linn. l. c. 18. — Sm. Engl. bot. XI. t. 734. — Flor. Danic. 515. — Curtis, Fl. Londin. I. t. 4. — Poit. et Turp. Flor. Paris. I. 21. t. 21. — Strm. l. c. — Rchb. l. c. 2495. — Koch l. c. 530. — Bertol. Fl. Italic. I. 92. † — Foll. cordato–ovatis crenatis, floralib. superiorib. lanceolatis integerrimis; caule ramisq. multifloris laxe racemoso–spicatis; pedicellis erectis calyce breviorib.; capsula compressa obcordato–biloba, stylo fissuram paullo superante. ☉ — Caulis teres erectus v. ascendens, simplex v. inferne ramosus v. diffusus bipollicaris — pedalis. Folia ima minora ovata petiolata, superiora cordato–ovata sessilia, omnia opposita obtusa obtuseque serrata, magis minusve pubescentia. Racemus terminalis utplurimum elongatus laxiflorus. Bracteae lanceolatae acutiusculae v. obtusae, basi angustatae integerrimae v. inferiores ad basin dentatae. Pedicelli brevissimi. Corolla calyce minor coerulea. — *Alyssum Dioscoridis* Column. Phyt. ed. Neap. 27. ic. 28. — *V. acinacifolia* Willd. Enum. pl. hort. Berolin. I. 41. — *V. Romana* Schmdt. Fl. Bohem. 45. — *V. polyanthos* Thuill. Fl. Paris. (edit. 2.) 9. — *V. microphylla* Kitaib. mss. — *Veronica latifolia minor* Riv. Monop. irregul. t. 91. — Crescit locis cultis et in arvis Europae totius et in America boreali.

22. V. PULCHELLA Brnhrdi. mss. ex Roem. et Schult. Syst. veget. I. 126. — Procumbens pilosa: foll. petiolatis late cordatis profunde crenatis; pedunculis filiformib. vix folio breviorib.; calycis laciniis inaequalibus. ☉ — Habitus omnino *V. Persicae*, sed minor minusque pilosa, folia magis oblonga firmiora. Corolla calyce brevior alba, lacinia superior rosea. -- Crescit.....?

23. V. PEREGRINA Linn. Spec. plant. 20. — Rchb. fl. Germ. excurs. 306. no. 2496., Plant. critic. I. 34. t. 36. fig. 74. 75. 76. — Flor. Danic. t. 407. — Bertol. Flor. Ital. I. 91. † — Cham. et Schlchtd. Linnaea II. 550. — Willd. Herb. 249. — Foll. linearioblongis obtusis integerrimis subserratisve; florib. axillarib. subsessilib.; capsula obcordata compressa glabra; seminib. granulatis. ☉ — Caulis teres erectus simplex v. jam a basi ramosus palmaris v. spithamaeus. Folia opposita oblonga obtusa inferne integra, supra leviter arguteque serrata, subinde tota integerrima, radicalia caulinaque ima obovata in petiolum angustata, reliqua sessilia, suprema et ramea minora. Bracteae obverse lanceolatae obtusae integerrimae flore multo longiores. Pedicelli brevissimi. Calycis quadripartiti laciniae lanceolatae acutiusculae aequales. Corolla calyce brevior alba v. pallidissime coerulea, segmentis ovatis obtusis strictis. Stamina corolla breviora. Tota planta glabra. — *Veronica terrestris annua, folio Polygoni, flore albo* Moris. Oxon. Histor. I. 322. sect. 3. t. 24. fig. 19. — *V. Romana* Linn. Spec. plant. 19. — *V. Xalapensis* H. B. Kth. Nov. gen. et spec. plant. II. 389. — Kth. Synops. pl. aequinoct. II. 108. — *V. Chilensis* H. B. Kth. l. c. 390. — Kth. l. c. — *V. Peruviana* Willd. Herb. 250. — *V. Marylandica* Murr. Comment. Goetting. 1782. p. 11. t. 3. — *V. Carolinians* Walt. Flor. Carol. 61. — *V. carnosula* Lam. Illustr. gen. I. 47. — *V. laevis* Lam. Fl. Fr. (edit. 2.) V. 44. — *V. pallescens* Gater. Fl. Montaub. 29. — Crescit hinc inde in Europa (in insula Danica Amak, prope Vratislaviam!, Hamburgum, Pragam, in Italia hinc inde), in Brasilia meridionali, in Peruviae ruderatis et muris (ad vicum Pillao, in segetibus Limae), in cultis regni Quitensis (prope Chillo), in regno Mexicano (prope Xalapam, in nemoribus Liquidambaris Styraciflnae), a Carolina per totum foederis Boreali–Americani territorium, dein per regiones sylvaticas Americae borealis a 54°–64° latitudinis borealis.

24. V. CERATOCARPA C. A. Meyer, Vrzeichn. der Pflnzn. am Caucas. 106. — Annua puberula: caulib. ramosis diffusis; foll. ovatis acutiusculis serratis; pedunculis axillarib. folio longiorib.; calycib. quadripartitis, laciniis sublanceolatis acutis

aequalib.; capsula compressa transversali late obcordata, sinu rectangulo, lobis lanceolatis; seminibus compressis. ⊙ — Crescit in Caucaso.

25. V. FILIFORMIS Vahl, Enumer. I. 82. — Sm. Transact. of the Linn. Soc. I. 195. — Rchb. Plant. critic. fig. 644. — Caule procumbente villosulo filiformi; foll. rotundato-cordatis crenatis; pedunculis longissimis, fructiferis reflexis; capsula obcordata subturgida; calycis quadrifidi laciniis inaequalibus. ⊙ — Folia sparse pilosa. Laciniae calycinae lanceolatae. Corolla magna pallide coerulea. Caules longi procumbentes. — *Veronica orientalis, foliis Hederae terrestris, magno flore* Buxb. Centur. I. 25. t. 40. fig. 1. — Forte eadem ac *V. Buxbaumii?* — In Caucaso.

26. V. RENIFORMIS Rafin. Journ. de bot. 1808. I. 228. — G. Don, General syst. of gard. and bot. IV. 578. no. 172. — Procumbens hispida: foll. sessilib. reniformib. crenatis villosis; florib. subsessilib.; calycis quadrifidi laciniis ovatis acutiusculis. ⊙ — Folia alterna subsessilia. Flores albescenti-coerulei. Capsula glabra compressa. — Crescit locis arenosis ad New Jersey.

27. V. DEPRESSA Kitaib. mss. in Schult. Fl. Austriac. (edit. 2.) I. 32. — Ramis procumbentib.; foll. ovatis subsessilib.; florib. sessilib. aggregatis. ⊙ — Species valde dubia. — Crescit locis siccis in Hungaria.

28. V. REPENS Clar. in DC. Flor. Franç. III. 727. — Repens glabra: foll. ovatis rotundatis crenatis pedunculorum circiter longitudine. ⊙ — Herba minima. Folia subsessilia. Calycis aequaliter quadrifidi laciniae ovato-lanceolatae obtusae. Corolla pallide purpurea calyce duplo longior. Capsula obcordata ciliata calyce longior. Semina numerosa glabra applanata. — *V. tenella* Viv. Flor. Cors. — All. Fl. Pedem. t. 22. fig. 1? — Crescit in montibus insulae Corsicae.

29. V. MAXIMA Stev. Mém. de l'acad. impér. de Mosc. II. 173. — M. Bieb. Fl. Taur. Cauc. III. 13. — Foll. ovatis subsessilib. grosse serratis pilosis; racemis lateralib.; calycib. capsulisq. ciliatis. ⊙ — Herba pilosa. Calyx quadripartitus capsula major. Corolla parva coerulea vix calyce major. Capsula compressa obcordata. — Buxb. Centur. I. 23. t. 34. — Crescit in montibus Iberiae.

30. V. SYRIACA Roem. et Schult. Syst. veget. I. 116. — Erecta: foll. ovatis serratis, inferiorib. petiolatis, superiorib. sessilib.; pedicellis patentib. bracteas triplo superantib.; capsulis ciliatis. ⊙ — Folia subciliata. Pedicelli pilosiusculi quam bracteae duplo quadruplove longiores, bracteae lanceolatae ciliatae. Segmenta calycina aequalia obtusa. Capsula compressa. — *V. pedunculata* Labill. Plant. Syr. decad. V. 8. t. 5. fig. 2. (excl. syn. Buxb. et M. Bieb.) — Crescit in Syria prope urbem Damascum et in monte dicto Dgebelcher.

§. 2. *Perennes.*

A. Axillari-racemosae.

* *Calyce quadripartito.*

31. V. CUNEIFOLIA D. Don, Ann. of natur. history VII. 457. † — Glanduloso-pubescens: racemis axillarib.; foll. subsessilib. cuneatis inciso-crenatis; caule suffruticoso procumbente; segmentis calycinis oblongis obtusis corolla brevioribus; ovario suborbiculato scabro. ♄ — Fruticulus procumbens ramosissimus habitu *V. saxatilis.* Folia opposita brevissime petiolata cuneata coriacea non venosa, utrinq. pubescentia scabrella, subtus costa prominente subcarinata 2–3 lin. longa, 1½–2 lin. lata. Petioli vix lineam longi canaliculati ima basi subconnati. Racemi axillares solitarii multiflori pedunculati, pedunculus purpurascens glanduloso-pubescens folio longior. Bracteae pedicellis capillaribus breviores, inferiores inciso-crenatae foliisque similes, superiores subspathulatae integerrimae. Calycis glanduloso-pubescentis segmenta oblonga obtusa, duobus anterioribus majoribus. Corolla cyanea calyce major, tubo brevissimo violaceo, laciniis limbi rotundatis integris infima duplo angustiore. Ovarium compressum orbiculare aspere pubescens integrum. Capsula.....? — In Lyciae rupibus ad Arycandrum fluvium.

32. V. HOOKERIANA Wlprs. mss. — Fruticosa procumbens: ramis brevib.; foll. confertis decussatis patentib., nunc subsecundis, ovatis rigidis brevissime petiolatis inciso-crenatis glabris; pedunculis lateralibus ramos superantib.; bracteis

ovatis calycibq. glanduloso-hirsutis; racemis corymbosis 4-6-floris; segmentis calycinis ovatis; corollae lobo inferiore bifido. ♁ — Fruticulus 4-6-pollicaris, rami ascendentes breves foliosi. Folia dense quadriserialia, si rami arcte appressi sunt terrae, subsecunda 4-5 lineas longa, 3 lineas lata. Pedunculi erecti cum bracteis pedicellis calycibusque remote glanduloso-pilosi. Pedicelli 2-4 lin. longi, sursum gradatim minores. Corolla pallide alba, laciniae antica et postica oblongae, inferior (an semper?) bifida, laterales orbiculari-rotundatae multoque latiores. Capsula.....? — *V. nivea* Hook. fil. in W. J. Hook. Icon. plant. t. 640. (nec Lindl.) — Crescit in Nova Zeelandia (in monte Tongarido).

33. V. TAURICA Willd. Spec. plantar. I. 70. — Lodd. Bot. Cabin. t. 914. — Foll. pilosiusculis linearib. indivisis et pinnatifido-denticulatis; racemis lateralib.; pedicellis bractea longiorib.; calyce quadrifido glabro. ♃ — Caulis videtur ascendens teres pilosiusculus. Folia laete viridia semiuncialia conferta linearia integra et subcuneiformia, apice tridentata et linearia pinnatifido-dentata. Pedicelli bracteis multo longiores. Calycis laciniae inaequales. Corolla rosea. — *V. orientalis* β. Vahl, Enumer. I. 72. — Crescit in Tauria.

34. V. APHYLLA Linn. Spec. plantar. 14. — Strm. Dtschlnds. Flor. Hft. 56. (ic. aen.) — Rchb. Fl. Germ. excurs. 366. no. 2497. — Koch, Synops. fl. Germ. (edit. 1.) 525. — Bertol. Flor. Italic. I. 68. † — Cham. et Schlchtd. Linnaea II. 556. — Foll. breviter petiolatis obovato-ellipticis crenato-serratis integerrimisq.; racemo axillari subsolitario subquadrifloro; pedicellis fructiferis erectis capsula obcordata longioribus. ♃ — Caules teteres caespitosi ramosi, inferne repentes breves. Folia elliptica v. obovata petiolata, in surculis junioribus longe minora et subrotunda. Racemus in quovis caule v. ramo unicus v. rarissime duo, lateralis, folio longior filiformis strictus, apice 2-6-florus. Bracteae oblongae integrae obtusae. Pedicelli demum bractea longiores. Calycis segmenta oblonga obtusa, duobus vix majoribus. Corolla majuscula coerulea. Tota planta pilis sub lente articulatis hispida palmaris. — In macriore planta pedunculi subradicales scapiformes. — *Veronica alpina pumila, caule aphyllo* Bocc. Mus. 17. t. 1. et 9. — *Veronica parva saxatilis cauliculis nudis* Seguier. Veron. I. 241. t. 3. fig. 2. — Plukn. Alm. 384. t. 114. fig. 3. — *V. grandiflora* Willd. Hb. 216. — Lnk. Jahrb. der Gwchsknd I. 42. — Grtnr. Nov. Comment. Petropolit. 14. t. 18. fig. 1. — *V. nudicaulis* Pers. Enchir. I. 11. — *V. depauperata* Waldst. et Kit. Pl. rar. Hungar. t. 245. — *V. subacaulis* Lam. Illustr. gen. I. 171. — *V. Kamtschatika* Linn. Supplem. 83. — Crescit in alpibus Europae australis et in Asia boreali.

35. V. DEPAUPERATA Waldst. et Kitaib. Plant. rar. Hungar. III. 273. † t. 245. — Repens ascendens pilosa: foll. obovatis obtusis subserratis; pedunculis axillarib. subracemosis, calycibus quadrifidis, rarius trifidis v. quinquefidis. ♃ — Corollae coeruleae segmenta superiora emarginata. Capsula obcordato-ovata. — Forte *V. aphylla* β. Baumg. Transylv. I. 22? (Caulib. sterilib. repentib.; foll. ad apices rosulatis pilosis subdentatis; scapis semipollicarib. pilosis simplicissimis, basi foliosis ascendentib. in racemum 2-3-florum abeuntib.; pedicellis subnutantib.; bracteis oblongis obtusiusculis; corollis pallide coeruleis; calycib. inaequaliter quadrifidis.) — In rupibus calcareis et Hungariae et Liptaviae(?)

36. V. OFFICINALIS Linn. Spec. plantar. 14. — Strm. Dtschlnds. Flor. Hft. 58. (ic. aen.) — Engl. bot. t. 765. — Flor. Danic. t. 248. — Svensk bot. t. 150. — Curtis, Flor. Londin. III. t. 3. — Bull. Herb. t. 293. — Poit. et Turp. Fl. Paris. I. 42. t. 8. — Plenck, Icon. pl. medic. I. 7. t. 12. — Lam. Illustr. gen. I. t. 13. fig. 2. a-b. — Schkhr. Hndbch. t. 3. — Hayne, Arzneigew. IV. t. 3. — Rchb. Fl. Germ. exc. 367. no. 2498. — Koch, Synops. fl. Germ. (edit. 1.) 525. — Bertol. Flor. Italic. I. 68. † — Foll. breviter petiolatis obovato-ellipticis oblongisve serratis; racemis axillarib. multifloris densis; pedicellis fructiferis erectis, capsula triangulari-obcordata obtuse emarginata breviorib.; caulib. hirsutis, basi repentib., apice ascendentibus. ♃ — Caulis paucos pollices longus v. sesquipedalis usque. Folia opposita, breviter petiolata, basi cuneata apiceque integra acuta v. obtusa, reliquo margine subinaequaliter dentata aut serrata. Racemi pauci solitarii axillares

alterni v. oppositi laxiflori longeque pedunculati. Bracteae lineares vix calycem aequantes. Calycis segmenta oblonga angusta obtusa. Corolla pallide coerulea striis saturatioribus percursa. Tota planta pilis villosis articulatis sursum curvulis hirsuta est. — *Veronica* Riv. Monopet. irregul. t. 93. — *Veronica mas alpina glabra erecta, foliis parum crenatis* Bocc. Mus. 17. t. 10.

β. pusilla: foll. subrotundo-obovatis. — *V. Tournefortii* Schmdt. Bohem. centur. I. 12. — Rchb. Plant. critic. fig. 1054. 1055. — Vill. Dauphin. II. 9.

γ. Foll. obovatis v. obovato-rotundatis glabriusculis. — *V. Allionii* Schmdt. l. c. — Rchb. l. c. VIII. fig. 1053. — *V. Muelleriana* Vest mss. in Roem. et Schult. Syst. veget. I. Mantiss. I. 108? — (Foll. ellipticis integerrimis obtusis pilosis ciliatis breviter petiolatis; caulib. brevib. prostratis radicantib.; racemis lateralibus; floribus capsulisque erectis. 4. — Crescit in Styria superiori.)

δ. luxurians: racemis paniculatis. — *V. Spadana* Lejeune, Fl. de Spa I. 22.

ε. Floribus albis floribusque plenis interdum occurrit.

ζ. Foliis flavo- v. albo-variegatis. — Crescit in pratis Europae totius et in America boreali.

37. V. SETIGERA D. Don, Pl. rar. Scot. 4. — Pilosissima: pilis rigidis glandulosis; caulib. ascendentib.; foll. elliptico-lanceolatis serratis subcrenatis; racemis elongatis axillarib.; calycib. quadripartitis; capsulis abruptis indivisis. 4. — Folia parva. Bracteae foliis longiores. Corolla pallidissime coerulea. Capsula ovata compressa glabra. — *V. hirsuta* Hopk. Fl. Glott. 9. — Lnk. Enumer. pl. hort. Berol. I. 24. — Crescit in Scotia in Ayrshire.

38. V. CAPENSIS Fnzl. Pemptas plant. novar. Capens. 12. † — Perennis, glanduloso-pubescens: caudiculis filiformib. humifusis radicantib.; foll. oppositis sessilib. oblongis et oblongo-lanceolatis serrulatis; racemis axillarib. alternis subterminalib.; bracteolis quam pedicelli breviorib. linearib.; calycis laciniis subaequalib. linearib.; capsula lenticulari-ovata, apice integerrima glabriuscula polysperma; seminib. ovalib. biconvexis. 4. — Species ad specimen unicum confecta, quod praebet praeterea sequentes notas: Cauliculus simplex digitalis aphyllus teres, ad nodos radicans, supra in cauliculum polyphyllum erectum cum racemo sesquiuncialem elongatus. Folia confertissima opposita brevioraque sessilia uninervia semiuncialia, cum caeteris partibus patentim glanduloso-pubescentia, demum subnuda, infima oblonga v. oblongo-elliptica, 3 lin. ac minus lata obtusa, reliqua parum minora, margine subserrulata. Racemi 2-3 infraapicales aphylli erecti semiunciales ac breviores, fructiferi fere unciales dense glanduloso-puberuli 5-10-flori. Bracteolae lineares acutae pedicellis demum dimidio breviores. Pedicelli capillares patentes ½-2 lin. longi. Calycis laciniae subaequales lineares glanduloso-pubescentes. Corolla coerulea(?) rotata, laciniarum rotundatarum postica major. Stamina 2 corolla subbreviora. Capsula matura calyce duplo major. Semina in utroque loculo plurima (immatura) ovalia biconvexa laevia. — Crescit in Promontorio bonae spei.

39. V. PYRENAICA All. Fl. Pedemont. I. 43. fig. 3. — Rchb. Plant. critic. IX. fig. 1051. 1052., Fl. Germ. excurs. 367. no. 2500. — Koch, Synops. fl. Germ. (edit. 1.) 525. (adnot. ad no. 7.) — Repens: foll. obovatis subcoriaceis nitidis glabriusculis argute serrulatis; racemo subsolitario densissimo longe pedunculato; laciniis calycis linearib. acutis; corollae lineari-oblongis; capsula oblongo-obcordata acute emarginata, lobis rotundatis. 4. — Caulis teres prostratus, apice ascendens. Folia breviter petiolata, basi cuneata apiceque integra acutiuscula, subinde obtusa. Racemi spicaeformes densi solitarii. Pedicelli lineam circiter longi. Bracteae lanceolatae vix calycem aequantes. Corolla violacea duplo grandior quam in *V. officinali*. Capsula pilosula. — Pharmacopoli Pedemontani hanc praeferunt *V. officinali*, nec immerito. — *V. officinalis β.* Linn. Spec. plantar. 14. — *Veronica repens ex alis spicata, foliis rotundis firmis glabris denticulatis* Allion. Specim. 21. t. 4. fig. 3. — *V. Allionii* Sm. Transact. of the Linn. Soc. I. 189. — Willd. Spec. plantar. I. 50. — Crescit in alpibus Pedemontanis et Pyrenaicis.

40. V. ANISOPHYLLA C. Koch, Linnaea XVII. 267. — Foll. omnib. petiolatis glaberrimis, radicalib. minutis integris oblanceolatis v. obovato-spathulatis, caulinis inferiorib. ovato-subrotundis inciso-serratis, mediis oblongis serratis, ex basi interdum incisis, supremis angustissime oblongis, margine subrevolutis; racemo (axillari? solitario?) longissimo aphyllo; pedicellis filiformib. bractea majorib.; floribus carneis. ♃ — Habitu similis est *V. prostratae*, sed jam calyce quadrifido recedit. — Crescit in Armenia occidentali.

41. V. MONTANA Linn. Spec. plantar. 17. — Engl. botan. t. 766. — Curtis, Flor. Londin. III. t. 4. — Strm. Dtschlnds. Flor. Hft. 58. (ic. aen.) — Flor. Danic. t. 1201. — Jcq. Flor. Austriac. II. 6. t. 109. — Poit. et Turp. Flor. Paris. I. 14. t. 10. — Hffm. fl. Germ. (edit. 1.) I. 5. t. 1. — Rchb. Fl. Germ. excurs. 367. no. 2301. — Koch, Synops. fl. German. (edit. 1.) 325. — Foll. longe petiolatis ovatis inciso-crenato-serratis; racemis axillarib.; pedicellis fructiferis patulis; capsula transverse latiori, basi apiceque emarginata complanata glabra, margine crenulata ciliata; caulib. basi repentib. sparsim pilosis. ♃ — Caulis teres debilis procumbens, ad nodos radicans subpedalis, passim ramosus, apice erectus. Folia in diversis plantis magnitudine diversa, obtusa grandidentata, dentibus subinde inaequalibus, inferiora minora. Racemi axillares solitarii alterni v. rarius oppositi pauciflori tenues, folio longiores. Calycis laciniae ovatae acutiusculae ovatae vix inaequales. Corolla pallide coerulea, venis purpurascentibus. Pedicelli tenuissimi bractea lanceolata parva acutiuscula longiores. Tota planta pilis articulatis pubescens v. hirtella. — *V. procumbens* Riv. Monop. irregul. t. 93. — *Alyssum Dioscoridis montanum* Column. Ecphras. I. 286. fig. pag. 288. — Crescit in nemoribus frondosis praesertim in solo calcareo per totam Europam, sed rarius occurrit.

42. V. CHAMAEDRYS Linn. l. c. — Engl. bot. t. 623. — Curtis l. c. I. t. 3. — Flor. Danic. t. 448. — Poit. et Turp. l. c. I. 13. t. 9. — Strm. l. c. — Svensk bot. t. 230. — Lam. Illustr. gener. t. 13. fig. 1. — Martyn, Flor. rust. t. 66. — St. Hil. Flor. Franc. t. 8. — Hayne, Arzneigew. IV. t. 4. — Loddig. Bot. Cabin. t. 53. — Rchb. l. c. no. 2502. — Koch l. c. — Bertol. Fl. Italic. I. 80. † — Foll. subsessilib. ovatis inciso-serratis; racemis axillarib.; pedicellis fructiferis ascendentib., capsula triangulari-obcordata ciliata longiorib.; caulib. ascendentib. bifariam pilosis. ♃ — Caulis debilis, inferne decumbens et ad nodos radicans, oblique ascendens, semipedalis teres. Folia ima minora subrotunda v. ovata subsessilia, reliqua cordato-ovata sessilia, omnia opposita grosse passimque subinaequaliter dentata pubescentia, superiora minora. Racemi oppositi v. alterni pedunculati longo tractu floriferi. Bracteae lanceolatae obtusiusculae ciliatae v. totae pubescentes. Calycis laciniae lanceolatae parum inaequales ciliatae aut pubescentes, rarissime adest lacinia quinta. Corolla grandis amoene coerulea striis saturatioribus, interdum pallescens v. albida. Corolla caduca, in umbra et tempore pluvio clausa. — *Veronica platensis latifolia* Riv. Monop. irregul. t. 94. — *Veronica minor foliis imis rotundioribus* Seguier. Veron. I. 236. — Moris. Oxon. Histor. I. 390. sect. 3. t. 23. fig. 12.

β. lamiifolia: Procerior: foll. magnis, superiorib. distincte petiolatis, cordatis, basi cuneatis, obtusis. — *V. lamiifolia* Hayne, Magaz. der naturf. Freunde VII. 132. — *V. Rudolphiana* Hayne l. c. 133. — *V. divaricata* Tausch, Flora (B. Z.) 1821. p. 508. — G. Don, General syst. of gard. and bot. IV. 573. no. 118.

γ. cano-pubescens: pilis caulinis bifariam longioribus. — *V. pilosa* Willd. Spec. plantar. I. 66. † — *V. pinnatifida* Auctor. — *V. plicata* Pohl, Tent. flor. Bohem. 13. fig. 1. — G. Don, General syst. of gard. and bot. IV. 572. no. 104. et 573. no. 108. — *V. florida* Schmdt. Fl. Bohem. — Crescit per totam Europam in pratis et ad sylvarum margines, etiam in Canada occurrit.

43. V. CHAMAEDRYOIDES Bory et Chaub. Flor. Peloponn. 18. t. 1. — Caule basi repente, pilis sparsis subglutinoso; foll. ovato-cordatis inciso-subpinnatifidis crenatisque; lacinilis calycinis lanceolatis, apice obtusis. ♃ — Vix differre videtur a *V. Chamaedry*. — Crescit in Peloponneso.

44. V. FROELICHIANA Rchb. Flor. Germ. excurs. 367. no. 2400. — Ascendens: foll. ovatis serratis; racemis oppositis erectis elongatis laxifloris. 4 — Num hybrida inter *V. officinalem*, cujus flores et *V. Chamaedryn*, cujus habitus et folia? — In iisdem certe alpibus etiam *V. officinalis* reperta est. — Crescit in pratis alpinis „im Algau".

45. V. ACUTIFLORA Lapeyr. Abr. Pyr. suppl. 7. — Roem. et Schult. Syst. veget. I. 112. — Pilosa: foll. linearib. obtusis, inferiorib. profunde serratis pilosis, superiorib. lanceolatis subintegris rugosis; racemis elongatis; corollae segmentis acuminatis. 4 — Pedicelli bracteis longiores. Corolla rubra. — Valde affinis *V. Chamaedryi* et *V. pilosae*. — Crescit ad Tolosam prope „La fontaine d'amour" locis umbrosis.

46. V. MICHAUXII Lam. Illustr. gener. 163. — Caule subfistuloso viscido-villoso; foll. semiamplexicaulib. oblongo-lanceolatis denticulatis glabris; racemis spicatis brevib. pedunculatis, pedunculis rigidis axillarib.; calycis quadrifidi segmentis ovatis acutis. 4 — Folia sesquipollicaria, 6 lin. lata. Corolla mediocris. — In Oriente crescit.

47. V. UMBROSA M. Bieb. Flor. Tauric. Caucas. I. 11. — Flor. Rossic. t. 7. — Foll. inferiorib. ovatis grosse serratis, superiorib. oblongis subserratis; racemis lateralib. paucifloris; caulib. repentib.; calycib. corollam subaequantibus. 4 — Planta laxe caespitosa. Pedicelli elongati. Corolla speciosa. Folia surculorum sterilium interdum subintegerrima. — Crescit in Tauriae sylvis ad Karassubasar.

48. V. PEDUNCULARIS M. Bieb. Fl. Casp. 126., Fl. Taur. Cauc. I. 11. — Pubescens: foll. ovatis profunde duplicato-serratis; racemis laxis; caule dense biseriatim piloso; pedicellis capillarib. bracteas duplo excedentibus. 4 — Corolla coerulea. — Differt a *V. Chamaedry* caule undique villoso densius biseriatim piloso, foliis utrinq. magis villosis profundius dentatis, pedicellis graciliter elongatis et laciniis calycinis obtusis. — *V. pedunculata* Vahl, Enumer. I. 77. — Buxb. Centur. I. 26. t. 41. fig. 1. — *β. flaccida:* Caulib. flaccidis foliisq. profundius fissis. — In Caucaso.

49. V. MICRANTHA Lnk. et Hffmnnsgg. Fl. Portug. I. 286. † t. 57. — Molliter pubescenti-canescens: foll. subsessilib. ovatis obtusis grosse crenatis pilosis; racemis axillarib.; florib. subaggregatis. 4 — Pili pubescentiae curvati. Bracteae lineares pedicellos excedentes. Segmenta calycina 4 lanceolata acuta subaequalia. Corolla parva alba, ad faucem purpurascenti-annulata. Capsula compressa emarginata, calyce brevior, margine ciliata. — Valde affinis *V. Chamaedryi*, sed flores minores totaque pilosissima. — *V. Teucrium* Brot. Flor. Lusitan. I. 13. — — *V. mollis* Zea mss. ex Roem. et Schult. Syst. veget. I. 112. — *V. mollissima* Hortor. — Crescit in Lusitania.

50. V. PLEBEJA R. Br. Prodr. flor. Nov. Holl. I. 435. (edit. Nees ab Esenb. 291.) — Racemis lateralib. laxis; foll. ovatis inaequaliter inciso-serratis glabris; caule tenuissime pubescente; petiolis inferiorib. dimidio folio longioribus. 4 — Corolla coerulea. — Crescit in Nova Hollandia.

51. V. BROWNII Roem. et Schult. Syst. veget. I. 118. — Foll. ovato-lanceolatis glabris inaequaliter serratis; caule bifariam pubescente, petiolis inferiorib. folio ter brevioribus; racemis lateralib. laxis. 4 — *V. arguta* R. Br. l. l. c. c. — In Nova Hollandia crescit.

52. V. DISTANS R. Br. l. l. c. c. — Foll. ovatis late serratis glabris, petiolis ciliatis; caule decumbente bifariam piloso; corymbis lateralib. pedunculatis paucifloris. 4 — Flores coerulei. — Crescit in Nova Hollandia.

53. V. NOVAE HOLLANDIAE Poir. Encycl. méth. VIII. 526. — Foll. ovatis profunde crenatis petiolatis; racemis lateralib.; florib. longe pedicellatis; caulib. pubescentibus. 4 — Calyx glaber. Bracteae ovatae. Capsula obcordata compressa calyce brevior. — Valde affinis *V. Chamaedryi*. — Crescit in Nova Hollandia.

54. V. PARVIFLORA Vahl, Symbol. bot. III. 4. — Foll. lineari-lanceolatis integerrimis glabris mucronatis approximatis sessilib. rigidis bipollicarib.; racemis erectis sesquipollicarib. multifloris; bracteis minutis; corollae segmentis obtusis;

capsulis calycem duplo excedentib. ovalibus. ♁ — *V. floribunda* R. Br. mss. in Herb. Sm. — Crescit in Nova Zeelandia.

55. V. MACROCARPA Vahl l. c. — Foll. lanceolatis integerrimis planis glabris quadripollicarib. enerviis; racemis erectis folia aequantib.; bracteis minutis; corollae tubo calycem duplo excedente, segmentis obtusis; capsulis ovatis acutis calyce triplo longioribus. ♁ — Crescit in Nova Zeelandia.

56. V. BILLARDIERI Vahl, Enumer. plant. t. 70. — Foll. lanceolato-oblongis integerrimis subsessilib. pilosis; caulib. numerosis prostratis filiformib. villosis; racemis 2–3-pollicarib.; bracteis flores circiter aequantib.; segmentis calycinis linearib. aequalib.; capsulis obcordatis compressis calycem aequantibus. ♃? — Crescit in Syria.

57. V. SALICIFOLIA Forst. Prodr. flor. ins. Austr. no. 11. — Endl. Ann. des Wien. Mus. I. 187. t. 14. — A. Rich. Voyage de l'Astrolabe (Deuxième Division) I. 188. † — Foll. lineari-lanceolatis acutissimis palmarib. integris; spicis axillarib. pedunculatis folio longioribus.; calycis corollaeq. laciniis lanceolatis acutis. ♁ — Frutex bi-triorgyalis ramosus, rami elongati glabri. Folia opposita decussata palmaria basi subsessilia glabra, petioli vix ulli basi dilatati amplexicaules. Flores albido-coerulescentes. Spicae axillares elongatae pedunculatae, folio longiores, rhachis puberula. Pedicelli brevissimi, basi bractea lanceolata suffulti puberuli. Calycis subbilabiati laciniae ovato-acutae ciliatae. Corolla tubulosa, tubo longitudine calycis, limbi laciniae lanceolatae acutae subpatentes, lateralibus sublatioribus, infima reliquis longiore. Antherae subcordatae. Capsula ovata compressa acuminata, loculis polyspermis. Semina plurima subrotunda. — Crescit in littoribus Novae Hollandiae.

58. V. ANGUSTIFOLIA A. Rich. l. c. 187. † — Foll. linearib. acutis glaucis bipollicarib. integris; spicis axillarib. multifloris pedunculatis, folio longioribus.; calycis corollaeque laciniis obtusis. ♃ — Suffrutex 2–3-pedalis ramosus; ramis elongatis cinerascentibus glabris. Folia opposita sessilia glaucescentia, 4 lin. lata. Flores coerulescentes spicati, spicae axillares pedunculati folio duplo et ultra longiores. Calycis laciniae obtusae ciliatae. Corollae tubus vix arcuatus, laciniae subinaequales obtusae. Capsula.....? — Crescit in Novae Zeelandiae littoribus (Bassin des Courans, Passe des Français).

59. V. ELLIPTICA Forst. Prodr. flor. ins. Austral. no. 10. — A. Rich. l. c. 188. † — Foll. ellipticis lanceolatisve integerrimis glabris; racemis brevib. pauciforis corymbosis. ♁ — Caules teretes rimosi biorgyales glabri. Folia subpetiolata opposita decussata patentia glabra plana enervia obtusa obsolete mucronata integerrima, pollicaria. Petioli breves oppressi plani. Racemi laxi pauciflori. Pedicelli petiolorum longitudine. Calycis laciniae subulatae. Corollae tubus calyce duplo longior erectus, laciniis patentibus ovatis, lateralibus majoribus. Stamina longitudine corollae. Capsula ovata compressa acuminata quadrivalvis bilocularis. Semina plurima subrotunda. — Crescit in Nova Zeelandia.

60. V. DECUSSATA Ait. Hort. Kewens. (edit. 1.) I. 20. — Curtis, Bot. Magaz. t. 902. — Glabra: foll. persistentib. ellipticis integerrimis decussatis; racemis pauciforis; caule fruticoso. ♁ — Folia mucronata rigida cartilagineo-marginata. Racemi quam folia breviores. Bracteae ovatae ciliatae. Corolla infundibuliformis coerulea. — *Hebe Magellanica* Juss. in Gmel. Syst. vegetab. 27. — Crescit in insulis Falklandicis et in via Magellanica.

61. V. FORMOSA R. Br. Prodr. fl. Nov. Holland. I. 434. (edit. N. ab Esenb. 290.) — Fruticosa: foll. perennantib. decussatis lanceolatis integerrimis glaberrimis, basi acutis; ramis bifariam pilosiusculis; corymbis axillarib. pauciforis. ♁ — Crescit in insula Van Diemen.

62. V. LABIATA R. Br. l. c. I. 434. (edit. Nees ab Esenb. 290.) — A. Cunn. in Hook. Bot. Magaz. t. 3461. † — Erecta: foll. late lanceolatis longe acuminatis sessilib. argute inaequaliter serratis; racemis axillarib. oppositis elongatis; corollis bilabiatis patentib., labio superiore indiviso, inferiore tripartito, lobo medio minore.

♃ — Caulis bipedalis simplex glabriusculus, sub lente bifariam pilosiusculus. Folia opposita 3–4–pollicaria sessilia late lanceolata valde attenuata glabra, supra obscure viridia, infra pallidiora obsolete nervosa. Pedunculi axillares oppositi folio longiores, flores albi fragrantes magni. Bracteae subulatae pedicellorum circiter longitudine. Calycis segmenta lanceolata acuta, geminis parum minoribus. Corollae rotatae laciniae ovatae. — *V. Derwentia* Andrws. Bot. Reposit. t. 531. — Crescit in Nova Hollandia australi et in insula Diemensi.

63. V. CALYCINA R. Br. l. c. l. 435. (edit. N. ab Esenb. 291.) — (Hook. Bot. Magaz. adnot. ad t. 3461.) — Foll. late ovatis subcordatis rugosis inaequaliter serrato-crenatis petiolatis cauleq. hirsutis; calycib. pilosis ciliatis capsula longioribus.; racemis lateralib. pedunculatis pauciflоris strictis, folio multoties longioribus. ♃ — Caulis herbaceus elongatus saepe 5–6–pedalis, in locis graminosis late repens v. decumbens. Folia opposita grosse serrata, subtus discolora, hispida. Calyx quadripartitus capsula longior, laciniis obovatis obtusiusculis nervosis. Capsula rotundata compressa emarginata seu obcordata polysperma, dissepimento contrario. — Crescit in Novae Zeelandiae insula septentrionali (ad ripas amnis Keri-Keri inter gramina).

64. V. PERFOLIATA R. Br. l. c. l. 434. (edit. Nees ab Esenb. 290.) — Sims, Bot. Magaz. t. 1936. — Foll. ovatis acuminatis, basi connatis integerrimis glaberrimis; racemis axillarib. longe pedunculatis multifloris. ♃ — Herba perennis pluripedalis. Folia sesquipollicaria v. bipollicaria, pollicem circiter lata, cordata ovata acuminata integerrima, lata basi sessilia amplexicauli-connata. Racemi axillares oppositi longe pedunculati, folio ultra quinquies longiores gracillimi multiflori. Flores breviter pedicellati. Bracteae setaceae pedicelli longitudinis. Corolla bilabiata coerulea, labio superiore rhombeo-ovali integro, inferiore tripartito, laciniis ovalibus. Capsula ovalis acuminata calycem duplo excedens. — Crescit in Nova Hollandia.

65. V. DIFFUSA Hook. fil. in Hook. Icon. plantar. t. 645. — Suffruticosa: caulib. procumbentib. diffusis: ramis elongatis; foll. per paria remotis patentib. elliptico-ovatis acutis serratis subsessilib. glabris nervoso-coriaceis; racemis axillarib. oppositis longissimis flexuosis; bracteis parvis lineari-subulatis; pedicellis elongatis calycibq. glanduloso-pubescentib.; capsulis orbiculatis segmenta calycina late elliptica paullulum excedentibus. ♃ — Racemi longissimi ascendentes, 6–8–pollicares, pedicellis gracillimis fere pollicaribus. Corolla coerulea v. alba. Habitu similis *V. prostratae*. — Crescit in Nova Zeelandia (Tongariro).

66. V. MINUTA C. A. Meyer, Verzeichn. der Pflnzn. am Caucas. 105. — Perennis subpilosa: caulib. filiformib. ramosis diffusis; foll. obovato-spathulatis obtusis crenatis v. integerrimis; racemis lateralib. pauciflоris; pedicellis capillarib. bractea spathulata longioribus.; calycis quadripartiti laciniis oblongo-spathulatis obtusis subaequalib., corolla coerulea breviorib.; capsulae obverse reniformis lobis suborbiculatis, stylo elongato; seminibus.....? — Crescit in Caucaso.

67. V. LAXA Bth. Scrophul. Indic. 45. — Parce pilosa: foll. subsessilib. ovatis v. ovato-oblongis inciso-serratis pilosiusculis; racemis alternis; calycib. quadripartitis; capsulis subrotundis emarginatis hirtis. ♃ — Crescit in India orientali ad Kidarkonta.

68. V. DELTIGERA Wall. Catal. 402. ex Bth. l. c. — Basi procumbens: caule glabro, sub foliis bifariam lanato; foll. sessilib. ovato-lanceolatis crenato-serratis glabris; racemis alternis paucis pubescentib.; calycib. quadripartitis; capsulis (immaturis) rhombeo-dilatatis emarginatis. ♃ — In Nepalia ad Gossain Than, Emodi.

69. V. MELISSAEFOLIA Poir. Encycl. méth. VIII. 526. — Foll. sessilib. subcordato-ovatis crenato-incisis, infra pubescentib.; racemis spicatis, lateralib. oppositis. ♃ — Caulis erectus pubescens gracilis. Folia obtusa pollicaria 10 lineas lata. Bracteae ovatae vix calycem aequantes. Calycis laciniae aequales. Corolla parva pallide coerulea v. alba. Capsula obcordata glabra. Semina rubra. — Crescit.....?

70. V. VESTIANA Roem. et Schult. Syst. vegetab. Mantiss. I. 111. — Caulib. pilosis villosis; foll. grosse serratis petiolatis, caulinis ovatis, ramealib. oblongis; racemis spicatis elongatis; bracteis filiformib. calyces paullo superantib.; stylo staminib. crassiore. ♃ — Folia ad basin integra, plerumque subcordata. Calycis laciniae subinaequales. — *V. melissaefolia* Vahl mss. — Crescit.....?

71. V. CHAIXI Lapeyr. Pyren. Abreg. Suppl. I. 6. — Foll. sessilib. rugosis elongatis profunde dentatis; racemis lateralib.; calycib. quadripartitis, partitionib. inaequalibus. ♃ — Herba minor quam *V. latifolia* cui simillima quidem, sed differt jam calycibus quadrifidis. Folia angustiora acutiora, calyces et bracteae magis elongatae. Flores magni coerulei. Tota planta pilosa. — *V. latifolia γ. dubia* Lapeyr. l. c. 9. — *V. dubia* Chaix in DC. Fl. Franc. no. 2305.

β. minor Lapeyr. — Foll. obtusis ad basin subpinnatifidis. — In Pyrenaeis.

72. V. MACROSTACHYA Vahl, Enumer. plant. I. 71. — Pilosa, villosa: caulib. prostratis; foll. linearib. oblongis extrorsum profunde serratis incanis; racemis axillarib. longissimis. ♃ — Caulis filiformis. Folia sessilia obtusa. Capsula obcordata compressa calycis longitudine. In planta culta caulis sesquipedalis et racemi bipedales occurrunt. — Crescit in Syria.

73. V. URTICAEFOLIA Linn. fil. Supplem. 83. — Jcq. Flor. Austriac. I. 37. t. 39. — Rchb. Fl. Germ. excurs. 367. no. 2503. — Koch, Synops. fl. Germ. (edit. 1.) 385. — Bertol. Flor. Italic. I. 81. † — Foll. sessilib. ovatis argute serratis, superiorib. longe acuminatis; racemis axillarib.; pedicellis fructiferis patentissimis; capsula suborbiculari transverse latiori emarginata; caule sparsim piloso. ♃ — Radix repens gemmifera. Caulis teres erectus, ad summum sesquipedalis simplex glaber v. pilosiusculus. Folia opposita sessilia, saepe inaequaliter serrata pilosa, inferiora minora subrotunda obtusa, successive ovata aut cordato-ovata, sensim acutiora, superiora ovato-lanceolata acuminata subinde cordata, omnium maxima, suprema iterum minora v. angustiora. Racemus interdum etiam terminalis adest. Flores secundi. Bracteae lineares, pedicello breviores. Calycis laciniae ovato-lanceolatae vix acutae. Corolla dilute coerulea v. rosea, striis saturatioribus notata. — *Veronica maxima latifolia seu Quercus folio* Moris. Oxon. Histor. I. 382. sect. 3. t. 23. fig. 18. — *V. maxima* Seguier. Veron. I. 236. — Dalech. Histor. 1165. fig. 1. — Buxb. Centur. II. 23. t. 34. — *V. latifolia* Scop. Flor. Carniol. (edit. 2.) I. 13. — *V. galeopsifolia* Gilib. — *V. circaeoides* D. Don, in Loud. Hort. Brit. 7. — Crescit locis umbrosis in Europa australi et in Bithynia.

74. V. PETRAEA Stev. Mém. de l'acad. impér. de Mosc. III. 250. V. 340. — Rchb. Flor. Germ. excurs. 367. no. 2504. — Ascendens: foll. lanceolatis glabris argute pauciserratis acutis; racemis subcorymboso-paucifloris; capsula obcordato-elliptica. ♃ — Caulis 3-6-pollicaris, pilis curvulis tenue pubescens; pedunculi filiformes elongati. Corolla majuscula dilute coerulea. — *V. Baumgartenii* Roem. et Schult. — Roch. Plant. Banat. fig. 44. — *V. pauciflora* Kit.? — *V. peduncularis γ.* M. Rich. Flor. Taur. Caucas. I. 27. — Crescit in Caucasi alpibus Schuchdhagh et Tijfendagh, in alpibus Transylvaniae et in Banatu.

75. V. SCUTELLATA Linn. Spec. plant. 16. — Engl. bot. t. 782. — Curtis, Fl. Londin. III. t. 2. — Flor. Danic. 209. t. 1361. — Poit. et Turp. Flor. Paris. I. 15. t. 13. — Strm. Deutschl. Flor. Hft. 38. (ic. aen.) — Rchb. Fl. Germ. excurs. 367. no. 2508. — Koch, Synops. fl. Germ. (edit. 1.) 324. — Bertol. Flor. Italic. I. 73. — Foll. sessilib. lanceolato-linearib. acutis, remote antrorsum denticulatis; racemis axillarib.; pedicellis fructiferis patentissimis capsula compressa emarginato-biloba transverse latiori. ♃ — Radix repens. Caulis teres gracilis inferne decumbens, ad nodos radicans, subpedalis, saepe ramosus. Folia opposita sessilia lanceolato-linearia v. linearia acuminata levissime denticulata, subinde integerrima. Racemi pedunculati solitarii, saepius alterni tenues pauciflori flexuosi, folio longiores, pedicelli tenuissimi, fructiferi reflexi. Bracteolae lineares v. lineari-lanceolatae pedicello multum breviores. Calycis laciniae ovato-lanceolatae acutae. Corolla albida, roseo- v. coeruleo-striata. — *Veronica palustris angustifolia* Rivin. Monop.

irregul. t. 98. — *Anagallis aquatica quarta* Lob. Icon. p. 467. — *V. Caroliniana* Poir. Encycl. méth. VIII. 520? (Glabra: caule erecto, apice dichotomo; foll. ovato-oblongis obtusis subintegerrimis, inferiorib. petiolatis. ♃ — Folia carnosula, 6 lin. longa, 3 lin. lata. Racemi laxi foliosi, bracteae petiolatae pedicellis longiores. Calycis laciniae ovatae. Capsula obcordata. — In Carolina, locis aquosis crescit.)

α. glabra: — Gessn. Icon. aen. t. 10. fig. 87.

β. pilosa: Caule, pedunculis v. calyce quoque margineq. capsularum villosis. — *V. Parmularia* Poit. et Turp. Fl. Paris. I. 19. t. 14. — Trattin. Fl. Austriac. I. 20. — G. Don, General Syst. of gard. and bot. IV. 576. no. 147. — Crescit locis inundatis per totam Europam, Sibiriam et in America boreali.

76. V. TENUIS Ldb. Icon. fl. Ross. Alt. illustr. t. 217. — Ldb. Fl. Altaic. I. 38. † — Caule erecto stricto follisq. glabris oblongo-lanceolatis acutiusculis serrulatis; racemis axillarib., intermediis oppositis; capsulis elliptico-obovatis obtusis integris. ⊙? ♃? — Caulis erectus strictus 10-pollicaris. Internodia foliis longiora, in medio caule ea duplo superantia. Folia sessilia fere connata 8-9 lin. longa, 3 circiter lin. lata, infima emarcida reflexa, media obtuse serrulata, suprema acutiora. Racemi versus apicem caulis axillares oppositi graciles 2½-pollicares v. paullo longiores. Racemus supremus, altero opposito rudimentario, subterminalis. Flores in racemo solitarii, rarissime geminati bracteati pedicellati, pedicellis filiformibus vix 3 lin. longis. Capsula elliptico-obovata glabra, apice rotundata integra. Semina minuta globosa. — Crescit in Persia boreali.

77. V. ANAGALLIS Linn. Spec. plant. 16. — Engl. bot. t. 781. — Curtis, Fl. Londin. II. t. 3. — Flor. Danic. t. 903. — Poit. et Turp. Fl. Paris. I. 15. t. 12. — St. Hil. Fl. Franc. 37. t. 6. — Svensk bot. t. 127. — Hayne, Arzneygew. IV. t. 1. — Rchb. Fl. Germ. excurs. 367. no. 2506. — Koch, Synops. fl. Germ. (edit. 1.) 594. — Bertol. Flor. Italic. I. 70. † — Bth. Scrophul. Indic. 44. — Foll. sessilib. lanceolatis ovatisq. acutis serratis; racemis axillarib.; pedicellis fructiferis patentissimis; capsula orbiculari leviter emarginata. ♃ — Caulis crassior quam in *V. Beccabunga* erectus v. ascendens fistulosus, inferne ad nodos radicans bipedalis, interdum ramosus. Folia sessilia opposita, interdum verticillato-ternata v. quaterna, basi lata, apice acuta sesqui-bipollicaria, 4-6 lin. lata, leviter remote arguteque serrata v. interdum integerrima. Racemi axillares solitarii oppositi pedunculati, passim folio multum longiores, longo tractu multiflori. Bracteae lineares pedicello plerumque breviores. Calycis laciniae lanceolatae aut ovatae acutae parum inaequales. Corolla parva pallide coerulea v. rosea, striis saturatioribus percursa. — *Anagallis aquatica caule concavo* Caesalp. De plantis Lib. VIII. Cap. 28. p. 336. — *V. undulata* Wall. Catal. 406. — Wall. in Rxb. Flor. Indic. I. 147.

β. Foll. breviorib. late ovato-lanceolatis levissime serratis integrisque. — *Anagallis aquatica major folio oblongo* C. Bauh. Pinx. 252. — *Berula major* Tabern. Icon. 719. (fig. bona). — *V. tenella* Schmdt. Centur. Bohem. I. 14.

γ. Caule humili subpedali; foll. crebriorib. breviorib. lanceolatis. — *Anagallis aquatica minor folio oblongo* C. Bauh. Pinx. 252. — *Anagallis aquatica minor altera* Tabernem. Icon. 718. (bona).

δ. Glabra: caule erecto; foll. lineari-lanceolatis acutis amplexicaulib integris; calycib. corollae aequalib.; capsulis ellipticis obtusis obsolete emarginatis. — *V. anagalloides* Guss. Pl. rar. Sicul. 5. t. 3. — Gussone, Flor. Sicul. synops. I. 16. — G. Don, General syst. of gard. and bot. IV. 576. no. 151. — *V. Anagallis* var. *minor* Ten. Sylloge pl. 12.

Crescit in rivulis per totam Europam, Sibiriam, Orientem, Indiam orientalem, Chinam, Japoniam et in variis Americae borealis regionibus.

78. V. BECCABUNGA Linn. Spec. plant. 17. — Strm. Fl. Deutschl. Hft. 17. (ic. aen.) — Sm. Engl. bot. X. t. 655. — Curtis, Flor. Londin. I. t. 2. — Flor. Danic. t. 511. — Woodv. Medic. bot. t. 7. — Poit. et Turp. Flor. Paris. I. 14. t. 11. — Plenck, Icon. pl. medic. I. 8. t. 14. — Svensk bot. t. 127. — Hayne, Arzneigew. IV. t. 2. —

Rchb. Flor. Germ. excurs. 388. no. 2907. — Koch, Synops. fl. Germ. (edit. 1.) 324. — Bth. Scrophul. Indic. 44. — Bertol. Flor. Italic. I. 69. † — Foll. petiolatis ellipticis oblongisve obtusis crenato-serratis; racemis axillarib.; pedicellis fructiferis patentib.; capsula subrotunda turgida leviter emarginata. ♃ — Caulis teres, totus foetus, inferne procumbens et ad nodes radicans, superne surrectus, saepe ramosus et rubens. Folia opposita elliptica et obtusa minute crenata breviterque petiolata. Racemi laterales pedunculati axillares solitarii oppositi. Bracteae lineares aut inferiores lanceolatae calycem subaequantes. Calyx parvus laciniis paullulum inaequalibus ovatis v. lanceolatis acutis aut obtusis. Corolla parva coerulea striis saturatioribus percursa, fauce albida. Capsula turgidula subrotunda vix emarginata. — Tota planta glabra succulenta nitida. — *Sium* Fchs. Histor. stirp. 734. fig. 735. — *Anagallis aquatica* Dodon. Pemptad. stirp. 363. — *V. punctata* Hamilt. in D. Don, Prodr. fl. Nepalens. 93. — *Beccabunga* Riv. Monop. irregul. t. 100.

β. Foll. oblongo-angustatis obtusis Bertol. Amoen. Ital. 334. — *V. Beccabunga β. alpina* Ten. Viaggio in Abruzz. 43. — *Beccabunga alpina sive Veronica glabra alpina aquatica Oleae folio repens* Bocc. Mus. 22. t. 6. — *Beccabunga minor* Riv. l. c.

γ. Foll. subintegerrimis; floribus roseis et bracteis pedicello longioribus. — *V. limosa* Lejeune, Rev. fl. Spa 3. — Herba recens antiscorbutica in acetariis grata, sicca nullius usus. — Crescit in fossis aquae limpidae rivulisque per totam fere Europam, Indiam orientalem et Americam borealem.

** *Calyce quinquepartito.*

78. V. PURSHII G. Don, General syst. of gard. and bot. IV. 573. no. 113. — Glabra repens: foll. reniformi-cordatis profunde crenatis; racemis spicatis lateralib. pedunculatis brevib. oblongis; calycib. inaequaliter quinquepartitis. ♃ — Folia longe petiolata. Caulis repens, ad nodos radicans. Pedunculi alterni foliorum longitudine. Bracteae oblongae crenatae. Flores magni densi pallide coerulei. Filamenta corollae longitudine. — *V. reniformis* Prsh. Fl. Americ. septentr. I. 10. (nec Raf.) — Crescit in America boreali ad ripas Missouri.

80. V. HIMALENSIS D. Don, Prodr. fl. Nepalens. 92. — Bth. Scrophul. Indic. 44. — Pubescenti-hirta v. demum glabrata: foll. sessilib. ovatis v. ovali-oblongis incisocrenatis, junior. hirtis; racemis oppositis longe pedunculatis; calycib. inaequaliter quinquepartitis; capsulis ovatis acutis calycem superantibus. ♃ — *V. grandiflora* Wall. Catal. 403. (nec alior.) — Corolla azurea. — Affinis dicitur *V. Teucrio*. — Crescit in India orientali (Gossain Than).

81. V. NIVEA Lindl. Bot. Regist. (New Ser.) XV. Pl. miscell. 43. (nec Hook.) — Racemis erectis lateralib. multifloris; foll. pinnatifidis glabris, laciniis linearib. distantib.; sepalis (quinis??) ovalib. obtusis glabris; corollae basi barbatae laciniis tribus angustioribus; capsulae obcordatae dissepimento valvis bilobis contrario. ♃ — Herba sesquipedalis rigida. Flores pallide albi. — In insula Diemenensi.

82. V. PROSTRATA Linn. Spec. plant. 22. — Strm. Flor. Dischinds. Hft. 38. (ic. aen. pessima). — Rchb. Flor. Germ. excurs. 388. no. 2908. — Koch, Synops. fl. Germ. (edit. 1.) 325. — Bertol. Flor. Italic. I. 76. † — Foll. breviter petiolatis linearilanceolatis crenato-serratis, basi subincisis subintegerrimisve; racemis axillarib.; pedicellis capsulam leviter emarginatam subaequantib.; caulib. sterilib. prostratis, floriferis ascendentibus. ♃ — Caules caespitosi teretes a tribus quatuorve pollicibus ad dodrantem longi. Folia oblonga obtusa, apice integerrima, reliquo margine subinaequaliter dentata, inferiora breviter petiolata, basi angustata, prope basin crebre pectinata, superiora subintegerrima. Racemi in summo caule laterales solitarii axillares oppositi, rarius alterni aut in caule minus longe pedunculati pubescentes. Bracteae oblongo-lineares obtusae ciliatae aut hirsutae pedunculo aequales, longiores v. breviores. Calycis laciniae lanceolatae acutiusculae v. obtusiusculae ciliatae, hirsutae aut glabrae, quinta omnium minima. Corolla majuscula pallide v. intensius coerulea venisque saturatioribus picta. Tota herba

albido-pubescens, pubescentia sursum curvula. — *Veronica frutescens durior oblongo Chamaedryos folio, Palustre* Bocc. Mus. 18. t. 10. — *Veronica minor angustifolia ramosior et procumbens* Seguier. Flor. Veron. I. 237. — *Veronica minor angustifolia* Moris. Oxon. Hist. I. 321. sect. 3. t. 23. fig. 16. — Riv. Monop. irregul. t. 95. — *V. Orsiniana* Ten. Appendx. quinta ad fl. Neapol. 4. et Linnaea III. Literaturber. 97.

α. genuina Rchb. Fl. Germ. excurs. 308. no. 2508. — Decumbens: foll. inferiorib. ovatis, reliquis oblongis lanceolatisq. crenato-serratis subintegerrimisque. — *Teucrium quintum* Clus. Hist. 350. — Riv. Monop. irregul. t. 92. fig. 2. — Viva non difficile distinguitur a duabus sequentibus: tempore florendi praecoxiori, caulibus multo gracilioribus, basi duris lignosis, junioribus et sterilibus in orbem prostratis floribusque pallidioribus, ludit quoque floribus albis et carneis, quod in sequentibus non occurrit.

β. saturejaefolia Poit. et Turp. Fl. Paris. 22. t. 22. — Hook. Bot. Magaz. t. 3063. — Spicis lateralib. caulem prostratum superantib.; foll. infimis oblongis, superne serratis, infimis subdenticulatis, aliis linearibus integerrimis. — Crescit in collibus siccis apricis per totam Germaniam, Helvetiam et Italiam hinc inde.

δδ. V. AUSTRIACA Linn. Spec. plant. 17. — Koch, Synops. fl. Germ. (edit. 1.) 596. — Bertol. Flor. Italian. I. 74. † — Foll. subpetiolatis lanceolatis crenato-v. pinnatifido-serratis v. ambitu ovatis multifidisq.; racemis axillarib.; pedicellis superiorib. capsulam acute emarginatam aequantib.; calycis quinquefidi laciniis linearib. obtusis; caulib. omnib. erectis v. a basi arcuata ascendentibus. 2. — Caulis dodrantalis v. sesquipedalis simplex v. ramosus. Folia ima et summa passim subsimplicia, reliquis subbipinnatifidis, laciniis nunc linearib. angustissimis obtusis aut acutis, nunc oblongis duplo triplove latiorib. obtusis, laciniis inferioribus semper longioribus divaricatis. Folia suprema subinde subverticillatim terna. Racemi laterales longi pedunculati solitarii axillares oppositi. Bracteae pedicello longiores lineares aut lanceolatae, inferiores 2-3-fidae, reliquae simplices. Calyx 4-5-partitus (!!), laciniis duabus duplo longioribus, quinta omnium minima subinde deficiente. Corolla grandiuscula pallide coerulea striis saturatioribus percursa. Tota planta canescenti-pubescens (Bertoloni). — *Veronica tenuissime laciniata* Moris. Oxon. Histor. I. 321. sect. 3. t. 23. fig. 17. — *V. latifolia* et *V. Teucrium* Rchb. Fl. Germ. excurs. 308. no. 2509. 2510. ex p.

α. dentata Koch l. c. — Foll. lanceolatis v. lanceolato-linearib., plerumq. remote crenato-serratis, quandoque integerrimis. — *V. dentata* Schmidt, Centur. pl. Bohem. I. 20. — *V. prostrata ε. angustifolia* Brnhrdi. mss. ex Rchb. Fl. Germ. excurs. 308. no. 2508. — *V. Schmidtii* Roem. et Schult. Syst. vegetab. I. 115. — *V. paniculata* Willd. Spec. plant. I. 71. (excl. syn. Pall.) — *V. Teucrium γ. angustifolia* Ldb. Fl. Altaic. I. 40. — *V. angustifolia* Brnhrdi. mss. (nec A. Rich.) — *V. Teucrium* Host. Fl. Austriac. I. 8. — *Veronica Teucrii facie* Park. Theatr. 551. (cum ic.) — *Teucrii quarti tertia species* Clus. Histor. 349. (cum ic.) — *Chamaedrys supina facie Teucrii pratensis* Lob. Icon. I. 347.

β. pinnatifida Koch l. c. — Foll. lanceolatis v. lanceolato-linearib. pinnatifido-dentatis. — *V. Austriaca* Linn. l. c. — Jcq. Flor. Austriac. t. 329. fig. 4. — *V. prostrata ε. Austriaca* Rchb. l. c. — *V. polymorpha* Willd. Enumer. plant. hort. Berolin. Supplem. p. 2. — Lnk. Jahrbch. der Gewchskde. I. 3. 43. — *V. laciniata* Mnch. Method. pl. 21. — *V. pratensis α.* Crantz, Fl. Austr. 344. (excl. syn. Tournef.) — *V. Jacquini* Roem. et Schult. Syst. veget. I. 108.

γ. multifida Rchb. l. c. — Bot. Magaz. t. 1679. — Foll. palmatipartitis, partitionibus angustissime linearibus incisis. — *V. angustifolia* Fisch. mss. — *V. tenuifolia* M. Bieb. Fl. Taur. Caucas. I. 13. — *V. prostrata γ. multifida* Rchb. l. c. — Sm. in Transact. of the Linn. Soc. I. 101. — *V. multifida* Linn. Spec. plant. I. 17. — (Variat: magis pilosa, corollis roseis. — Cf. adnot. ad speciem sequentem!) — Jcq. Flor. Austriac. t. 329. fig. 1. et 2.

ε. pectinata Rchb. — Foll. inferiorib. pectinato-pinnatifidis, superioribus linearibus integerrimis. — *V. prostrata δ. pectinata* Rchb. l. c. — *V. pectinata* Vahl, Enumer. I. 71? (Foll. oblongis pectinato-serratis; caulib. prostratis; racemis elongatis, basi foliosis. 2. — Buxb. Centur. I. t. 30. fig. 1. — Caulis basi fruticosus ramosus ascendens, ut tota planta, canescenti-pubescens. Folia subpetiolata, basi acuta. — Crescit prope Constantinopolin).

ζ. *trichocarpa:* Capsulis pilosis. — *V. trichocarpa* Roem. et Schult. Syst. veget. Mantiss. I. 106. — *V. pilocarpa* Link. Enumer. plant. hort. Berolin. I. 25. — *V. orientalis* Willd. Enumer. plant. hort. Berolin. I. 22. (nec alior.) — Omnes hae varietates formis intermediis confluunt et e semine unius plantae enascuntur. Varietates β. et γ. non raro in uno caule reperiuntur. Florent antecedente praecoxius et sequente serius.

η. *orientalis* Linn. Spec. plant. 17. — Procumbens pubescens: foll. lineari-lanceolatis, inferioribus pectinato-pinnatifidis, superioribus integris; racemis axillaribus elongatis; pedicellis bractea longioribus; floribus coeruleis. — *V. orientalis* Ait. Hort. Kewens. (edit. 1.) I. 23. — Loddig. Bot. Cabin. t. 419. — *V. heterophylla* Salisb. Paradis. Londin. 7. t. 4. — (Crescit in Armenia et in Iberia.) — *V. Osseiica* Stev. mss.

Crescit in collibus siccis apricis Europae australi-orientalis (in Germania et in Helvetia australi, in Italia et etiam in Hispania), in Oriente, in Armenia, Iberia, Somchetia etc.

84. V. LATIFOLIA Linn. Spec. pl. 18. (non Rchb. Fl. Germ. excurs. 398. no. 2510.) *) — Koch, Synops. fl. Germ. (edit. 1.) 526. — Bertol. Flor. Italian. I. 79. † — Foll. sessilib. e basi subcordata ovatis oblongisq. inciso-serratis pinnatifidisq.; racemis axillarib.; pedicellis erectis capsulam acute emarginatam subaequantib.;

---

*) Hanc et priores hisce notis circumscribi vult **Reichenbach:**

1. *V. PROSTRATA L. — Rchb. l. c. 2503. — Capsulae obcordatae lobis apice distantibus. — α.* saturejaefolia *Poit. et Turp. Fl. Paris. I. 22. — Decumbens: foll. linearibus. — β.* genuina: *Decumbens: foll. inferiorib. ovatis, reliquis oblongis lanceolatisq. crenato-serratis subintegerrimisque. —* Teucrium *V. Clus. p. 350., eadem erecta: Rivin. t. 92. fig. 2. — γ.* angustifolia *Bmh. — Elatior ascendens: foll. lanceolatis subserratis integerrimisve. —* V. dentata *Schmdt. —* V. Schmidtii *R. S. — δ.* pectinata *Op. — Foll. inferiorib. pectinato-pinnatifidis, superiorib. linearib. integerrimis. — ε.* Austriaca *L. — Elatior ascendens: foll. lanceolatis inciso-pinnatifidis. — Jcq. Austriac. t. 320. fig. 4. —* V. polymorpha *Willd. — ζ.* multifida *L. — Bot. Magaz. t. 1679. — Jcq. Austr. t. 329. fig. 1. 2. — Foll. palmatipartitis, partitionib. angustissime linearib. incisis. —* V. angustifolia *Pisch.*

2. *V. TEUCRIUM Linn. (edit. 2.) — Rchb. l. c. 2509. — Capsulae obovato-obcordatae lobis apice conniventibus. —* Teucrium IV. tertia species *Clus. p. 349. —* V. Teucrium *Vahl. —* V. dentata *Schrad. — α.* hyssopifolia: *Ascendens: foll. linearib. integerrimis aut subdentatis. — β.* orientalis *Ait. — Ascendens: foll. lineari-lanceolatis, inferiorib. pectinato-pinnatifidis, superiorib. integerrimis. — γ.* tenuifolia *Stev. — Erectior: foll. omnib. lineari-pinnatifidis. —* V. orientalis *Lodd. Bot. Cabin. t. 419. — δ.* Hosteana: *Ascendens: foll. lanceolatis crenato-serratis, mediis attenuato-acuminatis, versus apicem integerrimis. — ε.* Clusiana: *Ascendens: foll. omnib. ovato-lanceolatis subaequaliter serratis. — ζ.* V. brevicaulis *Tausch, Sylloge ad Flor. Ratisbon. II. 247. — Decumbens: foll. ovatis obtusis leviter dentatis sessilib.; caule decumbente villoso, (in Apenninis).*

3. *V. LATIFOLIA L. — Rchb. l. c. 2510. — Capsulae orbicularis emarginatae lobis apice conniventibus. — α.* decumbens: *Foll. lineari-lanceolatis subintegerrimis. —* V. Tauriea *Willd. — Bot. Cabin. t. 911. — β.* heterophylla *Roch. Pl. Ban. fig. 43. — Ascendens: foll. lanceolatis crenatis, superiorib. integerrimis. —* V. crinita *Kit.? — γ.* laciniata *Mnch. — Ascendens: foll. imis lanceolatis inciso-laciniatis, supremis lineari-lanceolatis dentatis. — δ.* V. Pseudochamaedrys *Jcq. Austriac. t. 60. — Foll. ovato-oblongis, omnib. crenato-serratis. —* V. montana *Rit. t. 95. — ε.* genuina: *Foll. late ovalib. crenato-serratis. — ζ.* plicata *Pohl, Tent. fig. 1. — Molliter pubescens: foll. inciso-crenatis. —* V. pilosa *Schm. forte aliena? —* V. crispa *Horlor. — η.* heterophylla *Salisb. Parad. t. 4. — Foll. inferiorib. subbipinnatifidis, lacinis dilatato-rotundatis, superiorib. linearib. inciso-pinnatifidis; capsula pubescente. —* V. orientalis *Willd. Enum. —* V. pilocarpa *Link. —* V. trichocarpa *R. S. — θ.* multifida *Jcq. Austr. t. 329. fig. 5. — Foll. inferiorib. palmato-laciniatis, superiorib. lineari-lanceolatis inciso-pinnatifidis. — ι.* multifida *Jcq. l. c. fig. 3. — Foll. omnib. palmatis, laciniis linearib. pinnatifidis.*

caulib. omnib. erectis v. e basi arcuata ascendentibus. 4 — Caulis erectus undique pubescens simplex dodrantalis v. sesquipedalis. Folia ima minora subsessilia, reliqua arcte sessilia, omnia opposita cordato-ovata v. ovato-oblonga obtusa obtuseq. dentata, subinde subincisa v. imo pectinata, supra nudiuscula pilosa, infra pubescentia, suprema angustiora. Bracteae lanceolatae v. lanceolato-lineares obtusiusculae aut acutae, ciliatae v. hirtellae, pedicello longiores v. breviores. Corolla pulcherrime coerulea saturatiori-striata. — *V. Teucrium* Poit. et Turp. Fl. Paris. I. 16. t. 15. — *V. Pseudochamaedrys* Jcq. Fl. Austriac. I. 37. t. 60. — *Veronica major frutescens Chamaedrys spuria latifolia* Weinm. Phyt. t. 1005. fig. A. — *Veronica major altera frutescens* Moris. Oxon. Histor. I. 319. sect. 3. t. 23. fig. 10.

α. major Schrad. Flor. Germ. I. 35. — Foliis basi cordata amplexicaulibus.

β. minor Schrad. l. c. — Foliis basi ovatis et plerumque oblongis. — *V. Teucrium* Vahl, Enumer. I. 76. (ex descript.) — (Num *V. Teucrietum* Linn. ad hanc, an ad varietates *V. Austriacae* pertineat, nondum satis constat.) — Crescit in Europa media nec tamen ubique et in Armenia.

85. V. LUTETIANA Roem. et Schult. Syst. veget. Mantiss. I. 109. — Foll. lanceolatis glaberrimis parum dentatis obtusis; racemis lateralib. longissimis. 4 — Corolla pallide coerulea. Capsula glabra compressa. — Forte varietas *V. Teucrii* caulibus vix pubescentibus, foliis saturate viridibus nitidis subintegris. — *V. nitida* Dsf. mss. ex Poir. Encycl. méthod. V. 467. — Crescit.....?

86. V. CRINITA Kitaib. mss. in Schult, Fl. Austriac. (edit. 2.) I. 26. — Erecta pubescens: foll. subsessilib. ovato-lanceolatis inaequaliter serratis; racemis axillarib. folia duplo excedentib.; calycis laciniis inaequalibus. 4 — Caulis tomentosus. Folia inferiora obtusa, superiora acuta, basi apiceq. integerrima. Bracteae pedicellis longiores. Capsula emarginata compressa. — *V. latifolia β. heterophylla* Rchb. Fl. Germ. excurs. 368. no. 2510? — Crescit in Hungaria.

87. V. PARVIFOLIA Vahl, Enumer. plant. I. 72. — Ascendens pubescens: foll. parvis pinnatifidis; racemis multifloris; bracteis pedicellos aequantibus. 4 — Folia omnia, exceptis superioribus, profunde pinnatifida. Flores et capsulae quam in *V. orientali* triplo minores. Capsula compressa obcordata. — Buxb. Centur. I. t. 41. fig. 2. — Crescit locis graminosis in Cappadocia et Armenia.

88. V. ROSEA Dsf. Fl. Atlant. I. 13. — Pubescens: caule fruticoso ascendente; foll. pinnatifidis breviter petiolatis acutis, utrinque 2-3-laciniatis; racemis elongatis axillarib.; bracteis pedicellos aequantibus. ♁ — Pedicelli capillares. Calycis laciniae inaequales quaternae v. quinae. Corolla rosea magnitudine illius *V. latifoliae*. — Crescit in Hispania locis subalpinis prope Antequera juxta La Peña de los Enamorados.

B. Terminali-racemosae.

* *Serpyllifoliae* G. Don, General syst. of gard. and bot. IV. 568.

Suffruticuli parvi plerumque alpini erecti vel procumbentes foliis parvis, racemis brevibus pauciflori, post anthesin elongatis; habitu proprio magis quam certis characteribus a *Veronicis spicatis* diversi.

89. V. BELLIDIOIDES Linn. Spec. plant. 15. — Krok. Flor. Silesiac. I. 14. t. 2. — Rchb. Fl. Germ. excurs. 370. no. 2515. — Koch, Synops. fl. Germ. (edit. 1.) 529. — Bertol. Flor. Italic. I. 84. † — Foll. obovatis obtusis subcrenatis, inferiorib. majorib. congestis subrosulatis, caulinis oppositis remotis; racemo terminali brevi pauciflori, pilis articulatis villoso; capsula obovata leviter emarginata. 4 — Caulis teres simplex ascendens digitalis palmarisve pubescens, ad basin dense foliosus, reliqua parte foliorum paribus duobus vel tribus inter se remotis vestitus. Folia omnia obovata v. obovato-oblonga cuneata obtusa sessilia, superne minute crenulata, subinde tota integerrima pubescentia, inferiora majora. Bracteae oblongae v. oblongo-lanceolatae obtusae, pedicello breviores subindeque longiores Calycis quadripartiti laciniae ovato-oblongae obtusae. Corolla saturate

coerulea, fauce alba. Capsula ex compresso turgida pubescens calycem excedens. — Hall. Stirp. indigen. Helvet. I. 235. t. 15. fig. 1. — Crescit in alpibus Helvetiae, Italiae superioris, in Sudetis et in Pyrenaeis.

90. V. FRUTICULOSA Linn. Spec. plant. 15. — Strm. Deutschl. Fl. Hft. 56. (ic. acc.) — Engl. bot. t. 1028. — Wlfn. in Jeq. Collect. botan. IV. 229. t. 5. — Rchb. Fl. Germ. excurs. 300. no. 2512. — Koch, Synops. fl. Germ. (edit. 1.) 389. — Bertol. Flor. Italic. I. 85. † — Foll. oblongis obtusis subcrenatis, infimis minoribus; racemo terminali pauciflore glanduloso-pubescente; capsula ovali leviter emarginata. ♃ — Caules caespitosi inferne radicantes, ex iis assurgunt caulículi annotini stricti simplices, longitudine varii, etiam dodrantales teretes pilosuli. Folia petiolata obtusa subcrenata, superiora sensim longiora lanceolata aut oblongo-lanceolata obtusiuscula aut acuta, passim integerrima, subinde una alterave crena notata, praecipue margine pilosula, sessilia, suprema iterum minora. Racemus terminalis nunc brevis pauciflorus, nunc multiflorus elongatus, totus pilis articulatis apice glanduligeris patulis pubescens. Bracteae lanceolatae obtusae, pedicello longiores v. breviores. Calycis quadripartiti laciniae lanceolatae acutiusculae v. acutae vix inaequales, laciniis quinta minima interdum accedente. Corolla carnea venis roseis percursa. Ovarium sub anthesi subrotundum obtusissimum glanduloso-pubescens. Semina plana peltiformia. — *V. frutescens* Scop. Flor. Carn. (edit. 2.) I. 19. — *Veronica* no. 545. *a.* Hall. Hist. stirp. indig. Helvet. I. 235. t. 16. — In alpibus Germaniae, Helvetiae, Italiae superioris, Scotiae et in Pyrenaeis.

91. V. PONAE Willd. Spec. plant. I. 61. (excl. syn. plerisq.) — DC. Flor. Franc. III. 469 — Bertoloni, Flor. Italic. I. 83. † — Foll. superiorib. ovatis acutis serratis; caule ascendente erectove; racemo simplici; pedicellis fructiferis rectis. ♃ — Caulis ascendens v. erectus palmaris pedalis, teres simplex pubescens. Folia inferiora minora subpetiolata subrotunda crenata obtusa, reliqua sessilia ovata v. cordato-ovata acuta acuteque serrata, suprema minora saepeque alterna, omnia pilosa v. pubescentia. Racemus terminalis simplex, pilis quam plurimis apice glanduliferis pubescens. Bracteae obverse lanceolatae obtusiusculae pedicello breviores v. eo aequales ciliatae aut undique pubescentes. Calyx 4-5-partitus, dente quinto minimo, reliquis oblongis obtusis. Capsula compressa subrotunda emarginata pubescens. Pedicelli fructiferi recti. Corolla pulchre coerulea. — *V. Gouani* Moretti, Decad. pl. II. 6. — (*V. pumila* Allion. Fl. Pedem. 270. t. 22. fig. 3. vulgo huc relata eximie pertinet ad *V. alpinam.*) — *V. sempervirens* Lam. Flor. Franc. (edit. 2.) 436. — Variat haec species foliis acutis, trilobis, ramis numerosis axillaribus, foliis latioribus floribusque longius spicatis. — Crescit in Monte Baldo, in montibus insulae Corsicae et in Pyrenaeis.

92. V. ARBUSTULOSA Hffmnsgg. mss. ex Rchb. Iconogr. fig. 1226. — Filiformi-fruticosa: foll. oblongo-lanceolatis subintegris revolutis; racemo pauciflore; corolla roseo-striata; capsula ovata calycis longitudine. ♄ — Crescit.....? (colitur in horto regio Dresdensi).

93. V. STELLERI Pallas mss. in Willd. Herb. 102. — Lnk. Jhrbchr. I. 3. 40. — Cham. et Schlchtd. Linnaea II. 357. † — Caule simplici hirsuto; foll. sessilib. cordatis serrato-crenatis obtusis; racemo brevi; bracteis crenatis pedicello brevioribus; calyce hirsuto. ♃ — Radix oblique horizontalis articulata teres subramosa. Caules singuli v. bini, rarius plures ascendentes simplicissimi digitales et spithamaei. Folia per paria 4-7 decussatim opposita sessilia semiamplexicaulia ovata, basi interdum subcordata, apice acutiuscula, 15 lin. longa, 9 lin. lata, acutius v. grossius v. obsolete serrata v. integerrima, subradicalia minora emarcida, caulina superiora et inferiora subaequalia, suprema non exacte opposita, inferioribus saepe confertiora. Flores primum laxe corymbosi, dein racemosi, racemo ad summum 16-floro. Pedicelli fructiferi calyce quater longiores. Bracteae superiores sensim breviores, supremae lanceolatae integerrimae, pedicello multo breviores. Calycis quadripartiti laciniae lanceolatae acutae. Corolla coerulea rotata ad faucem insigniter villosa. Capsula ovato-ellipsoidea calyce sesquilon-

gior turgidula vix emarginata. Semina illis *V. alpinae* similia. — Crescit in Kamtschatka, in insulis Kurilis et in Unalaschka Aleutarum.

94. V. GRANDIS Fisch. mss. ex Spr. Neue Entdeckng. II. 122. — Foll. cordato-oblongis obtusis profunde dentatis basiq. subpinnatifidis nudis; racemis elongatis; capsulis subglobosis glabris. 4 — Caulis plerumque simplex pubescens. Calyx subaequaliter quadrifidus. Corolla alba. Antherae et pistillum carneae. Habitu valde accedit ad axillariflloras, sed racemus certe terminalis. — In Sibiria.

95. V. LANOSA Bth. Scrophul. Ind. or. 45. — Caule basi lignoso; ramis caespitosis suberectis lanatis; foll. sessilib. ovato-lanceolatis inciso-serratis, supra glabris, subtus piloso-hirtis; racemis laxiusculis; calycib. inaequaliter quadri- v. quinquepartitis; capsulis (immaturis) ovatis acutis. ♁ — In India orientali (Kanaour).

96. V. BAUMGARTENII Roem. et Schult. Syst. veget. I. 100. — Erecta glabra: foll. inferiorib. oppositis sessilib. ovalib. v. ovato-lanceolatis serratis, superiorib. alternis semiamplexicaulib. linearl-lanceolatis; corymbis dichotomis; pedicellis filiformib. erecto-patentib. unifloris; calycis segmentis aequalib.; corolla pallide coerulea calycem duplo excedente. 4 — *V. petraea* Baumg. Stirp. Transylv. I. 21. no. 27. — Crescit in fossuris rupium in Transylvania.

97. V. DENSIFLORA Ledeb. Ic. fl. Ross. Alt. illustr. t. 125., Flor. Altaic. I. 34. † — Racemo terminali conferto subcapitato; caule fruticuloso bifariam piloso; foll. sessilib. ellipticis dense serratis obtusis glabriusculis, basi ciliatis; bracteis calycibq. pilis articulatis hirsutis. ♁ — Caules ascendentes 2-5-pollicares, basi subramosi et foliis annorum praeteritorum emarcidis vestiti, superne dense foliosi. Folia sessilia elliptica dense serrata, apice subintegerrima, subinde glaberrima, basi tantum pubescentia duriuscula. Racemus terminalis densissimus capituliformis vix semipollicaris, defloratus longior. Bracteae lanceolato-lineares pedicello duplo longiores dense ciliatae colorotae. Calycis quinquepartiti laciniae 4 subaequales, quinta brevissima, omnes margine articulato-pilosae. Corolla magna laete coerulea, lacinia quarta majori. — *V. alpina* Sievers in Pall. Nord. Beytr. VII. — Crescit in summis alpibus Altaicis (ad fl. Koksun, Algulac, Kurai, Tschujum et in monte Farbagatai).

98. V. NUMMULARIA Gouan, Illustr. I. t. 1. fig. 2. (excl. syn.) — Caule pubescente v. glabriusculo; foll. obovato-orbiculatis in petiolum attenuatis aggregatis integris v. obsolete crenatis; racemis brevib. paucifloris densis; segmentis calycinis obtusis ciliatis; caule prostrato fruticuloso. ♁ — Flores subsessiles pallide coerulei. Corollae segmenta inferiora cuneiformia obtusa, reliqua linearia. Folia decussata imbricata. — *V. saxatilis β.* Willd. Spec. plant. I. 62. — *V. strictiflora* Lapeyr. Abr. Pyr. 6. no. 8., Flor. Pyr. t. 51. (excl. ic. et syn.) — Proxima est praecedenti, sed differt: caule glabriusculo aut ex toto tennissime pubescente, nec bifariam piloso, foliis multo minoribus obovato-orbiculatis in petiolum attenuatis integerrimis v. obsolete crenatis nec dense serratis, corymbo paucifloro floribusque minoribus. — Crescit in Pyrenaeis.

99. V. JAVANICA Blume, Bijdragen 742. — Caule procumbente; foll. subsessilib. oppositis ovatis obtuse serratis pubescentib.; spicis axillarib. terminalibusque; laciniis calycinis obtusis. 4 — Crescit in monte Gede insulae Javae.

100. V. NUTANS Bongrd. Mém. de l'acad. impér. de St. Ptrsbrg. (VI. Ser.) II. 157. † — Caulib. simplicib. apice nutantib.; foll. sessilib. ovatis serratis acutiusculis; corymbis terminalib.; capsula subglabra calycem subaequante. 4 — Caulis pubescens. Folia opposita semiamplexicaulia pubescentia, in caule quovis circiter quatuor. Bracteae et calycis subaequalis segmenta pilosa. Corolla parva coerulea inaequalis. Capsula ovata emarginata. — Affinis *V. Stelleri*, sed differt floribus minoribus, caule nutante, capsulis glabriusculis nec pilosis et corolla intus glabra. — Crescit in insula Sitcha.

101. V. CAPITATA Royle mss. in Bth. Scrophul. Indic. 45. — Pilosa: caule simplici; foll. sessilib. ovato-rotundatis subdentatis; racemo terminali conferto capitato

articulato-piloso; staminib. subexsertis. 4. — Flores duplo majores quam in *V. alpina*, capsulas non vidit Bentham. — Crescit in India orientali (in Kunaour).

102. V. ALPINA Linn. Spec. plant. 15. — Strm. Deutschl. Flor. Hft. 36. (ic. aen.) — Flor. Danic. t. 16. et t. 1921. — Engl. bot. t. 484. — Curtis, Flor. Londin. t. 200. — Krok. Flor. Silesiac. I. 24. t. 3. — Koch, Synops. fl. Germ. (edit. 1.) 599. — Rchb. Fl. Germ. excurs. 369. no. 2514. — Bertol. Flor. Italic. I. 88. † — Bth. Scrophular. Ind. or. 45. — Foll. ellipticis crenatis integerrimisq., infimis minoribus subrotundis; racemo terminali pauciflore hirsuto, pilis patentib. articulatis eglandulosis; capsula oblongo-obovata emarginata. 4. — Caulis digitalis palmarisve decumbens ascendens teres simplex, subinde e basi ramosus caespitulosus, praesertim superne hirsutus. Folia obtusa v. acuta, modo integerrima, modo parce et remotiuscule dentata aut serrata, inferiora minora petiolata, superiora subsessilia glabra v. pilosa, suprema hinc inde alterna. Flores in corymbo terminali denso pauciflore, fructifero in racemum brevem abeunte. Bracteae obverse lanceolatae obtusae ciliatae v. hirsutae pedicellum superantes v. aequantes. Calycis quadripartiti laciniae vix inaequales forma bractearum. Corolla saturate coerulea. Capsula compresso-turgida magis minusve hirsuta subindeque glabra. Pili totius plantae longiusculi patuli articulati diaphani. — *Veronica caule simplici foliis congestis terminato, foliis ovato-acutis dentatis* Allion. Specim. 19. t. 3. fig. 3. — *Veronica* no. 544. Hall. Histor. stirp. indigen. Helvet. I. 235. t. 15. fig. 2.

α. integrifolia Rchb. l. c. — Foll. ellipticis obtusis integerrimis. — *V. integrifolia* Willd. Spec. plant. I. 63. — *V. alpina* Oed. Flor. Danic. t. 16. — Krok. Flor. Silesiac. I. no. 28. t. 3. — Roch. Pl. Bannat. fig. 45. — Folia vix dentata Linn. Flor. Lapponic. t. 9. fig. 4. — Folia obtusa Hall. Hist. stirp. indigen. Helvet. t. 15. fig. 2.

β. heterophylla Rchb. l. c. — Foll. serrulatis, inferioribus subrotundis, superioribus ovatis. — *V. rotundifolia* Schrnk. Braune Salisb. no. 15. t. 2. — *V. pygmaea* Braune l. c. no. 13. t. 2. — *V. pumila* All. Fl. Pedem. I. 75. t. 22. fig. 5. — *V. Gebhardiana* Vest.? *)

γ. crenata Rchb. l. c. — Foll. ovato-ellipticis crenatis. — Curtis, Fl. Londin. t. 208.

δ. Wormskioldii Hook. Bot. Magaz. t. 2975. — Elatior simplex: foll. multo majoribus; calyce capsulaq. glanduloso-hirsutissimis. — *V. Wormskioldii* Roem. et Schult. Syst. veget. I. 101. — Spr. Syst. veget. I. 72. — *V. alpina* var. *Unalaschkensis* Cham. et Schlchtd. Linnaea II. 556. — *V. alpina* var.? Flor. Danic. t. 1961.

ε. serratifolia Roch. Plant. Bannat. fig. 46. — Foll. lanceolatis ovatisq. acutis serratis. — *V. grandifolia* Vest mss. ex Roem. et Schult. Syst. veget. I. Mantiss. I. 103. — (G. Don l. c. 568. no. 58.)

ζ. minor: Pilosissima staturaque multo humilior: foll. alternis acutis sublineariibus. — Lapeyr. Abr. Pyren. 4. — Crescit in graminosis alpium totius Europae, Indiae orientalis (Peer Punjal) et in Unalaschka.

103. V. EUPHRASIAEFOLIA Lnk. Jhrbchr. der Gewchsknde. III. 41. — Caulib. ropentib., apice pubescentib.; foll. subsessilib. oblongis serrato-crenatis glabris; racemis pauciforis, pedicellis elongatis; segmentis calycinis ovatis glabris. 4. — Herba gracilis. — *V. thymifolia* Willd. Herb. — In Persiae monte (Ghilan).

104. V. THYMIFOLIA Sibthrp. et Schm. Prodr. fl. Gr. I. 6., Flor. Graec. I. t. 6. — Caulib. suffruticosis diffusis; foll. ellipticis revolutis pilosis integris; racemis terminalib. capitatis v. corymbosis solitariis; calycib. aequalib.; capsulae emarginatae lobis divaricatis. 4. — Habitus *V. fruticulosae*. Bracteae obovatae. Corollae coeruleae tubus albus. — Crescit in insulae Candiae montibus Spacioticis.

---

*) *V. GEBHARDIANA Vest mss. ex Roem. et Schult. Syst. veget. I. Mantiss. I.* 104. — *Ramis prostratis radicantib.; foll. ellipticis rotundatis integerrimis glabris, inferiorib. petiolatis; racemis terminalib.; florib. capsuliq. erectis.* 4. — *Pedicelli bractearum longitudine. Capsula obcordata. — Crescit in Germaniae alpe Schwarzenstein „im Zillerthale" ad marginem rivulorum.*

105. V. PAUCIFLORA Kitaib. mss. ex Lnk. Jhrbchr. III. 41. — Caulib. procumbentib., apice pubescentib.; foll. subsessilib. oblongis serrato-crenatis acutis glabris; racemis paucifloris, pedicellis elongatis; segmentis calycinis ovatis glabris. 2. — Crescit in montibus Carpathorum.

106. V. SAXATILIS Jcq. Observat. I. 200. — (Linn. fil. Supplem. 83.) — Strm. Dtschlnds. Flor. Hft. 58. (ic. aen.) — Engl. bot. t. 1027. — Svensk bot. t. 347. — Loddig. Bot. Cabin. t. 704. — Rchb. Fl. Germ. excurs. 369. no. 2513. — Koch, Synops. fl. Germ. (edit. 1.) 529. — Bertol. Flor. Italic. I. 86. † — Foll. obovatis ellipticisve subcrenatis, infimis minorib.; racemo terminali paucifloro pilis crispulis eglandulosis pubescente; capsula ovata, superne attenuata vix emarginata. 2. — Caules caespitosi suffruticosi, passim humiliores quam in *V. fruticulosa* magisque decumbentes, apicibus porrectis. Folia omnia breviora et quidquam latiora, apice obtusa rotundata, saepius crenata, inferiora obovata, superiora oblonga. Corymbus paucifiorus — interdum etiam racemus elongatus multiflorus — semper adspergitur pubescentia brevissima sursum adpressa et incurvula, pilis sub lente articulatis. Corolla speciosa coerulea, fauce annulo purpureo picta. Ovarium sub anthesi ovatum acutum cano-pilosum, pilis eglandulosis. Paria foliorum caulinorum remota. — *V. fruticulosa* Fl. Danic. t. 342. — *Veronica saxatilis* J. Bauh. Histor. III. lib. XXVIII. p. 284. (ic. bona). — *Veronica tertia fruticans* Clus. Histor. 347. (ic. bona). — *Veronica alpina con foglia di Serpillo* Pon. Mont. Bald. 181. (fig. mediocr.) — Moris. Oxon. Histor. II. 318. sect. 3. t. 22. fig. 5. — Crescit per totam Europam in alpibus calcareis.

107. V. CRETICA Pall. mss. ex Lnk. Jhrbchr. III. 41. — Procumbens: foll. linearispathulatis scaberrimis; racemis brevib. densis. 2. — Valde affinis praecedenti forteque ejus varietas. — Crescit in insula Candia.

108. V. MACROSTEMON Bnge. mss. in Ldb. Ic. fl. Ross. Alt. illustr. t. 127. et Fl. Altaic. I. 35. † — Racemis terminalib. villosis, demum elongatis; caulib. fruticulosis ramosis; foll. inferiorib. subrotundo-ovatis integerrimis, superiorib. oblongis serrulatis pubescenti-villosis; capsula pubescente obovata emarginata calycem duplo excedente. ♄ — Caulis pars infima sub lapidibus latens geniculata glabra v. fusca, foliorum loco vestita squamis decussatis ovato-ellipticis obtusis submembranaceis, pars superior erecta v. ascendens parce villosa ramosa, ramis decussatis sterilibus. Folia sessilia pubescenti-villosa, infima acutiuscula, superiora obtusa, medio serrata, apice subintegerrima, caulina et ramea inferiora internodiis multo breviora, superiora illis longiora. Racemus strictus terminalis pollicaris v. sesquipollicaris pedunculatus, pedunculo subaphyllo. Bracteae inferiores ovato-oblongae, superiores sensim minores oblongo-lineares, parce albo-villosae. Flores inferiores suboppositi, superiores sparsi. Calycis 5-partiti laciniae oblongae, quinta brevissima, omnes praesertim margine villosae. Corolla magna violacea, filamenta ea longiora. Pili omnes eglandulosi articulati. — Crescit rarior in lapidosis asperis summarum alpium Altaicarum ad fl. Tschujam.

109. V. SERPYLLIFOLIA Linn. Spec. plant. 15. — Strm. Dtschlnds. Flor. Hft. 58. (ic. aen.) — Engl. bot. t. 1075. — Flor. Danic. t. 492. — Curtis, Flor. Londin. II. t. 2. — Poit. et Turp. Fl. Paris. I. 20. t. 20. — Krok. Flor. Silesiac. I. 15. t. 4. fig. A. B. — Ldb. Flor. Altaic. I. 36. — Bth. Scrophular. Ind. or. 45. — Rz. et Pav. Flor. Peruv. I. 6. — H. B. Kth. Nov. gen. et spec. pl. II. 389. — Rchb. Fl. Germ. excurs. 369. no. 2511. — Koch, Synops. fl. Germ. (edit. 1.) 529. — Bertol. Fl. Italic. I. 89. † — Foll. ovatis oblongisve subcrenatis, infimis minorib. subrotundis, floralib. superiorib. lanceolatis integerrimis; caule ramisque multifloris laxe racemosis, pedicellis erectis calycem subaequantib.; capsula compressa subrotundo-obcordata transverse latiore obtuse emarginata; stylo porrecto. 2. — Caulis simplex v. basi ramosus, inferne repens, deinde ascendens palmaris v. dodrantalis glaber v. pilosulus. Folia opposita obtusa integerrima v. crenata trinervia glabra v. pilosula, inferiora minora petiolata, superiora sessilia, superiora iterum minora saepeque alterna. Racemus elongatus pilosulus. Bracteae lanceolatae obtusae,

pedicello longiores v. ee breviores. — Calycis quadripartiti laciniae subaequales ovatae obtusae, interdum pubescentes. Corolla albida coeruleo-striata v. pallide coerulea striis saturatioribus percursa. — Habitu grandiore et firmiore, racemo elongato minusque hirsuto, corollae colore et longitudine stylo distinguitur a *V. alpina*. — *Veronica pratensis* Dodon, Pemptad. stirp. p. 41. — *Veronica minor serpyllifolia* Lobel. Icon. 472. — *Veronica erecta sylvestris* Rivin. Monop. irregul. t. 93. (luxurians). — *Veronica minima repens* Rivin. l. c. 99. — *V. ruderalis* Vahl, Enumer. plant. I. 66.

β. tenella: Foll. rotundis v. subrotundo-ovatis parvis; caule sterili prostrato, florifero erecto. — *V. tenella* All. Fl. Pedem. I. 75. t. 23. fig. 1. — (Fl. Wetterau. et Schm. Centur. Bohem.) — *Veronica pratensis Nummulariae folio, flore coeruleo* Pluken. Phytogr. t. 223. fig. 4.

γ. neglecta: Foliis quaternis verticillatis. — *V. neglecta* Schmidt.

δ. nummulariaefolia Thuill. — Foliis orbiculatis.

ε. humifusa: Prostrata: caulib. repentib.; foliis cordato-rotundatis pubescentibus. — *V. humifusa* Dicks. in Transact. of the Linn. Soc. II. 268. — (Crescit locis umbrosis lapidosis in Scotia).

ζ. hirsuta: Tota planta pilis brevissimis dense hirsuta. — Crescit locis graminosis per totam Europam, Sibiriam, Indiam orientalem, in America boreali et in regno Quitensi prope Santa Fe di Bogota inter segetes et in sylvaticis montis Quindiu.

110. V. HERNIARIOIDES Pourr. Chlor. Hispan. 60. — Lapeyr. Pyr. abr. Supplem. 4. — Foll. obovatis glabris integerrimis parvis, inferiorib. reflexis; caulib. prostratis diffusis radicantib.; racemo terminali denso ovato. ♃ — Corolla coerulea, tubo albo. — Crescit in Pyrenaeis ad Port de Jacca.

111. V. FONTANA Pall. ex Lnk. Enumer. pl. hort. Berol. I. 102. — Caule repente pubescente; foll. sessilib. ovatis obtusis crenatis glabris; bracteis foliaceis pedicello multo longioribus. ♃ — Crescit in Unalaschka et Kamtschatka.

112. V. TENELLA All. Pedemont. no. 272. t. 22. fig. 1. — Foll. omnib. petiolatis rotundatis rugulosis subcrenatis; caulib. repentib. calycibq. villosis. ♃ — Folia petiolo longiora. Flores coerulei v. purpurascentes longe pedicellati. — Pluk. Phytogr. t. 233. fig. 4. — Valde affinis *V. serpyllifoliae*, cujus certe erit varietas foliis longius petiolatis floribusque longius pedicellatis coeruleis, roseis v. purpurascentibus. — Crescit in alpibus Pedemontanis et Pyrenaicis.

113. V. MICROPHYLLA Kitaib. mss. in Schultes, Fl. Austriac. (edit. 2.) I. 29. — Foll. ovatis irregulariter crenatis; bracteis vix pedicellorum longitudine; caulib. ascendentib., basi repentibus. ♃ — Inter varietates *V. serpyllifoliae* removenda esse videtur. — Crescit locis arenosis in Hungaria.

114. V. TELEPHIIFOLIA Tournef. Corollar. 7. ex Vahl, Enumer. plantar. I. 64. — Glabra: foll. obovatis subintegerrimis v. extrorsum obsolete crenulatis petiolatis semiunguicularib., caulib. repentib. filiformibus. ♃ — Inter varietates *V. serpyllifoliaefoliae* removenda esse videtur. — Crescit in Armenia.

** *Spicatae:*

Herbae v. suffrutices foliis oppositis verticillatisve saepissime lanceolatis v. linearibus, floribus in spicas vel racemos saepe longissimos terminales axillaresque congestis. — Habitu plerumque erecto foliisque utplurimum ad formam lanceolatam transeuntibus sicuti florum spica saepius densissima jam primo intuitu satis differunt a speciebus omnibus supra enumeratis.

115. V. CATARACTAE Forst. Prodr. fl. no. 9. — A. Rich. Voyage de l'Astrolabe I. 189. † — Racemis terminalib. flexuosis; caulib. suffruticosis; foll. lanceolatis serratis. ♃ — Caulis bipedalis suffruticosus simplex prostrato-ascendens teres laevis vix ramosus. Folia petiolata opposita bipollicaria, internodiis duplo longiora, subtus albida glabra, serraturis apice callosis. Petioli breves teretiusculi. Spicae (racemus) terminales axillaresque palmares spithamaeve simplices flexuosi. Pedicelli filiformes patentes pollicares remotiusculi. Calycis quadripartiti laciniae

lanceolatae acutae, margine glabrae. Corolla irregularis, tubo brevissimo, limbi quadripartiti laciniis subrotundis, lateralibus majoribus, infima angustiore. Stamina corolla breviora. Capsula subinflata subrotundo-compressiuscula, apice emarginato-biloba glabra bilocularis. Semina.....? — Crescit in Nova Zeelandia.

116. V. SPECIOSA R. Cunn. mss. ad Hook. Bot Magaz. adnot. t. 3461. — Hook. Bot. Magaz. t. 4057. — Caule fruticoso erectiusculo v. diffuso; foll. oppositis planis obovatis coriaceis decurrentib., apiculo calloso obtuso, margine integerrimis coloratis incrassatis; racemis terminalib. brevib. erectis confertifloris; bracteis ovato-lanceolatis pedicello dimidio breviorib.; laciniis calycinis ovatis acutiusculis tenuissime ciliatis, dimidium tubi corollae subaequantibus. ♄ — Frutex spectabilis 3–6-pedalis, caulibus pluribus robustis ascendentibus et in loco natali valde insignis. Folia 3–4-pollicaria. Flores speciosi cyaneo-violacei facie fere *Lysimachiae atropurpureae*. Stamina exserta pistillum aequantia. Capsula bipartibilis elliptica acuminata glabra, calyce duplo longior. — Crescit in insula Nova Zeelandia septentrionali (ad fl. Hokianga) et ad oram occidentalem. — Ab indigenis vocatur *Napuka*.

117. V. LIGUSTRIFOLIA R. Cunn. mss. in Hook. l. c. adn. — Caule fruticoso; foll. ovali-oblongis v. anguste lanceolatis obtusiusculis integerrimis glabris; racemis pedunculatis terminalib. pubigeris folium subaequantib.; bracteis oblongo-lanceolatis pedicello duplo breviorib.; laciniis calycinis ovato-lanceolatis acutiusculis longitudine tubi corollini. ♃ — Frutex gracilis bipedalis. Folia opposita ovalia v. attenuato-lanceolata sessilia. Flores albidi spicato-racemosi. Calycis persistentis laciniae aequales. Corollae laciniae acutiusculae. — Affinis *V. angustifoliae* A. Rich. quae tamen differt spicis gracilibus pedunculatis axillaribus folio duplo et ultra longiorib., laciniis calycinis obtusis tubo corollino duplo brevioribus foliisque linearibus angustis acutis, subtus glaucescentibus. — Crescit in insulae Novae Zeelandiae septentrionalis collibus sylvaticis ad ripas fluminis Kaua-Kaua.

118. V. DIOSMIFOLIA R. Cunn. mss. in Hook. l. c. — Knwls. et Wstec. The Floral Cabin. III. 65. † t. 106. — Caule fruticoso erecto; foll. decussatis petiolatis lanceolatis acutis integerrimis lanceolato-serrulatisve, serraturis simpliciter incisis remotis, supra concavis laevib., subtus discolorib.; corymbis axillarib. terminalibq. multifloris; bracteis ovatis pedicello duplo breviorib.; laciniis calycinis ovalib. obtusis dimidium tubum corollinum aequantibus. ♄ — Frutex gracilis virgatus 3–12-pedalis, habitu omnino *Trachymenem* referens. Rami stricti erecti follosi. Folia 9 lineas longa evenia, subtus carinata. Flores albi. Capsula elliptica compressa acuta bipartibilis, calyce ciliato triplo longior. — Ab incolis *Piriti* appellatur. — Crescit in insula Nova Zeelandia septentrionali (in sylvis ad fontes fluminis Wycaddy, circa cataractas rivi Keri-Keri etc.).

119. V. CANA Wall. Catal. 401. ex Bth. Scrophul. Ind. orient. 45. — Basi procumbens: caule piloso v. lanato; foll. petiolatis ovatis inciso-crenatis, juniorib. canohirtis, demum glabratis; racemis paucis terminalib. axillaribq.; calycib. inaequaliter quadripartitis; capsulis late rhombeo-dilatatis integris. ♃ — In Nepalia, Gossain Than et Kanaour crescit.

120. V. SPURIA Linn. Spec. plantar. 13.*) — Koch, Synops. fl. Germ. et Helvet. (edit. 1.) 527. — Foll. oppositis ternis quaternisq. oblongo-lanceolatis lanceolatisve acutis simpliciter v. subduplicato-serratis; racemis terminalib. subpaniculatis

*) Hanc et duas sequentes, quibus comprehenduntur, Veronicae spicatae Germanicae aliis limitibus circumscribendas esse credidit **L. Reichenbach.**

1. *V. SQUAMOSA Prel. Flor. Cechic. 2. — Rchb. Fl. Germ. excurs. 370. no. 2516. — Stricticuscula: foll. inferiorib. obtusis; calyce acuto pilis incanis ciliato, post anthesin subinaequali, capsulam excedente; racemi fructiferi interrupti bracteis divergentibus. ♃ — Glabriuscula aut saepius breviter et molliter pubescens, superne non raro glandulosa. Racemus ante anthesin non comosus. Capsula orbiculata emarginata turgida parva.*

elongatis laxiusculis; bracteis lineari-lanceolatis pedicellum aequantib. v. ee breviorib.; capsula subrotunda emarginata turgida. 2. — Variat pedicellis bracteam aequantibus et duplo triplove superantibus, foliis lanceolatis fereque ellipticis,

---

α. Vaillantii: *Spithamaea et ultra, foliis superiorib. lineari-oblongis subintegerrimis, infimis rotundatis serratis; calyce extus squamuloso-piloso.* — *Vaill. Paris. bot. t. 33. fig. 4. (optima).*

β. Barrelieri: — *Foll. elliptico-spathulatis ellipticisque crenatis.* — V. Barrelieri *Schott mss. in Roem. et Schult. Syst. veget. I.* 94. — Veronica mas recta latifolia, spica coerulea *Barrel. Icon.* 662. — V. spicata ε. nitens *Koch, Synops. ß. Germ. (1. edit.)* 528.

γ. nitens: *Glabra nitida gracilis: foll. angustioribus, corolla dilutius coerulea acuminata.* — *Barrel. Icon.* 661. — V. nitens *Host, Flor. Austriac.....?*

δ. Clusiana: *Elatior: foll. lineari-lanceolatis elongatis, omnib. crenato- et subduplicato-serratis.* — *Clus. Histor.* 346. *fig.* 2. — V. Clusii *Schott ex Roem. et Schult. Syst. veget. I.* 94. — [V. hybrida *Schmidt, Flor. Bohem.* 8. — V. spicata *Vahl, Flor. Danic. t.* 521†]

ε. Linkiana: *Foll. caulinis cuneato-lanceolatis serratis, acumine integerrimo.* — V. brevifolia *Lnk. Enumer. pl. hort. Berol. I.* 21. — V. brachyphylla *Roem. et Schult. Syst. veget. I.* 96. — *(Foliis remotius argute serratis.* — V. arguta *H. Berol.* 1820.*)* — *Variet. α. et β. si tota tomento magis minusve candido obducta:* V. incana *Linn. Spec. plant.* 14. — *Vahl, Enumer. I.* 39. — *Ldb. Flor. Altaic. I.* 32. — *Hffm. Comment. Goetting. XV.* 123. *t.* 6. — V. canescens *Pall. Itin. II.* 722. — [*Racemo terminali solitario; foll. lanceolato-oblongis crenatis integerrimisve obtusiusculis cauleque erecto incano-tomentosis.*] — *Crescit in collibus apricis calcareis et arenosis per totam Germaniam (β. et γ. in australi) et in Sibiria Altaica (var.* incana*).*

2. *V. ORCHIDEA Crntz. Stirp. Austriac. II.* 333. † — *Bot. Magaz. t.* 2210. — *Roch. Bannat. fig.* 42. — *Rchb. l. c. no.* 2517. — *Superne stricta: foll. subcoriaceis, inferiorib. rotundatis; calyce sessili acuto molliter puberulo; corollae lacinius lineari-acuminatis.* 2. — [V. spicata ζ. cristata *Koch, Synops. ß. Germ. (edit. 1.)* 528.] — *Foliis latissimis* V. cristata *Brnhrdi. Ueber einige Ehrenpr.* 14—21. — V. Crantzii *Schult. Observ. botan.* 16. — V. hybrida *M. Bieb. Flor. Taur. Caucas. I.* 8. — V. crassifolia *Kitaib. mss. ex Roem. et Schult. Syst. veget. I.* 96. — *C. Bauh. Hist. pl. III.* 363. *ic.* — *Moris. Oxon. Histor. II. sect.* 3. *t* 22. *fig.* 2. — V. arguta *Moretti, De quibusd. pl. Ital. dec. II.* 6. — *Firma: folia plerumque lanceolata et ovata, infima elliptico-spathulata, spica ex ovata basi conica compacta, ante anthesin comosa! in culta tamen laxior et folia longiora, caulina semper per paria remota, cultae patentissima v. deflexa (Clus.* 346. *fig.* 1.*): plerumque tota herba nitida, auctumno purpurascens, occurrit vero etiam molliter pubescens et subtomentosa, foliis lineari-lanceolatis, corolla cyanea dilute coerulea aut alba, capsula compressa non emarginata.* — *Crescit in collibus sylvaticis calcareis in Austria, Hungaria, Transylvania, in Italia superiori et in Sibiria Altaica.*

3. *V. SPICATA Linn. Spec. plant.* 14. — *Rchb. l. c. no.* 2518. — *(Bertol. Fl. Italic. I.* 62. *excl. var. γ.) — Ascendens: foll. plurib. acutis; calyce subaequali, pilis concoloribus aequaliter puberulo; racemo ante anthesin comoso, fructifero compacto; bracteis capsulae orbiculari-emarginatae calycem excedenti adpressis.* 2.

α. minor: *Palmaris v. semipedalis.* — Veronica spicata minor *C. Bauh. Pinx.* 247. — *Vaill. Bot. Paris.* 200. *t.* 33. *fig.* 4. — *Zannichell. Istoria delle piante* 213. *t.* 73. *fig.* 1. *et* 2. — Veronica recta minima *Clus. Histor.* 347. *(fig. infera).* — V. Sternbergiana *Brnhrdi. mss. in Willd. Hb.* 161. (V. spicata β. nitens *Koch Synops. edit.* 1. 518.) — V. spicata *Sm. Engl. bot. t.* 2.

β. major: *Spithamaea v. pedalis: foll. ovato-lanceolatis, saepe racemis pluribus.* — V. spicata *Flor. Danic. t.* 52. — V. australis *Schrad. Comment. Veronic. no.* 9. *tab.* 2. *fig.* 3. — V. longibracteata *β.* poliocaulis *Lnk. Jhrbchr. I.* 36. — V. rugosa *Horlor.* — V. laeta *Hortor.* — V. menthaefolia *Schott. in Roem. et Schult. Syst. veget. I.* 96. *(excl. syn. Clus.)*

** *Magis minusve cinereo-tomentosa.* — V. canescens *Schrad. Comment.....* — V. pallens *Host, Fl. Austriac.....?* — V. incana *Willd. Spec. plant. I.* 56? — *Waldst. et Kitaib. Plant. rar. Hungar. III.* 271. *t.* 244. — V. media *Scemsk Bot. t.* 500. — V. neglecta *Vahl, Enumer. I.* 39.

γ. hybrida: *Foliis inferioribus latioribus ellipticis; caule mono-polystachyo.* — V. spicata *Poit. et Turp. Flor. Paris. I.* 19. *t.* 19. — V. hybrida *Linn. Spec. plant.* 14. — *Engl. bot. t.* 673. — *Schrad. Bot. Journ.* 1799. *t.* 3. — *Rag, Angl. t.* 11. *fig.* 1.

Humilior subsequentibus, rarius glabrescens, sed puberula, pubescens, superne saepe glandulosa, racemus non interruptus, a basi amplus, multo crassior ac in V. squamosa *(cf. adnot. no.* 1.*), capsula duplo major, corolla dilute coerulea aut alba elongata acuta, calyx subcoriaceus acutiusculus.* — *Crescit in pratis subalpinis Europae praesertim mediae et australis.*

4. *V. CRENULATA Hffm. Phytogr. Bl.* 95. *t. E. fig.* 3. — *Vahl, Enumer. I.* 37. — *Rchb. l. c.* 2519. — *Ascendens: foll. brevib. ovalis lanceolatisq. numerosis inciso-*

longius v. brevius acuminatis, serraturis simplicibus et duplicatis. Foliorum apex magis minusve integerrimus est et bracteae saepe pedicellos, numquam autem calyces aequant. Variat porro:

α. Schraderi Koch l. c. — Foll. lanceolatis brevius acuminatis, serraturis remotis, sed non semper aequalibus, pedicellis plerumque longis. — *V. spuria*

---

serratis; calyce inaequali acuto aequaliter puberulo; corolla antice denticulata; racemo fructifero laxo; bracteis calyci capsulam infra excedenti adpressis. ♃ — *Corolla obtusa, calycis subcoriacei partitiones ovato-acutae, racemus virgineus adpresse comosus, capsula minor ac in praecedente.*

Sectio I. OURISIA Commers.

Calyx bilabiatus, labio superiore tridentato, inferiore bifido. Corollae limbus erectus, tubi medii parum ampliati et subcurvati vix sextam partem aequans.

1. OU. MAGELLANICA Grtnr. fil. De fructib. et seminib. pl. III. 44. t. 185. — Poepp. et Endl. l. c. † t. 4. — Caule repente; foll. radicalib. cordato-ovatis ellipticisve duplicato-serratis longe petiolatis, caulinis reniformib. oppositis semiamplexicaulib.; pedunculis axillarib. solitariis elongatis unifloris; calycis bilabiati ciliati labio superiori tridentato, inferiore bifido. 2 — Herba 3–5-pollicaris decumbens parce ramosa. Caules basi procumbente petiolis annorum praeteritorum vestiti, dein strictiusculi, foliosi, folia (sic dicta) radicalia longe petiolata acutiuscula inciso-serrata, serraturis duplicatis, utrinque concolora glabra. Caules floriferi folia dimidio superantes, paribus foliorum semiamplexicaulium paucis muniti. Pedunculi ex axillis foliorum subfastigiati teretes ebracteati, pollicares v. sesquipollicares. Flores pulchre coccinei 9 lin. longi. Calycis labium superius tridentatum v. breviter trifidum, inferioris sextante brevioris laciniae fere basin usque liberae, omnes acutiusculae trinerves glabrae, ad marginem pilis longis albidis ciliatae. Corolla infundibuliformis calyce plus duplo longior, limbi laciniis subaequalibus obcordatis obtusis erectis v. vix apice patentibus. Capsula subglobosa rostrata didyma membranacea, ab apice loculicide bivalvis. Semina plurima fusiformia pallide rufescentia. — *Chelone ruellioides* Linn. fil. Suppl. pl. 271. — Crescit in Chili australis Andibus Antucensibus.

Sectio II. DICHROMA Cav.

Calyx aequaliter quinquepartitus. Corollae limbus patens, tubi recti cylindrici tertiam v. dimidiam partem aequans.

2. OU. MACROPHYLLA Hook. Icon. plantar. t. 545. et 546. — Repens: foll. longe petiolatis oblique cordatis crenatis; scapo (petiolisq. hirsutis) diphyllo; foll. oppositis ovatis serratis sessilib.; umbella prolifera; involucro suboctophyllo, foliolis lanceolatis serratis; calyce obliquo corollisq. hirsutis. 2 — [Herba 14 pollices alta, scapus pedalis, 3 circiter pollices infra apicem diphyllus, folia rhizomatis repentis petiolis 3–4-pollicaribus, basi membranacea longe petiolata, dilatata semiamplexicaulia, lamina 2–2½-pollicari, 2–2¼ pollices lata, cordata serrato-crenata. Flores pedunculati (pedunculi 1¼ poll. longi) octoni verticillati, verticillis superpositis, unde eos dicere potes prolifero-umbellatos. Corollae laciniae

lanceolato-lineares acutae pilosae, limbi corollini incisuras fere attingentes. Corolla laciniae obtusae rotundatae, superiores binae breviores, inferiori protracta. Capsula ovata glabra, calycis duas tertias attingens.] — Crescit in Novae Zeelandiae monte Egmont.

3. OU. INTEGRIFOLIA R. Br. Prodr. fl. Nov. Holl. 439. (edit. N. ab E. 295.) — Glabra: caule repente; foll. subovatis integerrimis; pedunculo terminali subsolitario; calyce profunde quinquefido aequali. ♃ — Crescit in insula Van Diemen.

4. OU. COCCINEA Pers. Enchir. bot. II. 169. — Poepp. et Endl. l. c. 5. † — Foll. radicalib. cordato-ovatis duplicato-crenatis, subtus violaceis hirto-pubescentib., petiolis cauleq. villosis; pedunculis paniculatis calyceq. aequali corolla sexies breviore, pilosis. ♃ — Herba 15-20-pollicaris tota villis brevibus fuscis magis minusque dense tecta. Folia radicalia petiolo 2-4-pollicari suffulta magis minusve obtusa duplicato-crenata, supra parce villosa, subtus violacea, juniora rubentia, in nervis venisque villosissima, 2-4-pollicaria, basi vix quadrante angustiora. Caulis strictus simplicissimus, rarissime ramosus hirtus. Folia caulina pauca opposita sessilia ovato-oblonga inciso-serrata v. interdum sublobata. Pedunculi axillares paniculati solitarii v. gemini ebracteati rigido pilosi. Flores coccinei 10 lin. longi. Calycis laciniae lanceolatae acutae pilosae, fere basin usque liberae. Corolla infundibuliformis, limbi laciniae obcordatae obtusae, superiores duae paullo minores patentiusculae, tertiam tubi partem adaequantes. Capsula globosa calyce persistente tecta apiculata piso paullo major. Semina compresso-plana. — *Dichroma coccinea* Cav. Icon. plant. VI. 30. t. 293. et Anales des ciencias naturales III. 233. † t. 32. — Crescit in Chili australis Andibus Antucensibus locis umbrosis ad flumen Rucuë.

5. OU. PALLENS Poepp. et Endl. l. c. † t. 5. — Foll. radicalib. cordato-suborbiculatis crenatis glabriusculis, petiolis villosis; caule superne, pedunculis paniculatis calycibq. aequalib., corollae regularis tubo subduplo breviorib. glaberrimis. ♃ — Herba 5-10-pollicaris facie *Primularum*. Folia radicalia longe petiolata (petiolis 2-3-pollicaribus) cordato-orbiculata, 2½ pollic. longa ac fere totidem lata obtusissima concolora, ad nervos venasque rufescenti-villosa, caeterum glaberrima. Caulis scapiformis gracilis, apice saepe nutans, paribus foliorum aliquot spathulatorum sessilium profunde inciso-dentatorum instructus. Pedunculi axillares uniflori solitarii in racemum (nec paniculam ut ajunt auctores) brevem dispositi. Flores 7 lin. longi carnei v. albi. Calycis laciniae lineari-lanceolatae acutae. Corollae infundibuliformis laciniae obtusae patentes leviter emarginatae. Capsula piso paullo minor, ad suturas profunde sulcata loculicida. — In Chili australis Andibus Antucensibus locis rupestribus convallis Quillay-Leuvu.

6. OU. ALPINA Poepp. et Endl. l. c. † t. 6. — Foll. radicalib. cordato-oblongis duplicato-crenatis, petiolis cauleq. villosis; pedunculis corymbosis calycibq. aequalib; corollae regularis tubo dimidio breviorib. glaberrimis. ♃ — Herba quadri-sexpollicaris omnino facie *Primularum*, fusco-villosa. Folia radicalia longe petiolata (petiolis 1½-2-pollicaribus) obtusa v. obtusissima, interdum fere reniformia pollicaria, 9 lin. lata, supra obscure viridia nitidula parce pilosa, subtus pallidiora, ad nervos villosissima. Caulis strictus foliorum sessilium inciso-dentatorum vix 6 lin. superantium paribus aliquot instructi. Pedunculi ex foliorum axillis solitarii geminive uniflori in corymbum brevem 4-9-florum collecti. Calycis laciniae lanceolatae acutae glaberrimae. Corolla 7-8 lin. longa splendide coccinea, laciniis longitudine tubi obovatis obtusis patentibus. Capsula.....? — Crescit in Chili australis Andium summo vertice Pico de Pilque.

7. OU. MICROPHYLLA Poepp. et Endl. l. c. † t. 7. — Suffruticosa glabra: foll. ovalib. sessilib. dense quadrifariam imbricatis coriaceis; pedunculis axillarib. solitariis unifloris abbreviatis; staminib. tubo corollino dimidio brevioribus. ♃ — Suffrutex ramosissimus 3-5-pollicaris glaberrimus. Caules diffusi, basi inde foliosi, ramulis erectis secundis, sterilibus saepe nutantibus. Folia basi remotiora, superiora dense quadrifariam imbricata dimidiam lineam longa, ramulorum minora, sterilium acutiora magis herbacea, floriferorum coriacea glaberrima laete viridia, ad

lentem subtilissime granuloso-punctata, hinc inde glandulis breviter pedicellatis adspersa. Pedicelli versus apices ramulorum ex axillis foliorum simplices strictiusculi 2–3 lin. longi subcorymboso-racemosi uniflori. Calycis laciniae late lanceolatae sub lente subtilissime pubescentes. Corolla fere semipollicaris roseo-lilacina, limbi laciniae latiusculae subtruncatae undulatae. Capsula calyce quadrante brevior globosa didyma styli rudimento superata membranacea. Semina plurima irregulariter oblonga pallide rufescentia. — Crescit in Chili australi in rupium basalticarum fissuris ad Tvun Leuwu et in Sierra Veluda in Andibus Antucensibus.

8. OU. POLYANTHA Poepp. et Endl. l. c. 4. † — Suffruticosa: ramis pubescentib.; foll. ovalib. sessilib. per paria remotis membranaceis; pedunculis axillarib. solitariis unifloris elongatis; staminib. tubum corollinum aequantibus. 4. — Suffrutex elegans praecedenti affinis eaque omnibus partibus duplo major, basi ramosissimus spithamaeus puberulus, radix apice in rhizoma crassum lignosum e pluribus caulibus arcte intertextis conflatum extensa. Caules plures pollicares tandemque spithamaei alterne ramosissimi dense caespitosi foliosi, steriles floriferis conformes intermixti. Folia ovata sessilia decussata, paribus invicem tres lineas distantibus, lineam longa obtusa coriacea laete viridia, sub lente pulverulento-punctata tenuiter pubescentia. Pedicelli 2–3 in ramulorum apice axillares solitarii uniflori folio triplo quadruplove longiores filiformes. Calycis laciniae lanceolatae obtusae pubescentia fasciculata glandulosa ornatae. Corollae 10 circiter lineas longae nitide coccineae infundibuliformis limbi (intus flavi) laciniae brevissimae rotundatae vix emarginatae patentiusculae. Capsula...?...? — Crescit in Chili australis Andibus locis frigidis.

† *Species non satis nota.*

9. OU. PINNATA Wall. mss. ex Bth. Scrophul. Indic. 47. — Piloso-hispida: foll. pinnatisectis, segmentis oblongo-cuneatis incisis. 4. — Capsula ut in *Sibthorpia* apice unilocularis videtur, sed in exemplaribus suppetentibus immatura est siccatione nimis compressa. — *Mazus pinnatus* Wall. Catal. 3915. — Crescit in India orientali.

3987. HEMIPHRAGMA *Wall.*

(Wall. Transact. of the Linn. Society XIII. 611. — Meisn. Gener. plantar. vascular. I. 306. II. 217.)

1. H. HETEROPHYLLUM Wall. l. c. — Wall. Tentam. fl. Nepalens. illustr. 17. † t. 8. — Bth. Scrophul. Indic. 48. — Caulis gracillimus pedalis v. bipedalis prostratus, per distantiam trium pollicum v. quatuor radicans, radiculis simplicibus pallidis fibrillosis, obsolete quadrangularis, epidermide fuscescente secedente. Rami pauci, versus extremitatem caulis tenerrimi breves indivisi oppositi acutanguli asperuli a pilis brevibus articulatis patentibus hyalinis. Folia biformia. Caulina ovato-cordata subreniformia plana patentia membranacea citius marcescentia, opposita fereque amplexicaulia brevissime petiolata unguicularia ad pollicaria, remota, interdum pollices plures distantia obtusa acutiuscule et late dentata, lobis baseos integris rotundatis, utrinque pilosula, subtus trinervia leviterque reticulato-venosa, siccitate ferruginea, superiora et ramealia ovata v. suborbiculata pauca bracteaeformia, illis ter quaterve minora. Folia alia subulato-acerosa bi- v. trilinearia semiteretia, supra sulcata pilosula acuta laete viridia nitida sessilia, undique patentia, 20–30 circiter conferta in fasciculos ovatos unguiculares breviter petiolatos patentes axillares et oppositos foliis caulinis v. terminales. Petioli foliorum majorum vix 2–3-lineares, supra sulcati pilosuli, lineola elevata tenerrima caulem v. ramum ambientes. Stipulae nullae. Flores parvi solitarii axillares foliorum v. terminales fasciculorum, pedicello insidentes brevissimo villoso ebracteato. Calyx subovatus persistens dense villosus profunde quinquepartitus, laciniis patentiusculis linearibus purpureo-acutis. Corolla rosea calyce duplo major infundibuliformis glabra, tubus obsolete tetragonus, medio inflatus flavescens, limbus patens 5- v. rarius 6-fidus admodum obscure bilabiatus, ae-

stivatione imbricatus, laciniis ovalibus obtusis nunc subretusis, duabus superioribus parum latioribus. Faux pervia nuda. Stamina 4 aequalia parum supra faucem elevata, medio tubi inserta, antheris ovatis erectis parum conniventibus, utrinque longitudinaliter dehiscentibus nudis. Pistillum staminibus parum brevius, ovarium subrotundum laeve, disco hypogyno exiguo annulari flavicante suffultum biloculare polysporum, ovulis insertis placentae, dissepimento apice minute perforato utrinque adnatae, stylus teres brevis, stigma leviter incrassatum simplex acutum. Bacca ovato-globosa magnitudine *Pisi*, stylo persistente coronata, suffulta calyce patentissimo, haud acuta coccinea laevis nitida, inscripta lineis gracillimis impressis quatuor e vertice cruciatim decurrentibus commissuras valvarum mentientibus, cultro difficilius in totidem valvulas partibilis, nunquam sponte dehiscens, membrana exterior tenuissima chartacea, mesocarpium spongiosum pallidum, basi copiosius, vertice tenuius. Dissepimentum incompletum membranaceum tenuissimum, vertice perforatum, hiatu inverse triangulari, aetate ultra medium baccae deorsum extenso. Placentae duae semiunato-bicornes spongiosae convexae, hiatui dissepimenti utrinque adnatae ibique confluentes, medio crassiores, sursum attenuatae rugulosae. Semina minuta pallide ferruginea ovata sessilia punctata mox soluta fundumque baccae utrinque occupantia. Integumentum simplex. Perispermium carnosum aqueo-pallidum tenue, semini conforme. Embryo dicolytedoneus. Radicula centripeta. — An ad *Solanaceorum* castra removendum? — Crescit frequentissime in montibus Nepaliae.

3988. LEUCOPHYLLUM *Humb. et Bonpl.*

(Humb. et Bonpl. Plant. aequin. II. 95. t. 109. — Meisn. Gener. pl. vascul. I. 306. II. 217.)

1. L. AMBIGUUM Humb. et Bonpl. l. c. — H. B. Kth. Nov. gener. et spec. pl. II. 300. — Rami sparsi retroflexi. Folia elliptica obtusa, basi acutiuscula, 6–11 lin. longa. Corolla violacea, palato aurantiaco. ♄ — Prope Actopan Mexicanorum.

**ARAGOACEAE* D. Don, Edinbrgh. new philos. journ. XIX. 113.

Calyx 4–5-phyllus persistens, basi bracteatus. Corolla hypocrateriformis regularis decidua, limbo quadripartito patenti aequali, aestivatione convoluta. Stamina 4 aequalia, sinubus corollae inserta, filamenta basi barbata. Antherae bilobae, loculis apice omnino confluentibus. Pistillum 1. Ovarium biloculare. Stylus filiformis. Stigma capitatum indivisum. Capsula quadrivalvis bilocularis, loculis tetraspermis. Dissepimentum utrinque placentiferum, demum liberum. Semina erecta imbricata compressa, margine membranaceo-alata, testa membranacea reticulata. Albumen copiosum carnosum. Embryo rectus axillis inclusus. Cotyledones oblongae compressae. Radicula teres obtusa, cotyledonibus triplo longior, infera. — Frutices Novo-Granatenses facie cupressina ramosissimi, ramis oppositis. Folia quadrifariam imbricata coriacea integerrima. Flores axillares solitarii subsessiles albi.

Tribus osculans *Personatis*, *Polemoniaceis* et *Bignoniaceis* pariter affinis, ab his stigmate omnino indiviso et calyce polyphyllo, ab illis corollae regularis aestivatione convoluta distinguitur. *Polemoniaceis*, imprimis *Diapensiae* convenit corolla regulari, aestivatione convoluta, staminum insertione, seminibus alatis, attamen discrepat stigmate omnino indiviso et capsula biloculari.

3989. ARAGOA *Humb. Bonpl. et Kth.*

(H. B. Kth. Nov. gener. et spec. plant. III. 154. — Meisn. Gener. plant. vascular. I. 306. II. 217. — G. Don, General syst. of gard. and bot. IV. 237.)

1. A. CUPRESSINA H. B. Kth. l. c. 156. † t. 216. a. — G. Don l. c. fig. 25. — Foll. squamaeformib. ovato-deltoideis arcte adpressis, margine obsolete lanatis; fauce

corollae villosa. ♁ — Corollae laciniae obovatae calycisque segmenta ciliata. Antherae cordatae reniformes. Filamenta basi villosa. — *A. juniperina* H. B. Kth. l. c. t. 216. b. — Crescit juxta Santa Fe de Bogota.

2. A. ABIETINA H. B. Kth. l. c. 156. † t. 217. — Ramis glabris; foll. linearib. patulis obsolete ciliatis; corollae fauce nuda. ♁ — Rami 3–4-ni verticillati. — Crescit juxta Santa Fe de Bogota.

Tribus X. *GERARDIEAE* Bth. Scrophul. Indic. 48. — Endl. Gener. plant. p. 690.

Corolla campanulata infundibuliformis v. tubulosa, limbo quinquefido, laciniis rotundatis planis. Stamina quatuor, omnia ascendentia fertilia. Antherae biloculares, loculis discretis, saepe acuminatis. Capsula biloculari loculicide v. septicide bivalvis, valvis indivisis v. bifidis. Semina nucleo saepissime intra testam laxam reticulatam arilliformem minimo.

3990. ESCOBEDIA *Rz. et Pav.*

(Rz. et Pav. Syst. fl. Peruv. 159. — Meisn. Gener. plant. vascul. I. 308. II. 219. — Bth. in Hook. Compan. bot. Magaz. I. 202.)

1. ESC. SCABRIFOLIA Rz. et Pav. l. c. — H. B. Kth. Nov. gener. et spec. plant. II. 371. † t. 174. — Bth. l. c. — Foll. ovatis oblongisve, basi cordatis, dentatis. ♃ — [Herba ultra bipedalis strictissima, simplex v. ramosa, rami sulcati hirsuti. Folia 3–4-pollicaria sessilia, 1½ poll. lata v. interdum latiora, lanceolata, utrinque acuminata v. elliptica, basi rotundata, v. subcordata semiamplexicaulia, fere basin usque crenato-serrata. Flores axillares maximi solitarii breviter pedicellati, sub calyce bibracteati, bracteae minutissimae ovales obtusae linea una vix longiores. Calyx tubuloso-campanulatus sesquipollicaris. Corollae tubus cylindricus tripollicaris, limbus 2½ pollices diametro tenet, laciniae suborbiculares undulatae obtusissimae aequales. Antherae sagittatae.] — *Buchnera grandiflora* Linn. fil. Supplem. 287. — *Silvia curialis* Arrabida, Flor. Fluminens. I. t. 149. — *Azafran* incolis auditur. — Crescit in scopulosis regni Novo-Granatensis inter urbem Mariquitae et fodinam Sanctae Anae, in Andibus Peruvianis et in Brasiliae provincia Minarum generalium.

2. ESC. LINEARIS Schlchtd. Linnaea VIII. 246. — Bth. l. c. — Foll. longe linearibus. ♃ — Praecedenti maxime affinis eodemque modo ac illa scabrifolia, sed foliis linearibus facilis dignotu. Planta bipedalis: caulis simplex, inferne subhispidus, aetate calvescens. Folia 4–5-pollicaria, 2–2½ lineas lata, denticulis remotis instructa, in siccis fere complicata, inferiora breviora obtusiora, basi 5–7-nervia, nervis lateralibus debilioribus, mox evanidis. Calyx 2½ pollices longus, dentibus 4–5 lineas longis triangulari-acuminatis. Tubus corollae calyce sesquipollice longior, limbi diametro bipollicari. Caulis ima pars et radix pulvere croceo e fissuris epidermidis quasi progrediente tecta, hinc et nomen vernaculum *Azafran*. — *Escobedia laevis* Cham. et Schlchtd. Linnaea V. 108. — Crescit in Mexico locis graminosis ad Hacienda de la Laguna.

3. *ESC. STRICTA Zucc. mss. ex Steud. Nomencl. bot. (edit. 2.) I. 598. — Species quantum ego scio indescripta. — Crescit in Mexico.

3991. PHYSOCALYX *Pohl.*

(Pohl, Plant. Brasiliens. I. 63. t. 53. — Meisn. Gener. plantar. vascul. I. 308. II. 220. — Bth. in Hook. Compan. bot. Magaz. I. 202.)

1. PH. MAJOR Mart. Nov. gener. et spec. pl. Brasil. III. 2. † t. 201. — Bth. l. c. — Foll. ovatis v. ovato-oblongis obtusis mucronulatis; bracteolis infra flores subulato-linearib.; filamentis glabris; antheris dorso barbatis. ♃ — Fruticulus 4–6-pedalis erectus, apice v. ab ipsa basi ramosus glaber teretiusculus v. obsolete tetragonus. Rami similes. Folia alterna aut ramealia subopposita imbricata

brevissime petiolata sesquipollicaria v. pollicaria crassiuscula coriacea obtusa rotundata, nervo medio in mucronulum excurrente, utrinque glabra laevigata integerrima. Flores speciosissimi in racemum terminalem densum v. laxiusculum semipedalem v. etiam longiorem digesti. Bracteae pedunculorum longitudine semipollicares. Pedunculi axillares et supraaxillares, supra medium articulati bibracteolati, bracteolis lineari-setaceis. Calyx pollicaris pulchre miniatus tubuloso-ventricosus glaber, dentibus triangulari-acuminatis. Corolla calyce longior pulchre coccinea subcurvata glabra, limbi laciniae subrotundatae aequales, deinde patenti-reflexae, tubus fulvescenti-pubescens. Filamenta glabra, antherae dorso barbatae. Capsula.....? — Crescit in amoenis campis subalpinis in Brasiliae provincia Adamantium.

2. PH. MINOR Mart. l. c. 4. † t. 202. — G. Don, General syst. of gard. and bot. IV. 562. no. 2. fig. 54. — Bth. l. c. — Foll. obovatis acutiusculis; bracteolis infra flores subulato-linearib.; filamentis glabris; antheris dorso barbatis. ♃ — Fruticulus 2-4-pedalis, inferne simplex, superne inordinate ramosus. Rami obsolete tetragoni, spongioso-corticati longitudinaliter rimosi, cicatricibus foliorum delapsorum orbicularibus insigniti. Folia vix brevissime petiolata arcte quadrifariam imbricata unguicularia, 4 lineas lata, obovata acutiuscula nec tamen mucronulata coriacea crassa, utrinque glabra, subtus pallidiora. Flores inter folia suprema sparsi axillares. Pedunculi pollicares pubescentes medio articulati bibracteolati, bracteolis spathulato-lanceolatis tres lineas longis, unam latis. Calyx basi valde inflatus, ore contractus, inde ovatus, unciam longus, glaber, pulcherrime sed dilutius quam in praecedente miniatus, dentes ovato-triangulares, supremo majori. Corolla e calyce parum eminens pulcherrime coccinea, limbi hypocrateriformi-patentis laciniae ovato-orbiculares, extus glandulosae, margine pilosulae. Filamenta basi villosula, antice glabra, antherae glabriusculae. Capsula ad summum unc ialis coriacea ovato-oblonga acuta brunnea bivalvis. Semina plurima oblonga compresso-scobiformia fusca sesquilineam longa, densissime imbricata. — Crescit in altis campis in Brasiliae provincia Adamantium.

3. PH. AURANTIACUS Pohl, Plantar. Brasil. icon. et descript. I. 65. † t. 53. — Bth. l. c. — Rchb. Flor. exotic. t. 293. — Foll. obovato-ellipticis; bracteolis infra flores oblongo-lanceolatis; filamentis superne antherisq. dorso villosis. ♃ — Caulis frutescens pedalis ramosus erectus aphyllus suberosus; rami erecti subdichotomi inermes foliosi. Folia sessilia crassa coriacea alterna imbricata ovali-elliptica integerrima obtusa glabra, supra nitida, subtus luteo-viridia 6-9 lin. longa, 4-6 lin. lata. Pedunculi solitarii axillares terminalesque uniflori (ad 14 lin. longi) ad medium bibracteati, bracteae oblongae acutae. Calyx subincurvatus inflatus aurantiacus corolla brevior, ore angustatus obliquus et inaequaliter quinquedentatus, 13 lin. longus, 7 lin. diametro tenens. Corolla tubulosa incurvata calyce longior, tubo apice inflato, ore contracto, limbo quinquelobo, laciniis rotundatis, impari inferiore obcordata reliquis majori. Stamina didynama, supra medium cum antheris piloso-barbata. Capsula coriacea elliptico-acuta glabra laevis, ad suturas impressa cano-brunnea semipollicaris. Semina numerosissima longissima paleacea ferruginea. — Crescit in montium verticibus locis glareosis petrosis inter Rio Jequitinhonha et Sitio Columbi in provincia Minarum Generalium Brasiliae.

† *Species e genere excludenda.*

PH. RHINANTHOIDES Cham. et Schlchtd. = MELASMA RHINANTHOIDES.

3992. MELASMA *Bergius.*

(Bergius, Flor. Capens. 162. t. 3. fig. 4. — Meisn. Gener. plantar. vascular. I. 308. II. 230. — Bth. in Hook. Compan. bot. Magaz. I. 202.)

1. M.? HISPIDUM Bth. l. c. — Piloso-hispidum: foll. lanceolatis subdentatis, basi angustatis; pedunculis apice bracteatis. ♃ — Tota planta pilis albis rigidis hispida (exceptis corolla et capsula), pilorum calli permanentes, unde tota fit planta asperrima. Caulis tripedalis leviter quadrangularis, superne parce ramosus. Folia

inferiora alterna, superiora subopposita, breviter petiolata lanceolata acuminata, basi longe attenuata, integerrima aut sinuato-denticulata, cum petiolo quadripollicaria, ultra pollicem lata. Folia superiora sensim minora deinde in bracteas abeunt anguste lanceolatas. Flores axillares pedunculati pseudooppositi bibracteati, pedunculi pollicares hispidi, apice bibracteolati, bracteolis lanceolatis patentibus reflexisve. Calyx 9–10 lin. longus, dein auctus ultra pollicaris campanulato-pentagonus 5-fidus, laciniis triangularibus submucronulatis. Corolla glabra fere sesquipollicaris oblique subventricoso-campanulato-infundibuliformis, lobis ovalibus obtusis integerrimis. Capsula subglobosa paululum compressa, diametro semipollicari. Semina elongato-cuneiformia 1½ lin. longa. — *Lyncea hispida* Cham. et Schlchtd. Linnaea V. 109. † VIII. 24. — Crescit in Mexico in sylvaticis prope Hacienda de la Laguna.

2. M. (PHYSOCALYX Cham. et Schlchtd. Linnaea VIII. 23. †) RHINANTHOIDES Bth. l. c. — Scaberrimum: foll. oblongis subdentatis, basi vix angustatis; pedunculis calyce breviorib. medio bracteatis. ♃ — Spithamaeum, bipedale v. elatius, facie et inflorescentia *Rhinantho* haud dissimile: caulis erectus superne ramulosus dense pilosus. Folia pseudo-opposita, basi trinervia, marginis subsinuati dentes triangulares haud crebri interdum obsoleti, caulina maxima subtripollicaria, vix semipollicari latitudine, folia superiora sensim minora. Pedunculi axillares solitarii uniflori (¼–½ poll. longi) medio bibracteati, bracteis lanceolatis parvis. Calyx extus scaber, intus molliter pubescens, quinquestriatus et quinquedentatus, dentibus triangularibus acuminulato-mucronatis, dorsali paululum minori, florifer tubuloso-campanulatus semipollicaris, fructifer valde inflatus physaloideus, ad pollicis longitudinem vix excrescens. Corolla limbo calycem superat, tubus brevis curvatulus, limbi laciniae subaequales rotundatae obtusae ciliolatae. Capsula a calyce inclusa eoque multo minor compresso-globosa, semina minuta oblonga. Calyx purpurascenti-nigrescens. Corolla purpurascens. — Crescit in Brasilia.

3. M. SCABRUM Bergius, Flor. Capens. 162. t. 3. fig. 4. — Bth. l. c. — Foll. lanceolatis, basi latiorib. dentatis scabris; pedunculis calyce longiorib. medio bracteatis. ♃ — *Gerardia Nigrina* Linn. fil. Supplem. 278. — *Nigrina viscosa* Linn. Mantiss. plantar. 42. — Crescit in Promontorio bonae spei.

4. M.? ZEYHERI Hook. Icon. plantar. t. 255. — Foll. ovatis subtrifido-laciniatis scabris; florib. in axillis superiorib. foliorum bibracteatis; laciniis calycinis lanceolatis; antherarum loculis longissime recurvis; ovario hinc gibboso. ♃ — In Promontorio bonae spei crescit.

3993. ESTERHAZYA *Mikan.*

(Mikan, Delect. faun. et flor. Brasil. t. 5. — Meisn. Gener. plantar. vascul. I. 308. II. 219. — Bth. in Hook. Compan. bot. Magaz. I. 203.)

1. E. (VIRGULARIA Mart. Nov. gener. et spec. pl. Brasil. III. 7. † t. 203.) CAMPESTRIS Spix et Mart. Reise durch Brasilien I. 397. — Bth. l. c. — Foll. lanceolatis v. oblongo-lanceolatis mucronulatis, basi contractis uninerviis, floralib. pedunculos superantib.; racemis subsimplicibus. ♁ — Frutex pluricaulis tri-quadripedalis irregulariter ramosus. Rami obscure tetragoni, ramuli similes oppositi aut alterni, foliorum cicatricibus exasperati. Folia alterna aut frequentius opposita decussata brevissime petiolata 1–1½-pollicaria, 3–4 lin. lata lanceolata v. lanceolato-oblonga, utrinque attenuata, mucronulata minutissime serrulato-scabra v. in exsuccioribus subcrenulata, nitida opacave glaucescentia. Racemi terminales simplices v. rarius ob divisiones ramorum ramosi. Pedunculi axillares 4–5 lin. longi ebracteati. Calyx campanulato-cyathiformis (3 lin. longus) dentibus triangularibus magnitudine variis. Corolla pollicaris v. longior carnea coccineo-maculata (versus limbum frequentius), extus tenuiter lanata. Capsula in calyce diutius persistente, deinde irregulariter fisso ovata nigricans; semina numerosa irregulariter subcuneato-quadrata. — Crescit in Brasiliae campis, locis subturfosis et in arenosis irriguis (ad praedium Stae. Barbarae haud procul a flumine

Sapucahy, haud procul a Villa Ricca et oppido Tejuco) in provincia Adamantina et Minarum Generalium.

2. E. (VIRGULARIA Mart. Nov. gener. et spec. pl. Brasil. III. 9. † t. 204.) MONTANA Spix et Mart. Reise in Brasil. I. 307. — Bth. l. c. — Foll. linearib., utrinq. acutis uninerviis fasciculatis, floralib. calyces superantib.; racemis compositis; genitalib. exsertis. ♁ — Frutex ex ima basi divisus in plures ramos 2–4-pedales erectos obsolete tetragonos irregulariter ramulosos, cicatrissato-asperos. Folia linearia unguicularia pollicaria v. longiora, quam internodia duplo longiora, sesquilineam lata, opposita decussata ramisque axillaribus abortientibus fasciculata, sub lente minutissime denticulata carnosula, infra pallidiora. Flores axillares solitarii pedunculati, in racemum terminalem collecti, pedunculi 3–4 lin. longi ebracteati. Calyx quam praecedentis angustior, dentibus triangulari-acutis, interdum apice albo-barbatis. Corolla uncialis purpurea subtilissime puberula, intus punctis maculisque saturatioribus notata, e tubo cylindrico infundibuliformi-dilatata, lacinlis subquadrato-oblongis, antice rotundatis reflexis, subtiliter ciliatis. Capsula 3 lineas longa. — *Gerardia caesarea* Cham. et Schlchtd. Linnaea III. 17. † — In montibus provinciae Minarum Generalium in Brasilia.

3. E. (VIRGULARIA Mart. l. c. III. 11.) SPLENDIDA Mikan l. c. — Bth. l. c. — Foll. anguste lanceolatis acutis in petiolum angustatis; racemo subsimplici paucifolio folioso. ♁ — Rami obsolete tetragoni, cicatrisati lineisque prominentibus a cicatricibus decurrentibus eleganter exsculpti, juniores foliosi. Folia pseudoopposita petiolata anguste lanceolata, subinde breviter cuspidata. Folia adulta (cum petiolo) 1–1¼ poll. longa, 2 lin. lata. Pedunculi axillares solitarii oppositi uniflori (4–5 lin. longi). Calyx ebracteatus campanulatus 5-dentatus. Corolla tubuloso-infundibuliformis curvata, limbi profunde quinquelobi laciniae ovatae obtusiusculae ciliatae. Filamenta basi apiceque villosissima. Corolla ad filamentorum insertionem villosissima, caeterum glabra. Capsula ovoidea quadrivalvis. Semina numerosa parva saepe abortiva. — *Gerardia* (*Dargeria*) *gnidioides* Cham. et Schlchtd. Linnaea III. 16. † — In Brasiliae aequinoctialis provincia Bahiensi.

4. E. (GERARDIA) MACRODONTA Cham. et Schlchtd. Linnaea VIII. 26. † — Bth. l. c. — Foll. lanceolatis, basi angustatis, apice acutis mucronatis; panicula terminali pyramidata comosa; ramulis bifloris comosis; pedunculis folia ramulosq. superantib.; dentib. calycinis subulato-acuminatis. ♁ — (Descriptio et diagnosis ex specimine unico). — Ramus obsolete tetragonus eleganter cicatrisato-reticulatus, internodiis inferioribus (2–3 lin. longis) brevibus, sursum elongatis (9 lin. longis). Inflorescentiam versus folia per ramorum abortum subfasciculata. Ramus axilis supra inflorescentiam lateralem elongatus novellus sterilis. Pedunculi teretes glabri 9 lineas longi. Calyx obconico-cylindricus, praeter marginem villosulum glaber quinquedentatus, semipollice vix brevior. Corollae sesquipollicaris laciniae ciliatae, utrinque glabrae eximie acutissimeque acuminatae. Antherae albo-lanatae, filamenta sursum rufo-villosa. Capsula.....? — In Brasilia tropica.

† *Species e genere expellenda.*

E. ALPESTRIS Spix et Mart. = GERARDIA BRACHYPHYLLA.

3094. MACRANTHERA *Torrey.*

(Torrey, Ann. Lyc. New York IV. 80. t. 4. — Meisn. Gener. plant. vascul. I. 308. II. 219. — Bth. in Hook. Compan. bot. Magaz. I. 203.)

1. M. (CONRADIA Nutt. Journ. acad. Philad. VII. 88. t. 12.) FUCHSIOIDES Torr. l. c. — Bth. l. c. — Herba 3–4-pedalis puberula. Foliorum segmenta lanceolata, inferiorum iterum divisa. Racemus longus unilateralis. Pedunculi oppositi patentes v. subreflexi. Flores erecti. Corolla pollicaris, apice subincurva, ore obliquo. Stamina pubescentia. ♃ — Crescit in Americae borealis civitatibus australioribus (Louisiana).

2. *M. LECONTEI Torr. ex Steud. Nomencl. botan. II. 88. — Species mihi incognita. — Crescit in Alabama.

3995. SEYMERIA *Prsh.*

(Prsh. Flor. bor. Americ. II. 737. — Meisn. Gener. plant. vascular. I. 308. II. 220. — Bth. in Hook. Compan. bot. Magaz. I. 203.)

1. S. TENUIFOLIA Prsh. l. c. — Bth. l. c. — Tenuissime viscido-pubescens: foll. setaceo-pinnatifidis, laciniis incisis; capsulis glabris rostratis. 4 — Rami graciles. Folia distantia parva. Corolla semipollicem circiter diametro habet. Capsula grani *Piperis* magnitudine, rostrata, rostro ipsius longitudine. — *Afzelia* (*Gerardia* Pers. Enchirid. botanic. II. 154.) *cassioides* Gmel. Syst. natur. 927. — *Gerardia Afzelia* Michx. Flor. Am. bor. II. 20. — Crescit in Carolina, Georgia, Louisiana etc.

2. S. PECTINATA Prsh. Fl. Am. sept. II. 737. — Bth. l. c. 204. — Pubescens: foll. pinnatifidis, laciniis linearib. obtusis subincisis; capsulis pubescentib. obtusis. 4 — Folia magna eorumque laciniae quam praecedentis multo latiores. Capsula major, compressa obtusa emarginata. Corolla.....? — Crescit in Louisiana et in Carolina australiori.

† *Species e genere expellendae.*

S. AURICULATA Spr. = GERARDIA AURICULATA.

S. MACROPHYLLA Nutt. = GERARDIA MACROPHYLLA.

3996. GERARDIA *Linn.*

(Linn. Gener. plant. 747. — Meisn. Gener. plant. vascul. I. 308. II. 220. — Endl. l. c. excl. sect. e. — Bth. in Hook. Comp. bot. Magaz. I. 204. excl. sectionib. V. et VI.)

Sectio I. CYRTOCODON Bth. in Hook. Compan. bot. Magaz. I. 204.

Calyx profunde quinquefidus. Corolla flava, tubo saepius brevi incurvo. Antherae muticae, loculis duobus fertilibus. Species omnes Boreali-Americanae.

1. G.? SERPYLLIFOLIA H. B. Kth. Nov. gener. et spec. plant. III. 343. — Bth. l. c. 204. — Procumbens: foll. ovatis obtusis integerrimis; florib. axillarib. solitariis sessilib.; laciniis calycinis integerrimis. ♁ — Fruticulus undique glaber. Folia circiter 2 lineas longa. Corolla glabra pallide lutea subinfundibuliformis, tubo calycem triplo excedente. Stamina et ovarium glaberrima. — Crescit locis temperatis Novae Hispaniae prope Carpio et in littore lacus Sti. Christophori.

2. G.? PROSTRATA H. B. Kth. l. c. — Bth. l. c. 205. — Prostrata: foll. pinnatifidis, laciniis linearib. acute mucronatis, inferiorib. incisis; florib. axillarib. subsolitariis sessilib.; laciniis calycinis pinnatifido-incisis. 4 — Caules caespitosi 2–3-pollicares. Folia 3–4 lineas longa. Flores sesquipollicares flavi. — Crescit inter Pachucam et montem Ventoso in Nova Hispania.

3. G. VIRGATA H. B. Kth. l. c. 344. — Bth. l. c. — Erecta virgato-ramosa pubescens: foll. pinnatifidis, laciniis (spathulato-)linearib. obtusis (acutiusculis) integris (v. inferioribus) incisisve; laciniis calycinis oblongis integris dentatisq.; corollae (aurantiacae) tubo decurvo; staminib. subaequalib.; antheris erectis glabris; capsula ovata acuta. 4 — Corollae tubus quam sequentis longior magisque incurvus. Filamenta dense lanata. — Crescit prope fodinam Villalpando inter Guanaxuato et Santa Rosa Mexicanorum.

4. G. (SEYMERIA Nutt. Gener. plant. Americ. II. 49.) MACROPHYLLA Bth. l. c. — Pubescens: foll. inciso-dentatis pinnatifidisve v. infimis bipinnatifidis, laciniis ovato- v. oblongo-lanceolatis, supremis subintegerrimis; florib. subsessilib.; calycib. hirsutis, laciniis ovatis subdentatis; corollae tubo brevi incurvo, intus villoso; staminib. didynamis; antheris pilosiusculis? 4 — Forma et colore corollae antherisque obtusis accedit ad species praecedentes. Nuttall antheras *glabras* esse dicit, specimina autem sicca antheras *pilosiusculas* ostendunt, sed quando planta sicca valde compressa est, difficiles erunt antherae disjunctioni a pilis corollinis. Habitu accedit ad *G. grandiflorum*. Antherae filamentorum breviorum parum minores esse videntur. Capsula (ex Nutt.) parva ventricosa compresso-apiculata subquadrivalvis. — In Americae borealis civitatibus Ohio et Kentucky.

Sectio II. OTOPHYLLA Bth. l. c. 205.

Calyx profunde quinquefidus. Corolla purpurea campanulata. Stamina didynama, antheris longiorum fertilibus, breviorum minoribus cassis.

5. G. (SEYMERIA Spr. Syst. vegetab. II. 810.) AURICULATA Michx. Flor. Am. bor. II. 48. — Bth. l. c. — Herba erecta: foll. oblongo-lanceolatis, basi saepius auriculato-lobatis; florib. subsessilibus. ♃ — Crescit in civitatibus occidentalibus Unionis Boreali-Americanae.

Sectio III. PEDICULARIOIDES Bth. l. c.

Calyx semiquinquefidus. Corolla flava tubuloso-campanulata. Stamina didynama. Antherae subaequales, loculis binis fertilibus, basi calcaratis. — Herbae Boreali-Americanae foliis latiusculis saepius incisis. — Corollae lobi saepissime ciliati.

6. G. FLAVA Prsh. Flor. Americ. septentr. II. 423. (nec Linn.) — Bth. l. c. — Pubescens: foll. ovato-lanceolatis oblongisve obtusis integerrimis v. sinuato-lobatis; calycis pubescentis laciniis oblongis obtusis, tubo subbrevioribus. ♃ — Corolla sesquipollicaris glabra. — Pluken. Phytogr. t. 389. fig. 1. — In America boreali.

7. G. QUERCIFOLIA Prsh. l. c. — Bth. l. c. — Glaberrima: foll. inferiorib. amplis bipinnatifidis, superiorib. oblongo-lanceolatis pinnatifidis integerrimisve; calycis subinflati laciniis lanceolatis acutis, tubo brevioribus. ♃ — Corolla major quam praecedentis. — *G. flava* Linn. Spec. plant. 848. (nec Prsh.) — *Rhinanthus Virginicus* Gronov. Fl. Virgin. 192. — Crescit vulgaris in America boreali.

8. G. GRANDIFLORA Bth. l. c. 206. — Pubescens: foll. ovato-lanceolatis acutis, apice serratis, basi pinnatifidis; calycib. pedicello longiorib., laciniis obtusis integerrimis dentatisve; corollis calyce quadruplo longioribus. ♃ — Corolla 20 lin. longa. Capsula coriacea magna apiculata. Intermedia quasi inter praecedentem et sequentem. — Crescit in Mexici provincia Texana.

9. G. PEDICULARIA Linn. Spec. plantar. 879. — Bth. l. c. — Glabriuscula v. pubescens: foll. ovato-lanceolatis obtusis pinnatifidis, laciniis dentatis; calycib. pedicello breviorib., laciniis dentatis; corollis calyce triplo longioribus. ♃ — Corolla 15 lineas longa. Capsula coriacea apiculata. — Crescit in America boreali communis.

10. G. PECTINATA Torrey mss. ex Bth. l. c. — Hirsuta: foll. pectinato-pinnatifidis, lobis subdentatis; calycib. brevissime pedicellatis hirsutissimis profunde quinquefidis, laciniis dentatis; corollis calyce triplo longioribus. ♃ — Corolla omnino praecedentis, a qua differt hirsutie densiori, foliis minoribus magisque divisis pedunculisq. multo brevioribus. — *G. Pedicularia β. pectinata* Nutt. Gener. pl. Americ. II. 48. — Crescit in Carolina, Georgia et in „the Rocky mountains".

11. G. DENSIFLORA Bth. l. c. — Glabro-hispida: foll. pinnatifidis, laciniis anguste linearib. acutis rigidis ciliato-scabris; florib. secundis spicatis; laciniis calycinis lanceolatis acutissimis; corollae tubo basi attenuato, apice dilatato; capsulis obtusis. ♃ — Corolla pollicaris. Filamenta pilosa. Antherae sectionis *Eugerardiae* sed acutiores, basi pilosulae. — Crescit in Mexici provincia Texana.

Sectio IV. EUGERARDIA Bth. l. c. 206.

Calyx quinquedentatus, rarius semiquinquefidus. Corolla purpurea campanulata v. tubuloso-campanulata, rarius ventricoso-tubulosa. Antherae subaequales, loculis binis fertilibus muticis. — Herbae suffruticesve Austro- et Boreali-Americani, foliis linearibus v. rarius lanceolatis integerrimis v. infimis rarissime incisis.

* *Corolla ample campanulata v. tubuloso-campanulata villosa. — Herbae suffruticesve Austro-Americani.*

12. G. DIGITALIS Bth. l. c. — Glabra: foll. linearib. laeviusculis; florib. subsessilib.; dentib. calycinis brevib. truncatis muticis, margine villosissimis; corollis ample campanulatis villosis, calyce quadruplo quintuplove longioribus. ♃ — Flores in spicas terminales interruptas dispositi, folia floralia minima.' Calyx *Sepubiae*. Corolla ultra pollicaris patentissima. Forte fruticulus humilis. — Crescit in America australi (Maldonado).

13. G. RIGIDA Gillies mss. ex Bth. l. c. — Glabra scabra: foll. linearib. acutissimis; florib. racemoso-spicatis; calycib. pedunculo longiorib. truncatis, dentib. brevib. acutis; corollis ample tubuloso-campanulatis villosis, calycem quater v. quinquies excedentibus. ♃ — Flores ejusdem magnitudinis at pilosiores quam *G. linarioidis*. — Crescit in Americae australis provincia St. Louis.

14. G. BRACHYPHYLLA Cham. et Schlchtd. Linnaea III. 15. † — Bth. l. c. — G. Don, General syst. of gard. and bot. IV. 557. no. 14. fig. 52. — Fruticosa glabra laevis: foll. parvis anguste lanceolatis mucronulatis; florib. pedunculatis; dentib. calycinis brevib. acutis, capsula ovoidea brevioribus. ♄ — Caules pedales v. cubitales parce irregulariterq. ramosi cicatrisati, cicatricibus ternis oppositisq., internodiis 2–3-linearibus, rami hornotini foliosi. Folia subopposita, superiora alterna, internodiis paullo longiora sessilia mucronulata carnosula, 4 lin. longa, lineam lata. Flores in summitatibus axillares solitarii pedunculati oppositi alternique. Pedunculus folio suffulciente brevior nudus, fructifer incrassatus. Calyx campanulatus decemnervius. Filamenta basi parce pilosa. Antherae glabrae. Capsula calyce duplo fere longior loculicide dehiscens. — *Esterhazya* (*Virgularia* Mart. Nov. gener. et spec. plant. Brasil. III. 10. † t. 205.) *alpestris* Spix et Mart. Reise nach Brasil. I. 307. — Crescit in Brasilia tropica.

15. G. (VIRGULARIA Rz. et Pav. Syst. veget. flor. Peruv. 161.) LANCEOLATA Bth. l. c. 207. — Glabra laevis: foll. oblongo-linearib. mucronatis, basi angustatis; florib. breviter pedunculatis; dentib. calycinis brevib. acutis; corollis ample tubuloso-campanulatis villosis calyce quadruplo longioribus. ♃ — Praecedenti quam maxime affinis forteque ejus varietas erit habenda. Differt foliis latioribus (praecipue versus apicem) longioribusque. Antherae et filamenta glaberrima. — *Virgularia revoluta* Rz. et Pav. l. c. — In Peruvia inter Huariaca et Huanuco.

16. G. LINARIOIDES Cham. et Schlchtd. Linnaea III. 13. † — Bth. l. c. — Glabra scabriuscula: foll. linearib. acutis uninerviis; florib. racemosis; calycib. pedunculo breviorib., dentib. ovato-truncatis lanceolatisve acutis, tubo multo breviorib.; corollis ample tubuloso-campanulatis pubescentib., calyce quadruplo v. quintuplo longioribus. ♃ — Herba cubitalis; caulis ramique medullosi tetragoni virgati, limis decurrentibus a foliorum insertione notatis, folia ramulique subopposita. Internodia ad summum sesquipollicaria, sursum multo breviora. Folia sessilia linearia acuta 2½-pollicaria, 2 lin. lata, suprema minora. Flores pedunculati, axillares solitarii subracemosi. Calyx 10-striatus campanulatus 3 lin. longus, fructifer ampliatus. Corolla extus pubescens, limbo glabrescente ciliato, e tubo brevi oblique campanulata, limbi laciniae rotundatae. Filamenta parce villosa. Capsula 3½ lin. lata calycem superans. Semina minuta angulata. — Tota planta sicca nigrescit. — Crescit in Brasiliae provinciis meridionalibus.

17. G. GENISTAEFOLIA Cham. et Schlchtd. l. c. 15. † — Bth. l. c. — Tota glabra scabrella: foll. lanceolatis acutis subtrinerviis; florib. racemosis; calycib. pedunculo breviorib., dentib. ovato-truncatis lanceolatisve acutis, tubo multo breviorib.; corollis ample tubuloso-campanulatis pubescentib., calyce 4–5-plo longioribus. ♃ — Caules virgati ramis foliisque verticillatis dense vestiti, lineis a foliorum insertione decurrentibus subhexagoni. Folia sessilia lanceolata acuta, margine scaberrima, internodiis multo longiora, maxima caulina 2½-pollicaria, 5 lin. lata, ramealia multo minora, oppositione perturbata sparsa evadunt. Flores apicales solitarii axillares pedunculati. Pedunculi 2–4 lin. longi flore terminali bracteisque binis axilla floriferis instructi. Calyx brevis quinquedentatus. Corolla praecedentis speciei. Filamenta basi apiceque villosa. Capsula.....? — Exsiccando nigrescit. — In Brasilia meridionali.

** *Corolla subtubulosa fere glabra. — Herbae Austro-Americanae.*

18. G. ANGUSTIFOLIA Mart. Nov. Gener. et spec. plant. III. 12. † t. 206. — Bth. l. c. — G. Don, General syst. of gard. and bot. IV. 557. no. 19. fig. 53. — Perennis glaberrima: caule erecto virgato-ramoso; foll. ultra pollicarib. anguste linearib.

acutis erecto-patulis; pedunculis ebracteatis folia subaequantib.; calycis aequalis dentib. mucronulatis; corollis calyces quintuplo superantibus. ♃ — Caules plures cubitales et bipedales obscure tetragoni glabri, linea decurrente ab insertione foliorum utroque latere notati. Folia opposita sessilia anguste linearia acuta 1–1½-pollicaria, internodia ultra duplo superantia, vix semilineam lata subglaucescentia, exsiccata inflexa. Flores pedunculati axillares, pedunculi sesquipollicares. Calyx campanulatus 2 lin. longus v. longior. Corolla pollicaris membranacea violaceo-lilacina, e tubo brevi infundibuliformi ampliata, limbi laciniae suborbiculares vix inaequales. Capsula duriuscule membranacea 2½–3 lin. longa oblonga nigricans, loculicide (ultra medium) bivalvis. Semina cuneato-subquadrata nigro-fusca. — In humidis provinciae Minarum generalium in Brasilia.

19. G. HISPIDULA Mart. l. c. 13. † t. 207. — Bth. l. c. — Annua, patenti-hispida: caule fastigiato-ramoso; foll. ultra pollicarib. linearib. acutis patulis praesertim margine papillosis; pedunculis bibracteatis folia superantib.; calycis aequalis dentib. acutis; corollis calyce triplo longioribus. ☉ — Caulis pedalis aut cubitalis obsolete tetragonus, ad ramificationes parum incrassatus purpurascens, parce pilosus. Folia opposita sessilia acuta, inferiora 2-pollicaria v. longiora, 1½ lin. lata, superiora sensim breviora papillosa hispidula. Pedunculi axillares oppositi filiformes, inde laxissime racemosi, medio bibracteolati, bracteolis lineari-subulatis aut lineari-lanceolatis. Calyx campanulatus aequalis 2–3 lin. longus, dentibus triangulari-acutis. Corolla pallide rosea calyce triplo longior tenuis laevigata, sursum curvata ampliata, laciniae suborbiculares. Capsula ovoidea membranacea nigricans, 4 lin. longa, in calyce ampliato sessilis. Semina cuneato-oblonga fuscescentia. — Crescit in campis palustribus in provinciis Piauhiana et Paraënsi in Brasilia meridionali.

20. G. COMMUNIS Cham. et Schlchtd. Linnaea III. 12. † — Bth. l. c. — Glabra laevis: florib. subsessilib.; dentib. calycinis tubo longiorib.; corolla tubuloso-campanulata dentes calycinos breviter excedente. ☉ — Pedalis bipedalis v. etiam altior. Caulis obsolete tetragonus lineisque decurrentibus sulcatus, strictus, infra denudatus, medio ramis subfastigiatis instructus. Internodia pollice plerumque breviora. Folia sessilia linearia acuta oculo nudo vix cartilagineo-crenulata nec tamen scabra, caulina internodiis longiora, bipollicaria, vix linea latiora, ramea et floralia breviora, pseudo-opposita, numquam sparsa. Flores axillares subsessiles solitarii subspicati, pedunculo lineam longo. Calyx 10-striatus quinquedidus, laciniis angustissime linearibus, tubo corollae brevioribus. Corolla obliquo tubuloso-infundibuliformis, limbi subbilabiati laciniae rotundatae obtusae. Capsula compressa loculicide dehiscens (5 lin. longa, vix 2 lin. lata) subobliqua. Semina nigricantia elliptica. — Crescit vulgaris per omnem Brasiliam.

*** *Corolla subcampanulata glabra vel leviter pubescens. — Herbae Boreali-Americanae.*

† Pedunculi calyce breviores, dentes calycini elongati.

21. G. DASYANTHA Schiede et Deppe, Linnaea V. 104. — Caule bifariam pubescente; foll. linearib. glabris; dentib. calycinis tubo longiorib.; corollis extus pubescentib., calyce subduplo longioribus. ♃ — Ex habitu affinis est *G. purpureae*. — Folia glabra, maxima pollicaria, lineam lata. — In Mexici Terra fria.

22. G. HETEROPHYLLA Nutt. Transact. of the Americ. philos. Soc. V. 180. — Bth. l. c. — Glabra: foll. radicalib. latis incisis, caulinis linearib. v. lineari-lanceolatis acutis rigidis, margine scabris; florib. subsessilib.; calycib. angulatis, dentib. lanceolato-linearib. acutissimis, tubo parum breviorib.; corollis ample campanulatis, extus tomentoso-pubescentib., calyce triplo v. quadruplo longioribus. ♃ — Corolla patentissima 8 lineas v. pollicem longa. Folia inferiora trifida v. laciniata describuntur. — *β. grandiflora:* — Arkansas, Texas (Drummond, 2 Coll. no. 204. 206., 3. Coll. 205.)

†† Pedunculi calyce breviores, dentes calycis truncati breves.

23. G. FASCICULATA Elliot, Bot. of S. Carol. et Georg. II. 115. — Bth. l. c. 208. — Scaberrima: caule rigido, superne ramoso; foll. anguste linearib. acutis; pedunculis brevissimis; calycibus truncatis, dentibus brevibus acutis; corollis amplis campanulatis leviter pubescentib., calyce quinquies longioribus. 4. — Forte *G. purpureae* varietas? — Crescit in Carolina australi et in Georgia (Jacksonville).

24. G. DOMINGENSIS Spr. Syst. veget. II. 817. — Mart. Nov. gener. et spec. plant. III. 13. † — Bth. l. c. — Perennis, tenuissime hispidula: caule stricto erecto subfastigiato-ramoso; foll. subpollicarib. anguste linearib. acutis erectiusculis, quam pedunculi breves ebracteati triplo longioribus; dentib. calycis aequalis acutis; corollis calyces triplo superantibus. 4. — Caulis cubitalis et bipedalis, inferne simplex et foliosus, foliis dense congestis et quasi fasciculatis ob ramulos foliigeros abbreviatos, superne fastigiato-ramosus obscure tetragonus, sub lente passim subtiliter hispidulus. Folia unguicularia aut pollicaria, raro longiora, anguste linearia, dimidiam scilicet lineam lata, sub lente in margine tumido tenuiter scabra pilis albis erectis. Flores in summitatibus caulis et ramorum racemos constituunt laxos foliosos. Pedunculi circiter lineam longi ideoque a foliis floralibus ter quaterve superati. Calyces glabri lineam et quod excedit, alti, campanulati, dentibus brevibus acutis. Corolla purpureo-lilacina (?) quatuor lineas alta, tubus sursum valde ampliatus, limbus brevis subaequalis. — *G. purpurea* Bertero mss. — In insula Sti. Dominici Antillarum.

25. G. MARITIMA Rafin. New York med. repos. II. 361. — Bth. l. c. — Humilis glabra carnosa: foll. linearib. obtusis; racemo terminali; calycib. breviter pedunculatis truncatis, dentib. brevissimis obtusis muticis; corollis glabris campanulatis, calyce triplo quadruplove longioribus. 4. — Herba 3–4-pollicaris, corolla vix octo lineas longa. — *G. crinita* Eddy. — *G. purpurea β. crassifolia* Prsh. Fl. Americ. septentr. II. 422. — *β. grandiflora:* Duplo major, folia in parte superiore pauca. — Crescit in maritimis prope New Jersey et New York in America boreali.

26. G. PLUKENETII Elliot, Bot. of S. Carol. et Georg. II. 114. — Bth. l. c. 208. — Laevissima: foll. parvis remotis filiformib. subfasciculatis; pedunculis calyce foliisq. breviorib.; calycib. truncatis, dentib. brevib. acutis; corollis tenuissime pubescentib., calyce vix triplo longioribus. 4. — Prope accedit ad *G. tenuifoliam γ. leptophyllam*, sed folia multo graciliora et pedunculi constanter brevissimi. — In Carolina et Georgia crescit.

27. G. PURPUREA Linn. Spec. plantar. 848. — Sims, Bot. Magaz. t. 2048. — Bth. l. c. — Foll. linearib. acutiusculis planis, margine scabris; florib. breviter pedunculatis; calycib. subenerviis, dentib. acutis, tubo dimidio brevioribus; corollis glabris ample campanulatis, basi breviter tubulosis. 4. — Pluken. Phytogr. t. 12. fig. 2., Mant. t. 388. fig. 1.

α. parviflora: Corolla vix 7–8-lineari.

β. grandiflora: Corolla pollicari. — Crescit vulgaris in America boreali.

††† Pedunculi calyce longiores.

28. G. LONGIFOLIA Nutt. Transact. of the Americ. philos. Soc. V. 180. — Hook. Flor. Bor. Americ. II. 104. — Bth. l. c. — Foll. anguste linearib., margine scabris, floralib. flores superantib.; pedunculis calyce multo longioribus; calycib. subenerviis, dentib. lanceolatis acutis tubo vix breviorib.; corollis glabris ample campanulatis, basi breviter tubulosis. 4. — *G. aspera* Dougl. mss. — Crescit in America boreali-occidentali (Arkansas, Red River).

29. G. LINIFOLIA Nutt. Gener. plantar. Americ. II. 47. — Bth. l. c. 209. — Caule virgato laevi ramosissimo; ramis apice floriferis; foll. linearib. acutis laevib. v. scabrellis, pedunculo longioribus.; calycib. truncatis campanulatis minute dentatis; corollis amplis campanulatis, fauce pubescente, laciniis omnib. ciliatis. 4. — Caulis 2–3-pedalis. Calyx eximie truncatus vix quinquedenticulatus. Folia glabra v. margine scabrella. — Crescit e Carolina boreali versus Floridam.

30. G. PEDUNCULARIS Bth. l. c. — Foll. linearib., margine revolutis cauleq. scaberrimis; racemis paniculatis; calycib. longe pedunculatis angulatis truncatis, dentib. brevissimis acutis; corollis ample campanulatis pubescentib., margine longe ciliatis calyceque quadruplo longioribus. ♃ — Pedunculi rigidi bipollicares. Capsula globosa calyce longior. — Crescit in Mexico.

31. G. FILIFOLIA Nutt. l. c. 48. — Bth. l. c. — Foll. filiformib., plerisq. alternis subfasciculatis cauleq. scabris (laevibusve?); racemis paniculatis; pedunculis floriferis folio multo longioribus; calycis truncati dentib. brevib. acutis; corolla ampla ventricoso-campanulata. ♃ — Intermedia inter *G. pedunculatem* et *G. tenuifoliam γ. leptophyllam*, differt caulibus gracilibus foliisque filiformibus saepe (nec tamen semper) fasciculatis, floribus majoribus longe pedunculatis. — Crescit in Florida occidentali, in Louisiana et Texas.

32. G. STRICTIFOLIA Bth. l. c. — Foll. linearib. rigidis acutissimis cauleq. ramosissimo scabrellis; racemis subpedunculatis; pedunculis folio longioribus; calycib. truncatis, dentib. setaceis; corollis campanulatis calycem subquadruplo excedentibus. ♃ — Planta habitu foliisque nonnunquam similis *G. heterophyllae*, corolla *G. tenuifoliae*, sed major, pedunculi ejusdem circiter longitudinis ac *G. filifoliae*. Antherae valde lanatae ut in *G. tenuifolia*. — Crescit in Texas.

33. G. TENUIFOLIA Vahl, Symbol. botanic. III. 79. — Bth. l. c. — Caule angulato laeviusculo; foll. linearib., supra magis minusve scabro-pilosulis; racemis paniculatis; pedunculis folio demum sublongiōrib.; calycib. truncatis, dentib. brevissimis acutis; corollis campanulatis glabriusculis calyce subtriplo longioribus.; capsula subglobosa calycem non excedente. ♃ — *G. erecta* Walt. Flor. Carol. 170. (secund. Prsb.)

α. humilis: Laeviuscula: foll. maximis vix ultrapollicarib. latiusculis; corolla 5–6 lineas longa.

β. macrophylla: Scabrior elata: foll. maximis 2–3-pollicarib. latiusculis; corolla 7–8 lineas longa.

γ. leptophylla: Scabrella elata: foll. filiformib., maximis vix pollicarib.; corolla 6–7 lineas longa. — Speciei varietates forte proprias efficient species, sed characteres allati non satis firmi. Omnes differunt a *G. pedunculari* corolla glabra vix ciliata, a *G. setacea* habitu et capsula brevi, a *G. longifolia* calyce truncato brevissime denticulato. Omnes insignes sunt lineis a foliorum insertione decurrentibus et antherarum lana alba villosa. — Crescit in Americae borealis civitatibus Unionis (*α.* Boston, *β.* Jacksonville et St. Louis, *γ.* Jacksonville et Louisiana).

34. G. SETACEA Walt. Flor. Carolin. 170. — Bth. l. c. 210. — Ramis gracilib. foliisq. setaceis scabrellis; florib. paucis longe pedunculatis; calycis dentib. brevib. setaceis; capsula ovata calycem excedente. ♃ — Affinis *G. tenuifoliae*, sed certe distincta est. — *β. parvifolia:* Foll. distantib. 3–6 lin. longis; florib. racemosis. — Crescit in Pennsylvania, Carolina et St. Louis.

35. G. APHYLLA Nutt. Gener. pl. Americ. II. 47. — Bth. l. c. — Ramis elongatis filiformib. subnudis scabris; foll. brevib. remotis linearib. v. omnib. minutis squamaeformib.; calycib. pedunculatis truncatis, dentib. brevissimis acutis; capsula globosa calycem excedente. ♃

β. filicaulis: Ramis gracillimis paucifloris; floribus parvis.

γ. grandiflora: Ramis rigidis; floribus racemosis majusculis. — Species valde variabilis, sed facilis distinctu foliis plerisque ad squamas vix lineam longas obtusas v. mucronatas reductis. Folia inferiora rarissime 4–5 lineas longa occurrunt, tunc rigida scabra. — Crescit in America boreali (Carolina boreali et Florida).

† *Species forte e genere expellenda.*

36. G.? STEMODIAEFOLIA Wiprs. Nov. act. acad. caesar. Leopold. Carol. XIX. Supplem. I. 388. — Foll. oppositis lanceolatis acuminatis grosse serratis subsessilib.; florib. racemosis alternis pedunculatis; bracteis pedunculo triplo brevioribus.

ovato-lanceolatis integerrimis; calyce profunde quinquelaciniato, laciniis ovatis acutis; capsulis ovato-pyramidatis acutis bilocularibus polyspermis. 4. — Folia 1¼-pollicaria, 3 lineas lata. Pedunculi 9 lineas longi; capsulae semipollicares. Flores non visi sunt. — Quoad genus dubia. — Crescit in Peruvia.

†† *Species e genere expellendae.*

G. AFZELIA Michx. = SEYMERIA TENUIFOLIA.
G. BRASILIENSIS Spr. = FRANCISCEA RAMOSISSIMA (Addend.).
G. CAESAREA Cham. et Schlchtd. = ESTERHAZYA MONTANA.
G. CASSIOIDES Pers. = SEYMERIA TENUIFOLIA.
G. DELPHINIFOLIA Linn. = SOPUBIA DELPHINIFOLIA.
G. DIGITATA Spr. = CONVOLVULUS .....?
G. FILIFORMIS Schum. et Thonn. = SOPUBIA FILIFORMIS.
G. GLUTINOSA Bnge. = REHMANNIA CHINENSIS.
G. GLUTINOSA Linn. = PTEROSTIGMA GRANDIFLORUM.
G. GNIDIOIDES Cham. et Schlchtd. = ESTERHAZYA SPLENDIDA.
G. HEYNEANA Bth. = SOPUBIA DELPHINIFOLIA β. PARVIFLORA.
G. NIGRINA Linn. = MELASMA SCABRUM.
G. OROBANCHOIDES Lam. = AULAYA CAPENSIS.
G. OBTUSIFOLIA Bth. = SOPUBIA OBTUSIFOLIA.
G. PARVIFLORA Bth. = LEPTORHABDOS BENTHAMIANA.
G. SCABRA Linn. = SOPUBIA SCABRA.
G. SCABRA Wall. = SOPUBIA TRIFIDA.
G. SESSILIFLORA Vahl = GLOSSOSTYLIS CAPENSIS.
G. SOPUBIA Bth. = SOPUBIA TRIFIDA.
G. STRICTA Bth. = SOPUBIA STRICTA.
G. TUBEROSA Linn. = RUELLIA RUPESTRIS.
G. TUBULOSA Linn. = RHAMPHICARPA TUBULOSA.

3997. (3897/1.) **LEPTORHABDOS** *Schrenk.**)

(Schrenk, Enumer. plant. novar. p. 23. — Endl. Gener. plant. Supplem. II. addend. p. 106. sub no. 3897. — [Genus 3997. omnino deest, substituatur igitur huic generi quod ad hunc locum pertinet.] — Meisn. Gener. plant. vascul. II. 368.)

1. L. MICRANTHA Schrenk l. c. 24. † — Herba annua vix puberula, apice glandulosa 1–2-pedalis: caule erecto tetragono flavescente, ad angulos viridi, simplici v. saepius ramoso v. etiam ramosissimo; ramis tenuib. erectis virgatis; foll. sparsis sessilib., inferiorib. subpinnatifidis, laciniis elongatis linearib. v. lineari-lanceolatis integerrimis v. dentatis, summis elongatis linearib. integerrimis; racemis in caule, ramis ramulisq. terminalib. elongatis interruptis, apice nutantib.; florib. oppositis, rarius alternis, pedicellis (2–4 lin. longis) filiformib., folio florali lineari breviori suffultis; calyce (1½ lin. longo) fructifero paullo ampliato, caeterum immutato campanulato quinquefido, lobis lineari-subulatis subaequalib. tubum aequantib.; corolla purpurascente parva (vix 3 lin. longa), tubo tenui leviter incurvo, longitudine calycis, limbo ampliato campanulato quinquefido, lobis subaequalib. bifidis; capsula forma et structura illi *Euphrasiae* similis. ⊙ — Crescit in Soongaria in ripa fluvii Tenteck.
2. L. BENTHAMIANA Wlprs. mss. — Caule elato acute tetragono; foll. subpinnatifidis, laciniis anguste linearib.; racemis numerosis virgatis in paniculam amplam dispositis; bracteis minimis; dentib. calycinis brevissimis acutis; corollis calyce vix dimidio longioribus. ⊙? — Corolla vix 1½ lin. longa. Capsula ovoideo-globosa parum compressa. — *Gerardia parviflora* Bth. mss. in Wall. Catal. 3888. — Scrophular. Indic. 48. — Bth. in Hook. Compan. bot. Magaz. II. 210. no. 36. — *Dargeria pinnatifida* Dene. mss. in Jequem. Voyage botan. IV. p. 116. — Crescit

*) *Genus a* St. Endlicher *incaute prope* Collinsiam *collocatum inter* Gerardiam *et* Sopubiam *locum, ut jam ex ejus synonymis apparet, magis naturalem accipiat.*

in montibus Himalayensibus. — Differt a praecedente foliis subbipinnatifidis, bracteis minimis dentibusque calycinis brevissimis.

3. L. (DARGERIA Dcne. mss. in Jcquem. Voyage bot. IV. 116. † t. 121.) LINIFOLIA Wlprs. mss. — Caule elato simplici v. ramoso acute tetragono puberulo; foll. integris linearib. acutis; racemis virgatis ramos terminantib.; bracteis flores aequantib. v. superantib.; laciniis calycinis lanceolatis acutis, corollae tubum subaequantib. glabriusculis. ⊙ — Herba altitudine 2–4 decimetr. simplex v. breviter opposite ramosa, erecta stricta, undique tenuiter (nec glanduloso–) puberula. Radix exilis. Caulis acute tetragonus (crassitie pennae columbinae), sursum attenuatus, basi puberulus, apice glabrescens. Folia opposita (2–3 centimetr. longa) internodiis longiora linearia acuta mucronulata (vix 3 millimetr. lata), integerrima sessilia, inferne constricta, uninervia, utrinque glabriuscula, saepe erecta, superiora (floralia) alternantia. Bracteae lineares conformes, sursum breviores. Flores in bracteis axillares solitarii (vix 3–4 millim. longi) brevissime pedicellati, saepe bracteis breviores. Calycis campanulati laciniae lineari–lanceolatae acutae mucronulatae, demum accrescentes herbaceae, hinc inde pilosae. Corolla calyce longior infundibuliformi–tubulosa, tubo subincurvo, limbo 5–fido regulari, lobis rotundatis alte incisis v. emarginatis, omnib. patulis glaberrimis. Stamina 4 inter limbi lobum anticum et laterales medio tubo inserta, faucem aequantia subaequalia, antherae cordatae biloculares. Stylus terminalis filiformis, ovario triplo longior, faucem corollae vix aequans. Stigma terminale depressum papillosum. Ovarium ovatum, superne puberulum, biloculare, loculisbiovulatis. Capsula compressa ovata leviter emarginata, superne puberula loculicide bivalvis. Semina bina in quovis loculo oblonga scrobiculata nigrescentia. — Crescit in India boreali (in laricetis altissimis supra Poyé et Reci).

3998. SOPUBIA *Hamilt.*

(Hamilt. mss. ex D. Don, Prodr. fl. Nepal. 88. — Meisn. Gener. plant. vascul. I. 309. II. 220. — *Gerardiae* sect. VI. *Sopubia* Bth. in Hook. Compan. bot. Magaz. I. 210. — G. Don, General syst. of gard. and bot. IV. 550.)

1. S. TRIFIDA Hamilt. in D. Don, Prodr. flor. Nepal. 88. — G. Don l. c. no. 1. — Rigida ramosa: foll. pinnatisectis, laciniis linearib. scabris; dentib. calycinis ovatis, margine ciliato–membranaceis tubo multo brevioribus. ♃ — Flores lutei? — *Gerardia* (*Manules* Hamilt. mss.) *Sopubia* Bth. in Hook. Compan. bot. Magaz. I. 210. — *Gerardia scabra* Wall. Catal. 3889. — Bth. Scrophul. Ind. 49. (nec Linn.) — Crescit in Himalayae montibus, in Zeylania et in Madagascaria.

2. S. (GERARDIA Bth. in Wall. Catal. 3887. et Scrophul. Indic. 49.) STRICTA G. Don l. c. no. 2. — Aspera rigida subramosa: foll. lanceolato–linearib. hinc inde dentatis incisisve; dentib. calycinis lanceolatis acutis nudis, tubo multo brevioribus. ♃ — Flores omnino *S. delphiniifoliae*. Capsula ad basin globosa, apice compressa. — Crescit in India orientali (Martaban et Prome).

3. S. (GERARDIA Linn. Spec. plant. 848. — Bth. in Hook. Compan. bot. Magaz. I. 211. t. 11.) DELPHINIIFOLIA G. Don l. c. 560. no. 3. — Ramosissima laevis: foll. pinnatifidis, laciniis anguste linearib.; dentib. calycinis lineari–subulatis tubo longioribus. ♃ — Caules herbacei erecti ramosi quadrangulares glabri. Rami oppositi decussati. Folia sessilia simplicia v. tripinnatifida, segmentis angustis linearibus glabris. Pedunculi solitarii breves, prope apicem bracteas 2–3 subulatas gerentes. Calyx tubulosus striatus quinquefidus, segmentis gracilibus acutis. Corolla late infundibuliformis, fauce inflata, limbo subbilabiato patente quinquefido, lobis obtusis rubicundis, labio inferiore obscurius maculato. Stamina didynama, filamenta incurvata pilosula rubra. Antherae quatuor, duae inferiores coalitae, superiores incumbentes (loculo fertili erecto, sterili descendente calcariformi), interdum, sed rarius, stamen quintum imperfectum adest. Stylus filiformis. Stigma dilatatum truncatum. Capsula bivalvis, receptaculo seminifero magno, medio rubescente, semina innumera parva ovato–oblonga gerente. — *Euphrasia Coromandeliana* Rottl. mss. in Spr. Syst. veget. II. 775.

β. parviflora: — *Gerardia Heyneana* Bth. in Wall. Catal. 3891. — Crescit in India orientali.

4. S. (GERARDIA Linn. Spec plantar. 279.) SCABRA G. Don l. c. no. 4. — Glabra: foll. oblongo-lanceolatis integris v. cuneato-3-5-fidis, margine scabriusculis; dentib. calycinis lanceolatis tubo vix breviorib.; corollis tubuloso-campanulatis, calyce plus triplo longioribus. ♃ — Caulis semipedalis v. pedalis, plerumque simplex. Flores subsessiles fereque aggregati. Corolla pollicaris laete purpurea. Filamenta pilosa. — Crescit in Promontorio bonae spei.

5. S. (GERARDIA Bth. mss. in Hook. Compan. bot. Magaz. I. 211.) OBTUSIFOLIA G. Don l. c. no. 5. — Caule apice hirsuto; foll. oblongo-lanceolatis integris subdentatisve obtusis scabris glabris; dentib. calycinis late lanceolatis obtusis, tubo demum subinflato vix breviorib.; corollis tubuloso-campanulatis, calyce duplo longioribus. ♃ — Caules simplices pedales. Flores *G. scabrae*, sed calyx major. Filamenta glabriuscula. Antherae loculus sterilis longe apiculatus. — Crescit in Madagascaria.

6. S. (GERARDIA Schum. et Thonn. Kongl. Dansk. Vidensk. Selsk. Afhandl. IV. 46. †) FILIFORMIS G. Don l. c. no. 6. — Foll. filiformib. scabris; pedunculis oppositis brevib. unifloris subsolitariis. ♃ — Corolla pallide purpurea, ad faucem late campanulata. Antherae bipartitae, loculis oblongis inaequalibus divergentibus. — Crescit in Guinea (prope Prampone et Niugo).

RAPHIDOPHYLLUM *Hochstett.*

(Hochstett. Nov. gener. plant. Afric. 10. — Meisn. Gener. plant. vascul. II. 368.)

Calyx bibracteolatus campanulatus quinquedentatus, dentibus subaequalibus, intus praesertim ad margines lanatis. Corolla infundibuliformis, limbo quinquefido subbilabiato, lobis rotundatis venosis. Stamina quatuor ad basin tubi inserta subaequalia, breviter exserta. Antherae biloculares, loculis discretis, altero majori erecto, intus hirsuto, fertili, altero minori divergente glabro effoeto. Ovarium biloculare, placentis dissepimento utrinque adnatis multiovulatis, stylus simplex longe exsertus filiformis, stigmate linguaeformi subacuto, quandoque bifido. Capsula ovato-elliptica bilocularis, loculicide bivalvis, valvis medio septiferis. Semina plurima cuneata v. claviformia, testa ut videtur laxa. — Herbae Natalenses foliis linearibus, racemis terminalibus.

1. R. SIMPLEX Hochst. l. c. 11. — Pedale bipedale: caule erecto anguloso sulcato simplicissimo papilloso scabro; foll. sparsis ternisve anguste linearib. pollicarib. longioribq. margine revoluto fere teretib. rigidis (quasi acerosis) fragilib. erectis acutis glabris, margine tantummodo scaberrimis; racemo elongato terminali, pedicellis alternis erectis, basi bractea filiformi pedicellum subaequante instructis; calycib. extus glabris bibracteolatis; corolla calyce duplo longiore purpurea; capsula ovato-elliptica compressiuscula, apice retusa et stylo apiculato biloculari; seminib. plurimis minutis. ♂? ♃? — Crescit ad rivulos St. Mauritzburg in colonia Natalensi Africae australioris.

2. R. RAMOSUM Hochst. l. c. 12. — Bi-tripedale: caule stricto ramoso, inferne tereti, superne anguloso scabro, nec non subhirsuto; foll. linearib. acutis planis, margine revolutis rigidis scabris fragilib. bipollicarib., ternis quaternisq. suberectis; spicis v. racemis terminalib. subverticillatis; florib. in verticillis ternis quaternisq. rariusve binis (rarissime solitariis); pedunculis calyce breviorib.; bracteis eundem superantib. v. aequantib. foliiformib. angustis, bracteolis sub calyce duabus eo breviorib.; calycib. extus glabris purpureo-nigrescentib., dentib. ovato-acutis, intus lanatis; corollis purpureis calyce duplo v. plus duplo longioribus. ♂? ♃ — Crescit inter virgulta planitiei prope San Segal in Abyssiniae provincia Sehire.

3998/1. MACROSIPHON *Hochst.*

(Hochst. Nov. gener. pl. Nubic. 5. — Flora [B. Z.] XXVII. 1841. 374. — Endl. Gener. plant. Suppl. II. 161. — Meisn. Gener. plant. vascul. II. 368.)

1. M. FISTULOSUS Hochst. l. c. — Planta paludosa (annua ut videtur) glaberrima, exsiccata nigra: caule erecto spithamaeo, dodrantali v. pedali quadrangulari simplici v. plerumque superne ramoso; foll. oppositis pinnatis, pinnis filiformib. fistulosis verruculosis; pedunculis subaxillarib. unifloris, folio plus duplo breviorib., medio bibracteatis; bracteis oppositis filiformib.; calycis patentis laciniis e basi ovata concava in acumen erectum filiforme productis, corolla 5–6-plo breviorib.; corolla sulphurea longissima recta venosa. ☉ — Crescit in stagnis pluvialibus exsiccatis ad montem Cordofanum Arasch-Cool.

2. M. ELONGATUS Hochst. l. c. 6. — Differt a priori, cui simillimus: pedunculis elongatis folium subaequantib., bracteis longiorib. et calyce erecto dimidiam corollam aequante, laciniis e basi lineari-lanceolata filiformi-acuminatis. ☉ — Forte prioris varietas. — Crescit in stagnis pluvialibus exsiccatis ad montem Cordofanum Arasch-Cool.

3999. HARVEYA *Hook.*

(Hook. Icon. plantar. t. 118. — Meisn. Gener. plant. vascul. I. 309. II. 220.)

1. H. PURPUREA Hook. l. c. † — Calyce profunde quinquefido, lobis lanceolatis, tubi corollae inflato-ventricosi dimidium aequantib.; corollae limbo planiusculo, ad marginem undulato. ♃ — *Orobanche Uitenhagensis* Eckl. mss. — Crescit in Promontorio bonae spei.

3999/1. AULAYA *Harvey.*

(Harvey, Genera of South-African plants 215. — Endl. Gener. plantar. Supplem. I. p. 1405. — Meisn. Gener. plant. vascul. II. 215. 368.)

1. AU. (OROBANCHE Thnbrg. Fl. Capens. 453.) SQUAMOSA Harvey l. c. — Hook. Icon. plantar. t. 401. — Florib. spicatis densis; corollae limbo concavo integerrimo. ☉ — Caules 2–3-pedales simplices v. ramosi, squamis aurantiacis v. aureis dense vestiti; calyces flavi et aurantiaci; corollae tubus splendidissime luteus, limbus obscure aurantiacus. — Crescit in Promontorio bonae spei.

2. AU. (OROBANCHE Thnbrg. l. c. — ALECTRA Thnbrg. Nov. gen. III. 835.) CAPENSIS Harvey l. c. — Caule simplici villoso sulcato-angulato; squamis caulinis sparsis adpressis lanceolatis, saepissime oppositis; florib. axillarib. oppositis pedunculatis; calycis inflati laciniis lanceolatis; corolla tubulosa cylindrico-clavata sensim ampliata. ☉ — Caulis palmaris v. pedalis. Corolla pulcherrime crocea. Pedunculi unguiculares. — *Gerardia orobanchoides* Lam. — *Orobanche Alectra* D. Dietr. Synops. plant. plerumq. III. 604. — In Promontorio bonae spei.

4000. GLOSSOSTYLIS *Cham. et Schlchtd.**)

(Cham. et Schlchtd. Linnaea II. 22. — Meisn. Gener. plant. vascul. I. 309. II. 220. — Bth. in Hook. Compan. bot. Magaz. I. 211.)

1. GL. AVENSIS Bth. Scrophul. Indic. 49. et in Hook. Compan. bot. Magaz. I. 211. Foll. ovato-lanceolatis lanceolatisve, basi cuneatis brevissime petiolatis cauleq. tuberculoso-asperis; calycis dentib. latis acutis brevissime ciliatis. ♃ — *Hymenospermum dentatum* Bth. in Wall. Catal. 3993. — Crescit in India orientali (in monte Taong Dong prope Avam).

2. GL. ASPERA Cham. et Schlchtd. Linnaea III. 22. † — Bth. in Hook. l. c. 212. — Foll. subsessilib. oblongo-lanceolatis, basi truncato-cordatis cauleq. hispidis

---

*) 84. Endlicher *(Gener. plantar. l. c. p. 691.) huic generi tribuit stamina quinque didynama! — Viri eximii mirificus error!*

asperrimis; calycis dentib. latis acutis bracteisq. hispidis. ⊙ — Caulis erectus subsimplex 1½–3-pedalis; folia pseudo-opposita, rami graciles axillares caule ipso breviores. Folia breviter petiolata oblonga acuminata acuta, basi subtruncato-cordata (elongato-triangularia) grosse et inaequaliter serrata, maxima bipollicaria, ¾ poll. lata, internodiis plerumque longiora, superiora sensim minora. In caule foliisque supra, infra tantummodo ad nervos pili albi e tuberculo oriundi dispersi sunt. Flores axillares pedicello semilineari suffulti. Bracteae filiformes hirsutae calyce breviores. Calyx campanulatus medium usque quinquefidus, laciniis triangularibus erectis, fructifer auctus. Corolla 5 lin. longa, e tubo brevi campanulata, limbo oblique truncato (?) bilabiato (?) labio inferiori porrecto (?). Genitalia inclusa. Filamenta per paria curvato-convergentia, antherae cordato-reniformes, rima laterali dehiscentes. Capsula magnitudine Pisi, globosa membranacea glabra, calyce aucto inclusa. Semina numerosa oblonga conica tenuissima, totam capsulam replentia. — *Scrophularia Fluminensis* Arrabida, Flor. Flumin. VI. t. 87. — In Brasiliae provincia Rio de Janeiro in fossis prope St. Annam.

3. GL. CAPENSIS Bth. Scrophular. Indic. 50. et in Hook. l. c. — Foll. subsessilib. ovato-cordatis, inferiorib. obtusis, superiorib. acuminatis cauleq. tuberculis minutis scabris laevibq.; dentib. calycinis lanceolatis acutissimis bracteisq. subnudis glabris. ⊙? — *Rhinanthus scaber* Thnbrg. Fl. Capens. prodr. 98? — *Bartsia scabra* Spr. Syst. veget. II. 775? — *Gerardia sessiliflora* Vahl, Symbol. botanic. II. 79. — Crescit in Promontorio bonae spei et in Madagascaria.

4001. PHTEIROSPERMUM *Bnge.*

(Bnge. mss. ex Fisch. et Mey. Indx. semin. hort. Petrop. I. [1835.] p. 35. — Meisn. Gener. plant. vascul. I. 309. II. 220. — Bth. in Hook. Compan. bot. Magaz. I. 212.)

1. PHT. CHINENSE Bnge. ex Fisch. et Mey. l. c. — Ann. sc. natur. V. 123. — Linnaea X. Literaturb. 99. — Bth. l. c. — Herba annua v. biennis habitu, foliis, calyce et capsula haud dissimilis *Pediculari palustri*, sed corolla fere *Mimuli*, sordide rosea, fauce lineis 2 flavidis notata. — Crescit in China boreali.

4002. CENTRANTHERA *R. Br.*

(R. Br. Prodr. flor. Nov. Holland. 438. — Meisn. Gener. plant. vascul. I. 309. II. 220. — Bth. Scrophular. Indic. 50.)

1. C. GRANDIFLORA Bth. in Wall. Catal. 3880., Scrophul. Indic. 50. — Erecta glabra tuberculoso-scabra: florib. secundis approximatis amplis; calycib. oblongo-inflatis, hinc fissis, inde acutissimis. ⊙? — Calyx 9 lin. longus, corolla 21 lin. longa. — Crescit in montibus (?) Sillet in India orientali.

2. C. BRUNONIANA Wall. Catal. 3882. — Bth. l. c. — Erecta hispida: florib. remotis; calycib. oblongis hinc fissis, inde acutis. ⊙? — Calyx 5–6 lin. longus, corolla 12–14 lin. longa. — Crescit ad Moolmyne in Martabania.

3. C. HISPIDA R. Br. l. c. 438. — Wall. Plant. Asiat. rarior. I. 39. † t. 45. — Bth. l. c. — Erecta cano-hispida: florib. remotis; calycib. ovatis hinc fissis, inde acutis 2–3-fidisve. ⊙? — Calyx circiter 3 lin. longus, corolla 7–8 lin. longa. — *C. Nepalensis* D. Don, Prodr. fl. Nepal. 88. — *Digitalis stricta* Rxb. Flor. Ind. or. III. 99. — Crescit in tota Hindustania, Nepalia, Kamaon et in montibus Prome etc.

4. C. HUMIFUSA Wall. Catal. 3883. — Bth. l. c. — Diffusa humilis ramosissima glabriuscula: florib. distantib.; calycib. ovatis hinc fissis, inde acutiusculis bifidisve. ⊙? — Calyx vix 2 lin. longus, corolla 4 lin. longa. — *Razumovia Tranquebarica* Spr. Syst. veget. II. 812? — Crescit in Peninsula Indiae orientalis (ad Nathpur).

Tribus IX. *RHINANTHEAE* Bth. Scrophular. Indic. 50. — Endl. Gener. plant. p. 692.

Corollae limbus bilabiatus, labio superiore concavo, galeato v. lineari integro v. emarginato, inferiore trifido. Stamina quatuor (v. rarius duo) ascendentia, antherae biloculares, loculis discretis parallelis, saepe acuminatis. Capsula loculicide bivalvis, valvis medio septiferis, saepissime integris. Seminum testa solida v. laxa arilliformis, nunc in alam expansa.

4003. ORTHOCARPUS *Nutt.*

(Nutt. Gener. plant. Americ. II. 56. — Meisn. Gener. plant. vascul. I. 312. II. 223. — Bth. Scrophular. Indic. p. 12. in adnotat.)

1. O. PUSILLUS Bth. l. c. — Humilis ramosissimus glabriusculus: foll. apice multifidis, laciniis divaricatis setaceis; dentib. calycinis linearib. viridib. corollam subaequantibus. — Herba vix bipollicaris. ☉ — Crescit in California.
2. O. GRACILIS Bth. l. c. — Caulib. numerosis subramosissimis, apice pubescentib.; foll. apice multifidis, laciniis divaricatis lineari-subulatis; dentib. calycinis lanceolato-subulatis acutissimis vix coloratis; corollae (purpurascentis?) tubo exserto pubescente; staminib. galea brevioribus. ☉ — Crescit in California.
3. O. FLORIBUNDUS Bth. l. c. — Glabriusculus ramosissimus: foll. apice pinnatifidis, laciniis linearib. divaricatis; dentib. calycinis linearib. viridib.; corollae luteae tubo subexserto glabro; antheris exsertis. ☉ — Crescit in California.
4. O. ERIANTHUS Bth. l. c. — Basi pubescens, apice tomentosus ramosissimus: foll. apice multifidis, laciniis lineari-setaceis divaricatis; calycib. tomentosis, dentib. lanceolatis acutissimis viridib.; corollae luteae tubo longe exserto tomentoso; antheris galea brevioribus. ☉ — Crescit in California.
5. O.? TENUIFOLIUS Bth. l. c. — Piloso-pubescens: foll. 3–5-fidis, laciniis linearisubulatis; florib. dense spicatis; foll. floralib. latissimis incisis; dentib. calycinis brevib. subulatis. — *Bartsia tenuifolia* Prsh. Fl. Am. bor. II. 429. — An *Castillejae* species? ☉ — Crescit in America boreali-occidentali.
6. O. DENSIFLORUS Bth. l. c. 13. — Hook. et Arn. Bot. Beech. voy. 379. — Glabriusculus ramosissimus: foll. apice trifidis, laciniis linearib.; spicis densis imbricatis (flavescentib.); laciniis calycinis lineari-subulatis subcoloratis, corollae pubescentis tubum aequantib.; staminib. galea brevioribus. — *Castilleja ambigua* Hook. et Arn. Bot. Beech. voy. 154. ☉ — Crescit in California.
7. O. TOLMIEI Hook. et Arn. l. c. 379. — Puberulus: caule stricto saepius a basi ramoso; foll. lineari-acuminatis integris; florib. breviter spicatis; bracteis divaricato-trifidis corollam superantib., laciniis linearib.; dentib. calycinis lanceolatis acuminatis tubo membranaceo subduplo breviorib. viridib.; corolla lutea glabra, tubo longe exserto, labio superiore apice uncinato, inferius trilobum erectum adpressum paullo superante. ☉ — Crescit in California.
8. O. PURPURASCENS Bth. l. c. — Ramosissimus piloso-hirtus: foll. pinnatomultifidis, laciniis linearib. divaricatis; spicis densis imbricatis purpurascentib.; laciniis calycinis aeque ac illis bracteorum lineari-spathulatis, apice coloratis, corollae pubescentis tubum aequantibus. ☉ — Crescit in California.
9. O. HISPIDUS Bth. l. c. — Hook. Fl. Bor. Americ. II. 104. — Subramosus piloso-hispidus: foll. e basi lanceolata longe subtrifidis, laciniis lineari-subulatis; florib. distantib.; bracteis viridib. corollas superantib.; calycis dentib. lineari-setaceis viridib.; corollae (flavescentis) tubo glabro brevioribus. ☉ — Haec ut species omnes praecedentes, est tenuis semipedalis v. vix pedalis, species sequentes tamen recedunt statura grandiori, ultra pedali, habitaque lithospermoideo duro. — Crescit in Columbia.
10. O. STRICTUS Bth. l. c. — Hook. l. c. t. 172. — Caule duro hispido; foll. lanceolatis integris trifidisve; florib. distantib. longe spicatis; bracteis divaricato-trifidis, laciniis longe lanceolatis corollas superantib.; dentib. calycinis lanceolatis

brevissimis viridib.; corollis (luteis) glabris, tubo longe exserto. ⊙ — Ad fl. Columbia et Red river in America boreali crescit

11. O. LUTEUS Nutt. Gen. pl. fl. N. Am. II. 57. — G. Don, General syst. of gard. and bot. IV. 616. — Caule simplici; foll. alternis integris lanceolatis linearib. sessilib. acutis opacis, cum bracteis calycibq. pubescenti-viscidis, margine scabris; bracteis trinerviis divaricato-trifidis; florib. luteis glabris axillarib. alternis sessilibus. ⊙ — Forte cum praecedente consociandus erit. — Crescit in America boreali (Missouri, Fort Mandan).

12. O. BRACTEOSUS Bth. l. c. — Caule duro pubescente; foll. lanceolatis, apice lineari-trifidis; florib. spicatis; bracteis latis divaricato-trifidis rigidis; dentib. calycinis lanceolatis rigidis viridib., corollae purpurascentis tubo brevioribus. ⊙ — Crescit ad flumen Columbia.

13. O. LITHOSPERMOIDES Bth. l. c. — Erectus durus ramosus, basi pubescens, apice hispidus: foll. trinerviis, inferiorib. apice integris, superiorib. 3-5-fidis, laciniis lanceolatis; spicis densis flavescentib. hispidis; dentib. calycinis lanceolato-linearib. flavescentib. hispidis, tubo corollae glabriusculo brevioribus. ⊙ — Crescit in California.

14. O. CASTILLEJOIDES Bth. l. c. — Humilis pilosiusculus: foll. oblongis, inferiorib. integris, superiorib. cuneatis breviterq. trifidis; florib. laxe spicatis; calycib. tubulosis, dentib. brevib. viridib.; corollae (purpurascentis) tubo breviter exserto. ⊙ — Crescit in California.

4004. CASTILLEJA *Mutis.*

(Mutis mss. ex Linn. fil. Supplem. 293. — Meisn. Gener. plant. vascular. I. 313. II. 223. — G. Don, General Syst. of gard. and bot. IV. 614.)

Sectio I. EUCASTILLEJA G. Don l. c. 614.

Calyx latere altero longitudinaliter fissus, altero dentatus v. lobatus. Antherae discretae angustae, loculis aequalibus.

1. C. (BARTSIA Linn. Spec. plantar. 839.) PALLIDA Kth. Synops. plant. aequinoct. II. 100. (adnot. ad no. 6.) — Spr. Syst. vegetab. II. 232. — Tomentosa: foll. radicalib. linearib. acuminatis integris, superiorib. alternis ovato-lanceolatis trinerviis dentatis; spicis simplicib.; calycib. villosis. ♃ — Gmelin. Fl. Sibiric. III. 201. no. 11. t. 42. — *C. septentrionalis* Lindl. Bot. Regist. t. 925. — Hook. Flor. Bor. Amer. II. 105. — *C. Sibirica* Lindl. l. c. t. 925. (adnot.) — Crescit in Sibiria, in ora occidentali Americae arcticae, in Labradoria, in deserto Baschkirorum.

   β. Unalaschkensis Chamiss. et Schlchtd. Linnaea II. 561. — Caules simplices cubitales sesquicubitales, crassitie pennae gallinaceae. Folia superiora ovato-lanceolata 3- v. rarius 5-nervia, extimo pari obsoleto, nervis subtus prominentibus, quam in vulgari magis hirsuta. Bracteae in apice spicae minus lacerae. — Crescit in Unalaschka insula.

2. C. AFFINIS Hook. et Arn. Bot. Beech. voy. 154. — Caule herbaceo subsimplici piloso-hispido; foll. lineari-lanceolatis trinerviis pubescentib. integris v. raro apice dentato-lobatis; florib. inferiorib. pedunculatis; calyce florifero tubuloso antice posticeq. fisso, lobis bifidis, segmentis lineari-lanceolatis acutis; corolla calycem subaequante. ♃ — Folia floralia non dilatata, qua nota differt a *C. lithospermoide.* A *C. integrifolia* Linn., cui valde affinis, recedit calyce per anthesin tubuloso nec ventricoso. — Crescit in California.

3. C. TOLUCCENSIS H. B. Kth. Nov. gener. et spec. pl. III. 329. — Kth. l. c. 99. — Caulib. suffruticosis ramosis procumbentib. glabris; foll. lanceolatis obtusis hispidis subintegris, superiorib. apice trifidis; florib. axillarib. sessilib.; calyce corollam subaequante. ♁ — Caules caespitosi; rami quadrangulares dense foliosi. Corolla glabra. Calyx bifidus, lobis rotundatis. — Crescit in montibus Mexicanis prope urbem Toluccae.

4. C.° MORANENSIS H. B. Kth. l. c. 328. — Kth. l. c. — Caulib. suffruticosis simplicib. prostratis pubescenti-hispidis; foll. lanceolatis acutis hispidis integris, superiorib. trifidis: florib. axillarib. sessilib.; corolla calycem paullo superante. ♃ — Calycis bifidi lobi emarginati. — Crescit locis temperatis inter Pachuca et Moran Mexicanorum.

5. C. NUBIGENA H. B. Kth. l. c. 330. t. 163. — Kth. l. c. — Caule suffruticoso ramoso erecto hispido; foll. linearib., apice trifidis densissime hirtis, lacinia intermedia subtrifida; florib. axillarib. breviter pedunculatis; calyce florifero ventricoso corollam subaequante. ♁ — Rami tetragoni. Folia floralia rubra. — Crescit in arenosis montis ignivomi Pichinchae juxta planitiem Verde Cuchu. — *C. trifida* Willd. Herb. 11700. — *C. fissifoliae* Linn. proxima est.

6. C. FISSIFOLIA Linn. fil. Supplem. 293. — Willd. Spec. plant. III. 289. — Sm. Icon. inedit. 40. t. 40. — H. B. Kth. l. c. 330. — Kth. l. c. 100. — Caule suffruticoso ramoso erecto hispido; foll. linearib., apice trifidis densissime hirtis, lacinia intermedia trifida; florib. spicatis pedunculatis; calyce tubuloso corolla dimidio breviore. ♁ — Folia trinervia pollicaria. Ramulorum rudimenta in axillis foliorum. — Crescit locis frigidis regni Novo-Granatensis inter Zipaquira et Santà Fe de Bogota.

7. C. LACINIATA Hook. et Arn. Bot. Beech. voy. 40. — Pilis raris rigidis obsita: caule erecto herbaceo; foll. linearib. trifido-pinnatifidis, laciniis elongatis filiformib.; florib. axillarib. subsessilib.; calyce corollam subaequante. ♃ — Valde affinis *C. nubigenae*, quae tamen fruticosa, calyce inflato, foliorum laciniis multo latioribus brevioribusque recedit ab hac specie. — In Chili ad Conceptionem.

8. C. ARVENSIS Cham. et Schlchtd. Linnaea V. 103. — Caule herbaceo simplici aut ramoso piloso-hispido; foll. spathulato-lanceolatis v. oblongo-lanceolatis obtusis, basi angustatis trinerviis integris pubescenti-hirsutis; florib. spicatis; corollis calycem vix superantibus. ♃ — Affinis *P. lithospermoidi*, distinguenda foliorum forma, capsula latiore majore suborbiculari, seminibus cuneatis nulla membrana alatis, testa reticulatim impresso-punctata laxa. — Crescit in Mexico prope Jalapam inter segetes inter San Andres et Serro Colorado.

9. C. INTEGRIFOLIA Linn. Supplem. 293. — Sm. Icon. inedit. 39. t. 39. — Willd. Spec. plantar. III. 389. — H. B. Kth. l. c. 330. — Caule fruticoso ramoso erecto albido-hispido; foll. linearib. integris hispido-pubescentib.; florib. spicatis subsessilib.; calyce florifero basi ventricoso corolla breviore. ♃ — Folia trinervia, 8 lin. longa, 1½ lin. lata. Calyx bidentatus. — Crescit in temperatis Novae Hispaniae prope Tasco San Augustin de la Cueva et fodinam comitis de Rayas.

10. C. LITHOSPERMOIDES H. B. Kth. l. c. 331. t. 164. — Caule herbaceo subsimplici piloso-hispido; foll. lanceolato-linearib., apice angustatis obtusis integris tenuissime piloso-hispidis; florib. subspicatis sessilib.; corolla calycem vix superante. ♃ — Folia trinervia 1½-2-pollicaria, 3 lineas lata, floralia rubra apiceque dilatata. Calyx latere altero fissus, altero bifidus. Corolla alba. — *C. hyssopifolia* Willd. Herb. 11796. — *Castillejae pallidae* valde affinis. — Crescit in temperatis Novae Hispaniae prope Real del Monte et Moran, et in regno Quitensi prope Chillo.

11. C. TENUIFLORA Bth. Plant. Hartwegian. 22. no. 191. — Fruticosa pubescenti-scabra: foll. linearib. lanceolatisve, basi amplexicauli-dilatatis integerrimis, floralib. late lanceolatis acutis, supremis apice coloratis; calycib. pubescentib., dentib. brevib. acutis, corolla tenui glabra subdimidio brevioribus. — In Mexico.

Sectio II. EUCHROMA Nutt. Gener. plant. Americ. I. 54.

Calyx spathaeformis bifidus vel emarginatus vel quadrifidus, segmentis subulatis. Antherae lineares, loculis inaequalibus, omnes cohaerentes.

§. 1. *Calyx spathaeformis bifidus v. quadrifidus inclinatus.*

12. C. LONGIFLORA Knze. Pugill. plant. inedit. I. 4. — Caule suffruticoso tenui erecto, imprimis basi ramoso; foll. inferiorib. suboppositis, horizontalib. deflexisve,

e basi amplectente dilatato-auriculata linearib. acuminatis, superiorib. latiorib., omnib. trinerviis; bracteis ovato-acuminatis trinerviis pallidis, summo apice lateritiis divergenti-divaricatis; florib. brevissime pedunculatis terminalib. subracemosis paucis; calycis tubulosi compressi lobis elongatis bidentatis aurantiacis; corolla longe exserta, labio superiori attenuato obtuso recto, apice rubello, inferiore minuto 2- rarius 3-fido, lobis porrectis obtusis; stylo parum exserto. 4 — Crescit in Mexico.

13. C. SCORZONERAEFOLIA H. B. Kth. l. c. 331. t. 165. — Caule herbaceo simplici(?) piloso-hispido; foll. linearib., basi dilatatis subamplexicaulib. integris hispidulis, floralib. bracteaeformib. coloratis; florib. spicatis sessilib.; corolla calycem vix superante. 4 — Caulis angulatus rubicundus. Folia trinervia subtripollicaria, 2-3 lineas lata, floralia purpurascentia. Calyx utrinque fissus, segmentis emarginato-bidentatis. Corolla pilosa. — Sequenti valde affinis. — Crescit in rupestribus Novae Hispaniae prope Patzcuaro et Ario.

14. C. OCCIDENTALIS Torr. Ann. lyc. New York II. 230. — Caule herbaceo simplici piloso; foll. lineari-lanceolatis, apice attenuatis puberulis integerrimis acutiusculis; florib. spicatis sessilib.; corolla vix calyce longiore; bracteis erectis trifidis. 4 — Folia sessilia trinervia. Spica simplex oblonga. Bractearum segmentum intermedium nonnunquam trifidum. Calyx unilateraliter subfissus quadridentatus. — Crescit in America boreali (Rocky mountains).

15. C. (BARTSIA Linn. Spec. plantar. 839. — EUCHROMA Nutt. Gener. pl. Amer. II. 55.) COCCINEA Kth mss. ex Bth. in Hook. Flor. Bor. Americ. II. 105. — (Spr. Syst. vegetab. II. 755?) — Pilosa: foll. plerisq. incisis; calycib. utrinq. fissis, segmentis latis integris retusis corollam subaequantib. v. ea vix brevioribus. 4 — *Pedicularis seu Cristae galli affinis Virginianae Ajugae multifido folio, apicibus coccineo, floribus pallidis in spicam congestis* Pluken. Alm. t. 102. fig. 5. — *Horminum tenui Coronopi folio* Moris. Oxon. Histor. III. 395. sect. 11. t. 13. fig. 28. — Crescit in America boreali.

16. C. HISPIDA Bth. mss. in Hook. Fl. Bor. Americ. II. 105. — Piloso-hispida: foll. plerisq. incisis; calycib. utrinq., praesertim infra fissis, segmentis apice bifidis, laciniis oblongo-linearib. corolla parum brevioribus. ⊙ — [Caulis annuus decumbens striatus longe pilosus. Folia oblonga apice trifida v. integra pilis longis vestita trinervia, inferiora saepius integra. Bracteae oblongo-lanceolatae miniatae luteae albaeve, fere semper pinnatifidae. Capsulae oblongae pubescentes, seminibus cuneatis reticulatis.] — *C. coccinea* Dougl. mss. in Lindl. Bot. Regist. t. 1136. — Crescit in Americae borealis regionibus boreali-occidentalibus (Fort Vancouver).

17. C. MACROCARPA Bth. Scrophular. Indic. 13. adnot. — Erecta ramosa: caule piloso.; foll. brevib. ovato-oblongis integris trinerviis, basi amplexicaulib., superiorib. obtuse trifidis cuneatis, floralib. apice latis coloratis; calycib. brevissime et obtuse quadrifidis hinc fissis; corollae tubo incluso, galea breviter exserta. 4 — *C. latifolia* Hook. et Arn. Beech. voy. 154. et 380. — *C. Toluccensis* Cham. et Schlchtd. Linnaea II. 579. (nec H. B. Kth.) — Crescit in California.

18. C. FOLIOLOSA Hook. et Arn. Bot. Beech. voy. 154. — Niveo-tomentosa: caule fruticoso ramoso; foll. confertis, inferiorib. linearib. obtusis, superiorib. floralibq. divaricato-tripartitis rariusque integris; florib. subsessilib.; calyce florifero tubuloso antice posticeq. aequaliter fisso, lobis leviter emarginatis; corollae tubo calycem non aequante. 4 — Herba 2-3-pedalis, folia in axilla fovent ramulos abbreviatos abortivos i. e. folia subfasciculata. — Ex habitu non dissimilis est *C. fissifoliae*. — Crescit in California.

19. C. (EUCHROMA Nutt. Gener. plant. Americ. II. 55.) GRANDIFLORA Spr. Syst. vegetab. II. 755. — Perennis: foll. bracteisq. concolorib. linearib. subtrifidis hispidis, laciniis divaricatis; calycib. quadrifidis partim obliquis; corolla calycem excedente, labii inferioris segmentis acuminatis. 4 — Corolla puberula 2-3-pollicaris virescenti-alba in colorem roseum transiens, labio superiori virescente. —

Cast. sessiliflora Prsh. Fl. Amer. septentr. II. 738? — Crescit in America boreali (in planitiebus montosisque ad fl. Missouri et Mississippi).

20. C. MINIATA Dougl. mss. in Hook. Flor. Boreal. Americ. II. 106. — Glabra v. apice pilosa: foll. caulinis integris; calycib. utrinq., praesertim infra, fissis, segmentis apice bifidis, laciniis lanceolatis oblongisve corollae tubum vix aequantibus. ♃ — Crescit in America boreali-occidentali (Blue mountains).

21. C. (EUCHROMA Nutt. Transact. of the Americ. Philos. Soc. [New Ser.] V. 180.) PURPUREA G. Don, General syst. of gard. and bot. IV. 615. no. 17. — Foll. cuneatis trifidis v. subcrenatis (a little jagged); bracteis rubris; calyce corollaq. coloratis quadrifidis unilateralib.; corollae segmentis acutis. ♃ — Caulis tomentosus. Folia tomentella. Calyces corollaeque speciosissime rubicundo-purpurascentes. Calycis segmenta linearia, omnia unilateraliter inclinata corollam subaequantes, corollae labium superius apice virescens. — Affinis *C. grandiflorae*, sed recedit corollae proportione et bracteis. — In America boreali (Arkansas, Red river).

§. 2. *Calyx quadrifidus aequalis.*

22. C. PARVIFLORA Bngrd. Mém. de l'acad. impér. des scienc. de St. Ptrsbrg. (VI. Sér.) II. 157. — Caule simplici ascendente, basi squamis ovatis acutis integris inciisive tecto, apice villoso; foll. sparsis ovato-lanceolatis regulariter incisis, segmentis utrinq. ternis oppositis divaricatis, inferiorib. lanceolatis acuminatis, superiorib. linearib. acutis; florib. ad apices ramorum dense racemosis sessilib. (rubris); bracteis foliis conformib. villosis; calycis quadrifidi laciniis linearib.; corollae labio superiore tricrenato, inferiore tridentato; antheris sagittatis luteis. ♃? — Affinis dicitur *C. coccineae*, sed praeter characteribus aliatis differt jam floribus duplo minoribus. — Crescit in insula Sitcha.

23. C. (CALLICHROA Nutt. Journ. acad. Philad. VII. 46.) ANGUSTIFOLIA G. Don, General syst. of gard. and bot. IV. 616. no. 20. — Humilis pilosa: foll. divaricato-trifidis, radicalib. simplicib., segmentis linearib. obtusiusculis; bracteis trifidis, segmento intermedio plerumq. iterum trifido; calycib. quadrifidis, segmentis aequalibus. ♃ — Caules plurimi ex eadem radice 3-4-pollicares pilosi. Foliorum laciniae divaricatae bifidae, trifidae simplicesque. Corolla parva vix calyce aequali longior. — Crescit in America boreali (in pratis ad ripas fluvii Goddin prope Columbiae fontes).

24. C. (CALLICHROA Nutt. l. c. 47.) BRADBURII G. Don l. c. no. 21. — Pilosula: foll. palmatim bis trifidis, segmentis linearib.; bracteis foliiformib.; calycib. quadrifidis, segmentis aequalibus. ♃ — Caulis simplex. Folia pubescentia, e medio divaricato-trifida, lacinia intermedia iterum trifida. Bracteae coccineae, lacinia intermedia iterum trifida. — Crescit in America boreali (simul cum praecedente).

† *Species non rite cognitae.*

25. C. CORONOPIFOLIA Vent. ex Spr. Syst. vegetab. II. 774. — Caule erecto; foll. linearib. hispidis integerrimis trifidisq.; florib. racemosis secundis. ♃ — Crescit in Nova Granata.

26. C. (BARTSIA Prsh. Fl. Amer. septentr. II. 729.) ACUMINATA Spr. l. c. 775. — Foll. linearib. elongatis trinerviis, floralib. oblongis longissime acuminatis flores superantibus; dentibus calycis acutis. ♃ — Crescit in insulis Aleutis.

†† *Species prorsus incognita.*

27. °C. SERRATA Hortor. — (Steud. Nomencl. botanic. [edit. 2.] I. 340.) — Crescit...?

††† *Species e genere expellenda.*

C. AMBIGUA Hook. et Arn. = ORTHOCARPUS DENSIFLORUS.

Genus haud satis notum.

ONCORHYNCHUS *Lehm.*

(Lehm. in Linnaea VIII. Literaturb. 5. — Meisn. Gener. plant. vascul. II. 223.)

Calyx campanulatus bifidus, laciniis bifidis lateralibus. Corolla tubulosa calyce duplo longior, labio superiore canaliculato, inferiore breviter inflato-plicato trilobo, lobis angustis, labio superiori adpressis. Stamina exserta. Stylus stamina aequans. Stigma capitatum. Capsula ovata. — Herba biennis subdecumbens: foliis sparsis sessilibus linearibus trifidisque, floralibus pinnatis; floribus spicatis.

1. *O. PINNATIFIDUS Lehm. l. c. — ♂ — Crescit in Chili.

4005. ADENOSTEGIA *Bth.*

(Bth. mss. in Lindl. Introduct. [edit. 2.] 445. — Meisn. Gener. plantar. vascular. I. 312. II. 223.)

1. *A. RIGIDA Bth. mss. in Lindl. l. c. — 4? — Crescit in Nova California.

4006. TRIPHYSARIA *Fisch. et Mey.*

(Fisch. et Mey. Indx. semin. hort. Petropolit. II. 52. — Meisn. Gener. plant. vascul. I. 313. II. 224.)

1. *TR. VERSICOLOR Fisch. et Mey. l. c. † — Ann. sc. natur. V. 301. — Linnaea XI. Literaturb. 122. — Bth. in Hook. Compan. bot. Magaz. II. 10. ⊙ — California.

4007. SCHWALBEA *Linn.*

(Linn. Gener. plantar. 744. — Meisn. Gener. plant. vascul. I. 312. II. 222.)

1. *SCHW. AMERICANA Linn. Spec. plantar. 844. — Grtnr. De fructib. et seminib. pl. I. 259. t. 55. — Lam. Illustr. gener. t. 520. — 4 — *Euphrasia Mariana major, floribus spicatis amplis tubis longioribus, summis oris profunde incisis* Pluken. Mant. 73. t. 348. fig. 2? — Crescit in America boreali ad paludum margines haud procul ab ora marina.

4008. LAMOUROUXIA *H. B. Kth.*

(H. B. Kth. Nov. gener. et spec. plantar. II. 335. — Meisn. Gener. plant. vascular. I. 312. II. 222. — G. Don, General syst. of gard. and bot. IV. 613.)

§. 1. *Stamina duo superiora breviora sterilia.*

1. L. VIRGATA H. B. Kth. l. c. 336. t. 167. — Kth. Synops. plant. aequinoct. II. 103. — Ramis teretiusculis; calycib. foliisq. glabris lineari-lanceolatis obsolete crenato-serratis; lacinis calycinis lanceolatis integerrimis. 4? — Herba suffruticosa ramosa. Folia circiter pollicaria, 2 lin. lata. Corolla carnea. — Prope urbem Quito.
2. L. SERRATIFOLIA H. B. Kth. l. c. 336. t. 168. — Kth. l. c. — Ramis tetragonis bifariam pilosis; foll. lineari-lanceolatis inciso-serratis calycibq. glabris, laciniis oblongo-lanceolatis integerrimis. 4 — Folia subsessilia 14—15 lin. longa, 2½ lin. lata. Corolla carnea. — Crescit juxta Santa Fe de Bogota et cataractam Tequendamae in regno Novo-Granatensi.
3. L. RHINANTHIFOLIA H. B. Kth. l. c. 337. t. 169. — Kth. l. c. 104. — Caule ramisq. subtetragonis pubescenti-pilosis; foll. oblongis acutis, basi rotundatis subamplexicaulib. crenato-serratis tenuissime hirtis; calyce piloso-hirto, laciniis ovato-lanceolatis serratis. 4 — Folia subpollicaria. Corolla carnea. — Crescit locis temperatis Novae Hispaniae prope pagos Magdalenae, Actopan et Santa Rosa de la Sierra.
4. SYLVATICA H. B. Kth. l. c. 337. — Kth. l. c. — Subvolubilis: ramis teretib. pilosiusculis; foll. lanceolato-oblongis acutis, basi angustatis subduplicato-serratis calycibq. hirtellis, laciniis oblongis acutis serrulatis. 4 — Folia subsessilia pollicaria v. longiora. Corolla rosea pilosa. — Praecedenti simillima. — Crescit in sylvis prope pagum Ayavaca Peruvianorum.

5. L. CORDATA Cham. et Schlchtd. Linnaea V. 103. — Intermedia inter *L. viscosam* H. B. Kth. et *L. rhinanthifoliam* H. B. Kth., a priori foliis cordatis sessilib. subamplexicaulib. breviorib. latioribq. diversa, ab hac uberiori pube in inflorescentia viscosa, laciniis calycinis integerrimis discrepat. Habitus peculiaris, caulis strictus virgatus dense foliosus, foliis apicem versus valde decrescentibus nec jam floriferis. Corolla coccinea. Folia maxima 1¼ poll. longa, ⅝ poll. lata. — Crescit in Mexico inter Tenestepeque et Quantotalapam.

6. L. VISCOSA H. B. Kth. l. c. 338. — Kth. l. c. — Caule subtetragono; calycib. foliisq. piloso-tomentosis viscosis lanceolatis acuminatis serratis; laciniis calycinis lanceolatis integerrimis. ♃ — Folia pilosa subbipollicaria, 6—7 lineas lata, folia floralia ovato-lanceolata pollicaria glanduloso-pilosa. Corolla carnea, extus tomentosa — Habitus *Lobeliarum*. — Crescit in littore Mexicano Oceanis pacifici prope Acapulco.

7. L. LONGIFLORA Bth. Plant. Hartwegian. 22. no. 188. — Foll. linearib. acutis integerrimis cauleq. glabris puberulisve; calycib. glabris, laciniis lineari-lanceolatis obtusis integerrimis; corollae labii inferioris laciniis lanceolatis acutiusculis viscoso-pubescentibus. ♃ — Crescit in Mexico. — An recte hujus paragraphi?

§. 2. *Stamina quatuor omnia fertilia.*

8. L. XALAPENSIS H. B. Kth. l. c. 338. — Kth. l. c. — Caule ramisq. teretiusculis hirtellis; foll. lanceolatis acuminatis argute serratis calycibq. glabris; staminib. omnib. fertilib.; laciniis calycinis oblongo-linearib. integerrimis. ♃ — Folia subsessilia sesquipollicaria, 3 lin. lata. Flores coccinei extus pilosi. Loculi omnes antherarum mutici. — Forte proprium exhibet genus antheris omnibus muticis fertilibus diversum. — Crescit in declivitate orientali montium Mexicanorum prope urbem Xalapam.

9. L. MULTIFIDA H. B. Kth. l. c. 339. — Kth. l. c. — Caule subtetragono foliisq. glabriusculis pinnatifidis; staminib. omnib. fertilib.; calyce farinoso-pubescente laciniis lanceolatis integerrimis. ♃ — Caulis pilosiusculus rubescens. Folia petiolata 9—12 lin. longa. Corolla coccinea extus pubescens. Loculi antherarum basi aristati. — *Stenochilum elegans* Willd. Herb. no. 11694. (ex Cham. et Schlchtd. Linnaea V. 104.) — Crescit in temperatis Novae Hispaniae inter Guanaxuato et Santa Rosa de la Sierra.

† *Species non satis nota.*

10. L. BARTSIOIDES Hook. Botanic. Miscell. II. 234. — Pubescens ramosa: foll. lineari-oblongis obtusis crenato-pinnatifidis scabris; bracteis lanceolatis corolla breviorib.; florib. in spicam oblongam congestis. ♃? — Habitus omnino *Bartsiae viscosae* v. *Rhinanthi Cristae galli*, sed calyx cylindricus corollaque, quantum e speciminibus siccis potest videri, pertinet ad *Lamourouxiam*. — In Peruvia.

4009. CYMBARIA *Messerschm.*

(Messerschm. ex Linn. Mantiss. pl. 417. — Meisn. Gener. plant. vascular. I. 312. II. 223. — Schlchtd. ex Nees ab Esenb. Horae physicae Berolinenses 105—110. t. 21.)

Sectio I. CYMBOCHASMA Endlich. Gener. plant. p. 693.

Calyx quinquefidus, dentibus interjectis nullis. Corollae labium superius rectum integrum.

1. C. BORYSTHENICA Pallas mss. ex Schlchtd. l. c. 109. † t. 21. fig. II. — Planta vix tripollicaris, plerumque minor, tota tomento dense intertexto canescenti-alba: caulib. plurib. brevib. teretib. simplicib., ad basin floriferis foliosis (1½—2-pollicaribus); foll. oppositis lineari-lanceolatis subsessilib.; florib. ad caulis basin oppositis subsessilib. axillarib. magnis. ♃ — Calyx campanulatus bilabiatus striatus 8—10 lin. longus, medium usque in lacinias 5 lineares acuminatas fissus, basi bibracteatus, bracteis lanceolatis tubum calycis aequantibus. Corolla calyce duplo major subtomentosa, pallide flava, defloratа albens, tubus superne parum ventricosus, labium superius rectum naviculare integrum, inferius superans,

6. **M. PRATENSE** Linn. l. c. 843. — Engl. bot. t. 113. — Schkhr. l. c. — Grtnr. De fructib. et seminib. I. t. 53. fig. 1. — Svensk bot. t. 287. — Bessl. Hort. Eyst. t. 150. fig. 2. — Rchb. l. c. no. 2435. — Koch l. c. — Spicis laxis secundis; bracteis lanceolatis, superiorib. basi utrinq. uni-bidentatis; calycib. glabris corolla triplo breviorib.; florib. horizontaliter patentibus. ☉ — Variat floribus albis, superne flavis atque totis flavis. — Moris. Oxon. Histor. sect. 11. t. 23. fig. 3. — Bessl. Eyst. aestiv. 12. t. 2. fig. 2. — *Melampyrum vulgatum* Pers. Enchir. II. 151. — Crescit in pratis turfosis ericetisque per totam Europam.
7. **M. SYLVATICUM** Linn. l. c. — Engl. bot. t. 804. — Flor. Danic. t. 145. — Hook. Flor. Londin. t. 176. — Rchb. l. c. no. 2434. — Koch l. c. — Hook. Flor. Bor. Americ. II. 106. — Spicis laxis secundis; bracteis lanceolatis integerrimis; calycib. glabris corollam aequantib.; florib. erectis. ☉ — Flores dimidio quam antecedentis minores aurei, erecti, fructus autem nutantes. — *M. alpestre* Pers. l. c. — *M. lineare* Lam. Diction. IV. 23. — *M. Americanum* Michx. Fl. Am. boreal. II. 16. — Crescit in sylvis et pratis subalpinis per totam Europam et Americam borealem.

† *Species nomine tantum cognitae.*

8. *M. **LATIFOLIUM** Mühlenbrg. Catal. ex Nutt. Gener. pl. Americ. II. 58. — Crescit ad lacum Delaware in America boreali.
9. *M. **CARPATHICUM** Schult. (Forte *M. barbatum* W. et Kit.).

4019. TOZZIA *Micheli.*

(Micheli, Nov. gener. plant. t. 16. — Meisn. Gener. plant. vascular. I. 313. II. 223. — G. Don, General syst. of gard. and bot. IV. 635.)

1. T. ALPINA Linn. Spec. plantar. 644. — Lam. Illustr. gener. t. 522. — Jacq. Flor. Austriac. II. t. 165. — Schkuhr, Bot. Handbch. t. 165. — Strm. Dtschlands. Flor. Hft. 30. (ic. sen.) — G. Don l. c. 636. fig. 63 — Rchb. Flor. German. excurs. 357. no. 9432. — Koch, Synops. flor. German. (edit. 1.) 530. — Herba perennis spithamaea et altior succosa longe ramosa: foliis sessilibus ovatis pauci-crenato-serratis; florib. in racemos breves bracteatos terminales collectis; corolla flava, labio rubro-punctato. ♃ — *Tozzia alpina lutea, Alsines folio, radice squamata* Micheli, Nov. gener. pl. 20. t. 16. — *Euphrasia lutea alsinefolia, radice squamata* C. Bauh. Pinax. 234. — *Dentaria bulbifera, radice globosa squamulis myosotidis, alpina* Mentz. Pugill. t. 9. fig. 3. et 4. — *Orobanche buglossoides, radice rotunda, squamulis myosotidis, alpina* Moris. Oxon. Histor. III. sect. 12. t. 16. (fig. antepenultim.) — *Anonyme s. Gregorii, radice Dentariae* Column. Ecphras. II. 49. t. 50. — In summis alpibus Tyrolensibus, Helveticis, Pedemontanis, Salisburgensibus, in Sudetis, in alpibus Italiae superioris et in Pyrenaeis crescit.

Genera dubia.

4020. GOMARA *Rz. et Pav.*

(Rz. et Pav. Syst. flor. Peruv. 102. — Meisn. Gener. plant. vascul. II. 214.)

1. G. (GOMARIA Spr. Syst. vegetab. II. 783.) RACEMOSA Rz. et Pav. l. c. — G. Don, General syst. of gard. and bot. IV. 618. — Foll. oblongo-lanceolatis, apice denticulatis; floribus racemosis. ♁ — Crescit in Peruvia.

4021. SANCHEZIA *Rz. et Pav.*

(Rz. et Pav. Prodr. flor. Peruv. 3. t. 32. — Meisn. Gener. plant. vascul. I. 307. II. 218.)

1. S. OVATA Rz. et Pav. l. c., Flor. Peruv. I. 7. † t. 8. — Lam. Illustr. gener. t. 504. — Foll. ovatis acuminatis, petiolis semicylindricis. ♃ — Herba orgyalis. Caulis erectus tetragonus vix divisus glaber. Folia opposita petiolata patentia ovata acuminata integerrima, supra venosa nitida, pubescentia. Petioli connati. Spica terminalis. Flores in verticillos aggregati sessiles. Verticilli multiflori involucrati. Involucri diphylli foliola ovata acuta concava, apice reflexa, punicea persistentia. Bracteae tot quot flores oblongae, leviter emarginatae punicae, flores distinguentes. Calyx fere tubulosus, inferne angustatus quinquepartitus purpureus. Corolla lutea. Filamenta ad apicem hirsuta. — Crescit in Peruviae locis umbrosis.

4022. LAFUENTEA *Lagasca.*

(Lagasca mss. in Spr. Syst. vegetab. II. 660. et 775. — Meisn. Gener. plantar. vascular. II. 214.)

1. L. ROTUNDIFOLIA Lagasca ex Spr. l. c. 775. — Suffrutex glanduloso-viscosus graveolens: foll. decussatis reniformibus crenatis; spicis axillaribus pedunculatis solitariis. ♁ - *Durieua.....*? Merat, Dissert. (Paris. 1822. 8vo. c. ic.) — Crescit in Hispania australi.

4023. DICEROS *Lour.*

(Loureiro, Flor. Cochinchin. 463. — Meisn. Gener. plant. vascular. II. 214.)

§. 1. *Corolla subcampanulata, limbo quadrilobo subaequali.*

1. D. COCHINCHINENSIS Lour. l. c. — Foll. ternis verticillatis ovato-lanceolatis serratis carnosis glabris; pedunculis solitariis axillarib. unifloris villosis; florib. pallide violaceis; corollae campanulatae segmentis obcordatis, una reliquis majori. ♃ — Radix repens. — Crescit locis uliginosis in Cochinchina.

§. 2. *Corollae limbo bilabiato, labio superiore emarginato, inferiore trifido.*

2. D. LATIFOLIUS Blume, Bijdragen 752. — Foll. oppositis subsessilib. ellipticis obtusis, basi cuneatis obtuse dentatis scabrellis; racemis terminalib. elongatis; caule subsimplici. ♃? — Crescit in montosis humidis in insula Java.

3. D. MONTANUS Blume l. c. — Foll. oppositis ovatis obtuse dentatis, utrinq. cum caule pilosulis; pedunculis axillarib. solitariis subumbellato-3-5-floris. ♃? — Crescit in insulae Javae monte Salak.

4. D. GLANDULIFERUS Blume l. c. — Pubescens: foll. oppositis sessilib. ovatis obtusis crenulatis; racemis terminalib. glanduloso-pilosis. ♃? — Crescit in insula Java prope Buitenzorg et Bataviam.

5. D. CAESPITOSUS Blume l. c. 753. — Pubescens: foll. sessilib. oppositis ovatis crenulatis; pedunculis unifloris, plerumque solitariis extraaxillaribus. ♃? — Variat glaber et pilosus. — Crescit in insulae Javae locis graminosis.

•

4023/1. COBAMBA *Manuel Blanco.*

(Man. Blanco, Flora de Filipinas 510. — Endlich. Gener. plantar. Suppl. I. p. 1405. — Meisn. Gener. plant. vascul. II. 200. et 367.)

1. C. DICHOTOMA Blanco l. c. † — Herba graveolens: ramis dichotomis; foll. oppositis sessilib. ellipticis acuminatis integris glabris; florib. terminalib. geminis. ♃ — Crescit in insulis Philippinis.

4023/2. TALA *Manuel Blanco.*

(Man. Blanco, Flora de Filipinas 484. — Endlich. Gener. plantar. Supplem. I. p. 1405. — Meisn. Gener. plant. vascul. II. 214. et 367.)

1. T. ODORATA Blanco l. c. 485. † — Herbacea: foli. oppositis lanceolatis obovatis serratis, subtus foveolatis pubescentib., petiolis connatis; florib. solitariis sessilibus. ♃ — Crescit locis humidis in insulis Philippinis.

•

4024. CONANDRON *Sieboldt. et Zuccar.*

(Siebldt. et Zuccar. Abhandlng. der München. Akadem. [2. Klasse] III II. Abthlng. 729. t. 3. fig. 1. — Endl. Gener. plant. Supplem. III. 79.)

1. C. .....? Sieb. et Zuccar. l. c. — Crescit in Japonia. (Librum citatum non vidi.)

•

4024/1. POARIUM *Dsvx.*

(Dsvx. in Hamilt. Prodr. fl. ind. occid. 46. — Endlich. Gener. plant. Supplem. II. p. 62. adnot. — Meisn. Gener. plant. vascul. II. 214.)

1. P. VERONICOIDES Dsvx. l. c. — Caule humifuso divaricato ramoso; ramis subtomentosis; foll. oppositis ovatis inaequaliter dentatis, basi subdecurrentib. longe petiolatis; floribus axillarib. solitariis sessilibus. ☉? ♃? — In insula Hispaniola.

Genera nondum descripta.

1. ADENOSTOMA *Blume.*

(Blume, Flora [B. Z.] 1826. p. 660.)

•

2. PALMSTRUCKIA *Retz.*

(M. C. Retz, Observ. bot. pugill. (1810.) p. 15. — Idem ac *Chaenostoma* Bth. [Repert. bot. syst. III. 311.] esse dicitur. — Rchb. Nomencl. no. 4643.)

•

3. CARDIOLOPHUS *Griff.*

Griffiths in Madras journ. of sc. no. 13. p. 377.

Genera affinia.

4024. RAMONDIA *L. C. Rich.*

(L. C. Rich. in Pers. Enchir. I. 216. — Meisn. Gener. plant. vascular. I. 308. II. 212. — Ad *Cyrtandreas* pertinere dicitur.)

1. R. PYRENAICA L. C. Rich. l. c. — Herba perennis: folia radicalia petiolata ovata inciso-crenata rugosa brunneo-hirsuta: scapus palmaris corymboso-2-4-florus; corolla magnitudine fere *Solani tuberosi* lilacina, fauce alba flavo-maculata; antherae flavae. 4. — *Auricula Ursi Myconi* Daiech. Histor. 837. — *Cortusa foliis ovatis sessilibus* Linn. Hort. Cliffort. 50. — Trew, Ehret. 26. t. 57. — *Verbascum* (*Chaixia* Lapeyr. Abr. Pyren. Suppl. 37. — *Ramondia* Rchb. Flor. Germ. excurs. 388. no. 2029.) *Myconi* Linn. Spec. plantar. 253. — Mill. Icon. t. 277. — Curt. Bot. Mag. t. 236. — *Myconia borraginea* Lapeyr. Abr. Pyren. 115. — *Ramondia scapigera* Jeaum. St. Hil. Histor. pl. famil. I. 280. — Crescit locis umbrosis in alpibus Pedemontanis et Pyrenaicis.

4025. HABERLEA *Frivaldsky.*

(Frivaldsky, Act. soc. Hungar. II. 249. t. 1. — Griseb. Spicileg. flor. Rumel. II. 54. — Meisn. Gener. plant. vascul. I. 308. II. 212.)

1. H. RHODOPENSIS Frivaldsky l. c. — Flora (B. Z.) 1835. p. 331. — Linnaea XII. Literaturb. 21. — Endl. Iconogr. gener. t. 69. — Griseb. l. c. — Perennis: scapo umbellifero; foll. imis rosulatis spathulato-lanceolatis coriaceis strigoso-hirsutis serrato-crenatis discolorib.; pedicellis 2-3 opposite bibracteolatis; corolla cyanea. 4. — Capsula ovato-oblonga bivalvis, valvis nunc bifidis, seminibus indefinitis. Ovarium globosum stylo tubum corollae subaequante quadruplo brevius; stamina arcuata. — Crescit in Rhodope boreali prope Kalophir, non procul ab urbe Carlova (in Rumelia).

4026. OBOLARIA *Linn.*

(Linn. Gener. plantar. no. 778. — Meisn. Gener. plantar. vascular. I. 313. II. 223. — G. Don, General syst. of gard. and bot. IV. 635.)

1. O. VIRGINICA Linn. Spec. plantar. 881. — Herba 3-4-pollicaris: radice tenui ramosa; foll. crassis viridib. carnosulis, infra saepe purpurascentib.; florib. sessilib. geminis v. ternatis, versus apicem caulis coerulescenti-albis v. pallide rubescentibus, bractea foliacea suffultis. 4. — *Orobanche Virginiana, radice coralloide, summo caule foliis subrotundis* Moris. Oxon. Histor. III. 504. sect. 12. t. 16. fig. 23. — Pluken. Alm. 273., Phytogr. t. 209. fig. 6. — Crescit in America boreali (in Pensylvania, in vicinia Philadelphiae raro, prope West Chester et frequenter in sylvis umbrosis ad lacum Erie).

† *Species mihi nomine tantum nota.*

O. CAROLINIANA Walter.

ADDITAMENTUM.

3878. **VERBASCUM** *Linn.*

(Cf. p. 127.)

Divisio I. §. 2. *β.* [p. 131.]

101. (18a.) V. **SALVIAEFOLIUM** Boiss. Diagnos. plant. nov. orient. IV. 55. — Perenne caespitosum, totum tomento denso floccoso non detersili vestitum albo-cinerascens: caudicib. induratis vestigiis foliorum emarcidorum vestitis; foll. radicalib. oblongo-lanceolatis in petiolum longum attenuatis acutiusculis nervoso-reticulatis, minute et obtuse crenatis; caulib. erectis virgatis simplicib. aut parcissime ramosis, inferne foliosis, foll. caulinis lanceolatis, basi magis minusve decurrentib.; florib. subsessilib. per 1–3 in spicam laxam dispositis, basi 2–3-bracteatis; bractea extrema triangulari acuminata calyce dimidio breviore; calycis pannosissimi laciniis lanceolatis acutis; corolla extus basi lanata calyce plus duplo longiori intense lutea; filamentis omnib. brevib. aequalib. villo aurantiaco densissimo usque ad apicem barbatis; antheris omnib. reniformibus. ♃ — Folia cum petiolo 3–5-pollicaria, superne 8–12 lineas lata, caulina minora, limbo saepe secus pollicis longitudinem decurrente, sensim angustato. Caules 1–sesquipedales, spicae ½–1-pedales rectae, glomerulis florum ½–1 pollicem remotis, calycis laciniae tres lineas longae, flores 6–8 lineas diametro lati. — Crescit in collibus siccis Cariae circa Yenidje et Gheira.

Divisio II. §. 1. †. *α*, [p. 133.]

102. (30a.) V. **CYLINDROCARPUM** Griseb. Spicileg. flor. Rumel. II. 46. † — Caule lignescente tereti, demum atro glaberrimo glutinoso; foll. imis oblongis sinuatis undulatis, supra glaucis glabratis, subtus tomento tenui canescentib., superiorib. integris ovato-oblongis sessilib.; paniculae amplae ramis erecto-patentib. ramosis; pedicellis calyce triplo longiorib.; calycis segmentis lanceolatis, demum glaberrimis glutinosis; corolla flava capsulaq. cylindrica utrinque obtusa triplo breviorib.; antheris reniformib., filamentis albido-lanatis. ♃ — Paniculae pedalis rami remotiusculi, fasciculi 5–8-flori, pedicelli erectiusculi. — Crescit in insula Tassos, in arena littorea prope Panajia versus Kastro.

103. (30b.) V. **OLYMPICUM** Boiss. Diagnos. plantar. novar. orient. IV. 54. — Totum tomento adpresso molli in parte superiori plantae subfloccoso cano-tomentosum: caule tereti valde elato crassissimo, superne ramoso; ramis elongatissimis; foliis radicalib. caulinisq. infimis magnis lanceolatis v. oblongo-lanceolatis acutis, basi attenuatis subsessilib. aut rotundatis sessilib., caulinis superiorib. lanceolatis acutis, basi subauriculatis; glomerulis florum multifloris secus ramos spicas laxiusculas basi subinterruptas formantib., bractea lineari eis aequilonga suffultis; pedunculis tomentosis calyce plus duplo longiorib.; calycis tomentosi laciniis breviter lanceolato-linearib.; corolla calyce sextuplo majori lutea, basi violaceo-maculata; filamentis rubris, omnib. antheras reniformes ferentib., duobus majorib. usque ad medium, caeteris tota longitudine albo-barbatis; capsula oblonga, tandem glabrescente, calyce duplo longiore. ♃ — Caules 3–5-pedales. Folia inferiora saepe sesquipedalia, 3–5 pollices lata, infima lanceolata, caetera ovato-lanceolata, caulina sensim diminuta lanceolata, apice attenuata. Spicae saepe bipedales. Glomeruli 30–50-flori. Pedicelli 4–5 lineas, calyces fere 2 lineas longi. Corolla ea *V. floccosi* paullo major, diametro pollicari. Capsula tres lineas longa. — In omni regione intermedia Olympi in pratis crescit.

104. (30c.) V. ASPERULUM Boiss. l. c. 57. — Totum indumento brevissimo squamulis stellatis constante aspero obsitum cinereum: caule elato subangulato, basi folioso, superne ramosissimo; ramis virgatis strictis; foliis radicalib. ovato-oblongis petiolatis, utrinq. attenuatis acutis integris, caulinis sessilib. ovatis, basi auriculatis, subtus reticulato-nervosis, summis orbiculatis valde auriculatis subplicatis retusis, breviter mucronatis; florib. per 3–5 secus ramos in spicas laxas dispositis brevissime stellato-squamulosis, pedicello calyce paullo longiori suffultis; calycis parvi laciniis oblongis acutis; corolla flava extus pulverulento-tomentella calyce 4–5-plo longiore; filamentis subaequalib. tota longitudine alboharbatis, antheris omnium reniformibus. ♃? — Caulis 3–4-pedalis superne ramosissimus, rami fere pedales graciles. Folia radicalia cum petiolo 8–10 pollices longa, 2–2½ pollices lata, caulina superiora fere orbiculata obtuse et late auriculato-cordata, secus nervum medium limbi contractione plicata, mucronulo 2–3 lineas longo terminata. Pedunculi 2 lineas, calyx lineam longi, corolla 7–9 linearum diametro. *V. cheiranthifolio* affine, sed distinctum foliis radicalibus latioribus ovato-oblongis petiolatis nec usque ad basin attenuatis, forma foliorum caulinorum, calycis laciniis latioribus brevioribusque, indumento totius plantae non pannoso sed brevissimo adpresso subsquamuloso. — Crescit in collibus calidis regionis montanae parcius, inter Yenidje et Gheyra, in vallibus Mesogis circa Derwend.

31. *V. GARGANICUM Ten. — Wlprs. l. c. 135. no. 36. — *β. heterophyllum* Griseb. Spicileg. flor. Rumel. II. 49. — Caule tereti ascendente pedali floccoso-tomentoso, flocco axeos secedente; foll. imis confertis ellipticis v. elliptico-oblongis, utrinq. acutiusculis petiolum subduplo superantib. crenulatis, caulinis eximie decrescentib., plerisq. breviter oblongo-lanceolatis sessilib., omnib. supra villosis virentib., subtus cinereo-tomentosis; racemo simplici, basi interrupto; florib. fasciculatis pedicello longiorib., calycem vix aequantib., bractea superatis; calycis segmentis lanceolatis acutis; antheris binis ovalib., filamento glabro quadruplo breviorib., filamentis 3 breviorib. albido-lanatis. — Ten. Fl. Napol. I. 216. fig. 1. — Crescit in Scardo, in subalpinis montis Kobelitza.

β. — [p. 136.]

105. (41a.) V. LEIOSTACHYON Griseb. Spicileg. flor. Rumel. II. 43. † — Perenne: caule infra racemum simplici stricto tereti nudiusculo, inferne floccoso, superne glaberrimo; foll. imis basi subcordata ovato-oblongis, petiolo villoso duplo longiorib., duplicato-crenatis, supra glabratis, subtus discolorib. villosis, caulinis valde remotis ovato-lanceolatis; racemo inferne subcomposito; fasciculorum distantium pedicellis inaequalib. glaberrimis; calycis segmentis lanceolatis acutiusculis corolla lutea triplo breviorib.; antheris reniformib.; filamentis purpureo-lanatis; capsula.....? ♃ — Caulis 3–4-pedalis strictissimus, folia ima paucа 4–8-pollicaria, 2–3½ poll. lata, racemus basi semel divisus pedalis, fasciculi alterni 7–3–1-flori, pedicellis tenuibus. — Crescit in Albania boreali inter Ipek et Drsnik.

106. (42a.) V. LYDIUM Boiss. Diagnos. plant. nov. orient. IV. 62. — Bienne, totum indumento valde floccoso et detersili (in parte inferiori planta tandem evanido) instructum: caule folioso elato tereti, superne simplici v. paniculato-ramoso; foll. omnib. tenuissimis obtuse aut acutiusculo crenatis, radicalib. amplis ovato-oblongis obtusiusculis sessilib., usque ad basin attenuatis, caulinis inferiorib. paullo infra basin constrictis, basi late auriculatis, superiorib. oblongis acutis v. acuminatis, basi latiorib. cordato-auriculatis; florib. pedicello calyce breviori suffultis in glomerulos 3–5-floros secus ramos in spicas laxas interruptas dispositis, flocculo densо grisco facile secedenti vestitis; bracteis linearilanceolatis acutis glomerulos aequantib.; calyce ad basin usque in lacinias lanceolatas acutas fisso; corolla flava, basi violaceo-maculata, extus glabriuscula, calyce triplo majori; filamentis lana intense violacea (in duobus longiorib. sub apice evanida) instructis, antheris omnib. reniformib.; capsula ovata calyce paullo

breviori. ♂ — Caulis 2–4 pedalis; folia inferiora pedalia, parte superiori 4–5 poll. lata, caulina inferiora paullo supra basin late auriculatam strangulata, suprema ovata aut saepius oblonga, basi vix attenuata; calyces 5 lineas longi; corolla diametro pollicaris; capsula piso fere dimidio minor. — Crescit in collibus Lydiae a regione calida prope Smyrnam usque ad regionem montanam superiorem v. gr. in vallibus Tmoli ad Bozdagh.

107. (42b.) V. BITHYNICUM Boiss. l. c. 63. — Caule elato glabrescente tereti folioso, superne paniculato-ramosissimo; foliis infimis teneris amplis oblongis obtusis, inferne attenuatis sessilib. aut subsessilib., caulinis multo minorib. sessilib. cordato-auriculatis ovatis, apice in mucronem lanceolatum acutum magis minus abrupte auriculatis, inferiorib. dentatis, superiorib. obtuse et crebre crenulatis, omnib. pagina superiori glabrescentib., inferiori tomento brevissimo pilorum stellatorum canescentib.; ramis elongatis teretib.; florib. per 5–7 secus ramos spicas laxiusculas formantib., pedicellis calyce 2–3-plo longiorib. suffultis; bracteis lanceolatis acutis pedicellis paullo breviorib.; calycis parvi tomentelli laciniis oblongo-lanceolatis obtusis; corolla extus tomentella calyce triplo majore lutea; filamentis villo violaceo in majorib. duobus sub apice deficiente barbatis, antheris omnib. reniformib.; capsulis ovato-rotundis tomentellis calyce duplo longioribus. ♃? — Caulis 2–4-pedalis; folia inferiora pedalia fere semipedem lata, basi longe angustata vix petiolata aut sessilia, folia caulina media subbipollicaria sesquipedem lata, longe et subabrupte acuminata; pedicelli 3–4 lineas, calyx lineam et paullo amplius longus, corolla parva 5–6 lineas lata, capsula piso dimidio minor. — Crescit in regione inferiori Olympi Bithyni in sylvaticis.

108. (42c.) V. ADENOPHORUM Boiss. l. c. 64. — Bienne: foliis radicalib. indumento pilis stellatis constante flavescente scabriusculo brevi obductis lanceolatis acutis, in petiolum longe attenuatis, obsolete crenulatis, subtus reticulatim prominenti-nervosis; caule erecto simplici aut ad basin spicae parce ramoso, foliis caulinis inflorescentiaq. copiose glanduloso-viscidis lanceolato-lincarib. linearibusve sessilib., basi subattenuatis acutis, margine subtus subrevolutis; florib. solitariis, pedicello patulo-arcuato calyce triplo longiori suffultis; bractea lineari apice setacea in florib. mediis spicae, pedicello subdimidio breviori; calycis laciniis lineari-lanceolatis acutis; corolla flava, basi violaceo-maculata, calyce 4–5-plo majori; filamentis subaequalib. fere tota longitudine longe barbatis, duorum inferiorum villo omnino violaceo, trium aliorum villo inferne violaceo, sub anthera albido; antheris omnib. reniformib.; ovario tomentoso. ♂ — Planta 1–2-pedalis; folia radicalia cum petiolo 4–5-pollicaria, vix pollicem lata, subtus nervosissima, caulina 1–2-pollicaria. Spica 6–8 pollices longa. Pedicelli 7–9 lineas, calyx 2½ lineas longus; corolla magnitudine *V. Blattariae*. — Crescit in Caria.

γ. — [p. 139.]

109. (53a.) V. CHEIRANTHIFOLIUM Boiss. Diagnos. plantar. novar. orientat. IV. 56. — Bienne, totum indumento brevi asperulo pilis stellatis constante pannosum griseum: caule erecto elato subangulato, superne ramosissimo; ramis strictis; foll. radicalib. lanceolatis acutiusculis magis minusve elongatis, in petiolum longe attenuatis, caulinis sessilib. oblongis, basi subauriculato-cordatis, superne attenuato-acuminatis, omnib. integerrimis; florib. secus ramos per 3–5 in fasciculos subdistantes dispositis parvis, alteris subsessilib., alteris pedicello tomentoso calyci aequali aut longiore suffultis; bracteolis minimis triangularib. acutis; calycis parvi tomentosi laciniis lanceolatis acutis; corolla lutea calyce quadruplo majori, extus tomentella; filamentis villo flavescenti barbatis, duobus paullo longiorib. apice nudis, antheris omnium reniformibus. ♂ — Planta 2–3-pedalis. Folia inferiora 5–8 pollices longa, 9–12 lineas lata. Rami floriferi virgati semipedales longioresque, flores et calyces fere magnitudine eorum *V. floccosi*. — Crescit in pratis regionis alpinae in Cadmo orientali supra Colossam et in Tmolo superiori.

110. (53b.) V. TARAXACIFOLIUM Boiss. l. c. 59. — Bienne: foll. omnib. radicalib., ambitu oblongo-lanceolatis runcinato-pinnatisectis, supra et praesertim subtus

indumento crispulo pilis stellatis constante tomentosis canescentib., segmentis in utroque latere costae mediae 7–12 sessilib. oppositis alternisve ovatis obtusis, obtuse 1–3–lobato–sinuatis, saepe crenatis, inferiorib. versus basin folii deflexis, sensim abbreviatis diminutisque inter se remotiorib., superiorib. magis dentatis, saepe secus costam decurrentib. basiq. auriculatis, supremis in terminale varie lobatum obtusum confluentib., petiolis costisq. lanatis; caule tereti nudo elato glabro, paullo supra basin ramosissimo; ramis tenuib. virgatis elongatis strictis; foliis caulinis ad squamam viridem ovatam acutam ad basin ramorum reductis; pedicellis per 2–3 secus ramos dispositis, spicas laxas formantib., supremis solitariis, omnib. gracilib. puberulis strictis, calyce 1½–2–plo longiorib., basi bracteola ovata acuta vix perspicua suffultis; calycis parvi carnosuli glabri laciniis lineari–spathulatis obtusis pellucido–punctatis; corollae luteae fugacissimae calyce fere decuplo majoris lobis rotundatis inaequalib.; filamentis fere aequilongis, omnib. fere ad apicem usque villo flavido e pilis apice incrassatis constante barbatis, antheris omnium reniformib.; capsula primum tomentosa, dein glabrescente ovata calyce sesquilongiore obtusiuscula. ♂ — Folia radicalia ea *Leontodontis* aut *Glaucii lutei* referentia, saepe semipedalia et longiora, pollices 1–2 lata, segmenta praesertim inferiora reflexis, omnia obtusis varie et irregulariter lobata repando–dentataque. Caules 2–3–pedales, rami floriferi saepe pedales, fructiferi elongati, pedicelli 2–3 lineas, calyx vix lineam longus. Corolla diametro 8–9 lin. lata. Capsula sesquilineam aut paullo amplius longa, magnitudine illis *Coriandri sativi*. — *V. parviflorum* Lam. Encycl. — *V. dentis folio argenteo* Tournef. — In collibus calidis Lydiae circa Smyrnam crescit.

111 (53c.) V. NAPIFOLIUM Boiss. l. c. 60. — Bienne: foliis radicalib. rosulatis petiolatis, tomento denso e pilis stellatis constante magis minusve obsitis rosularum sterilium pannosis argyreis petiolatis lyratis, segmentis lateralib. 1–3–jugis oblongis ovatis rotundatisve parvis auriculaeformib., terminali maximo ovato obtuso, omnib. integris aut obsoletissime crenatis, folio radicali uno alterove saepe ad segmentum terminale oblongum reducto, caulinis sessilib. aut subsessilib. oblongis aut elliptico–lanceolatis acutatis, basi attenuatis; caule glabrescente subangulato ramosissimo; ramis strictis virgatis elongatis tenuib.; foll. floralib. ad squamam lanceolatam acutam minimam reductis; pedicellis per 2–3 secus ramos in spicas laxas dispositis, supremis solitariis, omnib. gracilib. puberulis strictis calyce subduplo longiorib., basi bracteola minima ovata acutiuscula suffultis; calycis parvi carnosuli hirtelli laciniis oblongo–spathulatis obtusissimis pellucido–punctatis; corollae luteae calyce decuplo majoris lobis obovato–rotundatis subinaequalib.; filamentis subaequilongis, omnib. villo flavido e pilis apice incrassatis constante (in duobus majorib. apicem non attingente) barbatis, antheris omnium reniformib.; capsula primum tomentella, dein glabrescente breviter ovata calycem plus duplo excedente obtusa. ♂ — Foliorum radicalium segmentum terminale 2–3 pollices longum, 1–2 latum, laterales 3–9 lineas longi, superiores cum terminali saepe basi confluentes. Caules 1–2–pedales, rami floriferi ½–1–pedales, calyx praecedentis sed laciniae evidentius spathulatae, corolla praecedentis, capsula paullo major 2 lineas et paullo amplius longa, sesquilineam lata. Indumentum rosularum sterilium densissimum pannosum argyreum, foliorum exteriorum et caulinorum minus densum cinerascens. — Crescit in collibus siccis Cariae interioris circa Gheyra.

112. (53d.) V. SMYRNAEUM Boiss. l. c. 61. – Bienne: foliis radicalib. panno denso argyreo pilis stellatis constante vestitis rosulatis petiolatis lyratis, segmentis lateralib. 1–2–jugis parvis auriculaeformib. ovatis rotundatisve v. aliquando evanidis, terminali maximo ovato v. rotundato sinuato–dentato v. repando, rarius integro, basi rotundato v. truncato, foliis ad basin caulis paucis breviter petiolatis ovatis indivisis, ramealib. lanceolatis sessilib. parvis; caule glabrescente, tereti nigrescente ramoso; ramis virgatis magis minusve elongatis; pedicellis glabrescentib. solitariis v. binis secus ramos in spicas laxissimas dispositis, calyci subaequilongis, bracteola minima lanceolata acuta suffultis; calycis parvi glabrescentis carnosuli

laciniis linearib. acutiusculis pellucido-punctatis; corollae luteae calyce sextuplo majoris lobis rotundatis subinaequalib.; filamentis villo flavido pilorum apice incrassatorum (in longiorib. superne saepe evanescente) barbatis, antheris omnium reniformib.; capsula primum tomentella, dein glabrescente oblongo-cylindrica obtusa calyce duplo longiori. ♂ — Foliorum radicalium lobi laterales 3-5 lineas longi, terminalis diameter 1-2-pollicaris. Caules 1-2-pedales, calyx eis praecedentium paullo longior fere sesquilineam longus, corolla diametro 9 linearum. Capsula 2½-3 lineas longa, vix linea altior. — Crescit in declivibus dumosis montium Coracis ad occasum Smyrnae.

113. (53e.) V. PINARDI Boiss. l. c. 62. — Bienne: foll. omnib. integerrimis, indumento pannoso (pilis stellatis constante) nanis, radicalib. obverse oblongo-lanceolatis in petiolum longum attenuatis, infimis obtusis, caeteris acutiusculis; caule erecto tereti, inferne cano, dense folioso, superne glabrescente ramosissimo; ramis tenuib. elongatis virgatis; foliis caulinis sessilib. oblongo-ellipticis canis acutiusculis, ramealib. minimis triangularib. acutis; pedicellis tenuissimis glabrescentib., calyce paullo longiorib., per 1-3 secus ramos in spicas laxas dispositis, basi bracteola minima ovata acuta suffultis; calycis parvi glabri carnosuli laciniis linearib. acutiusculis pellucido-punctatis; corollae calyce decuplo majoris luteae lobis obovatis subinaequalib.; filamentis villo flavescente pilorum apice incrassatorum barbatis, longiorib. duobus parte tertia superiori nudis, antheris omnium reniformib.; capsula.....? ♂ — Folia inferiora fere *Onosmatis* cum petiolo 5-6 pollices longa, superne 1-2 poll. lata, cano-argyrea, nervis eleganter prominentibus; caules 1-3-pedales, basi foliis minoribus sessilibus copiosis vestiti. Inflorescentia et calyces praecedentis, corolla major 10-12 lineas diametro lata. — In Caria.

δ. — [p. 139.]

114. (54a.??) V. KOTSCHYI Boiss. et Hohenack. Diagnos. plantar. novar. orientat. IV. 56. — Totum indumento brevi adpresso cinereo obductum: foliis radicalibus....., caulinis inferiorib. obovatis obtusis in petiolum brevem attenuatis, superiorib. oblongis sessilib., basi rotundatis, apice magis minusve acuminatis, omnib. crebre et minute crenatis, crenis aliquando fere obsoletis; caule supra folia extrema parce ramoso, rarius simplici; florib. brevissime pedunculatis per 3-6 secus ramos in spicas laxas dispositis, basi bracteatis, bractea exteriori triangulari acuminata calyce multo breviore; calycis adpresse cinerascentis laciniis ovato-triangularib. acutis; corolla flava extus tomentosa, calyce subtriplo majori..... ♃? — Caules bipedales, folia infima cum petiolo 3-4-pollicaria, sesquipollicem et amplius lata, caetera fere ejusdem magnitudinis sed sessilia, spicae 7-10-pollicares, corolla 10 poll. (!!??) lata. A praecedenti foliis caulinis superioribus non decurrentibus distinctissimum: *V. simplici* Labill. quod eandem speciem ac *V. chryserium* Schrad. esse videtur et *V. Syriaco* Schrad. magis affine, sed ab eis caule ramoso, foliis majoribus, bracteis floralibus calyce multo brevioribus, indumento tenuissimo nec pannoso distinctum est. — Crescit in Syria prope Aleppum.

†† [p. 139.]

115. (59a.) V. XANTHOPHOENICEUM Griseb. Spicileg. flor. Rumel. II. 42. — Perenne: caule simplici subaphyllo stricto, apice glanduloso-piloso; foll. imis rosulatis petiolatis, e basi subcordata ovato-oblongis obtusis rugosis pilosis, grosse crenatis sinuatisq.; racemi pedicellis solitariis bracteam minutam multoties superantib. arcuato-patentib.; calycis segmentis oblongis obtusiusculis corolla flava triplo superatis; capsula ovato-globosa apice rotundata duplo breviorib.; corollae segmentis ovato-rhombeis, tubo quadruplo breviorib.; antheris sub filamentorum lana purpurea occultatis. ♃ — Buxb. Centur. I. t. 21. — *V. blattarioides* Whlnbrg. mss. — Crescit in regione calida Thraciae et in omni Chersoneso.

Divisio II. §. 2. [p. 140.]

116. (62a.) V. ALYSSIFOLIUM Boiss. Diagnos. plant. novar. orient. IV. 58. — Perenne, caespitosum, basi suffrutescens, totum pube adpressissima pilorum stellatorum canum: caulib. erectis pumilis simplicib. aut parce ramosis; foll. radicalib.

numerosis, caulinis pauciorib., omnib. anguste obovato-lanceolatis lanceolatisve, basi longe attenuatis integerrimis obtusis carnosulis, facie superiori subcanaliculatis; pedicellis canis binis solitariisve in spicas laxas dispositis calyce sesquilongioribus, basi bracteola lineari obtusa vix perspicua suffultis; calycis cani parvi laciniis lanceolato-linearib. obtusiusculis; corolla flava? extus pilis stellatis canescente, calyce quadruplo majori; filamentis duobus paullo longioribus. glabris, caeteris parce barbatis, antheris omnium reniformibus. ♃ — Caudices crassi vestigiis petiolorum vetustorum tecti, caules vix semipedales, folia ½–2-pollicaria, superne 2–2½ lineas lata, basi multo angustiora, caulina pollicaria, petioli 2–3 lineas, calyces sesquilineam longi, corolla parva 5–6 lineas diametro lata. — Crescit in Armenia.

117. (65a.) V. CRENATIFOLIUM Boiss. l. c. 51. — Bienne: caule puberulo erecto simplici aut parce ramoso folioso tereti; foll. subtus et inflorescentia indumento tomentoso flavescenti-griseo pilorum stellatorum vestitis, superne glabrescentib., radicalib. et caulinis inferiorib. breviter petiolatis ovatis acutis, caulinis caeteris sessilib. ovatis, basi rotundatis v. rarius subcordatis, superne breviter attenuato-acuminatis, omnib. acutiuscule v. obtuse crenato-dentatis; florib. sessilib. in spicas cylindricas elongatas compactas valde tomentosas dispositis, bracteis triangulari-ovatis acuminatis calyces aequantibus stipatis; calyce ad basin fere in lacinias lanceolatas acutissimas fisso; corolla extus tomentosa crassiuscula calyce triplo majori; filamentis rubris, tribus minorib. basi nudis, superne villo aurantiaco floccosis, antheris reniformib., duobus majorib. superne unilateraliter parce et breviter barbatis caeterum glabris, antheris oblongis; capsula globosa tomento denso detersili vestita calycis longitudine. ♂ — Caulis 1–3-pedalis. Folia inferiora 3–4 pollices longa, 1½ lata, petiolo pollicari suffulta, caulina sensim breviora minora in mucronem 3–4 lineas longum attenuata. Spicae ½–sesquipedales. Calyces 4–5 lineas longi, corolla diametro 8–9 linearum. Capsula piso aequalis aut paullo minor acutiuscula. Species facie *V. phomoidee* v. *montanum* Schrad. referens sed ab eis distinctissima foliis caulinis non decurrentibus, infimis ovatis petiolatis, omnibus profundiuscule crenatis. — Crescit in locis demissis herbidis planitierum (Steppen) Rumeliae inter Kustendje et Tzernavoda ad meridiem Danubii sitarum.

118. (70a.) V. CHRYSORRHACOS Boiss. l. c. 58. — Bienne, totum indumento pannoso aureo, pilis stellatis adpressis constante, vestitum: caule erecto pumilo a basi ramoso-paniculato; ramis abbreviatis erectiusculis; foliis radicalib. oblongo-lanceolatis in petiolum longe attenuatis acutis, caulinis sensim diminutis sessilib., utrinq. attenuatis oblongis; florib. solitariis secus ramos in spicas laxiusculas dispositis, pedicello subpatulo calyce non longiori suffultis; bracteis ovatis breviter acuminatis pedicelli longitudine; calycis chrysei pannosi lacinlis latis triangularib.; corolla calyce triplo majori, extus tomentella intense flava; filamentis lana aurea barbatis, duobus longioribus apice nudis, antheris omnium reniformibus. ♂ — Caules 1–sesquipedales, inferne dense foliosi. Rami a basi numerosi, 3–5-pollicares. Folia cum petiolo 3–5-pollicaria 10–15 lineas lata, calyx 3 lineas et ultra longus, corolla diametro fere pollicari. Pulcherrima et distinctissima species indumento intense aureo pannoso statim dignoscenda. — Crescit in summis pratis Cadmi orientalis supra Colossam.

Divisio II. §. 3.

119. (79a.) V. BOMBYCIFERUM Boiss. Diagnos. plantar. novar. oriental. IV. 52. — Totum tomento niveo densissimo mollissimo, in parte inferiori plantae tandem detersili, obductum: caule tereti crasso elato, superne ramoso, inferne folioso; foll. radicalib. petiolatis magnis ovato-oblongis obtusis, basi attenuatis, caulinis sessilib. ovatis acutiusculis, basi rotundatis v. rarius obsoletissime emarginatis, omnib. integerrimis; florib. per 3–5 in glomerulos remotiusculos dispositis, spicas elongatas lana gossypina nivea densissima longissima axin glomerulosq. occultante vestitas et ideo cylindraceas compactasq. formantib.; bracteis ovatis acutis calyces aequantib.; calycis laciniis ovato-triangularib. acutis; corolla calyce

quadruplo majori, basi extus lanata lutea, lobis obovato-subretusis; staminum 2 inferiorum longiorum antheris oblongis longitudinaliter adnatis, filamentis unilateraliter a basi ad apicem barbatis, trium breviorum omnino barbatorum antheris reniformib., villo lutescente calycis longitudine. — Planta 3–4-pedalis, folia radicalia saepe pedalia, pedem dimidium lata, obtusa, breviter petiolata, caulina numerosa approximata minora. Rami floriferi numerosi saepe sesquipedales pedalesve lana copiosissima mollissima nivea ut plantae pars superior teta omnino occultati. Calyces tres lineas longi, corolla pollicem lata. Capsula pisi magnitudine. — Crescit in collibus ad basin Olympi sitis et in ipsa regione inferiori Olympi circa Broussam.

120. (79b.) V. GLOMERATUM Boiss. l. c. 52. — Bienne, totum indumento denso brevi asperulo e pilis stellatis substipitatis constante vestitum, griseo-fulvescens: caule valde elato subangulato, inferne folioso, superne paniculatim ramosissimo; ramis elongatis subflexuosis; foliis radicalib. magnis oblongo-lanceolatis, basi attenuatis subsessilib., apice acutis acuminatisve, caulinis sessilib. sensim diminutis oblongis ovatisq. acuminatis, superiorib. cordato-subauriculatis, omnib. subintegris; florib. subsessilib. per 3–5 in glomerulos valde tomentosos bracteatos interrupte spicatos dispositis; bractea exteriori triangulari acuminata calycib. breviore; calyce valde tomentoso usque ad basin in lacinias lanceolatas crassas acutas fisso; corollae luteae tubo cylindrico brevi, limbo extus tomentoso calyce triplo majori, lobis obovatis subinaequalib.; filamentis vix inaequalib., omnib. usque ad apicem villo flavescente barbatis, antheris omnium reniformib. barbato-papillosis. ♂ — Planta 4–6-pedalis, folia inferiora pedalia et ultra, 3–4 pollices lata, caulina numerosa 2–3 poll. longa 1–2 lata, rami saepe pedales v. sesquipedales, calyx semipollicaris, corolla diametro sesquipollicari, tubo 2 lineas fere longo. Pulchra species indumento denso aspero glomerulisque florum dissitis distinctissima. — Crescit in collibus totius regionis calidae circa Smyrnam et Magnesiam, in insula Zacyntho et in Macedonia.

121. (79c.) V. SPLENDIDUM Boiss. l. c. 53. — Bienne, totum indumento laxo asperulo grieseo in parte superiori plantae tandem secedente obductum: caule erecto elatissimo subangulato, inferne valde folioso, superne ramoso-paniculato; foll. radicalib. oblongo-lanceolatis, basi longe in petiolum attenuatis, caulinis infimis sessilib. lanceolatis, parte inferiori attenuatis, basi cordato-subauriculatis, caulinis superiorib. oblongis cordatis auriculatis acuminatis, omnib. (praecipue inferiorib.) crenulato-denticulatis viridescenti-griseis; ramis abbreviatis; florib. 2–3 sessilib. in glomerulos tomentosos bracteatos basi tantum interrupte spicatos, superne subcompactas, breves dispositis; bracteis ovatis acuminatis calyces aequantib.; calyce tomentoso profunde in lacinias lanceolatas acutas fisso; corollae maximae luteae calyce sextuplo majoris extus tomentellae lobis obovatis inaequalib.; filamentis vix inaequalib., omnib. usque ad apicem villo flavescente barbatis, antheris omnib. reniformib. papilloso-asperis. ♂ — Planta 5–6-pedalis. Folia infima 8–10-pollicaria breviter petiolata 1½–2 pollices lata, quae sequuntur fere longiora inferne etiam subconstricta, sed basi auriculata, suprema ovato-oblonga multo minora. Spicae subsemipedales subcompactae, basi subinterruptae. Calyx eo *V. glomerati* dimidio minor 4 lineas fere longus. Corolla diametro saepe bipollicari. — In pratis umbrosis regionis alpinae Tmoli circa pagum Bozdagh.

81. *V. UNDULATUM Lam. — Wlprs. l. c. 145. no. 81. — *β. integrifolium* Griseb. Spicileg. flor. Rumel. II. 48. — Foll. imis sinuatis (*Quercus Roboris* foliis haud dissimilibus) calvescentib., superiorib. subintegris repando-undulatis ovato-oblongis sessilib.; spica interrupta simplici longissima. — Hanc formam veram esse *Tournefortii* plantam in literis monuit *Cesati*. — In Macedonia, prope Salonichi versus montem Korthiat in pascuis siccis crescit.

† *Species non satis nota.*

122. V. LEUCOPHYLLUM Griseb. Spicileg. flor. Rumel. II. 46. † — Perenne: caule suffrutescente, infra paniculam simplici, nudiusculo tereti, demum atro glabrato;

foll. imis confertis profunde pinnatifidis oblongo-lanceolatis breviter petiolatis, utrinq. candido-tomentosis, tomento persistente, lobis oblongo-rotundatis subintegerrimis undulatis; paniculae ramis ascendentib. simplicib., demum rigidis; pedicellis subsolitariis strictis calycem subaequantib.; calycis segmentis lanceolatis acutis demum virentib., capsula ovoideo-oblonga duplo breviorib. eique adpressis; corolla.....? 4 — Caulis pedalis strictus, folia ima 2–3-pollicaria, 8–10 lin. lata, caulina similia pauca minora sessilia, floralia subulata. Paniculae rami demum subspinosi. — *V. spinoso* L. (cf. p. 144. no. 78.) affine videtur. — Crescit in rupibus Macedoniae australis, in collibus prope Salonichi.

3878/1. JANTHE *Griseb.*

(Griseb. Spicileg. flor. Rumel. II. 40.)

Calyx quinquepartitus subaequalis. Corolla rotata, limbo quinquepartito subinaequali, segmentis binis superioribus oblongis, fascia lanata intus auctis, tribus inferioribus subrotundis glabris. Stamina antherifera 2 inferne villosa diclinata, antheris oblongis intus adnatis uniloculariibus, rima dehiscentibus, bina sterilia superiora barba purpurea aucta, quinti rudimentum nullum. Ovarium.....?, stylo declinato in stigma incrassatum ascendens singulo abeunte. Capsula.....?

1. *J. BUGULIFOLIA Griseb. l. c. — *Verbascum bugulaefolium* Lam. — Cf. pag. 141. no. 64. — *Verbascum Osbeckii* var. *Byzantinum* Linn.

3879. CELSIA *Linn.*

(Cf. p. 147.)

Sectio I. PSEUDOTHAPSUS Bth.

(*Thapsandra* Griseb. Spicileg. flor. Rumel. II. 40.)

Sectio II. ARCTURUS Bth. (pag. 148.)

21. (7a.) C. LUCILIAE Boiss. Diagnos. plant. nov. orient. IV. 65. † — Basi suffruticosa, tota pube brevissima glandulosa (aliis pilis patulis longioribus crystallinis magis minusve copiosis intermixtis) tomentella: caulib. erectis aut basi ascendentib. teretib. fragilib. foliosis, parte florifera simplicib. aut ramigeris; foliis polymorphis, inferiorib. petiolatis lyrato-pinnatipartitis 2–4-jugis, segmentis lanceolato-oblongis sessilib., saepe basi exteriori subdecurrentib., inferiorib. saepe minimis, terminali basi cuneato oblongo acuto, aliis multo majori, omnib. grosse et obtuse dentatis, dentib. saepe crenatis, intermediis sessilib., ad segmentum oblongum acuminatum basi cuneatum, basi duabus laciniis linearib. fere integris stipatum reductis, supremis diminutis indivisis subrhombeis, basi cuneatis integris, superne acute denticulatis attenuato-acuminatis; spicis terminalib. multifloris; pedicellis breviter glandulosis patentib. v. deflexis calyce 4–5-plo longioribus, basi bractea lanceolata v. lineari-lanceolata, apice attenuato-setacea eis 3–4-plo breviore stipatis; calycinis lobis rotundatis, basi subangustatis; staminib. minorib. tota longitudine, longioribus paullo infra antheram usque pilis flavidis apice incrassatis barbatis, antheris omnium medifixis loculis confluentib.; capsulis rotundis calyce paullo longioribus brevissime glandulosis. 4 — Caules 1/2–2-pedales. Folia ea *Scrophulariae* referentia majora 2 1/2-pollicaria, segmentis lateralibus 8–9 lineas, terminali sesquipollicem longis, superiora sub spicis sita oblongo-lanceolata 4–6 lineas longa. Spicae 3–5 polliceslongae, pedicelli 6–7 lineas, bracteae ad spicae basin 4 lineas longae sed dein diminutae, in spicae parte superiori minimae. Corolla diametro 7–9 linearum. Capsula piso dimidio minores. — Crescit in fissuris rupium ad colles circa Gheira Cariae, Aphrodisiam veterum.

† *Species ad sectiones non referenda.*

22. C. SUWAROWIANA C. Koch, Linnaea XVII. 264. — Foll. radicalib. oblongis grosse acuteq. serratis brevissime pubescentib.; pedunculis florescentib. horizontalibus. ♂? — Crescit in Armenia trans Araxen.

Addatur pag. 150.:

3879/1. **STAUROPHRAGMA** *Fisch. et Mey.*

(**Fisch. et Mey.** Indx. semin. hort. Petrop. IX. 90. — Endl. Gen. pl. Suppl. III. p. 78.)

1. **ST. NATOLICUM** Fisch. et Mey. l. c. † — Planta habitu *Verbasci* floribusq. *Celsiae*, 2–3-pedalis, basi tomentosa, apice glabra ramosa; folia tomento stellato cinerea, illis *Verbasci longifolii* similia lanceolato-oblonga acuta integerrima, inferiora in petiolum attenuata, superiora sessilia non decurrrentia, 4–5-pollicaria, pollicem lata, superiora minora. Inflorescentia basi ramosa et praeter bracteas parvulas ovatas aphylla, glanduloso-pilosa. Flores suaveolentes sulphurei, in fundo purpureo-maculati. ♃? — Crescit in Natolia.

3883. **SCROPHULARIA** *Tournef.*

(Cf. p. 164.)

Sectio II. SCORODONIA G. Don. — [pag. 165.] §. 1.

85. (10a.) **SCR. AESTIVALIS** Griseb. Spicileg. flor. Rumel. II. 36. † — Perennis: caule herbaceo obtusangulo foliisq. villosulis epunctatis, basi subtruncatis oblongo-subrotundis obtusis inaequaliter duplicato-serratis, serraturis majusculis patentib., versus petiolum decrescentib., petiolis apice dilatatis oppositis, inferiorib. folium subaequantib.; cymis axillarib. pedunculatis subtrifloris folio breviorib. piloso-glandulosis; calycis segmentis oblongis obtusis non marginatis pilosis; genitalib. corollam superne purpurascentem subaequantib.; appendicula subrotunda minuta; capsula.....? ♃ — In Scardo inter Kalkandele et Kobelitza.

86. (11a.) **SCR. SMYRNAEA** Boiss. Diagnos. plant. nov. orientat. IV. 66. — Biennis, pilis albis patulis crispulis magis minusve hispidula, praeterea superne rubro-glandulosa: foliis oblongis ovatisve acutis, infimis cordatis, omnib. profunde incisis, lobis triangularibus acute dentatis; panicula terminali elongata nuda, pedunculis subpatulis abbreviatis 1–2 trichotomis bractea in infimis oblonga argute dentata in caeteris lineari integra aut basi denticulata eis breviori suffultis, pedicellis calyci subaequalibus; bracteis pedicellorum minimis subulatis; calycis glabri laciniis ovatis margine membranaceis; corollae purpureae glabriusculae labio superiori provectiori subquadrato, appendice transverse elongata semiellipticа, capsula breviter ovata calyce subduplo longiore. ♂ — Planta 2–3-pedalis, folia 3–4 pollices longa, 2 lata, inflorescentia sequentis, a qua differt foliis profunde incisis, pilis rubro- nec nigro-glandulosis, pedunculis plurifloris, bracteis inferioribus dentatis, corollae colore et labio superiori provectiori, appendicis forma. — Crescit in pratis ad rivulos montium Lydiae, montes supra Bournabat prope Smyrnam.

§. 2. [pag. 167.]

87. (21a.) **SCR. TMOLEA** Boiss. Diagnos. plant. nov. orientat. IV. 66. — Biennis, tota inferne pilis patulis albis crispulis hirsuta, superne pilis breviorib. nigro-glandulosis crebre obsita, viscida: caule obsolete quadrangulo; foliis petiolo limbo breviori suffultis ovato-triangularib. acutiusculis, inferiorib. basi truncatis, superiorib. saepe basi brevissime subcuneatis, omnib. acute subduplicato-crenatis; panicula terminali elongata nuda; pedunculis trichotomis bractea lineari trichotomiam subaequanti suffultis; pedicellis calyci subaequalib.; calycis glabri laciniis ovatis anguste membranaceis; corollae glabrae viridescenti-flavidae abbreviatae, labio superiori inferiorem vix superante, lobis obtusissimis; rudimento quinti staminis parvo rotundato-reniformi; capsula breviter ovata calyci duplo longiori. ♂ — Planta 1–2-pedalis, inferne pilis arachnoideis magis minusve hirsuta, superne nigro-glandulosa. Folia ea *Melissae* referentia 1½–2 pollices longa, 1–1½ lata. Panicula laxe spicata elongata, bracteae omnes lineares integrae, infimae solae flores subaequantes, caeterae pedunculi communis trichotomias vix aequantes, bracteolae ad pedicellorum basin setaceae brevissime. *Scr. glandulosae* W. K. inprimis affinis, haec differt indumento brevissimo, foliis infimis cordatis, omnibus obtusius crenatis, bracteis inferioribus oblongis dentatis; pedicellis longioribus,

calycis laciniis latius membranaceis, corolla rubescente. — Crescit in pratis pinguibus regionis montanae, Tmolus ad Bozdagh.

88. (21 b.) SCR. SCARIOSA Boiss. l. c. 67. — Perennis, inferne glaberrima: caulib. teretib. erectis; foll. petiolatis inferiorib. ambitu ovatis bipinnatisectis, costis primariis basi nuda dilatata secus petiolum decurrentibus, segmentis oblongo-lanceolatis obtuse et irregulariter dentatis, basi confluentib., superiorib. breviter petiolatis pinnatisectis, segmentis lanceolatis angustis, obtusis obtuse inciso-dentatis; panicula valde elongata nuda; pedunculis strictis pluries dichotomis basi bractea eis multo breviori oblonga, in infimis dentata, in superiorib. integra late albo-membranacea suffultis; pedicellis calycis longitudine brevissime glanduloso-hirtis, bracteolis oblongis ovatisve latissime scariosis; calycis glaberrimi laciniis ovatis tandem longitudinaliter nervosis, membrana alba eis latiore aut aequilata marginatis; corollae brevis purpurascentis labio superiori parum provecto, in lobos subrotundos diviso, appendice subrotunda; capsula ovata longe attenuato-acuminata calyce duplo longiore. ♃ — Caules sesqui-tripedales. Folia breviter petiolata, limbo abbreviato 2–3 pollices longo, 2 lato, costae primariae 2–3-jugae basi nuda dilatatae et secus costam mediam decurrentes, segmenta pinnata aut bipinnata lanceolata, lobi basi externa inter se confluentes. Panicula saepe pedalis stricta. Pedunculi multiflori. Corolla ea *Scr. nodosae* paullo minor, margo scariosus, bracteolarum et calycis lineam et amplius latus. Species calycibus latissime marginatis distinctissima. — Crescit in Syria prope Alep et Antab.

89. (21 c.) SCR. TAYGETEA Boiss. l. c. 68. — Perennis, tota secus caules pedunculos folia praecipueque secus nervos pilis glandulosis brevib. tomentella viscidula: rhizomate lignoso; caulib. herbaceis fragillimis foliosis teretiusculis; foll. petiolo ea subaequante aut breviori suffultis triangulari-ovatis, basi subcordatis truncatisve parce et irregulariter inciso-lobatis aut indivisis, semper argute dentatis acutis; panicula terminali abbreviata nuda; pedunculis semel bisve dichotomis, cum flore in dichotomia, bractea ovata oblongave acuta integerrima, basi attenuata suffultis; bracteolis linearib. integris brevissimis; pedicellis calycem vix aequantib.; calycis glabri laciniis rotundis late membranaceis glanduloso-punctatis; corollae glabrae virescenti-flavidae labio superiori brevissimo, lobis rotundatis, appendice reniformi transverse latiori; capsula globosa mutica calyce subduplo longiori. ♃ — Caules numerosi ½–1-pedales. Folia basi truncata aut subcordata saepe in petiolum brevissime attenuata, ad tertiam partem latitudinis incisa duplicatim et argute serrata, superiora simpliciter dentata, majorum limbus 1½ pollices longus, pollicem aut amplius latus, bracteae 3–4 lineas longae, 1¼ latae. Flores magnitudinis eorum *Scr. glandulosae*. — Crescit in fissuris rupium Taygeti inferioris circa Mistra.

90. (21 d.) SCR. DEPAUPERATA Boiss. l. c. — Perennis caespitosa, tota sub lente crebre et minutissime glandulosa: (glandulis caulis sessilib eis ramorum inflorescentiae et foliorum brevissime stipitatis) caulib. numerosis herbaceis crassiusculis, basi ascendentib. virgatis, inferne opposite et stricte ramosis foliosis quadrangulis; foll. breviter petiolatis, ambitu oblongis pinnatifidis, segmentis 5–7 infimis multo minorib. distinctis, superiorib. in terminale acutum incisum confluentib., omnib. acute laciniatis; foll. supremis minutis sessilib., segmentis angustissimis crispulis argute denticulatis; panicula nuda laxa depauperata e pedunculis alternis 1–3-floris inferiorib. longiorib. constante; bracteis lanceolato-linearib. obtusis obsolete denticulatis vel integris pedunculis multo breviorib., bracteolis linearib.; pedicellis vix calycem aequantib.; calycis glabri laciniis rotundis anguste albo-marginatis; corollae glabrae virescenti-luteae labio superiori purpurascenti paullo provectiori, lobis rotundatis, appendice reniformi transverse latiori; capsula rotundata mucronata subdepressa calyce fere duplo longiori. ♃ — Caules numerosi 1–2-pedales, basi et iterum ad basin inflorescentiae ramosi, rami elongati foliosi. Folia pro plantae magnitudine parva, majora cum petiolo vix sesquipollicaria magis minusve basi pinnatifida argute denticulata, superiora multo diminuta angustata crispulo-denticulata. Panicula propter pedunculos alternos

remotos (inferioribus exceptis) unifloros depauperata. Flores magnitudinis eorum *Sc. nodosae*. — Crescit in glareosis et rupestribus regionis alpinae montium Lydiae et Cariae frequenter (Mesogis supra Tralles, Tmolus supra Philadelphiam et Sardes, Cadmus).

91. (21 c.) SCR. OLYMPICA Boiss. l. c. 69. — Perennis, inferne glabra: rhizomate suffrutescente; caulib. numerosis ascendentib., basi foliosis subsimplicib. herbaceis nigricantib.; foll. intense viridib. petiolatis pinnato-lyratis, segmentis 3–5 oblongis acutis argute dentato-incisis, inferiori uno alterutrove basi liberis aut petiolulatis, caeteris basi confluentib.; panicula nuda laxa simplici e pedunculis abbreviatis, inferiorib. 2–3-floris, caeteris unifloris constante, glandulis brevissime stipitatis conspersa; bracteis minimis, inferiorib. oblongo-lanceolatis denticulatis, caeteris setaceis; calycis glabri lacinis rotundis transverse sublatiorib., membrana scariosa rufescenti denticulata eis latiori marginatis imbricatis; corollae flavidae calyce vix duplo longioris labio superiori purpureo productiori, lobis rotundatis; appendice reniformi; capsula rotundata mucronata calyce subduplo longiori. 4. — Caules pedales caespitosi numerosi; folia nigricanti-viridia flaccida ea *Chrysanthemi frutescentis* magnitudine et forma referentia; panicula saepe semipedalis pauciflora; flores eis praecedentium paullo minores. — Crescit in cavis rupium regionis alpinae superioris Olympi Bithyni ad originem vallis Kirkbounar.

92. (41 a.) SCR. PINARDI Boiss. l. c. 70. — Perennis, parce et minutissime glandulosa: rhizomate lignoso; caulib. numerosis fragilib. obsolete quadrangularib. tenuib. simplicib. v. ramosis; foll. v. bipinnatisectis v. pinnatisecto-lyratis; segmentis irregulariter et magis minusve obtuse dentato-incisis, basi confluentib.; panicula nuda gracili laxiflora; pedunculis elongatis pluries dichotomis tenuib., bractea oblonga aut in superiorib. lineari denticulata v. integra suffultis; bracteolis setaceis; pedicellis calyce 2–4-plo longioribus.; calycis laciniis rotundis albo-marginatis; corollae purpureae labio superiori abbreviato, lobis rotundatis; appendice parva oblongo-clavata obtusa; filamentis glandulosis exsertis; capsula globosa sulcato-subdidyma breviter mucronulata calyce duplo longiore. 4. — Planta magnitudine et forma foliorum multum varians, sed a *S. caesia*, *Oliveriana* et *laciniata*, quibus affinis est, forma appendicis oblongi nec transverse reniformis, pedunculis gracilib. elongatis capsulaeque forma distinctissima. Caules ½–sesquipedales, folia petiolata 1–sesquipollicaria v. pinnata, segmentis petiolulatis oblongo-lanceolatis inciso-pinnatis v. saepius lyrata, lobis abbreviatis varie incisis v. etiam oblonga lobata; pedunculi saepe pollicares v. sesquipollicares graciles paniculam abbreviatam formantes; flores eis *Sc. laciniatae* paullo minores. Capsulae pisum saepe aequantes, sed aliquando dimidio minores evidenter didymae. Forsan melius propter stamina exserta prope *S. Hoppei* et *caninam* collocanda. — Crescit in rupestribus Cariae.

93. (48 a.) SCR. CANESCENS Bongrd. et C. A. Mey. Verzeichn. der Pflnzn. am Saisang-Noor 51. † t. 12. — Pube minutissima farinoso-incana: caulib. erectiusculis obtuse tetragonis ramosis; foll. oblongis in petiolum attenuatis inaequaliter biserratis, serraturis recurvo-falcatis; thyrso terminali aphyllo, cymis lateralib. pedunculatis dichotome glandulosis; pedicellis calyce breviorib.; sepalis oblongis obtusis, margine angustissimo scarioso cinctis; staminib. exsertis; stamine sterili oblongo; capsula ovata acuta calyce. 4. — Proxima *Scr. rupestri*, sed differt canitie foliorum, serraturis recurvato-falcatis, floribus minoribus, sepalis anguste marginatis, ab affini *Scr. variegata* distinguitur foliis incanis indivisis, stamine sterili angusto oblongo. — Crescit ad rivulos Bazarka et Karbatscha in Altai.

94. *SCR. FILICIFOLIA Sm. — Cf. pag. 173. — *β. minor* Boiss. Diagnos. plant. nov. oriental. IV. 70. — Flores capsulaeque dimidio minores, caules ramosiores fere sesquipedales. Radix biennis, folia infima ovata obtusa lobata petiolata, caetera subsessilia 2–3-pinnatisecta, superiorum segmenta tenuissima denticulata. Pedunculi abortu semel tantum dichotomi, flores secus pedunculi ramos subsessiles. Capsula piso dimidio minor. — Crescit in collibus siccis subalpinis Mesogis.

† *Species non satis notae.*

94. SCR. LEPIDOTA Boiss. Diagnos. plant. nov. oriental. IV. 71. — Perennis, basi suffrutescens caespitosa, tota squamis adpressis rotundatis concaviusculis, margine stellatim ciliatis cana; foll. carnosulis oblongo-spathulatis longissime in petiolum attenuatis, radicalib. integris aut obsolete 3–5-dentatis, apice obtusissimis truncatisve, caulinis paucis trifidis, lobis oblongis obtusis brevib., terminali saepe tridentato; caulib. teretib., basi parcissime foliosis, superne nudis humilib.; paniculae brevissimae indumento parciori subdetersili; pedunculis trifloris, bracteis lineari canaliculata brevi basi suffultis; bracteolis minimis; pedicellis calyce paullo longioribus; calycis parce squamulosi et glanduloso-pilosi laciniis rotundatis membrana scariosa denticulata eis paullo angustiori cinctis; corolla.....; capsula rotunda breviter mucronata glabra calyce paullo longiori. ♃ — Species indumento lepidoto cano pilos *Hippophaës*, *Eleagni* aut *Alyssorum* referente ab omnibus distinctissima. Caulis cum panicula 9–10 pollices longus, folia cum petiolo sesquipollicaria superne 1½–2 lineas lata carnosula, apice subtruncata obsoletissime tridentata, aliquando cum duobus dentibus lateralibus, saepe integra, caulina profunde trifida laciniis oblongis. Pedunculi semipollicares, pedicelli tres lineas longi, capsulae magnitudinis earum *Sc. caninae* aut paullo majores. — Crescit in Armenia.

95. SCR. MARGINATA Boiss. l. c. 72. — Perennis glaberrima: caulib. suffrutescentib. ascendentib. teretib. lucidis, basi foliosis; foll. infimis breviter petiolatis parvis, ovato-subrotundis superiorib. oblongis acutiusculis, omnib. carnosis glaberrimis punctulatis crenatis, crenis rotundatis regularib. margine albo calloso cinctis, axillis gemmas foliorum paullo minorum edentib.; panicula glabra laxa nuda; pedunculis patulis rigidis subspinescentib. dichotomis aut abortu simplicib.; bracteis bracteolisq. minimis linearib.; pedicellis calyce breviorib. saepe subnullis; calycis glabri laciniis rotundis anguste albo-marginatis capsula parva rotunda dimidio brevioribus. ♃ — Caules basi suffrutescentes prostrati 9–12-pollicares, folia inferiora vix 2–3 lineas longa lataque petiolo limbo breviori suffulta, superiora 4–5 lineas longa, 2–3 lata, utrinq. acutata, omnia carnosa, margine albo cretaceo crenarum insignia. Inflorescentia *Scr. caninae* et affinium, capsula minima. Corolla.....? — Crescit in Persiae monte Elwind.

96. SCR. GLANDULIFERA Clarke, Trav. I. 660. — Racemo terminali composito; foll. subcordato-ovatis late dentatis punctatis, basi inaequalib., petiolis glanduloso-pubescentibus. ♃ — Affinis *Scr. appendiculatae*, a qua differt foliis basi acute dentatis ciliatis et perforato-punctatis nec appendiculatis, floribus brevioribus latioribus. — Crescit in Thracia littorali ad Pontum.

3885. ANGELONIA *Humb. et Bonpl.*

(Cf. pag. 178.)

1. A. CORNIGERA Hook. Bot. Magaz. t. 3848. — Hirsutula: foll. lanceolatis ciliatis, basin versus latiorib. integerrimis, superiorib. minorib. bracteaeformib.; pedunculis solitariis gracilib. pilosis; labii inferioris segmento intermedio longe cornuto, cornu apice bidentato. ⊙ — *Angelonia ciliata* Gardn. Herb. fl. Brasil. no. 2271. — Crescit in Brasilia.

3891. LINARIA *Vent.*

(Cf. pag. 188.)

Sectio I. CHAENORRHINUM DC. [pag. 188.]

117. (6a.) L. RYDITOSPERMA Boiss. Diagnos. plant nov. orient. IV. 73. — Annua, tota albo-tomentella viscidula: caulib. erectis pumilis simplicib. aut basi parce ramosis; foll. sessilib. oblongis linearibusve obtusis; florib. subsessilib. distantib., basi folio calycem subaequante suffultis; calycis basi lana crispula elongata bispidi laciniis lanceolato-linearib. obtusis corollam aequantib.; corollae violaceae extus pilosiusculae labio superiori non reflexo, palato vix prominente, calcare tenui subincurvo corolla plus quadruplo breviori; capsulae globosae calyce multo

brevioris brevissime tomentellae stylo apiculatae loculis aequalib.; seminib. griseis conico-prismaticis truncatis, profunde longitudinaliter sulcatis, sulcis transverse foveolatis. ⊙ — Planta propter praesentiam calcaris parvi quidem, sed manifesti 2 lineas et ultra longi, capsulaeque non obliquae, sed rotundae loculos aequales ab *Antirrhinis* removenda et inter *Linarias* prope *L. minorem* et *litoralem* collocanda. — *Antirrhinum ryditospermum* Fisch. et Mey. (cf. 224. no. 10. cum synonymia). — Crescit in Georgia, Caucasia et circa Aleppo.

Sectio II. CYMBALARIA Chav. [cf. pag. 190.]

118. (12a.) L. MICROCALYX Boiss. Diagnos. plantar. novar. orient. IV. 72. — Tenerrima: caulib. prostratis caespitosis intricatis repentib., lana longa rispa alba obsitis; foliorum limbo glabriusculo breviter ciliatulo rotundato trilobo, rarius subquinquelobo, lobis rotundatis obtusissimis; foll. infimis saepe rotundis integris; pedunculis folia superantib., superne glabris; calycis glabri minutissimi laciniis ovatis obtusis; corollae glaberrimae pallide violaceae labio superiori ad medium bifido lobis striatis, inferioris lobis tribus aequaljb. subtruncatis, palato aurantiaco profunde bilobo, calcare recto corolla dimidio breviori. ♃? — Folia tenerrima 4–7 lineas lata; pedunculi pollicares; calycis laciniae vix lineae quartam partem longae; corolla cum calcare sex lineas longa. — In fissuris rupium in faucibus Taygeti prope Mistra crescit.

Sectio III. LINARIASTRUM Chav. [cf. pag. 196.]

119. (49a.) L. MACEDONICA Griseb. Spicileg. flor. Rumel. II. 19. † — Annua, inferne lignescens glabra: caule stricto, inferne subsimplici; foll. omnib. sparsis glaucescentib., basi latiuscula sessilib. ovato-lanceolatis breviter acuminatis; racemo laxiflore (inferne nonnunquam composito); bracteis deflexis pedicello filiformi plus duplo breviorib.; calycis glabri segmentis abbreviatis ovatis acuminatis acutissimis, corollae tubo multo breviorib.; capsula.....; corolla flava (10‴ longa) calcar apice flexuosum aequante; seminibus.....? ⊙ — In Macedonia occidentali crescit.

120. (54a.) L. KURDICA Boiss. et Hohenack. Diagnos. plant. nov. orientat. IV. 73. — Perennis, glaberrima glaucescens; caule elato folioso superne stricte ramoso; foll. sessilib. late lanceolatis rigidis strictis, basi attenuatis acutis 5-nerviis; racemis elongatis multifloris laxiusculis; florib. pedicello calyce breviori suffultis; bracteolis linearib. pedicellum aequantib.; calycis glaberrimi laciniis oblongis acutis albo-marginatis; corollae pallide flavae glabrae palato concolori albohirsuto, calcare incurvo corollam aequante; capsula globosa calycem superante; seminib. discoideis marginatis subconcavis. ♃ — Caules sesqui-bipedales, superne ramosissimi, rami stricti tenues, folia bipollicaria, 3–4 lineas lata, corollae illis *L. vulgaris* dimidio minores, 5–6 lineas cum calcare longae. — Crescit in declivibus calcareis montis Gara Kurdistaniae.

121. (76a.) L. CONCOLOR Griseb. Spicileg. flor. Rumel. II. 21. — Perennis glabra florifera multicaulis: caulib. ascendentib. gracilib. simpliciusculis; foll. linearib., utrinq. attenuatis sparsis imisve verticillatis; racemo laxo paucifloro; bracteis pedicellum subaequantib.; calycis glabri segmentis oblongo-lanceolatis obtusiusculis, corollae tubo plus duplo breviorib., capsula globosa superatis; corolla flava (4–5‴ longa) calcar descendens apice obtusiusculum superante; seminib. ovatis triquetris exalatis rugosis. ♃ — *Antirrhinum supinum* Fl. Graec. t. 595. (excl. syn.)

β. serpens: caule inferne repenti, calcare tenuiori corollam subaequante; calycis segmentis oblongis obtusis. — Crescit in Macedonia et Thracia.

3892. ANTIRRHINUM *Juss.*

(Cf. pag. 221.)

A. RYDITOSPERMUM Fisch. et Mey. [Cf. pag. 224. no. 10.] = LINARIA RYDITOSPERMA Boiss. — Cf. pag. 450. no. 117.

Addatur pag. 230.:

3890/1. GASTROMERIA *D. Don.*

(D. Don in Sweet's Brit. flow. gard. II. 75. adnot. — Endl. Gener. plant. Suppl. II. p. 60. — Meisn. Gener. plant. vascul. II. 215.)

1. G. (SCROPHULARIA Moç. et Sessé mss. — LOPHOSPERMUM D. Don, Transact. of the Linn. Soc. XV. 349. — Chavannes, Monogr. des Antirrhin. 76. — Wlprs. Repert. bot. syst. III. 230. no. 3. †) PHYSALOIDES G. Don, General syst. of gard. and bot. IV. 562. — Crescit in Mexico.

3904. FRANCISCEA *Pohl.*

(Cf. pag. 237.)

4. *FR. ACUMINATA Pohl. — Cf. p. 238. — *Besleria Bonodora* Arrabida, Flor. Flumin. VI. t. 80.

* BESLERIA INODORA Arrabida, Flor. Flumin. VI. t. 81. esse videtur FRANCISCEAE species.

3909/1. TETRANEMA *Bth.*

(Cf. pag. 251.)

1. *T. MEXICANUM Bth. — Wlprs. l. c. — Hook. Bot. Magaz. tab. 4070.

3931. MAZUS *Lour.*

(Cf. p. 272.)

*M. PUMILIO R. Br. — Wlprs. l. c. no. 4. — Endl. Iconogr. gener. t. 102.

Addatur pag. 277.:

3936/1. HEMICHAENA *Bth.*

(Bth. Plant. Hartweg. 78. — Endl. Gener. plant. Supplem. II. p. 61. — Meisn. Gener. plant. vascul. II. 368.)

1. H. FRUTICOSA Bth. l. c. no. 548. — Frutex 2–3-pedalis viscoso-villosus: ramulis subteretib. herbaceis; foll. oppositis 3–5-pollicarib. oblongo-lanceolatis duplicato-dentatis, basi cordato-amplexicauli connatis, penninerviis; cymis axillarib. pedunculatis 3–7-floris, folio breviorib.; bracteis oblongis acutis pedicellos non aequantib.; calycis semipollicaris laciniis lanceolatis, superiorib. longiorib.; corollis sesquipollicarib. mimuloideis (quantum ex sicca videri potest). ♁ — In Mexico (Quezaltenango) crescit.

3938. MORGANIA *R. Br.*

(Cf. p. 278.)

*M. PUBESCENS R. Br. — Wlprs. l. c. no. 2. — Endl. Iconogr. gener. t. 103.

3960. BUCHNERA *Linn.*

(Cf. p. 301.)

*B. URTICAEFOLIA R. Br. — Wlprs. l. c. no. 4. — Endl. Iconogr. gener. t. 78.

Addatur pag. 333.:

3973/1. GOMPHOSTIGMA *Turczan.*

(Turczan. Flora [B. Z.] XXVII. 120.)

Calyx quadripartitus aequalis. Corolla rotata, fauce parce pilosa, limbo quadripartito aequali. Stamina 4 inclusa, fauci inserta, antherae biloculares oblongae muticae, loculis parallelis. Capsula (immatura) oblonga bivalvis bilocularis, ovula numerosa septo affixa. Stylus simplex filiformis, stigma clavato-capitatum.

1. *G. SCOPARIOIDES Turczan. mss. in Drége, Coll. plant. Capens. no. 8264. ex Flora (B. Z.) XXVII. 120. — ⊙? ♃? — Crescit in Promontorio bonae spei.

3979. VERONICA *Linn.*

(Cf. pag. 335.)

Sectio II. COCHLIDIOSPERMUM Rchb. [cf. pag. 335.]

151. (3a.) V. CAMPYLOPODA Boiss. Diagnos. plant. nov. orient. IV. 80. — Annua, parce et breviter hirtella: caule parce folioso erecto paullo supra basin opposite v. dichotome ramoso; foll. radicalib. nullis, caulinis oblongo-lanceolatis obtusiusculis, infimis basi obsolete denticulatis, superne integris, caeteris integerrimis; racemis terminalib. laxis multifloris elongatis; bracteis elliptico-linearib. acutissimis pedicellos subaequantib.; pedicellis capillarib. calyce duplo longiorib., breviter hirtellis incurvo-patulis, extremitate subinfractis; calycis parce glandulosi laciniis anguste lanceolatis acuminatis; corolla calycem vix aequante; capsula calyce paullo breviori parce glandulosa, usque ad basin biloba, lobis obovatis, apice rotundato-subangulosis; stylo fissura dimidio breviori; seminib. oblongis cymbiformib. valde rugulosis. ⊙ — Planta 4–6-pollicaris, folia majora 5–7 lineas longa. — *V. bilobae* affinis ab ea bene distincta foliis angustioribus bracteis sepalisque, valde angustatis sublinearibus nec ovatis, pedicellis apice infracto-recurvis nec rectis et inprimis seminibus dimidio minoribus profunde rugulosis nec laeviusculis. — *V. biloba* Pl. Arab. union. itin. No. 118. non Vahl. — Crescit in Arabia petraea, Syria ad Aleppum, Assyria ad Mossul et in Persia boreali.

5. *V. DIDYMA Ten. — Wiprs. l. c. 336. no. 5. — *V. Reuteri* Moritzi, Flora der Schweitz 271. no. 23.

152. (5a.) V. AUCHERI Boiss. l. c. — Perennis? minima caespitosa, tota pilis crispulis hirsuta: caulib. filiformib. fragillimis intricatis flexuosis brevib. foliosis; foll. minimis breviter petiolatis, infimis ovato-rotundatis profunde crenatis, crenis rotundatis, floralib. inferiorib. subsessilib., basi cuneatis 2–3-dentatis, summis oblongo-spathulatis integris; florib. solitariis axillarib.; pedicellis capillarib. bractea triplo, calyce quintuplo longiorib. eximie flexuosis; calycis laciniis valde tomentellis oblongis obtusis integris, duobus minorib.; corolla coerulea? calyce duplo longiori; capsula calycem superante tomentella compressa subrotundato-obcordata, lobis rotundatis; stylo emarginatura multo longiori flexuoso; seminib. oblongis cymbiformib. laevibus. ♃ — Planta ut e fragmentis suspicari potest perennis intricata facie *Sibthorpiae*, caules 2–3-pollicares fragillimi, folia infima petiolo 3 lineas longo suffulta, 1½–2 lineas longa lataque, superiora minora integra, pedicelli tenuissimi setacei flexuosi varie recurvi, 4 lin. et amplius longi, calyces et capsulae eis *V. agrestis* dimidio minores. — Crescit in alpibus Demawend Persiae borealis.

Sectio III. VERONICA Rchb. [cf. pag. 338.]

§. 1. *Annuae.*

153. (16a.) V. CHAMAEPITYS Griseb. Spicileg. flor. Rumel. II. 25. — Diffusa ascendens pilosula: foll. pinnatisecto-5–3-partitis, laciniis linearib. obtusis, versus basin attenuatis; bracteis superiorib. nunc integris, nunc inferne appendiculatis conformib.; florib. subsessilib. albidis bractea superatis; capsula obverse deltoidea truncata chartacea; stylo elongato mox evanido. ⊙ — In Thracia meridionali.

154. (16b.) V. PUMILA Clarke, Travels II. 554. 559. — Viscoso-pubescens suberecta simplex v. patule ramigera: foll. rhombeo-ovatis rhombeisq. profunde lobatis, lobis inferiorib. subdentatis; pedunculis patulis elongatis; corollis coeruleis, segmentis ovatis. ⊙ — Crescit in Haemo.

155. (29a.) V. MACROPODA Boiss. Diagn. pl. nov. orient. IV. 79. — Annua: caulib. pumilis glabris, basi parce ramosis; foll. rosulatis et ad caulium dichotomiam oblongo-spathulatis, basi attenuatis sessilib. obtusis, obtuse denticulatis brevissime albo-hirtellis: racemis terminalib. laxissimis; pedicellis patentib. capillarib. glabris, calyce sextuplo longiorib., basi bracteola lineari-spathulata obtusa calycis longitudine suffultis; sepalis parce et breviter glanduloso-hirtellis oblongis obtusis; corolla albida v. carnea? calyce paullulum longiori; capsula calycem aequante

compressa planiuscula, transverse latiori, vix ad tertiam partem usque biloba, lobis rotundatis, stylo tandem evanido fissura paullo longiori; seminibus planis subreniformibus. ⊙ — Folia *Androsaces maximae* 4–5 lin. longa, tres lata. Caules 4–5–pollicares fere a basi floriferi. Pedicelli sex lineas longi. Flores magnitudine eorum *V. acinifoliae*, a qua bracteis minutissimis, pedicellis capillaribus duplo longioribus, capsula calycem non superante, seminibus subreniformibus nec ovatis egregie dignoscitur. — Crescit in Persia.

§. 2. *Perennes.*

A. Axillari racemosae. * *Calyce quadripartito.*

156. (32a.) V. DABNEYI Hochstett. mss. in Seubert, Flor. Azoric. 30. t. 8. fig. 1. — Fruticulosa: foll. subcoriaceo-rigidis oblongo-lanceolatis, margine subrefleso argute serratis glabris; racemis axillarib. multifloris brevissime hirtello-pubescentib.; calyce quadripartito glabro; capsula petiolum (pedunculum!!!) aequante obcordata pubescente, venulis prominulis. ♄ — Crescit in rupibus insulae Fayal Azorarum.

157. (36a.) V. MICROCARPA Boiss. Diagnos. plant. nov. orient. IV. 76. — Tota breviter tomentella: rhizomate suffrutescente; caulib. pumilis adscendentib. foliosis; foll. breviter petiolatis ovato-rotundis obtusis obtuse pectinatis (?); racemis axillarib. plurib. longe pedunculatis, floriferis globosis densis, fructiferis elongatis; bracteis oblongis linearibusve acutis integris pedicello breviorib.; calycis laciniis 4 oblongis obtusiusculis inaequalib.; corolla albida? calyce vix sesquilongiori; capsula tomentella parva calyce paullo breviori vix compressa acute emarginata stylo emarginata duplo longiori superata. ♃ — Crescit in Persia prope Bayazid et in provincia Aderbidjan.

158. (36b.) V. TYMPHRESTEA Boiss. et Sprunn. ex Boiss. l. c. 77. — Tota brevissime tomentella: caulib. abbreviatis herbaceis prostratis; foll. sessilib. oblongo-spathulatis, basi attenuatis obtusis, superne obsoletissime et acutiuscule denticulatis; racemis axillarib. solitariis; bracteis ovatis acutis pedicellum subaequantib.; calycis pedicello paullo brevioris laciniis 4 subinaequalib., oblongis obtusis integerrimis; corolla coerulea calyce duplo longiori; ovario tomentello stylo longissimo superato. ♃ — Crescit in regione alpina summa Tymphresti Aetoliae.

159. (36c.) V. PAEDEROTAE Boiss. l. c. 78. — Perennis: caulib. herbaceis nudis, repentib. caespitosis fragillimis; foll. breviter petiolatis carnosulis puberulis ovatis obtusis, basi subtruncatis rotundato-crenatis v. integris; racemis florum 1–2 lateralib. aut caulis abortu subterminalib., pedunculo folia superante suffultis rotundato-capitatis valde papilloso-hirsutis; bracteis linearib. pedicellos aequantib.; pedicellis calyce breviorib.; calycis valde papillosi ad basin usque partiti laciniis elongatis, lineari-spathulatis obtusis subaequalib.; corolla tubulosa elongata glabra ad medium usque in lobos oblongos acutiusculos fissa, calyce paullo longiori; staminib. summo tubo insertis; stylo exserto, stigmate capitato; capsula puberula calyce triplo breviori compresso-plana obcordata, lobis rotundatis subdivaricatis, stylo longissimo superata. ♃ — Caules bipollicares nudi repentes, folia suprema petiolo 3–4 lineas longo suffulta, 3–4 lineas longa, tres lata. Calycis laciniae tres lineas, corolla fere 4 lineas longae, capsulae parvae lineam longae, 1½ latae. Habitus omnino *Linariae crassifoliae* Cavan. Species in genere ob corollas tubulosas paullulum anomala et hoc charactere ad *Paederotas* accedens, sed ab eis capsula non ovata, sed valde compressa biloba eis *V. orientalis* et affinium simillima, racemisque axillaribus abhorrens. — Crescit in montibus Elamout Persiae borealis.

160. (41a.) V. CARIENSIS Boiss. l. c. — Parcissime et breviter puberula: caulib. herbaceis prostratis repentib. foliosis, basi nuda fibrillosis; foll. breviter petiolatis, breviter ovatis, basi subcuneatis obtusis, regulariter utrinq. 4–5 crenis profundis rotundatis instructis, glabriusculis; racemis axillarib. subsolitariis; bracteis oblongo-spathulatis obtusis, infimis denticulatis, caeteris integris; pedicellis calyce sesquilongioribus. bracteam aequantib.; calycis glanduloso-hirsuti laciniis quatuor

lanceolatis, obtusiusculis inaequalib., majori basi saepe 1–2–denticulata; corolla coerulea calyce duplo longiori; capsula brevissime tomentella compressa suborbiculari, apice truncata subretusa stylo brevi apiculata. 4 — Caules repentes basi ramosi, floriferi 3–pollicares, fructiferi saepe pedales. Folia circiter tres lineas longa, 2¼ lata, breviter petiolata subcoriacea obtuse crenato–lobata ea *Teucrii Chamaedryos* referentia, sed breviora et multo minora. Racemi erecti, floriferi semipollicares, dein elongati magnitudine eorum *V. prostratae* aut fere majores. Capsula lineam 1¼ lata. — Crescit in arenosis regionis montanae alpium Anatoliae (Cadmus supra Gheyra, in via inter Gheyra et Denisleh, Tmolo et Bozdagh).

161. (77a.) V. SCARDICA Griseb. Spicileg. flor. Rumel. II. 31. † — Glabra gracilis erecta: foll. petiolatis ovatis, supra basin integerrimam serratis acutiusculis; racemis oppositis laxifloris; bracteis pedicello arcuato tenui multo breviorib.; corollis pallide coeruleis; capsula compressa orbiculato–elliptica, apice subintegra calycem aequante. 4 — Crescit in Albania boreali.

B. Terminali–racemosae. * *Serpyllifolia.*

162. (104a.) V. CAESPITOSA Boiss. Diagn. plant. nov. orient. IV. 79. — Caespitosa perennis: caulib. humifusis superne dense foliosis: foll. lineari–spathulatis integris, subtus revolutis, basi subconnatis obtusis, superiorib. praecipue lana crispa parce vestitis; florib. 1–4 terminalib. e caespite vix exsertis; pedunculis calycem subaequantib., bractea oblongo–lineari eos aequanti suffultis; calycis longe crispolanati laciniis oblongo–linearib. obtusiusculis inaequalib.; corollae magnae roseae calyce duplo longioris lobis ovatis; capsula calycem aequante glabra compressa obcordata, transverse latiori, lobis rotundatis. 4 — Caules 1–3–pollicares, folia crassiuscula 4 lin. longa, lineam fere lata, flores magnitudinis eorum *V. Teucrii*, capsula lineam longa, sesquilineam lata. — Crescit in regione nivali Cadmi occidentalis supra Gheyra, Olympique Bithyni.

163. (108a.) V. ERINOIDES Boiss. l. c. 78. — Parce et brevissime hirtella: caulib. herbaceis minutis, basi prostratis radicantib. caespitosis, dein erectis valde foliosis; foll. sessilib. carnosulis ovatis obtusis, crenato–denticulatis, supremis integris; florib. 3–5 terminalib. approximatis glanduloso–hispidis; pedicellis calyce subbreviorib., bractea ovato–oblonga eis aequali suffultis; calycis laciniis subaequalib. oblongo–spathulatis obtusis; corolla coerulea calyce duplo longiore. 4 — Caules parte foliosa vix sesquipollicares, folia 2–4 lineas longa, crebre crenulata, racemi subcapitati 3–5–flori, flores magnitudinis eorum *V. nummulariae*. — In cacumine Parnassi crescit.

Addatur pag. 368.:

3979/1. TETRAULACIUM *Turczan.*

(Turczan. Flora [B. Z.] XXVII. 120.)

Calyx profunde quinquepartitus, laciniis basi subcordatis inaequalibus. Corolla hypocrateriformis subaequaliter quadrifida, laciniis obtusis. Stamina 4 aequalia, fauci inserta inclusa, antheris globosis muticis bilocularibus. Stylus filiformis inclusus, stigma clavatum papillosum. Capsula globoso-compressa chartacea bilocularis septicide bivalvis, valvis bipartitis. Dissepimentum liberum placentiferum compressum, foveolis 10, octoseriatim per paria dispositis notatum. Semina in foveolis nidulantia irregulariter tetragono-prismatica atra, sulcis profundis longitudinalibus 4 rugisque transversalibus eleganter exsculpata.

1. *T. VERONICAEFORME Turczan. mss. in Blanchet, Coll. pl. no. 2882. ex Flora (B. Z.) XXVII. 120. — 4? ⊙? — Crescit in Bahiae paludibus d'Ilhabira.

3982. WULFENIA *Jcq.*

(Cf. pag. 370.)

4. W. ORIENTALIS Boiss. Diagnos. plant. nov. orient. IV. 75. — Glaberrima foll. cartilagineo–coriaceis oblongo–spathulatis, in petiolum brevem attenuatis, obtuse

crenato-lobatis, crenis iterum obsolete crenulatis obtusissimis; scapo nudo folia superante; florib.....; spica fructifera laxa; bracteis oblongo-lanceolatis acutis; pedicellis hirtellis bracteam superantib., calyce subduplo longiorib.; calycis glabri laciniis anguste lanceolato-linearib.; capsula oblonga calycis longitudine. ♃ — Folia cum petiolo 8–9 poll. longa, 2 poll. lata. Spica fructifera 4–5-pollicaris, pedicelli 4–5 lineas longi. Foliorum forma *W. Carinthiacae* valde affinis, sed in hac folia teneriora minus cartilaginea, subtus ad nervum medium lanato-hirtella, pedicelli calyce multo breviores, alia discrimina in planta florente quam non vidi quaerenda sunt!! — Crescit in rupibus ad Seleuciam.

3984. GYMNANDRA *Pall.*

(Cf. pag. 371.)

. G. ARMENA Boiss. Diagnos. plant. nov. orient. IV. 75. — Glaberrima: foll. omnib. radicalib. integerrimis cartilagineis ellipticis, utrinq. attenuatis obtusiusculis, in petiolum brevem complanatum subcanaliculatum abeuntib.; scapo nudo foliis breviore; spica ovata; bracteis oblongis acutiusculis corollam aequantib.; calyce spathaceo usque ad basin fisso, ad tertiam partem usque in dentes triangulares glabros obtusiusculos diviso, corolla plus dimidio breviori; corollae labiis aequilongis, superiori integro cucullato rotundato, inferiori in 2 lobos ovato-rotundos profunde fisso; antheris filamento eis duplo longiori suffultis. ♃ — Folia cum petiolo 1½ pollices longa, 4–5 lin. lata, scapus cum spica sesquipollicaris, calyx 1½ lineas, corolla fere 4 lineas longa. Collum radicis fibris stipatum. Species ab omnibus notis characteribus datis bene distincta, propter patriam valde occidentalem in genere *Sibirico* et *Americano* notabilis. — Crescit in montibus Armeniae circa Erzeroum.

9. G. STOLONIFERA C. Koch, Linnaea XXVII. 289. — Foll. radicalib. petiolatis oblongis remote dentatis; spicis plurib. radicalib. breviter pedunculatis folia subaequantib., partim sterilib.; stolonib. decumbentib. foliis squamaeformib. obtusis obsitis. ♃ — Crescit in tractubus Somchetiae Bambaki et Schuragel.

4010. ODONTITES *Hall.*

(Cf. pag. 397.)

14. (1a.) C. AUCHERI Boiss. Diagnos. pl. nov. or. IV. 74. — Annua, tota pilis adpressis scabris brevib. numerosis e tuberculo ortis aspera: caulib. parce opposite ramosis, retrorsum asperis; foll. linearib. flexuosis acutiusculis; florib. in axillis superiorib. oppositis, pedicello calyce triplo breviori suffultis laxe spicatis; foll. floralib. calyces aequantib. superantibusve; calycis asperi campanulati dentib. lanceolatis tubum aequantib.; corollae rubrae tubo non exserto, limbi hirtelli parvi labiis aequilongis, superiori rotundato, inferioris lobis subretusis; antheris inclusis omnib. glabris subrotundis muticis; capsula compressa oblonga apice truncata calycem aequante. ☉ — Caulis florifer 3–6 pollices longus, fructifer fere pedalis, folia 6–8 lineas longa, lineam dimidiam lata, calyces 2 lineas longi, corolla ea *O. vernae* minor. Ab omnibus speciebus rubrifloris generis indumento aspero antherisque glabris et muticis distincta. — Crescit in Olympo Armeniae.

15. (3a.) O. CAUCASICA C. Koch, Linnaea XVII. 289. — Caule simpliciter ramoso-spicato, pilis crispulis obtecto; foll. caducissimis; calyce oblongo 8-costato subglabro, dentib. lanceolatis; capsula subaequali; corolla extus vix puberula; staminib. inclusis; antheris antice villosis; seminib. oblongis albo-costatis. ☉? — Ab *O. lutea* recedit antheris villosis, ab affini *O. tenuifolia* recedit minori ramositate (!!) foliis minus caducis, internodiis distantioribus, calycibus lineari-elongatis (!!) pilosis, dentibus obtusis et corolla hirsuta. — Crescit in Armenia. — Species insufficienter descripta.

Ordo CLIV. OROBANCHEAE *L. C. Rich.*

[L. C. Rich. in Pers. Enchirid. II. 180. — Endlich. Gener. plantar. p. 725. — Meisn. Gener. plantar. vascular. I. 314. II. 224. — OROBANCHES generis ΔΙΑΣΚΕΥΗ auctore **Fr. Gu. Wallroth.** (Francof. ad Moen. 1825. 8vo.) — G. Don, General syst. of gard. and bot. IV. 627. (ex parte.)]

4182. EPIPHEJUS *Nutt.*

(Nutt. Gener. plant. Americ. II. 60. — Meisn. Gener. plant. vascul. I. 314. II. 225. — Hook. Flor. Bor. Americ. II. 93.)

1. **E. AMERICANA** Nutt. l. c. — Hook. l. c. — Endlich. Iconograph. gener. t. 80. — Radix carnosa *Juglandis* magnitudine, undique fibrillosa, perennis. Scapus ex ipsa radice ramosissimus tortuosus nodosus angulosus aphyllus, demum lignescens, rami simplices v. divisi e squama ovato-oblonga prodeuntes angulosi glabri, superne pedicellique pube tenuissima adspersi, floriferi digitales, fructiferi elongati sesquipedales, inflorescentiam ramoso-virgatam constituentes. Bracteae solitariae squamis conformes, sensim minores brevissimae obtusiusculae enerves fuscescentes glabrae, margine parce hirtello. Calyx monophyllus urceolatus brevissime 5-dentatus. Flores polygami brevissime pedicellati alterni solitarii flavi, superiores masculi ringentes quadrifidi in labium inferius planum divisi, inferiores foeminei omnes fertiles obsolete 4-fidos mentientes, apice cito arcte connivентes fere conferruminati et capsulae, donec hae dehiscant, calyptrae mamillatae, apice clausae instar insidentes eoque stigma concipientes. Capsula obovata, basi a calyce cincta 1-locularis polysperma. — *Orobanche caule ramoso, floribus distantibus* Clayt. in Gronov. Virgin. 168. — *Orobanche minor Virginiana lignosior per totum caulem floribus minutis onusta* Moris. Oxon. Histor. Sect. 12. t. 16. fig. 9. — *Orobanche* (*Mylanche* Wallrth. Gener. Orob. διασκευή 76.) *Virginiana* Linn. Spec. plantar. 882. — *Leptamnium* Raf. Americ. monthl. journ. 1818. — Crescit parasitica in *Fagorum* radicibus in Virginia.

4183. PHELIPAEA *Dsfont.**)

(Dsfont. Flor. Atlant. II. 60. — Meisn. Gener. plant. vascul. I. 314. II. 225. — G. Don, General syst. of gard. and bot. IV. 631.)

Sectio I. TRIONYCHION Wallroth, Gener. Orob. διασκευή pag. 58. — C. A. Mey. mss. in Ledeb. Flor. Altaic. II. 460.

Calyx 4–5-fidus, lobis elongatis inaequalibus acuminatis. Antherae superficie glabrae, loculis villoso-dehiscentibus. Capsula styli decidui basi coronata.

1. **PH. LANUGINOSA** C. A. Mey. mss. in Ldb. Icon. flor. Ross. Altaic. illustr. t. 377. et Flor. Altaic. II. 460. † — C. A. Meyer, Vrzchns. der Pflnzn. am Caucas. 104. — Albo-lanata: squamis floralib. ovato-lanceolatis calycem excedentib.; calycis lobis lanceolatis subaequalib.; corollae fauce subinflata, labio superiore paullo longiore, lobis labii inferioris subaequalib. ellipticis obtusis subdenticulatis; filamentis antherisq. glabris; stylo glanduloso, stigmate bilobo. 2. — Scapus simplicissimus 4–10-pollicaris. — Species intermedia quasi inter *Ph. coeruleam* et *carnosam*, ab illa differt lanugine alba, squamis floralibus calyce longioribus in apice scapi subcomosis, labio corollae superiore paullo breviore, lobis obsoletius denticulatis, ab hac dignoscitur corolla in fauce multo minus ampliata, intus

*) *Bracteae ternae nec binae ut ait St. Endlicher et cum eo Meisner, si forte excipies species nonnullas minus notas.*

hirtella non lineis 2 villosis exarata, antheris dehiscentibus glabris nec margine lanuginosis. — *Orobanche caule simplicissimo, supra florifero* Gmelin. Flor. Sibiric. III. 214. no. 28. t. 46. fig. 1. — *Orobanche caesia* Rchb. Plant. critic. t. 698. — Crescit in herbidis Altaicis ad fl. Talitza et Calunja prope Barnaul. (Cf. p. 461. no. 14.)

2. PH. MACRANTHA C. Koch, Linnaea XVII. 290. — Scapo glabro squamis patentib. obsito; bracteis ovato-oblongis calycem quadrifidum aequantib., corolla recta tubulosa pubescente triplo breviorib., labio superiori bilobo, intus glabro, inferiori aequaliter trilobo, intus praecipue inter lacinias laterales et mediam piloso; staminib. corollae basi insertis, vix dimidium tubum superantib., antheris margine pilosis; stylo bicapitato (!!!!) glaberrimo. ♃ — Crescit in Armenia. — Species male descripta!

3. PH. (OROBANCHE Vill. Delphin. II. 406. — Rchb. Plant. critic. VII. t. 928. — Engl. bot. t. 423. — Rchb. Fl. Germ. excurs. 356. no. 2428. — Koch, Synops. flor. Germ. [edit. 1.] 538. — Alb. Dietr. Flor. Borussic. III. t. 150.) COERULEA C. A. Meyer, Vrzchns. der Pflnzn am Caucas. 104. — G. Don l. c. 632. no. 3. fig. 62. — Scapo simplici; calyce monosepalo quinquedentato, dentib. lanceolatis acutis; corolla tubulosa antrorsum curvata, tubo medio angustato, laciniis labiorum acutis planis; antheris glabris v. basi paullo pubescentibus. ♃ — Scapus simplicissimus rectus subcarnosus glabriusculus, squamis remotis ovato-oblongis fuscescentibus instructus pedalis et altior purpurascens. Spica oblonga 15-30-flora speciosa. Bracteae ternae, exterior ovato-oblonga squamaeformis, interiores lineares calycem subaequantes. Corolla tubulosa, basi angustior, fauce amplior violaceo-coerulescens, laciniae (1/3) aequales ovato-oblongae acutiusculae tri- v. triplinerviae. Stamina glaberrima. Stylus stamina subaequans glandulosus, stigma capitatum crassum flavescens, demum in lobos tumidos divisum. — *Orobanche flore obsoleto majore* Moris. Oxon. Histor. sect. 12. t. 16. fig. 2. — *Orobanche secunda* Clus. Histor. I. 271. — *Orobanche cernua* Pall.?? — *O. purpurea* Jcq. Flor. Austriac. t. 276. — *O. purpurascens* Gmel. Syst. 954. — *O. laevis* Lam. Fl. Franc. II 327. — Schkhr. Hdbch. 205. t. 176. — Crescit in Europae mediae et australis agris parasitice in radicibus *Cannabeos sativae, Nicotianarum. Solani tuberosi, Zeae Maydis, Viciae* et *Chrysanthemi coronopifolii.*

β. *Millefolii* Rchb. Plant. critic. VIII. fig. 1055. et 1056. — Humilior: corolla molliori pubescente ciliata opaca lavandulacea aut coelestina, lobis subrotundo-rhombeis acuminatis, calyce breviori. — Crescit in radicibus *Achilleae Millefolii* pluribus locis per Germaniam dispersis.

γ. *ciliaris* Griseb. Spicileg. flor. Rumel. II. 59. — Coerulescens simplex: calyce 5- 4- fido, corollae violaceae supra fundum constrictae tubo sensim arcuato-patente, limbi lobis ovatis acutis dense glanduloso-ciliatis; antherarum valvis margine lanato-ciliatis; stigmate pallide amethystino. — Crescit in radicibus.....? in peninsula Hajion Oros.

4. PH. OROBANCHE Pers. Enchirid. II. 181. — Trevir. Act. nat. cur. Berolin. 1813. II 150. t. 2. fig. 10. — Willrth Gener. Orob. διασκευή 62. † — KOPSIA Dumort.) LONGIFLORA C. A. Mey. Vrzchns. der Pflnzn. am Caucas. 104. — Scapo simpliciusculo parce remoteq. squamoso; bracteis ovatis calycem aequantib.; calycis urceolati dentib. inaequalib. linearib.; corollae tubo porrecto subinfundibuliformi flaccido in limbum patentissimum exampliato, labiis ovatis retractis; staminib. basi interna hirtellis; antheris villosis. ♃ — Scapus spithamaeus et ultra simpliciusculus hirsutus. Squamae remotae breves, bracteae ovatae calycem subaequantes, interiores pedicello nonnisi exserto affixae lineares acuminatae calycis tubum aequantes. Calyx monophyllus postice sinuato-excisus, fere urceolatus, dentes 5 lineares aequales. Corolla praeter basin pro capsula circumcludenda rotundatam subinfundibuliformi-tubulosa flaccida, in limbum patentissimum exampliata, extus intusque hirsutiuscula pallide coerulescens, laciniae labiorum ovati patuli, intus margineque hirsuti. Antherae maximae albentes breviter mucronatae cum villo dehiscentes. — In agro Astrachanico provenit.

5. **PH. RUFESCENS** Griseb. Spicileg. flor. Rumel. II. 59. † — Rufescens ramosa: calyce quadrifido, laciniis lanceolato-acuminatis; corollae homochroae parum constrictae tubo patente, dorso arcuato, limbi lobis ovato-oblongis obtusis; antherarum valvis margine lanato-ciliatis; stigmate cerino-flavo. 2. — Herba pallide brunnea v. rufescens, hinc violaceo-tincta palmaris puberula, basi paullo incrassata, saepe pluricaulis. Squamae erecto-patentes lanceolatae, in axillis saepius gemmiferae, quibus nondum evolutis caulis simplex apparet. Spica brevis densiflora, bracteae ovatae acuminatae calycis tubum subaequantes, bracteolae lineares. Calyx ad medium fere 4-fidus, laciniis inaequalibus, hinc fissus. Corolla rufescens v. subinde violacea semipollicaris, limbo brevi glanduloso-ciliolato. Stamina suprabasilaria glabra. Stigma bilamellatum cerinum. — Crescit in radicibus *Plantaginis Lagopodos* in Thraciae littore.

6. **PH.** (**OROBANCHE** Viviani, Plant. Aegypt. decad. 22.) **PEDUNCULATA** Wiprs. mss. — Caule a basi diviso flexuoso angulato squamoso; florib. laxe racemosis; pedunculis bracteam suppositam duplo superantib.; bracteis calycinis duabus lineari-setaceis; corolla calycem monophyllum quadrifidum quadruplo superante; filamentis germineque sphaerico glabris. 2. — Crescit in desertis Kahiricis.

7. **PH.** (**OROBANCHE** Linn. Spec. plant. 882. — Thnbrg. Prodr. flor. Capens. 97. — Rchb. Plant. critic. VII. fig. 933. 934. — Bull. Herb. t. 309. — Engl. bot. t. 184. — Wallrth. Gener. Orob. *διασκευή* 63. † — Rchb. Flor. Germ. excurs. 356. no. 2430. — Koch, Synops. fl. Germ. [edit. 1.] 539. — Alb. Dietr. Flor. Borussic. IV. t. 250.) **RAMOSA** C. A. Meyer, Verzeichn. der Pflnzn. am Caucas. 104. — Scapo ramoso parce squamoso; florib. alternis in spicam acutatam laxe dispositis; calycis monophylli suburceolati quadrifidi dentib. ovatis acuminatis aequalib.; corollae infundibuliformi-tubulosae labio superiore ascendente, inferioris lobis aequalib. obtusis rotundatis; staminib. pubentib. styloq. tenuiter glanduloso inclusis; stigmate retuso. ☉ — Scapus interdum a basi, frequentius tamen e media parte ramosus rarissimeque simplex, inferne sensim tumidulus glaber, superne hirsuto-furfurascens, digitalis v. pedalis, ramuli conformes hirsutiores, intermedio breviores. Spicae virgatae. Bractea exterior ovata acutiuscula fusca, calycem subaequans, interiores lineares acuminatae. Calyx tenuiter membranaceus urceolatus postice excisus, dentes oblongo-lineares acuti capsulam aequantes, praeter posticum minorem subaequales. Corolla praeter basin pro capsula circumcludendam rotundatam tubulosa, sensim in faucem ampliata hirtella, inferne flavescens, apice cyaneo-purpurascens v. coerulescens, labium superius bilobum magis minusve rotundatum integrum, inferius subaequaliter trifidum, ad palatum flavescenti-hirsuta. Stamina basi hirtella. Stylus glabriusculus. Stigma albidum capitatum. Capsula ovato-subrotunda. — *Orobanche tertia polychonos* Clus. Histor. I. 271. — Moris. Oxon. Histor. III. 502. sect. 12. t. 16. fig. 8. — Chabr. Stirp. 257. fig. 3. — Guettard, Mém. 1746. t. 9. — *Orobanche interrupta* Pers. Enchirid. II. 181. — (ex Cham. et Schlchtd. Linnaea III. 130.) — Ad radices *Cannabeos* per totam Europam et Sibiriam et in Promontorio bonae spei in agris humidiusculis crescit.

8. **PH.** (**OROBANCHE** Dcne. Ann. sc. natur. [2. Sér.] IV. 201.) **DELILEI** Wiprs. mss. — Simplex v. saepius ramosa: ramis angulatis pubescentib.; squamis caulinis lanceolatis acutis semipollicarib., floralib. breviorib.; spicis ramulos terminantib. laxifloris; florib. sessilib.; calycis cupuliformis dentib. lanceolato-setaceis, corolla pollicari extrorsum puberula, fauce dilatata, introrsum pubescente; staminib. infra medium tubi insertis; filamentis glabris; stylo glabro, fauci aequali. ☉ — Planta fusca 8-12-pollicaris, flores azurei duplo majores quam *Ph. ramosae*. Calyx subcampanulato-cupuliformis, flores sessiles. — *Orobanche ramosa* Delile, Flor. de l'Egypte (nec Linn.) — Crescit parasitice in radicibus *Cucurbitae Melonis* et *Brassicarum* in hortis prope urbem Cahiram in Aegypto.

9. **PH.** (**OROBANCHE** Borkhausen in Roem. Neues Magaz. ao. 1794. p. 6. — Rchb. Fl. Germ. excurs. 356. no. 2429., Plant. critic. VII. fig. 929. 930. 931. — Koch l. c. Alb. Dietr. Flor. Borussic. IX. t. 579.) **ARENARIA** Wiprs. mss. — Scapo simplici;

calyce monosepalo quinquedentato, dentib. subulatis; corolla tubuloso subrecta, tubo medio angustato, fauce subinflata, laciniis labiorum obtusis, margine reflexis; antherarum sutura lanato-pilosa. ♃ — Scapus basi leviter incrassatus erectus simplicissimus dodrantalis v. pedalis hirsutus albus diluteve coerulescens, demum fuscus. Squamae ovatae. Spica comosa spithamaea 15–30-flora. Bracteae ternae, exterior ovato-oblonga, laterales lineares acutae breviores. Calyx plerumque 4-, rarius 3- v. 5-fidus, dentes lineares acuti aequales praeter quintum breviorem, corollae strictiuram superantes. Corolla ultra basin pro capsula circumcludenda rotundatam dilutiorem et ex staminibus constrictam, attenuata subinfundibuliformis, in faucem patentem ampliata dilute coerulescens, demum rubiginosa hirtella, labium superius profunde emarginatum parceque crenulatum, inferioris lobi ovato-rotundati subaequales obtusi, intus ad limbum hirtelli, ad palatum longitudinaliter albo-villosi. Antherae cum villo stupposo dehiscentes. Stigma bifidum aurantiacum. Capsula ovata. — *Orchis abortiva* Leyss. — *Orobanche laxis* Ehrh. mss. — *Orobanche* (*Phelypaea* G. Don l. c.) *comosa* Wallrth. Sched. critic. I. 314. et Gener. Orob. διαγραφή 50. † — Crescit ad radices *Genistae tinctoriae* et *Artemisiae campestris* in Gallia et Germania.

10. PH. (OROBANCHE Alb. Dietr. Flor. Borussic. III. t. 151. †, Flor. Marchic. 338.) ROBUSTA Alb. Dietr. mss. — Villosula: scapo crasso ramosissimo; spicis densiforis; bracteis ternis calycis longitudine; calycis quinquefidi lacinia quinta minima; corollae tubulosae labio superiori bilobo, lobulis reflexis, labii inferioris reflexi lacinils aequalib. vix crenulatis; filamentis glaberrimis, antheris villo cinctis; stylo glaberrimo, stigmate biglobuloso stramineo. ♃ — Scapus bipedalis v. altior strictissimus e basi (pollicem fere diametro tenente) ramosus livide virens glaber, infra spicas parce villosus. Squamae ovales obtusae pollicares, semipollicem latae, superiores angustiores acuminatae. Spicae 9-pollicares vel longiores. Bracteae ternae lanceolato-lineares, intermedia longiori. Calycis laciniae (excepta postica) lineari-lanceolatae acuminatissimae. Corolla pollicaris, tubus incurvus, ad faucem intus breviter villosus. Stigma pallidissime sulphureum globuloso-bilobum. — Habitus *Ph. ramosae*, flores *Ph. coeruleae*, ab utraque statura insignis. — Crescit in radicibus *Artemisiae campestris* in collibus arenosis apricis (bei Baumgartenbrück hinter Potsdam).

11. PH. (OROBANCHE Rxb. Flor. Indic. III. 27.) INDICA G. Don l. c. 632. no. 4. — Ramosa pilosa: scapo ad ramificationes tantummodo squama instructo; calyce subunilaterali 5-fido; spica densa clavata; corollae tubulosae labio superiore bilobo, inferiori trilobo; antheris lanatis bifidis, loculis calcaratis; filamentis glabris; stigmate bilobo. ♃ — Prope accedit ad *Ph. ramosam* sed recedit corollis duplo majoribus (coeruleis). — Crescit in India orientali et Nepalia in radicibus *Nicotianarum*.

12. PH. (OROBANCHE Fr. W. Schultz, Flora [B. Z.] XXVI. 127.) FRAASII Wlprs. mss. — Calyce monosepalo quinquedentato, dentib. e lata basi lanceolatis acutis; corolla calycem triplo excedente tubulosa subhorizontaliter patente subarcuata, tubo supra ovarium coarctato, tunc ampliato, fauce ampla, laciniis labiorum ovatis, labii superioris approximatis, labii inferioris distantib.; staminib. infra medium tubi insertis glabris. ♃? — Planta pulcherrima purpureo-coerulea, solummodo *Ph. Orobanche Siculae* et *Ph. (Orobanche) Schultzii* comparanda. — In radicibus *Psoraleae bituminosae* ad Tripolizam crescit.

13. PH. PULCHELLA C. A. Meyer in Eichwld. Plant. nov. Caspic. Caucas. 17. † t. 18. — Albo-lanata: squamis subfloralib. ovatis acutis calycem subaequantib.; lobis calycis lineari-subulatis subaequalib.; corollae fauce subinflata, labiis subaequilongis, labio labii inferioris suborbiculatis denticulatis aequalib.; filamentis glabris, antheris styloq. pilosis; stigmate bilobo. ♃? — Scapi simplicissimi 3–4-pollicares, basi non incrassati, una cum squamis, calycibus et corollis dense albo-lanati, squamis paucis ovatis acutis distantibus obsiti. Flores 8–10 spicati. Bracteae (ternae?) lineares acuminatae calycem fere aequantes. Calycis quadrifidi laciniae lineari-subulatae subaequales. Corolla saturate violaceo-coerulescens.

10 lin. longa subincurva, e basi cylindrica in faucem sensim ampliata, extus dense albo-lanata, intus parce pilosa, laciniis utriusque labii fimbriato-dentatis. Filamenta glabra. Antherae margine lanatae. Stylus albo-pilosus. Stigma subbilobum flavum obliquum. — Crescit in radicibus .....? in Imeretia.

14. PH. (OROBANCHE Rchb. Plant. critic. VII. fig. 936. — Buxb. Centur. III. t. 1. fig. 2.) CAESIA Griseb. Spicileg. flor. Rumel. II. 50. — Coerulescens simplex: calyce quadrifido, laciniis subulatis; corollae violaceae supra fundum arcte constrictae tubo erecto-patente, versus apicem arcuato, limbi lobis ovato-subrotundis v. ovato-oblongis obtusis; antheris glabris; stigmate pallide amethystino transverse sulcato. 4 — In radicibus *Erodii cicutarii* in pascuis montis Tschatal-Sepé prope Enos et in insula Chalki crescit.

15. PH. (OROBANCHE Viviani, Flora Lybic. 34. t. 15. fig. 2.) COMPACTA G. Don l. c. 632. no. 9. — Scapo simplici squamoso-imbricato, a basi ipsa florifero; spica ovata multiflora, squamis floralib. flores dimidios aequantib.; calycib. quadrifidis, segmentis ovatis obtusis, interdum truncatis, corolla triplo breviorib.; corolla incurva versus faucem infundibuliformi-ampliata, laciniis labii superioris ovatis acutis, inferioris rotundatis undulatis subaequalib.; staminib. tubum corollinum aequantib. glabris, antheris pilosis; stigmate capitato-truncato. 4 — Crescit in radicibus .....? in magna Syrti.

16. PH. (OROBANCHE Nutt. Gener. pl. Americ. II. 58. — Hook. Flor. Bor. Americ II. 92.) LUDOWICIANA Wlprs. mss. — Pubescenti-glandulosa: caule brevi simplici v. subramoso; spica elongata densiflora; calyce inaequaliter profunde quinquefido bibracteato, laciniis linearib.; corollae intus extusq. pubescentis tubo elongato curvato, labiis subaequalib., superiori bifido, inferiore trifido, lobis acutiusculis; staminib. inclusis. 4 — Calyx saepe sexfidus observatur, labium corollae superius saepe integrum. — Crescit in America boreali (New Caledonia, Saskatchawan, Rocky mountains).

Sectio II. CISTANCHE Lnk. et Hffmnsgg. Flor. Portug. I. 319. t. 63.

Calyx semiquinquefidus, lobis aequalibus obtusis. Antherae undique lanatae. Capsula stylo persistente demum longitudinaliter secedente terminata. Scapus simplicissimus. — (*Haemodoron* Wallrth. Gener. Orob. *διασχυή* p. 69. Sect. IV.)

17. PH. FISSA C. A. Meyer, Verzeichn. der Pflnzn. am Caucas. 104. — Lanuginosa: squamis floralib. lanceolatis obtusis calyce longiorib.; calycis fissi lacinia superiori (v. posteriori) lineari, interiori (v. anteriori) spathaeformi quadridentata, dentib. obtusis; corollae (violaceae) rectiusculae tubuloso-campanulatae laciniis patentib. subaequalib. semiorbiculatis; filamentis basi barbatis, antheris apice connectivo producto mucronulatis; stylo glaberrimo, stigmate indiviso. 4 — In radicibus .....? in Caucaso crescit.

18. PH. FLAVA C. A. Meyer l. c. — Glaberrima: squamis lineari-lanceolatis, floralib. corolla multo longiorib.; calycis tubulosi lobis rotundatis; corollae flavae incurvae tubuloso-campanulatae lobis patentib. subaequalib. ovatis; filamentis basi pubescentib., antheris apice connectivo producto mucronulatis; stylo glaberrimo, stigmate subretuso. 4 — Crescit in radicibus .....? in Caucaso.

19. PH. SALSA C. A. Meyer in Ledeb. Icon. flor. Rossic. Altaic. illustr. t. 376. — Ledeb. Flor. Altaic. II. 461. † — Sublanata: squamis floralib. ovato-lanceolatis calyce longiorib.; bracteis sublinearib.; calycis laciniis semiorbiculatis aequalib.; coroliae rectiusculae tubuloso-campanulatae lobis subaequalib. semiorbiculatis patentib.; filamentis basi barbatis; antheris muticis; stylo glabro; stigmate emarginato. 4 — Planta ex observationibus non parasitica semipedalis v. pedalis. Scapus erectus crassitie digiti minoris, basin versus tuberoso-incrassatus squamae florales e basi dilatata ovato-lanceolatae obtusiusculae, dorso albo-lanatae calyce fere sesquilongiores, corolla duplo breviores. Bracteae lineares v. anguste oblongae ellipticaeve obtusae, calycem aequantes, lanuginosae lanato-ciliatae. Calycis semiquinquefidi laciniae semiorbiculatae obtusissimae, margine scariosae

4184. CONOPHOLIS *Wllrth.*

(Wllrth. Gener. Orob. *διασκευή* 78. — Meisn. Gener. plant. vascul. I. 314. II. 225.)

1. C. (OROBANCHE Linn. Suppl. 88. — Willd. Spec. plant. III. 351.) AMERICANA Wllrth. l. c. † — Scapus simplicissimus teres coloratus succulentus spithamaeus, totus undique squamis ovato-oblongis acuminatis enerviis adpressis sessilibus flavescentibus, demum squamarum strobilorum abietinorum instar rigentibus imbricatus. Spica oblonga acuminata bracteis cooperta, partem scapi squamosam subaequans. Bracteae ternae, exterior exacte squamaeformis, sursum sensim minor, interiores calyci adpressae lineares acuminatae, calycem subaequantes. Flores subsessiles lutei concolores fere cum reliquis partibus. ♃ — Crescit in Carolina ad arborum fruticumque radices.

4185. OROBANCHE *Linn.*

(Linn. Gener. plant. no. 779. — Meisn. Gener. plant. vascul. I. 314. II. 225. — Wllrth. Gener plant. Orobanches *ΔΙΑΣΚΕΥΗ* excl. sect. 2. 3. 4. — G. Don, General syst. of gard. and bot. IV. 628.)

§. 1. *Sepalis discretis v. in anteriore parte basi concretis, posteriore liberis.*

1. O. CRUENTA Bertol. Plant. Ital. rarior. decad. III. 56. — Koch, Synops. fl. Germ. (edit. 1.) 533. — Rchb. Fl. Germ. excurs. 354. no. 2415., Plant. critic. VIII. fig. 896. — Sepalis plurinerviis subaequaliter bifidis tubum corollae superantib.; corolla campanulata, antice basi strumoso-ventricosa, dorso arcuata, labiis inaequaliter denticulatis glanduloso-fimbriatis, superiori galeato integro v. emarginato, lobis patentib., lacinlis labii inferioris subaequalib.; staminib. basi corollae insertis dense pilosis, superne styloq. glanduloso-pubescentib.; disco stigmatis holoserico elevato-marginato. ♃ — Corolla campanulata ampla, basi antice strumoso-gibba, intus sanguinea, stamina imae basi corollae inserta, stigma luteum margine fusco-purpureo cinctum et tota pilis copiosis brevibus glanduliferis tecta atque odore suaveolente dignoscitur. — *O. gracilis* Sm. Transact. of the Linn. Soc. IV. 172. — Rchb. Plant. critic. VIII. fig. 898. 899. — *O. caryophyllata* Vivian. Ann. bot. I. 175. — *O. vulgaris* Gaud. Fl. Helvet. IV. 170. *O. caryophyllacea* Schultz, Beitr. zur Kntnss. der deutsch. Orob. 8. — Crescit parasitice in radicibus *Loti corniculati* et *Hippocrepidis comosae* in locis graminosis in Germania australi, Helvetia et in Italia.

   β. leiostemon Griseb. Spicileg. flor. Rumel. II. 55. — Rufescens, basi subaequalis: bracteis corollae cruentae tubum subaequantib.; sepalis nervosis subulatis bifidisve; corollae tubo ad basin antice ventricoso, dorso arcuato, limbo patente glanduloso-ciliato; staminib. imae corollae insertis glaberrimis, nuno ima basi pilosis. — *O. annulata* Griseb. Reise II. 188. — Crescit parasitice in radicibus *Thymi Serpylli* in regione montana Macedoniae.

2. O. VERSICOLOR F. W. Schultz, Flora (B. Z.) XXVII. 129. — Sepalis bi- v. obsolete plurinerviis, e basi ovata lanceolato-subulatis inaequaliter bifidis tubum corollae superantib.; corolla tubuloso-campanulata a medio tubi sensim ampliata, fauce amplissima, dorso recta, labiis denticulatis, superiori integro; staminib. infra medium tubi insertis a basi ultra medium lanuginoso-pilosis; stigmatis disco laevi. ♃ — Habitus *O. cruentae*, sed flores multo minores, corolla basi tubulosa, nec ventricosa, pallide flavescens et supra ovarium atrosanguinea. - Crescit parasitice in radicibus *Chrysanthemi coronopifolii* prope Naupliam et Corinthum in Graecia.

3. O. SPRUNNERI F. W. Schultz l. c. 130. — Sepalis plurinerviis e basi latissima subrotunda lanceolato-acuminatis indivisis v. bifidis, margine dentato-ciliatis, corollae tubum vix aequantib.; corolla a basi amplissima campanulata, antice basi strumoso-ventricosa, dorso curvata, labiis inaequaliter denticulatis glanduloso-fimbriatis, superiori inferiore multo majori recto subemarginato, lobis (in

vivo?) patentib., lacinia media labii inferioris lateralib. majori; staminib. ad basin corollae insertis, a basi villosis, superne glabris styloq. glanduloso-pubescentib.; bracteis brunneis sparsim villoso-pilosis. 4 — Habitus *O. cruentae*, corolla intus sanguinea. — Crescit parasitice in radicibus *Cisti* cujusdam ad Melissam prope urbem Naupliam in Graecia.

4. O. BREVIFLORA F. W. Schultz l. c. — Sepalis 3-5-nerviis e basi ovata lanceolato-subulatis integris, tubum corollae aequantib. v. superantib.; corolla a basi amplissima campanulata, antice basi strumoso-ventricosa, dorso curvata, labiis inaequaliter denticulatis glanduloso-fimbriatis, superiori subemarginato, lacinia media labii inferioris lateralib. paullo longiore; staminib. basi corollae insertis glabriusculis, basi villosis. 4 — Species dubia ex habitu affinis *O. cruentae*. Stigma, stylus et stamina exserta. — Crescit in Graeciae provincia Attica.

5. O. RAPUM Thuill. Flor. Paris. (edit. 2.) 317. — Alb. Dietr. Flor. Borussic. IV. t. 249. — Rchb. Plant. critic. VII. fig. 923., Flor. Germ. excurs. 355. no. 2426. — Koch l. c. — Moulins, Annales des sc. natur. (2. Sér.) III. 69. † — Sepalis plurinerviis subaequaliter bifidis integrisve tubum corollae subaequantib.; corolla campanulata antice basi strumoso-ventricosa, dorso arcuata, labiis undulatis obsolete denticulatis (haud fimbriatis), superiori galeato emarginato, lobis patentib., labii inferioris lobo intermedio lateralib. duplo majori; staminib. basi corollae insertis, inferne glaberrimis, apice styloq. glanduloso-pubescentib., disco stigmatis holosericeo immarginato. 4 — Corolla ampla campanulata *O. cruentae*, sicca luteo-fusca, antheris defloratis albis, staminibus inferne glaberrimis et labiis non fimbriatis (conferas tamen iconem et descriptionem Alb. Dietr.) dignoscitur. — *O. major* DC. Fl. Franc. III. 488. (an etiam Linn. Spec. plant.??) — Rchb. Plant. critic. VII. fig. 900. et Fl. Germ. excurs. 354. no. 2417. — Engl. bot. t. 421. — Curtis, Flor. Londin. II. t. 128. — Crescit parasitice in radicibus *Genistae tinctoriae* et *scopariae* in Germania australiori, in Helvetia, Gallia et Italia.

6. O. ULICIS Moulins, Ann. des sc. nat. III. 71. † — Scapo graciliori elato, basi mediocriter incrassato sphaerico; squamis baseos paucis majusculis laxiusculis, reliquis paucis elongatis acutissimis; spica brevi laxe 20-40-flora; sepalis integris, rarius bidentatis bilobisve; corolla magna trigona ventricoso-depressa, extus lutea, fauce dilatata sanguineo-rubra; staminib. paullo supra corollae basin affixis, basi pilosis, duobus posticis altius insertis; stigmate maximo intense luteo. 4 — Planta saepe 18-20-pollicaris, colore universali inter citrinum et rubro-sanguineum ludens, odore *Berberidis* fugacissimo. — Crescit parasitice in radicibus *Ulicis nani* in Gallia (prope Lanquais).

7. O. PROCERA Koch, Dtschlnds. Flor. IV. 438., Synops. fl. Germ. (edit. 1.) 534. — Sepalis plurinerviis late ovatis subaequaliter bifidis integrisq., tubo corollino brevioribus.; corolla campanulata, antice basi strumoso-ventricosa, dorso curvata, labiis inaequaliter denticulatis, margine subglandulosis, superiore galeato emarginato, lobo intermedio labii inferioris paullo majore; staminib. basi corollae insertis glabris, ima basi parce pilosis, apice styloq. subglandulosis. 4 — Crescit parasitice in radicibus *Cirsii arvensis* prope Manhemium.

8. O. PRUINOSA Lapeyr. Suppl. 87. — Rchb. Plant. critic. VIII. fig. 911. — Koch, Synops. fl. Germ. (edit. 1.) 534. — (Griseb. Spicileg. flor. Rumel. II. 55.) — Sepalis quinquenerviis bifidis, laciniis subaequalib. angustis subulatis tubum corollae aequantib.; corolla campanulata, dorso subcurvata, labiis expansis undulato-plicatis crispis obtuse denticulatis non ciliatis colorato-venosis, superiore bilobo, lobis labii inferioris rotundatis, intermedio duplo majori; staminib. supra basin corollae insertis, inferne villosis, apice styloq. glandulosis. ⊙ — Corolla magna praecedentium sed tenuis substantiae, exsiccata papyracea, labiis magnis plicato-crispis instructa venisque coeruleis pulchre picta. — *O. grandiflora* Bory et

Chaub. Flor. Peloponn. 983. † t. 23? *) — Crescit parasitice in radicibus *Viciae Fabae* in Europa orientali-australi.

9. O. ANGUSTISEPALA F. W. Schultz, Flora (B. Z.) XXVII. 130. — Sepalis uni- v. obsolete quadrinerviis indivisis bifidisq., e basi subovata angustissime subulatis, tubo corollae breviorib. eumq. aequantib.; corolla campanulata, dorso subcurvata, fauce ampliata, labiis expansis undulato-plicatis obtuse et obsolete denticulatis, superiori subbilobo, lobis labii inferioris rotundatis, intermedio duplo majori; staminib. supra basin corollae insertis, inferne villosis. ♃ — Habitus *O. pruinosae.* — Crescit parasitice in radicibus *Orobi digitati* in Hymetto monte Graeciae.

10. O. SCABIOSAE Koch, Dtschlnds. Flora IV. 440., Synops. fl. Germ. (edit. 1.) 534. — Sepalis plurinerviis ovatis in apicem subulatum attenuatis, corollae tubum superantib., v. bifidis, laciniis parallelis; corolla campanulata, dorso arcuata, extus labioq. superiore intus piloso-scabris, pilis sparsis brevib. glanduligeris, tuberculo violaceo nigrove insidentib., labiis inaequalib. acute dentatis, margine crispis, superiore paullo sursum curvato bilobo, lobis patentib., laciniis labii inferioris aequalib.; staminib. prope basin corollae insertis, inferne sparsim pilosis, apice styloq. subglabris. ♃ — Similis *O. Epithymo,* differt autem caule crassiore altiore, tuberculis nigris piligeris corollae, lobis labii inferioribus aequalibus filamentisque apice glabris conniventibus nec arcuato-descendentibus. — *O. concolor* Duby, Bot. Gallic. 350?? — Crescit parasitice in radicibus *Chaerophylli sylvestris, Menthae arvensis et Scabiosae columbariae* (bei Berchtesgarden und Lofer im Königreiche Baiern) et in Galloprovincia.

11. O. SPECIOSA DC. Fl. Franc. III 490. — Alb. Dietr. Flor. Borussic. III. t. 149. (Flor. Marchic. 338.) — Sepalis plurinerviis, subito in acumen subulatum contractis tubum corollae aequantib.; corolla campanulata in medio dorso rectiuscula, superne antrorsum curvata, extus labioque superiori, intus glanduloso-pilosis, pilis tuberculo ochraceo insidentib., labiis inaequalib. acute denticulatis, margine crispatis, superiore apice paullo sursum curvato bilobo, lobis patentib., laciniis labii inferioris subaequalib.; staminib. prope basin corollae insertis, inferne sparsim pilosis, superne glabris; stylo superne glanduloso-piloso. ♃ — *O. pallidiflora* Wimm. et Grabowsky, Flor. Silesiac. II. 233. † — Koch, Synops. fl. Germ. (edit. 1.) 534. — Crescit parasitice in radicibus *Cirsii arvensis* in Silesia, prope Frankofurtum ad Viadrum et in Gallia. — Scapus et flores cerino-flavescentes, squamae luride brunneae.

12. O. CONDENSATA Moris, Stirp. Sard. elench. App. 8. — Rchb. Plant. critic. VII. fig. 897. — Griseb. Spicileg. flor. Rumel. II. 56. — Superne villosa: squamis bracteisq. solitariis lanceolato-acuminatis corollam rubro-roseam excedentib.; calycis bipartiti laciniis subbifidis; corollae labio superiore subbilobo; spica elongata cylindrica compacta; stylo glabro; stigmate purpureo; staminib. basi pilosiusculis. ♃ — Crescit parasitice in radicibus *Genistae Corsicae* in Sardinia et in radicibus *Campanulae persicifoliae* in peninsula Hajion-oros in Rumelia.

13. O. LEUCANTHA Griseb. Spicileg. flor. Rumel. II. 57. — Pallescens palmaris, basi subaequalis: bracteis corollae albae tubum subaequantib.; sepalis 1-2-nerviis subulatis bifidisve; corollae tubo patente rectiusculo, limbo patente; staminib. suprabasilarib. glabris; stigmate violaceo. ♃ — Habitus tenuior, spica abbreviata, corolla semipollicaris, stamina ad basin insertionis lana lutea brevissima instructa, caeterum glaberrima alba, antherae brunneae tenuiter biaristatae, stigma biglobosum declinatum. — *O. alba* (Stephan??) Rchb. Plant. critic. VII. fig. 912. (nec

*) *O. GRANDIFLORA Bory et Chaub. l. c. — Pedalis v. sesquipedalis, pilis subviscidis hispida: florib. dense spicatis; corollis majorib. tubulosis, tubi latitudine quadruplo longioribus, limbo expanso patulo, lobis quaternis rotundatis denticulatis, labio superiori margine patulo expanso; bracteis bifidis, laciniis subulatis tubum vix superantib.; filamentis basi pilosis; stylo glabro; stigmate cordato.* ☉? — *Crescit in Peloponneso.*

Buxb., M. Bieberst.). — Crescit in castanetis umbrosis prope Karaćs in Rumeliae peninsula Hajion Oros.

14. O. BARTLINGII Griseb. Spicileg. flor. Rumel. II. 57. (adnot.) — Ochracea, basi subaequalis: bracteis corollae pallidissime rubrae tubum subaequantib.; sepalis uninerviis subulatis, corollae tubo erecto-patente ad apicem arcuato-declivem usque rectiusculo, limbo porrecto; staminib. suprabasilarib., inferne sparsim pilosis; stigmate saturate flavo. 2. — Caulis pedalis pallide ochraceus, squamis ochraceo-luteis. Spica elongata. Bracteae 6–8 lin. longae subulatae 3–5-nerviae. Sepala integra, dorso carinata rubescenti-pallida glanduloso-fimbriata. Corolla 8–10 lin. longa e basi aequaliter in tubum subcylindricum ampliata, labio utroque horizontaliter porrecto, superiori bilobo, inferioris lobis aequalibus subrotundis denticulato-ciliatis. Stamina superne glabra, antherae brunneae tenuiter mucronatae. Stigma ex styli apice uncinato pendulum biglobosum immarginatum glabrum laeve v. minutissime papillosum colore chromatis plumbi. — Crescit parasitice in *Libanotide montana* (in Unter-Heſſen bei Allendorf).

15. C. CRASSISTYLA F. W. Schultz, Flora (B. Z.) XXVII. 131. — Sepalis obsolete plurinerviis e basi ovata lanceolato-subulatis indivisis v. dente brevissimo bifidis, tubum corollae aequantib.; corolla campanulata, dorso arcuata, extus glanduloso-pilosa, labiis inaequalib. denticulatis, lobo intermedio labii inferioris lateralib. longiore; staminib. prope basin corollae insertis, inferne sparsim pilosis, apice styloq. glanduloso-pilosis; stylo crasso. 2. — Species dubia habitu *O. Epithymi*. — *O. comosa* Sprunner mss. — Crescit parasitice in radicibus *Cisti* cujusdam in Graecia.

16. O. PUNCTATA F. W. Schultz l. c. — Sepalis uni- v. obsolete plurinerviis, ex ovata basi lanceolato-subulatis indivisis v. bifidis, margine fimbriato-glandulosis, corollae tubum aequantib.; corolla campanulata, dorso arcuata, extus tuberculis atro-violaceis punctata pilisq. glandulosa et venis violaceo-purpureis longitudinaliter picta, labiis inaequaliter denticulatis, lobo intermedio labii inferioris lateralib. longiore; staminib. prope basin corollae insertis, inferne squamis pilosis, apice styloq. glanduloso-pilosis. 2. — Habitus *O. Epithymi*, cujus forte varietas. — Crescit parasitice in *Cisto* quodam in Graecia.

17. O. EPITHYMUM DC. Flor. Franc. III. 490. — Rchb. Plant. critic. VII. fig. 887. 888. 889. — Koch, Synops. fl. Germ. (edit. 1.) 535. — Alb. Dietr. Flor. Borussic. IV. t. 251. — Sepalis plurinerviis lanceolatis subulato-acuminatis tubo corollae longiorib. indivisis v. dente divaricato bifidis; corolla campanulata, dorso leviter arcuata, extus labioq. superiore intus glanduloso-pilosis, pilis tuberculo minutissimo insidentib., labiis inaequalib. acute dentatis, margine crispatis, superiore apice paullo sursum curvato bilobo, lobis patentib., lobo intermedio labii inferioris lateralib. duplo longiore; staminib. prope basin corollae insertis, inferne sparsim pilosis, apice styloq. glanduloso-pilosis; disco stigmatis velutino margine elevato destituto. 2. — Planta plerumque 5–6-pollicaris, viva sordide lutescens, saepe colore purpureo suffusa. Stigma obscure purpureum, antherae fuscae nec albae. — *O. rubra* Sm. Engl. bot. t. 1786. — Hook. Flor. Londin. t. 105? — Wallroth, Gener. Orob. *διασχυή* 43. †?? — Rchb. Plant. critic. VII. fig. 885. — *O. sparsiflora* Wlrth. Schedul. critic. 309. — *O. paradoxa* Koch mss. — *O. nuda* Koch mss. — *O. major* Wolf mss. — *Epithymum* Marant. Method. 175. [Wlrth. Gener. Orob. *διασχυή* 48. †].

β. rubiginosa: glandulis pallide rubiginosis adspersa: corolla longior angustior obscure fusco-purpurea, labio superiori protracto subtruncato, lobulis deflexis, antherae flavae, stigma aurantiacum. — *O. rubiginosa* Alb. Dietr. Flor. Borussic. III. t. 252., Flor. Marchic. 331. — Crescit parasitice in radicibus *Thymi Serpylli* in ericetis campisque incultis per totam Germaniam, Galliam, Helvetiam et Britaniam.

18. O. LYCICA F. W. Schultz, Flora (B. Z.) XXVII. 128. — Sepalis plurinerviis ovatis bifidis, dentib. lanceolato-subulatis tubum corollae aequantib. longioribq., rarissime dente altero sepali unius truncato; corolla tubuloso-campanulata, dorso

curvata, fauce ampliata, labiis inaequaliter acuteq. dentatis, superiore bilobo, staminib. sub medio tubi insertis, a basi ad medium subvillosis. ♃ — Habitus *O. rubentis* et *O. Epithymi*. — Crescit ad Lycos in Attica.

19. O. APICULATA*) Wllrth. Gener. Orob. διασκευή 50. † — (Griseb. Spicileg. flor. Rumel. II. 58. adnot.) — Rchb. Plant. critic. VII. fig. 878?? — Ochracea, palmaris, basi subaequalis: bracteis corollae homochroae tubum subaequantib.; sepalis 1–2-nerviis subulatis bifidisq.; corollae tubo erecto-patente, dorso arcuato, limbo patente; staminib. suprabasilarib., inferne sparsim pilosis; stigmate saturate flavo. ♃ — Caulis pallide ochraceus, squamae fuscescentes. Spica brevis, bracteis semipollicaribus ovato-lanceolatis 3–5-nerviis. Sepala 3–4 lin. longa bifida, dorso convexa binervia diaphana glandulosa. Corolla 6–8 lin. longa pallide ochracea nec rubescens, e basi aequaliter in tubum dorso arcuatum dilatata, apice declivis, labio superiori bilobo reflexo brevi, inferioris lobis patentibus, medio laterales latitudine duplo superante. — Crescit parasitice in radicibus *Pelargonii graveolentis* in ollis hortorum (in Thuringia) et in radicibus *Libanotidis montanae* (in Unter-Hessen bei Allendorf.)

20. O. DIAPHANA F. W. Schultz Flora (B. Z.) XXVII. 130. — Sepalis trinerviis diaphanis lanceolatis indivisis, corollae tubum vix aequantib.; corolla tubuloso-campanulata, dorso vix curvata, labiis inaequaliter denticulatis, superiori paullo sursum curvato; staminib. supra basin corollae insertis, basi subvillosis. ♃ — Habitus *O. Galii*, cujus forte varietas. — Crescit in Graecia (in Phtiotidi).

21. O. GALII Duby, Bot. Gallic. I. 349.**) — Rchb. Plant. critic. VII. fig. 892–895. — Alb. Dietr. Flor. Borussic. III. t. 146. — Koch, Synops. fl. Germ. (edit. 1.) 535. —

---

*) *Eadem esse dicitur ac* O. Hederae, *quam conferas infra pag.* 472. *no.* 40.

**) *Ad hanc pertinere videntur sequentes, quas pro varietatibus habeo:*

1. *O. ADENOSTEMON Rchb. Plant. critic. VII. fig.* 894., *Fl. Germ. excurs.* 354. *no.* 2414. — *Robusta testaceo-ochracea, superne tota glandulosa: corolla ampliata, labii inferioris laciniis planis rotundatis; sepalis bifidis (antice?) cohaerentib.; stylo filamentisq. glanduliferis; stigmate divaricato-bigloboso.* ♃ — *Crescit parasitice in radicibus* Galii Molluginis (bei Dresden).

2. *O. KRAUSEI Alb. Dietr. Flor. Borussic. VII. t.* 437., *Flor. Marchic.* 332. † — *Glandulosa: squamis lineari-lanceolatis; spica brevi densa; bracteis quam flores breviorib.; sepalis bifidis, laciniis inaequalib. acutis; corolla tubulosa subrecta, labiis crenulatis, superiori subtruncato emarginato, lobulis demum reflexis, inferioris patentis laciniis oblongis rotundatis, media majori; filamentis inferne villosis, superne glandulosis; stylo glanduloso, stigmate obverse reniformi lateritio.* ♃ — *Planta 6–8-pollicaris pallide sulphurea, glandulis aureis obsita. Spica 2–3-pollicaris, bracteae lanceolato-lineares. Flores pallide sulphurei subrubicundi semipollicares.* — *Crescit parasitice in radicibus* Galii veri (bei dem Dorfe Berge hinter dem Städtchen Nauen in der Mark Brandenburg).

3. *O. MACRANTHA Alb. Dietr. Flor. Borussic. VII. t.* 438, *Flor. Marchic.* 334. † — *Glandulosa: squamis inferiorib. subrotundis, subito acuminatis, superiorib. lineari-lanceolatis; spica elongata; bracteis flores excedentib.; sepalo unico collariformi quadrifido, laciniis acuminatis, exteriorib. majorib.; corolla maxima curvata, labiis crenulatis, superiori emarginato porrecto, inferioris trilobi lacinia media majori; filamentis inferne villosis, superne glandulosis; stylo glanduloso, stigmate divaricato-biglobuloso purpureo.* ♃ — *Planta bipedalis pallide fusca rubro-suffusa, glandulis aureis obsita, basi tuberoso-incrassata. Spica ultra semipedalis remotiflora. Sepala antice coalita. Corolla ultra pollicaris valde incurva flavescenti-ferruginea. Flores* Dianthum *redolent.* — *Crescit parasitice in radicibus* Galii (bei dem Dorfe Berge ohnweit des Städtchens Nauen in der Mark Brandenburg).

4. *O. TORQUATA Rchb. Plant. critic. VIII. fig.* 1128. — *Alb. Dietr. Flor. Borussic. IV. t.* 440., *Flor. Marchic.* 335. † — *Glandulosa: squamis inferiorib. ex ovali basi longe acuminatis; spica elongata; bracteis corollam fere aequantib.; sepalis antice coalitis in phyllum collariforme quadrifidum, laciniis exteriorib. linearib., intermediis abbreviatis; corolla subcurvata, labiis crenulatis, superiori galeato emarginato, inferiori trilobo, laciniis subaequalib.; filamentis inferne villosis, superne glandulosis; stylo glanduloso; stigmate biglobuloso purpureo.* ♃ — *Simillima praecedenti, sed differt floribus minoribus rectioribus bractea semper longioribus calycisque laciniis intermediis abbreviatis obtusissimis.* — *Crescit parasitice in radicibus* Galii (bei dem Dorfe Berge ohnweit des Städtchens Nauen in der Mark Brandenburg).

Sepalis plurinerviis subaequaliter bifidis, tubum corollae dimidium aequantib., antice contiguis connatisq.; corolla e basi sensim ampliata campanulata, dorso curvata, labiis inaequaliter denticulatis, superiori galeato, laterib. porrectis (non patentibus), labii inferioris laciniis ovatis subaequalib. porrectis, tubo dimidio breviorib.; staminib. supra basin corollae insertis dense pilosis, superne styloq. glanduloso-pilosis; disco stigmatis velutino margine elevato destituto. 4 — Stigma obscure purpureum. — *O. caryophyllacea* Sm. Transact. of the Linn. Soc. IV. 169. — C. A. Meyer in Ldb. Flor. Altaic. II. 452. † — Wlrth. Gener. Orob. *διαχευή* 35. † (excl. syn. plurib.). — *O. vulgaris* DC. Fl. Franc. III. 469. — *O. Bipontina* F. W. Schultz, Beitr. zur Kuntnss. der deutsch. Orob. 7. — *O. caryophyllacea* Rchb. Fl. Germ. excurs. 353. no. 2412., Plant. critic. VII. fig. 890. 891. — *O. strobiligena* Rchb. Plant. critic. VII. fig. 905. 906., Flor. Germ. excurs. 355. no. 2420. — *O. laxiflora* Rchb. l. c. no. 2421., Plant. critic. VII. fig. 908. 909. 910. — Alb. Dietr. Flor. Borussic. IV. t. 253. † — *O. major* Pollich, Fl. Palatin. II. 200. — *O. tubiflora* Alb. Dietr. Flor. Borussic. III. t. 147. — *O. mutila* Dumort. Florul. Belgic. 33. [diagnosis pessima!!!] — Crescit parasitice in radicibus *Galii veri* et *Molluginis* per totam Germaniam, Britanniam, Galliam, Helvetiam et in Rumelia.

22. O. GLABRATA C. A. Meyer in Eichwld. Plant. nov. Casp. Caucas. 16. † t. 17. — Furfuracea: squamis subfloralib. linearib. florem aequantib.; sepalis indivisis lineari-lanceolatis; corollae subcampanulatae rectiusculae labio inferiore paullo breviore, lobis obtusis denticulatis, intermedio longiore; filamentis basi glaberrimis, apice styloq. subglandulosis; stigmate emarginato. 4 — Scapus quinquepollicaris. Corolla (sicca) sordide et obscure rufa faucem versus paullo ampliata semipollicaris. — Accedit ad *O. Galii* formas minores paucifloras, satis tamen differt staminibus basi glabris nec hirsutis laciniaque media labii inferioris longiori. — Crescit in Kachetia.

23. O. AVELLANAE Pfund, Flora (B. Z.) XXVI. 183. † — Sepalis plurinerviis subaequaliter bifidis, margine antico dente unico instructis contiguis v. coalitis, tubum corollae dimidium subaequantib., laciniis lanceolatis acutis; corolla tubuloso-campanulata antrorsum curvata, labiis obtuse v. obsolete denticulatis glanduloso-ciliatis, superiori obtusissime emarginato, lobis duobus acutis patentib. diviso, inferiori inaequaliter trilobo; filamentis supra basin corollae insertis, interne pilorum densorum serie munitis styloq. superne glanduloso-pilosis; stigmate laevi. 4 — Scapus 8–10-pollicaris pallide mellitus glandulosus. Squamae lanceolatae longe acuminatae fuscae. — Crescit parasitice in radicibus *Coryli Avellanae* in Bohemia (bei Prag in einem Wäldchen „bem Sterne").

24. O. RUBENS Wlrth. Gener. Orob. *διαχευή* 46. † — Koch, Synops. fl. Germ. (edit. 1.) 535. — Sepalis plurinerviis late ovatis subulato-acuminatis, antice posticeq. dente instructis v. inaequaliter bifidis, tubum corollae subaequantib., antice

---

5. *O. GILVA Alb. Dietr. Flor. Borussic. VII. t. 439., Flor. Marchic. 330. † — Glandulosa: squamis inferiorib. imbricatis oblongis; spica elongata, inferne laxa; bracteis florum longitudine; sepalis antice coalitis in phyllum collariforme quadrifidum, laciniis acutis, exteriorib. sublongiorib.; corolla subcurvata, labiis crenulatis, superiori galeato emarginato, inferiori trilobo, lacinia media parum longiori; filamentis inferne villosis, superne glandulosis; stylo glanduloso; stigmate divaricato-biglobuloso purpureo. 4 — Planta pedalis colore ceraceo-flavo, basi vix incrassata. Flores magnitudine* O. Krausei *sed magis incurvati. — Crescit parasitice in radicibus* Galii (bei dem Dorfe Berge ohnweit des Städtchens Nauen in der Mark Brandenburg).

6. *O. CITRINA Alb. Dietr. Flor. Borussic. VII. t. 441., Flor. Marchic. 330. † — Glandulosa: squamis inferiorib. paucis oblongis; spica densiuscula, apice comosa; bracteis flores excedentib.; sepalis antice coalitis in phyllum collariforme quadrifidum, laciniis acutis, exteriorib. longiorib.; corolla curvata, labiis subcrenulatis, superiori galeato emarginato, inferioris trilobi porrecti laciniis subaequalib.; filamentis inferne villosis, superne glandulosis; stylo glanduloso, stigmate purpureo incrassato bifido. 4 — A praecedentibus differt colore pallide citrino tum scapi, quum florum, et stigmate minutissime bifido. — Crescit parasitice in radicibus* Galii (bei dem Dorfe Berge ohnweit des Städtchens Nauen in der Mark Brandenburg und bei Baumgartenbrück hinter Potsdam).

contiguis v. coalitis; corolla e basi curvata tubuloso-campanulata, dorso recta, apice galeata declivi, labiis inaequaliter dentatis, superiore bilobo, lobis patentib., labii inferioris ovatis subaequalib., lateralib. patentib.; staminib. in curvatura corollae insertis a basi ad medium dense pilosis; stigmatis disco velutino margine elevato destituto. ♃ — Corolla 9–10 lin. longa tubulosa, tubo supra basin conspicue curvato, dorso recto v. subimpresso, labio superiori insigniter galeato et curvato apiceque paullo sursum curvato haec species statim dignoscitur. Stigma cerino-flavum. — *O. elatior* Koch et Zix. Cat. pl. Palat. 12. — Rchb. Plant. critic. VII. fig. 901. 902. — *O. elatior* Sutton, Transact. of the Linn. Soc. IV. t. 17. — Engl. bot. t. 568. — Rchb. Fl. Germ. excurs. 354. no. 2418. — Alb. Dietr. Flor. Borussc. III. t. 148., Flor. Marchic. 330. — *O. Bueckii* Alb. Dietr. Flor. Borussic. III. t. 145., Flor. Marchic. 329?*) — *O. lutea* Baumg. — *O. Medicaginis* F. W. Schultz, Ann. d. Rgnsbrgr. Gsllschft. V. 505. — Crescit parasitice in radicibus *Medicaginis falcatae* et *sativae* per Germaniam et Galliam.

25. O. GRANDISEPALA F. W. Schultz, Flora (B. Z.) XXVII. 128. — Sepalis plurinerviis ellipticis, apice tridentatis corollam aequantib. v. superantib., dentib. subulatis, superiori inferiorib. duplo v. quadruplo longiore; corolla tubulosa subcampanulata subarcuata, laciniis denticulatis; staminib. infra medium tubi insertis, a basi ad medium parce pilosis. ♃? — Planta magna bipedalis et altior, flores magnitudine florum *O. minoris*, habitus vero *O. rubentis* v. *O. Centaureae*. — In Graecia ad Naupliam crescit.

26. O. SUBVERTICILLATA F. W. Schultz l. c. — Sepalis obsolete quinquenerviis ovatis inaequaliter bifidis v. indivisis tubum corollae aequantib.; corolla tubuloso-campanulata arcuata, labiis inaequaliter denticulatis, superiore vix bilobo; staminib. in curvatura corollae insertis, a basi ad medium subvillosis. ♃ — Habitus *O. rubentis*, sed flores paullo minores. — Crescit parasitice in radicibus *Viciae* cujusdam prope Thebas in Graecia.

27. O. LILACINA F. W. Schultz l. c. 129. — Sepalis obsolete 1–3-nerviis, e basi ovata subito subulatis indivisis v. dente brevi auctis tubum corollae aequantib. v. superantib.; corolla tubuloso-campanulata, dorso leviter arcuata, labiis obsolete denticulatis, lobis rotundato-truncatis subaequalib.; staminib. sub medio tubi insertis, inferne pilosis. ♃ — Habitus *O. rubentis*, sed minor. — Crescit in Graeciae provincia Attica.

28. O. LORICATA Rchb. Fl. Germ. excurs. 355. no. 2423. (excl. synon.) — Koch, Synops. fl. German. (edit. 1.) 536. — [Alb. Dietr. Flor. Borussic. IX. t. 580?] — Sepalis 3–5-nerviis bipartitis tubum corollae aequantib.; corolla tubuloso-campanulata dorso recta, apice antrorsum curvata, labiis obtuse denticulatis, superiore bilobo, lobis patentib.; staminib. sub medio tubi insertis glabris, basi parce pilosis; stigmatib. disco.....? ♃ — Sepala angusta profunde divisa, corollam aequantia v. superantia, corolla 7–8 lineas longa, a basi ad labium inferius usque recta, in dorso labii superioris tantum paullo curvata, labium bilobum patens, stamina parce pilosa, alte supra finem tertiae partis tubi inserta. — *O. elatior* Schleich. Pl. exsicc. — *O. Artemisiae campestris* Gaud. Fl. Helvet. IV. 479. — (*O. major* Bull. Herb. t. 350?) — Crescit parasitice in radicibus *Artemisiae campestris*

---

*) *O. BUECKII Alb. Dietr. l. l. c. c. — Scapo glabro sesquipedali; squamis inferiorib. ex ovata basi lanceolatis, superiorib. lanceolato-linearib.; spica elongata; bracteis longitudine tubi corollini; sepalis inaequaliter bipartitis, segmentis lanceolatis acutis; corolla tubulosa, labiis denticulatis, superiori erecto emarginato, lobulis revolutis, inferioris deflexi laciniis rotundatis, intermedia longiori; filamentis puberulis; stylo glabro; stigmate divaricato-biglobuloso flavo. ♃ — Tota fusco-virens v. purpurascens. Spica 6–8-pollicaris laxa. Bracteae lanceolato-lineares multinerves. Sepala virescenti-fusca ciliata. Corolla pollicaris molliter pilosa ex virescenti fusca, nervis purpureis percursa. Stylus apice purpurascens, stigma cerino-flavum. — Flores spargunt odorem* Convallariae majalis. — *Crescit parasitice in radicibus* Medicaginis falcatae *prope Frankofurtum ad Viadrum.*

in montosis incultis (auf den Westersbergen bei Aschersleben und bei Frankenhausen in Thüringen, auch im Canton Wallis).

29. O. GALLICA Grénier, Flora (B. Z.) XXII. 576. — Sepalis indivisis corolla dimidio minorib.; corolla tubulosa, tubo ad medium curvato coarctato, dein subcylindrico, laciniis labii inferioris tribus subaequalib. obovatis fimbriatis saepeq. mucronatis, labio superiori retuso tenuiterq. denticulato; staminib. glabris infra medium tubi insertis; ovario stigmateq. glabris; corollis praesertim intus intense coeruleis. ♃ — Crescit parasitice in radicibus *Artemisiae Gallicae* in Gallia australi.

30. O. PICRIDIS F. W. Schultz mss. in Koch, Dtschlnds. Flor. IV. 453., Synops. fl. Germ. (edit. 1.) 536. — Sepalis uni-binerviis integris v. antice dente auctis tubum corollae superantib.; corolla tubuloso-campanulata, dorso recta, apice antrorsum curvata, labiis obtuse denticulatis, superiori integro, margine laterali patulo; staminib. fere in medio tubi insertis, a basi ultra medium dense pilosis, superne verruculoso-scabrellis; stigmatis disco sublaevi granulis minutissimis obtusissimis dense obtecto. ⊙ — Stigma sordide violaceum. Simillima *O. loricatae*, sed caulis superne et bracteae multo magis villosae, sepala uninervia, rarius dente aucta et tunc trinervia, corolla superne paullo magis antrorsum curvata, labium superius integrum, stamina a basi supra medium dense pilosa et supra verruculosa. Quam *O. flava* pilosior est, sepala corollae tubum superant, corolla dorso multo minus curvata est et labium superius integrum, lateribus vix patulis, nullo modo refractis, filamenta longiora, apice multo minus curvata sunt, stigma ultra filamentorum curvaturam prominet sordide violaceum nec cerino-flavum, latius et in disco subtiliter granulatum non cicatrisatum. Ab *O. lucorum* differt: corolla recta, antice tantum paullo curvata, labiis obtuse crenulatis, labio superiore integro, insertione staminum altiore et stigmate subtiliter granulato. — Crescit parasitice in radicibus *Picridis hieracioidis* in Germania.

31. O. STIGMATODES Wimmer, Flora v. Schlesien 280. — Sepalis subaequaliter bifidis, laciniis rectis lanceolatis, apice contiguis v. coalitis enerviis, tubo corollino paullo breviorib.; corolla tubuloso-campanulata, dorso arcuata, labio superiori obsolete trilobo, lobis rectis, laciniis labii inferioris subaequalib. oblongo-ovatis, omnib. margine eroso-dentatis; staminib. suprabasilarib., infra villoso-pubescentib., supra glandulosis arcuatim deflexis; stylo parce glandulifero. ♃ — Stigma e labio superiori exsertum, primum cerino-flavum, tunc aureum holosericeum capitato-bilobum. Scapus 1-1½-pedalis. Spica semipedalis densiflora 20-30-flores exhibens. Sepala saepe antice in phyllum collariforme quadrifidum coalita. — Crescit parasitice in radicibus *Centaureae Scabiosae* in agris Silesiae (bei den Gypsgruben bei Dirschel in Oberschlesien).

32. O. FLAVA Martius mss. apd. F. W. Schultz, Beiträge zur Kntnss. d. deutschen Orobanchen 9. — Koch, Synops. fl. Germ. (edit. 1.) 536. — Sepalis uninerviis v. obsolete trinerviis integris v. antice dente auctis tubum dimidium aequantib.; corolla tubuloso-campanulata, dorso curvata, labiis denticulatis, superiori bilobo, lobis reflexis retrorsum accumbentib.; staminib. fere in medio tubi insertis, a basi ultra medium dense pilosis; stylo glabro, stigmatis disco verrucoso-cicatrisato. ♃ — Valde insignis est lobis labii superioris refractis et postice sibi contiguis. Tota cerino- v. dilute flava, corolla 7 lineas longa, stamina longiora apice manubrii instar valde arcuata et descendentia, stigma cerino-flavum. — Crescit parasitice in radicibus *Tussilaginis niveae* (auf den Isar-Auen bei München).

33. O. LUCORUM Alex. Braun mss. apd. Schultz, Annalen der Gwchskndc. V. 504. — Koch l. c. 537. — Sepalis binerviis inaequaliter bifidis, tubum corollae aequantib.; corolla tubuloso-campanulata, dorso curvata, labiis subtiliter glanduloso-ciliatis obsolete denticulatis, superiore bilobo, lobis patentib.; staminib. prope basin corollae insertis a basi supra medium dense pilosis; stylo glabro, stigmatis disco laevi velutino. ♃ — Insigniter differt a praecedente: colore flavo-rubente, corolla ampliore, rictu multo majore, lobis patentibus non refractis, filamentis longioribus apice multo minus curvatis, stylo ultra staminum curvaturam emerso

et stigmate majore fusco-rubro profundius bilobo, velutino nec verrucoso-cicatrisato. — *O loricata* Rchb. Plant. critic. VII. fig. 918. — An etiam Alb. Dietr. Flor. Borussic. IX. t. 580.??? — Crescit parasitice in radicibus *Berberidis vulgaris* (bisher blos im Englischen Garten zu München und in den baierschen Alpen bei Partenkirchen beobachtet).

β. Rubi Alex. Braun mss. apd. Koch, Dtschlnds. Flora IV. 458. (nec Vauch.) — Florib. paullo majorib. et amplioribus. — *O. Rubi* Duby, Bot. Gallic. 388. — Crescit parasitice in radicibus *Rubi caesii*.

34. O. ARCUATA F. W. Schultz, Flora (B. Z.) XXVII. 129. — Sepalis obsolete 2–3-nerviis e basi ovata lanceolatis integris v. dente divaricato tenuissimo bifidis, tubum corollae aequantib.; corolla tubulosa arcuata horizontaliter patente et ponce sursum curvata, tubo supra ovarium vix coarctato et fauce ampliata, laciniis denticulatis rotundatis, labio superiori inferiori multo majori; staminib. supra basin corollae insertis et ultra medium villoso-pilosis. 2. — Species parva pilis albidis sparsim lanuginosa, floribus xerampelinis brevioribus quam *O. minoris* instructa. — Crescit in Graeciae provincia Attica.

35. O. KLUGII Schmitz et Regel, Flora Bonnens. 190. — Sepalis corollae tubum aequantib. e basi ovato-oblonga bifidis binerviis, laciniis subaequalib. subulato-acuminatis; corolla tubulosa superne leviter antrorsum curvata, extus laevi, dorso glanduloso-pubescente, labio superiori emarginato eroso-denticulato, demum erecto, inferioris trilobi laciniis lateralib. e basi ovato-subrotunda acuminatis obsolete trifidis cuspidatis acute dentatis, media majori acute denticulata, saepissime nervo medio excurrente cuspidata; staminib. supra basin insertis sparse pilosulis; stylo glabro, stigmate cerino-flavo. 2. — Planta pedalis v. sesquipedalis eleganter carneo-purpurea glanduloso-pubescens nitida. Bracteae floribus longiores pallide purpurascentes. Spica elongata apicem versus densiflora subcomosa. Corolla 6–8 lin. longa dorso laete purpurascens, antice pallida, venis intensius coloratis percursa. — Crescit parasitice in radicibus *Trifolii medii* (bei dem Dorfe Linz in der Nähe von Bonn bisher allein gefunden).

36. O. PARVILOBA F. W. Schultz, Flora (B. Z.) XXVII. 128. — Sepalis obsolete 3–6-nerviis e basi ovata lanceolato-subulatis bifidis, rarissime indivisis corollae tubum superantib.; corolla tubulosa subarcuata, laciniis parvis obsolete denticulatis; staminib. infra medium tubi insertis sparsim villoso-pilosis. 2. — Habitus *O. Salviae*. Planta praesertim in inflorescentia pilis albidis subvillosa, exsiccata griseo-ochroleuca. — Crescit in Graecia ad Nauplium.

37. O. SALVIAE F. W. Schultz, Annalen der Gwchskde. V. 505. — Koch, Synops. fl. German. (edit. 1.) 537. — Sepalis uninerviis inaequaliter bifidis tubum corollae superantib.; corolla tubuloso-campanulata, dorso curvata, labiis denticulatis subciliatis, superiori bilobo, lobis porrectis; staminib. supra basin corollae insertis, a basi ultra medium dense pilosis, superne pilis glanduliferis parce adspersis; stigmatis disco velutino. 2. — Stigma intense cerino-luteum. Simillima *O. lucorum*, a qua differt sepalis semper uninerviis, labiis copiose denticulatis, lobis labii superioris semper porrectis nunquam patentibus stigmateque cerino-flavis. — Crescit parasitice in radicibus *Salviae glutinosae* in subalpinis (in den Salzburger Alpen, der Ramsau bei Berchtesgaden und in den Baierschen Alpen zwischen Lengries und der Glashütte).

38. O. CAROTAE Moulins, Ann. sc. nat. III. 78. † — Scapo gracili, leviter striato, basi non aut vix incrassato; squamis baseos paucis, laxis elongatis acutis, reliquis perinde paucis, angustis, apice reflexis; spica densa laxave, brevi, dimidium scapum nunquam aequante; sepalis semper profunde bifidis; corolla parva, cylindracea, gracili, incurva; staminib. longe supra corollae basin affixis, basi villosis, stigmate violaceo. ☉ — Planta 10–22-pollicaris rubro-violacea. — Crescit parasitice in radicibus *Daucі Carotae* in Gallia (prope Lanquais).

39. O. MINOR Sutton, Transact. of the Linn. Soc. IV. 178. — Rchb. Plant. critic. VII. fig. 876. 877. 879. 880., Fl. Germ. excurs. 353. no. 2407. — Koch, Synops. fl. Germ. (edit. 1.) 537. — Sepalis plurinerviis, e basi ovata subito anguste subulatis

bifidisve, laciniis subulatis tubum corollae aequantib. v. longiorib.; corolla tubulosa arcuata, labiis obtuse denticulatis venosis undulatis, superiore bilobo porrecto, lobis labii inferioris subrotundis subaequalib.; staminib. sub medio tubi insertis glabris, inferne pilis sparsis obsitis. ⊙ — Stigma purpureum v. lilacinum. Similis *O. amethysteae*, differt tamen bracteis e basi ovata lanceolatis, tubum v. etiam corollam aequantibus, corolla aequilata quidem, sed breviore tubulosa sensim curvata, nec subito in genu flexa, labiis rotundatis obtuse denticulatis staminibusque minus alte insertis. — *O. arvensis* Dumort. Florul. Belgic. prodr. 33? (diagnosis pessima). — Crescit parasitice in radicibus *Trifolii pratensis* (bei Bonn, in den Cantonen Waadt und Wallis, ſo wie bei Fiume in Iſtrien).

40. O. HEDERAE Vauch. Monogr. Orob. 56. t. 8. — Schmitz et Regel, Flora Bonnens. 191. — (Moulins, Ann. des sc. natur. III. 80. †) — Scapo gracili valde striato, basi in sphaeram incrassato; squamis baseos latis imbricatis, reliquis laxis lanceolatis acutis; spica longissima dense multiflora; sepalis magis minusve bifidis, saepius integerrimis; corolla parva cylindracea gracili incurva, fauce coarctata, laterib. compressissima; staminib. longe supra tubi basin affixis, basi parce pilosis (pilis deciduis), posticis ab invicem remotissimis; stigmate luteo. 2 — Planta 6–21-pollicaris e luteo violascens. Odor levissime mellitus. Stamina postica saepe abortiva. — *O. barbata* Poir. et Rchb. Plant. critic. VII. fig. 881. 882., Rchb. Fl. Germ. excurs. 353. no. 2408. — Crescit in radicibus *Hederae Helicis* in Europa australiori.

41. O. AMETHYSTEA Thuill. Fl. Paris. II. 317. — Rchb. Plant. critic. VII. fig. 920. 921. — Rchb. Fl. Germ. excurs. 355. no. 2425. — Koch, Synops. fl. Germ. (edit. 1.) 538. — Sepalis 3–6-nerviis e basi ovata subito angustata subulato-attenuatis bifidisve, laciniis angustis subulatis corollam aequantib.; corolla tubulosa, basi subito in genu flexa et antrorsum curvata, deinde rectiuscula, labiis inaequaliter acute denticulatis undulato-crispis ramoso-venosis, superiore galeato porrecto emarginato v. subquadrilobo, lobis lateralib. labii inferioris subbilobis, intermedio duplo majore 2–3-fido; staminib. corollae curvaturae insertis glabris, inferne sparse pilosis. 2 — Caulis violaceus v. purpureus, flores albidi v. dorso leviter lilacini v. toti lilacini venisque purpureis picti. Stigma fuscum v. rubro-fuscum. — *O. Eryngii* Duby, Bot. Gallic. I. 350. — *O. elatior β. microglossa* Wllrth. Gener. Orob. διασκευή 51. — Crescit parasitice in radicibus *Eryngii campestris* in Europa occidentali-australi.

42. O. HISPANICA Boiss Voyage bot. dans le midi de l'Espagne no. 1282. — Caule simplici parce puberulo, spica densa; florib. bractea unica ovato-triangulari acuta nigricante glabrescente parallele sulcato-striata suffultis; calycis disepali glabriusculi sepalis multinerviis subbicarinatis, ad tertiam partem bifidis, lobis acutis bracteam aequantib., corolla dimidio breviorib.; corolla parva glabrescente, coerulea incurva, supra ovarium coarctata, limbi vix ampliati lobis rotundatis subintegris; antheris paullo infra corollam dimidiam insertis glaberrimis. 2 — Crescit in arenosis Hispaniae australis.

43. O. FRAGRANS Koch, Dtschlnds. Flor. IV. 463., et Synops. fl. German. (edit. 1.) 538. — Griseb. Spicileg. flor. Rumel. II. 58. — Sepalis integris v. inaequaliter bifidis; corolla basi tubulosa, superne sensim ampliata, dorso curvata; staminib. in medio tubi insertis e basi arcuato-patenti ascendentib., inferne pilosis, superne glabris; sacculis antherarum breviter tenuissimeq. mucronatis. 2? — Planta etiam exsiccata fragrans. — *O. coerulea* Friv. Hb. — Crescit in Austria inferiore et in Macedonia.

44. O. CURVIFLORA Viviani, Plantar. Aegypt. decad. 22. no. 29. t. 2. fig. 17. — Furfuraceo-hirsuta: scapo squamoso; spica compacta multiflora; bracteis ovatis acutis corolla duplo breviorib.; calyce bipartito, laciniis bifidis, lacinia altera lineari-obtusa, altera antica ovata; corollae tubo (candido) incurvato cylindraceo, labio superiore bilobo, laciniis subrotundo-ovatis crenulatis, inferioris tripartiti subaequalib. similib., omnib. crenulatis coeruleis, germine staminib. corollaq,

glaberrimis. ♃ — Filamenta brevia medio tubo inserta. Corolla fere rectangule curvata. — Crescit parasitice in radicibus *Phoenicis dactyliferae* in Aegypta.

45. O. FERRUGINEA C. Koch, Linnaea XVII. 291. — Simplex, superne pilis ferrugineis obtecta: squamis raris minutis; bracteis ovato-lanceolatis; sepalis lanceolatis corolla ampliata minoribus. minusq. denticulatis; labio corollae superiori galeato truncato, inferioris laciniis subaequalib.; staminib. et pistillo glaberrimis. ♃? — Species non sufficienter descripta! — Crescit in planitie ad Araxen sita.

46. O. COERULESCENS Stephan mss. in Willd. Spec. plantar. III. 349. — Rchb. Plant. critic. VII. fig. 925. — Fl. Germ. excurs. 356. no. 2427. — Alb. Dietr. Flor. Borussic. VIII. t. 511. — Koch, Synops. fl. Germ. (edit. 1.) 538. — Sepalis indivisis bifidisq. tubo corollae longiorib.; corolla tubulosa, tubo curvato, inferne ovato, supra ovarium coarctato, laciniis labii inferioris concavis; staminib. supra medium tubi insertis, basi parce pilosis. ♃ — Flores e minoribus coerulei. Spica lanato-villosa in speciminibus exsiccatis quasi mucore obducta. — Crescit parasitice in radicibus *Artemisiae campestris* ad ripas Danubii (bei Regensburg) et in planitie trans Araxen sita.

47. O. COLORATA C. Koch, Linnaea XVII. 291. — Rubro-brunnea glaberrima: squamis aequalib. ovato-lanceolatis, superiorib. flores excedentib., crassiuscalis; sepalis ovato-lanceolatis ex basi subconnatis (antice? aut postice?); corollae carnosae labio superiori galeato bilobo, extus piloso, inferiore trilobo, palato intracto (?); filamentis glabris ex basi porrigentib. (?); stylo bicapitato (!!) glabro. ♃ — Species insufficienter descripta. — Crescit in Armenia.

48. O. AMMOPHILA C. A. Meyer in Ledeb. Flor. Altaic. II. 454. †, Icon. flor. Ross. Altaic. illustr. t. 190. — Albo-lanata: squamis floralib. ovato-lanceolatis florem aequantib.; sepalis bifidis, lobis lanceolatis subaequalib. tubo corollae cylindricae incurvae breviorib.; labiis corollae subaequilongis, lobis labii inferioris obtusis denticulatis subaequalib.; filamentis styloq. hirsutis, stigmate subbipartito; laciniis patentissimis. ♃ — Differt ab *O. coerulescente* sepalis minus profunde fissis tubo corollae brevioribus, corollis amoene saturateque coeruleis, filamentis styloque semper hirsutis et loco natali arenoso. — Habitat in deserto Kirghisico.

49. O. BOREALIS Turcz. Catal. pl. Baik. Dah. no. 877. in Bullet. de la soc. impér. des naturalistes de Moscou XV. no. IV. p. 722. — Albo-lanata: squamis caulinis floralibq. ovato-lanceolatis; sepalis bifidis, lobis lanceolatis subaequalib., tubo corollae cylindricae incurvae breviorib.; labiis corollae subaequilongis, superiore profunde bifido, inferiore trifido, laciniis obtusis denticulatis subaequalib.; filamentis styloq. glabris; stigmate subbipartito, laciniis patentissimis. ♃ — Simillima *O. ammophilae*, sed distinguitur genitalibus glabris atque labio superiore corollae profunde bifido. — In montosis deserti Soongoro-Kirghisici prope Ajagus.

50. O. VARIEGATA Wirth. Gener. Orobanch. *διαστυφή* 40. † — Rchb. Plant. critic. VII. fig. 903. 904. — Flor. Germ. excurs. 354. no. 2419. — Scapo basi leviter incrassato; squamis bracteisq. ovato-oblongis remotis furfuraceo-hirsutissimis, segmentis calycinis ovato-lanceolatis in dentes lineares aequales divisis; corolla inflato-ventricosa, extus glanduloso-aspera dilutiore, intus purpurascente, labio superiore rotundato reflexo subintegro, inferiore trifido crispo, lobo intermedio productiore; staminib. basi interna styloq. hirsutiusculis; stigmate obcordato subdiviso. ♃ — Scapus pedalis purpurascens. Spica 15–30-flora oblonga. Bracteae corollam subaequans. Sepala hirsutissima. Corolla dilute flavescens, intus saturate purpurascens, labium superius retractum, margine replicatum, inferioris laciniis media major plicato-gibbosa, laterales rotundatae. — *O. foetida* DC. Flor. Franc. V. 392? (nec Dsf.) — *O. Cytisi* Duby, Bot. Gallic. 349. — Crescit parasitice in radicibus *Sarothamni scopariae* in Sicilia et Germania australi (bei Znaim).

51. O. RETICULATA Wirth. l. c. 42. † — Scapo subaequali, squamis ovato-oblongis munito; bracteis oblongo-lanceolata corollam aequantib. hirsuto-furfuraceis; calycis diphylli sepalis lanceolato-linearib. simplicib. corolla breviorib.; corolla

inflato–tubulosa glandulosa, labio superiore emarginato venis saturatiorib. daedaleis nutrito, inferioris lobis rotundatis aequalib.; staminib. styloq. glabriusculis; stigmate sphaerico diviso. 4 — *O. foetida* Lapeyr. Abr. Pyr. I. 358? — *O. elatior* Flügge mss. — Crescit in agro Tolotono.

52. O. BRACTEATA Vivian. Annali di Storia nat. IV. 235. — Calycib. bipartitis, laciniis lanceolatis acuminato–setaceis, corollam subaequantib.; bractea antica lanceolato–acuminata florem superante; corollae labio superiore indiviso ovato–rotundato undulato, inferiore trilobo, lobis subaequalib. ovato–subrotundis crenato–undulatis; staminib. styloq. exsertis glabris. — Habitat in Corsica.

53. O. FOETIDA Dsf. Flor. Atlant. II. 59. t. 144. — Lnk. et Hffmnsgg. Flor. Portug. I. 316. † t. 62. — Willd. Spec. plantar. III. 348. — Wlrth. Gener. Orob. *διασκευή* 44. † — Scapo sensim in basin intumescente; bracteis lanceolatis acuminatis corollas superantib. squamisq. remotis conformib. hirsuto–furfuraceis; segmentis calycinis (sepalis) ovato–lanceolatis in dentes lineari–subulatos divisis; corolla inflato–tubulosa nervosa (atro–purpurea), labio superiore profunde emarginato, inferioris lacinia intermedia rotundata porrecta lateralibq. subtrifidis denticulato–crispis; staminib. glaberrimis; stigmate bilobo connivente. 4 — Scapus sesquipedalis, spica spithamaea speciosa 50–70–flora. — *O. barbata* Broter. Fl. Lusitan. I. 183. — *O. fusca* Lam. Encycl. méth. IV. 621. — *O. major* Lngsdrff. mss. — *Orobanche major flore cucullato foetidissimo* Tournef. Herb. — Crescit in arenosis maritimis Barbariae, Lusitaniae et Hispaniae.

54. O. SORDIDA C. A. Meyer mss. in Ledeb. Icon. flor. Ross. Alt. illustr. t. 386. — Ledeb. Flor. Altaic. II. 455. † — Pubescens: squamis floralib. oblongo–lanceolatis flore duplo breviorib.; sepalis liberis bifidis, lobis lanceolatis subaequalib.; corollae cylindricae incurvae labiis subaequilongis, lobis labii inferioris oblongis acutiusculis integerrimis planis, intermedio sublongiore; filamentis styloq. subhirsutis; stigmate bilobo. 4 — Valde affinis sequenti, sed omnino distincta. Differt enim pilis albis brevibus densis in tota plantae superficie, squamis floralibus longioribus flore duplo (non triplo) brevioribus, corolla sordide flavescente v. dilutissime subfusca (non amoene saturateque coeruleo–violacea), lobis labii inferioris integerrimis v. denticulis obsoletis perpaucis instructis (non crebre aperteq. denticulatis). — Crescit rarissima in locis rupestribus montium Arkaul in deserto Soongarico–Kirghisico orientali non procul a lacu Saisan–Noor.

55. O. AMOENA C. A. Meyer mss. in Ldb. Icon. flor. Ross. Alt. illustr. t. 385. — Ldb. flor. Altaic. II. 457. † — Glabriuscula: squamis floralib. ovato–lanceolatis flore triplo breviorib.; sepalis liberis bifidis, lobis lineari–lanceolatis subaequalib.; corollae cylindricae incurvae labiis aequilongis, lobis labii inferioris obtusiusculis denticulatis, intermedio sublongiore; filamentis basi hirsutiusculis, apice styloq. subglandulosis; stigmate bilobo. 4 — Scapus semipedalis. Corolla amoene saturate violaceo–coerulea, extus glandulis paucis adspersa, intus glaberrima tubulosa, leviter incurva, fauce modice ampliata. — Ab *O. arenaria* M. B., quacum labio corollae superiore bifido convenit valde differt squamis floralibus angustioribus longioribus, sepalis bifidis, lobis elongatis non brevissime bidentatis corolla denique quadruplo majore minus incurva. — Crescit in locis rupestribus montium Arkaul in deserto Soongarico–Kirghisico orientali non procul a lacu Saisan–Noor.

56. O. ARENARIA M. Bieberst. Flor. Tauric. Caucas. II. 83. — Glabriuscula: squamis lanceolatis; spica pauciflora, squamis floralib. corolla breviorib. sepalisq. glabriusculis; sepalis bifidis; laciniis corollae acutiusculis; staminib. glabris. 4 — Corollae coeruleae labium superius bifidum. — *Orobanche Cretica procerior non ramosa, caule tenui, flore parvo subcoeruleo* Tournef. Cor. 10. — *O. Cumana* Wlrth. Gener. Orobanch. *διασκευή* 58. — Rchb. Plant. critic. VII. t. 691. fig. 936. — Crescit in Podolia, Bessarabia, Tauria et Caucasia locis arenosis.

57. O. ALBA Stephan in Willd. Spec. plantar. III. 350. — [C. Koch, Linnaea XVII. 291?] — Scapo fulvo–villoso, squamis lanceolatis remotis munito; bracteis ovatis acutis tubo breviorib.; calycis diphylli sepalis oblongis acutis; corollae tubulosae

labio superiori obcordato, inferioris laciniis subaequalib. rotundatis denticulatis, stigmate bilobo crasso. ♃ — Scapus semipedalis glanduloso-rufescenti-pilosus. Spica 1-3-pollicaris. Corolla speciosa alba cum purpura subeunte glandulosa. — *Orobanche major thyrso florum speciosa* Buxb. Centur. III. t. 2. (nec III. 2. t. 1. fig. 2.) — Crescit in Caucasi graminosis ubertim.

§. 2. *Sepalis in parte posteriore basin versus concretis, antice liberis.*

58. O. MEDIA Dsf. Flor. Atlant. II. 59. — Scapo simplici piloso striato firmo; squamis adpressis ovatis v. ovato-lanceolatis; florib. dense spicatis; bracteis ovatis concavis calycem aequantib.; sepalis postice coalitis bifidis, laciniis anguste acutis; corolla curvata calycem duplo superante, labio superiore bilobo, inferiore trifido, lobis rotundatis subaequalib.; staminib. inclusis. ♃ — Corolla pallide flavescens. — Crescit locis arenosis in Barbaria.

59. O. CERNUA Linn. Spec. plant. 882. — Wllrth. Gener. Orob. *διασκευή* 73. — Caule simplicissimo; corollis recurvatis; bracteis ovatis corolla breviorib.; scapo nudiusculo. ♃ — *Orobanche caule simplici, corolla incurva bracteis deltoideis longiore* Loefll. Itin. 132. — Ex auctoritate Cl. C. A. Meyer species haec brevissime et valde insufficienter descripta huc relata est. — Crescit parasitice in radicibus *Artemisiae campestris* in aridis Hispaniae.

60. O. BICOLOR C. A. Meyer mss. in Ldb. Icon. fl. Ross. Alt. illustr. t. 390. — Ldb. Flor. Altaic. II. 458. † — Furfuracea: squamis floralib. ovatis acutis, flore subduplo longioribus; sepalis bifidis v. indivisis, laciniis lanceolatis subaequalib.; corollae cylindricae incurvae labio superiore sublongiore bilobo, lobis labii inferioris parvis semiorbiculatis denticulatis subaequalib.; filamentis basi puberulis, apice styloq. glabris; stigmate emarginato. ♃ — Scapus 4-8-pollicaris. Sepala rarius indivisa, postice coalita, demum irregulariter rupta. Corolla valde incurva, fere semiannularis albida v. dilutissime violacea, limbo saturate violaceo. — *O. cernua* Pall. mss. — Crescit in deserto Soongoro-Kirghisico occidentali ad ripam rivuli Tschuganka versus radicem montis Tschingistau.

61. O. CANESCENS Bnge. Mém. des div. sav. de St. Ptrsbrg. II. 194. — Albo-lanata: squamis floralib. ovatis acuminatis florem excedentib.; sepalis postice basi connatis, altero bifido, altero trifido, lobis linearib. inaequalib. corollae cylindricae incurvae labiis aequalib., superiore lato bilobo, inter lobos revolutos bidentato, lobis labii inferioris rotundatis denticulatis; filamentis styloque glabris, stigmate bilobo. ♃ — Flores intense coeruleo-violacei. — Typum novi generis praebere videtur, ab *Orobanchis* calycis sepalis altero bifido, altero trifido, et labio corollae superiore inter lobos bidentato diversi. — Crescit in Chinae borealis montosis Lun-Zyan-ssy.

† *Species non satis notae.*

62. O. RIGENS Loisel. Flor. Gallic. 384. ex G. Don, General syst. of gard. and bot. IV. 628. no. 4. — Scapo glabro; squamis rigidis lanceolatis imbricatis pubescentib.; florib. laxe spicatis; stylo staminibq. glabris; laciniis labii corollini inferioris acutiusculis; stigmatis bifidi lobis distantibus. ♃? — Crescit in Corsica. — Species e diagnosi data omnino non recognoscenda (sed cf. infra no. 65.).

63. O. SANGUINEA Prsl. Delic. Pragens. 176. — Pubescens: scapo simplici squamoso; squamis floralib. flores subaequantib.; spicis densis; corollae laciniis aequalib. obtusis denticulatis; staminib. glaberrimis. ♃ — Crescit in Sicilia.

64. O. PLATYSTIGMA Rchb. Plant. critic. VII. p. 31., Flor. Germ. excurs. 353. no. 2409. — Stigmatis lobis deplano-securiformib. complicatis; stylo apice glanduligero; filamentis glabris; antheris in vertice atque fissura brevi villo dehiscentib.; corolla brevi ampliata. ♃ — Scapus robustus atropurpureus, bracteae sparsae remotae, spica densissima, flores ampli e testaceo purpureo-striati glandulosi. — Crescit in Germania australi (Trattberg im Salzburgischen).

65. O. NUDIFLORA Wllrth. Schedul. critic. I. 330., Gener. Orobanch. *διασκευή* 34. † — Rchb. Plant. critic. VII. fig. 863. 864. 916. — Scapo subaequali; squamis brac-

teisq. ovatis parce hirsutiusculis; segmentis calycinis ovato-oblongis in dentes lineares subaequales bifidis; corolla ventricoso-subcampanulata inclinata glaberrima, labio superiore rotundato emarginato crenulato, inferioris lobis lateralib. subrhombeis, intermedio ovato porrecto breviorib.; staminib. styloq. glaberrimis, stigmate emarginato inflexo. 4 — *O. rigens* Loisel. Fl. Gallic. II. 364? — *O. minor* Flor. Danic. t. 1219? — Crescit parasitice in radicibus *Pruni spinosae* (bei Lausanne).

66. O. CRINITA Viviani, Flor. Corsic. 11. — Scapo ad basin squamis linearib. elongatis obsito, squamis floralib. linearib. acuminatis, extus pilosis, flore longiorib.; corollis quadrifidis incurvis subcylindricis, lobis rotundatis crenato-ciliatis; filamentis capsulisq. glaberrimis; stigmate bilobo recurvo. 4 — Spica elongata compacta, apice comosa. Corollae fulvae. — Crescit in Corsica prope San Bonifacio.

67. O. CRENATA Forsk. Aeg. Arab. 113. — Caule simplici villoso; corolla quinqueloba denticulato-crenata, stamina includente. 4 — Crescit in Aegypto.

68. O. PURPUREA Linn. Supplem. 228. — Caule simplici ramosoq.; corollis quadrifidis; staminibus calcaratis. — Crescit in Promontorio bonae spei.

†† *Species e genere expellendae.*

O. ABORTIVA Leyss. = PHELIPAEA ARENARIA.
O. ACAULIS Rxb. = AEGINETIA ACAULIS.
O. AEGINETIA Linn. = AEGINETIA INDICA.
O. ALECTRA D. Dietr. = AULAYA CAPENSIS.
O. AMERICANA Linn. = CONOPHOLIS AMERICANA.
O. ARENARIA Brkhsn. = PHELIPAEA ARENARIA.
O. BIFLORA Nutt. = ANOPLANTHUS UNIFLORUS.
O. BRASILIENSIS Arrabida, Fl. Flumin. VI. t. 63. = BESLERIA.....?
O. CAESIA M. Bieb. = PHELIPAEA CAESIA.
O. CALIFORNICA Cham. et Schlchtd. = PHELIPAEA CALIFORNICA.
O. CALOTROPIDIS Edgw. = PHELIPAEA CALOTROPIDIS.
O. CAPENSIS Thnbrg. = AULAYA CAPENSIS.
O. CARNOSA Arrabida, Fl. Flumin. VI. t. 61. = BESLERIA.....?
O. CERNUA Arrabida l. c. t. 71. = ??
O. CERNUA Pall. = PHELIPAEA COERULEA.
O. COCCINEA M. Bieb. = ANOPLANTHUS COCCINEUS.
O. COERULEA Vill. = PHELIPAEA COERULEA.
O. COMOSA Hook. = ANOPLANTHUS COMOSUS.
O. COMOSA Wlrth. = PHELIPAEA ARENARIA.
O. COMPACTA Viv. = PHELIPAEA COMPACTA.
O. CRENATA Arrabida, Fl. Flumin. VI. t. 60. = ??
O. DELILEI Dcne. = PHELIPAEA DELILEI.
O. FASCICULATA Nutt. = ANOPLANTHUS FASCICULATUS.
O. FISSA Arrabida, Fl. Flumin. VI. t. 69. = HYPOCYRTA.....?
O. FLUMINENSIS Arrabida l. c. t. 62. = BESLERIA.....?
O. FORNIX Arrabida, Fl. Flumin. VI. t. 75. = HYPOCYRTA.....?
O. FRAASII F. W. Schultz. = PHELIPAEA FRAASII.
O. GLABRA Hook. = BOSCHNIAKIA GLABRA.
O. HIRTA Arrabida, Fl. Flumin. VI. t. 79. = GESNERIA ALLAGOPHYLLA.
O. INDICA Rxb. = PHELIPAEA INDICA.
O. INDICA Spr. = STRIGA OROBANCHOIDES.
O. INTERRUPTA Pers. = PHELIPAEA RAMOSA.
O. LAEVIS Ehrh. = PHELIPAEA ARENARIA.
O. LAEVIS Lam. = PHELIPAEA COERULEA.
O. LONGIFLORA Pers. = PHELIPAEA LONGIFLORA.
O. LUDOWICIANA = PHELIPAEA LUDOWICIANA.
O. MELANCHOLICA Arrabida, Fl. Flumin. VI. t. 77. = HYPOCYRTA.....?
O. MONANTHEOS Arrabida l. c. t. 66. = HYPOCYRTA.....?

O. MONTANA Rudb. = CLANDESTINA RECTIFLORA.
O. PEDUNCULATA Arrabida, Fl. Flumin. VI. t. 73. = ??
O. PEDUNCULATA Rxb. = AEGINETIA PEDUNCULATA.
O. PEDUNCULATA Viv. = PHELIPAEA PEDUNCULATA.
O. PERIANTHOMEGA Arrabida, Fl. Flumin. VI. t. 68. = HYPOCYRTA.....?
O. PHELIPAEA Wllrth. = PHELIPAEA TINCTORIA.
O. PHELIPAEA Willd. = PHELIPAEA VIOLACEA.
O. PURPURASCENS Gmel. = PHELIPAEA COERULEA.
O. PURPUREA Jcq. = PHELIPAEA COERULEA.
O. RACEMOSA Arrabida, Fl. Flumin. VI. t. 72. = RYDITOPHYLLUM PRASINATUM.
O. RAMOSA Linn. = PHELIPAEA RAMOSA.
O. ROBUSTA Alb. Dietr. = PHELIPAEA ROBUSTA.
O. ROSSICA Cham. et Schlchtd. = BOSCHNIAKIA GLABRA.
O. SECUNDA Clus. = PHELIPAEA COERULEA.
O. SERPENS Arrabida, Fl. Flumin. VI. t. 67. = HYPOCYRTA.....?
O. SICULA Spenn. = PHELIPAEA SICULA.
O. SCHULTZII Mutel. = PHELIPAEA SCHULTZII.
O. SQUAMOSA Thnbrg. = AULAYA SQUAMOSA.
O. SPICATA Arrabida, Fl. Flumin. VI. t. 78. = GESNERIA ALLAGOPHYLLA
O. TINCTORIA Forsk. = PHELIPAEA LUTEA.
O. TINCTORIA Willd. = PHELIPAEA TINCTORIA.
O. TUBEROSA Arrabida, Fl. Flumin. VI. t. 70. = ??
O. TUBEROSA Hook. = BOSCHNIAKIA HOOKERI.
O. TUBULOSA Arrabida, Fl. Flumin. VI. t. 76. = ??
O. UMBELLATA Arrabida l. c. t. 65. = ??
O. UNIFLORA Linn. = ANOPLANTHUS UNIFLORUS.
O. UITENHAGENSIS Ekl. = HARVEYA PURPUREA.
O. VENTRICOSA Arrabida, Fl. Flumin. VI. t. 74. = ??
O. VERTICILLATA Arrabida l. c. t. 64. = ??
O. VIOLACEA Wllrth. = PHELIPAEA VIOLACEA.
O. VIRGINIANA Linn. = EPIPHEJUS AMERICANUS.

4186. BOSCHNIAKIA *C. A. Meyer.*

(C. A. Meyer mss. ex Bngrd. Mém. de l'acad. impér. de St. Ptrsbrg. [N. Sér.] II. 150. — Meisn. Gener. plant. vascul. I. 314. II. 225.)

1. B. (OROBANCHE Hook. Fl. Bor. Amer. II. 91. t. 167.) GLABRA C. A. Meyer mss. ex Bngrd. l. c. — Glaberrima: caule squamato, basi incrassato reticulato; squamis cordatis acutis (siccitate) intense fuscis opacis; calyce cyathiformi tridentato; corollae tubo inflato, labio superiori elongato integro, inferiore abbreviato obscure trilobo. ♃ — Tuber pollice saepe crassior difformis solidus, radicibus *(Betulae oratae??)* lignosis insidet, caulem mox singulum, mox plures profert. Scapus caulisve simplicissimus crassissimus 6–10–12-pollicaris, squamis basi obsitus densissime imbricatis, sursum dissitis sparsis. Squamae ovatae obtusae acuminatae, inferiores subinde breviores omnino laeves, superiores (bracteae) pilis albis crispatis ciliatae, calyce longiores, corolla breviores. Spica densissima diametro pollicari, basi paullulum relaxata majorem caulis occupans partem imo fere integrum. Flores intra squamas brevissime pedicellati, calyce ebracteato, 6 circiter lineas longi. Calyx tubo corollae brevior monophyllus, pilis albis crispato-ciliatus, subtruncatus v. inaequaliter quinquedentatus, dente quinto postico minimo, lateralibus majoribus, interdum luxuriantibus. Corolla tubulosa ringens glabra, pilis albis crispatis ciliata. Tubus brevis, labium superius fornicatum porrectum bifidum v. saepius integrum, inferum minimum subtruncatum leviter trilobum. Stamina 4 didynama medio tubo inserta exserta, labio superiori breviora. Filamenta basi dilatata subglandulosa, caeterum glabra. Antherae introrsae biloculares muticae. Stylus in labium inferum deflexus, stigma aequale. Capsula

subobliqua lentiformis. — *Orobanche caule simplicissimo ultra dimidium florifero* Gmel. Flor. Sibiric. III. 216. t. 46. fig. 2. — *Orobanche Rossica* Cham. et Schlchtd. Linnaea III. 132. † — *Stellara lathraeoides* Fisch. mss. — Crescit in insula Chamissonis, ad Lenam et in Kamtschatka. — Kamtschadalis contra Haemoptysin est remedium.

2. **B. HOOKERI** Wiprs. mss. — Glaberrima: scapo squamato, basi tuberoso; squamis ovatis acuminatis (siccitate) intense fuscis opacis, tubere reticulato areolis tuberculiformib. pentagonis; spica densa; florib. unibracteatis; calyce cyathiformi obliquo tridentato; corolla tubulosa bilabiata, labiis erectis, superiore ovato integro, inferiore trilobo breviore, lobis ovali-oblongis obtusis erectis. 4 — Parasitica in radicibus.....? Scapus erectus simplex digitalis et ultra, squamosus, basi in tuber reticulatum incrassatum squamis laxiusculis fusco-nigrescentibus tectum abiens. Flores in spicam elongatam congesti erecti paullulum curvati. Stamina inclusa. Filamenta basi barbata. Antherae ovatae erectae apiculatae, facie anteriori dehiscentes, rimis longitudinalibus superne junctis. Germen ovali-subrotundum. Stylus supra curvatus. Stigma subquadrilobum. — *Orobanche tuberosa* Hook. Flor. Boreal. Americ. II. 92. t. 168. — Crescit in Americae borealis ora occidentali.

4187. CLANDESTINA *Tournef.*

(Tournef. Instit. rei herb. 952. — Meisn. Gener. plant. vascul. I. 314. II. 225.)

1. **CL. RECTIFLORA** Lam. Illustr. gener. t. 551. fig. 1. — Caudice hypogaeo ramoso squamato; scapis brevissimis; florib. ex axillis squamarum solitariis longe pedunculatis strictis magnis coeruleis. 4 — *Clandestina flore subcoeruleo* Tournef. Instit. rei herb. 952. — *Lathraea Clandestina* Linn. Spec. plant. 843. — *Orobanche montana* Rudb. Elys. II. 233. fig. 14. — *Dentaria aphyllos* Ray, Histor. 1230. — Moris. Oxon. Histor. III. 503. sect. 12. t. 16. fig. 15. — Crescit in locis umbrosis parasitice in radicibus arborum in Europa australi (in Gallia, Hispania et Italia).

4188. LATHRAEA *Linn.*

(Linn. Gener. pl. no. 743. [excl. sp.] — Meisn. Gener. plant. vascul. I. 314. II. 225.)

1. **L. SQUAMARIA** Linn. Spec. plant. 544. — Grtnr. De fructib. et seminib. I. 242. t. 52. — Sm. Engl. bot. t. 50. — Flor. Danic. t. 136. — Schkhr. Bot. Hndbch. t. 70. — Alb. Dietr. Flor. Borussic. II. t. 113. — Svensk bot. t. 316. — Rchb. Fl. Germ. excurs. 357. no. 2431. — Koch, Synops. fl. Germ. (edit. 1.) 539. — Rhizoma crassum ramosissimum, squamis brevibus carnosis dense imbricatis albidis undique obsitum; scapi plures semipedales crassi albidi, squamis sparsis albidis carnosis instructi; flores in racemum unilateralem inclinatum collecti, breviter pedicellati biseriati, squamis bracteantibus dorso pedunculi communi biseriatis crassis carnosis rubescentibus; calyx albido-rubescens; corolla calyce subduplo longior albida, laciniis pallide purpurascentibus. 4 — *Clandestina penduliflora* Lam. — Blackw. Herb. t. 430. — *Squamaria Orobanche* Scopol. Flor. Carniol. 760. — Rivin. Monop. irregul. t. 80. fig. 2. — *Amblatum* Dodon. Pemptad. 553. fig. 1. — Crescit parasitice in radicibus arborum fruticumque frondosorum (praesertim *Coryli Avellanae)* per totam fere Europam et in Himalayae montibus.

β. erecta C. Koch, Linnaea XVII. 291. — Erecta (nec cernua) coerulescens: bracteis ovatis; calyce piloso inflato; corolla tubulosa exserta, labio superiori galeato, inferiori erecto subtrilobo; staminib. exsertis, antheris albo-villosis; florib. densiorib. horizontalib. nec cernuis. 4 — Crescit in Somchetiae sylvis carpineis. — Specie differre videtur.

† *Species e genere expellendae.*

L. ANBLATUM Linn. = ANOPLANTHUS TOURNEFORTII.
L. CLANDESTINA Linn. = CLANDESTINA RECTIFLORA.
L. PHELYPAEA Forsk. = PHELIPAEA RAMOSA.
L. PHELYPAEA Linn. = PHELIPAEA LUTEA.
L. PHELYPAEA *β.* Linn. = ANOPLANTHUS COCCINEUS.
L. QUINQUEFIDA Forsk. = PHELIPAEA LUTEA.

4189. ANOPLANTHUS *Endl.*

(Endl. mss. et Iconogr. gener. t. 72. — Meisn. Gener. plant. vascular. I. 314. II. 225. — *Anoplon* Wllrth. Gener. Orobanch. *διασχυή* [*Orobanches* sect. 3. — nec Zoolog.] — *Anoplon* G. Don, General syst. of gard. and bot. IV. 633.)

Sectio I. EUANOPLON Endl. Gener. plant. p. 727.

Corollae tubus longus incurvus, limbus patens. Scapus brevis v. obsoletus, pedunculos elongatos graciles unifloros, basi squama vaginatos promens.

1. A. UNIFLORUS Endl. Iconogr. gener. t. 72. — Pedunculis unifloris longissimis gracillimis hirtellis, basi squamis vaginaeformib. munitis, scapum radicalem obsoletum longe superantib.; corolla tubulosa incurva, labio superiore bifido, laciniis labium inferius trifidum aequantib. extus margineq. ciliatis; staminib. styloq. glabris; stigmate capitato emarginato. ♃ — Habitus *Pinguiculae*. Scapus radicalis squamis paucissimis ovatis crassiusculis acutis semiamplexicauli-decurrentibus munitus, sesquiuncialis glaberrimus subsimplex pallide fuscescens, squamae florigerae obtusae tenuiter pubentes. Pedunculi quadripollicares unifiori. Calyx campanulatus quinquefidus ebracteatus, dentes ovato-acuminati hirsuti. Corolla tubulosa incurva longitudinaliter striata hirsuta pallide coerulescens subbilabiatim quinquefida, laciniae ovato-oblongae obtusae aequales tenuiter ciliatae. Antherae glabrae. Capsula ovata. — *Dentariae seu Ambiato cordi affinis, flore pallide coeruleo* Gronov. Virginic. 70. — *Gentiana minor aurea, flore simplici amplo daturae pallide flavescente* Pluken. Mat. 99. t. 348. fig. 1. — *Orobanche uniflora* Linn. Spec. plantar. 882. — *Orobanche* (*Phelipaea* Spr. Syst. vegetab. II. 818.) *biflora* Nutt. Gener. plant. Americ. II. 59. — Hook. Flor. Boreal. Americ. II. 93. — *Anoplon biflorum* G. Don l. c. 634. no. 4. — Crescit in Virginia, Canada et New Foundland.

2. A. COMOSUS Wlprs. mss. — Pubescens: caule brevi densissime fasciculatim ramoso; ramis squamosis; calyce quinquepartito ebracteato, laciniis lanceolatis acuminatis (nec subulatis ut ait auctor); corollae tubo longe exserto curvato, labiis elongatis recurvis, superiori oblongo bifido, inferiori trifido, laciniis linearioblongis, apice bidentatis; antheris pilosis. ♃ — Planta quadripollicaris corymboso-ramosa, caulis sesquipollicaris, densissime squamatus, squamae ovato-acuminatae breves. Pedunculi pollicares squama lineari, calycis basin subattingente supra medium vaginatim inclusi. Calyx fere basin usque quinquefidus breviter pilosulus. Corolla calyce ultra duplo longior, pollicaris, tubo parum incurvo, labium superius breviter bifidum, laciniae labii inferioris aequales, ad labiorum incisuram usque sectae, apice breviter bifidae patentim recurvae. Stylus apice fere rectangule inclinatus glaber, stigma infundibuliforme capitatum. Capsula ovata glabra. — *Orobanche comosa* Hook. Fl. Bor. Americ. II. 92. t. 169. — In ripis fl. Columbiae crescit.

3. A. FASCICULATUS Wlprs. mss. — Pulverulento-pubescens: caule brevi fasciculatim ramoso; ramulis seu pedunculis nudis unifloris; calyce quinquefido ebracteato, lobis triangularib. acutis; corollae tubo longe exserto curvato, labiis erectis concavis brevib. obtusis, superiore bifido, inferiore trifido, laciniis integris; filamentis glandulosis, antheris glabris. ♃ — Planta 2½-4-5-pollicaris. Scapus simplex squamatus, squamae ovatae obtusae, floriferae acutiusculae. Pedunculi solitarii ebracteati pollicares ex axillis squamarum 4-6 ultimarum. Calyx brevis cupuliformi-campanulatus, breviter quinquedentatus. Corolla calyce multoties longior tubulosa incurva, laciniae tubo 4-5-ies breviores, superiores binae altius coalitae, cum tubo piloso-pubescentes. Stylus glaber, sub apice deflexus, stigma capitato-infundibuliforme. — *Orobanche* (*Phelipaea* Spr. Syst. vegetab. II. 818.) *fasciculata* Nutt. Gener. plant. Americ. II. 59. — Hook. Flor. Bor. Americ. II. 93. t. 170. — *Anoplon fasciculatum* G. Don l. c. 633. no 3. — Crescit in America boreali (Saskatchawan, Columbia).

4. A. COCCINEUS Wlprs. mss. — Pinguis glaberrimus: scapo squamis semiamplexicauli-vaginantib. remotis munito in pedunculum uniflorum terminalem protenso; calyce monophyllo ebracteato irregulariter quinquefido; corolla inflato-ventricosa quinquefida, lobis subaequalib. ovato-rotundatis. 4. — *Phelipaea* (*Anoplon* G. Don, General syst. of gard. and bot. IV. 633.) *Tournefortii* Dsf. Ann. mus. d'hist. natur. X. 298. t. 21. — *Phelypaea* (*Anoplon* C. A. Mey. Verzeichn. der Pflnzn. am Cauc. 104.) *Bieberstcinii* Fisch. mss. — *Phelipaea* (*Orobanche* M. Bieb. Fl. Casp. 58., Flor. Taur. Caucas. III. 418., Pl. rar. Ross. II. t. 58.) *coccinea* Pers. Enchir. II. 181. — Wallrth. Gener. Orob. *διαοχευή* 68. † — *Lathraea Phelypaea β.* Linn. Spec. plant. 844. — *Phelypaea orientalis, flore coccineo* Tournef. Coroll. 47. t. 479. — *Lathraea Phelipaea* Güldenst. Itin. I. 422. — [*Phelipaea foliata* Lamb. Transact. of the Linn. Soc. X. 260. t. 7. — Spr. Syst. vegetab. II. 818???] — *Aeginetia coccinea* Juss. mss. — *Orobanche Phelipaea* M. Bieberst. Fl. Casp. Appndx. 179. — Crescit in Armenia, in Tauria, Caucasia et in Sibiria versus mare Caspicum. — Plantam Tournefortianam a Bieberstcinlana specie differre valde dubitamus simul cum Cl. Wallroth.

Sectio II. AMBLATUM Endl. l. c.

Corollae tubus brevis ventricosus, limbus bilabiatus. Scapus squamis majusculis amplexicaulibus vaginatus in pedunculum uniflorum desinens.

5. A. (AMBLATUM G. Don, General syst. of gard. and bot. IV. 635.) TOURNEFORTII Wlprs. mss. — Corollae labiis indivisis. 4? — *Lathraea Amblatum* Linn. Spec. plant. 844. — *Amblatum orientale, flore purpurascente* Tournef. Coroll. 48. t. 481. — [*Phelipaea foliata* Lamb.??? — Cf. speciem praecedentem!] — Stirps a nemine post **Tournefortium** visa, valde dubia! — Crescit in Oriente.

4190. AEGINETIA *Linn.*

(Linn. Spec. plant. [edit. 1.] 632. — Meisn. Gener. plant. vascular. I. 314. II. 224. — G. Don, General syst. of gard. and bot. IV. 635.)

1. AE. INDICA Rxb. Plant. of the coast of Coromand. I. 63. t. 91. — Bth. Scrophul. Indic. 55. — Scapo elongato subsimplici nudo; corollae limbo breviter quadrifido. 4. — (Wall. Catal. 3064.) — *Orobanche Aeginetia* Linn. Spec. plantar. 883. — *Tsiam-Cumulo* Rheede, Hort. Malabar. XI. 97. t. 47. — Corolla curvata purpurea, calyx flavescens. — In India orientali (Nepalia, Silhet, Circars, Taong Dong, Tavoy, Dheyra Dhoun, Kidarkonta etc.) crescit.
2. AE. (OROBANCHE Rxb. Hort. Benghal. 45. et Fl. Indic. III. 29.) PEDUNCULATA Wall. Plant. Asiatic. rarior. III. 13. † t. 219. — Glabra: scapo simplici squamis paucis attenuatis carnosis instructo, squamis floralib. triangularib.; calyce spathaceo monophyllo interiore latere fisso; corollae tubo inflato calycem aequante; limbo quinquepartito subaequali, segmentis reniformib. denticulatis; filamentis glabris; stigmate magno cordato-peltato. 4. — Pedunculi uniflori scapum aequantes. Flores maximi. Corollae tubus luteus, limbo obscure violaceo. Calyx liquore viscoso repletus est. Stamina inclusa. Capsula ovata. — Crescit parasitice in radicibus *Andropogi muricati* et *Bambusarum* complurium in Benghalia.
3. AE. ABBREVIATA Hamilt. mss. in Wall. Catal. 3065. — Bth. l. c. — Wlprs. Nov. Act. acad. Caes. Leop. Carol. nat. curios. XIX. Supplem. I. 400. — Caule brevissimo ramoso (v. simplici) squamato; corollae amplae limbo bilabiato, labio inferiore ample trilobo. 4. — Crescit in Peninsula Indiae orientalis et in Manilla.
4. AE. (OROBANCHE Rxb. Flor. Indic. III. 29. et Plant. of the coast of Coromand. t. 292.) ACAULIS Wlprs. mss. — Acaulis: florib. in capitula irregularia radicalia sessilia congestis; calycib. monophyllis spathaceis unilateraliter fissis v. irregulariter bifidis; corollae lacinlis crenatis; antheris simplicib., duabus interiorib. glandula magna recurva ovali auctis; stigmate peltato. ⊙ — Bracteae triangulares, pedicellum unum v. plures includentes. Corolla extus purpurea, intus flava. — Crescit parasitice in radicibus *China sugar-cane* (??) in horto botanico Calcuttensi.

† *Species e genere expellendae.*

AE. CAPITATA Grah. = LIPOSTOMA CAPITATUM.
AE. COCCINEA Juss. = ANOPLANTHUS COCCINEUS.
AE. LONGIFLORA Cav. = BOUVARDIA LONGIFLORA.
AE. MULTIFLORA Cav. = BOUVARDIA CAVANILLESII.

4191. HYOBANCHE *Thnbrg.*

(Thnbrg. ex Linn. Mantiss. plant. 263. — Meisn. Gener. plant. vascul. I. 314. II. 294. — G. Don, General syst. of gard. and bot. IV. 635.)

1. H. SANGUINEA Linn. l. c. — Syst. veget. 574. — Endlich. Iconogr. gener. t. 82. — Tota planta sanguinea: spica villosa; flores purpurei. ♃? — Petiv. Gaz. t. 37. fig. 4. — *H. coccinea* Linn. mss.? — Crescit parasitice in radicibus.....? in Promontorio bonae spei.

Genus dubium.

4192. EPIRHIZANTHUS *Blume.*

(Blume, Catal. hort. Buitenzorg. ex Flora [B. Z.] 1825. p. 133. — Meisn. Gener. plantar. vascular. I. 314. II. 294.)

1. E. CYLINDRICA Blume l. c. 134. — Spicis densis cylindricis; germine oblongo; stylo crasso minimo. ♃? — Crescit in insula Java.
2. E. ELONGATA Blume l. c. — Spicis laxis elongatis; germine globoso; stylo simplici. ♃? — Crescit in insula Java.
3. E. LINEARIS Blume l. c. — Spicis minimis tenuissimis; germine globoso; stylo setaceo. ♃? — Crescit in insula Java.

Genera affinia.

4192/1. PHOLISMA *Nutt.*

(Nutt. mss. in W. J. Hook. Icon. plantar. t. 626.)

Calyx profunde sexpartitus, laciniis lineari-subspathulatis. Corolla monopetala infundibuliformis, limbo subregulari sexlobo, lobis rotundatis plicatis, aestivatione imbricatis. Stamina 6 supra medium tubi inserta inclusa uniserialia aequalia, cum lobis corollae alternantia. Filamenta brevia. Antherae oblongo-ovatae obtusae biloculares, loculis prope marginem longitudinaliter dehiscentibus. Ovarium superum subglobosum, ad circumferentiam multiloculare, loculis uni-ovulatis, ovulis ad angulum internum circa axin crassissimum affixis. Stylus elongatus crassiusculus inclusus. Stigma dilatatum, centro depresso, margine lobato-dentato. Fructus immaturus baccatus?? loculis seminibusque ut in ovario. Semina ex angulo interiori pendentia. — Herba succulenta colorata (parasitica?) in arenosis Californiae proveniens facie *Orobanches* aphylla, scapo simplici squamoso, floribus parvis densissime spicatis ut videtur ebracteatis.

1. PH. ARENARIUM Nutt. mss. in Hook. l. c. — Planta septem pollices alta habitu *Orobanchen* v. *Phelipaeam* referens. Scapus erectus simplex dense et subimbricatim squamatus, squamae e basi aequilata elliptico-oblongae obtusae adpressae. Florum spica bipollicaris, pollicem crassa ovalis multiflora. Calycis laciniae lineari-subspathulatae acutiusculae, margine dorsoque pilosulaee, orollae tubo parum breviores. Corolla infundibuliformi-tubulosa, ore leviter constricto, limbi sexfidi laciniae rotundatae obtusae undulato-crenatae aequales patentes. Filamenta antherarum longitudine. Stylus stamina aequat. — Crescit locis arenosis in California (Monterey et St. Diego).

4192/2. LENNOA *Llawe et Lexarza.*

(Llawe et Lexarza, Nov. veget. Mexic. descript. I. 7. — Meisn. gener. plant. vascul. I. 254. II. 164. — *Corallophyllum* H. B. Kth. Nov. gen. et spec. plant. VII. 276. † t. 660bis. — Kth. Synops. pl. aequin. IV. 207. — Endl. Gener. pl. p. 1329. no. 6381.)

1. *L. MADREPOROIDES Llawe et Lexarza l. c. — *Corallophyllum coerulcum* H. B. Kth. l. l. c. c. — Crescit parasitice in radicibus.....? in Mexico.

Ordo CLV. LABIATAE *Juss.*

(Endl. Gener plant. p. 607. — Meisn. Gener. plant. vascul. I. 282. II. 190. — Labiatarum genera et species: or, a description of the genera and species of plants of the order Labiatae; with their general history, characters, affinities and geographical distribution by **George Bentham**, Esq. F. L. S. — London. 8vo. 1832—1836.)

Tribus I. *OCYMOIDEAE* Bth. Labiat. p. 1. — Endl. Gener. plant. p. 608. — Meisn. Gener. plant. vascul. I. 282.

Stamina declinata. Corolla subbilabiata, lobis quatuor superioribus planis subaequalibus binisve supremis coalitis, infimo declinato plerumque difformi plano v. saepius concavo cymbaeformi v. saccato. Antherae defloratae saepissime patellaeformes.

Subtribus I. MOSCHOSMEAE Endl. l. c.

Corollae laciniae subaequilongae, infima angustior declinata subplana. — *Tropicae amphigeae.*

3569. OCIMUM *Linn.*

(Linn. Gener. plant. no. 732. — Meisn. Gener. plant. vascular. I. 282. II. 191. — Bth. Labiat. 1. et 707.)

Sectio I. OCIMODON Bth. l. c. 3.

Filamenta superiora basi denticulo appendiculata. — Verticillastri saepissime sexflori, pedicellis reflexis, calyce fructifero saepius brevioribus.

1. **O. CANUM** Sims, Bot. Mag. t. 2452. — Bth. l. c. 3. † et 707. — Caule herbaceo erecto pubescente; foll. petiolatis ovatis, utrinq. angustatis subintegerrimis, subtus canescentib., petiolis ciliatis; racemis simplicib.; calycib. pedicello longiorib., fructiferis reflexis cauli adpressis, basi supra gibbis vix ciliatis, dente supremo orbiculato concavo brevissime acuminato, alis basin calycis non attingentib., dentib. lateralib. ovatis acutis, infimis setaceis; filamentis superiorib. basi appendiculatis. ♃ — Affine *O. Basilico*, sed floribus duplo minoribus et habitu distinctum. Caulis pedalis vel ultra, ramosus, pilis brevibus reflexis saepius fasciculatis canopubescens, ad axillas pilis nonnullis longis albidis ciliatus. Folia ovata v. ovato-oblonga, 1–2 pollices longa, integerrima v. subdentata, margine petiolisque pilis raris longis albis saepius ciliata, supra ad nervos tenuissime pubescentia, subtus glabra punctata. Racemi numerosi stricti, 6–pollicares v. ultra, verticillastris numerosis, fructiferis vix semipollicem distantibus. Folia floralia oblonga, petiolata, calyces vix superantia, ciliata. Calyces uti pedunculi parce ciliati, orbiculato-depressi vix sesquilineam lati. Genitalia corolla fere duplo longiora. — *O. Americanum* Linn. Amoen. acad. IV. 276. — (Id. Spec. plant. 833., non Jacq.) — *O. album* Roxb. et aliorum, non Linn. — *O. stamineum* Sims, Bot. Mag. t. 2452., in textu. — *O. incanescens* Mart. Reise nach Brasil. II. 787. — [Bth. l. c. 13. no. 25.] — *O. hispidulum* Schum. et Thonn. Kongl. Dansk. Vidensk. Selsk. Afhandl. IV. 40. — Habitat in Asia calidiore, in Madagascaria, in Indiae orientalis peninsula, in insula Zeylania, in provincia Silhet Benghaliae, in regno Burmanico ad Paghamew, in China et in insulis Marianis.

2. O. BASILICUM Linn. Spec. plant. 833. — Bth. l. c. 4. † — Caule herbaceo erecto v. adscendente; foll. petiolatis ovatis v. oblongis, basi angustatis subdentatis glabris, petiolis ciliatis; racemis simplicib.; calycib. pedicello longiorib., fructiferis reflexis inflato-campanulatis ciliatis, basi supra gibbis, dente supremo ovato concavo brevissime acuminato, alis basin calycis non attingentib., dentib. lateralib. ovatis acutis, infimis setaceo-acuminatis; filamentis superiorib. appendiculatis. ⊙ — Species diu culta sub diversis coeli temperiebus, unde quam maxime variabilis. Caulis herbaceus, saepius ramosissimus, erectus v. in varr. *α.* et *β.* basi diffusus et adscendens, pedalis vel ultra, basi glaber vel pilis brevibus reflexis pubescens. Folia ovata, obtusiuscula vel frequentius acuminata, basi saepius (in speciminibus sylvestribus) valde angustata, subtus punctata, irregulariter dentata vel raro integerrima; floralia parva bracteaeformia, petiolata, ovata, acuminata, ciliata, calyces paullo superantia, saepe colorata. Racemi saepius 8–10-pollicares, nunc in var. *η.* vix 2 poll. longa, in var. *ϑ.* pedales, simplices vel in varr. *η.*, *ϑ.*, *ι.* varie ramosi. Verticillastri infimi saepius pollicem fere distantes; supremi (in var. *η.* et *ι.* omnes) approximati. Corolla calyce subduplo longior, tubo incluso, fauce subinflata, in var. *ε.* major; labium superius late quadrifidum, inferius integrum dilatatum, lobis saepe crenatis undulato-crispis v. in varietatibus cultis fimbriatis. Stamina saepius exserta. Filamenta superiora breviter appendiculata. Stylus basi incrassatus. Achaenia laevia.

α. pilosum Bth. l. c. — Caulo ramosissimo adscendente; follis parvis oblongis integerrimis, petiolis verticillastrisq. pilosissimis; racemis elongatis; corollis saepius glabris. — *Basilicum Indicum* Rumph, Herb. Amb. V. 263. t. 92. fig. 1. — *Ocimum minimum* Burm. Fl. Ind. 129. (non Linn.) — *O. Basilicum* Burm. l. c. — *O. hispidum* Lam. Dict. I. 364. — *O. pilosum* Willd. Enum. plant. hort. Berol. 639. — Roxb. Hort. Beng. 45. — *O. ciliatum* Hornem. Hort. Hafn.

β. anisatum Bth. l. c. — Habitu fere varietatis *α.*, sed erectius minus pilosum: foll. majorib. crassiorib. subdentatis; corollis saepius villosis. — *Soladi Tirtava* Rheede, Hort. Malab. X. 173. t. 87. — *Basilicum citratum* Rumph, Herb. Amb. V. 266. t. 93. fig. 1. — *O. Basilicum* Linn. Spec. plant. 833. — *O. lanceolatum* Schum. et Thonn. Kongl. Dansk. Vidensk. Selsk. Afhandl. IV. 42? — *O. anisatum* Hortul.

γ. glabratum Bth. l. c. — Caule erecto; petiolis calycibq. parce ciliatis; foll. vix dentatis; racemis elongatis simplicibus. — *O. integerrimum* Willd. Spec. plant. III. 162. — *O. caryophyllatum* Roxb. Hort. Beng. 45. — *O. lanceolatum* Schum. et Thonn. Kongl. Dansk. Vidensk. Selsk. Afhandl. IV. 42. — Bth. Labiat. p. 9. †

δ. majus Bth. l. c. — Foll. ovatis calycibq. magnis; racemis elongatis simplicibus. — *O. majus* Hortul.

ε. album Bth. l. c. — Foll. late ovatis crassiusculis dentatis; racemis abbreviatis densis vix ciliatis canescentib.; corollis glabris v. villosis. — *O. album* Linn. Mantiss. plant. 85. — *O. laxum* Herb. Vahl an Schousb. — *O. Americanum* Jacq. Hort. Vindob. III. t. 86.

ζ. diforme Bth. l. c. 5. — Foll. bullatis crispis v. varie laciniato-dentatis; corollis saepius villosis; racemo vario. — *O. bullatum* Lam. Dict. I. 364. — *O. urticaefolium* Hortul. (non Roth.) — *O. fimbriatum* Hortul. — *O. peltatum* Hortul. — *O. cochleatum* Hort. Paris. — *O. scutellarioides crispum* Burm.

η. denseflorum Bth. l. c. — Erectum glabratum: petiolis calycibq. vix ciliatis; racemo abbreviato subramoso. — *O. Barrelieri* Roth, Nov. spec. plant. 278. — *Plectranthus Barrelieri* Spreng. Syst. vegetab. II. 691.

ϑ. purpurascens Bth. l. c. — Erectum glabrum atro-purpurascens: petiolis calycibq. vix ciliatis; racemo elongato subramoso. — *O. medium* Mill. Dict.?? — *O. nigrum* Thouin.

ι. thyrsiflorum Bth. l. c. — Erectum glabratum: petiolis calycibq. vix ciliatis; racemo thyrsoideo-ramoso. — *O. thyrsiflorum* Linn. Mant. plant. 84. — Murr.

Comm. Götting. VIII. 47. t. 5. — Jacq. Hort. Vindob. III. t. 72. — Habitat in India orientali calidiore indigenum, in hortis per omnem terrarum orbem saepissime cultum; nunc etiam sponte in America centrali.

3. O. FORSKOELEI Bth. l. c. 6. † — Caule herbaceo pubescente; foli. breviter petiolatis ovatis, basi rotundatis subintegerrimis glabriusculis, petiolis nervisq. ciliatis; racemis simplicib.; calycib. fructiferis pedicello longiorib. inflato-campanulatis reflexis, basi supra gibbis ciliatis, dente supremo orbiculato concavo, alis ad medium calycis attingentib., lateralib. ovatis vix acuminatis, infimis lanceolato-setaceis ☉ — *O. cano* et *Basilico* affine, sed ab utroque foliis breviter petiolatis basi rotundatis crassiusculis differt. Folia canescentia, supra glabra, subtus ad nervos hispidula, margine vix crenata. Petioli dense ciliati. Verticillastri remoti. Flores *O. Basilici*, sed stamina longius exserta. — *O. gratissimum* Forsk. Flor. Aeg. Arab. 110. (non Linn.) — Habitat in Arabia felici.

4. O. MINIMUM Linn. Spec. plant. 833. — Bth. l. c. † — Caule herbaceo erecto tenuissime pubescente; foli. longe petiolatis ovatis subintegerrimis glabris, petiolis nudis, floralib. subconformib.; racemis simplicib. abbreviatis; verticillastris laxis; calycib. pedicello subbreviorib., fructiferis reflexis, dente supremo orbiculato, inferiorib. brevib. acutis; filamentis superiorib. basi appendiculatis. ♃? — Caulis erectus, ramosissimus, semipedalis aut vix pedalis. Folia numerosa, vix majora quam in *Thymo serpyllo*, floralia longe petiolata, inferiora caulinis vix minora, suprema parva et acutiora, fere omnia verticillastros superantia. Verticillastri pauci laxi, vix sexflori. Calycis dens supremus obtusissimus, alis ad medium tubi decurrentibus, dentes inferiores late ovati. Corolla fere *O. Basilici a. pilosi.* — *O. salinum* Molina, Nat. hist. Chil. 291. — Habitat in Chili propo Valparaiso, an indigenum?, in Zeylania?

5. O. SELLOI Bth. l. c. † — Glaberrimum: caule herbaceo erecto subsimplici; foli. petiolatis late ovatis acutis, grosse serratis, basi subcuneatis, floralib. sessilib. calyce breviorib. deciduis; racemo simplici; calycib. fructiferis pedicello longiorib. ovatis reflexis subincurvis glaberrimis, dente supremo ovato obtuso concavo, alis medium calycis attingentib., inferiorib. ovatis, lateralib. brevissime, infimis longe setaceo-mucronatis. ♃ — Caulis e basi perenni ramosus, ramis subsimplicibus 1-2-pedalibus glaberrimis. Folia grosse serrato-crenata, basi cuneata v. rotundata in petiolum longe angustata, herbacea, utrinque glabra, subtus parce glandulosa, floralia bracteaeformia, decidua, sessilia, late ovata, integerrima, calyce breviora. Racemus elongatus 6-8-pollicaris. Verticillastri remoti sexflori. Calyces membranacei nervosi, fauce intus nuda. Corolla albida? calycem vix excedens, lobi 4 superiores brevissimi, obtusissimi, infimus longior ovato-rotundatus planus. Stamina exserta. Filamenta 2 superiora basi dente obtuso brevi appendiculata. Styli lobi breves dilatato-compressi. Achaenia ovato-rotundata subcompressa. Habitus fere *Orthosiphonis stramnei*. — Habitat in America meridionali, in Brasilia et in Nova Hispania.

6. O. VIRIDE Willd. Enum. pl. hort. Berolin. 629. — Bth. l. c. 7. † — Caule fruticoso ramoso pubescente; foli. petiolatis ovato-oblongis acuminatis crenatis, basi angustatis glabris v. ad costas pubescentib., floralib. bracteaeformib. ovatis acuminatis deciduis; racemis ramosis; calycib. pedicello subaequalib., fructiferis nutantib., dente superiore ovato-acuminato concavo breviter decurrente, lateralib. subulatis, infimis elongatis subconnatis; corollis calycem vix superantib.; staminib. subexsertis; filamentis superiorib. basi appendiculatis. ♁ — Frutex tripedalis erectus, basi nudus, ramis tetragonis pilosis, angulis rotundatis glaberrimis. Folia obtusa crenata glabriuscula, nervis pilosis, subtus reticulata glanduloso-punctata. Racemi terminales ramosi pubescentes, 3-4-pollicares. Verticillastri 6-flori. Calyces pilosiusculi glanduloso-punctati. Corolla parva calycem vix excedens. Stamina breviter exserta. Achaenia rugosa. Valde affine *O. gratissimo*, a quo differt praecipue statura minore erectiore et calycis forma. — *O. viridiflorum* Roth, Cat. bot. 54. (ex ejusdem Nov. pl. spec. 279.) — *O. heptodon* Beauv.

Fl. Ow. et Ben. II. 30. t. 94. (pessime). — *O. febrifugum* Lindl. Bot. Reg. t. 753. — Habitat in Africa occidentali tropica, in regno Benin et in Sierra Leone.

7. O. GRATISSIMUM Linn. Spec. plant 832. — Bth. l. c. 7. † — G. Don, General syst. of gard. and bot. IV. 671. fig. 74. — Caule fruticoso glabriusculo: foll. petiolatis ovatis acutis crenatis v. grosse dentatis, basi angustatis glabris v. secus costas pubescentib., floralib. bracteaeformib. lanceolatis acuminatis, basi hastatis; racemis simplicib. v. basi subramosis pubescentib.; calycib. pedicellatis, fructiferis nutantib., dente supremo ovato-oblongo breviter decurrente, inferiorib. brevissimis; corollis calycem vix superantib.; staminib. exsertis; filamentis superiorib. basi appendiculatis. ♄ — Rami elongati, obtuse tetragoni, angulis glabris, sulcis saepe tenuiter pubescentibus. Folia longe petiolata, ampliora quam in *O. Basilico* et affinibus, floralia pedicello breviora reflexa v. decidua. Racemi graciles multiflori, foliis saepe breviores, axi pubescente. Pedicelli breves calycesque pubescentes. In hortis saepe colitur. — *Caltu Tirtava* Rheede, Hort. Malab. X. 171. t. 86. — *O. Zeylanicum* Burm. Thes. Zeyl. 174. et t. 80. fig. 1. [quoad folia.] — *O. frutescens* Mill. Dict. no. 6. — *O. petiolare* Lam. Dict. I. 385. — *O. gratissimum* Jacq. Icon. pl. rar. III. t. 495. — Habitat in India orientali, in peninsula, in Benghalia ad Monghyr et Nathpur, in insula Penang.

8. O. SUAVE Willd. Enum. pl. hort. Berolin. 629. — Bth. l. c. 7. † et 707. — Caule fruticoso villoso; foll. petiolatis ovato-oblongis acuminatis crenatis, basi angustatis rugosis villosis, floralib. bracteaeformib. ovatis acuminatis; racemis subpaniculatis; verticillastris 6-floris; calycib. pedicellatis, fructiferis nutantib., dente supremo ovato breviter decurrente, lateralib. truncatis infimisq. breviter setaceo-mucronatis; corollis calyce majoribus; filamentis superiorib. basi appendiculatis. ♄ — Frutex erectus ramosus, ramis obtuse tetragonis villosis v. angulis demum glabratis. Folia crassiuscula, molliter rubiginoso-villosa, juniora subtus lanata, 2–4-polllicaria, grosse crenata, basi longe angustata, superiora minora. Racemi terminales ramosi, foliis multo longiores. Folia floralia reflexa v. decidua. Verticillastri sexflori laxi approximati. Calyx floriger pubescens, fructifer subglaber membranaceus. Corolla major quam in *O. gratissimo*. Stamina exserta. — *O. urticaefolium* Roth. Cat. bot. 52. (ex ejusdem Nov. spec. plant. 279.) — *O. gratissimum* Lam. Dict. I. 386. (non Linn.) — *O. Zeylanicum* Desf. Hort. Par. (ed. 2.) 75. — *O. villosum* Weinm. in Syllog. pl. Ratisb. I. 121. (non Roxb.) — *O. holosericeum* Breit. — Habitat in Madagascaria et in Brasiliae provincia Maragnanensi in ruderatis et ad aedes prope cataractam fluminis Itapicuru.

9. O. BOJERI Bth. l. c. 8. † — Caule fruticoso tomentoso; foll. petiolatis ovatis crenatis, basi rotundatis v. cordatis rugosis tomentosis, floralib. ovatis acuminatis; racemis simplicib.; verticillastris sub-10-floris; calycib. nutantib., dente supremo ovato breviter decurrente, inferiorib. brevissimis; corollis calyce duplo longiorib.; staminib. exsertis; filamentis superiorib. basi appendiculatis. ♄ — *O. cordifolium* Bojer in Loud. Hort. Brit. 240? — Habitat in Madagascaria.

10. O. FILAMENTOSUM Forsk. Fl. Aeg. Arab. 108. — Bth. l. c. 8. † — Caule fruticoso ramoso cano-tomentoso; foll. breviter petiolatis ovato-oblongis, utrinq. angustatis, acute serratis tenuissime pubescentib.; racemis simplicib.; calycib. pedicello longiorib., fructiferis reflexis, dente supremo breviter decurrente, lateralib. truncatis, infimis breviter mucronatis; corollis calyce sub-4-plo longiorib.; genitalib. longe exsertis; filamentis superiorib. basi appendiculatis. ♄ — Rami obtuse tetragoni, tomento brevissimo canescentes. Folia crassiuscula subcarnosa, basi integerrima, in petiolum brevem villosum basi subdilatatum angustata, floralia bracteaeformia colorata acuminata, ante anthesin comosa, per anthesin decidua. Racemi simplices laxiusculi breves. Verticillastri 6-flori. Calyces pubescentes nec ciliati, dentes laterales lati truncati, infimi in calyce florigero minuti, calyx fructifer non visus. Corolla alba subinfundibuliformis, limbi lobi 4 superiores subreflexo-patuli, infimus planus patens. Stamina corolla duplo longiora. — *O. Abyssinicum* Hort. Paris. — *O. grandiflorum* L'Hérit. Stirp. 80. t. 43. — In Africa orientali tropica, in Abyssinia, in Arabia felici prope montem Melhan.

11. O. SERPYLLIFOLIUM Forsk. Fl. Aeg. Arab. 110. — Bth. l. c. 9. et 707. — Caule fruticoso; ramis canescentib.; foll. oblongo-cuneatis integerrimis cano-tomentosis, basi angustatis; racemis simplicib. paucifloris; verticillastris laxe sexfloris; calycib. declinatis canescentib., dente supremo ovato obtuso breviter decurrente, lateralib. ovatis acutis, infimis lanceolatis acuminatis; corollis calyce subduplo longiorib.; staminib. longe exsertis. — Frutex humilis, ramosus, cortice griseo laxo. Folia fere *Thymi vulgaris*, parva, incana, saepe margine convoluta, fasciculata. Racemus brevis, verticillastri pauci 6-flori. Flores *O. adscendentis*. Corollae labium superius patens, inferius declinatum, ovatum, concavum. Stamina corolla duplo longiora. — *O. Burchellianum* Bth. Gen. et spec. Labiat. 8. † — Crescit in Arabia felici, in monte Chadra et in Promontorio bonae spei.

12. O ADSCENDENS Willd. Spec. plantar. III. 166. — Bth. l. c. 9. † — Caule herbaceo prostrato; ramis pubescentib.; foll. petiolatis ovato-oblongis obtusis subdentatis, basi angustatis pubescentib., floralib. bracteaeformib. deciduis; racemis simplicib.; calycib. fructiferis nutantib., tubo striato, dente supremo ovato decurrente, alis medium calycis attingentib., lateralib. truncatis, margine membranaceo-ciliatis, infimis brevissime setaceo-acuminatis; corollis calyce duplo longiorib.; staminib. longe exsertis; filamentis superiorib. basi appendiculatis. ♃ — Caules e basi crasso perenni herbacei, prostrati, divaricati, tortuoso-ramosi, 6-9-pollicares, ramis apice saepius canescentibus. Folia vix majora quam in *O. minimo*, forma fere *O. sancti*, subtus saepius cano-tomentosa. Calyx fructifer *O. gratissimi*, basi profunde sulcatus et transverse rugosus, superne membranaceo-dilatatus nitidus, dente supremo marginibus revolutis, 2 infimis breviter setaceis, lateralibus minutissimis, fauce intus nuda. Corolla calycem vix excedens; genitalia triplo longiora. Filamenta superiora basi appendiculo cuneiformi-dilatato aucta. Stylus apice subulato-bifidus. Achaenia subrotundo-compressa, laevia. — *O. Indicum* Roth. Nov. pl. sp. 273. — *Plectranthus Indicus* Spr. Syst. vegetab. II. 691. — *O. cristatum* Roxb. Hort. Beng. 45. — Habitat in India orientali, in totius peninsulae aridis sabulosis.

13. O. OBOVATUM E. Meyer, Comment. pl. Afr. austr. fasc. II. 226. — Herbaceum? ramis pubescentib. subincanis; foll. late ovalib. obovatisve, juniorib. canescentib., floralib. bracteaeformib. deciduis; racemis paucifloris; calycib. incanis post anthesin nutantib., dente supremo ovato decurrente, lateralib. truncatis, margine ciliato-villosissimis, infimis brevissime setaceo-acuminatis; corollis calyce duplo longiorib.; staminib. longe exsertis, superiorib. basi appendiculatis. ♃? — In Promontorio bonae spei crescit.

† *Species sectionis primae non satis notae.*

14. O. GUINEENSE Schum. et Thonn. Kongl. Dansk. Vidensk. Selsk. Afhandl. IV. 38. † — Bth. l. c. 10. † — Foll. ovatis, utrinq. attenuatis serratis, subtus pilosis punctatis rugosis; racemis terminalib. ramosis; calycib. glabris; bracteis deltoideis acuminatis deciduis; ramis hirsutis. ♃ — Radix simplex vel subramosa. Caulis suffruticosus, bi-quadripedalis, ramosus: ramis herbaceis, quadrangularibus, quadrisulcatis, pilosis. Folia opposita, ovata, acuminata, basi acuta, obtuse serrata, subhirsuta, venis primariis supra villosis, subtus pilosis (punctis excavatis). Petiolus mediocris, pilosus, supra sulco villosiore exaratus. Spica verticillata: verticilli sexflori, pedicelli utrinque in pedunculo terni. Bracteae deltoideae angulis acuminatis, caducae v. deciduae, ante anthesin decussatae. Perianthium fere longitudine corollae, basi gibbum, sensim ampliatum, bilabiatum: labium superius latius orbiculatum cum acumine, extus concavum, adscendens: labium inferius trifidum, dente intermedio emarginato deflexo. Corollae tubus patens, longitudine calycis. Limbi labium alterum sursum spectans, latius, semiquadrifidum, obtusum, aequale; labium alterum deorsum spectans, angustius, longius, integerrimum, violaceo-maculatum. Filamenta filiformia, declinata, lateri infimo tubi adnata, calyce duplo longiora; lateralia intermediis parum breviora, prope basin exserentia processum subulatum, recurvum, villosum. Antherae reniformes, com-

pressae. Germen quadripartitum, minimum. Stylus filiformis, staminibus parum longior, declinatus, versus apicem parum refractus. Stigma bifidum: lacinis subaequalibus, acutis. Calyx labiis conniventibus clausus. Semina quatuor, subrotunda, parva. — [Schum. l. c.] — Crescit in Africa occidentali, in sylvis Accrae.

15. O. ARISTATUM Blume, Bijdragen 833. — Bth. l. c. 10. — Foll. ovatis obtusis repando-crenulatis, basi attenuatis integerrimis, margine et in venis infra puberulis; ramulis tetragonis et racemo subsimplici obverse pubescentib.; verticillis remotis sexfloris; bracteis ovatis acuminatis ciliatis sessilib.; calycis labio inferiori quadridentato, dentib. intermediis longiter aristatis. ♃ — Habitat in Java circa Bataviam in graminosis.

16. O. BRACHIATUM Blume l. c. 833. — Bth. l. c. — Foll. lanceolato-ovatis, utrinq. acutiusculis, supra basin remote serrulatis, margine et in costis infra puberulis; ramis fastigiatis tetragonis obverse hispidulis; racemis simplicib.; verticillis distinctis sexfloris; bracteis ovatis petiolatis cum calyce pubescente ciliatis; calycis labio inferiore quadridentato, dentib. intermediis parum longioribus. ♃ — Habitat in Java in locis siccis circa Bataviam.

Sectio II. HIEROCIMUM Bth. l. c. II.

Filamenta superiora basi fasciculo pilorum appendiculata. Racemi laxi graciles. Verticillastri sexflori. Pedicelli patentes, calycibus nutantibus.

17. O. CARNOSUM Lnk. et Otto mss. ex Bth. l. c. 11. † — Caule herbaceo subglabro; foll. petiolatis ovatis acutiusculis grosse serratis glabriusculis subcarnosis, floralib. bracteaeformib. deciduis; racemis simplicib. multifloris; verticillastris 6-floris; calycib. campanulatis nutantib. glabris, fauce intus nuda, dentis supremi marginib. reflexis, breviter decurrentib., lateralib. truncatis, infimis setaceo-mucronatis; corollis calycem vix excedentib.; filamentis superiorib. basi fasciculo pilorum appendiculatis. ♃ — Inflorescentia *O. sancti*, at foliis et characteribus datis longe diversum. Caulis erectus, ramosus, glaber vel apicem versus tenuissime pubescens. Folia basi integerrima, cuneata v. rotundata, crassiuscula, subcarnosa, subtus nervosa, glandulosa; floralia sessilia ovata acuminata. Racemi 6-8-pollicares, verticillastri numerosi Calyces ovato-campanulati, fructiferi pedicello longiores membranacei nervosi colorati, dente supremo ovato obtuso, lateralibus breviter mucronatis, infimis supremum subaequantibus. Corolla parva purpurascens, lobi 4 superiores erecti obtusi, infimus planus obtusus, superioribus paullo longior. Stamina 2 inferiora corolla sublongiora, filamentis integerrimis, 2 superiora multo breviora, filamentis basi pilorum fasciculo appendiculatis. Corolla inter stamina superiora pilosa. Antherae loculis parallelis subconfluentibus. Achaenia oblonga subtriquetra nigra laevia. Gynobaseos glandula inferior ovario brevior. Styli lobi subaequales, subulati. — *Lumnitzera carnosa* Spr. Syst. vegetab. IV. Cur. poster. 223? — Habitat in Brasilia meridionali et in Nova Hispania?

18. O. SANCTUM Linn. Mant. pl. 85. — Bth. l. c. 11. † — Caulib. pilosis; foll. petiolatis ovalib. obtusis dentatis pubescentib., nervis petiolisq. pilosis, floralib. bracteaeformib. sessilib. pedicello breviorib.; racemis gracilib. simplicib. v. basi ramosis; calycib. pedicello breviorib. nutantib. glabriusculis, intus fauce nuda, dente supremo obovato concavo breviter decurrente; corollis calycem vix superantib.; filamentis superiorib. basi pilorum fasciculo appendiculatis. ⊙ et culta ♃ — Stirps in India vulgaris, et dudum culta, ideo villositate staturaque valde variabilis. Tota planta saepius purpurascit, in hortis Europaeis herbacea, in loco natali herbacea annua, vel saepius, teste Roxburghio, suffruticosa, inodora. Folia parva, longe petiolata. Racemi laxi, 3-5-pollicares. Verticillastri 6-flori. Flores parvi. Corolla pallide purpurascens. Stamina breviter exserta. — *Basilicum agreste* Rumph, Herb. Amb. V. 205. t. 92. f. 2. — *O. Zeylanicum perenne etc.* Burm. Thes. Zeyl. 174. t. 80. f. 1. (quoad flores.) — *O. Zeylanicum annuum etc.* Burm. Thes. Zeyl. 174. t. 80. f. 2. — *O. frutescens* Burm. Fl. Ind. 129. — *O. inodorum* Burm. Fl. Ind. 130. — *O. monachorum* Linn. Mant. pl. 58. — *Plectranthus*

monachorum Spr. Syst. vegetab. II. 690. — *O. tenuiflorum* Lam. Willd. et Auct. (non Linn.?) — *Lumnitzera tenuiflora* Spr. Syst. II. 687. — *O. tomentosum* Lam. Dict. 1. 387. — *O. villosum* Roxb. Hort. Beng. 44.? (non Weinm.) — *O. hirsutum* Benth. in Wall. Plant. Asiat. rar. II. 14. — Habitat in Indiae orientalis siccis aridis, in omni India circa templa, in peninsula frequentissime, in Benghalia, in Zeylania, in Java, in insula Timor.

19. O. TENUIFLORUM Linn. Spec. plantar. 833. (excl. syn.) — Bth. l. c. 12. † — Caulib. herbaceis(?) adscendentib. ramosis pilosis; foll. longe petiolatis oblongis obtusiusculis crenatis, basi subangustatis pubescentib.; racemis filiformib., basi subramosis; verticillastris pauciflоris remotis; foll. floralib. late ovatis sessilib.; calycib. breviter pedicellatis subnutantib. glabriusculis, intus fauce nuda, dente supremo ovato obtuso, basi breviter decurrente, inferiorib. abbreviatis; corolla calyce subbreviore. ⊙? — Ab *O. sancto* non differt nisi racemis brevioribus tenuissimis, foliis floralibus latioribus, floribus minimis subsessilibus. An *O. sancti* specimen hortense floribus semiabortivis? — Habitat in India orientali, in Malabaria.

20. O. GRACILE Bth. l. c. 12. † — Caulib. adscendentib. pilosis, superne paniculatis; foll. breviter petiolatis oblongo-ovatis obtusis crenatis, basi angustatis pubescentib., superiorib. lanceolatis subsessilib., floralib. bracteaeformib. sessilib., pedicello multoties breviorib.; racemis numerosis simplicib.; calycib. fructiferis pedicello longiorib. declinatis, fauce intus villosa, dente supremo ovato obtuso breviter decurrente; corolla calyce subbreviore; filamentis superiorib. basi pilorum fasciculo appendiculatis. ⊙? — Affine *O. sancto*, sed foliis angustioribus, floribus minoribus, et calycis fauce intus villosa distinctissimum. Racemi filiformes, subpaniculati. Folia floralia minuta. Calyces glabriusculi, nervis hispidulis, dentibus inferioribus lanceolato-setaceis, 2 infimis superiorem aequantibus, 2 lateralibus brevioribus. Corollae lobi 4 superiores lati, breves, inferior oblongus, concavus, subdentatus. Styli lobus inferior complanatus. Achaenia oblonga, pallida, laevia. — Habitat in Africa tropica orientali, in insula Zanguebar.

21. O. TENELLUM Bth. l. c. 12. — Glabrum: caule pusillo repente; foll. petiolatis ovato-rotundatis crenatis; racemis laxis simplicib.; verticillastris sexfloris; calycib. longe pedicellatis declinatis glabris, dente supremo ovato obtusissimo vix decurrente, fauce intus nuda; corollis vix calycem excedentib.; genitalib. exsertis; filamentis superiorib. basi piloso-appendiculatis. ⊙ — Herba pusilla repens, habitu *Salviae tenellae* similis. Rami steriles repentes, saepe pubescentes, florigeri adscendentes, 4-5-pollicares, glaberrimi. Folia fere *Linariae Cymbalariae*, tenera, glabra vel pilis raris hispidula, floralia minutissima. Flores minuti, longe pedicellati, 2-3 lin. longi. Corolla *O. sancti*. Achaenia oblonga, laevia. — Habitat in Madagascaria.

22. O. OBTUSIFOLIUM E. Mey. Comment. pl. Afric. austr. fasc. II. 227. — Caulib. villosis; foll. petiolatis ovalib. obtusis, supra hispidulis, subtus pubescentib., floralib. bracteaeformib. sessilib. pedicellum subaequantib.; racemis gracilib.; calycib. pedicello longiorib. oblongis nutantib., intus fauce nuda, dente supremo obovato concavo vix decurrente; corollis calyce dimidio longiorib.; staminib. inclusis, filamentis superiorib. basi vix pubescentibus. 2.? — Crescit in Promontorio bonae spei.

23. O. CITRIODORUM Viciani, Semin. rar. hort. Patav. 1840. collect. ex Linnaea XV. Literaturb. 102. — Caule suffruticoso pubescente; foll. petiolatis ovato-lanceolatis obtusis repando-dentatis glabriusculis, floralib. conformib. acutis integris breviter petiolatis ciliatis; racemi simplicis verticillastris 6-floris distantib.; pedunculis erectis calycibq. nutantib. extus et fauce villosis, dente supremo orbiculato leviter decurrente, lateralib. late ovatis apiculatis, infimis lanceolato-subulatis; corollis calyce majorib.; filamentis superiorib. supra basin infractis ibique appendice penicilliformi munitis. 2. — Crescit in Nubia.

Sectio III. GYMNOCIMUM Bth. l. c. 12.

Filamenta omnia nuda. Verticillastri 6-flori, vel rarius 10-flori. Pedicelli calyce breviores.

24. O. MICRANTHUM Willd. Enum. pl. hort. Berolin. 630. — Bth. l. c. 12. † et 703. — Caule herbaceo erecto ramoso subglabro; foll. petiolatis ovatis acutis serratis, basi rotundatis cuneatisve subglabris, floralib. bracteaeformib. deciduis; calyce fructifero deflexo oblongo, dente supremo obtuso concavo decurrente, alis pedicellum attingentib., 4 inferiorib. ovato-lanceolatis, 2 lateralib. brevissime, infimis longius acuminatis; corolla inclusa; filamentis edentulis ♃. — Caulis fere pedalis, obtuse tetragonus, tenuiter pubescens, demum glabratus. Folia glabra vel tenuissime pubescentia, subtus glandulosa, floralia sessilia late ovata, acuta, verticillastrum aequantia. Flores parvi. Calyx fructifer valde acutus, pedicello longior, ovato-oblongus, membranaceus, nervosus glaber, vel ad nervos tenuiter pubescens. Corolla calyce brevior. Stamina inclusa, filamentis omnibus integerrimis. Achaenia ovato-subtriquetra, nigra. — *O. frutescens* Sieb. Pl. exsicc. — *O. Americanum* quorund. non Linn. — *O. pubescens* Mill. Dict. — *O. montanum* Hook. Bot. Magaz. t. 2996. — Crescit in America aequinoctiali, in Jamaica, in insulis Caribaeis, in Nova Hispania, in provincia Caracas, in Guiana et Cayenna, in Brasilia ad Maranhao, Rio Janeiro et in insula Stae. Catharinae.

25. O. CAMPECHIANUM Mill. Dict. no. 5. — Bth. l. c. 13. — Caule erecto villoso v. demum glabrato; foli. petiolatis ovatis v. ovato-lanceolatis acutis subserratis, basi cuneatis angustatisve, subtus canescentib., petiolis nervisq. hirsutis, floralib. bracteaeformib. latis deciduis; calyce fructifero deflexo oblongo hispido, dente supremo obtuso concavo decurrente, alis pedicellum attingentib., 4 inferiorib. ovatis, lateralib. brevissime, infimis longius aristatis; corolla breviter exserta; filamentis edentulis. ♃? — Affine *O. micrantho*, sed diversum caule, praesertim ad nodos, foliorumque nervis petiolisque hirsutis, et foliis minoribus subtus canescentibus vel cano-tomentosis. — Crescit in America centrali ad Campeachy, in Nova Hispania.

26. O. OVATUM Bth. l. c. 13. † — Caulib. erectis subramosis; foll. subsessilib. late ovatis subdentatis, basi rotundatis glabriusculis v. hispidulis, floralib. bracteaeformib. deciduis; racemis abbreviatis; calyce fructifero ovato inflato deflexo, dente supremo ovato-oblongo obtuso concavo, fere ad basin calycis decurrente, inferiorib. late ovatis breviter setaceo-acuminatis; corolla calycem vix excedente; filamentis edentulis. ♃ — Caules e basi perenni? plures, erecti, subramosi, semipedales pedalesve, villosi. Folia obtusiuscula, integerrima v. utrinque 1-2-dentata, basi rotundata, rigida, supra pilis raris hispidula, margine et subtus ad nervos ciliata, floralia bracteaeformia, sessilia, late ovata acuta integerrima, calyce florifero sublongiora, fructifero breviora. Racemi 1-2-pollicares, verticillastri approximati 6-flori. Calyx fructifer pedicello longior, glaber vel pilis brevibus ciliatus, dentibus infimis subconnatis supremum aequantibus, lateralibus brevioribus. Corollae lobi ovati obtusi. Stamina breviter exserta. Antherae ovato-reniformes. Stylus apice breviter subulato-bifidus. Achaenia pallida, subglobosa. — Crescit in Brasilia meridionali.

27. O. NUDICAULE Bth. l. c. 14. † — Caule simplici nudo; foll. ad basin caulis approximatis vix petiolatis ovato-rotundatis pilosulis; racemis elongatis; calyce ovato deflexo, dente supremo ultra medium calycis decurrente, inferiorib. setaceo-acuminatis; corolla calyce duplo longiore; filamentis edentulis. ♁? — Caules e basi crassa lignosa plures, adscendentes simplicissimi nudi erecti, acute tetragoni, glabri v. superne pubescentes, semipedales pedalesve. Folia omnia subradicalia obtusa crenata, basi rotundata v. parum angustata crassa subcarnosa, supra sparse, subtus ad nervos pilosula, subtus pallida glandulosa, floralia bracteaeformia, calyce breviora decidua. Racemus 4-6-pollicaris, verticillastri remoti 6-flori. Calyces pedicello sublongiores; fructiferi non visi. Corolla campanulata, lobis 4 superioribus late ovatis subpatentibus, inferiori

ovato oblongo declinato plano crenulato. Stamina exserta, superiora basi subdilatata, at integerrima. Antherae ovato-reniformes. Stylus longe exsertus, apice breviter subulato-bifidus. Achaenia non visa. — Crescit in Brasilia meridionali.

28. O. RIGIDUM Bth. l. c. 14. † — Ramis erectis strictis pubescentib.; foll. sessilib. amplexicaulib. lanceolatis acutis integerrimis, basi rotundatis rigidis ciliatis, floralib. bracteaeformib. ciliatis; racemis laxis; verticillastris bifloris; calycis fauce intus nuda, dente supremo breviter decurrente; corolla vix calycem excedente; staminibus edentulis. ♃ — Suffrutex videtur humilis rigidus strictus. Rami compresso-tetragoni, axillis pilosis, sulcis pubescentibus, angulis glaberrimis. Folia subcoriacea nervosa, ad nervos pilis longis albidis ciliata, caeterum glabra, utrinque glandulosa, floralia sessilia, pedunculo quadruplo breviora. Racemi 3–4-pollicares pauciflori, rhachi pedicellis calycibusque glanduloso-pubescentibus. Calyces ovati deflexi, pedicellum aequantes purpurascentes nervosi, dens supremus late ovatus acutiusculus planus, laterales angustiores ovati acuti, superiorem aequantes, infimi paullo longiores lanceolati subulato-acuminati. Corollae labium superius trilobum, lobo medio late ovato emarginato, inferius duplo longius dilatatum concavum. Achaenia rotundato-compressa subinflata. — Crescit in Africa tropica circa Angolam.

29. O. TERETICAULE Poir. Dict. Suppl. I. 595. — Bth. l. c. 14. † — Caule suffruticoso villoso; foll. breviter petiolatis oblongis irregulariter serratis, basi longe angustatis, utrinq. pubescentib., floralib. conformib. flore longiorib, supremis persistentib.; calycib. declinatis tubulosis hispidis, dente supremo breviter decurrente; corollis vix calyce longiorib.; staminib. inclusis, filamentis edentulis. ♃ — Suffrutex diffusus v. divaricatus, ramis teretibus tomento cano villosis. Folia obtusiuscula irregulariter serrata v. crenata, utrinque pubescentia, floralia conformia, intermedia decidua, suprema persistentia flores longe superantia. Verticillastri remoti 6-flori. Pedicelli 2–3 lin. longi. Calyces declinati, demum reflexi, basi hispidi, 10-nervii, dentibus membranaceis, supremo ovato marginibus revolutis, inferioribus inflexis acutissimis, lateralibus lanceolatis, infimis subulatis, fauce intus nuda. Corollae lobi superiores 4 ovati, infimus paullo longior angustior. Genitalia tubo inclusa. Filamenta superiora basi nuda. Stylus obtusus, breviter bifidus. — *O. Thonningii* Schum. Kongl. Dansk. Vidensk. Selsk. Afhandl. IV. 39. — Crescit in Africa tropica, in Guinea et in Senegambia.

30. O. BRACTEOSUM Bth. l. c. † — Hook. Icon. plant. t. 455. — Caule herbaceo erecto piloso-hispido; foll. breviter petiolatis oblongo-lanceolatis acutiusculis remote serratis, basi angustatis, supra glabriusculis, subtus hispidulis, floralib. bracteaeformib., calyce duplo triplove longiorib. cuneatis colorátis; calycib. fructiferis reflexis ovatis subinflatis, dente supremo ovato breviter decurrente, marginib. revolutis, lateralib. ovatis breviter mucronatis, infimis longe subulatis; staminib. breviter exsertis, filamentis edentulis. ♃ — Herba 1–1½-pedalis, parum ramosa, ramis obtuse tetragonis. Folia 1–2-pollicaria, subtus pallida. Inflorescentia *O. Basilici*, at folia floralia multo longiora petiolata, late ovato-cuneata integerrima, saepius colorata, glabra v. pubescentia, demum decidua. Calyces fructiferi ut in *O. Basilico* ad axin arcte adpressi, sed breviter hispidi nec ciliati, dentis superioris forma fere *O. gratissimi*. Corollae labium superius truncatum, breviter quadridentatum, inferius paullo longius dilatatum concavum. Achaenia orbiculata subcompressa laevia. — Crescit in Africa occidentali tropica, in arvis Lambsar Senegambiae.

31. O.? DIFFUSUM Benth. in Wall. Plant. Asiatic. rar. II. 14. et Labiatar. gen. et spec. 15. † — Caule suffruticoso diffuso villoso; foll. petiolatis ovatis crenatis, basi rotundato-cuneatis tomentoso-villosis; racemis gracilib. paucifloris; corollis calyce vix duplo longiorib., tubo recto, fauce subaequali; staminib. corolla breviorib., filamentis edentulis. ♃ — Suffrutex humilis ramosissimus, omnibus partibus pubescentia subviscosa vestitus. Folia vix 8–10 lineas longa, 6–8 lata, forma fere *O. sancti* sed ad basin magis cuneata, floralia minutissima. Racemi

2–3 poll. longi. Verticillastri pauci, saepius 2–4–flori, rarius 6–flori, subsecundi. Calyx pubescens, intus fauce pilis clausa, floriger campanulatus, dente supremo orbiculato plano, inferioribus minutis, fructifer nutans oblongus striatus, dente supremo adscendente, marginibus revolutis, inferioribus lanceolato–subulatis porrectis. Corolla 2 v. 2¼ lineas longa glabra, lobo supremo latiore integro, 2 lateralibus infimoque vix concavo ovatis. Stamina brevissima inclusa, filamentis integris. Stylus inclusus, apice obtusus, demum bifidus. Achaenia oblonga, oculo armato minutissime punctata. — An *Orthosiphonis* species? — Crescit in India orientali, in aridissimis rupestribus peninsulae circa Tanjore Tondiman et Tenivelly, ad Palameottah.

32. O.? MEMBRANACEUM Bth. Labiat. gen. et spec. 15. — Caule erecto villoso; foll. breviter petiolatis ovatis obtusis crenatis, basi rotundatis rugosis villosis, floralib. infimis conformib., superiorib. bracteaeformib. lanceolatis membranaceis villosis; racemis simplicib.; verticillastris sub–10–floris; calycib. oblongis pubescentib., dente supremo orbiculato vix decurrente, inferiorib. lanceolato–subulatis; staminib. corolla breviorib.; filamentis edentulis. ♃ — Caulis herbaceus videtur. Folia pallida, minute glandulosa, floralia sessilia. Racemi 4–6–pollicares. Calycis dens supremus membranaceus flavescens acutus, rarius truncatus v. brevissime denticulatus, infimi lateralibus paullo longiores. Corolla calycem vix superans, labium superius trifidum, lobo medio lato orbiculato emarginato, inferius breve orbiculatum concavum integerrimum. Stylus breviter bifidus, lobis subcomplanatis. — Crescit in Africa tropica ad Guipungo Angolae.

† *Species quoad genus vel sectionem dubiae.*

33. O. AFRICANUM Lour. Fl. Cochin. 370. — Bth. l. c. 16. — Foll. lanceolatis integerrimis pilosis; spicis terminalib. verticillatis interruptis. ☉ — Caulis annuus pedalis erectus tetragonus pilosus, ramis paucis adscendentibus. Folia ovato–lanceolata integerrima pilosa opposita petiolata. Flos albus minutus resupinatus, spicis verticillatis erectis longis terminalibus, verticillis interruptis hirsutis. Tota planta suave olet. — Crescit in Africae orientalis arenariis.

34. O. ZATARHENDI Bth. l. c. 16. — Foll. carnosis cuneato–oblongis, utrinq. subquadridentatis villosis sessilibus. ♄ — Caulis fruticosus diffusus pedalis brachiatus. Rami teretes villosi conferti brachiati articulati, articulis unguem longis. Folia opposita sessilia, semipollicem remota subpollicaria crassa, basi attenuata integra, superius utrinque 4–dentata, apicis dente obtuso, villosula, supra cana, subtus punctis ferrugineis aspersa, intus pulposa. Pedunculi axillares terni uniflori breves filiformes. Flores non visi. Valde fragrans. Dicunt edule esse. Simiis quoque gratum. — Forsk. Fl. Aeg. Arab. 110. — *O. Zatarhendi β.* Forsk. l. c. — Crescit in Arabia felici, in montibus mediis inter Dorebat Taaes.

35. O. VAALAE Forsk. Fl. Aeg. Arab. 111. — Bth. l. c. 16. — Caule tetragono brachiato; radicib. filamentosis; fructu piloso. ♃? — Tantae fragrantiae sunt radices, ut incolae soleant affricando communicare odorem ipsis odoriferis Moscho, Zibeto etc. et suaveolentia haec gestant secum in capsula, ut semper gratum spireat odorem. — Crescit in Arabia felici, e regionibus montosis orientem versus affertur venale Beit el fakih.

36. O. MACROSTACHYUM Poir. Dict. Suppl. I. 392. — Bth. l. c. 16. — Caule suffruticoso; foll. ovato–sublanceolatis obtusis subdentatis subglabris; spica densa terminali. ♃ — Caules duri glabri ramosissimi, rami pilosi. Folia vix petiolata parva brevia, ovalia v. ovali–oblonga subcarnosa viridia, utrinque fere glabra obtusa, vix dentata. Spicae terminales, 1 poll. et ultra longae cylindricae obtusae, floribus densis, calycibus pilis brevibus hirsutis. — In India orientali, ad Pondichery.

37. O. VISCOSUM Roth. Nov. spec. plantar. 274. — Bth. l. c. 17. † — Viscosum, pilosissimum: foll. obovato–subrotundis grosse et obtuse serratis, subtus reticulato–rugosis; racemo simplici; bracteis ovatis petiolatis; calycis labio inferiori quadridentato, dentib. intermediis longioribus. ♃? — Tota planta primo intuitu o

fusco v. griseo tomentosa videtur, at pilis capitatis densissime obsessa est. Caulis erectus palmaris et longior, basi sublignosus, crassitie fili emporetici tenuioris. Folia petiolata obovato-subrotunda, grosse et obtuse serrata, basi in petiolum plerumque paullo breviorem attenuata, subtus praesertim pilis densissimis capitatis quasi tomentosa, et reticulo venarum eminentiore rugulosa magnitudine *Origani Majoranae*. Racemus in caule ramisque terminalis simplex laxus elongatus. Verticilli remoti, inferiores plerumque 4-, superiores 6-flori. Bracteae ad quemvis verticillum duae oppositae ovatae integerrimae, pedunculis triplo breviores. Pedunculi setacei, longitudine calycis, simplices uniflori. Calyx nervosus, venoso-reticulatus bilabiatus. Labium superius ovatum, apice subangulosum, post florescentiam demum colore sanguineo suffusum, inferius 4-dentatum, dentibus lineari-subulatis, 2 intermediis dimidio longioribus, labium superius superemineutibus. Corolla sanguinea bilabiata. Labium superius rotundatum integerrimum, inferius trilobum, lobis subaequalibus, intermedio paullo latiore. Stamina didynama inclusa. Filamenta purpurea, fauci corollae infixa et in tubum decurrentia edentula. Antherae reniformes flavidae. — An *Orthosiphonis* species? — *O. menthoides* Heyne mss. — *Plectranthus viscosus* Spr. Syst. vegetab. II. 690. — Crescit in India orientali.

38. O. ACUTUM Thnbrg. Fl. Japon. 248. — Bth. l. c. 17. — Racemis filiformib.; foll. ovatis acuminatis serratis; bracteis hirtis. ♃? — Caulis tetragonus erectus glaber laevis. Folia petiolata ovata acuminata serrata, inferne integra glabra, subtus pallida venosa, 2 poll. lata, tripollicaria. Petiolus folio paullo brevior in carina subtus hirtus. Racemi filiformes digitales et ultra. Bracteae ovatae acutae hispidae. — Crescit in Japonia.

39. O. CRISPUM Thnbrg. l. c. — Bth. l. c. 17. — Racemis terminalib.; foll. ovatis serratis crispis; calycib. hispidis. ♃ — Caulis tetragonus erectus villosus ramosus. Rami decussati, cauli similes. Folia petiolata ovata acuminata serrata, inferne integra glabra purpurascentia crispata pollicaria. Petiolus longitudine folii, laxus villosus. Racemi terminales laxi digitales et spithamei. Bracteae oblongae acuminatae laeves glabrae. Calyces hispidi. Decocto hujus tingunt Japonenses radices *Raphani, Rapae*, et fructus varios colore saturate rubro. — *Siso s. e. Purpura, vulgo Murasaakki s. e. nobilis* Kaempf. Amoen. exotic. fasc. V. p. 784. ex Thnbrg. — Crescit in Japonia circa Nagasaki culta.

40. O. RUGOSUM Thnbrg. l. c. 249. — Bth. l. c. 17. — Racemis terminalib; foll. ovatis acutis serratis, subtus rugosis. ♃ — Caulis tetragonus sulcatus, tenuissime tomentosus, bipedalis et ultra. Rami oppositi, cauli similes patuli. Folia ovata acuminata serrata, subtus rugosa et pallida, superioribus sensim minoribus. Florum racemi terminales contracti. — Crescit in Japonia.

41. O. SCABRUM Thnbrg. mss. in Transact. of the Linn. Soc. II. 338. — Bth. l. c. 17. — Racemis simplicib. erectis; foll. ovatis subtus punctatis. ♃? — Caulis erectus paniculatus tetragonus, uti tota planta piloso-scabridus pedalis et ultra. Folia oblonga acuta serrata, subtus minutis poris punctata. Racemi terminales simplices, floribus oppositis, digitales. Bracteae flores distinguentes setaceae. — *Ocymum punctatum* Thnbrg. Fl. Jap. 249. — Crescit in Japonia.

42. O. INFLEXUM Thnbrg. Fl. Jap. 249. — Bth. l. c. 18. — Panicula terminali racemosa; caule ramisque flexuosis. ♃? — Caulis herbaceus et rami flexuoso-erecti, apice inflexi, tenuissime tomentosi tetragoni pedales. Folia ovata acuta serrata, tenuissime scabra unguicularia. Panicula racemosa coarctata. Usus pulveris hujus pro suffimigiis idolorum. — Crescit in Japonia.

43. O. VIRGATUM Thnbrg. l. c. 250. — Bth. l. c. — Racemis verticillatis virgatis; foll. oblongis serratis. ♃? — Caulis tetragonus, profunde sulcatus, tenuissime tomentosus flexuoso-erectus ramosus. Rami cauli similes, inferiores remotiores, superiores virgati. Folia obovato-oblonga serrata, tenuissime tomentosa pollicaria et ultra. Racemi florum in ramis terminales, ex verticillis sexfloris frequentibus digitales erecti. — Crescit in Japonia prope Nagasaki.

†† *Species non descripta.*

O. CINEREUM Br. in App. to Salt Abyss.

††† *Species e genere expellendae.*

O. ACROCEPHALUM Blume. = ACROCEPHALUS BLUMEI.
O. ASPERUM Roth. = COLEUS BARBATUS.
O. CAPITATUM Roth. = ACROCEPHALUS CAPITATUS.
O. CAPITELLATUM Linn. = ACROCEPHALUS CAPITATUS.
O. COETSA Spr. = PLECTRANTHUS COETSA.
O. DENSIFLORUM Roth. = PLECTRANTHUS DENSIFLORUS.
O. DIMIDIATUM Schum. = MOSCHOSMA DIMIDIATUM.
O. FASTIGIATUM Roth. = SALVIA PLEBEJA.
O. GRANDIFLORUM Blume. = ORTHOSIPHON STAMINEUS.
O. GRATISSIMUM Forsk. = PLECTRANTHUS OVATUS.
O. HADIENSE Forsk. = PLECTRANTHUS MADAGASCARIENSIS.
O. MADAGASCARIENSE Pers. = PLECTRANTHUS MADAGASCARIENSIS.
O. MAYPURENSE Roth. = PLECTRANTHUS CORDIFOLIUS.
O. MENTHOIDES Linn. = GENIOSPORUM PROSTRATUM.
O. MOLLE Ait. = PLECTRANTHUS CORDIFOLIUS.
O. MONADELPHUM Roth. = COLEUS HEYNEI.
O. MONOSTACHYUM Beauv. = PLECTRANTHUS PALISOTI.
O. PANICULATUM Pers. = COLEUS PERSOONII.
O. POLYCLADON Lnk. = MOSCHOSMA OCYMOIDES.
O. POLYSTACHYON Linn. = MOSCHOSMA POLYSTACHYUM.
O. PROSTRATUM Linn. = GENIOSPORUM PROSTRATUM.
O. PUNCTATUM Linn. = PLECTRANTHUS PUNCTATUS.
O. RACEMOSUM Thunb. = PLECTRANTHUS THUNBERGII.
O. SALVIOIDES Roth. = PLECTRANTHUS SALVIOIDES.
O. SCUTELLARIOIDES Linn. = COLEUS SCUTELLARIOIDES.
O. SUFFRUTICOSUM Schum. et Thonn. = ORTHOSIPHON GLABRATUS.
O. SYLVATICUM Schum. = GENIOSPORUM PALISOTI.
O. TENUIFLORUM Burm. = MOSCHOSMA POLYSTACHYUM.
O. TERNIFOLIUM Spreng. = PLECTRANTHUS TERNIFOLIUS.
O. THONNINGII Schum. = ORTHOSIPHON GLABRATUS.
O. THYMIFLORUM Roth. = ORTHOSIPHON GLABRATUS.
O. TRISTE Roth. = ORTHOSIPHON RUBICUNDUS.
O. VERTICILLATUM Linn. = PLECTRANTHUS THUNBERGII.
O. ZATARHENDI (*α.*) Forsk. = COLEUS ZATARHENDI.

3570. **GENIOSPORUM** *Wall.*

(Wall. mss. in Bth. Labiat. gener. et spec. 19. — Meisn. Gener. plant. vascular. I. 282. II. 191.)

Sectio I. GENIOSPORUM Bth. l. c. 20.

Calycis dentes duo infimi liberi.

1. MADAGASCARIENSE Bth. l. c. 20. † — Caule suffruticoso procumbente ramoso; foll. petiolatis ovatis obtusiusculis crenatis, basi rotundatis v. cordatis rugosis, utrinq. villosulis, floralib. bracteaeformib. ovatis acutis, basi albidis. ♁ — Caulis procumbens, obtuse tetragonus glaber, ramis junioribus brevissime rufo-pubescentibus. Folia petiolata subpollicaria ovata obtusiuscula crenata, basi rotundata, inferiora subcordata, juniora cuneata, utrinque villosula rugosula, suprema ut floralia basi albida, floralia parva bracteaeformia ovata acuta sessilia. Verticillastri distincti 10-flori racemosi, racemis 2-4 poll. longis. Calyces subsessiles, floriferi campanulati, corolla dimidio breviores, fructiferi suberecti tubulosi glabri striati, transversim rugosi, dentibus brevibus, superiore late ovato patente non decurrente, 4 inferioribus lato-lanceolatis erectis. Corollae tubus basi tenuis, fauce campanulata, lobis patentibus, 4 superioribus ovatis, inferiore

declinato lineari-cuneato subconcavo. Genitalia exserta. Achaenia lineari-oblonga, sub lente rugosula nigra. — Crescit in Madagascaria in monte Tanonarivan provinciae Emirnensis.

2. G. STROBILIFERUM Wall. Plant. Asiat. rarior. II. 18. — Bth. l. c. † — Hook. Icon. plantar. t. 462. — Caule erecto ramoso; foll. subsessilib. ovato-oblongis, utrinq. angustatis dentatis asperis, supra hispidulis, subtus glabriusculis; verticillastris multifloris in apice ramorum ♀ spicatis, infimis subremotis; foll. floralib. ovatis acuminatis, flores superantib.; calycib. subsessilib., fructiferis erectis striatis tubulosis, basi transverse rugosis, ore membranaceo irregulariter 5-dentato. ♁ — Caulis basi fruticosus, ramis elongatis erectis. Folia caulina 2–3-pollicaria, basi in petiolum brevissimum attenuata, superiora minora et floralia basi saepius alba. Racemi spiciformes, 3–4-pollicares; verticillastri approximati v. infimi parum distantes. Calyx saepius subbilabiatus, fructifer lineas 3 longus, labii superioris dente medio ovato obtuso, lateralibus minutis, labio inferiore breviore bidentato. Corolla vix calyce longior, labium superius late 4-fidum, inferius subbrevior anguste lanceolatum. Genitalia corolla subbreviora. — *Plectranthes colorata* D. Don, Prodr. fl. Nep. 116. — Crescit in India orientali, in montosis Nepaliae et Silhet.

3. G. PARVIFLORUM Benth. in Wall. Plant. Asiat. rar. II. 18. et Labiat. gener. et spec. 20. † — Caule erecto ramoso; foll. oblongo-lanceolatis acutis, utrinq. angustatis serratis strigoso-hispidulis; racemo elongato laxo multifloro; calycib. pedicellatis, fructiferis declinatis, basi transverse rugosis, ore bilabiato, labio superiore tridentato, dente medio majore ovato, inferiore integerrimo inflexo, calycem claudente. ♃? — Caulis pedalis sesquipedalisve inferne glaber, superne pilis raris adpressis hispidulus, et ad axillas foliorum caulinorum et floralium fasciculo pilorum munitus. Folia in petiolum brevem attenuata acuminata, irregulariter et acute dentata, basi cuneata integerrima, supra et ad nervos strigoso-hispidula, floralia ovata acuminata, floribus subbreviora, supra glaberrima, subtus hispidula. Racemi 3–6-pollicares, verticillastris laxis subremotis 15–20-floris. Pedicelli calyce longiores erecti graciles glabri. Calyces per anthesin minuti hispidi, fructiferi vix lineas 2 longi, basi hispiduli, labiis membranaceis glabris. Corolla parva, staminibus exsertis. — Crescit in India orientali in montibus Silhet.

4. G. ELONGATUM Bth. Labiat. gen. et spec. 21. † — Caule basi prostrato ramisq. elongatis suberectis pubescentib.; foll. breviter petiolatis oblongo-lanceolatis acutis serratis, basi attenuatis hispidulis; verticillastris multifloris approximatis spicatis; calycib. breviter pedicellatis, fructiferis subdeclinatis ovatis, basi striatis transverse rugosis, ore contracto, dente superiore ovato membranaceo obtuso, 4 inferiorib. minorib. acutis. ♃ — Habitu *G. prostrato* affine, differt caulibus elongatis minus foliosis, angulis vix callosis pubescentibus, racemis densioribus. Pedicelli brevissimi. Folia floralia late ovata, basi albida acuta. Calyx magnitudine calycis *G. prostrati*, sed ore vix dilatato, dente supremo ovato obtuso, 2 lateralibus distinctis anguste lanceolatis acutis, 2 infimis subconformibus. — *Rhinanthus Indica* Burm. Fl. Ind. 131. t. 30. fig. 1. — Crescit in Zeylaniae montibus.

5. G. GRACILE Bth. l. c. † — Glaberrimum: caulib. prostratis ramosissimis; foll. oblongo-linearib. subserratis, basi longe angustatis; verticillastris multifloris laxe racemosis, inferiorib. remotis; pedicellis capillaceis calyce subduplo longiorib.; calycib. tubulosis, basi striatis transverse subrugosis, ore membranaceo acute quinquedentato subbilabiato. ♃ — Affine *G. prostrato*, sed primo intuitu glabritie et foliis angustioribus distinguendum. Inflorescentia *G. prostrati*, sed laxior. Calyx paullo et pedicelli duplo longiores. Corollae minutae, genitalibus breviter exsertis. A *G. elongato* caulibus prostratis et racemis elongatis differt. — Crescit in India orientali, ad littora maris prope Colombo Zeylaniae et in Coromandelia.

6. G. PROSTRATUM Benth. in Wall. Plant. Asiat. rar. II. 18. et Labiat. gener. et spec. 21. † et 708. — Caule prostrato ramisq. hispidis; foll. petiolatis oblongo-lanceolatis, inferiorib. subovatis, supremis lanceolato-linearib. serratis, basi angustatis; verticillastris multifloris spicatis, inferiorib. subremotis; calycib. pedi-

cellatis, fructiferis declinatis, basi striatis transverse subrugosis, ore membranaceo irregulariter bilabiato, labio superiore tridentato, dente medio majore, inferiori erecto bidentato. 4. — Caulis prostratus ramosissimus hispidus, angulis subcallosis glaberrimis. Folia parva, semipollicem ad pollicem longa, lineas 3–4 lata, acute et remote serrata. Racemi 2–4 pollices longi spicaeformes. Verticillastri 10–20-flori, inferiores remotiusculi, supremi approximati. Folia floralia ovata acuminata sessilia, basi albida submembranacea. Pedicelli calyce longiores graciles erecti v. subincurvi. Calyces parvi, fructiferi vix 1½ lin. longi, basi striati hispiduli, superne contracti, ore dilatato membranaceo. Corolla minuta, calyce vix duplo longior, tubo brevissimo incluso. Stamina breviter exserta. — *Katutumba* Rheede, Hort. Mal. X. 183. t. 92? — *Mentha Zeylanica etc.* Burm. Thes. Zeyl. 158. t. 70. fig. 2. — *Thymus Indicus* Burm. Fl. Ind. 129. — *Ocymum menthoides* Burm. Fl. Ind. 129. — Linn. Mant. plant. 84. — *Ocymum prostratum* Linn. Mantiss. plant. 366. — *Lumnitzera prostrata* Spr. Syst. veget. II. 687. — *Mentha* (*Elsholtzia* Pers. Enchir. II. 114.) *ocymoides* Lam. Dict. IV. 103. — Crescit in India orientali, in maritimis Coromandeliae et Zeylaniae.

7 G. **THYMIFOLIUM** Bth. l. c. 21. † — Caule herbaceo, basi procumbente pubescente; foll. sessilib. ovatis obtusis crenatis, floralib. subconformib. minoribus, supremis bracteisq. albido-cartilagineis; verticillastris distantib.; calycib. subsessilib. irregulariter bilabiatis, labio superiore ovato integro v. basi utriuq. dentato, inferiore integro v. bidentato. 4? — Caules basi procumbentes elongati, superne adscendentes ramosi tenues. Folia vix ultra semipollicem longa, basi rotundato-cuneata, supra hispidula, subtus ad nervos elevatos villosula, caeterum glabriuscula, floralia suprema bracteaeformia minuta. Racemi graciles interrupti. Verticillastri globosi, remotiores quam in *G. prostrato*, at flores pauciores arctius sessiles. Calyx magnitudine calycis *G. prostrati*, fructifer magis auctus, dentibus obtusioribus. Corolla calycem breviter excedens. Stamina breviter exserta. — Habitat in Madagascaria, in provincise Emirnensis montibus.

Sectio II. PLATOSTOMA Bth. l. c. 22.
Dentes calycini in labia duo subintegra coaliti.

8. G. **PALISOTI** Bth. l. c. 22. † — Caule erecto-pubescente; foll. petiolatis ovatis, basi rotundato-cuneatis, floralib. verticillastro vix longioribus; racemo gracili calycis labiis membranaceis subintegris. ☉? — Caulis herbaceus subsimplex, parce pubescens, ramis junioribus villosis. Folia (*Moschosmatis polystachyi*) obtusa crenata glabriuscula, pilis raris hispidula v. pubescentia, floralia bracteaeformia acuminata. Racemus simplex 3–4-pollicaris. Verticillastri laxi sub-10-flori. Pedicelli tenues, 2 lin. longi. Flores parvi. Calyx ovatus, fructifer declinatus bilabiatus, labiis membranaceis obtusis integris (dente superiore ovato elongato, basi non decurrente, lateralibus truncatis, infimis coalitis), superiore patente, inferiore calycem claudente v. demum patente, fauce intus nuda. Corollae tubus calycem vix superans, faux subaequalis, labium superius 4-fidum, inferius declinatum concavum, basi angustatum, superiori vix longius. Genitalia glabra, corollam aequantia. Filamenta libera edentula. Stylus breviter bifidus(?). — Specimina *Palisotiana* villosiora sunt quam *Vahliana*. — *Platostoma Africanum* Pal. de Beauv. Fl. Ow. et Ben. II. 61. t. 95. fig. 2. — *Ocymum sylvaticum* Schum. et Thonn. Kongl. Dansk. Vidensk. Selsk. Afhandl. IV. 44. — Habitat in Africa tropica, in regno Benin, ad Sherwood's Creek in Congo, in sylvis ad Aquapim.

3571. MESONA *Blume.*

(Blume, Bijdragen 838. — Meisn. Gener. plant. vascul. I. 282. II. 191. — Bth. Labiat. gener. et spec. 22.)

1. M. **PALUSTRIS** Blume, Bijdragen 839. — Bth. l. c. — Herba inodora, foliis ovato-oblongis dentatis rugosis pilosiusculis; floribus dense verticillato-spicatis; verticillis bracteatis, pedicellis fasciculatis. 4? — In Javae paludosis circa Buitenzorg.

3572. ACROCEPHALUS *Bth.*

(Bth. Labiat. gener. et spec. 23. — Meisn. Gener. plant. vascul. I. 282. II. 191.)

1. A. CAPITATUS Bth. in Wall. Plant. Asiat. rarior. II. 18. et Labiat. gener. et spec. 23. † — Hook Icon. plant. t. 556. † — Caule procumbente foliisq. ovatis subglabris; calycis labio inferiore 4-dentato. 2. — Caulis tenuis, basi ramosissimus, ramis adscendentibus glabris v. utrinque linea pilosa notatis. Folia petiolata oblongo-ovata, remote serrata, basi angustata integerrima glabra, floralia sub capitulo 2-4 ovata subsessilia capitulo longiora, in capitulo minutissima. Capitula ovata, terminalia v. axillaria, pedunculata v. sessilia, e verticillastris 6-floris densissime imbricatis composita. Calyx per anthesin vix linearis, fructifer tubulosus, fere semipollicaris scariosus glaber, labio superiore convexo, inferioris dentibus subulatis ciliatis. Corolla calycem aequans. Stamina inclusa. — *Prunella Indica* Burm. Fl. Ind. 130. — *O. capitellatum* Linn. Mant. plant. 276. — *O. capitatum* Roth, Nov. plant. spec. 276. — *Lumnitzera capitata* Spr. Syst. vegetab. II. 687. — In India orientali, in peninsula circa Travancore et Courtallum, ad Monghyr et Goalpara, in Nepalia, in regno Burmanico ad montem Taong Dong, in Java, in China.
2. A. BLUMEI Bth. Labiat. gener. et spec. 23. — Caule diffuso tetragono; foll. lineari-lanceolatis grosse serratis; florib. dense capitatis terminalib., bracteis ovatis nervosis cinctis. 2. — An ab *O. capitato* distinctum? — *Ocymum acrocephalum* Blume, Bijdragen 834. — Habitat in Javae graminosis humidis circa Rompieu.
3. A. VILLOSUS Bth. l. c. — Caule erecto foliisq. piloso-hirsutis; calycis labio inferiore integerrimo. 2. — Caulis erectus pedalis ramosus tetragonus striatus, pilis articulatis, saepe glandulosis villosus. Folia petiolata elliptico-oblonga serrata, basi angustata, pilis caulinis conformibus hirsuta, subtus glandulosa, floralia 2 v. 4 sub capitulo, caulinis conformia involucrantia, in capitulo membranacea late ovata sinuata flores subaequantia. Bracteae minutissimae. Capitula globosa, terminalia v. in dichotomia ramorum superiorum subsessilia, verticillastris 6-floris dense imbricatis. Calyx subscariosus; labium supremum subenerve integerrimum convexum subglabrum, inferius integerrimum inflexum 4-nervium, apice penicillatum. Corolla vix exserta. Stamina labium inferius aequantia. Styli lobus inferior superiorem basi involvens. — Crescit in Madagascaria.

3573. MOSCHOSMA *Rchb.*

(Rchb. Conspect. 171. — Meisn. Gener. plant. vascul. I. 282. II. 191. — Bth. Labiat. gener. et spec. 24. et 708.)

1. M. POLYSTACHYUM Bth. in Wall. Plant. Asiat. rarior. II. 13. — Bth. Labiat. gener. et spec. 24. et 708. — Caule acute tetragono, angulis laevib. v. vix asperis; verticillastris 6-10-floris laxis approximatis. ⊙ — Herba gracilis 1-2-pedalis ramosa, ramis glabris v. pilis brevibus raris hispidula. Folia longe petiolata ovata acutiuscula crenata, basi rotundata v. cuneata, glabra v. supra tenuissime pubescentia, subtus pallidiora. Racemi numerosi graciles 2-4-pollicares. Verticillastri saepius sexflori. Calyces hispiduli, vix bilabiati, dente supremo ovato obtusiusculo, lateralibus ovatis acuminatis, infimis setaceis. Corolla minuta, pallide purpurascens. — *Ocymum tenuiflorum* Burm. Flor. Ind. 129. (non Linn.) — *Ocymum polystachyon* Linn. Mant. plant. 567. — Murr. Comm. Götting. nov. III. 71. t. 3. — *Lumnitzera polystachya* Jacq. Eclog. II. — *Plectranthus parviflorus* R. Br. Prodr. fl. Nov. Holland. 506? — *Plectranthus micranthus* Spr. Syst. veget. II. 691?? — In Indiae orientalis humidis, in peninsula, ad Arcot in provincia Circariense, in insula Mauritio, in regno Burmanico ad Rangoon et Prome et in provincia Tavoy, in Java juxta Batavíam et in insula Timor.
2. M. AUSTRALE Bth. l. c. 708. — Caule acute tetragono, angulis laevib.; foll. ovatis v. ovato-lanceolatis pubescentib.; verticillastris laxe 6-10-floris distantib.; stylo apice bifido. ⊙ — Vix ac ne vix a praecedente differt foliis pubescentibus, racemis longioribus laxioribus, calycis dentibus inferioribus angustioribus et stylo profundius fisso. — *Plectranthus moschatus* R. Br. Prodr. fl. Nov. Holl. 506. [Bth.

l. c. 58.] — *Lumnitzera moschata* Spr. Syst. vegetab. II. 687. — In Nova Hollandia tropica crescit.

3. M. DIMIDIATUM Bth. l. c. 24. — Caule acute tetragono, angulis laevib.; racemis elongatis; verticillastris sub-10-floris glomeratis remotiusculis. ☉? — *M. polystachyo* valde affine differt: foliis majoribus, racemis longioribus 8–10-pollicaribus, floribus minoribus, verticillastris saepius 10-floris distantibus. — *Ocymum dimidiatum* Schum. et Thonn. Kongl. Dansk. Selsk. Vidensk. Afhandl. IV. 41. — Habitat in Africa tropica, in Congo et in Guinea.

4. M. OCYMOIDES Bth. in Wall. Plant. Asiat. rarior. II. 13. et Labiat. gener. et spec. 23. — Caule tetragono, angulis asperis; verticillastris 6-floris laxis. ☉? — Habitus *M. polystachyi*, sed folia acutius serrata, supra hispidula, subtus canescentia; calyces paullo majores glabriusculi, fructiferi aucti patentes distinctius bilabiati, labio superiore tridentato, dentibus ovatis, medio latiore, inferiore bidentato, dentibus lanceolatis acutis. — *Lumnitzera ocymoides* Jacq. Eclog. II. — *Ocymum polycladon* Lnk. Enum. plant. hort. Berol. II. 119. — Habitat in India orientali in provincia Silhet.

† *Species quoad genus dubia.*

LUMNITZERA CAESIA Spr. Syst. vegetab. IV. cur. poster. 223. — Ramis glabriusculis teretibus; foliis ovatis dentato-crenatis; pedunculis subverticillatis basi bracteatis. — Species pessime descripta, verosimiliter non nova, et ideo vix retinenda. — Crescit.....?

†† *Species e genere excludendae.*

L. CAPITATA Spr. = ACROCEPHALUS CAPITATUS.
L. CARNOSA Spr. = OCYMUM CARNOSUM?
L. DENSIFLORA Spr. = PLECTRANTHUS RUGOSUS?
L. FASTIGIATA Spr. = SALVIA PLEBEJA.
L. MOSCHATA Spr. = PLECTRANTHUS MOSCHATUS.
L. PROSTRATA Spr. = GENIOSPORUM PROSTRATUM.
L. RUBICUNDA Spr. = ORTHOSIPHON RUBICUNDUS.
L. SALVIOIDES Spr. = PLECTRANTHUS HEYNEI.
L. TENUIFLORA Spr. = OCYMUM SANCTUM.
L. VIRGATA Spr. = ORTHOSIPHON VIRGATUS.

3574. ORTHOSIPHON *Bth.*

(Bth. in Bot. Reg. XV. ad calc. no. 1300. — Meisn. Gener. plant. vascul. I. 282. II. 191. — Bth. Labiat. gener. et spec. 25.)

1. O. RUBICUNDUS Bth. in Wall. Plant. Asiat. rarior. II. 14 et Labiat. gener. et spec. 26. † — Hook. Icon. plantar. t. 459. — Caulib. caespitosis, basi foliosis ramosis; foll. oblongo-ovatis grosse dentatis, basi angustatis, infimis petiolatis, superiorib. sessilib.; corollae tubo recto, fauce subaequali calyce duplo longiore; staminib. corollam aequantibus. ♃ — Radix crassa, fibris lateralibus saepe tuberosis. Caules cum racemo pedales v. ultra, adscendentes tetragoni, pilis articulatis viscosis magis minusve villosi, v. in var. γ. fere glabri, basi foliosi ramosi, apice subnudi. Folia 2–3-pollicaria crassiuscula, subtus pallida venosa minutissime glanduloso-punctata, floralia bracteaeformia minuta ovata acuminata. Racemus 6–9-pollicaris, verticillastris demum fere pollicem distantibus sexfloris. Calyces fructiferi pedicello longiores, oblongi nutantes, parum incurvi, 3 lineas longi, dente supremo ovato, supra concavo, colorato. Corolla alba v. dilute purpurascens, lineas 6 v. in speciminibus Napalensibus fere 8 longa. — *Plectranthes rubicunda* D. Don, Prodr. fl. Nepal. 116. — *Lumnitzera rubicunda* Spr. Syst. vegetab. IV. cur. post. 223.

α. *mollissimus* Bth. l. c. — Foliis utrinque mollissime villosis. — *Plectranthus mollissimus* Wall. mss.

β. *canescens* Bth. l. c. — Foliis breviter tomentoso-pubescentibus. — *Plectranthus tuberosus* Roxb. mss. — *Ocimum tuberosum* Rxb. in Herb. Banks.

γ. *rigidus* Bth. l. c. — Foliis glabriusculis v. brevissime tomentosis. — *Ocimum rigidum* Hamilt. mss. — Habitat in India orientali, α. in Napalia et Kamoun, β. in montibus Orixae, ad Segain regno Burmanico, γ. ad Nathpur et Monghyr.

2. O. VIRGATUS Bth. in Wall. l. c. et Labiat. gener. et spec. 26. † — Caulib. basi caespitosis; ramis erectis strictis; foll. oblongo-lanceolatis subdentatis, basi angustatis sessilib. v. infimis breviter petiolatis; corollis calyce duplo longioribus, tubo rectiusculo, fauce subaequali; staminib. corollam subaequantibus. ♃ — Ab *O. rubicundo* differt: caulibus elatioribus, foliis angustioribus, racemo breviore paucifloro, verticillastris remotioribus, corollis minoribus, tubo vix recto. Caules stricti, parum foliosi, uti tota planta glabriusculi. Calyces colorati. — *Plectranthes virgata* D. Don, Prodr. fl. Nep. 116. — *Lumnitzera virgata* Spr. Syst. veget. IV. cur. post. 223. — In India orientali, ad Gorakpur et in montibus Morang.

3. O. VISCOSUS Bth. in Wall. l. c. et Labiat. gener. et spec. 27. — Caule basi fruticoso erecto ramoso; foll. petiolatis ovatis crenatis, basi rotundatis v. cordatis viscoso-pubescentib. glanduloso-punctatis, petiolis axillisq. pilosis; corollae tubo recto calyce duplo longiore, fauce subaequali; staminib. corollam subaequantibus. ♃ — Inflorescentia *O. amoeni*, sed habitu et foliorum forma diversus. Rami, petioli et nervi foliorum pilis longis albidis viscosis saepius hispidi. — Habitat in India orientali, in montibus Dindygul.

4. O. TOMENTOSUS Bth l. l. c. c. — Caule suffruticoso; ramis adscendentib. tomentoso-pubescentib.; foll. petiolatis ovatis, basi cuneatis rotundatis v. subcordatis crassiusculis, utrinq. brevissime tomentoso-pubescentib., petiolis axillisq. nudis; racemis elongatis; corollis calyce triplo longioribus, tubo subincurvo, fauce subampliata; staminib. corolla brevioribus. ♃ — Medius inter *O. viscosum* et *glabratum*, affinis etiam nonnunquam *Ocimo diffuso*, a quo corolla triplo quadruplove majore et stylo distinctissimus. Folia fere *O. glabrati*, sed majora crassiora et saepius tomentosa, quamvis etiam in speciminibus nonnullis fere glabra, at semper densissime utrinque glanduloso-punctata. Racemi 6 pollices et ultra laxiusculi. Verticillastri secundi subsexflori. Calyces oblongi, fructiferi 2½ lin. longi. Corolla 9 lin. longa, fere *O. rubicundi*. — *Ocimum triste* Roth, Nov. plant. spec. 270? — *Plectranthus tristis* Spr. Syst. vegetab. II. 690. — Habit in India orientali ad Palaveram prope Maderaspatam.

5. O. PALLIDUS Royle mss. ex Bth. in Hook. Bot. Miscell. III. 370. — Bth. Labiat. gener. et spec. 708. † — Glaber v. tenuissime pubescens: caule ascendente; foll. petiolatis ovatis obtuse et grosse subinciso-dentatis, basi integerrimis cuneatis et in petiolum decurrentib.; corollae parvae tubo calycem subaequante, fauce subaequali; staminib. corolla brevioribus. ♃ — Affinis *O. tomentoso*, habitu *Ocimum ascendens*, foliis *Ocimum carnosum* quodammodo refert et per anthesin flores primo intuitu *Ocimis* affiniores quam *Orthosiphis* videntur, sed hujus generis est. Herba humilis, basi ramosa, florifera saepe vix bipollicaris, fructifera semipedalis v. parum altior. Rami acute tetragoni. Folia crassiuscula ½–1-pollicaria et longiora pallide viridia. Spicae subsimplices breves. Flores magnitudine *Ocimi diffusi*. Corollae labium inferius superiori longius concavum. Calyx fructifer elongatus, pedunculo recurvo ei aequali, deflexus tubulosus subincurvus glaber, dente supremo ovato concavo-replicato breviter decurrente, lateralibus brevibus latis acutis, infimis subulatis. — Crescit in India orientali ad ripas fl. Jumna, in arenosis Djamon regni Cashemeriani et in arvis Pozun.

6. O. GLABRATUS Bth. in Wall. Plant. Asiat. rar. II. 14. et Labiat. gener. et spec. 28. † et 709. — Caulib. adscendentib. ramosis glabris; foll. longe petiolatis ovatis acutis dentatis, basi rotundatis v. subcordatis glabriusculis; corollis subincurvis, tubo calyce duplo longiore, fauce subaequali; staminib. corolla brevioribus. ♃? — Herba perennis (?), basi ramosa, ramis adscendentibus v. erectis glabris v. pilis minutissimis scabriusculis, saepius purpurascentibus. Folia subpollicaria v. interdum 1½–2-pollicaria, grosse et acute serrata, basi in petiolum parum decurrentia, supra saepe purpurascentia, subtus pallida, juniora albida. Pe-

tioli inferiores folio longiores. Racemus 2–5-pollicaris gracilis. Verticillastri semipollicem distantes. Flores duplo minores quam in *O. rubicundo*. Calyces atro-purpurei glabri, dente supremo ovato rotundato, marginibus subrevolutis. Corolla parva gracilis glabra atro-purpurascens. — *Ocymum thymiflorum* Roth, Nov. plant. spec. 209? — *Plectranthus thymiflorus* Spr. Syst. vegetab. II. 699. — *Ocimum Thonningii* Schum. Kongl. Dansk. Vidensk. Selsk. Afhandl. IV. 43. — *Ocimum suffruticosum* Schum l. c. — Habitat in India orientali, in peninsula, in insula Zeylania, in Arabia et in Madagascaria.

7. O. INCURVUS Bth. in Wall. l. c. 15. et Labiat. gener. et spec. 28. — Maund et Henslow, The Botanist IV. t. 173. † — Caule basi procumbente adscendente; foll. petiolatis oblongis crenatis, utrinq. angustatis, tenuissime pubescentib.; verticillastris subsecundis; corollis villosis incurvis, calyce triplo longioribus, fauce subaequali; staminib. corollam subaequantibus. ♃ — Folia 2–3-pollicaria, inferiora longe petiolata, utrinque ad nervos petioli caulesque pubescentia. Racemi elongati laxi. Calyces *O. rubicundi* v. *O. virgati*. Corollae 9 lin. longae, tubo longe exserto, saepius valde incurvo, labiis patentibus ut in *Stachyde* v. *Betonica*. — Habitat in India orientali in montibus provinciae Silhet contiguis.

8. O. SCAPIGER Bth. l. l. c. c. — Caulib. e basi crassa repente radicante erectis simplicib. scapiformib.; foll. ad basin caulis approximatis petiolatis ovato-oblongis grosse dentatis, basi angustatis glabriusculis; racemis elongatis; corollis calyce subtriplo longioribus, tubo recto, fauce amplissima; staminib. vix corolla longioribus. ♃ — Radix crassa perennis subligniosa. Caules cum racemo 1–2-pedales glabriusculi. Folia fere omnia radicalia, limbo 3–5 poll. longo, 1½–2 poll. lato. Corolla coerulea, 7–8 lin. longa, fauce valde inflata campanulata; labium superius brevissimum 4-dentatum, inferius elongatum concavum. Genitalia breviter exserta. — Habitat in India orientali in Napalia.

9. O. STAMINEUS Bth. in Wall. l. c. et Labiat. gener. et spec. 29. † — Caule herbaceo erecto subramoso; foll. petiolatis ovatis acuminatis grosse dentatis, basi cuneatis rotundatis v. supremis subcordatis; racemis laxis; corollis calyce triplo longioribus, tubo subrecto, labio superiore dilatato; genitalib. longissime exsertis. ♃? — Herba 2–3-pedalis glabriuscula v. tenuissime tomentoso-pubescens. Inflorescentia et calyx omnino generis. Flores candidi pulcherrimi, fere *Clerodendri*. Corolla 8–9-linearis, tubo gracili, labium superius dilatatum quadridentatum, inferius lineare canaliculatum. Genitalia capillacea, corolla fere triplo longiora. Habitu planta florigera *Clerodendrum*, fructifera *Ocimum* refert. — Variat floribus albidis et lilacinis. — *Ocimum grandiflorum* Blume, Bijdragen 833. (non L'Hérit.) — Habitat in India orientali, in monte Taong Dong dicto Avae et in Martabania, in montibus Korojivari, in Java ad rivulos locis umbrosis, in insula Nikobar et ad Offak in insula Waigiou Moluccarum.

10. O. CAPITATUS Bth. Labiat. gener. et spec. 29. † — Caule herbaceo erecto subramoso; foll. petiolatis ovatis acuminatis grosse dentatis, basi angustatis; racemis spiciformib. abbreviatis densis paucifloris; corollis calyce plus duplo longioribus; genitalib. longissime exsertis. ♃ — Caules adscendentes, pedales et ultra, pilis brevibus rufis bifariam pubescentes. Folia 2–4-pollicaria acuta, irregulariter crenata, crenulis mucronatis, basi longe angustata, supra pilis raris brevibus hispidula, caeterum glabra. Verticillastri sexflori pauci, in spicam oblongam sesquipollicarem longissime pedunculatam approximati. Folia floralia inferiora, basi dilatata subamplexicaulia, longissime acuminata, calyces aequantia, suprema coma dilatata colorata glabra subciliata. Calyces subsessiles semipollicares glabri tubulosi, dente supremo maximo dilatato venoso marginibus reflexis vix decurrentibus, 4 inferioribus basi connatis, apice setaceis. Corolla fere *O. staminei*, sed labii superioris laciniae angustiores, labium inferius lineari-cuneatum canaliculatum. Genitalia corolla plus duplo longiora. — Habitat in America tropica.

Subtribus II. PLECTRANTHEAE Endl. Gener. plant. p. 609.

Corollae lacinia infima elongata concava. — *Tropicae gerontogeae.*

3575. PLECTRANTHUS *Hérit.*

(Hérit. Stirp. I. 83. — Meisn. Gener plant. vascular. I. 282. II. 191. — Bth. Labiat. gener. et spec. 29. et 709.)

Sectio I. GERMANEA Bth. l. c. 32.

Calyx fructifer declinatus, dente supremo ovato, 4 inferioribus lanceolatis. Corolla basi supra calcarata. Frutices. Flores paniculati.

1. PL. FRUTICOSUS L'Hérit. Stirp. I. 85. t. 41. — Bth. l. c. 32. — Caule fruticoso; ramis pubescentib.; foll. petiolatis late ovatis subcordatis duplicato-dentatis glabriusculis, floralib. bracteaeformib.; racemis laxis paniculatis; verticillastris laxe sexfloris; calycib. campanulatis, dente supremo ovato acuto non decurrente, inferiorib. lanceolato-subulatis, infimis longiorib., basi connatis; corollae tubo basi supra calcarato. ♄ — Frutex elegans 3–4-pedalis, caule, petiolis nervisque foliorum pilis adpressis rufis pubescentibus v. villosis. Folia juniora supra pilis sparsis hispidula, demum glabrata, 4-pollicaria et ultra, latitudine longitudinem aequantia, grosse et obtuse duplicato-serrata, basi late cordata truncata v. ad petiolum breviter cuneata, floralia subintegerrima, pedicellis multo breviora. Panicula parce ramosa. Pedicelli semipollicem longi. Corolla coerulea elegans, calcari ad basin tubi extra calycem exserto, tubo defracto calyce duplo longiore, labio superiore reflexo patente maximo late rotundato breviter quadrifido, inferiore breviore concavo deflexo. — *Germanea urticaefolia* Lam. Dict. II. 662. — Habitat in Promontorio bonae spei, in sylvis Hautniquas copiose prope Kabeljaus rivier et alibi.
2. PL. SACCATUS E. Mey. Comment. pl. Afric. austr. I. 227. — Caule suffruticoso procumbente; foll. petiolatis subrotundis rhomboideisve, basi truncatis grosse dentatis; racemis laxis simplicib.; verticillastris laxe 3–6-floris; calycib. campanulatis, dente supremo ovato acuto, inferiorib. lanceolato-subulatis; corollae tubo latissimo, basi supra obtuse saccato. ♃ — Rami glabriusculi. Folia subpollicaria, dentibus v. lobis 7–11 notata, glabra v. supra hispidula, floralia infima subconformia, superiora minuta decidua. Corollae tubus circiter semipollicaris, 3½ lin. latus, labium superius latissimum amplum emarginatum, inferius vix brevius oblongum concavum. — Crescit in Promontorio bonae spei.
3. PL. CILIATUS E. Mey. l. c. — Ramis villosis; foll. petiolatis late ovatis dentatis, basi inaequaliter cuneatis, floralib. bracteaeformib.; racemis subramosis; verticillastris laxe sexfloris; calycib. campanulatis, dente supremo ovato acutissimo vix decurrente, inferiorib. lanceolato-subulatis, infimis longiorib., basi connatis; corollae tubo amplo, basi supra obtuse saccato. ♃ — Habitus, inflorescentia et calyx *Pl. fruticosi*, sed rami villosiores et corolla praecedentis. — Crescit in Promontorio bonae spei.

Sectio II. COLEOIDES Bth. l. c.

Calyx fructifer declinatus, dente supremo ovato, inferioribus angustioribus subaequalibus v. infimis longioribus, basi subconnatis. Corolla basi supra gibba nec calcarata, declinata v. defracta. Herbae fruticesve. Flores racemosi v. subpaniculati.

4. PL. VESTITUS Bth. l. c. — Caule fruticoso; ramis dense rufo-villosis; foll. petiolatis oblongo-ellipticis obtusiusculis crenulatis, basi cuneatis integerrimis rugosis, supra fusco-pubescentib., subtus rufo-villosis; racemis simplicib.; verticillastris laxis sexfloris; calycis dente supremo ovato acuto non decurrente, inferiorib. subulatis; corollae tubo aequali recto, supra subgibbo. ♄ — Rami vix tetragoni. Folia floralia parva decidua. Verticillastri pauci laxe cymaeformes, pedunculo communi utrinque 3 lin. longo, ramis brevissimis, pedicellis 3 lin. longis declinatis. Calyx *Pl. fruticosi* pubescens. Corolla 5 lin. longa, labiis patentibus, superiore 4-fido, inferiore integro, lobis omnibus subaequalibus. — In Madagascaria crescit.

5. PL. CANESCENS Bth. l. c. 33. † — Ramis breviter cano-tomentosis; foll. petiolatis cordato-ovatis acutis crenatis, supra rufo-tomentosis rugosulis, subtus canescentib. tenuissime pubescentib., supremis lanceolatis, floralib. bracteaeformib.; racemis simplicib. terminalib. folia superantib.; verticillastris laxis sexfloris; calycib. campanulatis, dente supremo ovato acuto non decurrente, inferiorib. subulatis, infimis longiorib., basi connatis; corollae tubo inflato, supra vix gibbo. ♃ — Caulis videtur herbaceus, saepe inflato-nodosus. Folia subcoriacea, 2–3-pollicaria, basi saepius cordata v. superiora rotundata, supra rugoso-aspera, subtus valde nervosa; floralia pedicellis vix breviora reflexa sessilia spathulata acuminata subdentata, nec ciliata. Racemus 2–4-pollicaris laxus. Pedicelli quatuor fere lineas longi. Corolla paullo brevior quam *Pl. longiflori*, tubo inflato longe exserto, extra calycem supra subgibbo et decurvo, labium superius reflexo-patens, lato-rotundatum, breviter quadrifidum, inferius paullo longius concavum cymbiforme. Stamina libera. Stylus apice subulato-bifidus. — Habitat in Madagascaria.

6. PL. LONGIFLORUS Bth. l. c. † — Caule subsimplici dense tomentoso; foll. longe petiolatis ample cordato-ovatis acutis grosse crenatis rugulosis, utrinq. pubescentib., floralib. bracteaeformib.; racemo simplici foliis breviore; verticillastris laxis sexfloris approximatis; calycib. campanulatis, dente supremo late rotundato non decurrente, inferiorib. subulatis, infimis longiorib.; corollae tubo recto supra gibbo. ♃ — Caulis herbaceus adscendens. Folia basi late et profunde cordata, crenaturis saepius serratis, superiora multo minora, floralia subsessilia late ovata integerrima acuta ciliata. Racemus 2–4-pollicaris. Verticillastri laxi, pedunculo communi subnullo, pedicellis folia floralia superantibus, 4 lin. longis, deflexis glanduloso-pubescentibus. Calyx declinatus pubescens. Corolla fere pollicaris, labiis patentibus, superioris lobis quatuor rotundatis, inferiore porrecto integro ovato. Stamina labio inferiore breviora. Styli lobi subulati. — Habitat in Madagascaria.

7. PL. PUNCTATUS L'Hérit. Stirp. 87. t. 42. — Bth. l. c. 33. † — Caule herbaceo erecto crasso piloso-hispido; foll. breviter petiolatis ovatis obtusis crenatis, basi rotundatis, supra et subtus ad nervos hispidis; racemis simplicib. v. basi ramosis; verticillastris 6–10-floris, supremis approximatis; calycib. hispidis declinatis, fructiferis membranaceo-inflatis, dente supremo ovato acuto non decurrente, inferiorib. et subaequalib. lanceolatis; corolla calyce duplo longiore, tubo basi infra gibbo, ad medium defracto, fauce aequali, labio superiore brevissimo, inferiore incurvo porrecto concavo. ♃ — Caulis crassus 2-pedalis, saepe punctatus. Pili caulis et foliorum articulati, saepe glanduliferi. Folia sub-2-pollicaria, basi late rotundata v. subcordata crassiuscula rugulosa, subtus glandulosa, superiora sessilia, floralia infima caulinis subconformia at multo minora, verticillastros vix excedentia, superiora bracteaeformia membranacea late ovata acuminata ciliata, suprema subcomosa. Racemi densi hispidi, basi interrupti. Pedicelli calyce breviores. Corolla magnitudine *Pl. parviflori*, dilutissime coerulea, disco labii superioris lineis purpureis notato, labio inferiore apicem versus intensius punctato. Achaenia inflato-rotundata subcompressa pallida laeviuscula. — *Ocimum punctatum* Linn. Mant. pl. 275. — *Galeopsis maculosa* Lam. Dict. II. 601. — *Germanea maculosa* Lam. Dict. II. 691. — *Germanea punctata* Poir. Dict. II. 763. — Crescit in Abyssinia.

8. PL. LESCHENAULTII Bth. l. c. 34. † — Caule erecto subcarnoso glabriusculo; foll. longe petiolatis oblongis acuminatis obtuse serratis, basi rotundato-cuneatis integerrimis glabris, floralib. deciduis; racemo simplici; verticillastris laxis multifloris; pedunculis utrinq. subcarnosis, irregulariter ramosis; calycis fructiferi dente supremo ovato breviter decurrente, inferiorib. declinatis ovato-acuminatis, lateralib. supremum aequantib., infimis longiorib., basi cum lateralib. ultra medium invicem connatis; corollis calyce quadruplo longiorib., tubo elongato, basi infra subgibbo, ad medium defracto, fauce dilatata. ♃ — Species *Pl. cordifolio* et *inciso* affinis. Specimina defiorata habitu *Coleum macrostachyum* aemulantur.

Caulis herbaceus(?) glaber v. sub lente tenuissime pubescens, hinc inde subtuberculosus. Folia 4–6-pollicaria flaccida, subtus minutissime glandulosa. Verticillastri aequales. Calyx florifer parvus campanulatus, fructifer valde acutus glaberrimus membranaceus, ejus *Pl. cordifolii* magnitudine. Corollae labium superius integerrimum v. brevissime tridentatum, inferius ei subaequale declinatum oblongum concavum v. subplanum. Stamina libera, ad basin labii inferioris inserta. Stylus breviter bifidus. — Habitat in Java.

9. PL. ROTUNDIFOLIUS Spr. Syst. vegetab. II. 690. — Bth. l. c. 33. et 709. — Caule basi procumbente radicante; ramis erectis crassis glabriusculis; foll. petiolatis ovato-rotundatis obtusiusculis crenatis, basi rotundatis v. cuneatis in petiolum subdecurrentib. glaberrimis crassis nervosis, floralib. bracteaeformib.; racemis simplicib.; verticillastris laxiusculis multifloris approximatis; calycis campanulati dente supremo late oblongo acuto vix decurrente, lateralib. truncatis, infimis late ovatis connatis, brevissime acuminatis; corollis calyce subtriplo longiorib. declinatis, tubo supra subgibbo, fauce vix inflata. ♃ — Rami striati, saepius glabri, v. rarius tenuiter pubescentes. Tota planta siccitate nigrescit, et glandulis minutis nigris obsessa est. Folia floralia minuta. Pedicelli breves. Calyx pubescens. Corollae labium superius brevissime quadridentatum, inferius elongatum porrectum. Genitalia corolla breviora. — *Kurka* Rheede, Hort. Malabar. IX. 49. t. 25? — *Nepeta Madagascariensis* Lam. Dict. I. 712? — *Germanea rotundifolia* Poir. Dict. II. 763. — *Coleus? rugosus* Bth. in Wall. Plant. Asiat. rar. II. 15. — Habitat in insula Mauritio et in Coromandelia?

10. PL. TERNATUS Sims, Bot. Magaz. t. 2400. — Bth. l. c. 34. † — Caule erecto; ramis tenuiter cano-tomentosis; foll. longe petiolatis ovatis rotundatis acutis grosse crenatis, basi longe angustatis subcarnosis, supra tenuissime pubescentib., subtus canescentib., floralib. bracteaeformib.; racemis simplicib.; verticillastris laxiusculis multifloris approximatis; calyce campanulato, dente supremo latissimo non decurrente, inferiorib. late ovatis acutis brevissimis; corollis calyce subtriplo longiorib. declinatis, tubo supra subgibbo, fauce vix inflata. ♃ — Radix fibrosa, tubercula oblonga ferens. Caulis herbaceus. Habitus *Pl. rotundifolii*, a quo differt pubescentia tenui, foliis acutioribus et basi magis angustatis, saepius an constanter(?) ternatim verticillatis et calycis forma. Folia floralia glabra integerrima lanceolata, longe acuminata. Pedicelli breves. Calyx pubescens. Corolla glandulis nigris punctata, labio superiore brevissime quadridentato, inferiore elongato porrecto. Genitalia corolla breviora. — Habitat in Madagascaria.

11. PL. OVATUS Bth. l. c. 709. — Tenuiter pubescens: caule herbaceo erecto; foll. breviter petiolatis ovatis acuminatis crenatis, basi rotundatis, supra scabris, floralib. bracteaeformib.; racemis laxis paniculaeformib.; verticillastris aequalib. subdecemfloris; calycib. fructiferis nutantib. ovatis incurvis striatis reticulatis tenuiter pubescentib., dente supremo ovato acuto, inferiorib. lanceolatis acutis. ♃ — A *Plectranthis* e sectione *Coleoides* diversus foliorum forma, caeterum habitu quodammodo *Pl cordifolium* refert. Racemus *Pl. australis*. Flores *Pl. fruticosi*, sed corolla supra brevissime gibba nec calcarata. — *Ocimum gratissimum* Forsk. Fl. Aeg. Arab. 110. (nec Linn.) — Crescit in montibus Arabiae felicis.

12 PL. FOETIDUS Bth. l. c. 35. — Caule crasso villoso; foll. breviter petiolatis late ovatis crenatis, basi truncatis cordatisve crassis rugosissimis villosissimis, floralib. deciduis; racemis densis subramosis; verticillastris multifloris approximatis; calycib. molliter villosis, dente supremo ovato-lanceolato acuto, inferiorib. molliter setaceis; corollis calyce triplo longiorib., tubo exserto ad medium defracto, fauce vix inflata. ♃ — Tota planta rufescit. Caulis obtuse tetragonus, breviter pilosus. Folia fere rhomboidea v. deltoidea, utrinque densissime villosa. Racemi spicaeformes, parum ramosi 2–3-pollicares. Folia floralia late ovata cordata acuminata, supra glabra, subtus dense villosa, flores superantia, per anthesin decidua. Corolla *Pl. cordifoliae*. — *Ocimum foetidum* Herb. Banks. mss. — Habitat in Nova Hollandia tropica ad Endeavour's River.

13. PL. CORDIFOLIUS D. Don, Prodr. fl. Nepal. 116. — Bth. l. c. 35 et 709. — Tenuiter pubescens: caule herbaceo erecto, basi inflato-carnoso; foll. petiolatis late ovatis crenatis, basi late cordatis, floralib. bracteaeformib. ovato-cuneatis; racemis laxis paniculatis; verticillastris secundis paucifloris; calycib. fructiferis nutantib. ovatis, dente supremo ovato acuminato non decurrente, inferiorib. lanceolatis acuminatis; corollis calyce vix duplo longioribus, tubo basi infra subgibbo, ad medium defracto, fauce dilatata. ♃ — Radix tuberosa. Caulis basi crassus carnosus, hinc inde inflatus 2–3-pedalis ramosus. Folia 2–3-pollicaria subcarnosa eglandulosa, glabriuscula v. pube brevi canescentia, floralia pedicello breviora. Racemi 4–6-pollicares, basi ramosi, in apice caulis laxe paniculati. Verticillastri 2–6-flori, pedunculo communi utrinque subnullo, pedicellis 4–8 lineas longis. Calyces per anthesin minuti, fructiferi 4 lineas longi submembranacei, dentes 2 infimi lateralibus parum longiores, basi subconnati. Corollae labium superius adscendens brevissime quadridentatum, inferius longius latum concavum. Genitalia corolla breviora. Achaenia inflato-globosa pallida laevia. — *Perim Tolassi* Rheede, Hort. Malabar. X. 167. t. 84. — *Ocymum Maypurense* Roth. Nov. plantar. spec. 271. — *Pl. Maypurensis* Spr. Syst. vegetab. II. 691. — *Pl. secundus* Roxb. Hort. Beng. 45. — *Pl. incanus* Lnk. Enum. plant. hort. Berolin. I. 120. *Pl. mollis* Spr. Syst. vegetab. II. 690. — [Bth. l. c. 35.] — *Ocymum molle* Ait. Hort. Kew. (edit. 1.) II. 392. — *Pl. divaricatus* Weinm. in Syll. pl. soc. Ratisb. I. 68. — Habitat in Indiae orientalis montosis, in peninsula, in Nepalia.

14. PL.. SUBINCISUS Benth. in Wall. Plant. Asiat. rarior. II. 16. et Labiat. gener. et spec. 36. — Glabriusculus: caule herbaceo erecto vix carnoso; foll. petiolatis late ovatis inciso-dentatis, basi cordatis, floralib. bracteaeformib. ovatis; racemis laxis subpaniculatis; verticillastris secundis; calycib. fructiferis subnutantib. ovatis, dente supremo ovato subdecurrente, inferiorib. ovato-lanceolatis acuminatis; corollis calyce quadruplo longioribus, tubo basi infra subgibbo ad medium defracto, fauce subdilatata. ♃ — *Pl. cordifolio* valde affinis. Differt statura minore, caule vix carnoso, foliis profunde crenatis subincisis, corollis longioribus angustioribus, calycis dente supremo latiore obtuso subdecurrente, inferioribus vix superiore longioribus. — Habitat in India orientali, in peninsulae umbrosis prope Courtallum et Dindigul, in Zeylania.

15. PL. CONGESTUS R. Br. Prodr. flor. Nov. Holland. 506. — Bth. l. c. — Caule cano-pubescente; foll. petiolatis ovatis obtusis crenatis, basi cuneatis crassis rugosis tomentoso-villosis, floralib. minutis deciduis; racemis densis multifloris elongatis paniculatis; verticillastris multifloris approximatis; calycib. declinatis, fructiferis incurvis striatis pubescentib., dente supremo ovato obtuso non decurrente, inferiorib. lanceolatis acutis; corollis calyce subduplo longioribus. ♃ — Racemi spicaeformes elongati densi stricti. Verticillastri ultra 20-flori. Flores minuti, breviter pedicellati. — Habitat in Nova Hollandia tropica.

16. PL. ZEYLANICUS Bth. l. c. — Caule basi procumbente adscendente crasso pubescente; foll. petiolatis ovato-rotundatis crenatis pubescentib, floralib. ovato-rotundatis obtusis ante anthesin bifariam imbricatis; racemis elongatis, basi subramosis; verticillastris laxiusculis sub-10-floris; calycib. declinatis, labio supremo ovato acuto, breviter decurrente, inferiorib. lanceolatis acutis; corollis calyce quadruplo longioribus, tubo basi infra gibbo, ad medium defracto, labio superiore patente, inferiore adscendente porrecto concavo. ♃ — Affinis *Pl. australi*, differt statura foliisque majoribus, foliis floralibus majoribus imbricatis, et corollae forma et magnitudine. Calyx fructifer non visus. — Habitat in Zeylania.

17. PL. AUSTRALIS R. Br. Prodr. fl. Nov. Holland. 506. — Bth. l. c. — Caule herbaceo erecto pubescente; foll. petiolatis late ovatis obtusis inciso-crenatis, basi rotundatis rugulosis pubescentib., floralib. ovato-rotundatis deciduis; racemis elongatis simplicib.; verticillastris laxiusculis sub-10-floris; calycib. declinatis, fructiferis incurvis striatis glabriusculis, dente supremo ovato acuminato vix decurrente, inferiorib. lanceolatis setaceo-acuminatis; corollis calyce subtriplo longioribus, tubo basi subgibbo declinato, labio superiore patente, inferiore porrecto

concavo. ♃ — Caulis 2–3-pedalis erectus subramosus crassus, pilis subreflexis pubescens. Folia crassa rugulosa 1–1½-pollicaria, basi truncata v. subcordata, in petiolum subdecurrentia. Racemi semipedales. Verticillastri semipollicem distantes. Pedicelli inaequales, 1–2-lineares, calyce fructifero subbreviores. Corolla pallide purpurea. — *Pl. australis* Lindl. Bot. Reg. t. 1098. — Habitat in Nova Hollandia circa portum Jackson.

18. PL. PARVIFLORUS Willd. Hort. Berol. 1. t. 65. [non Br.] — Bth. l. c. 37. et 709. — Caule suffruticoso erecto ramoso tomentoso-villoso obtuse tetragono; foll. petiolatis late ovatis obtusis crenatis, basi rotundatis v. cordatis rugosis, utrinq. villosis, subtus albidis, floralib. ovato-rotundatis deciduis; racemis elongatis simplicib.; verticillastris laxiusculis sub-10-floris; calycib. declinatis, fructiferis incurvis striatis, dente supremo ovato acuminato, vix decurrente, inferiorib. lanceolatis setaceo-acuminatis; corollis calyce subtriplo longiorib., tubo basi subgibbo declinato. ♃ — Valde affinis *Pl. australi*. Differt statura humiliore, caule suffruticoso, foliisque villosioribus, foliis floribusque minoribus. — *Pl. parviflorus* Henkel, Adumbr. plantar.....? — *Pl. paniculatus* Jcq. Fragment. 62. t. 91. — *Germanea parviflora* Poir. Dict. II. 764? — *Pl. graveolens* R. Br. Prodr. fl. Nov. Holl. 506. — In Nova Hollandia tropica, in montibus circa portum Jackson et in insulis Sandwicensibus crescit.

19. PL. THUNBERGII Bth. l. c. 37. — Caule procumbente glabro; foll. petiolatis rotundatis obtusissime crenatis carnosis glaberrimis; racemis elongatis simplicib.; verticillastris laxe 4–6-floris; foll. floralib. acutis, pedicello breviorib.; calycib. fructiferis declinatis striatis, vix incurvis, dente supremo ovato acuto vix decurrente, lateralib. lanceolatis setaceo-acuminatis; corollis calyce quintuplo longiorib., tubo decurvo, labio inferiore elongato incurvo. ♃ — *Pl. Madagascariensi* affinis, differt caule foliisque glaberrimis carnosis. Corolla ea *Pl. australis* longior et tenuior. Racemus gracilis. Pedicelli filiformes. — *Ocymum verticillatum* Linn. Suppl. 276. — *Ocymum racemosum* Thunb. Prodr. fl. Cap. 96. — Habitat ad Caput bonae spei.

20. PL. MADAGASCARIENSIS Bth. l. c. 37. et 709. — Caule herbaceo procumbente villoso; ramis adscendentib.; foll. petiolatis rotundatis obtusis inciso-crenatis villosissimis; racemis elongatis simplicib.; verticillastris laxiusculis sub-10-floris, foll. floralib. sessilib. membranaceis rotundato-cuneatis deciduis, subtus villosis, supra glabris; calycib. declinatis, fructiferis incurvis striatis, dente supremo ovato vix acuminato breviter decurrente, inferiorib. lanceolatis setaceo-acuminatis; corollis calyce subtriplo longiorib. declinatis, tubo basi subgibbo, ad medium defracto. ♃ — Folia *Pl. Thunbergii*, sed planta ex omni parte pilis longis albidis villosissima. Corollae *Pl. parviflorae*. — *Ocymum Auricula* Forsk. mss. in Herb. Banks. — *Ocymum Madagascariense* Pers. Enchir. II. 135. — *Pl. villosus* Sieb. Fl. Maurit. exs. no. 152. — *Ocimum Hadiense* Forsk. Flor. Aeg. Arab. 109. — *Plectranthus Forskoelii* Vahl, Symb. bot. I. 44. (nec Willd.) — Habitat in Madagascaria, in insula Mauritio, in Oriente (Arabia felici?).

21. PL. HIRTUS Bth. l. c. 38. — Caule procumbente hispido; foll. petiolatis ovatis obtusis crenatis, basi cuneatis rugosissimis hispidis, floralib. minutis; racemis elongatis subsimplicib.; verticillastris laxe 6–10-floris; calycib. declinatis, fructiferis incurvis striatis, dente supremo ovato acuto, inferiorib. lanceolatis setaceo-acuminatis; corollis calyce quadruplo longiorib., tubo basi subgibbo, ad medium defracto. ♃ — Affinis *Pl. Madagascariensi*, sed differt praecipue: foliis minoribus ovatis nec rotundis, rugosioribus et hispidioribus. Corollae fere duplo majores abrupte defractae, fauce inflata. Labium superius minute punctatum 4-dentatum, inferius dilatatum concavum. Genitalia exserta. Caules saepe tumescentes elongati prostrati, ramis adscendentibus. An a *Pl. Madagascariensi* re vera distincta species? — *Ocimum hirtum* Herb. Banks. mss. — Ad Caput bonae spei

22. PL. SIEBERI Bth. l. c. 710. — Caule herbaceo procumbente pubescente; foll. breviter petiolatis ovatis obtusiusculis, basi cuneatis grosse crenatis subincisis.

crassiusculis pubescentib., floralib. subnullis; racemis laxis simplicib.; verticillastris sexfloris; calycib. pubescentib., fructiferis declinatis pedicello subbrevioribus incurvis striatis, dente supremo rotundato acutiusculo vix decurrente, inferiorib. lateralib. lanceolatis, infimis setaceis; corollis calyce duplo longioribus. ♃ — Radix apice incrassata. Species sequenti et praecedentibus affinis, sed habitu et characteribus inter eas media. Corollae lacinia infima elongata concava. — In Nova Hollandia tropica crescit.

23. PL. FORSTERI Bth. l. c. 38. — Caule herbaceo erecto (?) glabriusculo; foll. petiolatis ovatis obtusiusculis, basi cuneatis remote crenatis glabriusculis, floralib. minutissimis subnullis; racemis laxis simplicib.; verticillastris laxe 6–10–floris; calycib. glabris, fructiferis declinatis pedicello breviorib., dente supremo ovato acuto vix decurrente, lateralib. lanceolatis acutis, infimis setaceis; corollis minutis, calyce florifero vix duplo longioribus. ♃ — Planta tenera gracilis pedalis et ultra, fere glabra. Folia 6–18 lin. longa, petiolo glabro folii longitudinem aequante, glabra v. tenuissime pubescentia tenera nec carnosa. Racemus gracilis, fere *Pl. Thunbergii*, sed longior. Corolla vix 2 lin. longa. Calyx fructifer fere *Pl. parviflori*, sed brevior. — Habitat in Novis Hebridibus in insula Tanna.

24. PL. MOSCHATUS R. Br. Prodr. flor. Nov. Holland. 506. — Bth. l. c. 38. — Spicis secundis; foliis rhombeo–lanceolatis crenatis calycibusque pubescentibus, corollae labii superioris lacinia media emarginata, labio inferiore plano. — Ad *Moschosma* genus pertinere videtur. — (Bth. l. c. 710.) — *Lumnitzera moschata* Spr. Syst. veget. II. 687. — Habitat in Nova Hollandia tropica.

25. PL. COLORATUS E. Mey. Comment. plant. Afric. austr. I. 228. — Caule pubescente; foll. amplis ovatis crenatis, basi inaequaliter angustatis hispidulis, floralib. bracteaeformib.; racemis simplicib. paniculatisve; verticillastris laxe sexfloris; calycib. campanulatis, dente supremo late rotundato, inferiorib. lanceolato–subulatis, infimis longiorib.; corollae tubo aequali longissimo tenui. ♃ — Affinis *Pl. longiflori*. Calyx glaber coloratus. Corolla fere pollicaris, limbo parvo. — Habitat in Promontorio bonae spei.

26. PL. PETIOLARIS E. Mey. l. c. — Caule crasso carnoso pubescente; foll. longe petiolatis amplis subrotundatis, grosse dentatis, basi cordatis glabriusculis, floralib. bracteaeformib. rhomboideis; racemo simplici; verticillastris laxe 6–floris; calycis dente supremo ovato acuminato, inferiorib. lanceolato–ovatis; corollis calyce multoties longiorib., tubo extra calycem defracto superne dilatato. ♃ — Affinis *Pl. cordifolio* et *subinciso*, differt racemis elongatis simplicibus et corollis multo majoribus. — Habitat in Promontorio bonae spei.

27. PL. TOMENTOSUS E. Mey. l. c. 229. — Caule suffruticoso erecto tomentoso villoso; foll. petiolatis amplis late ovatis obtusis grosse crenatis, basi rotundatis, utrinq. tomentoso–villosis, floralib. bracteaeformib. rhomboideis deciduis; racemis paniculato–ramosis; verticillastris laxe sub–10–floris; calycis dente supremo ovato, inferiorib. lanceolato–subulatis; corollis calyce 4–5–plo longiorib., tubo ad medium defracto, superne dilatato. ♃ — Affinis *Pl. australi* et *parviflori*, differt racemis paniculatis, floribus majoribus foliisque magis tomentosis. — Habitat in Promontorio bonae spei.

Sectio III. HETEROCYLIX Bth. l. c. 39.

Calyx fructifer declinatus bilabiatus, labiis subintegerrimis subaequalibus. Corolla basi supra gibba nec calcarata defracta. Herba. Flores racemosi.

28. PL.? PALISOTI Bth. l. c. 39. — Caule herbaceo erecto pubescente; foll. ovatis obtusis crenatis, basi rotundatis v. cordatis, nervis utrinq. pubescentib., floralib. bracteaeformib.; racemo simplici; verticillastris sexfloris remotis; calycib. fructiferis bilabiatis, labiis subintegris membranaceis subaequalib.; corollis calyce subduplo longioribus. ♃ — Caulis cum racemo circiter pedalis. Folia floralia sessilia, ovato–lanceolata, acuta, reflexa, ciliata, colorata, pedicellis subbreviora. Racemus 3–4–pollicaris. Pedicelli pubescentes, calyce sublongiores. Calyx pubescens, dente supremo late ovato breviter decurrente, labium superius formante,

lateralibus minutissimis intra basin supremi, infimis in labium inferius obtusum brevissime biaristatum connatis. Corollae fere *Pl. parviflori*, sed in speciminibus Palisotianis valde imperfectae et nondum apertae sunt. Achaenia laevia. — *Ocymum monostachyum* Pal. de Beauv. Fl. Ow. et Ben. II. 60. t. 95. f. 1. — Habitat in Africa tropica.

Sectio IV. MELISSOIDES Bth. l. c. 39.

Calyx fructifer declinatus bilabiatus, labio superiore tridentato, inferiore bidentato. Corolla basi supra calcarata. Herba. Cymae axillares pauciflorae.

29. PL. MELISSOIDES Bth. l. c. 39. † — Caule herbaceo, angulis asperis; foll. petiolatis late ovatis, basi cuneatis glabriusculis asperis, floralib. conformib.; verticillastris axillarib. laxis remotis; pedunculis utrinq. trifidis; calycib. campanulatis glabris, labio superiore tridentato, inferiore bidentato, dentib. omnib. ovatis acutis; corollis defractis, supra obtuse calcaratis. ♃ — Caulis videtur procumbens v. adscendens, rami elongati acute tetragoni, anguli pilis minutis reflexis scabri, facies glabrae. Folia parva, ovato-rhomboidea, acuta, crenata, supra et subtus ad nervos pilis minutis scabra. Flores vix folia superantes. Pedunculi fructiferi 1–3 lin. longi, pedicelli duplo longiores. Calyx membranaceus, labium superius recurvo-patens, supra concavum. Corollae tubus calyce duplo longior, supra in calcar breve inflatus, ad faucem contractus: labia fere ut in *Pl. fruticoso*, subaequalia, superius patens breviter 4-dentatum, inferius ovatum acutum integerrimum deflexum. Stamina libera, labio inferiore paullo breviora. Stylus breviter subulato-bifidus. Achaenia subglobosa, laeviuscula. — Habitat in India orientali in provincia Silhet.

Sectio V. ISODON Schrad. mss. ex Bth. l. c. 40.

Calyx fructifer declinatus, dentibus omnibus aequalibus v. in labia 2, superius tridentatum, inferius bidentatum, dejectis. Corolla basi supra gibba nec calcarata, declinata v. defracta. Herbae suffruticesve. Flores paniculati v. rarius racemosi.

30. PL. LANCEOLATUS Bojer mss. ex Bth. l. c. 40. † — Caule erecto tenuiter pubescente; foll. oblongo-lanceolatis rigidis pubescentib., basi in petiolum brevem angustatis; racemo simplici; verticillastris laxis multifloris; calycib. campanulatis aequalib., fructiferis inflatis incurvis, ore contracto, dentib. aequalib. brevib. obtusis conniventib.; corollis calyce quintuplo longiorib., tubo basi infra subgibbo, medio refracto. ♃? — Caulis herbaceus? tetragonus. Folia obtusiuscula, irregulariter serrata, nervosa, utrinque dense glandulosa, floralia parva, bracteaeformia, basi dilatata, subulato-acuminata. Verticillastri laxi, pedunculo communi brevi, ramis elongatis, pedicellis brevissimis. Calyces floriferi parvi, declinati, glandulis rubris dense obsiti, fructiferi valde aucti. Corollae tubus tenuis, fauce subaequali, labio superiore breviter 4-dentato, inferiore elongato porrecto concavo oblongo integerrimo. Filamenta usque ad faucem adnata, dein libera, labio inferiore breviora. Stylus subinteger. Achaenia orbiculata compressa pallida laevia. — Habitat in Madagascaria, in monte Antoungoun provinciae Emirnensis.

31. PL. SPICATUS E. Mey. Comment. plant. Afric. austr. 230. — Caule erecto tenuiter pubescente; foll. parvis late ovatis, basi cuneatis subcarnosis glabriusculis; racemis elongatis simplicib. ramosisve; verticillastris laxiusculis multifloris; calycib. campanulatis subaequalib., fructiferis elongatis circinnatis; corollis calyce 4–5-plo longiorib., tubo medio defracto. ♃ — Ex floribus *Pl. lanceolato* affinis sed foliorum forma diversissima. — Crescit in Promontorio bonae spei.

32. PL. OBLONGIFOLIUS Wall. Plant. Asiatic. rarior. II. 16. — Bth. l. c. — Caule herbaceo adscendente ramoso glabro; foll. petiolatis oblongis dentatis; utrinq. angustatis, supra bispidulis, subtus glabris, floralib. bracteisq. minutissimis subnullis; paniculis laxis ramosis multifloris; calycib. declinatis vix bilabiatis obtuse 5-dentatis, per anthesin ovatis striatis, fructiferis lagenaeformib., basi inflatis, ore contracto; corollis calyce triplo longiorib.; staminib. corolla brevioribus. ♃? — Caulis 3–4-pedalis, non carnosus, fere omnino glaber. Folia extra petiolum

4–6 poll. longa, 2 poll. lata, valde acuminata et basi longe attenuata, subtus glandulosa. Racemi secundi, paniculato-ramosi, cymae laxae, pedunculo communi semipollicari, ramis gracilibus utrinque 3–4-floris. Calyx glaber striatus, glandulis rubris obtectus, per anthesin minutus, fructifer basi valde inflatus submembranaceus nervosus, 3 lineas longus. Corolla lineas 3 longa, tubo subinflato supra vix gibbo. — Habitat in India orientali, in Nepalia.

33. PL. SCROPHULARIOIDES Wall. l. c. — Bth. l. c. † — Hook. Icon. plantar. t. 464. — Caule herbaceo erecto ramoso subglabro; foll. longe petiolatis late ovatis crenatis, basi rotundatis inaequaliter cordatis v. subcuneatis, floralib. bracteisq. minutis; paniculis laxis; calycib. fructiferis declinatis profunde bilabiatis inflatis, labio superiore adscendente tridentato, inferiore concavo porrecto, breviter bidentato, dentib. omnib. obtusis; corollis inflatis, supra gibbis, calyce subtriplo longioribus; staminib. exsertis. ♃ — Caulis 3–4-pedalis ramosissimus subcarnosus, angulis pubescentibus. Folia palmaria subcarnosa, basi saepius inaequaliter cordata, nunc rotundata v. attenuata, supra hispidula, subtus glabra glandulosa, nervis elevatis carnosis pubescentibus. Petioli inferiorum semipedales v. ultra, superiorum breviores, nunc brevissimi. Cymae laxae, pedunculo communi semipollicari, ramis 1–2-pollicaribus, pedicellis 4–5-linearibus racemos paniculiformes basi ramosos formantes. Calyces tenuissime pubescentes, submembranacei, nervosi. Corolla fere *Scrophulariae* ex albo-rosea, inodora, uti tota planta. Labium superius adscendens quadrifidum, lobis crenulatis, inferius angustius longius integrum. Filamenta libera, basi villosa. — Habitat in India orientali, ad ripas torrentium in Nepalia et Kamaon.

34. P. WIGHTII Bth. l. c. 41. et 710. — Caule herbaceo erecto ramoso; foll. petiolatis late ovatis v. rotundatis acuminatis, basi cordatis, utrinq. glabris v. pubescentib., floralib. inferiorib. conformib., supremis bracteisq. membranaceis rotundato-spathulatis, pedunculo pedicellisq. breviorib.; paniculis ramosissimis multifloris; calycib. fructiferis declinatis oblongis incurvis striatis glabris, ore obliquo bilabiato, dentib. subaequalib. ovatis; corollis inflatis declinatis, supra gibbis, tubo calyce dimidio longiore; staminib. exsertis. ♃ — Habitus *Pl. striati*. Corolla *Pl. scrophularioidis*, at multo minor. Folia sesquipollicaria v. vix bipollicaria, saepius longe acuminata, margine obtuse serrata, rigida, nervosa. Panicula et calyces *Pl. striati*, at folia floralia et bracteae majora latiora. Corollae tubus latitudine longitudinem fere aequans, labio superiore adscendente quadrifido, inferiore angustiore longiore concavo. Filamenta libera glabra. Stylus brevissime bifidus. Achaenia oblonga laevia. — Habitat in India orientali, in peninsulae montosis circa Madura et Tenivelly.

35. PL. NIGRESCENS Bth. l. c. 710. — Caule herbaceo erecto ramoso; foll. petiolatis late ovatis, basi cordatis rotundatis v. angustatis; paniculis racemisve multifloris; calycib. fructiferis declinatis ovatis incurvis striatis, profunde bilabiatis, labio superiore truncato breviter tridentato, inferiore bifido, dentib. ovatis; corollis declinatis, supra vix gibbis, tubo calyce duplo longiore; staminib. exsertis. ♃ — Uti *Pl. Wightii* variat hirsutie et foliorum forma; ab hoc differt praesertim calycis forma. Racemi interdum subsimplices, at, cymis ramosis, paniculaeformes. — *Pl. Wightii* β. Bth. l. c. 41. — Crescit in montibus insulae Zeylaniae.

36. PL. STRIATUS Benth. in Wall. Plant. Asiat. rarior. II. 17. et Labiat. gener. et spec. 41. † — Caule herbaceo erecto ramoso subglabro; foll. subsessilib. ovatis acuminatis crenatis, basi cuneatis rigidis, supra hispidis, subtus glabris; paniculis laxis ramosissimis multifloris; calycib. declinatis oblongis subbilabiatis, dentib. obtusis vix inaequalib., fructiferis incurvis striatis glabris glandulosis; corollae tubo declinato, basi supra subgibbo, ad medium recto; staminib. breviter exsertis. ♃ — Caulis 2–3-pedalis, glaber v. tenuissime cano-pubescens. Folia 2 poll. longa, sesquipollicem lata, superiora et floralia gradatim minora, suprema uti bracteae minuta. Racemi vix secundi, paniculato-ramosissimi, cymae laxae, pedunculo communi saepe pollicari v. ultra, ramis gracilibus elongatis. Calyx fructifer non inflatus, sed valde incurvus, basi declinatus, ore adscendente pro-

funde striatus. Corolla 3-linearis, calyce quadruplo longior, tubus elongatus tenuis, labium superius breve adscendens extus glandulosum, inferius ovatum concavum. Stamina breviter, stylus longe exertus. Achaenia ruguloso-punctata. — Habitat in India orientali, in montibus Silhet et Nepalia, Mussooree, Dheyra-Dhoon.

37. PL. HISPIDUS Benth. l. l. c. c. — Caule herbaceo erecto ramoso pubescente; foll. subsessilib. ovatis acuminatis dentatis, basi cuneatis rigidis, supra hispidis, subtus pubescentib. dense glandulosis; paniculis laxis ramosissimis multifloris; calycib. declinatis oblongis obtuse 5-dentatis, fructiferis bilabiatis vix incurvis hispidissimis; corollae tubo declinato, basi supra subgibbo, ad medium recto. ♃ — Statura et habitus omnino *Pl. striati*, a quo differt pubescentia et praesertim calycibus basi subinflatis minus incurvis bilabiatis, pilis articulatis densissime obtectis. Stamina vix exserta. — Habitat in India orientali, in montibus Silhet.

38. P. GERARDIANUS Benth. in Wall. Plant. Asiat. rar. II. 17. et Labiat. gener. et spec. 42. — Caule herbaceo erecto subramoso subglabro; foll. ovatis acuminatis crenatis, supra hispidulis, subtus glabris parce glandulosis, inferiorib. petiolatis, basi angustatis, superiorib. subsessilib., basi cordatis, floralib. pedunculo breviorib., supremis bracteisq. minutis; racemis paniculaeformib. vix ramosis; cymis laxis gracilib. multifloris; calycib. declinatis oblongis bilabiatis, dentib. obtusis, fructiferis incurvis striatis glabris vix glandulosis; corollae tubo declinato, basi supra subgibbo, ad medium recto. ♃ — Affinis *Pl. striato*, differt statura minore, foliis herbaceis majoribus, racemo subsimplici, rhachi pubescente. — *Hyssopus lophanioides* D. Don, Prodr. fl. Nep. 110. — Habitat in India orientali in montibus Nepaliae et Kamaon.

39. PL. COETSA D. Don, Prodr. fl. Nep. 117. — Bth. l. c. 42. † — Caule herbaceo erecto ramoso cano-pubescente; foll. petiolatis ovatis, utrinq. angustatis, medio crenatis, supra hispidulis, subtus pubescentib.; paniculis ramosissimis multifloris; calycib. declinatis oblongis bilabiatis, dentib. ovatis acutiusculis subaequalib., fructiferis incurvis striatis cano-pubescentib., vix glandulosis; corollae tubo basi supra gibbo, ad medium defracto. ♃ — Caulis 2-3-pedalis. Folia saepius bipollicaria, longe acuminata, rugulosa, supra viridia, subtus saepe canescentia minute glandulosa, floralia inferiora conformia, suprema minuta. Panicula ampla multiflora canescens. Racemi paniculaeformes secundi ramosissimi, cymae graciles laxae multiflorae, pedunculo communi 3-4-lineari, ramisque filiformibus. Bracteae minutissimae setaceae. Corolla calyce triplo longior, coerulea, labiis profundis patentibus, superiore 4-dentato, inferiore integro concavo porrecto. Stamina corolla breviora. Stylus exsertus. Filamenta omnino libera. — *Scutellaria Japonica* Burm. Flor. Ind. 130. [ex p.] — *Ocymum Coetsa* Spr. Syst. veget. IV. Cur. post. 223. — Habitat in India orientali in montibus Nepaliae, Kamaon, et ad Taong Dong regni Burmanici, in montibus versus Cashemeriam, in Peninsula in Japonia et Java?

40. PL. MENTHOIDES Benth. l. l. c. c — Caule herbaceo erecto ramoso cano-pubescente; foll. petiolatis ovatis, utrinq. angustatis grosse dentatis, utrinq. pubescentib.; paniculis laxis paucifloris; calycib. fructiferis declinatis oblongis incurvis (?) cano-pubescentib., dentib. acutiusculis, supremo latiore; corollis basi supra subgibbis, tubo vix defracto, fauce inflata; antheris subbilocularibus. ♃ — Habitu *Pl. Coetsae* affinis, sed racemis parvis paucifloris, corollis vix defractis antherisque subbiloculariibus distincta. Stamina corolla breviora. — Habitat in Indiae orientalis peninsula australiore.

41. PL. MACRAEI Bth. Labiat. gener. et spec. 42. † — Caule herbaceo ramoso rufo-villoso; foll. petiolatis subsessilib. ovatis acutis subdentatis, basi rotundatis, utrinq. molliter pubescentib., floralib. conformib.; paniculis ramosis multifloris; calycib. declinatis oblongis subbilabiatis, dentib. subaequalib. ovatis, fructiferis incurvis striatis villosis; corollis calyce triplo longiorib., tubo basi supra gibbo, ad medium defracto; antheris biloculariibus. ♃ — Tota planta pubescentia rufa molliter villosa. Habitus *Pl. Coetsae* sed humilior, caule basi procumbente. Folia mollia, nunc integerrima, nunc utrinque irregulariter 2-3-dentata. Panicula minus ra-

mosa et flores densiores quam in *Pl. Coetsa*. Cymae laxae axillares oppositae, pedunculo communi villoso 3–4 lineas longo, pedicellis gracilibus. Filamenta libera. Labium inferius corollae elongatum, staminibus longius. Calyx fructifer major quam in *Pl. Coetsa*. — *Pl. rugosus β. tomentosus* Benth. in Wall. Pl. Asiat. rarior. II. 17. — Habitat in Indiae orientalis peninsulae montibus Maduraensibus et in Zeylania.

42. PL. RUGOSUS Wall. Plant. Asiat. rar. II. 17. — Bth. l. c. 43. † — Caulo fruticoso erecto; ramis incanis; foll. petiolatis ovatis obtusis crenulatis, basi rotundatis, supra pubescentib. rugosis, subtus cano-tomentosis reticulato-nervosis; paniculis ramosis multifloris; calycib. declinatis oblongis vix bilabiatis, dentib. lanceolatis acutis subaequalib., fructiferis subincurvis striatis pubescentib.; corollae tubo basi supra gibbo, ad medium defracto ♄ — Frutex 4–6-pedalis, ramosissimus, cortice laxo griseo, rami tetragoni dense pubescentes. Folia vix uncialia, saepius semiuncialia, exacte ovata, more *Salviae officinalis* rugosula, subtus in speciminibus cultis pallida, in spontaneis candidissima, floralia inferiora conformia, superiora pedunculo breviora. Cymae utrinque sub-3-florae, inferiores folio breviores, pedunculo communi 3–4-lineari, ramis brevibus, pedicellis 3–4-linearibus. Bracteae minutae. Flores fere *Pl. Coetsae*, at corolla minor, alba v. pallidissime coerulescens. Calyx fructifer paullo major. Stamina corolla breviora. — *Ocymum densiflorum* Rth. Nov. plant. spec. 275?*) — *Lumnitzera densiflora* Spr. Syst. vegetab. II. 687. — *Isodon plectranthoides* Schrader. — Habitat in India orientali ad Choor, in Sirmore.

43. PL. REPENS Wall. l. c. — Bth. l. c. † — Caule basi repente radicante adscendente subsimplici hirsuto; foll. petiolatis ovato-rotundatis obtusis grosse crenatis, basi rotundatis v. cordatis, utrinq. hirsutis; racemo laxo subsimplici; cymis pedunculatis; calycib. declinatis oblongis subincurvis striatis glabris, dentib. vix inaequalib. lanceolatis acutis; corollae tubo declinato, basi supra gibbo, ad medium recto. ♃ — Planta humilis, semipedalis pedalisve, ex omni parte pilis longis articulatis vestita. Folia ad basin caulis approximata, infima longe petiolata, superiora subsessilia, floralia inferiora subconformia, superiora bracteaequae minuta. Racemus subnudus, simplex, v. basi ramosus. Cymae inferiores distantes laxae, pedunculo communi semipollicari, ramis pedicellisque gracilibus elongatis glabris, superiores approximatae breviores densiores, subsecundae. Flores magnitudine *Pl. striati*, at corolla supra gibbosior. Stamina corolla breviora. — Habitat in India orientali, in montibus Nepaliae.

44. PL.? MONTANUS Benth. in Wall. l. c. et Labiat. gen et spec. 44. — Caule herbaceo erecto, superne ramoso tomentoso-villoso; foll. breviter petiolatis ovatis obtusis crassis rugosis dense tomentosis; racemis ramosis pyramidato-paniculatis tomentosis; verticillastris subdistinctis densis multifloris; calycib. fructiferis declinatis incurvis tomentosis subaequaliter obtuse 5-dentatis. ♃ — Herba videtur pedalis. Caulis basi glaber, crassus. Folia inferiora desunt, superiora parva, opposita, dense rufo-tomentosa. Panicula fere *Pl. ternifolii*, sed minor. Calyx declinatus, incurvus, nec teres, erectus. — Corolla non visa. — Habitat in India orientali in peninsula circa Nundydroog.

Sectio VI. PYRAMIDIUM Bth. l. c. 44.

Calyx fructifer erectus, tubulosus, aequaliter 5-dentatus. Corolla basi supra gibba, nec calcarata, defracta. Herba. Flores pyramidato-paniculati.

45. PL. TERNIFOLIUS D. Don, Prodr. fl. Nep. 117. — Bth. l. c. † — Hook. Icon. plantar. t. 460. — Tomentoso-villosus: caule erecto subramoso; foll. ternatim verticillatis subsessilib. lanceolato-oblongis acuminatis serratis, basi cuneatis rugosis; paniculis ramosis densis pyramidatis multifloris; calycib. fructiferis cylindricis erectis

*) *OCYMUM DENSIFLORUM Rth. l. c. † — Foliis subrotundo-ovatis grosse et obtuse serratis, basi in petiolum parum attenuatis, supra scabriusculis, subtus cinereo-tomentosis; panicula terminali ramosissima dense foliosa; bracteis lanceolatis minutis; calycibus subaequalibus quinquefidis.*

striatis aequaliter 5-dentatis. ♃ — Caules stricti, 2-3-pedales, hexangulares, undique dense rufo-villosi v. tomentosi. Folia 3-5 pollices longa, pollicem lata, supra elevato-rugosa villosula, subtus venosa, pilis stellatis rufo- v. incano-tomentosa, floralia conformia minora, suprema minuta. Racemus rarius subsimplex, saepius rami numerosi stricti paniculam densam elongatam pyramidatam formanti. Verticillastri densi, secundi, multiflori, cymis ternatim verticillatis v. saepius una abortiente oppositis, pedunculo communi 2-lineari, ramis lin. 4-5 longis, pedicellis brevissimis. Bracteae lineares, minutae. Calyces densissime villosi, dentes ovati obtusi. Corolla extus villosissima, tubo supra gibbo, ad medium defracto, labio superiore patente 4-dentato, inferiore ovato concavo. Stamina corollam aequantia. — *Ocymum ternifolium* Spr. Syst. vegetab. IV. Cur. poster. 224. — Habitat in India orientali ad viarum margines in sylvis et in humidis montosis Nepaliae, Kamaon, Silhet, Oude, et regni Burmanici.

46. PL. CALYCINUS E. Mey. Comment. plant. Afric. austr. I. 230. — Tomentoso-pubescens: caule erecto; foll. ternatim verticillatis subsessilib. ovato-oblongis, basi cuneatis rugosis; paniculis densis pyramidatis multifloris; calycib. fructiferis ovato-tubulosis erectis 10-nerviis, dentib. aequalib. acutis. ♃ — *Pl. ternifolio* similis, differt tamen foliis latioribus et calycibus fructiferis 3-4 lin. longis subinflatis venosis. Habitus, inflorescentia, calyces floriferi et corollae omnino *Pl. ternifolii*. — Crescit in Promentorio bonae spei.

Sectio VII. AMETHYSTOIDES Bth. l. c. 46.

Calyx fructifer erectus, campanulatus, aequaliter 5-dentatus. Corolla basi supra gibba, nec calcarata, defracta. Flores laxe paniculati.

47. PL. AMETHYSTOIDES Bth. l. c. † — Caule erecto ramoso pubescente; foll. ovato-rotundatis crenatis, basi longe angustatis integerrimis; florib. laxe paniculatis; calycib. fructiferis erectis campanulatis glaberrimis aequaliter 5-dentatis. ♃ — Caulis herbaceus (?) erectus, tetragonus, pilis brevibus obversis pubescens. Folia parva, distantia, petiolo cuneato-dilatato, tenuissime pubescentia eglandulosa. Racemi elongati, paniculato-ramosi. Folia floralia inferiora caulinis conformia, suprema minuta sessilia. Verticillastri laxissimi, cymis utrinque elongatis, nunc omnibus regulariter dichotomis, inferioribus nunc ramis caulinis conformibus. Bracteae ovatae, infimae foliaceae, supremae minutae. Calyx *Amethystheae coeruleae* campanulato-subglobosus, dentibus brevibus late ovatis acutis. Corolla calyce quadruplo longior 2½-linearis, tubus basi supra gibbus, declinatus, elongatus, rectus, labium superius breve quadridentatum, inferius lato-rotundatum integerrimum. Stamina corollam aequantia. — Habitat in China.

48. PL. DUBIUS Vahl mss. ex Bth. l. c. 711. — Caule erecto ramoso pubescente; foll. ovatis crenatis, basi cuneatis angustatisve rugosis; florib. laxe paniculatis; calycib. fructiferis erectis campanulatis cano-pubescentib. aequaliter quinquedentatis. ♃ — A *Pl. amethystoide* differt foliis angustioribus rugosis, subtus venosissimis tenuiter pubescentibus calycibusque canescentibus. — In Japonia.

49. PL. INFLEXUS Vahl mss. ex Bth. l. c. — Glaber: Caule erecto subsimplici; foll. ovatis acutis grosse dentatis, basi longe angustatis; racemo laxo paucifloro; calycib. fructiferis erectis campanulatis glabris aequaliter quinquedentatis. ♃ — A *Pl. amethystoide* differt foliis angustioribus et racemo simplici paucifloro, sed exemplar herbarii *Vahliani* vix jam floridum est. — *Ocimum inflexum* Thnbrg. Flor. Japon. 249? — Crescit in Japonia.

† *Species quoad genus dubiae.*

50. PL. (OCYMUM Rth. Nov. plant. spec. 272. — LUMNIZERA Spr. Syst. veget. II. 667.) SALVIOIDES Bth. l. c. 45. † — Foliis ovato-oblongis crenulatis, basi in petiolum decurrentibus integerrimis, utrinque pilosis ciliatis, caule inferne pilis reversis incano, superne cum calycibus pilis capitatis subviscoso; racemo terminali simplici; bracteis subrotundo-ovatis subpetiolatis; calycis labii inferioris (superioris?) tridentati, dente intermedio minimo. ♃? — Ex inflorescentia et corollae

forma videtur *Ocimis* affinis, sed calyce longe diversus. An *Moschosmatis* v. *Perillae* species? — Crescit in India orientali.

51. PL. (?) JAVANICUS Btb. l. c. 45. — Paniculis virgatis foliosis, pedicellis subumbellatis; foll. ovato-oblongis grosse dentatis, utrinq. pubescentibus. ♃ — Calyx tubulosus quinquedentatus, dentibus subaequalibus. Corollae labium inferius longius concavum subintegerrimum, superius fornicatum semiquadrifidum. Stamina didynama declinata, labio inferiore inclusa. Antherae globosae uniloculares nudae. Stigma semibifidum. — An potius *Geniospori* species? Certe ab *Elsholtzia* valde diversus. — *Elsholtzia Javanica* Blume, Bijdragen 835. — Habitat in Java in paludibus montanis.

52. PL. NUDIFLORUS Willd. Spec. plantar. III. 168. — Btb. l. c. 46. † — Nectario gibboso; panicula racemosa nuda; foll. cordatis rugosis superiorib. amplexicaulibus. ♃ — Sub nomine *Ocimi Chinensis* in hortis occurrit. Caulis brevis vix semipedalis, quadrangularis, erectus, pubescens. Folia inferiora petiolata, 2–3-uncialia cordata acuminata, grosse dentata, rugosa glabra, subtus ad venas pubescentia. Petioli unciales a basi folii decrescentes, superne alati. Folia superiora minora, cordata dentata rugosa amplexicaulia. Panicula terminalis, pedalis et ultra, ex verticillis confertis composita qui e quatuor racemis secundis brevibus uncialibus formantur. Bracteae ad quemlibet verticillum binae parvae cordatae integerrimae, sessiles. Calyx bilabiatus, labium superius trilobum obtusum, labium inferius bipartitum, laciniis lineari-subulatis. Corolla parva, clausa, pubescens, tubo refracto superne gibboso. — An *Colei* species? — *Germanea nudiflora* Poir. Dict. II. 763. — Habitat in China?

53. PL. (DENTIDIA Lour. Flor. Cochinch. 369.) NANKINENSIS Spr. Syst. vegetab. II. 691. — Btb. l. c. 46. — Caulis herbaceus, annuus, 1-pedalis, erectus, duriusculus, tetragonus, rectus, purpureus, glaber, ramis brachiatis. Folia reniformia, concava, limbo reflexo fimbriato glabra, fusco-purpurea, opposita, petiolis longis. Flos albo-ruber, spicis prismaticis, quadragonis axillaribus..... Perianthium bilabiatum 5-fidum, nitidum pilosum 5-nervium, erectum, laciniis 3 superioribus obtusis denticulatis, 2 inferioribus subulatis longioribus. Corolla ringens pilosa, labio superiore 4-fido, laciniis subaequalibus rotundatis erectis, labio inferiore majore integerrimo incurvo reflexo. Filamenta didynama, fauci insistentia, omnia corolla breviora. Antherae bilobae stantes, lobis ad basin divaricatis. Germen 4-fidum. Stylus brevis, aequalis staminibus. Stigma acutum, bifidum..... Semina 4, subrotunda..... — Planta aspectu elegans, colore et odore *Melissae Creticae* similis, foliis, spicis, calyce, et corolla differens. — Verosimiliter ad *Anisochilum* vel ad *Aeollanthum* referendus. — Habitat in China Nankini, inde Cantonem delata ob pulchritudinem studiose colitur.

†† *Species e genere excludendae.*

PL. AMBOINENSIS Spr. — COLEUS AROMATICUS?
PL. AROMATICUS Roxb. — COLEUS AROMATICUS.
PL. ASPER Spr. — COLEUS BARBATUS.
PL. BARBATUS Andr. — COLEUS BARBATUS.
PL. BARRELIERI Spr. — OCYMUM BASILICUM.
PL. BICOLOR Blume. — COLEUS BICOLOR.
PL. CANINUS Roth. — COLEUS SPICATUS.
PL. CARNOSUS Sm. — ANISOCHILUS CARNOSUM.
PL. COLORATUS Don. — GENIOSPORUM STROBILIFERUM.
PL. COMOSUS Sims. — COLEUS BARBATUS.
PL. CRASSIFOLIUS Vahl. — COLEUS ZATARHENDI
PL. CRASSIFOLIUS Hortul. — COLEUS AROMATICUS, et ANISOCHILUS CARNOSUM.
PL. DUBIUS Spr. — ANISOCHILUS CARNOSUM.
PL. FORSKOELEI Willd. — COLEUS BARBATUS.
PL. GALEATUS Vahl. — COLEUS GALEATUS.

PL. INDICUS Spr. = OCIMUM INDICUM.
PL. INGRATUS Blume. = COLEUS INGRATUS.
PL. LACINIATUS Blume. = COLEUS LACINIATUS.
PL. MACROPHYLLUS Blume. = COLEUS MACROPHYLLUS.
PL. MONACHORUM Spr. = OCIMUM SANCTUM.
PL. MONADELPHUS Roxb. = COLEUS BARBATUS.
PL. RUBICUNDUS Don. = ORTHOSIPHON RUBICUNDUS.
PL. SCUTELLARIOIDES Blume. = COLEUS BLUMEI.
PL. SCUTELLARIOIDES R. Br. = COLEUS SCUTELLARIOIDES.
PL. STROBILIFERUS Roxb. = ANISOCHILUS CARNOSUM.
PL. THYMIFLORUS Spr. = ORTHOSIPHON GLABRATUS.
PL. TRISTIS Spr. = ORTHOSIPHON TOMENTOSUS.
PL. TUBEROSUS Blume. = COLEUS TUBEROSUS.
PL. VIRGATUS Don. = ORTHOSIPHON VIRGATUS.
PL. VISCOSUS Spr. = OCIMUM VISCOSUM.

3570. COLEUS *Lour.*

(Lour. Flor. Cochinch. 452. — Meisn. Gener. plant. vascular. I. 292. II. 191. — Bth. Labiat. gen. et spec. 47. et 711.)

Sectio I. CALCEOLUS Bth. l. c. 49.

Verticillastri 6–10-flori. Calyx fructifer reflexus, intus fauce villosa.

1. C. SPICATUS Benth. in Wall. Plant. Asiat. rarior. II. 15. et Labiatar. gener. et spec. 49. — Caule basi procumbente; ramis adscendentib. patentim pilosis; foll. petiolatis obovatis, basi angustatis carnosis, floralib. membranaceis concavis, flores superantib., demum deciduis; spicis simplicib. elongatis densis; verticillastris 6–10-floris approximatis; calycib. fructiferis deflexis hispidis, fauce intus villosa, dente supremo rotundato subdecurrente, inferiorib. lanceolatis acutis subaequalib.; corollae tubo defracto, labio inferiore stipitato cymbiformi. ♃ — Caules basi ramosi crassiusculi, obtuse tetragoni, rami 1–1½-pedales. Folia 1–2-pollicaria integerrima v. versus apicem parce crenata, utrinque pubescentia rara tenuissima subcanescentia. Spica 4–8-pollicaris et ultra, verticillastris omnibus densis et arcte approximatis. Folia floralia latissima acuta ciliata, caeterum glabra, juniora ad apicem spicae comosa, dein per anthesin decidua. Genitalia et corolla *C. barbati*, sed minora. Achaenia rotundata compressa nigra laevissima. — *Plectranthus caninus* Roth, Nov. plantar. spec. 279. — Habitat in India orientali, in peninsulae montibus Dindygul.
2. C. BARBATUS Benth. l. l. c. c. et 711. — Caule basi fruticoso adscendente tomentoso-hispido; foll petiolatis ovatis crenatis, basi angustatis, molliter tomentosis, juniorib. strigoso-hispidis, floralib. membranaceis late ovatis acuminatis in apice racemorum comosis, per anthesin deciduis; racemis simplicib.; verticillastris sexfloris distantib.; calycib. fructiferis deflexis hispidis, fauce intus villosa, dente supremo ovato subdecurrente, inferiorib. lanceolatis acutis subaequalib.; corollae tubo defracto, labio inferiore stipitato maximo cymbiformi. ♃ — Caules ramosi 2–3-pedales, pilis articulatis rigidis asperi v. tomentoso-hispidi. Folia utrinque canescentia crassiuscula flaccida, saepius tomentosa, nunc pilis rigidis adpressis obtecta, floralia in racemo juniore calyces superantia adpressa. Racemus strictus semipedalis v. demum pedalis et longior. Calyces deflorati ut in *Ocimis* deflexi et ad axin arcte adpressi. Pedicelli breves simplices uniflori. Calyx pilis albidis dense obtectus, labium superius membranaceum ovatum acutum. Corolla albo-coerulea. Tubus basi subgibbus, extra calycem ad angulum rectum defractus, faux inflata. Labium superius breve patens, brevissime et obtuse quadridentatum, inferius magnum porrectum compressum cymbiforme, genitalia includens. Stylus apice breviter subulato-bifidus. Achaenia laevissima. — *Plectranthus Forskálii* Willd. Spec. plantar. III. 109. — Bot. Magaz. t. 2036. — *Germanea Forskálii* Poir. Dict. II. 764. — *Plectranthus barbatus* Andr. Bot. Rep. t. 594. — *Plectranthus comosus* Bot. Magaz. t. 2318. — *Ocimum asperum* Roth,

Nov. plantar. spec. 268. — *Plectranthus asper* Spr. Syst. vegetab. II. 698. — *Plectranthus monadelphus* Roxb. Hort. Beng. 45. — Habitat in India orientali, in montosis australibus peninsulae, in Dindygul, ad Nundydroog in Mysore, in Bangalore, in montosis Nepaliae et Kamaon, in Madagascaria, in Arabiae felicis montibus altioribus Hadiensibus alibique.

3. C. HEYNEI Bth. Labiat. gener. et spec. 50. — Caule herbaceo adscendente simplici; foll. ovatis grosse serratis pubescentib.; racemo terminali simplici; bracteis ovato-lanceolatis reflexis; filamentis edentulis, basi connatis. ♃ — Caulis erectus simplex tetragonus pubescens palmaris et pedalis. Folia remota obtusa, subtus pallidiora venosa, media ultra sesquiunciam longa unciamque lata, inferiora et superiora minora. Flores verticillati, verticillis distinctis semiunciam a se invicem remotis sexfloris. Bracteae ad quemvis verticillum 2 planae, longitudine circiter pedicellorum, pubescentes. Pedicelli filiformes pubescentes, vix ultra sesquilineam longi simplices uniflori. Calyx tubulosus striatus, pedicello suo duplo longior bilabiatus pubescens. Labium superius subrotundo-ovatum mucronatum, tenuissime crenulatum integrum ciliatum, venis elevatis elegantissime striatis reticulatum. Labium inferius quadrifidum, laciniae setaceae scabrae, 2 intermediae paullo longiores lateralibus. Corolla ringens. Tubus cylindraceus, calyce dimidio fere longior. Labium superius trifidum, inferius longius ovatum concavum crenulatum integrum. Stamina declinata, labio inferiori incumbentia. — *Plectranthus monadelphus* Heyne mss. — *Ocimum monadelphum* Roth. Nov. plantar. spec. 267. — Habitat in India orientali.

4. C. ZATARHENDI Bth. l. c. 50. — Foll. carnosis rigidis late ovatis acutis crenatis villosis, basi truncatis. ♃? — Caules surgentes sempervirentes quadragono-teretes, setis mollibus farcti. Folia brachiata. Petiolus (½ poll.) patens villosus, subtus teres planus, supra cum canaliculo. Lamina carnosa, late ovata, fere subrotunda, (1½ poll.) patens, villis mollibus reticulata, venis superne canis angustis, infra latis elatis dentato-crenata, obtuse basi truncata. Pedunculi terminales spithamaei verticillati. Bracteae ad verticillos utrinque solitariae membranaceae ovato-lanceolatae deflexae. Pedicelli seni, utrinque in singulo verticillo uniflori, semipollicares, superiores prius florentes ideo longius excrescunt. Flores resupinati. Calicis labio inferiore (superiore?) lato cavo subrotundo, superiore (inferiore?) breviore quadripartito, laciniis lineari-lanceolatis. Corolla ringens. Tubus albicans compressus, basi subtus gibbus, medio refractus ad angulum rectum, apice latior, supra planus, infra geniculum carinatus supra. Labium superius (inferius?) violaceum cymbiforme compressum obtusum integrum, inferius (superius?) erectum album obtusum, vix quadridentatum. Filamenta 4, didynama, inferiora labio longiora, superiora adhuc longiora, omnia a basi ad medium connata in tubum fissum circa pistillum. Stamina breviora, tubo annexa. Nectarium, glandula infra germina versus basin tubi crassa ovalis erecta viridis. Germina 4 parva globosa. Stylus filiformis ruber, longitudine staminum. Stigma duplex acutum. — *Ocimum a. Zatarhendi* Forsk. Fl. Aeg. Arab. 109. — *Plectranthus crassifolius* Vahl, Symb. I. 44. — *Germanea crassifolia* Poir. Dict. II. 764. — Habitat in Arabia.

Sectio II. AROMARIA Bth. l. c. 51.

Verticillastri densi subglobosi multiflori. Calyx fructifer vix declinatus, fauce intus nuda.

5. C. AROMATICUS Benth. in Wall. Plant. Asiat. rarior. II. 15. et Labiat. gen. et spec. 51. et 711. — Caule basi fruticoso; ramis tomentoso-pubescentib. v. hispidis; foll. petiolatis late ovatis crenatis, basi rotundatis cuneatisve crassissimis, utrinq. hispidis v. cano-villosis, floralib. calycem vix aequantib.; racemis simplicib.; verticillastris remotis globosis multifloris; calycib. suberectis tomentosis, fauce intus nuda, dente supremo ovato-oblongo membranaceo non decurrente, inferiorib. brevioribus setaceis subaequalibus. ♃ — Caules crassi carnoso-vasculosi, basi sublignosi. Rami 1-1½-pedales, saepius breviter hispidi. Folia fragrantissima 1-2-pollicaria, in vivo crassissima viridia vasculosa rugosa, siccitate albicantia, pilis brevibus dense obsessa, floralia parva acuminata, per anthesin reflexa.

Verticillastri 20–30–flori et ultra. Calyces breviter pedicellati parvi albo–tomentosi, fructiferi vix aucti. Corollae tubus calyce subduplo longior, ad medium defractus, faux inflata, labium superius breve quadridentatum, inferius tubo aequale, extus pubescens, parum dilatatum cymbiforme. Genitalia breviter exserta. Achaenia subrotunda compressa brunnea laevissima lucida. — *Plectranthus aromaticus* Roxb. Hort. Beng. 45. — *C. Amboinicus* Lour. Fl. Cochinchin. 372. — *Marrubium album Amboinicum* Rumph, Herb. Amb. V. 295. t. 102. fig. 3? — *Plectranthus Amboinensis* Spr. Syst. veget. II. 690? — *Plectranthus crassifolius* Hortul. — *C. aromaticus* Lindl. Bot. Reg. t. 1520. — *Coleus crassifolius* Bth. in Wall. Plant. Asiat. rarior. II. 15. et Labiat. gen. et spec. 52. no. 6. — Habitat in India orientali ad Patna (an indigenus?) in hortis Indicis frequentissimus, sed raro floret.

Sectio III. SOLENOSTEMON Bth. l. c. 52.

Verticillastri laxi multiflori. Calyx fructifer declinatus, fauce intus nuda.

§. 1. *Calycis dentes laterales abbreviati, truncati, ab infimis elongatis connatis liberi.*

6. C. BOJERI Bth. l. c. 52. — Caule humili pubescente; foll. petiolatis ovatis obtusis crenatis, basi rotundatis v. subcordatis, supra et subtus ad nervos hispidulis, floralib. minutis; racemis elongatis simplicib.; verticillastris laxis sub–10–floris, pedunculo communi ramisq. brevissimis; calycib. pubescentib. declinatis, dente supremo ovato obtuso vix decurrente, lateralib. abbreviatis rotundatis, infimis elongatis acutis, ultra medium connatis; corollae fauce vix inflata. ♃ — Caulis herbaceus subsimplex rufo–pubescens v. villosus. Folia minora quam *C. scutellarioidis*, obtusa nec acuminata bullato–subrugosa purpureo–maculata, subtus glandulosa. Racemus elongatus. Verticillastri et flores *C. scutellarioidis*, sed pedicelli longiores erectiores. Corolla minor glabra, tubo calyce duplo longiore, labio inferiore lineari, tubo aequali. Stamina breviter exserta, ultra medium connata. — *Plectranthus maculatus* Bojer mss. — *Mitsa maculata* Chap. mss. — In Madagascaria ad Betoni–mena provinciae Emirnensis habitat.

7. C. SCUTELLARIOIDES Benth. in Wall. Plant. Asiat. rarior. II. 16. et Labiat. gener. et spec. 53. † — Glabriuscula: caule basi fruticoso; foll. petiolatis ovatis breviter acuminatis dentatis, basi rotundatis glabris v. vix tomentosis, floralib. demum deciduis, verticillastro breviorib.; racemis elongatis gracilib., basi subramosis; verticillastris laxe multifloris; pedunculo communi subnullo, pedicellis ramos breves subaequantib.; calycib. fructiferis declinatis, basi striatis, fauce intus nuda, dente supremo ovato acutiusculo vix decurrente, lateralib. ovatis obtusissimis, infimis longiorib. acutis, ultra medium connatis; corollae fauce vix ampliata. ♃ — Rami glabri v. tenuissime pubescentes, obtuse tetragoni sulcati. Folia 1½–2–pollicaria, anguste ovata, subtus valde nervosa, saepe subpurpurascentia, floralia late ovata membranacea acuminata. Racemi pedales et ultra. Verticillastri infimi pollicem, supremi semipollicem distantes 10–15–flori. Calyces minuti, fructiferi aucti glabriusculi. Corolla calyce florigero fere quintuplo longior gracilis, basi infra gibba, labio superiore pallido ovato breviter quadridentato, inferiore coeruleo duplo longiore concavo incurvo, basi angustato. Achaenia minuta orbicularia compressa laevia. — *Majana aurea* Rumph, Herb. Amb. V. 296. t. 102. fig. 3. (sed inflorescentia in icone deest et ideo dubia). — *Ocimum scutellarioides* Linn. Spec. plantar. 834. — Bot. Magaz. t. 1446. — *Plectranthus scutellarioides* R. Br. Prodr. fl. Nov. Holl. 506. — Habitat in Archipelago Indico, in insula Amboina et Bourou, in Nova Hollandia tropica et in insula Mauritio.

8. C. ACUMINATUS Benth. in Linnaea VI. 81. et Labiat. gener. et spec. 53. † — Caule superne piloso; foll. petiolatis ovatis longe acuminatis inciso–serratis, basi rotundatis v. cuneatis, utrinq. puberulis, petiolis rufo–ciliatis, floralib. subcomosis deciduis; racemo simplici; verticillastris laxe multifloris; pedicello communi ramisq. subnullis; calycib. fructiferis declinatis, basi striatis, fauce intus nuda, dente supremo ovato obtuso vix decurrente, lateralib. truncatis, infimis elongatis acutis, ultra medium connatis; corollae fauce tenui. ♃ — Caulis videtur herbaceus

erectus. Folia majora quam *C. scutellarioidis* et longius acuminata, floralia ovata acuminata membranacea, juniora subcomosa, per anthesin decidua. Calycis dentes infimi longiores quam in *C. scutellarioide*, corolla longior tenuior, labio inferiore elongato declinato vix incurvo concavo, basi valde attenuato. Caeterum *C. scutellarioidi* valde affinis. — Habitat in insula Manilla.

9. C. INGRATUS Bth. Labiat gener. et spec. 53. — Pubescens: foll. petiolatis ovatis acuminatis serrato-crenatis, basi cuneatis v. rotundatis, utrinq. pubescenti-viliosis, floralib. deciduis; racemis simplicib.; verticillastris laxe multifloris; pedunculo communi subnullo, ramis abbreviatis, pedicellis elongatis; calycib. hispidis, dente supremo ovato non decurrente, lateralib. ovato-truncatis, infimis elongatis acutis, ultra medium connatis; corollae fauce subampliata. ♃ — Planta tota purpurascit. Folia fere *C. scutellarioidis*. Petioli et axillae pilosi. Verticillastri ultra pollicem distantes, irregulariter laxiflori. Calyx basi villosissimus, fructiferum non vidi. Corolla *C. scutellarioidis*. — *Plectranthus ingratus* Blume, Bijdragen 836?*) — Habitat in Javae montosis provinciarum occidentalium.

10. C. GRANDIFOLIUS Bth. l. c. 54. — Caule pubescente; foll. petiolatis amplis late ovatis acuminatis grosse crenatis, basi rotundatis v. subcordatis subcarnosis, floralib. coloratis, ante anthesin comosis; racemis simplicib. elongatis; verticillastris laxe multifloris, pedunculo communi ramisq. subnullis, pedicellis elongatis; calycib. hispidis, dente supremo ovato acuto non decurrente, lateralib. brevissimis truncatis, infimis elongatis acutis, ultra medium connatis; corollae fauce ampliata. ♃ — Folia tenuissime pubescentia, forma *C. Malabarici*, sed subcarnosa ut in *C. paniculato*; floralia bracteaeformia subpersistentia, suprema comosa. Racemus *C. scutellarioidis*, at paullo major et faux magis dilatata. Affinis quoque *C. secundiflorо*, a quo differt tamen inflorescentia. — Habitat in insula Timor.

11. C. AFRICANUS Bth. l. c. — Caule herbaceo erecto ramoso pubescente; foll. ovatis obtusis crenatis, basi rotundatis, in petiolum decurrentib. glabriusculis; racemo elongato; verticillastris laxis; cymis utrinq. multifloris, pedunculo communi subnullo, ramis elongatis; calycis fructiferi dente supremo ovato membranaceo acuto breviter decurrente, lateralib. minutis, inferiorib. in labium membranaceum bidentatum coalitis. ♃ — *Solenostemon ocymoides* Schum. et Thonn. Kongl. Dansk. Vidensk. Selsk. Afhandl. IV. 45. — Habitat in Africa aequinoctiali, in Guinea ad Sierra Leone et in insula St. Thomas.

12. C. ATROPURPUREUS Benth. in Wall. Plant. Asiat. rar. II. 16. et Labiat. gen. et spec. 54. — Caule erecto tenuissime pubescente; foll. petiolatis late ovatis crenatis, basi rotundatis tenuissime pubescentib., floralib. ovatis minutis deciduis; racemis subsimplicib.; verticillastris quadrifariam cymaeformib., pedunculo communi utrinq. subnullo, ramis elongatis, pedicellis brevissimis; calycib. pubescentib., dente supremo ovato acutiusculo subdecurrente, lateralib. obtusissimis supremum aequantib., infimis duplo longiorib. acutis, ultra medium connatis; corollae fauce dilatata. ♃ — *β. densiflorus:* foll. vix purpurascentib.; racemis subramosis; verticillastris magis approximatis. — *Melissa lotoria* Rumph. Herb. Amb. V. 202. t. 101? — Habitat in Archipelago Indico, in insula Penang, *β.* in insulis Manilla et Tanna, in Uliassarensibus insulis.

13. C. PERSOONII Bth. l. c. 55. — Caule erecto tenuiter pubescente; foll. petiolatis ovatis obtusis crenatis, basi truncatis v. subcordatis rugosis molliter villosis, floralib. deciduis; racemo simplici; verticillastris quadrifariam cymaeformib.; pedunculo communi utrinq. subnullo, ramis elongatis, pedicellis calyce breviorib.; calycib. canescentib., dente supremo orbiculato concavo, lateralib. breviorib. obtusissimis, infimis elongatis lanceolato-setaceis incurvis, ultra medium connatis; corollae fauce subdilatata. ♃ — A *Coleis* hujus sectionis differt praecipue

*) *PLECTRANTHUS INGRATUS Blume, Bijdragen 836. — Calycis hirsuti labio inferiore trifido, lacinia intermedia elongata semibifida; filamentis basi monadelphis; verticillis distinctis, pedicellis subramosis; foliis ovatis grosse crenatis, basi cuneatis integerrimis, utrinque puberulis Folia utrinque atropurpurascentia*

foliis rugosis villosis. Racemus canescit. Calyx fructifer nervosus incurvus, dente supremo glabro. Corolla omnino ut in caeteris speciebus hujus sectionis. Stamina exserta, filamentis ultra medium connatis. — *Ocimum paniculatum* Pers. Enchir. II. 135. — Habitat in Madagascaria.

14. C. MULTIFLORUS Bth. l. c. 55. — Caule ascendente villoso pubescente; foll. longe petiolatis ovato-oblongis acutis crenato-serratis, basi cuneatis v. angustatis, molliter pubescentib., floralib. deciduis; racemis elongatis simplicib.; verticillastris quadrifariam cymaeformib., pedunculo communi utrinq. subnullo, ramis elongatis, pedicellis calyce breviorib.; calycib. glanduloso-pubescentib., dente supremo orbiculato breviter decurrente, lateralib. obtusissimis duplo breviorib., infimis lanceolatis elongatis, ultra medium connatis; corollae tubo tenui, fauce subinflata, labio inferiore maximo latissimo concavo. ♃ — Habitu *C. acuminato* affinis, sed diversus foliis vix acuminatis, inflorescentia, calyce et corolla. Caulis herbaceus videtur. Folia subtus minute glandulosa, petiolis rufo-villosis. Calyx fructifer incurvus striatus, dente supremo subplano. Corollae labium inferius in *Coleis* hujus sectionis maximum. Filamenta ad medium connata. Achaenia parva orbiculata compressa nigra laevia lucida. — Habitat in insula Manilla.

15. C. (PLECTRANTHUS Blume, Bijdragen 835.) MACROPHYLLUS Bth. l. c. 55. — Calycis hirsuti labio inferiore trifido, lacinia intermedia longiore semibifida; filamentis basi monadelphis; verticillastris distinctis; pedicellis ramosis; foll. subrotundo-ovatis acutis inaequaliter obtuse serratis, basi vix attenuatis integerrimis, utrinque puberulis. ♃? — Accedit ad *Pl. ingratum*; folia infra purpurascentia. — In insulae Javae humidis sylvaticis montosis habitat.

16. C. (PLECTRANTHUS Blume l. c. 837.) BICOLOR Bth. l. c. 55. — Calycis hirsuti labio inferiore trifido, lacinia intermedia longiore semibifida; filamentis basi monadelphis; verticillis distinctis, pedicellis ramoso-bifidis; foll. (disparib.) ovatis acuminatis crenatis, basi rotundatis v. inaequaliter attenuatis et integerrimis, utrinque puberulis. ♃ — Folia infra purpurascentia. Affinis *Pl. macrophyllo*. Variat: foliis minoribus utrinque acuminatis, rarius ad basin rotundatis, costis infra purpurascentibus. — Habitat in insula Java ad pedem montis Saleck.

17. C. SECUNDIFLORUS Bth. l. c. 55. — Tenuiter pubescens: foll. petiolatis ovatis acuminatis grosse crenatis, basi rotundatis v. cordatis rugosis subcarnosis, floralib. deciduis; racemis elongatis simplicib.; verticillastris cymaeformib. secundis; pedunculo communi utrinq. subnullo, ramis elongatis; calycib. pendulis hispidis, dente supremo oblongo acuto non decurrente, lateralib. abbreviatis ovatis acutiusculis liberis, infimis elongatis acutis, fere ad apicem connatis; corollae fauce subdilatata. ♃ — Affinis *C. grandifolio*, a quo differt inflorescentia. Caulis erectus ramosus, obtuse tetragonus pubescens. Folia glabriuscula, ad nervos tenuiter pubescentia, floralia minutissima. Racemi multiflori paniculaeformes secundi. Cymae numerosae approximatae laxae, rami pedunculorum in quoque verticillastro 2–4, pedicellis calyce brevioribus, floribus in quoque ramo 10–15. Corollae tubus calyce florigero duplo longior, basi subtus gibbus. Labium superius breve obtusum quadrifidum patens, inferius elongatum concavum. Filamenta ultra medium monadelpha. — Habitat in insula Timor.

18. C. BLUMEI Bth. l. c. 56. — Calycis hirsuti labio inferiore trifido, lacinia intermedia longiore semibifida; filamentis basi monadelphis; verticillastris distinctis; pedicellis racemosis secundis; foll. ovatis acuminatis grosse obtuse serratis, basi acutis et integerrimis, utrinq. puberulis. ♃ — Folia supra maculis atropurpureis picta. — *Plectranthus scutellarioides* Blume, Bijdragen 837. (non R. Br.) — In hortis Javanis colitur.

19. C. (PLECTRANTHUS Blume, Bijdragen 838.) LACINIATUS Bth. l. c. — Calycis hirsuti labio inferiore trifido, lacinia intermedia semibifida longiore; filamentis basi monadelphis; verticillastris distinctis; pedicellis subramosis secundis; foll. ovatis acuminatis laciniatis aut inciso-serratis, basi acutis et integerrimis, utrinq. puberulis. ♃ — An varietas praecedentis? Folia supra maculis purpurascentibus picta. — In hortis Javanicis colitur.

20. C. (PLECTRANTHUS Vahl, Symb. I. 43. — Blume, Bijdragen 836?) GALEATUS Bth. l. c. — Nectario gibboso; pedicellis ramosis; foll. cordato-ovatis acuminatis serratis. ♃ — Caulis villosus sulcatus. Folia petiolata, late ovata villosa, praesertim subtus in venis. Pedunculus terminalis, pedicelli oppositi ramosi. Bracteae nullae. Corolla pubescens, labio inferiore galeato. Accedit ad *Ocimum scutellarioidem*, cui folia ovato-lanceolata, flores minores, bracteae cordatae et pedunculi utrinque gemini. — [Calycis hirsuti labio inferiore trifido, lacinia intermedia longiore semibifida; filamentis basi monadelphis; verticillis distinctis; pedicellis ramosis; foll. ovatis acuminatis, basi rotundatis subcordatisve exserte acute serratis, utrinq. puberulis. ♃ — Affinis *Pl. macrophyllo* et *Pl. ingrato*. — Blume, Bijdragen 836.] — *Germanea galeata* Poir. Dict. II. 763. — Habitat in Java in humidis umbratis montanis.

§. 2. *Calycis dentes laterales acuti, supremum subaequantes, infimi longiores, basi cum lateralibus, ultra medium se invicem connati.*

21. C. MACROSTACHYS Bth. l. c. 57. — Caule pubescente; foll. petiolatis ovatis acuminatis crenato-serratis, basi rotundatis, supra et subtus ad nervos hispidulis, floralib. deciduis; racemis elongatis subsimplicib.; verticillastris remotis laxis, pedunculo communi utrinq.(?), ramis pedicellisq. calyce fructifero breviorib.; calycib. glabris, fructiferis membranaceis, intus fauce nuda, dente supremo ovato acuto, marginib. revolutis, inferiorib. lanceolatis acutis, 2 lateralib. supremum aequantib., 2 infimis longiorib., basi cum lateralib., ultra medium invicem connatis; corollae tubo tenui, fauce dilatata, labio inferiore elongato lato concavo. ♃ — Caulis herbaceus erectus ramosus purpurascens. Folia subtus minute glandulosa, floralia bracteaeformia late ovata concava membranacea ciliata. Verticillastri 10–15-flori. Folia et inflorescentia fere *C. ingrati*. Calyx et corolla *C. Malabarici*. — Habitat in Java.

22. C. OVATUS Bth. l. c. — Caule glabriusculo, superne viscoso-pubescente; foll. petiolatis ovatis, vix acuminatis, grosse crenatis, basi rotundatis v. cordatis, supra hispidulis, subtus glabris, floralib. deciduis; racemis subramosis; verticillastris laxis, pedunculo communi ramisq. subnullis; calycib. glabris membranaceis, fructiferis inflatis, dente supremo ovato, marginib. subrevolutis, inferiorib. acutis, 2 infimis basi cum lateralib. ultra medium se invicem connatis; corollae tubo tenui, fauce dilatata, labio inferiore elongato lato concavo. ♃ — Folia minora quam praecedentis, minus acuminata, basi saepius cordata, floralia vix ciliata, ante anthesin decidua. Caulis tenuissime canescens, rhachis racemi pilis brevibus purpurascentibus viscosis pubescens. Racemus basi utrinque ramo auctus. Verticillastri semipollicem remoti 6–10-flori. Corolla *C. Malabarici*, a quo differt foliis minoribus ovatis nec late ovatis, calycibus magis inflatis, racemo minus ramoso. — An *C. Malabarici* varietas? — Habitat in Indiae orientalis peninsula, in Coromandelia.

23. C. MALABARICUS Benth. in Wall. Plant. Asiat. rarior. II. 16. et Labiat. gen. et spec. 57. — Tenuiter pubescens: foll. petiolatis amplis, latissime ovatis, breviter acuminatis crenatis, basi rotundato-truncatis, floralib. deciduis; racemis laxe ramosis; verticillastris sub-10-floris laxis; pedunculo communi utrinq. subnullo, ramis abbreviatis; calycib. fructiferis deflexis glabris, basi subinflatis, intus fauce nuda, dente supremo ovato acutiusculo, marginib. revolutis, inferiorib. lanceolatis acutis, 2 lateralib. supremum aequantib., 2 infimis duplo longiorib., ad basin cum lateralib. ultra medium invicem connatis; corollae tubo tenui exserto, fauce ampliata, labio inferiore elongato porrecto. ♃ — Caulis herbaceus erectus, rami divaricati fere glabri. Folia inferiora longissime petiolata, 3–4 poll. et ultra longa et totidem lata, supra glabriuscula, subtus ad nervos pubescentia, floralia minuta, ante anthesin decidua. Racemi 4–6-pollicares, basi in ramos 2–4 divisi. Calyx floriger minutus, fructifer valde auctus. Corolla circiter 7 lineas longa. Genitalia breviter exserta. Achaenia subrotunda compressa laevia. — *Plectranthus Malabaricus* Klein mss. — Habitat in Indiae orientalis peninsula, ad Travancore.

24. C. INFLATUS Bth. Labiat. gen. et spec. 58. † — Glaber: foll. petiolatis amplis ovatis acuminatis dentatis, basi longe angustatis integerrimis, floralib. deciduis; racemis subramosis; verticillastris irregulariter cymaeformib.; pedunculo communi utrinq. subnullo, ramis alternis v. omnib. elongatis, pedicellis abbreviatis; calycib. fructiferis nutantib. glabris inflatis, intus fauce nuda, dente supremo ovato-lanceolato acuminato plano, inferiorib. lanceolatis acutis, 2 lateralib. supremum aequantib., 2 infimis vix longiorib., basi cum lateralib., ultra medium invicem connatis; corollae tubo elongato, fauce subaequali, labio inferiore superiore vix longiore. 4 — Affinis *C. Malabarico*, sed characteribus datis distinctissimus. Caulis crassus subcarnosus. Folia inferiora semipedalia v. cum petiolo fere pedalia, floralia late ovata membranacea acuminata, ante anthesin comosa, per anthesin decidua. Rami pedunculorum saepe pollicares, basi incrassati, pedicelli calyce fructifero multo breviores. Corollae 10 lin. v. ultra longae, tubo subincurvo vix defracto. Achaenia magna rotundata compressa laeviuscula. — Crescit in insula Zeylania.

25. C. MACRAEI Bth. l. c. — Pubescens: foll. longe petiolatis ovatis acuminatis, basi rotundatis v. cuneatis, floralib. deciduis; racemis paniculato-ramosis; verticillastris quadrifariam cymosis; pedunculo communi utrinq. subnullo, ramis valde elongatis, pedicellis brevissimis; calycib. fructiferis nutantib. glabris, basi subinflatis, intus fauce nuda, dente supremo ovato acutiusculo, marginib. revolutis, inferiorib. lanceolatis acutis, 2 lateralib. supremum aequantib., 2 infimis duplo longiorib., basi cum lateralib. ultra medium invicem connatis; corollae tubo exserto, fauce amplissima, labio inferiore elongato porrecto. 4 — Caules et praesertim axis et rami paniculae pilis brevibus rufescentibus subviscosis pubescentes. Folia 2-3-pollicaria, supra et subtus ad nervos tenuiter pubescentia. Paniculae et pedunculorum rami brachiati. Calyces secus ramos subsessiles secundi, forma omnino *C. Malabarici*, a quo differt haec species foliis multo minoribus angustioribus et inflorescentia. Genitalia vix exserta. Achaenia subrotunda compressa nigra laevia. — Crescit in Zeylania.

§. 3. *Calycis dentes 4 inferiores subaequales, basi liberi v. vix connati.*

26. C. GLABRATUS Bth. l. c. — Caule subcarnoso glabro; foll. petiolatis ovato-rotundatis serrato-crenatis crassis rigidis glabris, floralib. minutis deciduis; racemo terminali pubescente simplici paniculaeformi; verticillastris laxe cymaeformib.; pedunculo communi utrinq. ramis pedicellisq. elongatis; calycib. fructiferis glabratis elongatis, dente supremo ovato supra concavo, inferiorib. lanceolatis acutis subaequalib., basi vix connatis; corollae fauce ampliata. 4 — Caulis basi adscendente crassus tumidus vix 9-pollicaris. Folia pollicaria, subtus rigide nervosa. Racemus v. panicula tenuis multiflorus. Rhachis, pedunculi, calyces florigeri et corollae pubescentes. Calyx fructifer glabratus, basi subinflatus, fauce subcontracta elongata intus nuda, dente supremo obtuso, supra concavo laevissimo sublucido. Achaenia pallida laevia. — In Indiae orientalis peninsula circa Madura habitat.

27. C. WIGHTII Bth. l. c. — Caule pubescente; foll. petiolatis ovatis crenatis, basi rotundatis v. subcordatis crassis rugosis, utrinq. hispidis, floralib. deciduis; racemo terminali simplici paniculaeformi; verticillastris laxe cymaeformib.; pedunculo communi utrinq. ramisq. elongatis; calycib. pedicello sublongiorib., fructiferis declinatis pubescentib., dente supremo ovato subplano, inferiorib. lanceolatis acutis subaequalib., basi vix connatis; corollae fauce ampliata, labio inferiore quam superius subquadruplo longiore. 4 — Habitat in Indiae orientalis peninsula, in montibus Nielgherry dictis.

28. C. PANICULATUS Benth. in Wall. Plant. Asiat. rarior. II. 16. et Labiat. gener. et spec. 59. — Caule basi procumbente pubescente; foll. petiolatis late ovatis inciso-dentatis, basi rotundatis v. cuneatis crassis carnosis hispidis, floralib. deciduis; racemo terminali simplici paniculaeformi; verticillastris laxe cymaeformib., pedunculo communi utrinq. ramis pedicellisq. elongatis; calycib. fructiferis

declinatis pubescentib., fauce intus nuda, dente supremo ovato plano, inferiorib. lanceolato-subulatis subaequalib., basi vix connatis; corollae fauce ampliata, labio inferiore quam superius vix duplo longiore. ♃ — A *C. Wightii* differt foliis latioribus crassioribus carnosis magis incisis et basi saepe cuneatis v. angustatis nec cordatis, racemo laxiore, calycis lobis inferioribus angustioribus et corollae labio inferiore breviore. — Habitat in India orientali in montibus Dindygul peninsulae.

† *Species quoad sectionem dubia.*

29. C. (PLECTRANTHUS Blume, Bijdragen 838.) TUBEROSUS Bth. Labiat. genер. et spec. 59. — Calycis hirsuti labio inferiore trifido, lacinia intermedia longiore semibifida; filamentis basi monadelphis; verticillastris distinctis; pedicellis unifloris; foll. ovatis crenatis, basi cuneatis integerrimis utrinq. scabrellis. ♃? — *Glans terrestris costensis* Rumph, Herb. Amb. V. 372. t. 132. fig. 1? — In hortis Javanicis colitur.

†† *Species e genere excludenda.*

C. RUGOSUS Benth. = PLECTRANTHUS ROTUNDIFOLIUS.

3577. ANISOCHILUS *Wall.*

(Wall. Plant. Asiat. rarior. II. 18. — Meisn. Gener. plant. vascul. I. 283. II. 191. — Bth. Labiat. genер. et spec. 59.)

1. A. CARNOSUM Wall. Plant. Asiat. rarior. II. 18. — Bth. l. c. 59. — Caule erecto; foll. petiolatis ovato-rotundatis obtusis crenatis, basi cordatis crassis carnosis, utrinq. tomentoso-villosis; spicis longe pedunculatis; foll. floralib. ovatis obtusis; calycis labio inferiore truncato integerrimo, superiore ovato acuto membranaceo, margine ciliato. ♃ — Caulis herbaceus bipedalis ramosus tetragonus villosus, superne subnudus. Spicae longe pedunculatae, vix paniculatae, fructiferae 1–2 pollices longae, semipollicem crassae, regulariter cylindricae. Calyces fructiferi basi subinflati, ore contracto, tenuiter rufo-tomentosi, labio superiore maxime glabro deflexo. Corollae calyce duplo longiores, labio inferiore elongato concavo stamina excedente. — *Katu Kurka* Rheede, Hort. Malabar. X. 179. t. 90. — *Lavandula carnosa* Linn. Amoen. acad. X. 56. t. 3. — *Plectranthus carnosus* Sm. in Rees Cycl. v. 27. — *Plectranthus strobiliferus* Roxb. Hort. Beng. 45. — *Plectranthus dubius* Spr. Syst. vegetab. II. 691. — *Plectranthus crassifolius* Hortul.

β. *purpurascens:* Spicis glabriusculis purpurascentibus.

γ. *glabrum* Bth. l. c. 711. — *Anisochilus glabrum* Schrad. Indx. sem. hort. Goetting. 1833. p. 1. — Habitat in India orientali, in ruderatis e muris antiquis peninsulae a provincia Circarensi, ad extremitatem australem, in montibus Avae ad Taong Dong.

2. A. PALLIDUM Wall. l. c. — Bth. l. c. 60. — Caule erecto; foll. petiolatis oblongo-ellipticis crenatis, utrinq. angustatis membranaceis v. vix carnosis glabriusculis; spicis paniculatis; foll. floralib. lanceolato-acuminatis; calycis labio inferiore oblique truncato brevissime 4-dentato, superiore lanceolato acuto post anthesin demisso. ♃ — Statura *A. carnosi*. Folia 3–6 pollices longa, 1–3 pollices lata acuminata, grosse crenata, supra vix hispidula, subtus fere glabra. Spicae pedunculatae, laxe paniculatae, tenuiores quam in *A. carnoso*. Calyces fructiferi basi subinflati, superne incurvi, ore obliquo, labio superiore parvo acuto, ex omni parte ferrugineo-tomentosi. Corolla fere *A. carnosi*, at tenuior. — Habitat in India orientali, ad montem Taong Dong dictum in regno Burmanico.

3. A.? POLYSTACHYUM Benth. in Wall. l. c. 19. et Labiat. gen. et spec. 60. — Caule recto ramoso; foll. subsessilib. ovato-oblongis acuminatis serratis, basi cuneatis, tenuissime pubescentib., subtus nervosis; spicis paniculatis; calycib. superne incurvis, ore obliquo 5-dentato, dente supremo vix longiore. ♃ — Statura *A. polystachyi*. Caulis obtuse tetragonus, brevissime tomentosus. Folia 2–4-pollicaria, supra tenuissime pubescentia, subtus nervosa, minute glandulosa rufescentia rigidiuscula. Spicae 2–3-pollicares, semipollicem crassae. Calyces rufo-tomentosi, basi inflati, superne contracti elongati incurvi, ore oblique fisso, dentibus 5 brevibus acutis subaequalibus, supremis subincumbentibus. Corolla non visa;

sed ob habitum et calyces *A. pallidi* affines, ad *Anisochilum* haec species relata est. — Habitat in India orientali, in uliginosis Nepaliae prope Hetoundah.

4. A. DYSOPHYLLOIDES Benth. l. l. c. c. — Caule basi procumbente; ramis adscendentib. sericeo-villosis; foll. subsessilib. oblongo-lanceolatis obtusis integerrimis, basi angustatis; spicis axillarib. terminalibq. subpedunculatis; calycis labio inferiore minuto truncato, superiore parvo acuto deflexo. ♃ — Habitus fere *Dysophyllae rugosae*. Ex omni parte pilis mollibus rufescentibus sericeis dense vestitum. Folia pollicem v. sesquipollicem longa, 4–6 lineas lata, floralia ovata acuta. Spicae florentes regulariter cylindricae, crassitie calami scriptorii, fructiferae irregulariter tumidae, 1–2 pollices longae. Calyces fructiferi basi tumidi, superne incurvi, ore contracto, labio superiore brevi acuto concavo incumbente. Corolla brevior quam in praecedentibus, lobis latioribus. Stamina exserta. — Habitat in India orientali, in montibus peninsulae Nielgherry dictis.

3578. AEOLANTHUS *Mart.*

(Mart. Amoenitat. bot. Monacens. 4. — Meisn. Gener. plant. vascular. 1. 283. II. 191. — Bth. Labiat. gener. et spec. 61.)

1. AE. (OROLLANTHUS E. Mey. Comm. plant. Afric. austr. I. 230.) SUAVIS Mart. Amoenit. bot. Monacens. 4. † t. 2. — Bth. l. c. † — Radix annua. Caulis erectus spithamaeus et pedalis, obsolete tetragonus brachiato-ramosus. Rami uti caulis pilis tenuissimis pubescentes. Folia subsessilia obovata integerrima v. hinc inde obsolete denticulata, basi angustata crassiuscula, dilute viridia glabra, utraque facie punctis impressis notata, floralia infima parva subconformia, superiora bracteaeformia. Cymae v. rami floriferi axillares et terminales erecti, plerumque trifidi, ad divisiones bracteis v. foliis floralibus parvis caulinis conformibus instructi. Cymarum rami v. racemi partes florigerae tandem incrassatae et delapsu bractearum v. foliorum floralium cicatrisatae. Flores pulchri, secus ramos cymae distichi secundi, brevissime pedicellati. Bracteae (v. folia floralia) pro quavis flore 2, parum concavae ciliatae ovatae, inferior emarginato-bidentata pubescens. Calyx bractea inferiore brevior pubescens. Corolla lilacina tenuissime pubescens, labio superiore striis violaceis picto. Achaenia calyce paullo ampliato oreque connivente clausa, sed tandem ima basi siccescente et circumscisso involuta, dorso concava, intus bifacialia. Odor totius plantae suavis. — Habitat in Promontorio bonae spei, in India orientali? in hortis Chinensium ad Santa Cruz in Brasilia colitur.

3578/1. HYPOTHRONIA *Schrank.*

(Schrank, Sylloge plantar. novar. a societate Ratisb. editar. I. 85.)

Calyx quinquefidus, dentibus subulatis. Corolla bilabiata ringens, labio superiore trilobo, lobis exterioribus acutis, intermedio galeato, labio inferiore bipartito.

1. H. UNDATA Schrank l. c. — ♁ — Stamina quasi sub throni umbella reconduntur, unde nomen. — Habitat in Brasilia. — Genus nisi verbis supra redditis prorsus incognitum.

3579. PYCNOSTACHYS *Hook.*

(Hook. Exotic. flor. II. t. 202. — Meisn. Gener. plant. vascul. I. 283. II. 191. — Bth. Labiat. gener. et spec. 61.)

1. P. COERULEA Hook. l. c. — Bth. l. c. — Caulis herbaceus erectus ramosus glaber tetragonus. Folia sessilia oblongo-linearia v. lanceolata acuta remote serrata, basi angustata glabra, subtus glandulosa, floralia bracteaeformia calyce breviora. Spica densa terminalis, 1–2-pollicaris. Calyces fructiferi sessiles globoso-campanulati glabri striati, ore truncato, dentibus teretibus subulatis rigidis subspinosis, tubo longioribus, appendicibus intermediis ad faucem calycis parvis obtusis membranaceis. Corolla coerulea, calycem floriferum dimidio superans, glabra,

tubo exserto, basi infra gibbo, medio defracto, fauce parum dilatata, labio superiori patente brevi truncato breviter 4-dentato, inferiore dilatato orbiculato concavo acuminato. Stamina declinata, labium inferius aequantia. Filamenta basi dilatata subconnata, usque ad faucem corollae adnata. Stylus subinteger. Achaenia subrotunda pallida laevia. ♃ — Crescit in Madagascaria.

3579/1. BECIUM *Lindl.*

(Lindl. Bot. Regist. [New Ser.] XV. Plant. miscell. 44. — Endl. Gener. plantar. Supplem. III. pag. 77. — Meisn. Gener. plant. vascular. II. 306.)

1. *B. BICOLOR Lindl. l. c. — ♁ — Crescit in Abyssinia.

Subtribus III. HYPTIDEAE Endl. Gener. plant. p. 610.

Corollae lacinia infima substipitata, transverse subcallosa, deinde saccata, per anthesin abrupte dejecta. — *Plerasque Americanae.*

3580. SYNCOLOSTEMON *E. Mey.*

(E. Mey. Comment. plant. Afric. austr. I. 230. — Meisn. Gener. plant. vascul. I. 283. II. 191.)

1. S. ROTUNDIFOLIUS E. Mey. l. c. 231. — Foll. obovato-subrotundis paucidentatis; racemis paniculatis; calycib. subincurvis glabriusculis coloratis; corollae tubo calyce duplo longiore. ♁ — Rami et folia juniora tenuiter cano-tomentosa. Folia semipollicaria. Racemi densi irregulariter ramosi v. dichotomi. Calyces oppositi brevissime pedicellati, fructiferi 5 lin. longi, dentibus nunc brevibus obtusis, nunc inferioribus v. omnibus subulato-acuminatis. Corolla pollicaris, labiis 4 lin. longis. — Crescit in Promontorio bonae spei.
2. S. RAMULOSUS E. Mey. l. c. — Foll. obovatis obtusis integerrimis; racemis laxis ramosis; calycib. rectis viscoso-villosis; corollae tubo calycem plus duplo excedente. ♁ — Folia vix 3 lin. longa, juniora uti rami tenuiter cano-tomentosa. Rami racemi oppositi. Verticillastri saepius quadriflori. Corolla 10 lin. longa, labiis vix 2 lin. longis. — Crescit in Promontorio bonae spei.
3. S. DENSIFLORUS E. Mey. l. c. — Foll. ovatis acutis integerrimis; racemis densis spicaeformib.; calycib. rectis viscoso-villosis; corollae tubo calyce plus duplo longiore. ♁ — Folia et rami cano-pubescentia. Foliorum forma et inflorescentia a praecedente satis differe videtur. — Crescit in Promontorio bonae spei.
4. S. PARVIFLORUS E. Mey. l. c. — Molliter villosus: foll. oblongis ovatisve, apice serratis; racemis simplicib.; verticillastris bifloris remotis; calycib. rectis viscoso-villosis; corollae tubo vix exserto. ♁ — *β.* Corollae tubo subexserto. — Crescit in Promontorio bonae spei.

3581. PELTODON *Pohl.*

(Pohl, Plant. Brasil. icon. I. 66. — Meisn. Gener. plant. vascular. I. 283. II. 191. — Bth. Labiat. gener. et spec. 62.)

1. P. PUSILLUS Pohl, Plant. Brasil. icon. I. 67. † t. 54. — Bth. l. c. † — Caule humili subsimplici; foll. sessilib. ellipticis crenatis glabris, ad nervos pilosis; bracteis basi rotundatis cuneatisve pilosis, flores subsuperantibus. ♃ — Caulis herbaceus subteres procumbens v. in exemplaribus nanis suberectus, nunc vix 2 poll. longus, nunc elongatus procumbens, apicibus ascendentibus. Folia in exemplaribus nanis vix semipollicem longa, in majoribus 2-3-pollicaria obtusa, margine undulato-crenata, basi rotundata v. cuneata subcoriacea, supra bullata glabra, subtus exceptis nervis reticulatis pilosiusculis valde prominentibus glabra lucida. Capitulum hemisphaericum, pollicem circiter diametro, pedunculo fere semipedali pilosiusculo. Bracteae exteriores 6-8, capitulum aequantes, late ovatae obtusissimae integerrimae v. vix crenatae, basi rotundatae *cuneatae* v. *rarius* longe angustatae trinerves, juniores lutescentes, utrinque

pilosae, interiores minutae setaceae. Calyx fructifer valde auctus, dentibus latitudine tubi brevioribus, pelta parva ciliata. Corolla alba. Tubus extus glaber, dentes calycinos parum excedens. Labium inferius superiore duplo longius, lobo medio lateralibus subaequali, extus barbato. Achaenia inflata, aqua immersa non pulposa. — Habitat in Brasilia, in pascuis siccis circa Trahiras et Natividade provinciae Goyaz, in pascuis exaratis prope Villa Boa ejusdem provinciae et in Brasilia meridionali.

2. P. LONGIPES St. Hil. mss. ex Bth. l. c. 63. — Caule brevi procumbente subsimplici glabro v. pubescente; foll. sessilib. ellipticis crenatis glabris v. ad nervos pilosis; bracteis basi rotundatis cuneatisve glabris pilosisve, florib. subbrevioribus. ♃ — Ab exemplaribus majoribus *P. pusilli* non differt nisi pedunculo duplo longiore (fere sesquipedali), bracteis brevioribus et calycibus corollisque atropurpureis nec albo-flavescentibus. — Habitat in Brasilia ad rivulos prope Santa Borja in Missionibus Uruguayensibus et in campis prope Curitiba provinciae Sancti Pauli.

3. P. RADICANS Pohl l. c. 68. † t. 55. — Bth. l. c. — Caule repente ramoso radicante villoso; foll. petiolatis ovatis obtusiusculis crenatis, basi rotundatis subcordatisve, supra et subtus ad nervos hispidulis; bracteis crenatis, basi cordatis. ♃ — Caules elongati tetragoni, praesertim in parte superiore uti pedunculi pilis rufescentibus villosi. Folia 1–2-pollicaria plana v. vix rugosa, supra pilis sparsis magis minusve hispida, subtus ad nervos hispidula, caeterum glabra, margine ciliata, petiolo ½–1-pollicari subulato. Inflorescentia et flores *P. pusilli*, sed bracteae exteriores parum longiores, margine frequentius crenatae, et basi cordatae nec cuneatae. Corolla alba. — Habitat in Brasilia in montosis graminosis ad Villa Rica (nunc Cidade de Ouro Preto) provinciae Minas Geraës, in sylvis ad praesidium S. Joao Baptisto, in sylvis primaevis provinciarum Rio Janeiro et Minas Geraës.

4. P. TOMENTOSUS Pohl l. c. 69. † t. 56. — Bth. l. c. † — Caule ramoso villoso; foll. ovalib. crenatis, basi rotundato-cuneatis et in petiolum decurrentib. pilosis, subtus tomentosis; bracteis exteriorib. cordato-auriculatis crenatis villosis. ♃ — Caulis herbaceus, procumbens v. adscendens subtetragonus, 2-pedalis et ultra, pilis brevibus rufis villosus. Folia acutiuscula rugosa, supra hispida, infra rufo- v. pallido-tomentosa, basi rotundata et in petiolum brevem subulatum angustata. Pedunculi firmi 3–5-pollicares villosi. Capitula demum plus pollice diametro. Bracteae exteriores 6–8, calyces excedentes, ovatae obtusae crenatae rugosae, utrinque villosae, basi profunde cordatae, auriculis obtusis. Calyx praecedentium, sed dentes crassiores, appendice maximo. Corolla sordide flavo-purpurea, tubo superne inflato, labii inferioris lobo medio lateralibus dimidio breviore oblongo, extus longe barbato. — Habitat in Brasilia in pascuis siccis circa Fazenda de Almas in via de Paracatu do Principe ad Rio San Antonio, prope San Joao del Rey provinciae Minas Geraës et prope Pirangara, Taubate et Pindamonhongaba provinciae Sancti Pauli.

3582. MARSYPIANTHES *Mart.*

(Mart. mss. in Bth. Labiat. gener. et spec. 64. — Meisn. Gener. plant. vascul. I. 283. II. 191.)

1. M. HYPTOIDES Mart. mss. ex Bth. l. c. † — Herba procumbens, ramorum et pedunculorum longitudine, foliorum forma et villositate omnium partium magnopere varians. Caules nunc vix 2-pollicares, saepius ultra pedales, uti tota planta glabri pubescentes tomentosi v. longe pilosi. Folia inferiora magis minusve petiolata, superiora subsessilia rotundata ovata ovato-lanceolata, lanceolata v. oblonga, acuta v. obtusiuscula, serrata v. crenata, basi angustata, cuneata v. rotundata, rarius subcordata, nunc tenuia subglabra, saepius rugulosa, pubescentia v. tomentosa, interdum rugosissima, hispida v. rufo-tomentosa, floralia conformia. Verticillastri subsecundi. Florum capitula densa 6–30-flora sessilia v. magis

minusve pedunculata. Bracteae lanceolato-lineares v. subulatae, calycem aequantes. Calycis villosi dentes lanceolati acuti, fructiferis erectis, patentibus v. reflexis. Corolla coerulea v. purpurascens, calycem vix excedens. ⊙ — *Cleinopodium Chamaedrys* Vahl, Symb. botanic. III. 77. — *Hyptis Chamaedrys* Willd. Spec. plantar. III. 85. — Poit. Ann. Mus. Par. VII. 468. t. 27. fig. 4. (male!) — *Hyptis pseudochamaedrys* Poit. l. c. 469. t. 31. fig. 1. — *Hyptis inflata* Spr. Syst. vegetab. II. 731. — *Hyptis lurida* Spr. l. c. — Habitat in Americae aequinoctialis cultis, ruderatis, campis, arenosis maritimis etc. frequens in Mexico, in insula Porto Rico et Trinitatis, in Cayenna, in Brasiliae provinciis Para, Bahia, Rio Janeiro et Minas Geraës.

3582/1. RHAPHIODON *Schauer.*

(Schauer, Flora [B. Z.] XXVIII. 345.)

Capitula longe pedunculata conferte multiflora, bracteis numerosis subulatis involucrata. Flores sessiles ebracteati. Calyx turbinatus, floriferi tubus brevis aequalis interne nudus, limbus ex aciculis subulatis 5 longioribus et 5 pluribusve brevioribus illisque alternis confectus, fructiferi tubus auctus, membranaceus, sub limbo in alam horizontalem collaris ad instar productus, limbus subimmutatus. Corolla calycem excedens; tubus leviter curvatus interne glaber, faux subinflata, limbi subbilabiati labium superius bifidum patens, inferius trilobum, lobis lateralibus linearibus patentibus, medio oblongo, basi contracta saccato, sub anthesi dejecto. Stamina 4 declinata edentula villosula, antherae subcordato-reniformes, loculis apice subconfluentibus. Stylus apice reduncus; stigma terminale subtruncatum. Loborum germinis plerumque non nisi unicus perfectibilis, reliquis in gynophoro brevi rudimentariis, ille subadultus pericarpio membranaceo utriculiformis obovatus compressus laevis, gemmulam basifixam anatropam fovens. Fructus.....? — Herba Brasiliensis.

1. RH. ZAPANIA Nees ab Esenb. et Mart. Nov. act. acad. Caesar. Leop. Carol. nat. curios. XI. 71. † t. 5. ECHINUS Schauer l. c. 346. — Caules herbacei filiformes procumbentes foliaque piloso-villosula. Folia longe petiolata ascendentia ovata v. ovato-oblonga, basi rotundata truncata v. subcordata breviter acuminata grosse et inaequaliter serrato-dentata reticulato-venosa, subtus pallida. Pedunculi filiformes folia superantes, superne bracteis alternis subulatis reflexisque muniti. Capitula globosa *Cerasi* mole, dentibus calycis pilis articulatis hirsutis aciculisque involucri rigidis undique horrentibus echinata. Corolla lilacino-coerulea, limbo calycis fere duplo longior, lacinia infima glabra, reliquis pilis nonnullis articulatis dorso ad apicem barbatis. ♃ — Variat foliorum magnitudine, folioque 1½-2-pollicaribus et vix semipollicaribus reperitur. — Crescit in Brasilia tropica, in provincia Minas Geraës.

3583. HYPTIS *Jcq.*

Jcq. Collect botanic. I. 101. Meisn. Gener. plant. vascular. I. 283. II 101. — Bth. Labiatar. gener. et spec. 64.

Sectio I. GYMNEIA Bth. l. c. 77.

Flores sessiles. Verticillastri multiflori subglobosi in spicam densam v. racemum interruptum dispositi. Bracteae numerosae adpressae subulatae. Calyx fructifer submembranaceus apice recurvus, dentibus subulatis. Caulis superne denudatus. Folia floralia minuta

1. H. VIRGATA Benth. l. c. † — Herbacea: ramis elongatis strictis subnudis; foll. parvis remotis subsessilib. ovato-oblongis rugosis villosis; verticillastris multifloris in spicam brevem terminalem congestis; bracteis parvis subulatis; calycis pubescentis tubulosi fructiferi recurvi ore obliquo membranaceo reflexo, dentib. subulatis glabris tubo subaequalibus. ♃ Caules e basi lignosa plures herbacei erecti, 1-2-pedales, glabri v. ad basin pubescentes tetragoni sulcati. Folia paucissima, vix 4-6 lineas longa, v. interdum infima ovata subpollicaria, omnia rugosissima hispida, floralia minuta bracteaeformia. Spica densa, 1-1½-pollicaris,

dentibus calycinis reflexo-crinita. Calyces sessiles membranacei striati, fructiferi 3-4 lin. longi, dentibus subulato-setaceis, 2-3 lin. longis. Corolla brevis alba, labio superiore punctis purpureis notato. Filamenta hinc pubescentia. Achaenia oblonga subcompressa pallida laevia. — Habitat in Brasilia ad Ponte d'Erva, ad rivulos prope pagum Coraçao de Jesus in provincia Minas Geraës.

2. H. INTERRUPTA Pohl, Ic. ined. ex Bth. l. c. † — Herbacea elata viscido-pubescens: foll. petiolatis oblongo-ellipticis eroso-dentatis rugosis, utrinq. viridib. pubescentib.; verticillastris multifloris in racemum interruptum terminalem subramosum dispositis; bracteis lineari-subulatis acutis, calycem aequantib.; calycis pubescentis tubulosi (fructiferi recurvi) ore obliquo membranaceo, dentib. subulatis tubum subaequantibus. ♃ — Caules 2-3-pedales stricti subsimplices, basi foliosi, medio subnudi, superne floriferi subpaniculato-ramosi. Folia inferiora longiuscule petiolata, 1½-4-pollicaria, media minuta subsessilia, floralia subnulla. Bracteae numerosae adpressae. Racemus nunc simplex pedalis et ultra, nunc brevior ramosus. Verticillastri densi globosi, infimi pollicem remoti, supremi in spicam approximati. Calyx fructifer elongatus striatus submembranaceus viscido-pubescens, dentes glabriusculi acutissimi inaequales, demum stellato-divaricati. Corolla calyce brevior, extus pubescens flavescens, labio superiore purpureo-maculato. Staminum inferiorum filamenta glabra, superiorum hinc pubescentia. Achaenia oblonga subcompressa pallida laevia. — Habitat in Brasilia ad Santa Cruz provinciae Goyaz, in pascuis prope Fazenda de Francisco Jose de Matos provinciae occidentalis Minas Geraës.

3. H. PLATANIFOLIA Mart. mss. ex Bth. l. c. † — Herbacea perennis: caule basi repente radicante; ramis adscendentib., basi floccoso-lanatis, superne denudatis; foll. breviter petiolatis late ovatis duplicato-crenatis et angulato-lobatis, basi subcordatis, supra pubescentib., subtus tomento albo lanatis; verticillastris dense multifloris globosis remotis, in racemum terminalem dispositis; bracteis subulatis adpressis calycem floriferum aequantib.; calycis pubescentis fructiferi recurvi membranacei ore obliquo, dentib. subulatis. ♃ — Caules basi perennes subligenosi, extremitate ramique adscendentes v. erecti 2-pedales tetragoni. Folia fere *Populi albi*, 2-pollicaria, rugosiuscula, subtus praesertim in venis uti petioli breves et ramorum pars inferior lana alba molli floccosa vestita, superiora remota parva subsessilia, floralia minuta. Verticillasrti pauci, remoti, fructiferi fere pollicem diametro. Bracteae per anthesin adpressae, post anthesin reflexae lanatae. Calyx florifer albo-tomentosus, fructifer membranaceus pubescens, basi subinflatus adscendens, apice parum recurvus, intus glaber, dentibus tubum fere aequantibus purpurascentibus pubescentibus, superioribus longioribus. Corolla dentibus calycinis subbrevior alba, laciniis superioribus fusco-maculatis, infima subrosea. Filamenta glabra. Achaenia ovoideo-compressiuscula nitida olivacea. — Habitat in Brasilia in campis ad Joazeiro provinciae Babiensis.

Sectio II. SPICARIA Bth. l. c. 73.

Flores sessiles. Verticillastri multiflori in spicam densam v. vix basi interruptam dispositi. Bracteae numerosae adpressae lineari-subulatae. Calyx fructifer rectus, dentibus subulatis. Herbae foliosae.

4. H. SPICIGERA Lam. Dict. III. 185. — Bth. l. c. 78. † — Herbacea: caule elato erecto ramoso glabriusculo, angulis asperis; foll. petiolatis ovatis acuminatis serratis, basi cuneatis pubescentib. v. glabriusculis, subtus pallidis, floralib. bracteaeformib.; verticillastris multifloris in spicas denas terminales approximatis; bracteis linearib. calyces aequantib.; calycis pubescentis recti ore aequali, dentib. lanceolato-subulatis strictis rigidis. ⊙? — Caulis 2-3-pedalis crassus obtuse tetragonus, glaber v. tenuiter pubescens, angulis aculeis minutis asperatis. Folia longiuscule petiolata, lamina 1½-2-pollicaris, apice acuminata et acuta, margine duplicato-serrata, supra saepius tenuiter pubescens, subtus venosa, venis pilis brevibus pubescentibus. Spicae in apicibus caulis et ramulorum cylindricae, circiter pollicem longae, 3 lin crassae. Verticillastri inferiores saepe subdistincti.

Folia floralia uti bracteae lineares acutae integerrimae, pilis brevibus ciliato-pubescentes, calyce paullo longiores. Calyces sessiles, fauce intus nuda, dentibus villosis tubo subaequalibus. Corolla parva alba, vix dentibus calycinis longior. — *Nepeta maxima* etc. Sloane, Hist. Jam. I. 173. t. 108. fig. 1. — *Nepeta foliis serratis* Plum. Ic. 162. — *Hyptis Madagascariensis* Bojer mss. an Sweet, Hort. Bot. [ed. 2.] 504? — Habitat in America et Africa tropica, in insulis Antillis, in Brasilia et in Peruvia, in Senegambia Africae tropicae, in Madagascaria et in insula Mauritii.

5. H. LOPHANTHA Mart. mss. ex Bth. l. c. — Herbacea: caule humili erecto ramoso glabriusculo, angulis vix asperis; foll. petiolatis oblongis obtusis crenato-serratis, basi angustatis, utrinq. glabriusculis, subtus pallidis, floralib. bracteaeformib.; verticillastris 6-10-floris in spicas terminales interruptas subapproximatis; bracteis linearib. calyce subbreviorib.; calycis pubescentis recti ore aequali truncato, dentib. subulatis strictis rigidis. ☉? — Ab affini *H. spicigera* differt caule semipedali v. vix pedali basi ramosissimo, foliis parvis obtusis et spicis interruptis calycibusque majoribus. — Habitat in Brasilia, in herbidis pascuis in Serro Frio provinciae Minas Geraës.

6.? H. STRICTA Benth. l. c. 79. † — Herbacea: caule erecto scabro-pubescente; foll. breviter petiolatis oblongo-lanceolatis obtusis grosse serratis, basi angustatis, supra villosulis, subtus cano-tomentosis; racemo subramoso; verticillastris multifloris, supremis interrupte spicatis, inferiorib. in spiculas breves dispositis; bracteis subulatis calyce breviorib.; calycis glabriusculi tubulosi recti ore aequali truncato, dentib. subulatis. ♃ — Radix (v. caulis pars inferior?) nodosa. Caulis 2-3-pedalis, subsimplex, parce foliosus tetragonus, anguli pilis brevissimis rigidis scabridi, facies glabrae v. pilis raris pubescentes. Folia inferiora 1¼-2½-pollicaria, supra rugosa, pilis brevibus rigidis villosa et scabra, subtus tomento albido dense lanata, margine saepe subincisa, superiora parva, floralia minuta. Racemus elongatus, in parte superiore ex verticillastris globosis approximatis compositus, in parte inferiore ex spiculis cylindricis remotis, basi interruptis 1-1½-pollicaribus. Calycis faux intus nuda, dentes tubo breviores. Achaenia oblonga obtusa laevia. Species inter *Spicariam*, *Apodoten* et *Polydesmiam* quasi media. — Habitat in Brasilia meridionali.

Sectio III. APODOTES Bth. l. c. 79.

Flores sessiles. Verticillastri e capitulis binis sessilibus sed saepe distinctis compositi, axillares, remoti v. rarius in racemum terminalem interruptum dispositi. Bracteae subulatae v. lanceolatae. Calyx fructifer rectus, dentibus subulatis v. lanceolato-subulatis rigidulis. Herbae nudicaules v. foliosae.

7. H. NUDICAULIS Benth. l. c. † — Herbacea: caulib. simplicib. erectis subnudis sericeo-lanatis; foll. subradicalib. ovalib. obtusis crenatis rugosis hispidis; racemo simplici; verticillastris globosis multifloris, supremis approximatis; bracteis subulatis flores aequantib.; calycis pubescentis tubulosi dentib. abbreviatis acutis. ♃ — Caules e basi crassa lignosa rufo-lanata pauci, 2-3-pedales et ultra, simplicissimi. Folia omnia ad basin approximata, 2-3-pollicaria, basi angustata, supra pilis longis rigidis dense hispida, subtus nervosa, nervis hispidis. Nodi superiores aphylli. Verticillastri semipollicem diametro tenentes, multiflori inferiores pollicem et ultra distantes, superiores in spicam terminalem approximati. Folia floralia bracteis conformia. Calyces fuscescentes, demum glabrati, fauce intus nuda. Corolla parva, extus vix pubescens, tubo calycem subaequante, sordide purpurea. Stamina glabra v. superiorum filamenta intus pubescentia (St. Hil.). Achaenia ovato-oblonga pallida laevia. — Habitat in Brasilia in campis et ad vias prope Villa de Campanha provinciae Minas Geraës, ad Macacou in Serra Urrubú provinciae Goyaz.

8. H. SERICEA Bth. l. c. — Caulib. subsimplicib. sericeo-lanatis, superne subaphyllis; foll. subsessilib. ovatis obtusis subintegerrimis crassis nervosis, utrinq. sericeo-lanatis; capitulis globosis dense multifloris, breviter pedunculatis racemosis; *bracteis* subulatis capitulum aequantib.; calycis tubulosi sericeo-lanati dentib.

subulatis, demum subpatentibus. 4 — Caules e basi perenni plures herbacei erecti, 2-pedales, uti tota planta lana laxa alba subsericea dense vestiti. Folia versus medium caulis approximata, 2-pollicaria, vix crenata, basi rotundato-cuneata, in caulis parte superiore pauca parva remota, floralia pedunculo breviora. Verticillastri 5-6 remoti, racemum terminalem formantes. Capitula suprema subsessilia, inferiora breviter pedunculata, omnia semiglobosa, demum globosa, semipollicem diametro. Bracteae et calyces apice nigrescentes. Corolla vix calycem excedens. Genitalia exserta. Achaenia matura non visa, juniora reticulato-rugosa videntur. — Species inter *H. hirsutam* et *H. nudicaulem* v. *H. platanifoliam* quasi media. — Habitat in Brasilia meridionali.

9. H. UNCINATA Bth. l. c. 80. — Ramis rufo-tomentosis; foll. subsessilib. ovato-oblongis serrato-crenatis, basi rotundato-cuneatis, supra scabriusculis hispidulis, subtus ad nervos rufo-tomentosis; capitulis globosis dense multifloris axillarib. sessilib.; bracteis lanceolatis capitulum aequantib., apice subulatis hamatis; calycis campanulati dentib. rigidis subulato-aristatis hamatis. 4 — Folia fere *H. hirsutae*, floralia omnia conformia. Capitula eis *H. hirsutae* majora, bracteis dentibusque calycinis revoluto-hamosis lappacea. Calycis faux intus rufo-lanata. Corolla dentibus calycinis subbrevior. — Habitat in Peruvia.

10. H. HIRSUTA H. B. Kth. Nov. gen. et spec. pl. II. 318. † t. 141. — Bth. l. c. — Ramis rufo-hirsutis; foll. sessilib. v. breviter petiolatis oblongo-ovatis, basi cuneatis angustatis eroso-crenatis rugosis villosis; capitulis sessilib. globosis dense multifloris; bracteis lanceolatis calycem aequantib.; calycis hispidi dentib. lanceolato-subulatis rigidis, demum subpatulis; achaeniis rugosis. 4 — Rami tetragoni, uti folia pilis rufis articulatis dense hirsuti. Folia floralia superiora caulinis multo minora. Capitula sessilia v. brevissime pedunculata, verticillastris racemum interruptum formantibus. Dentes calycini tubo dimidio breviores. Corolla breviter exserta, extus hispida. Genitalia breviter exserta. Achaenia reticulato-rugosa nigra. — Habitat in America meridionali, in Novae Andalusiae locis aridis apricis montis Tumiriquiri, in campis herbidis prope San Joao del Rey et ad Villa Rica provinciae Minas Geraës.

Sectio IV. PLAGIOTIS Bth. l. c. 80.

Florum capitula axillaria pedunculata globosa dense multiflora. Bracteae numerosae adpressae ovatae. Calyx fructifer basi inflatus elongatus, ore incurvo, dentibus brevibus ovatis inaequalibus.

11. H. ODORATA Bth. l. c. 81. — Caulib. ferrugineo-tomentosis; foll. breviter petiolatis oblongo-ellipticis crenatis, basi rotundatis, supra scabris, subtus tomentosis; capitulis globosis dense multifloris ramosissimo-paniculatis; calycis villosi fructiferi elongati incurvi ore obliquo, breviter quinquedentato. 4 — Frutex habitu *Buddlejae*. Folia 2-4 pollices longa, supra tuberculis parvis crebris exasperata, floralia minuta. Panicula ampla ramosissima, ramis gracilibus tomentosis. Capitula florifera vix 2 lin. diametro, floribus dense imbricatis, in quoque capitulo ultra triginta. Calyces tomentoso-hispidi, fructiferi elongati graciles, dentibus brevibus ovatis acutis. Corollae breviter exsertae. Achaenia oblongo-linearia laevia. — Habitat in Peruvia.

12. H. ULIGINOSA St. Hil. mss. ex Bth. l. c. — Herbacea pusilla glabra: foll. sessilib. lanceolatis acutis serratis, basi cordato-amplexicaulib.; pedunculis axillarib. simplicib.; capitulis parvis globosis densis; bracteis ovatis capitulum subaequantib.; calycis fructiferi basi inflati ore obliquo contracto, dentib. brevissimis inaequalibus. 4 — Ex omni parte glaberrima, habitu *Gratiolam* referens. Caulis subsimplex, adscendens, 3-6-pollicaris. Folia semipollicaria v. vix pollicaria, basi subdilatata membranacea, utrinque viridia. Pedunculi inferiores folio breviores, filiformes. Capitula fructifera vix 2½ lin. diametro, 8-15-flora. Corollae minutae. Achaenia parva oblonga glabra laevia pallida. Flores pallide purpurascentes, lobo infimo intensiore. Odor gravis. — Habitat in Brasilia in uliginosis sylvaticis prope Itagui provinciae Sancti Pauli.

13. **H. LACINIATA** Bth. in Hook. Journ. of bot. II. 40. † — **Erecta puberula: foll. pinnatisectis, lacinlis linearib. inciso-dentatis; capitulis axillarib. pedunculatis semiglobosis dense multifloris; bracteis ovatis; calycib. apice incurvis, ore obliquo acute et inaequaliter dentato. ⊙ — Caulis erectus semipedalis leviter canopubescens. Folia pollicaria, interdum bipinnatisecta, supra glabriuscula, subtus cano-puberula. Pedunculi folio longiores tenues rigidi. Capitulum 4 lin. diametro habet. Bracteae calycem aequantes acutiusculae ciliatae; calyx fructifer membranaceus, basi subinflatus, supra medium parum contractus et incurvus, ore valde obliquo, dentibus 2 infimis minimis, omnibus subulato-acuminatis. Corolla lineam longa, apice extus pilosa. Achaenia oblonga. — In Guiana Britannia.**

Sectio V. CYRTA Bth. Labiat. gener. et spec. 81.

Florum capitula axillaria pedunculata globosa dense multiflora. Bracteae numerosae adpressae subulatae. Calyx fructifer elongatus, apice recurvus, dentibus subulatis.

14. **H. RECURVATA** Poit. Ann. mus. Par. VII. 467. t. 28. fig. 2. — Bth. l. c. — **Caule herbaceo suberecto villoso; foll. breviter petiolatis ovatis crenatis, basi rotundatis cordatisve rugosis villosis, supremis parvis subsessilib.; capitulis globosis dense multifloris longe pedunculatis; receptaculo nudo; bracteis subulatis calyces aequantib.; calycis tubulosi villosi fructiferi recurvi ore truncato, dentib. subulatis. ♃ — Caules e basi perenni erectiusculi ramosi 4–6-pedales, angulis acutis tetragonis subasperis, basi pilis longis patentibus, superne pilis brevioribus subadpressis villosi. Folia vix pollicaria, floralia parva remota. Pedunculi pollicares et ultra, pubescentes. Capitula fructifera vix 5 lin. diametro. Dentes calycini parum inaequales purpurascentes. Corolla parva glabra pallide flavescens. Achaenia parva oblonga laevia. — *H. microcephala* Bert. mss.**

β. hirsutior: Caules et folia densius hirsuta.

γ. grandifolia: **Folia duplo majora tenuiora, magis virentia. — Habitat in America aequinoctiali, in Nova Hispania, in insula St. Marthae, in Cayenna, ad Demerara, in Brasilia.**

15. **H. PALUDOSA** St. Hil. mss. ex Bth. l. c. 82. — **Herbacea molliter subsericeo-villosa: foll. breviter petiolatis ovatis acutis serratis, basi rotundato-cuneatis rugosis, molliter villosis, subtus canescentib.; capitulis globosis dense multifloris; pedunculis capitulo 2–3-plo longioribus; bracteis subulatis adpressis calyces subaequantib.; receptaculo nudo; calycis tubulosi pubescentis fructiferi recurvi ore subdilatato, dentib. lanceolato-subulatis. ♃ — A *H. recurvata* differt praecipue foliis rugosis molliter villosis, basi potius cuneatis quam cordatis, an revera species distincta? Flores albi. — Habitat in Brasilia, in paludibus maritimis ad Ponta da Fruta provinciae Spiritus Sancti.**

16. **H. MICROPHYLLA** Pohl, Ic. ined. ex Bth. l. c. — **Herbacea cano-pubescens: foll. breviter petiolatis ovatis crenatis, basi angustatis rugosis subcano-pubescentib.; capitulis globosis dense multifloris; pedunculis capitulo 2–3-plove longioribus; receptaculo nudo; bracteis subulatis adpressis calyces subaequantib.; calycis tubulosi tomentosi fructiferi recurvi ore subdilatato, dentib. lanceolato-subulatis. ♃ – Ab affini *H. recurvata* differt: canescentia, foliis multo minoribus brevius petiolatis et saepius subcuneiformibus, pedunculis brevioribus, capitulis minoribus numerosioribus. Corolla carnea. Filamenta glabra. Achaenia minuta oblonga pallida laevia. — Habitat in Brasilia ad Villa Paracatu do Principe et ad San Joao del Rey provinciae Minas Geraës, in pascuis humidis et locis inundatis prope Taubate provinciae Sancti Pauli.**

17. **H. DIVARICATA** Pohl, Ic. ined. ex Bth. l. c. — **Herbacea divaricata: ramis adscendentib. virgatis cano-pubescentib.; foll. lineari-lanceolatis remotis, apice serratis, basi longe angustatis, supra viridib., subtus canescentib.; capitulis globosis dense multifloris pedunculatis; bracteis subulatis adpressis calyces subaequantib.; receptaculo subnudo; calycis tubulosi pubescentis ore demum subobliquo, dentib. subulatis. ♃ — Caules basi ramosissimi foliosi, rami 2–3-pedales,**

parum ramosi, obtuse tetragoni sulcati, tenuiter cano-pubescentes. Folia inferiora 1-2-pollicaria venosa, nunc utrinque viridia, saepius subtus canescentia, superiora parva sessilia remota. Capitula et flores fere *H. microphyllae*, sed calyces minus recurvi. Corolla pallide purpurascens. — Habitat in Brasilia ad Brijao provinciae Goyaz, ad rivulos in campis prope Tacaramby inter Minas Novas.

18. H. LAVANDULACEA Pohl, Ic. ined. ex Bth. l. c. — Herbacea albo-tomentosa erecta: ramis virgatis; foll. linearib., apice denticulatis, basi angustatis, utrinq. cano-tomentosis; capitulis globosis dense multifloris longe pedunculatis; bracteis subulatis adpressis, calyces subaequantib.; receptaculo nudo; calycis tubulosi pubescentis ore demum obliquo, dentib. subulatis. ♃ — Affinis *H. divaricatae*, sed habitu erecto, superficie cana et foliis longioribus angustioribus distincta videtur. — Habitat in Brasilia prope Fazenda de Gamelleira provinciae Goyaz.

19. H. CAPRARIAEFOLIA Pohl, Ic. ined. ex Bth. l. c. 83. — Suffruticosa basi ramosa: ramis elatis apice subnudis, breviter pubescentib.; foll. parvis fasciculatis subsessilib. lanceolato-cuneatis acutis dentatis, basi angustatis viridib., brevissime pubescentib.; capitulis longe pedunculatis parvis globosis dense multifloris; bracteis subulatis capitulum aequantib.; receptaculo nudo; calycib. fructiferis elongatis recurvis, dentib. subulatis molliter pubescentib., tubo brevioribus. ♃ — Habitat in Brasilia ad Serra do Chrysais et in monte Clarvo provinciae Goyaz.

20. H. DESERTORUM Pohl, Ic. ined. ex Bth. l. c. — Ramis rufo-tomentosis erectis; foll. petiolatis ovalib. obtusis crenatis, basi angustatis crassis rugosis, utrinq. molliter rubiginoso-villosis; capitulis longe pedunculatis globosis dense multifloris; receptaculo nudo; bracteis capitulum aequantib. linearib. rufo-villosis; calycib. fructiferis elongatis recurvis, dentib. linearib. molliter rufo-villosis. ♃ — Habitat in Brasilia in pascuis desertorum ad Rio Parahybuna provinciae Minas Geraës.

21. H. BRUNNESCENS Pohl, Ic. ined. ex Bth. l. c. — Fruticosa? ramis breviter rufo-tomentosis; foll. petiolatis ovato-oblongis obtusis crenatis, basi angustato-rotundatis rugosis, supra scabridis, subtus rufo-tomentosis; capitulis longe pedunculatis globosis dense multifloris; receptaculo nudo; bracteis subulatis capitulum subaequantib.; calycib. fructiferis elongatis recurvis, dentib. subulatis molliter villosis tubo brevioribus. ♃? — Habitat in Brasilia ad Engenho dos Bois provinciae Goyaz.

22. H. REFLEXA St. Hil. mss. ex Bth. l. c. † — Herbacea erecta dense rufo-villosissima: foll. subsessilib. ovatis acutis argute inaequaliter dentatis, basi angustato-cuneatis, utrinq. molliter villosissimis; capitulis longe pedunculatis globosis dense multifloris; bracteis subulatis calyces aequantib.; receptaculo subnudo; calycib. fructiferis elongatis recurvis, dentib. subulatis molliter villosissimis, tubo brevioribus. ♃ — Caules complures duri 1-2-pedales, parum ramosi, uti folia et pedunculi pilis mollibus rufis subsericeis dense vestiti, simplices v. superne corymboso-ramosi. Folia numerosa, 2-2½-pollicaria, saepe ternatim verticillata, floralia conformia minora. Pedunculi in axillis foliorum superiorum 2-3-pollicares. Capitula fructifera 8-10 lin. diametro. Bracteae reflexae. Calyces membranacei turbinato-tubulosi, ore recurvo truncato, dentibus reflexis. Corolla purpureo-violacea pubescens. Stamina pubescentia. Odor foetidus. — Habitat in Brasilia in campis herbidis prope Araxa provinciae Minas Geraës.

23. H. CARDIOPHYLLA Pohl, Ic. ined. ex Bth. l. c. 84. — Caulib. erectis strictis lanato-hirsutissimis; foll. sessilib. amplexicaulib. late cordiformib. acutis subserratis, molliter sericeo-lanatis; capitulis pedunculatis globosis, dense multifloris; bracteis subulatis molliter villosis, capitulum aequantib.; receptaculo nudo; calycib. fructiferis elongatis recurvo-deflexis, dentib. subulatis molliter villosis. ♃ — Caules complures, 1-1½-pedales, simplices v. parce ramosi. Folia vix semipollicaria erecta replicata, nervo medio cauli adpresso, sinubus reflexis et ideo caules quasi 4-alati, rugosa, subtus venosa. Pedunculi secus caulem pauci 1½-2-pollicares, saepius 3-6 ad apicem glomerati vix pollicares. Capitula fructifera semipollicem diametro. Bracteae et flores *H. reflexae*. Corolla coerulea

Achaenia oblonga subcompressa laevia. — Habitat in Brasilia ad Rio Uruhu, Ouro-fine et Santa Lucia provinciae Goyaz et ad Paracatu, in campis planitiei elevatae Chapada dictae in parte occidentali provinciae Minas Geraës.

Sectio VI. CYANOCEPHALUS Pohl mss. ex Bth. l. c. 84.

Florum capitula etiam juniora globosa dense multiflora. Bracteae numerosae adpressae capitulum aequantes subulatae molles villosae. Receptaculum nudum vel breviter pubescens. Calyx fructifer membranaceus turbinato-tubulosus rectus vel subincurvus basi glaber, dentibus subulatis tubo subaequalibus rectis molliter villosissimis. Corolla vix dentes calycinos superans. — Herbae vel suffrutices plerumque duri. Capitula versus apices ramorum pauca coerulescentia, plerumque longe pedunculata.

24. H. LANATA Pohl, Ic. ined. ex Bth. l. c. — Suffruticosa: ramis lanato-hirsutissimis; foll. crebris sessilib. ovatis acutiusculis crenatis, basi cordato-amplexicaulib., utrinq. lanato-hirsutis, subtus nervoso-rugosissimis; capitulis pedunculatis globosis dense multifloris; receptaculo subnudo; bracteis subulatis capitulum aequantib.; calycib. subrectis, dentib. subulatis mollissime lanato-villosis, tubo subaequalibus. ♃ — Habitat in Brasilia ad Agua Gente et Trahiras provinciae Goyaz.

25. H. ADPRESSA St. Hil. mss. ex Bth. l. c. — Caulib. erectis strictis subsimplicib. pubescentib.; foll. sessilib. erectis ovato-lanceolatis acutis crenato-serratis, basi rotundatis subcordato-amplexicaulib. rigidis nervosis glabris v. tomentosis; capitulis globosis dense multifloris longe pedunculatis; receptaculo nudo; bracteis subulatis capitulum aequantib.; calycib. rectis, dentib. subulatis molliter villosis, tubo subaequalibus. ♃ — Habitus fere *H. cardiophyllae*, sed tenuior. Caules 1–2-pedales, basi denudati. Folia 3–5 lin. longa, cauli adpressa, plana, basi vix cordata, subtus valde venosa, serraturis acutis v. obtusis, inferiora glabriuscula, suprema cano-tomentosa v. rarius rufescentia. Capitula fructifera vix semipollicem diametro. Flores *H. cardiophyllae*, sed calyces recti videntur. — Habitat in Brasilia in campis prope Torquilla in parte meridionali provinciae Goyaz.

26. H. RIGIDA Pohl, Ic. ined. ex Bth. l. c. 85. — Suffruticosa: ramis pubescentib. erectis; foll. sessilib. ovatis acutiusculis serrato-crenatis, basi cordato-amplexicaulib. rugosis, supra brevissime, subtus rufo-pubescentib.; capitulis longe pedunculatis globosis dense multifloris; receptaculo subnudo; bracteis subulatis capitulum subaequantib.; calycib. subrectis, dentib. subulatis mollissime villosis, tubo subaequalibus. ♃ — A *H. nervosa* differt foliis angustioribus minus canescentibus, capitulis minoribus et statura tenuiore rigidiore. — Habitat in Brasilia inter Calumbis et Barreros provinciae Minas Geraës.

27. H. FRAGILIFOLIA St. Hil. mss. ex Bth. l. c. — Suffruticosa: ramis erectis pubescentib.; foll. sessilib. ovato-rotundatis obtusis crenatis, basi cordato-amplexicaulib. rigidis, supra subglabris, demum lucidis, subtus reticulato-venosissimis subglabris; capitulis pedunculatis globosis dense multifloris; receptaculo nudo; bracteis subulatis capitulum aequantib.; calycib. rectis, dentib. subulatis molliter villosis, tubo subaequalibus. ♃ — Rami duri basi fere glabri cortice rimoso, superne pubescentes. Folia semipollicaria dura sicca fragilia, odore gravi, subtus glabra, subresinosa. Capitula semipollicem diametro. Corollae pallide purpureae. A *H. nervosa* differt praecipue glabritie. — Habitat in Brasilia in arenosis quartzosis prope Penha provinciae Minas Geraës.

28. H. NERVOSA Pohl, Ic. ined. ex Bth. l. c. — Suffruticosa: ramis villoso-hispidis; foll. sessilib. ovato-rotundatis obtusis crenatis, basi cordato-amplexicaulib. rugosis, supra pubescentib., subtus cano-tomentosis; capitulis longe pedunculatis globosis dense multifloris; receptaculo subnudo; bracteis subulatis capitulum aequantib.; calycib. subrectis, dentib. subulatis mollissime villosis tubo subaequalibus. ♃ — Habitat in Brasilia inter Estiva et Rio de Prata provinciae Minas Geraës.

29. H. CANDIDA Pohl, Ic. ined. ex Bth. l. c. — Suffruticosa: ramis albo-tomentosis; foll. sessilib. ovatis obtusiusculis crenatis, basi cordato-amplexicaulib. rugosis,

supra canescentib., subtus albo-tomentosis; capitulis pedunculatis globosis dense multifloris; receptaculo subnudo; bracteis subulatis capitulum aequantib.; calycib. subrectis, dentib. subulatis mollissime villosis tubo subaequalibus. 2l — Habitat in Brasilia inter Rio Jequitonhonha et Barreros provinciae Minas Geraës.

30. H. MOLLISSIMA Benth. l. c. — Suffruticosa: ramis elongatis villosis; foll. sessilib. ovato-rotundatis acutiusculis crenatis, basi cordato-amplexicaulib. nervoso-rugosis, utrinq. mollissime villosis; pedunculis folio longiorib.; capitulis globosis dense multifloris; bracteis subulatis capitulum aequantib.; receptaculo nudo; calycib. subrectis, dentib. subulatis molliter villosis, tubo sublongioribus. 2l — Caules e basi lignosa erecti, 4–5-pedales. Rami pauci subsimplices, obtuse tetragoni, pilis inaequalibus mollibus rufis glandulosis subroseis villosi. Folia 8–10 lin. longa, valde rugosa, juniora subsericea, omnia molliter villosa, regulariter crenulata. Pedunculi folio nunc parum nunc triplo longiores. Capitula violacea, fructifera 9 lin. diametro. Bracteae uti dentes calycini subulatae et molliter rufo-villosae. Corollae dentibus calycinis subbreviores, obscure coeruleo-violaceae. — Habitat in Brasilia in sepibus et cultis ad Congonhas de Sabara, prope pagum la Concepcao provinciae Minas Geraës.

31. H. ARGUTA Pohl, Ic. ined. ex Bth. l. c. 86. — Suffruticosa? elata: ramis dense rufo-villosis; foll. petiolatis late ovatis rotundatisve argute dentatis crassis rugosis, utrinq. dense villosis; capitulis longe pedunculatis globosis, dense multifloris; receptaculo nudo; bracteis subulatis capitulum aequantib.; calycib. subrectis, dentib. subulatis mollissime villosis, tubo subaequalibus. 2l — Species foliis densissime villosis majoribusque quam in affinibus distinctissima. — Habitat in Brasilia in pascuis desertorum ad Rio Parahybuna provinciae Minas Geraës.

32. H. RUGOSA Benth. l. c. — Caule fruticoso; ramis pubescenti-villosis; foll. breviter petiolatis ovato-rotundats acutis, argute serrato-crenatis, basi rotundatis v. cordatis rugosis, utrinq. breviter rufo-villosis; capitulis longe pedunculatis dense globosis multifloris; bracteis subulatis capitulum subaequantib.; calycib. subrectis, dentib. subulatis molliter villosis, tubo sublongioribus. 2l — Caulis erectus, 2-pedalis. Folia 6–9 lin. longa, saepe ternatim verticillata crassa dura. Pedunculi 1½–4-pollicares. — Habitat in Brasilia in Serra das Carancas provinciae Minas Geraës.

33. H. CUNEATA Pohl, Ic. ined. ex Bth. l. c. — Suffruticosa? ramis erectis tomentoso-pubescentib.; foll. breviter petiolatis obovatis late crenatis, basi angustatis rigidis, supra scabriusculis, subtus reticulatis rufo-pubescentib.; capitulis globosis longe pedunculatis; receptaculo nudo; bracteis subulatis capitulum aequantib.; calycib. rectis, dentib. subulatis molliter villosis, tubum subaequantibus. 2l — Habitat in Brasilia in campis desertorum ad Rio Parahybuna provinciae Minas Geraës.

34. H. LIPPIOIDES Pohl, Ic. ined. ex Bth. l. c. — Fruticosa? ramis rufo-tomentosis; foll. breviter petiolatis ovatis crenatis, basi rotundatis, supra pubescentib., subtus reticulatis rufo-tomentosis rigidis; capitulis longe pedunculatis globosis dense multifloris; receptaculo nudo; bracteis subulatis capitulum aequantib.; calycib. subrectis, dentib. subulatis, mollissime villosis tubum subaequantibus. ♀? — Affinis *H. rigidae*, habitus *H. nervosae*, sed folia constanter petiolata, basi ovata, nec cordato-amplexicaulia. — Habitat in Brasilia ad Chapado do Serra San Marcos ad Cabesseira Ribeirao Batalha provinciae Goyaz.

35. H. SELAGINIFOLIA Mart. mss. ex Bth. l. c. 87. — Fruticosa: ramis subfasciculatis rigidis glabriusculis nodosis; foll. parvis subsessilib. linearib. acutis argute serratis, basi angustatis rigidis glabris laevib.; capitulis longe pedunculatis globosis, dense multifloris; receptaculo nudo; bracteis subulatis capitulum aequantib.; calycib. subrectis, dentib. subulatis mollib. villosis, tubo subaequalibus. ♀ — Habitus et capitula *H. rugosae*, sed foliorum forma distinctissima. — Habitat in Brasilia in campis ad Serra de San Antonio provinciae Minas Geraës.

36. H. PEDUNCULARIS Benth. l. c. — Pubescens: foll. remotis sessilib. lanceolatis obtusis serratis, basi rotundatis subcoriaceis, supra glabris nitidis, subtus nervosis

tenuiter pubescentib.; capitulis longe pedunculatis globosis, dense multifloris; receptaculo subnudo; bracteis subulatis capitulum aequantib.; calycib. subrectis, dentib. subulatis molliter villosis tubo subaequalibus. ♃? — Caulis erectus subsimplex strictus striatus. Folia bipollicaria, at internodiis breviora. Pedunculi folio duplo longiores. Calyx tubulosus. — Habitat in Brasilia in campis graminosis editioribus ad Serro Frio et Villa de Tepico provinciae Minas Geraës.

37.? H. BISDENTATA Pohl, Ic. ined. ex Bth. l. c. — Herbacea? ramis erectis strictis breviter tomentoso-pubescentib.; foll. breviter petiolatis lanceolato-ovatis acutis argute duplicato-serratis, basi cuneatis nervoso-rugosis, utrinq. pubescentib. v. subtus rufo-tomentosis; capitulis longissime pedunculatis globosis, dense multifloris; receptaculo nudo; bracteis subulatis capitulum subaequantib.; calycib. fructiferis elongatis subrecurvis, dentib. subulatis molliter villosis, tubo brevioribus. ♃? — Affinis *H. incisae*, sed calyces fructiferi subrecurvi videntur. An hujus v. praecedentis sectionis? — Habitat in Brasilia in pascuis desertorum ad Rio Parahybuna ad Fazenda Tallaia et inter Piedade et Fanada provinciae Minas Geraës.

38. H. INCISA St. Hil. et Mart. mss. ex Bth. l. c. — Glabriuscula v. viscoso-pubescens: caulib. basi procumbentib. adscendentib.; foll. breviter petiolatis ovatis lanceolatisve acutis, irregulariter inciso-serratis undulatis, basi rotundato-cuneatis rigidis, utrinq. subglabris; capitulis longe pedunculatis globosis dense multifloris; receptaculo nudo; bracteis subulatis capitulum aequantib.; calycib. subrectis, dentib. subulatis mollib. villosis, tubo subaequalibus. ♃ — Affinis *H. pedunculari*, a qua foliis differt. Caules elongati basi v. omnino decumbentes. Folia circiter pollicaria uti pedunculi, saepe ternatim verticillata. — Habitat in Brasilia in campis deserti Serro Frio, prope pagum Salgado in deserto occidentali provinciae Minas Geraës.

39. H. LONGIPES St. Hil. mss. ex Bth. l. c. 88. — Suffruticosa glabriuscula v. tomentoso-pubescens: foll. petiolatis oblongo-lanceolatis obtusiusculis, irregulariter duplicato-dentatis, margine undulatis, basi angustato-cuneatis rigidis complicatis, utrinq. rufo-pubescentib.; capitulis longe pedunculatis globosis, dense multifloris; bracteis subulatis capitulum aequantib.; receptaculo nudo; calycis pubescentis recti dentib. subulatis mollib. villosis, tubo subaequalibus. ♃ — A *H. incisa* differt foliis longius petiolatis complicatis et minus incisis, dentibus plerumque obtusis et superficie rufo-pubescente. Caules 3–3½-pedales. Corolla purpurascens. Herba tota viscosa foetens. — Habitat in Brasilia in sylvis siccis Cerrascos dictis prope pagum Sucuriu inter Minas Novas.

40. H. ALBIPES St. Hil. mss. ex Bth. l. c. — Pilis adpressis lanata: caulib. procumbentib.; foll. subsessilib. ovato-lanceolatis acutis serrato-crenatis, basi cuneatis, utrinq. molliter villosis; capitulis longe pedunculatis globosis dense multifloris; bracteis subulatis capitulum aequantib.; receptaculo nudo; calycis villosi dentib. subulatis mollib. villosis, tubo subbrevioribus. ♃ — Folia 1–1½-pollicaria, superiora sessilia, inferiora breviter petiolata, utrinque et praesertim subtus pilis mollibus subcanescentibus villosa. Pili caulis longi adpressi, pedunculorum densi patentes. Capitula praecedentium. — Habitat in Brasilia in campis prope pagum Salgado in deserto occidentali provinciae Minas Geraës.

41. H. ELONGATA Bth. l. c. — Molliter pilosa: foll. breviter petiolatis oblongis acutis, remote inciso-crenatis serratisve, basi angustatis, utrinq. molliter cano-villosis; capitulis longe pedunculatis globosis dense multifloris; receptaculo subnudo; bracteis lineari-subulatis, calyces superantib.; calycis dense villosi dentib. subulatis mollissime villosis, tubo longioribus. ♃ — Caulis basi lignosus procumbens. Rami erecti pedales et ultra subteretes, pilis patentibus dense vestiti. Folia vix rugosa, basi integerrima, subtus glandulosa. Pedunculi 6–9 poll. longi. Bracteae obtusae villosissimae. Calycis dentes longiores quam in speciebus praecedentibus, sed multo breviores quam in *Trichosphaeriis*. Corolla calycem vix excedens. — In Peruvia, ad Tonga, ad Cuesta de Purrochuca prope Limam.

Sectio VII. ERIOSPHAERIA Bth. l. c. 88.

Florum capitula semiglobosa dense multiflora. Bracteae numerosae adpressae lanceolatae v. lineares, capituli fructiferi patentes nec in pedunculum reflexae, sericeo-tomentosae vel lanatae. Receptaculum villosissimum vel lanatum. Calyx campanulatus rectus, basi subglaber, apice lánato-villosissimus, dentibus plerumque brevibus rectis. Corolla vix calycem superans. — Herbae vel suffrutices plerumque durae. Capitula plerumque breviter pedunculata, versus apices ramorum pauca molliter sericeo-tomentosa vel lanato-villosissima.

42. H.? LEUCOCEPHALA Mart. mss. ex Bth. l. c. 89. — Suffruticosa, basi procumbens: ramis adscendentib., superne incano-pubescentib., basi glabratis; foll. subsessilib. lanceolatis obtuse serratis, basi angustatis rugosis, subtus incano-tomentosis; capitulis longe pedunculatis parvis subglobosis dense multifloris albo-lanatis; receptaculo lanato; bracteis capitulum aequantib.; dentib. calycinis subulatis mollissime villosis. ♃ — Caulis basi crassus, rami numerosi prostrati dein adscendentes, ad axillas uti foliorum superiorum pagina inferior et capitula lana alba vestiti, inter nodos plerumque glabrati v. apice pubescentes. Folia semipollicaria ad pollicaria. Pedunculi 2–3 poll. longi. Calycis dentes tubo campanulato aequales. Corolla parum exserta rosea. Odor plantae suavissime aromaticus. — Habitat in Brasiliae campis arenosis prope Joazeiro secus flumen San Francisco et in pascuis siccis sepibusque ad montem Sanctum provinciae Bahiensis.

43. H. PASSERINA Mart. mss. ex Bth. l. c. — Fruticosa divaricata: ramis sericeo-tomentosis; foll. subsessilib. parvis obovato-oblongis obtusis integerrimis undulatis, basi angustatis eveniis, utrinq. sericeo-tomentosis; capitulis parvis semiglobosis dense multifloris, breviter pedunculatis; receptaculo villoso; bracteis lanceolatis obtusis sericeo-tomentosis capitulum subaequantib.; calycis campanulati sericeo-villosissimi dentib. abbreviatis lanceolatis. ♁ — Affinis *H. Selloi*, sed foliis ovatis undulatis distinctissima. — Habitat in Brasilia in Serra de Piedade, in rupibus cataractae Curmatahy intra regionem adamantium provinciae Minas Geraës.

44. H. SELLOI Benth. l. c. — Caule fruticoso procumbente; ramis sericeo-tomentosis; foll. sessilib. linearib. obtusis integerrimis planis, basi angustatis eveniis cano-tomentosis; capitulis parvis semiglobosis dense multifloris, breviter pedunculatis; receptaculo villoso; bracteis lanceolatis sericeo-tomentosis capitulum subaequantib.; calycis campanulati sericeo-villosi dentib. abbreviatis lanceolatis. ♁ — Fruticulus divaricatus. Rami numerosi breves erectiusculi subteretes. Folia crebra, vix semipollicaria, tomento subsericeo brevissimo utrinque canescentia. Capitula pauca, versus apices ramorum disposita, 4–5 lineas diametro. Pedunculi 2–3-lineares. Corollae glabrae tubus calycem breviter superat. — Habitat in Brasilia meridionali.

45. H. ANGUSTIFOLIA Pohl, Ic. ined. ex Bth. l. c. — Caule fruticoso suberecto; ramis sericeo-tomentosis; foll. subsessilib. linearib. acutis, apice dentatis, basi integerrimis longe angustatis venosis, utrinq. sericeo-tomentosis; pedunculis capitulo semigloboso dense multifloro longiorib.; receptaculo villoso; bracteis lanceolatis sericeo-tomentosis, capitulum aequantib.; calycis campanulati sericeo-villosi dentib. abbreviatis mollissimis lanceolatis. ♁ — Affinis *H. Selloi* et quasi media inter hanc et *H. velutinam*. Fruticulus videtur erectus. Folia 1½–2½-pollicaria, floralia capitulum superantia. — Habitat in Brasilia ad Serra d'Ourada provinciae Goyaz.

46. H. SAXATILIS St. Hil. mss. ex Bth. l. c. 90. — Suffruticosa: ramis sericeo-tomentosis; foll. subsessilib. oblongo-lanceolatis acutis, apice dentatis, basi integerrimis angustatis venosis, utrinq. subsericeo-tomentosis; pedunculis capitulo semigloboso dense multifloro longiorib.; receptaculo villoso; bracteis lanceolatis sericeo-tomentosis capitulum subaequantib.; calycis campanulati sericeo-lanati dentib. abbreviatis lanceolatis. ♃ — Rami divaricati 1-2-pedales, uti folia

tomento brevi subsericeo-candidi. Folia bipollicaria rigida, venis subtus valde prominentibus. Pedunculi folio florali saepius breviores. Capitula semipollicem diametro. Receptaculum et calyces dense tomentoso-lanati. Dentes calycini breves subrecurvo-patentes. Corolla vix calycem excedens, alba, apice pubescens. Filamenta glabra. Affinis *H. angustifoliae*, sed foliorum forma abunde diversa. — Habitat in Brasilia in monte arido petraeoque Alecrim inter Rio San Bartholomeo et Garapa provinciae Goyaz.

47. H. HILARII Bth. l. c. — Herbacea? dura, tota lana longa laxa sericea: foll. subsessilib. ovato-rotundatis obtusis crenulatis, basi rotundatis crassis rigidis; capitulis semiglobosis dense multifloris, breviter pedunculatis; receptaculo villosissimo; bracteis ovato-lanceolatis capitulum subaequantib.; calycis lanato-villosissimi dentib. abbrevialis acutis. ♃ — Caules complures erecti, fere simplices, 1-1½-pedales, duri, uti tota planta pilis longis albis sericeis adpressis laxe vestiti. Folia 1-1½-pollicaria, subtus valde reticulato-venosa, floralia capitulum vix superantia, suprema breviora. Capitula pauca versus apicem caulis, demum fere pollicem diametro habent. Pedunculi plerumque capitulo longiores. Bracteae foliaceae acutae v. exteriores obtusae. Lana receptaculi et calycis partis superioris densissima. Calycis tubus basi glaber striatus. Corolla alba. Stamina glabra. Achaenia ovata compressa brunnea laevia. — Habitat in Brasilia in monte petroso Morro de Tisao dicto in parte meridionali provinciae Goyaz.

48. H. VELUTINA Pohl, Ic. ined. ex Bth. l. c. — Herbacea, tota pilis subsericeis velutina: foll. oblongo-lanceolatis obtusis crenatis, basi in petiolum longe angustatis; capitulis semiglobosis dense multifloris, breviter pedunculatis; receptaculo villosissimo; bracteis ovatis lanceolatisve capitulum subaequantib.; calycis villosissimi dentib. subulatis tubo brevioribus. ♃ — Habitus et villositas *Buphthalmi aquatici*. Caules 1-2-pedales erecti, parum ramosi. Folia 1-2-pollicaria, subtus valde venosa, saepe complicata. Pedunculi capitulo plerumque breviores. Capitula fructifera 7-8 lin. diametro. Bracteae nunc muticae, nunc apice subulato-acuminatae subrecurvae. Corolla pallide purpureo-violacea. Stamina glabra. — Habitat in Brasilia non procul Villa Boa et inter Antes et Caretao, in sabulosis in Serra dos Pyreneos provinciae Goyaz et in terris auriferis prope urbem Paracatu provinciae Minas Geraës.

49. H. ORIGANOIDES Pohl, Ic. ined. ex Bth. l. c. 91. — Suffruticosa procumbens adpresse pubescens: foll. oblongo-ovatis obtusis crenatis, basi in petiolum brevem angustatis; capitulis semiglobosis dense multifloris, breviter pedunculatis; receptaculo villoso; bracteis lanceolato-linearib. capitulum aequantib.; calycib. villosissimis, dentib. subulatis, tubo brevioribus. ♃ — Affinis *H. velutinae*, differt caule procumbente, superficie minus lanata, foliis brevioribus, bracteis dentibusque calycinis apice magis subulatis. — Habitat in Brasilia in summitate montium Chapado do Serra San Marcos dicta et ad Cabesseiras do Ribeirao Batalha provinciae Goyaz.

50. H. DICTYODEA Pohl, Ic. ined. ex Bth. l. c. — Ramis rigidis, superne paniculatis, cano-villosis; foll. breviter petiolatis ovalib. obtusis crenato-dentatis, basi rotundato-cuneatis, supra scabris, subtus reticulatis lacunoso-rugosissimis, ad nervos pubescentib., supremis acutis, subtus canescentib.; capitulis pedunculatis subglobosis; receptaculo lanato; bracteis ovato-lanceolatis villosis, capitulum aequantib.; calycis villosi dentib. subulatis rigidulis villosis, tubo subbrevioribus. ♃ — Habitat in Brasilia ad Fazenda Dios et Caldas et in Serra San Feliz prope Musquitos provinciae Goyaz.

51. H. ADAMANTIUM St. Hil. mss. ex Bth. l. c. — Suffruticosa, tota pilis subsericeis velutina: foll. sessilib. ovalib. acutis subdentatis, basi rotundatis; capitulis semiglobosis dense multifloris, breviter pedunculatis; receptaculo villoso; bracteis lanceolatis acutis capitulum subaequantib.; calycib. lanato-villosissimis, dentib. abbreviatis lanceolato-subulatis. ♃ — Suffrutex 2-2½-pedalis. Folia vix semipollicaria. Corolla rosea. Inflorescentia, flores et villositas totius plantae omnino

H. velutinae. — Habitat ad ripas rivuli Corrego Novo in regione adamantium provinciae Minas Geraës.

52. H. COERULEA St. Hil. mss. ex Bth. l. c. — Herbacea: caulib. procumbentib. ramosis villosis; foll. parvis numerosis sessilib. ovatis obtusis crenatis, basi cordatis rugosis pubescentib.; capitulis semiglobosis dense multifloris; pedunculis capitulo sublongiorib.; bracteis lanceolato-linearib. recurvis, capitulum aequantib.; receptaculo lanato; calycib. villosissimis, dentib. subulatis abbreviatis. ♃ — Herba humilis procumbens, nunc vix semipedalis, ramosissima, ramis nunc fere pedalibus subsimplicibus. Folia plerumque 3–4-linearia, rarius semipollicaria, valde rugosa et saepe rufescentia, floralia pedunculo breviora. Capitula fructifera vix semipollicaria, rufescentia. Bracteae numerosae, apice recurvae. Corolla coerulea. Stamina basi pubescentia. A *H. crenata* differt statura humili, foliis et capitulis minoribus, dentibus calycinis bracteisque brevioribus et habitu. — Habitat in Brasilia in pascuis montis Serra da Canastra dicti provinciae Minas Geraës.

53. H. ALPESTRIS St. Hil. mss. ex Bth. l. c. 92. — Herbacea: caulib. adscendentib. v. erectis, parce ramosis rufo-villosis; foll. numerosis sessilib. ovato-oblongis obtusis crenatis, basi cordato-amplexicaulib. reflexis rugosis velutino-pubescentib.; capitulis semiglobosis dense multifloris; pedunculis capitulum subaequantib.; bracteis lanceolato-linearib. capitulum aequantib.; receptaculo lanato; calycis villosissimi dentib. subulatis abbreviatis. ♃ — Omnibus partibus major est quam *H. coerulea* et *gratiolaefolia.* Caules elongati virgati. Capitula majora et longius pedunculata. Folia in speciminibus suppetentibus hujus speciei constanter reflexa sunt, in *H. gratiolaefolia* erecta, in *H. coerulea* patentia. An omnes ejusdem speciei polymorphae varietates? — Habitat in Brasilia in humidis herbosis camporum elatiorum prope Serra da Canastra provinciae Minas Geraës.

54. H. GRATIOLAEFOLIA St. Hil. mss. ex Bth. l. c. — Herbacea: caulib. erectis, basi ramosis; ramis virgatis rufo-villosis; foll. parvis numerosis sessilib. ovatis obtusis crenatis, basi cordatis rugosis rufo-pubescentib.; capitulis semiglobosis dense multifloris; pedunculis capitulum aequantib.; receptaculo lanato; bracteis lanceolato-linearib. capitulo sublongiorib., apice recurvis; receptaculo lanato; calycib. villosissimis, dentib. subulatis, tubum subaequantibus. ♃ — A *H. coerulea*, cui statura, foliis et capitulis similis est, differt habitu et bracteis dentibusque calycinis longioribus. Capitula pauca, in corymbos terminales approximata. — Habitat in campis in planitie elevata occidentali provinciae Minas Geraës.

55. H. GOYAZENSIS St. Hil. mss. ex Bth. l. c. — Herbacea v. suffruticosa (?), adscendens v. erecta: ramis pilis longis dense villosis; foll. sessilib. ovali-ellipticis obtusis crenatis, basi cordatis rugosis villosis; capitulis semiglobosis dense multifloris; pedunculis capitulo breviorib.; bracteis linearib. rectis capitulum aequantib.; receptaculo lanato; calycib. villosissimis, dentib. subulatis abbreviatis. ♃ — Herba basi dura v. suffrutex circiter pedalis parce ramosus. Folia ¼–1-pollicaria dura crassa, valde rugosa, eleganter crenulata, crenaturis undulatis. Capitula fere duplo majora quam in *H. coerulea*, floribus lana rufescente dense immersis. Corolla azurea pubescens. Stamina glabra. Differt a *H. coerulea* et affinibus foliorum forma et habitu, a *H. crenata* bracteis muticis et dentibus calycinis abbreviatis. — Habitat in Brasilia in campis prope Laage in regione meridionali provinciae Goyaz.

56. H. OVATA Pohl, Ic. ined. ex Bth. l. c. — Caule herbaceo erecto rigido villoso; foll. sessilib. ovatis obtusis crenatis, basi cordatis reticulato-rugosissimis, utrinq. tomentoso-pubescentib.; capitulis semiglobosis dense multifloris breviter pedunculatis; receptaculo villoso; bracteis basi lanceolatis calycisq. villosuli dentib. longe subulatis glabriusculis. ♃ — A *H. crenata* differt foliis latioribus dentibusque calycinis et bracteis glabrioribus longius subulatis. — Habitat in Brasilia inter Allegres et Trinidada provinciae Minas Geraës.

57. H. CRENATA Pohl, Ic. inedit. ex Bth. l. c. 93. — Herbacea: caule erecto rigido villoso; foll. sessilib. oblongo-ovatis obtusis crenatis, basi rotundatis, utrinq.

villosis reticulato-rugosis; capitulis semiglobosis dense multifloris; receptaculo lanato; bracteis basi lanceolatis, apice longe subulatis, calyces superantib.; calycis dense villosi dentib. subulatis villosis, tubo vix longioribus. ♃ — Species valde variabilis, altitudine saepius circiter pedali, tota pilis longis patentibus et tomento rubiginoso magis minusve obsessa. Capitula juniora dense et mollissime tomentosa, adultiora glabriora. Folia crebra, saepius valde reticulato-rugosa, crenaturis aequalibus, margine revolutis. A *H. coerulea* et affinibus bracteis longe subulatis constanter distinguitur. — Habitat in Brasiliae provinciis Goyaz, Bahia, Minas Geraës et Matto grosso.

58. H. TURNERAEFOLIA Mart. mss. ex Bth. l. c. — Suffruticosa: ramis pubescentib.; foll. subsessilib. oblongo-lanceolatis obtusis subcrenatis, basi rotundatis cordatisve, utrinq. pilis adpressis molliter villosis, subtus pallidis; capitulis semiglobosis dense multifloris, breviter pedunculatis; receptaculo lanato; bracteis lanceolato-linearib. capitulum aequantib.; calycis apice villosissimi dentib. subulatis tubo brevioribus. ♃ — Habitus fere *Inulae dysentericae*. Folia mollia rugosa, subtus tomentosa, semipollicaria v. vix pollicaria. Capitula in apicibus ramorum subcorymbosa, fructifera semipollicem diametro. Bracteae apice recurvae, demum reflexae. Calyx lana alba villosissimus. Corolla vix calyce longior alba, labio superiore purpureo-notato. Stamina glabra. Species inter *H. crenatam* et *velutinam* media. — Habitat in Brasilia, in campis sterilibus calidis in Serro Frio prope Barbados provinciae Minas Geraës.

59. H. ASTEROIDES St. Hil. mss. ex Bth. l. c. — Caulib. erectis simplicib. villosis; foll. sessilib. erectis lanceolatis obtusis crenatis, basi cordatis, margine revolutis rugosis villosis; capitulis pedunculatis globosis dense multifloris; bracteis lanceolato-subulatis capitulum aequantib.; receptaculo lanato; calycis apice villosissimi dentib. subulatis, tubo longioribus. ♃ — Caules complures subpedales. Habitus *Asterum*, sectionis *Galatellae*. Folia fere *Myosotidis apulae*. Capitula *H. crenatae*, sed bracteae et dentes calycini minus recurvi. — Habitat in Brasilia.

Sectio VIII. OCCEPHALUS Bth. l. c. 94.

Florum capitula ovoidea densa pauciflora. Bracteae numerosae adpressae ovatae. Calyx tubuloso-campanulatus rectus, dentibus subulatis mollissime villosis tubo longioribus. — Suffrutices fruticesve, capitulis pedunculatis ad apices ramorum paniculatis.

60. H. HALIMIFOLIA Mart. mss. ex Bth. l. c. 94. — Suffruticosa? ramis ascendentib. canis; foll. subsessilib. ovalib. obtusis integerrimis, basi rotundatis, utrinq. canis; capitulis pedunculatis ovatis canis, dense plurifloris; receptaculo nudo; bracteis ovatis obtusiusculis capitulum subaequantib.; calycis tubulosi dentib. subulatis mollissime villosis. ♃ — Folliorum forma et color totius plantae omnino *Atriplicis Halimi*. Rami subsimplices, dense foliosi, versus apices floriferi. Pedunculi folia breviter superantes. Capitula circiter 4 lin. longa, 2½ lineas lata. Bracteae extus lanatae, margine subciliatae, intus nitidae. Calyx apice mollissimus, basi glabriusculus membranaceus. Corolla breviter exserta. Achaenia ovoidea laevia nitida. — Habitat in Brasilia in campis altis petrosis ad Villa do Rio de Contas provinciae Bahiensis.

61. H. CRASSIFOLIA Mart. mss. ex Bth. l. c. — Suffruticosa: ramis dense tomentoso-hispidis; foll. crebris sessilib. rotundatis obtusissimis, basi cordato-amplexicaulib., margine revolutis, utrinq. hirsutissimis; capitulis breviter pedunculatis ovato-globosis densis 6-10-floris; receptaculo nudo; bracteis lanceolatis capitulum aequantib. hispidissimis; dentib. calycinis subulatis villosissimis, tubo subaequalibus. ♃ — Planta humilis, basi divaricata ramosa. Rami adscendentes, parce ramulosi. Folia vix semipollicaria crassa, pilis strigoso-hispidis densissime obsita, floralia parva. Capitula diametro 2–3 lin. secus ramos breves disposita. Corollae exsertae, extus pubescentes. — Habitat in Brasilia in petrosis *ad Villa do Rio de* Contas interioris provinciae Bahiensis.

62. H. LACUNOSA Pohl, Ic. ined. ex Bth. l. c. — Fruticosa: ramis molliter villosis; foll. subsessilib. ovatis obtusissimis, vix crenatis, basi cordatis rugosis, subtus rufescentib. v. canescentib. tomentoso-pubescentib.; capitulis pedunculatis ovatis dense pauciforis; receptaculo nudo; bracteis ovatis adpressis, dentib. calycinis dimidio breviorib.; calycis villosi dentib. subulatis molliter villosis tubo longioribus. ♄ — Rami erecti, superne subpaniculati. Folia circiter pollicaria sessilia amplexicaulia v. brevissime petiolata, sed verosimiliter species non diversae sunt. Folia floralia gradatim minora arcte sessilia. Racemi secundi. Capitula numerosa, 4–10-flora, fructifera 2–3 lin. longa, pedunculo 3–4-lineari. Corolla vix dentes calycinos excedens. — Habitat in Brasilia, ad Santa Ingrazia, Villa Rica et alibi provinciae Minas Geraës.

Sectio IX. TRICHOSPHAERIA Bth. l. c. 98.

Florum capitula globosa dense multiflora. Bracteae numerosae adpressae subulatae, capituli fructiferi in pedunculum reflexae. Receptaculum nudum. Calyx campanulatus rectus, dentibus filiformibus molliter plumosis, tubo multoties longioribus. Corolla dentibus calycinis brevior. — Suffrûtices fruticesve plerumque tomentosi, capitulis numerosis longe pedunculatis ample paniculatis, plerumque coerulescentibus.

63. H. CRINITA Benth. l. c. — Caule fruticoso; ramis cano-tomentosis; foll. subsessilib. oblongo-lanceolatis acutiusculis integerrimis subserratisve, basi angustatis cano-tomentosis subrugosis, floralib. pedunculo breviorib.; capitulis globosis dense multifloris: bracteis linearib. subulatisve capitulo breviorib.; receptaculo nudo; calycis villosi dentib. filiformib. molliter plumosis, tubo multoties longioribus. ♄ — Caulis 2-2½-pedalis, basi lignosus. Rami divaricati, superne adscendentes. Folia opposita v. ternatim verticillata, media pollicaria, superiora minora, floralia conformia, omnia tomento brevissimo cano v. pallide rufescente molliter canescentia, subtus valde venosa, margine integerrima v. versus apicem dentibus paucis utrinque notata. Capitula in apice ramorum subpaniculata, dentibus calycinis longissimis crinita. Bracteae cano-pubescentes, exteriores sublanceolatae. Calyces campanulati, tubo brevissimo, dentibus 3 lin. et ultra longis. Corollae dentibus calycinis breviores, pallide roseo-albae.

β. polycephala: Foll. minorib. magis tomentosis; capitulis numerosis. — Habitat in Brasilia ad Pontefeito provinciae Goyaz et ad Registo Velho et Rio Jequitinhonha provinciae Minas Geraës.

64. H. SPIRAEAEFOLIA Mart. mss. ex Bth. l. c. † — Fruticosa: ramis cano-tomentosis; foll. breviter petiolatis cuneato-oblongis obovatisve obtusis mucronulatis crenatis, basi cuneatis, subtus cano-tomentosis rigidulis; panicula ampla; capitulis breviter pedunculatis globosis dense multifloris; bracteis subulatis capitulum subaequantib.; receptaculo nudo; calycis villosi dentib. filiformib. molliter plumosis, tubo multoties longioribus. ♄ — Rami tetragoni saepe uti folia ternatim verticillati. Folia semipollicaria ad pollicaria, caulina inferiora late obovata, superiora et ramealia angustiora, omnia supra rugulosa subcanescentia, subtus venosa cano-pubescentia v. tomentosa, floralia pedunculo 3–6-lineari v. rarius subpollicari breviora. Capitula versus apices ramulorum racemosa, racemis ample thyrsoideo-paniculatis, fructifera circiter 9 lin. diametro. Calyx campanulatus, laciniis demum fere 4 lin. longis, molliter flexuosis plumosis, corollam subsuperantibus. Species inter *H. crinitam* et *H. multiflorum* media. — Habitat in Brasilia in campis deserti Serro Frio ad flumen Jequitinhonha provinciae Minas Geraës.

65. H. MARTIUSI Bth. l. c. † — Fruticosa: ramis tenuiter tomentosis; foll. petiolatis ovato-oblongis obtusis crenatis, basi rotundato-cuneatis, supra rugulosis pubescentib., subtus incano-tomentosis; capitulis globosis dense multifloris pedunculatis paniculatis; bracteis subulatis capitulo subbreviorib.; receptaculo nudo; calycib. fructiferis elongatis, tubo inflato, dentib. filiformib. molliter plumosis, tubo longioribus. ♄ — Frutex humanae altitudinis et ultra. Corolla alba dentibus

calycinis subbrevior, limbo gracillime sursum campanulato dilatato. Ab *H. eriophylla* differt: ramis brevissime tomentosis nec dense lanatis, foliis tenuibus sectioribus, supra pubescentibus nec villoso-lanatis, subtus magis incanis et aliis notis. — Habitat in Brasilia in sylvis Catingas inter Santa Anna et Santo Antonio das Queimadas provinciae Bahiensis.

66. H. ERIOPHYLLA Pohl, Ic. ined. ex Bth. l. c. 96. — Fruticosa? ramis albo- v. subrufo-lanatis; foll. subsessilib. ovalib. obtusis crenatis, basi rotundatis, supra villosis tomentosisve, subtus cano-tomentosis v. floccoso-lanatis; capitulis dense globosis multifloris pedunculatis paniculatis; bracteis lineari-subulatis, capitulo subbreviorib.; receptaculo subnudo; dentib. calycinis filiformib. molliter plumosis, tubo longioribus. ♁? — Caules lignosi complures erecti ramosi, ramis basi foliosis, panicula demum fere pedali. Folia ramealia bipollicaria, floralia minora, omnia crassa rigida, crenaturis regularibus undulatis, utrinque tomento densо, supra rufo, subtus pallido v. albido vestita. Paniculae rami lanato-villosissimi. Capitula 6–10 lin. diametro, in vivo uti corollae amethystinea, siccitate coerulescentia.

β. coriifolia: Minus tomentosa. — Habitat in Brasilia ad Megaponte et Santa Lucia provinciarum Goyaz et Minas Geraës.

67. H. BRACHYPHYLLA Mart. mss. ex Bth. l. c. — Fruticosa: foll. petiolatis late ovatis obtusis crenatis, basi rotundatis rugosis, utrinq. breviter subrufo-tomentosis; capitulis globosis dense multifloris pedunculatis paniculatis; bracteis subulatis capitulo subbreviorib.; receptaculo nudo; calycib. fructiferis elongatis, tubo inflato, dentib. filiformib. molliter plumosis, tubo longioribus. — Affinis *H. eriophyllae*, sed foliis brevioribus latioribus distincta. — Habitat in Brasilia in campis ad Serro Frio provinciae Minas Geraës.

68. H. MULTIFLORA Pohl, Ic. ined. ex Bth. l. c. — Fruticosa: ramis cano-tomentosis; foll. brevissime petiolatis ovato-rotundatis, argute crenatis, subtus albo-tomentosis coriaceis rigidis; panicula amplissima; capitulis breviter pedunculatis globosis dense multifloris; bracteis subulatis capitulum subaequantib.; receptaculo nudo; calycis villosi dentib. filiformib. molliter plumosis, tubo multoties longioribus. ♁ — Ab *H. Martiusi* differt uti *H. brachyphylla* ab *H eriophylla*, foliis latioribus, basi rotundatis. — Habitat in Brasilia inter Rio Jequitinhonha et Calumbis provinciae Minas Geraës, in sylvis Catingas provinciae Bahiensis interioris.

Sectio X. XANTHIOPHORA Mart. mss. ex Bth. l. c. 97.

Florum capitula globosa dense multiflora. Bracteae numerosae adpressae subulatae. Calyx turbinato-campanulatus, fructifer membranaceus, medio inflatus, ore contractus, dentibus subulatis rigidis erectis v. patentibus. Corollae tubus calycem aequans v. sublongior. — Herbae procumbentes v. divaricatae, capitulis longe pedunculatis.

69. H. SIDERITIS Mart. mss. ex Bth. l. c. 97. † — Herbacea procumbens: ramis adscendentib. pilosissimis; foll. infimis petiolatis, ramealib. subsessilib. ovatis acutis argute serratis, basi rotundatis cordatisve rigidis, utrinq. viridib. pilosohispidis; capitulis paucis pedunculatis globosis dense multifloris; bracteis lineari-subulatis capitulum aequantib.; receptaculo nudo; calycis hispidi fructiferi tubo medio inflato subcalloso-annulato, ore contracto, dentib. 5–10 inaequalib. subulatis rigidis divaricatis. ♃ — Herba pallide virens, tota pilis rigidulis patentibus magis minusve obsessa. Caules 1–2-pedales tetragoni. Folia pollicaria. Pedunculi sesquipollicares, raro oppositi. Corolla violacea, calyce duplo longior. Calyces fructiferi primo intuitu fructibus *Scabiosae columbariae* similes sunt, et ob dentes calycinos saepe 10 haec species a Martiuso ut genus proprium habetur, sed mediantibus *H. lobata* et *lagenaria* a *Hyptidibus cyanocephalis* et *trichosphaericis* non separanda est. — Habitat in Brasilia in locis hieme inundatis inter Japera et Capao et circa praedia prope Salgado in deserto provinciae Minas Geraës.

70. H. LOBATA St. Hil. mss. ex Bth. l. c. † — Herbacea procumbens, piloso-pubescens: foll. petiolatis late ovatis acutis sinuato-lobatis crenatis, basi cordatis, utrinq. viridib.; capitulis longe pedunculatis globosis dense multifloris; bracteis subulatis capitulum subaequantib.; receptaculo nudo; calycib. breviter hispidis, fructiferis inflato-lageniformib., ore contracto recto truncato, dentib. 5-6 subaequalib. subulatis rigidis pubescentib., tubo brevioribus. ♃ — Caules elongati, ad nodos inferiores saepe radicantes, pilis brevibus subviscosis pubescentes, angulis obtusis. Folia fere *Althaeae hirsutae*, floralia sessiliora pedunculo multo breviora. Bracteae 2 exteriores a capitulo saepius parum distantes, omnia uti dentes calycini pilis brevibus subglandulosis hispido-pubescentes, et apice interdum hamulosae. Capitula florigera 4-5 lin. diametro, fructifera duplo majora. Calyces fructiferi membranacei, prope basin valde inflati, superne elongati, fauce intus subvillosa, dentibus saepe sex erecto-patentibus. Achaenia oblonga nigra, sub lente tenuiter rugulosa. Corolla coerulea. Odor foetidus. — Habitat in Brasilia in pascuis prope San Joze provinciae Sancti Pauli.

71. H. LAGENARIA St. Hil. mss. ex Bth. l. c. 98. — Herbacea: ramis ascendentib. glabriusculis; foll. petiolatis ovatis acuminatis acutis duplicato-dentatis, basi rotundatis viridib. pubescentib.; capitulis pedunculatis paniculatis subglobosis dense multifloris; receptaculo nudo; bracteis subulatis capitulum subaequantib.; calycis fructiferi glabri tubo inflato lageniformi, ore truncato subobliquo, dentib. subulatis glabris, tubo brevioribus. ♃ — Folia *H. spicatae* v. *H. umbrosae*. Capitula *H. lobatae*, sed minora. Calyces plerumque 5-dentati, exteriores ore obliquo, fructiferi valde inflati, sed minores quam in *H. lobata*. Bracteae dentesque calycini apice saepe hamulosi. — Habitat in Brasilia.

Sectio XI. CEPHALOHYPTIS Bth. l. c. 98.

Florum capitula semiglobosa v. demum globosa dense multiflora. Bracteae numerosae adpressae ovatae lanceolatae lineares v. rarius subulatae. Receptaculum glabrum v. rarius villosum. Calyx campanulatus v. tubulosus rectus glaber pubescens v. villoso-hispidus nec lanatus, dentibus subulatis v. basi lanceolatis, rarius brevissimis obtusis. Corolla calycem breviter superans. — Herbae suffruticesve, capitulis axillaribus pedunculatis v. subsessilibus.

§. 1. *Gnidiaefoliae Bth. l. c. — Folia parva integerrima, basi cordata, margine revoluta. Capitula fructifera globosa villosa. Bracteae ovatae v. lanceolatae.*

72. H. IMBRICATA Pohl, Ic. ined. ex Bth. l. c. 98. † — Ramis erectis v. adscendentib. virgatis pilosis; foll. sessilib. erectis, cauli adpressis imbricatis lanceolatis acutis integerrimis, margine revolutis ciliatis, basi dilatato-cordatis, utrinq. glabris; capitulis dense globosis multifloris; pedunculis folio subbreviorib.; bracteis ovatis acutis rigidis, capitulo sublongiorib.; calycis campanulati hispidi (basi glabri) dentib. subulatis villosis, demum subpatentibus. ♃ — Herba perennis, basi sublignosa procumbens. Rami circiter pedales subsimplices, ut in *Gnidiis* foliis erectis adpressis omnino obtecti. Capitula 1-3 versus apices ramorum, rarissime opposita, fructifera bracteis reflexis globosa, semipollicem diametro. Receptaculum glabrum. Pedunculus crassus, 2-4 lin. longus pilosissimus. Bracteae margine pilosae. Calyx basi valde attenuatus glaber membranaceus, dentibus tubum fere aequantibus purpurascentibus. Corolla vix dentes calycinos superans, extus pubescens, tubo citrino compressiusculo, limbi laciniis 2 superioribus roseis, lateralibus flavescentibus, infima rosea. Achaenia oblonga pallida laevia. — Habitat in Brasilia, inter Aldega Caretao do Pedro terceiro et Crixas provinciae Goyaz, in campis ad Riachao et prope Pe do Morro deserti Serro Frio provinciae Minas Geraës.

73. H. DITASSOIDES Mart. mss. ex Bth. l. c. 99. — Suffruticosa: ramis villosis; foll. sessilib. parvis crebris patentib. ovatis obtusissimis integerrimis, margine revolutis, basi cordata amplexicaulib., supra bullatis glaberrimis, subtus uninervis villosis; capitulis dense globosis multifloris brevissime pedunculatis; bracteis

lanceolatis villosis; calycis basi glabriusculi elongati dentib. subulatis villosissimis. ♃ — Habitus omnino *Penaeae* v., teste Martio, *Ditassae*. Folia 3 lin. longa. Capitula demum pollicem diametro, plerumque solitaria subterminalia. Receptaculum pilosissimum. Corolla *H. imbricatae*. — Habitat in Brasilia, in adscensu Serra de Itacubé in Serro Frio provinciae Minas Geraës.

§. 2. *Lavandulaceae Bth. l. c.* 99. — *Folia basi angustata integerrima, apice subdentata. Capitula fructifera globosa villosa. Bracteae lanceolatae v. lineares.*

74. H. LINARIOIDES Pohl, Ic. ined. ex Bth. l. c. 99. — Suffruticosa: ramis erectis strictis elatis subcanescentib.; foll. sessilib. linearib. subintegerrimis, basi angustatis tenuissime cano-pubescentib.; capitulis subglobosis dense multifloris longe pedunculatis; bracteis lanceolatis albo-tomentosis, exteriorib. capitulum subsuperantib.; receptaculo subnudo; calycis villosi dentib. subulatis erectis molliter villosissimis, tubum subaequantibus. ♃ — Affinis *H. strictissimae*, a qua non differt nisi capitulis majoribus villosioribus, bracteis latioribus et dentibus calycinis longioribus; a *H. densifolia* foliis brevioribus et dentibus calycinis subulatis distincta est. — Habitat in Brasilia, ad Corumba provinciae Goyaz, in campis Serro Frio provinciae Minas Geraës et prope Aldea d'Alto dos Boys inter Minas Novas.

75. H. STRICTISSIMA Pohl, Icon. ined. ex Bth. l. c. — Suffruticosa: ramis erectis strictis elatis, breviter adpresse pubescentib.; foll. sessilib. linearib. subintegerrimis, basi angustatis tenuissime cano-pubescentib.; capitulis subglobosis dense multifloris longe pedunculatis; bracteis linearib., exteriorib. capitulum subaequantib.; receptaculo nudo; calycis tubuloso-campanulati villosi dentib. subulatis erectis, tubo dimidio brevioribus. ♃ — Habitat in Brasilia in summitate montium Chapada do Serro San Marcos dicta ad Cabesseira do Ribeirao Batalha provinciae Goyaz.

76. H. DENSIFOLIA Pohl, Ic. ined. ex Bth. l. c. 100. — Suffruticosa: ramis erectis breviter adpresse pubescentib.; foll. sessilib. oblongis integerrimis v. apice denticulatis, basi angustatis venosis glabriusculis v. tenuissime tomentoso-pubescentib.; capitulis globosis dense multifloris longe pedunculatis; bracteis lanceolatis, exteriorib. capitulo longiorib. obtusis; receptaculo nudo; calycis tubuloso-campanulati villosi dentib. subulatis erectis, tubo multo brevioribus. ♃ — Habitus *H. linarioidis*, a qua foliis latioribus differt. — Habitat in Brasilia, ad San Marcos provinciae Goyaz, in campis prope Sahara provinciae Minas Geraës.

77. H. VERONICAEFOLIA Pohl, Ic. ined. ex Bth. l. c. — Caule procumbente pubescente; foll. sessilib ovalib., apice dentatis, basi rotundato-cuneatis, utrinq. glabriusculis; capitulis longe pedunculatis subglobosis dense multifloris; bracteis lanceolatis obtusis capitulum aequantib.; receptaculo nudo; calycis tubulosi villosi dentib. subulatis erectis, tubo dimidio brevioribus. ♃ — Habitat in Brasilia, ad Engenho prope San Sebastiao provinciae Goyaz.

§. 3. *Pedunculosae Bth. l. c.* 100. — *Capitula longe pedunculata semiglobosa. Bracteae subulatae. Calyces glabri v. pubescentes, dentibus subulatis.*

78. H. TETRAGONA Pohl, Ic. ined. ex Bth. l. c. — Caule erecto glabriusculo, angulis acutis pubescentib.; foll. breviter petiolatis ovalib. obtusis crenatis, basi angustatis rugosis, supra scabridis, subtus rubiginoso-pubescentib.; pedunculis elongatis, inferiorib. ramosis; capitulis subglobosis dense multifloris; bracteis subulatis calyces aequantib.; calycis tubuloso-campanulati subvillosi dentib. lanceolato-subulatis rigidis glabriusculis. ♃ — Caulis elatus rigidus crassus, angulis valde prominentibus. Folia caulina remota, forma et magnitudine *H. confertae*, floralia parva lanceolata. Pedunculi inferiores 4–6-pollicares (v. rami caulis), apice capitula 2–6 gerentes, superiores vix pollicares. Dentes calycini breves. — Habitat in Brasilia, ad Engenho dos Boys provinciae Goyaz.

79. H. MULTIBRACTEATA Benth. l. c. 100. et 712. — Herbacea, glabra v. superno pubescens, nodis pilosis: foll. breviter petiolatis ovatis acuminatis serratis, basi

rotundatis v. in petiolum attenuato-decurrentib. villosissimis rugosis; pedunculis tomentosis, capitulo semigloboso dense multifloro longiorib.; bracteis numerosissimis linearib. subradiantib., capitulo sublongiorib.; calycis glabriusculi dentib. abbreviatis lanceolato-linearib. rigidis. 2 — Affinis *H. lantanaefoliae*, a qua differt foliis petiolatis et bracteis omnibus lineari-subulatis. Folia 1–1½-pollicaria. Calyces fructiferi valde elongati, basi inflati. — Habitat in Brasilia, in provincia Bahiensi interiore, ad Rio Janeiro, ad vias prope Pedras provinciae Rio Janeiro et in aquaticis orientalibus et in sylvis caeduis ad Itajuru provinciae Minas Geraës.

§. 4. *Latibracteatae Bth. l. c.* 101. — *Capitula semiglobosa. Bracteae late ovatae. Calyces glabri v. pubescentes, dentibus subulatis.*

80. H. PETIOLARIS Pohl, Ic. ined. ex Bth. l. c. 101. — Herbacea erecta: Caule glabriusculo, angulis scabro-hispidis; foll. longe petiolatis late ovatis acutis duplicato-serratis glabris v. supra scabro-hispidis; capitulis longe pedunculatis subglobosis, dense multifloris; bracteis ovatis acutis venosis ciliatis subglabris, capitulum aequantib.; calycis glabriusculi dentib. lanceolato-subulatis rigidis, tubum aequantibus. — Habitat in Brasilia ad Aldega Maria provinciae Goyaz.

81. H. LANTANAEFOLIA Poit. Ann. mus. Par. VII. 468. t. 29. fig. 1. — Bth. l. c. † — Herbacea villosa: foll. subsessilib. ovatis oblongisve serrato-crenatis, basi angustatis rugosis, subtus tomentosis; capitulis globosis dense multifloris longe pedunculatis; bracteis ovatis acuminatis, exteriorib. latissimis, calyce sublongiorib.; receptaculo villoso; calycis basi pubescentis dentib. lanceolato-subulatis acutis rigidis subspinosis. 2 — Caulis basi repens radicans. Rami adscendentes, magis minusve pubescentes, apice saepe dense tomento canescente villosi. Folia 1–1½-pollicaria, acutiuscula, supra pubescentia v. hispida, subtus tomento canescente v. rufescente dense villosa. Pedunculi 2–3-pollicares. Bracteae exteriores latae adpressae concavae, extus tomentosae, intus pubescentes. Calycis dentes parum inaequales, demum saepe subpatentes, tubus fructifer parum acutus. Faux intus annulo pilorum brevium munita. Corolla calyce vix longior alba, labio superiore maculis purpureis leviter punctato. Genitalia breviter exserta. — Habitat in America aequinoctiali, in aridis Montis Cocollar Novae Andalusiae, in Panama, Nova Hispania, insulis Trinitatis et Porto Rico, in Brasilia in herbidis ad Rio Teffe provinciae Rio Negro, secus fluvium Amazonum aliisque locis.

82. H. ATRORUBENS Poit l. c. 466. † t. 27. fig. 3. — Bth. l. c. — Caule reptante, basi radicante; ramis adscendentib. piloso-pubescentib.; foll. petiolatis ovatis crenatis, basi rotundato-cuneatis, supra hispidulis, subtus pallidis glabris pilosisve; capitulis pedunculatis globosis dense multifloris; bracteis late ovatis membranaceis venosis capitulo vix breviorib.; calycis membranacei tubulosi truncati dentib. subulatis strictis. 2 — Undique pilis longis albidis patentibus v. versus apicem caulis adpressis magis minusve hirsuta. Caules basi purpurascentes, rami elongati. Folia pollicaria, subtus pallida. Capitula fructifera semipollicem diametro, pedunculis pollicaribus et ultra. Bracteae exteriores obtusae, interiores subulato-acuminatae, uti pedunculi et interdum calyces rubescentes. Calycis faux inter dentes margine ciliata. Corolla alba, tubo compresso superne dilatato, laciniis 2 supremis punctis minutis roseis irroratis, lateralibus reflexis, infima oblonga pallide fusca, extus pubescente. Filamenta inferne pubescentia. Antherae flavo-fuscae. — *H. procumbens* Schlchtd. Linnaea V. 101. — Habitat in Americae aequinoctialis umbrosis et locis olim cultis in Mexico, ad Hacienda de la Llaguna, in insulis Martinica, Sancti Dominici, Trinitatis, Sancti Vincentii, in Cayenna; in sylvis ad Para, Maranhao, Bahia.

§. 5. *Marrubiastrae Bth. l. c.* 102. — *Capitula demum globosa. Bracteae lineares. Calyces campanulati, basi membranacei glabri, superne saepius villosi, dentibus lanceolato-subulatis. Folia magis minusve sinuata.*

83. H. MOLLIS Pohl, Ic. ined. ex Bth. l. c. † — Herbacea rufo-villosa: foll. breviter petiolatis ovatis obtusis irregulariter serrato-crenatis, basi rotundatis cunea-

tis subcordatisve, utrinq. pilis rufis adpressis molliter villosis; pedunculis villosis capitulo subgloboso dense multifloro aequalib.; bracteis lanceolato-linearib. obtusis capitulum aequantib.; receptaculo piloso; calycis campanulati ore villosissimo, dentib. lanceolato-subulatis, tubo brevioribus. ♃ — Caules circiter bipedales, parum ramosi, uti folia et capitula pilis articulatis mollibus rufescentibus dense vestiti. Folia 1–1½-pollicaria mollia rugosa, subtus venosa, margine nunc simpliciter crenata, saepius subsinuata, crenaturis acutiusculis, floralia minora. Capitula pauca, ad apices caulium thyrsoideo-paniculata, sub anthesi haemisphaerica, fructifera globosa. Pili receptaculi caulinis similes. Calyx membranaceus, basi attenuatus glaber, superne villosissimus, dentibus brevibus acutis erectis. — Habitat in Brasilia ad Santa Cruz ad Joay Dias et inter Capao et Alferes Milichar provinciae Minas Geraës.

84. **H. MARRUBIASTRA** Pohl, Ic. ined. ex Bth. l. c. 102. — Herbacea: caule erecto rufo-pubescente; foll. breviter petiolatis late ovatis irregulariter dentatis subsinuatis, basi rotundato-cordatis, utrinq. villosis; pedunculis villosis capitulo subgloboso dense multifloro longioribus.; bracteis oblongo-linearib. acutis capitulo longioribus.; calycis membranacei glabriusculi dentib. subulatis villosis, tubo longioribus. ♃ — Affinis *H. angulosae* et *sinuatae*, sed petiolis brevibus, foliis villosis minoribus vix sinuatis et praesertim dentibus calycinis distincta est. — Habitat in Brasilia ad Onrofino provinciae Goyaz, versus Cochabamba Peruvianorum.

85. **H. ANGULOSA** Schott mss. ex Bth. l. c. 102. — Herbacea: caule erecto superne rufo-villoso; foll. petiolatis ovatis acutis subhastatis inciso-serratis v. irregulariter sinuato-lobatis, basi rotundato-truncatis, supra sparse, subtus ad nervos villosis v. demum glabratis; pedunculis villosis capitulo subgloboso dense multifloro brevioribus.; bracteis lanceolato- v. oblongo-linearib., exteriorib. capitulum vix superantib.; receptaculo nudo; calycis campanulati glabriusculi dentib. brevib. lanceolatis, demum stellato-patentibus. ♃ — Caulis pluripedalis, obtuse tetragonus sulcatus, pilis sparsis rufis magis minusve obsessus. Folia 2–4-pollicaria, superiora gradatim angustiora et minora, omnia vero capitulum longe superantia. Pedunculi vix semipollicares. Capitulum fructiferum diametro 6–7 lin. exacte globosum. Bracteae demum reflexae, calyces fructiferos vix aequantes, juniores radicantes capitulum breviter superantes. Achaenia laevia. — Habitat in Brasilia ad Rio de Janeiro, ad ripas prope Itajuru provinciae Minas Geraës.

86. **H. SINUATA** Pohl, Ic. ined. ex Bth. l. c. 103. — Herbacea: caule erecto glabro; foll. petiolatis amplis late ovatis acutis sinuato-lobatis crenatis, basi truncatis subcordatisve, supra sparse, subtus ad nervos hispidulis; pedunculis glabriusculis capitulum subglobosum dense multiflorum aequantib.; bracteis lanceolato- v. oblongo-linearib. capitulo subduplo longioribus.; receptaculo subnudo; calycis campanulati dentib. lanceolato-subulatis, demum substellato-patentibus. ♃ — Affinis *H. angulosae*, sed elatior, caulis glabrior, folia ampliora latiora, pedunculi longiores, bracteae etiam in capitulo fructifero radiantes calycem longe superantes, calyces extus superne pilosiusculi, dentibus parum longioribus acutioribus erectioribus. — Habitat in Brasilia ad Santa Cruz provinciae Goyaz, in herbidis udiusculis deserti versus Contendas provinciae Minas Geraës, ad rivulum inter Capivorby et Chapada provinciae Minas Novas.

§. 6. *Genuinae Bth. l. c.* 103. — *Capitula demum globosa. Bracteae lanceolatae. Calyces tubulosi v. campanulati, post anthesin saepius elongati subglabri, dentibus subulatis glabris.*

87. **H. LAPPACEA** Benth l. c. 103. † et 712. — Herbacea erecta: ramis glabris v. adpresse pubescentib.; foll. petiolatis oblongo-lanceolatis acuminatis irregulariter serratis, basi angustatis rugulosis, utrinq. pubescentib.; capitulis demum globosis dense multifloris breviter pedunculatis, apice ramorum subcorymbosis; bracteis lanceolatis acuminatis calyces subaequantib.; calycis campanulati dentib. basi lanceolatis rigide subulato-aristatis. ♃ — *β. hirsuta:* Capitulis plurimis axillarib.

breviter pedunculatis. 4 — Caulis erectus ramosus, acute tetragonus, angulis saepius pubescentibus, faciebus demum glabratis. Folia 1–3-pollicaria, utrinque angustata, serraturis acutis valde inaequalibus, juniora cano-villosa, omnium venae subtus valde prominentes. Capitula pauca, in apice ramorum glomerata, v. paria 2–3 secus caulem remota. Bracteae hispidulae. Calyces breviter pubescentes, dentibus glaberrimis. Corolla calycem vix excedens alba, labio superiore purpurascente. Genitalia subexserta. — Habitat in Brasilia in provincia Entre Rios, in pascuis humidis a San Jose provinciae Rio Grande ad Santa Borja Missionis Uruguayensis.

88. H. INVOLUCRATA Bth. l. c. 103. † — Herbacea erecta glabra v. tenuiter pubescens; foll. sessilib. ellipticis lanceolatisve acutis serratis, basi cordatis; pedunculis capitulo semigloboso dense multifloro longioribus.; bracteis late lanceolatis acutis capitulum longe superantib.; receptaculo nudo; calycib. campanulatis pubescentib., dentib. subulatis tubum aequantibus. 4 — Species affinis *H. capitatae, radiatae etc.*, sed foliis et bracteis distinctissima. Folia flaccida, 3–5-pollicaria, saepe ternatim verticillata, utrinque glabra v. juniora pubescentia. Capitula ad apicem caulis longiuscule pedunculata, fructifera circiter pollicem diametro. Bracteae foliaceae, basi dilatatae, 8–10 lin. longae. Calyces fere *H lappaceae*. — Habitat in Mexico ad Saltepec.

89. H. LAPPULACEA Mart. mss. ex Bth. l. c. 104. — Herbacea adscendens glabra v. pubescens: foll. petiolatis oblongo-ovatis acutis serratis, basi cuneatis v. angustatis; pedunculis capitulo semigloboso dense multifloro longioribus.; bracteis lanceolatis v. linearib. capitulum aequantib.; calycis fructiferi campanulati dentib. subulatis rigidis glabris tubo longioribus. 4 — Folia fere *H. capitatae*, sed minus incisa. Capitula *H. lappaceae*. A *H. brevipede* differt pedunculis triplo longioribus. — Habitat in Brasilia in sylvaticis udis umbrosis prope Guarantinguita provinciae Sancti Pauli et ad viam publicam Paulinam provinciae Rio Janeiro.

90. RAMOSA Pohl, Ic. ined. ex Bth. l. c. — Erecta glabra: foll. petiolatis oblongo-ovatis inciso-serratis v. irregulariter sinuato-dentatis, basi integerrimis cuneatis v. angustatis; pedunculis capitulo dense multifloro longioribus.; bracteis lanceolato-linearib. obtusis capitulum superantib.; calycis tubuloso-campanulati dentib. lanceolato-subulatis rigidis, tubo brevioribus. 4 — Habitat in Brasilia ad Fazenda Allegres provinciae Minas Geraës.

91. H. INAMOENA Bth. l. c. — Herbacea erecta glabra: foll. subsessilib. late ovatis obtusiusculis crenatis, basi cuneato-angustatis; capitulis paucis longe pedunculatis globosis dense multifloris; bracteis lanceolatis obtusis capitulum aequantib.; receptaculo nudo; calycib. glabris tubulosis, dentib. lanceolato-subulatis tubo brevioribus. 4 — A *H. capitata* differt glabritie, foliis magis sessilibus latioribus, et dentibus calycinis basi lanceolatis. Planta inelegans, habitu Compositarum *Verbesinis* affinium. — Habitat in Brasilia in campis ad Rio Doce.

92. H. CAPITATA Jacq. Icon. plant. rarior. I. t. 144. — Bth. l. c. † — Herbacea erecta glabriuscula; foll. petiolatis oblongo-ovatis inciso-serratis, basi integerrimis cuneatis v. angustatis, utrinq. glabris v. pilis raris hispidulis; pedunculis capitulo globoso dense multifloro longioribus.; bracteis ovato-lanceolatis v. linearib. capitulo fructifero brevioribus.; receptaculo nudo; calycis fructiferi elongati tubulosi truncati dentib. subulatis strictis tubo demum brevioribus. 4 — Herba 2–3-pedalis, saepissime glabra. Caules obtuse tetragoni. Folia inferiora saepe ultra 3 poll. longa. Pedunculi 2–3-pollicares. Capitula fructifera valde aucta, pollicem diametro. Bracteae calycem aequantes v. paullo superantes, sed in capitulo fructifero in pedunculum reflexae, a calycibus valde auctis fere occultatae sunt. Calyces fere constanter glabri membranacei, dentibus tubo demum triplo brevioribus. Achaenia uti in speciebus affinibus oblonga obtusa subcompressa nigra laevia. — *Sideritis* etc. Sloan. Nat. hist. Jam. I. 174. t. 109. fig. 2. — *Clinopodium rugosum* Linn. Spec. plant. 822. — *Clinopodium capitatum* Sw. Prodr. fl. Ind. occid. 88. — *Hyptis capitata* Poit. Ann. mus. Par. VII. 464. t. 27. f. 1. — Habitat in America aequinoctiali, in Mexico in dumetis apricis ad Hacienda de la Llaguna, ad Panama,

in insula Jamaica, et alibi in India occidentali, occurrit etiam in insula Manilla verosimiliter ex America allata.

93. H. BREVIPES Poit. Ann. mus. Par. VII. 466. — Bth. l. c. 105. — Caule basi glabriusculo, superne pubescente; foll. petiolatis ovato-oblongis lanceolatisve acutis irregulariter serratis, basi angustatis, supra hispidulis, subtus v. rarius utrinq. glabriusculis; pedunculis capitulo globoso dense multifloro breviorib. v. vix longiorib.; bracteis lanceolato-linearib. acutis capitulum subsuperantib.; calycis pubescentis truncati dentib. erectis subulatis strictis, tubo sublongioribus. ♃ — Caulis erectus tetragonus sulcatus, anguli pilis adpressis pubescentes demum glabrati. Folia bi-tripollicaria, nervi paginae inferioris saepe hispidi. Pedunculi semipollicares. Capitula magnitudine *Cerasi*. Bracteae numerosissimae, interiores subulatae calycesque pilis brevibus patulis ciliato-pubescentes. Corollae vix calyce longiores. — *H. globifera* F. W. Meyer, Primit. flor. Esseqn. 207.? †*) — *H. acuta* Benth. in Linnaea VI. 82.

β. glabrior: Dentib. calycinis rigidioribus. obtusioribus. — *H. radiata* H. B. Kth. Nov. gen. et sp. pl. II. 318. — Crescit per totam fere Americam aequinoctialem et in Manilla.

94. H. GAUDICHAUDI Benth. in Linnaea VI. 77. et Labiat. gen. et spec. 108. — Herbacea suberecta glabra v. tenuissime pubescens: foll. petiolatis ovatis acutis irregulariter serrato-crenatis subincisisve, basi rotundatis cuneatis v. supremis angustatis, supra hispidulis, subtus glabriusculis; pedunculis capitulo globoso dense multifloro subbreviorib.; bracteis lanceolatis capitulum subaequantib.; calycis submembranacei tubulosi dentib. linearib. erectis tubo multoties brevioribus. ♃ — Habitus et folia *H. capitatae*, sed minor. Capitula etiam fructifera vix ultra 5 lin. diametro. Dentes calycini breviores, basi approximati et latiores. — Habitat in Brasilia in herbidis ad Rio Janeiro.

95. H. LANCEOLATA Poir. Dict. Suppl. III. 114. — Bth. l. c. — Glabriuscula: foll. petiolatis oblongo-lanceolatis linearibusve, utrinq. angustatis remote serratis, basi integerrimis; pedunculis capitulo globoso dense multifloro breviorib.; bracteis exteriorib. oblongo-lanceolatis obtusiusculis, capitulo longiorib.; calycis glabriusculi fructiferi elongati truncati dentib. subulatis strictis, tubo brevioribus. ♃ — Habitus *H. lanceaefoliae*, sed ab hac et a *H. radiata* differt praecipue calyce fructifero membranaceo, ore truncato, dentibus subulatis minime spinosis; a *H. brevipede* glabritie et foliis longioribus frequenter 4—5-pollicaribus; a *H. capitata* foliis angustioribus et capitulis dimidio minoribus; a *H. Gaudichaudi* foliis elongatis et dentibus calycinis subulatis recedit. — Habitat in Brasilia ad Maranhao.

96. H. LONGIFOLIA Pohl, Ic. ined. ex Bth. l. c. — Caule erecto pubescente; foll. petiolatis oblongo-lanceolatis acuminatis irregulariter dentatis, basi angustatis, supra glabris, subtus villosulis; pedunculis capitulo dense multifloro longiorib.; bracteis linearib. capitulum superantib.; calycis tubuloso-campanulati dentib. subulatis tubo longioribus. ♃ — Species vix a *H. lacustri* distincta videtur. — Habitat in Brasilia ad Rio Trahiras et in Serra San Feliz provinciae Goyaz.

97. H. LANCEAEFOLIA Schum. et Thonn. Kongl. Dansk. Vidensk. Selsk. Afhandl. IV. 35. — Bth. l. c. † — Caule herbaceo pubescente; foll. breviter petiolatis oblongo-lanceolatis acutiusculis grosse serratis, basi angustatis integerrimis hispidulis; pedunculis capitulo globoso dense multifloro breviorib.; bracteis lanceolatis obtusis capitulum subaequantib.; calycis ovati subinflati dentib. lanceolato-subulatis rigidis erectis. ♃ — Caulis basi procumbens adscendens, obtuse tetragonus, undique pubescens. Folia ½—3 poll. longa, supra tenuiter hispidula, subtus punctulata, nervis hispidis, floralia conformia. Pedunculi remoti hispido-villosi. Bracteae pubescentes, calyce florifero longiores, fructiferum subaequantes. Calyces pallide pubescentes, ore aequali, fauce intus nuda, dentibus basi lanceolatis erectis rigidis subulato-mucronatis, tubo fructifero brevioribus. Corolla calycem vix exce-

*) *Floribus capitatis; pedunculo internodio multoties breviore; bracteis lanceolatis calycem fructiferum superantibus; foliis ovalibus, utrinque acuminatis.*

dens. — Habitat in Africa aequinoctiali verosimiliter ex America allata in paludibus Gambiae prope Albuda.

98. H. LACUSTRIS St. Hil. mss. ex Bth. l. c. 107. — Glabra: foll. petiolatis oblongo-lanceolatis v. infimis ovatis acuminatis irregulariter serrato-crenatis, basi angustatis, utrinq. glabris; pedunculis capitulo globoso dense multifloro longioribus; bracteis lanceolatis obtusis capitulum subaequantib.; calycis fructiferi membranacei tubulosi dentib. linearib. tubo breviorib., supremo latiori. 4 — Habitus *H. lanceolatae*, sed pedunculi longiores (circiter pollicares), et ab omnibus affinibus differt dentibus calycinis, quorum superiores longiores sunt, et ideo haec species ad sectionem *Plagiotis* approximatur. — Habitat in Brasilia in aquaticis prope Lorena, Pendamonhongaba etc. provinciae Sancti Pauli in humidis prope lacum das Conchas provinciae Rio Grande do Sul.

99. H. HOMALOPHYLLA Pohl, Ic. ined. ex Bth. l. c. — Ramis rufo-hirsutis; foll. breviter petiolatis oblongis v. oblongo-lanceolatis obtusis, basi cuneatis angustatisve crenatis rugosis villosis; capitulis brevissime pedunculatis semiglobosis dense multifloris; bracteis lanceolatis calycem aequantib.; calycis tomentosi fructiferi elongati basi inflati dentib. brevissimis lanceolatis acutis. 4 — Affinis *H. hirsuti*, sed calycibus et inflorescentia ad hanc sectionem referenda. Caules numerosi, 1–1½-pedales. Capitula per anthesin hemisphaerica, depressa, fructifera calycibus valde elongatis fere globosa. Corollae albae, purpureo-punctatae. Achaenia sub lente punctato-rugosa. — Habitat in Brasilia in campis elevatis provinciae Minas Geraës vulgaris, ad Villa Rica ejusdem provinciae.

§. 7. *Brachyodontes Bth. l. c.* 107. — *Capitula semiglobosa, demum vix globosa. Bracteae ovatae v. lanceolatae. Calyces campanulati, dentibus abbreviatis ovatis obtusis.*

100. H. OBTUSIFLORA Presl mss. ex Bth. l. c. — Suffruticosa?: ramis adpresse pubescentib.; foll. petiolatis ovatis v. oblongo-lanceolatis obtusiusculis crenatis, basi angustatis, utrinq. hispidulis v. demum glabratis; pedunculis capitulo subgloboso dense multifloro breviorib.; bracteis ovatis striatis capitulum aequantib.; calycis campanulati dentib. abbreviatis ovatis obtusis. 4 — Pili ramorum juniorum et foliorum paginae inferioris rufescunt. Folia inferiora ovata et basi in petiolum longe angustata, suprema anguste lanceolata. Florum capitula 4–5 lin. diametro, juniora depressa, demum fere globosa. Calyces pubescentes. Corollae vix calycem excedentes. — Habitat in Peruvia in Monte Huanuco.

101. H. PARKERI Bth. l. c. 108. — Caule superne pubescente; foll. sessilib. oblongo-ellipticis v. oblongo-linearib. acutis grosse serratis, basi angustatis nervosis glabriusculis; pedunculis folio longioribus; capitulis globosis dense multifloris; bracteis lanceolato-linearib. obtusis capitulo sublongioribus; calycis glabri campanulati dentib. ovatis abbreviatis obtusis subpatentibus. 4 — Caulis herbaceus, basi glaber, superne uti pedunculi adpresse pubescens. Folia pollicem longa, 3–4 lineas lata. Pedunculi 1–2 poll. longi. Achaenia triquetra truncata laevia. — Habitat in America meridionali ad Demerara.

§. 8. *Xylodontes Bth. l. c.* 108. — *Capitula semiglobosa. Bracteae lanceolatae v. lineares, apice subulatae v. acutissimae. Calyces campanulati, dentibus basi lanceolatis subulatis rigidis glabris, plerumque subspinosis.*

102. H. RADIATA Willd. Spec. plantar. III. 84. — Poit. Ann. Mus. Paris. VII. 466. t. 27. fig. 2. — Bth. l. c. — Glabra herbacea: foll. petiolatis ovato-lanceolatis acuminatis crenatis, basi cuneatis v. angustatis; capitulis globosis dense multifloris pedunculatis; bracteis oblongo-lanceolatis obtusis capitulo longioribus; calycis campanulati dentib. lanceolato-subulatis acutis rigidis subspinosis. 4 — Caules 1–2-pedales erecti ramosi, acute tetragoni. Folia 1–3-pollicaria, utrinque saepius angustata sed obtusa et obtuse irregulariter crenata, omnia utrinque glabra, petiolo subdilatato. Capitula remote subracemosa. Bracteae glabrae numerosae, exteriores saepe apice denticulatae. Calyx fructifer parum elongatus,

dentibus tubo brevioribus. Affinis *H. angustifoliae* et *H. capitatae*, a priore glabritie, foliis etc. differt, a posteriore calyce non truncato et dentibus basi lanceolatis nec subulatis. — *Clinopodium rugosum* Linn. Spec. plant. 822 (ex Carolina). — Dill. Hort. Elth. I. 88. t. 75. f. 86. — Habitat in Americae borealis regione meridionali, in Carolina, in Alabama, Novo Aureliano et Louisiana et ad Hacienda de la Llaguna.

103. H. RUBIGINOSA Benth. l. c. — Suffruticosa: ramis divaricatis rubiginoso-tomentosis; foll. breviter petiolatis ovato-oblongis obtusissimis serrato-crenatis, basi cuneatis; capitulis semiglobosis dense multifloris brevissime pedunculatis; bracteis exteriorib. late ovatis capitulum subsuperantib.; calycis villosi dentib. suberectis lanceolato-subulatis rigidis. ♃ — Suffrutex 2–2½-pedalis. Rami elongati brachiati ramosi subteretes, tomento brevi rubiginosi. Folia 1½ poll. longa, 6–9 lin. lata, supra tenuiter pubescentia, subtus tomentosa, utrinque rugosa, uti tota planta rubiginosa. Pedunculi vix petiolo longiores. Calyx campanulatus, dentibus subspinescentibus tubo brevioribus. Corolla alba, punctis purpureis notata. Ovarii lobi apice pilosi. Receptaculum villosum. — Habitat in Brasilia ad Caretao provinciae Goyaz in campis inter flum. San Francisco et Rio das Velhas et in Serro Frio provinciae Minas Geraës et in summitate montis Morro do Mondo Velbe inter Minas Novas.

104. H. LUTESCENS Pohl, Ic. ined. ex Bth. l. c. 100. — Herbacea procumbens? rubiginoso-villosa: foll. breviter petiolatis ovatis obtusis serrato-crenatis, basi cuneatis, supra scabridis, subtus rufo-pubescentib.; capitulis semiglobosis dense multifloris brevissime pedunculatis; bracteis ovato-lanceolatis capitulum subsuperantib.; calycis glabriusculi dentib. suberectis lanceolato-subulatis rigidis tubum subaequantibus. ♃ — Affinis *H. rubiginosae*, sed vix cum ea conjungenda erit, major est, caulis dense rufo-villosus, folia majora latiora, supra scabra, raro villosa, capitula majora magisque sessilia, plerumque glabriora, bracteae numerosiores, laxiores, dentes calycini longiores. — Habitat in Brasilia ad Megaponte provinciae Goyaz in campis ad Villa de Campanha et alibi provinciae Minas Geraës et in campis siccis ad Santo Antonio dás Quemadas provinciae Bahiensis.

105. H. AFFINIS Bth. l. c. — Erecta? rufo-tomentosa: foll. breviter petiolatis ovatis obtusiusculis, basi angustatis rugosis; capitulis semiglobosis dense multifloris, superiorib. subpaniculatis; pedunculis capitulo subbreviorib.; bracteis ovatis acutis capitulum subaequantib.; calycis campanulato-villosi dentib. lanceolato-subulatis rigidis, apice glabratis. ♃ — Affinis *H. rubiginosae*, sed differt caule erectiore, foliis acutioribus, rugosioribus, tomento densiore rufo-villosis. Pedunculi petiolo demum duplo triplove longiores. — Habitat in Peruvia.

106. H. FERRUGINOSA Pohl, Ic. ined. ex Bth. l. c. — Adscendens dense rubiginoso-tomentosa: foll. breviter petiolatis rotundatis obtusissimis crenatis, basi truncatis subcordatisve crassissimis rugosis, supra hispidis, subtus tomentosis; capitulis semiglobosis dense multifloris, inferiorib. pedunculatis, supremis subsessilib.; bracteis exteriorib. ovatis acutis, calyce breviorib.; calycis villosi dentib. suberectis lanceolato-subulatis rigidis. ♃ — *H. rubiginosae* affinis, sed caulis crassior, validior, tota magis tomentosa, praesertim folia late ovata v. rotundata, crassissima et dense rubiginosa. Capitula pauca, suprema saepe subspicata, fructifera semipollicem diametro. Pedunculi infimi semipollicem longi. Bracteae numerosae, adpressae, uti calyces ferrugineo-villosae. Calycis dentes tubo breviores. Achaenia nigra oblonga, apice leviter hispida. — Habitat in Brasilia ad Rio Pillocas provinciae Goyaz.

107. H. LUCIDA Pohl, Ic. ined. ex Bth. l. c. — Fruticosa glabra: foll. subsessilib. ovatib. acutiusculis, vix dentatis, basi cuneato-rotundatis, coriaceis rigidis, supra lucidis, subtus venosis, floralib. capitulum aequantib.; capitulis ovoideis, demum semiglobosis dense multifloris; bracteis lanceolatis rigidis capitulum aequantib.; calycis villosi dentib. lanceolato-subulatis rigidis glabriusculis. ♁ — Habitat in Brasilia ad Serra Chrystais provinciae Goyaz.

108. H. PROTEOIDES St. Hil. mss. ex Bth. l. c. 110. — Fruticosa? erecta rigida: ramis breviter rufo-tomentosis; foll. brevissime petiolatis late ovatis obtusis crenatis, basi rotundato-subcordatis coriaceis rigidis, supra lucidis, subtus ad venas pubescentib.; capitulis paucis subcorymbosis pedunculatis semiglobosis, dense multifloris; bracteis lanceolatis, apice dentibq. calycinis subulatis rigidis glabris lucidis. ♁ — Folia 1–1½-pollicaria. Pedunculi vix pollicares. Capitula pollicem diametro habent, purpurascentia. Corollae vix dentes calycinos excedentes, extus villosissimae. — Habitat in Brasilia.

109. H. CORDATA Pohl, Ic. ined. ex Bth. l. c. — Herbacea rufo-villosa: foll. subsessilib. ovato-rotundatis obtusissimis crenatis, basi rotundato-subcordatis rugosis, supra scabro-hispidis, subtus ad nervos rufo-villosis; capitulis pedunculatis semiglobosis dense multifloris; bracteis lanceolatis integerrimis capitulum aequantib.; calycis glabriusculi dentib. lanceolato-subulatis suberectis rigidis, tubum subaequantibus. ♃ — Habitat in Brasilia ad Arrayul Trahiras provinciae Goyaz.

110. H. REMOTA Pohl, Ic. ined. ex Bth. l. c. 110. — Herbacea elata breviter rufo-villosa: foll. breviter petiolatis late ovatis obtusissimis crenatis, basi rotundato-cuneatis rugosis, supra scabridis, subtus ad nervos rufo-villosis; capitulis pedunculatis semiglobosis dense multifloris subproliferis; bracteis ovatis integerrimis acutis capitulum aequantib.; calycis basi villosi dentib. lanceolato-subulatis suberectis rigidis glabris, tubum subaequantibus. ♃ — *H. cordatae* valde affinis et forsan mera varietas, sed folia omnia petiolata et angustiora, et planta tota glabrior elatior. — Habitat in Brasilia ad Paracatu in Serra Santa Isabel provinciae Minas Geraës.

111. H. VILLOSA Pohl, Ic. ined. ex Bth. l. c. — Herbacea? dense rufo-villosa: foll. sessilib. rotundatis obtusissimis crenatis, basi rotundato-cordatis crassissimis rugosis, supra scabro-hispidis, subtus rufo-villosis; capitulis semiglobosis dense multifloris pedunculatis; bracteis exteriorib. late ovatis foliaceis dentatis, calycem superantib.; calycis villosi dentib. erectis rigidis glabriusculis calyce subtriplo longioribus. ♃ — Caulis bipedalis, uti pedunculi crassus rigidus et villis patentibus rufis dense obsessus. Bracteae dense imbricatae, exteriores villosissimae, constanter denticulatae. — *β. reticulata* Pohl, Ic. ined. Non differt nisi caule humiliore, foliis magis reticulato-rugosis, et capitulis majoribus. — Habitat in Brasilia ad Olho d'Agua provinciae Goyaz et *β.* ad Padrocino provinciae Minas Geraës.

112. H. ORBICULATA Pohl, Ic. ined. ex Bth. l. c. 111. — Herbacea? rufo-villosa: foll. sessilib. rotundatis obtusissimis, basi rotundato-cordatis rugosis, supra scabro-hispidis, subtus pubescentib.; capitulis sessilib. subglobosis dense multifloris; bracteis ovato-lanceolatis integerrimis capitulum aequantib.; calycis glabriusculi dentib. lanceolato-subulatis erectis rigidis tubo longioribus. ♃ — Habitat in Brasilia in summitate montium Chapado do Serra San Marcos dictorum provinciae Goyaz.

113. H. NIGRESCENS Pohl, Ic. ined. ex Bth. l. c. — Herbacea, procumbens? nigrescens pubescens: foll. sessilib. ovatis obtusis crenatis, basi cordatis, utrinq. scabris, subtus lacunoso-rugosis, ad nervos pubescentib.; capitulis paucis brevissime pedunculatis semiglobosis dense multifloris; bracteis exteriorib. ovatis obtusis rugosis capitulo breviorib., interiorib. lanceolatis obtusis, capitulo longiorib.; calycis villosi dentib. suberectis lanceolato-subulatis rigidis. ♃ — Habitat in Brasilia inter Rio Corumba et Rio San Marcos provinciae Goyaz.

114. H. COMPLICATA St. Hil. mss. ex Bth. l. c. — Fruticosa: ramis longe sericeo-pilosis; foll. crebris sessilib. late rotundatis obtusis subcrenatis, basi cordato-amplexicaulib. complicatis rigidis, supra scabriusculis, subtus lacunoso-venosis; capitulis paucis subsessilib. semiglobosis dense multifloris; bracteis lanceolatis acutis capitulum aequantib.; calycis basi pilosi dentib. lanceolato-subulatis rigidis, demum subrecurvo-patentibus. ♁ — Habitus *H. rotundifoliae*, sed foliis distinctissima. Rami et basis foliorum lana longa sericea v. subscariosa obtecti.

Folia caeterum rufa glabra v. subtus brevissime pubescentia, 4–5 lin. longa, subimbricata. Capitula pauca, secus ramos axillaria. — Habitat in Brasilia in campis prope Sabarà provinciae Minas Geraës.

115. H. ROTUNDIFOLIA Bth. l. c. — Caule fruticoso tomentoso-villoso; foll. petiolatis ovato-rotundatis crenatis, basi rotundatis rugosissimis rigidis scabris, utrinq. subvillosis; capitulis semiglobosis dense multifloris pedunculatis, supremis fastigiatis; bracteis linearib. calyce longiorib.; calycis basi villosissimi dentib. lanceolato-subulatis rigidis, demum subrecurvo-patentibus. ♁ — Fruticulus 1–2½-pedalis ramosissimus, dense foliosus, ramis striatis tomentosis. Folia saepe ternatim quaternatimve verticillata, semipollicaria v. vix pollicaria, subtus nervis valde prominentibus, basi rotundata, petiolo 2–3 lin. longo. Capitula ad apices ramorum disposita, vix piso majora. Corolla vix calyce longior. — Habitat in Brasilia in rupibus ad San Joao del Rey provinciae Goyaz, in regione meridionali provinciae Minas Geraës et prope montem Morro d'Andaio dictum inter Minas Novas.

116. H. MONTICOLA Mart. mss. ex Bth. l. c. — Fruticosa: ramis rubiginoso-villosis; foll. parvis petiolatis ovatis obtusis crenatis, basi cuneatis coriaceis, supra scabriusculis, subtus reticulatis rufo-pubescentib.; pedunculis folium subaequantib. rigidis; capitulis semiglobosis dense multifloris; bracteis lanceolatis rigidis capitulum aequantib.; calycis tubulosi basi villosi dentib. abbreviatis lanceolatis rigidis. ♁ — Frutex 5–6-pedalis ramosissimus, ramis superioribus frequentius corymboso-fastigiatis, habitu *H. rotundifoliae*. Folia plerumque semipollicaria, petiolo 2-lineari. Capitula fructifera semipollicem diametro, inferiora remota, superiora versus apices ramorum numerosa, subpaniculata. Dentes calycini hujus sectionis brevissimi lati, demum subrecurvi. Corolla carnea pubescens. Ovarii lobi glabri. — Habitat in Brasilia in arenosis montosis inter Villa Rica et Santo Antonio de Casa Bianca, Villa Rica provinciae Minas Geraës et Serra Negra ad limites provinciarum Minas Geraës et Rio de Janeiro.

117. H. TRICEPHALA St. Hil. mss. ex Bth. l. c. 112. — Suffruticosa: ramis virgatis villosis; foll. petiolatis ovato-ellipticis obtusis crenatis, basi cuneato-rotundatis coriaceis, supra scabris, subtus rufo-pubescentib.; pedunculis folium aequantib.; capitulis semiglobosis dense multifloris; bracteis lanceolatis rigidis capitulum aequantib.; calycis tubulosi villosi dentib. lanceolatis rigidis glabris, tubo parum brevioribus. ♃ — Characteribus *H. monticolae* affinis, sed caulibus elongatis 2½–3½-pedalibus parum ramosis, foliis majoribus longioribus, et dentibus calycinis longioribus distincta est. — Habitat in Brasilia ad Serra da Caraca provinciae Minas Geraës.

118. H. CONFERTA Pohl, Ic. ined. ex Bth. l. c. — Erecta elata rubiginoso-tomentosa: foll. petiolatis ovato-ellipticis obtusis crenatis, basi cuneatis rugosis, supra scabris, subtus rubiginoso-tomentosis; capitulis pedunculatis magnis semiglobosis dense multifloris; bracteis ovatis integerrimis foliaceis villosis, capitulum subsuperantib.; calycis villosi dentib. lanceolato-subulatis rigidis subpatentib. glabris, tubo sublongioribus. ♃ — Suffrutex 4-pedalis et altior. Folia numerosa, 3–4-pollicaria, basi longe angustata et potius oblongo- quam ovato-elliptica. Capitula demum fere pollicem diametro, pauca, versus apices ramorum subcorymbosa. Bracteae crassiusculae, extus rufae. Corollae villosissimae, albae, apice roseae. — Habitat in Brasilia ad Pontefeite provinciae Goyaz, in campis ad aquas prope Formigao et Contendas provinciae Minas Geraës.

119 H. ALUTACEA Pohl, Ic. ined. ex Bth. l. c. — Herbacea erecta v. adscendens humilis villosa: foll. subsessilib. ovalib. obtusis crenatis, basi cuneatis rugosis, supra scabro-hispidis, subtus villosis; capitulis longe pedunculatis magnis hemisphaericis, dense multifloris; bracteis capitulum superantib. lanceolatis, exteriorib. latioribus. villosis; calycis villosi dentib. lanceolato-subulatis rigidis erectis, tubum subaequantibus. ♃ — Herba vix semipedalis, habitu *Peltodontis humilis*. Folia bipollicaria, suprema saepe valde approximata et quasi verticillata, subtus in venis prominentibus hispida. Pedunculi rigidi, folia subsuperantes. Capitula

pollicem diametro habent. Corolla carnea. — Habitat in Brasilia ad Arrayul Trahiras provinciae Goyaz, in campis deserti Serro Frio et prope Uberara provinciae Minas Geraës.

120. H. FERRUGINEA Bth. l. c. 113. — Erecta rufo-tomentosa: foll. subsessilib. oblongis serrato-crenatis, basi cuneatis rugosis; capitulis globosis dense multifloris subpaniculatis; pedunculis capitulo longiorib.; bracteis ovatis acutis capitulum subaequantib.; calycis campanulati dentib. lanceolato-subulatis rigidis. ♃ — Caulis erectus crassus rigidus, obtuse tetragonus. Folia 2–3-pollicaria, supra breviter rufo-pubescentia, subtus tomento denso ferrugineo villosa. Pedunculi pollicares v. paullo longiores, versus apices ramorum numerosi. Capitula fere *H. lappaceae*, sed bracteae latiores, dense villosae. — Habitat in Nova Hispania.

121. H. XANTHIOCEPHALA Mart. mss. ex Bth. l. c. — Herbacea? erecta v. adscendens glaberrima: foll. breviter petiolatis ovatis crenatis, basi rotundato-cuneatis coriaceis, utrinq. glaberrimis, supra nitidis; pedunculis rigidis compressis folio longiorib.; capitulis semiglobosis dense multifloris; bracteis ovato-lanceolatis rigidis, extimis cuneatis subserratis; calycis basi lanati dentib. lanceolato-subulatis rigidis glabris. ♃ — Species [ex specimine unico] distinctissima videtur foliis (sesquipollicaribus) nitidis et pedunculis versus apicem compressis subulatis. Capitula magnitudine *H. confertae* et *ferrugineae*. Calyx basi pilis longis adpressis mollibus lanatus. — Habitat in Brasilia in campis regionis adamantium provinciae Minas Geraës.

122. H. ANOMALA Bth. l. c. — Ramis tomentoso-pubescentib.; foll. petiolatis ovatis obtusis crenatis, basi rotundatis cuneatisve rugosis, subtus tomentosis; capitulis semiglobosis dense multifloris, breviter pedunculatis in apice ramorum subpaniculatis; bracteis ovatis acutis calyces subaequantib.; calycis campanulati dentib. basi ovatis rigide subulato-aristatis. ♃ — In speciminibus suppetentibus folia ramealia saepe alterna, ramo flexuoso. Caulis erectus videtur, pluripedalis, obtuse tetragonus. Folia sesquipollicaria, supra tenuissime pubescentia, subtus tomentosa, floralia parva, suprema minuta. Capitula magnitudine *Elephantopodis scabri*. Bracteae tomentosae, nervis rigidis notatae. Calyces villosi corolla vix breviores. Genitalia subexserta. — Habitat in Brasilia meridionali.

123. H. CAESPITOSA St. Hil. mss. ex Bth. l. c. — Caulib. numerosis erectis rufo-pilosis; foll. sessilib. ovatis obtusiusculis grosse et inaequaliter serratis, basi rotundatis v. angustatis, tenuib. subcoriaceis nervosis glabriusculis; capitulis semiglobosis dense multifloris longe pedunculatis; bracteis lanceolatis capitulum superantib.; calycis campanulati villosi dentib. basi ovatis rigide subulato-aristatis. ♃ — Caules complures subsimplices subpedales tetragoni sulcati, pilis longis patentibus rufis v. purpurascentibus dense vestiti. Folia pollicaria vix rugosa subcoriacea glabra v. pilis raris villosa, dentibus remotis paucis inaequalibus. Capitula pauca, ad apices ramorum subcorymbosa, pedunculis erectis rigidis. Bracteae pubescentes nervosae rigidae. Corollae dentibus calycinis subbreviores carneae. — Habitat in Brasilia, in dumetis et pascuis exaratis provinciae Sancti Pauli.

Sectio XII. POLYDESMIA Bth. l. c. 114.

Florum capitula sessilia subsessilia v. rarius longiuscule pedunculata numerosa, in racemos paniculato-ramosos v. rarius simplices disposita densa, nunc multiflora depressa v. irregulariter subglobosa, nunc ovoidea pauciflora. Bracteae numerosae adpressae ovatae lanceolatae v. rarius lineares. Calyx fructifer nunc in tubum cylindricum, apice truncatum auctus, dentibus setaceis strictis v. rarius obsoletis, nunc (in speciebus nonnullis capitulis ovoideis) tubuloso-campanulatus, dentibus lanceolatis acutis. Corollae tubus saepe exsertus. — Herbae suffruticesve plerumque multiflorae.

124. H. VESTITA Bth. l. c. 114. — Caule fruticoso; ramis floccoso-tomentosis; foll. petiolatis rotundatis obtusis v. vix acuminatis eroso-crenatis, basi truncato-cordatis rugosissimis, utrinq. villosis; capitulis sessilib.; verticillastris approximatis

racemosis; racemis paniculatis; bracteis adpressis ovatis lanceolatisve obtusis, calycem aequantib.; calycis fructiferi inflato-tubulosi glabrati ore truncato, dentib. obsoletis, fauce intus nuda. ♄ — Frutex pluripedalis. Rami obtuse tetragoni, tomento floccoso rufo-albido vestiti. Folia 2–3-pollicaria, saepius latiora quam longa, late duplicato-crenata crassa, subtus nervosa, utrinque tomento rufescente subvelutino vestita. Panicula semipedalis et ultra. Folia floralia parva, superiora bracteaeformia, uti bracteae flores saepe superantia. Calyces per anthesin breves campanulati, extus tomentosi, florigeri elongati, bracteas superantes, subglabri, transversim rugosi, basi subinflati, ad os contracti, dentibus brevissimis obtusis v. subnullis. Corolla coerulea glabra, tubo vix exserto, lobis tubo aequalibus. Genitalia exserta. Achaenia elongata subcompressa glabra laevia. — Ab incolis Brasiliae dicitur *Erva de Santa Anna*, *Erva do Pape* et *Berbena* et vulneraria habetur. — Habitat in Brasilia, ad Allegres in Serro Frio provinciae Minas Geraës, in provincia Sancti Pauli, in missionibus inter Rio Ibicuhy et Santa Borja et prope San Joao del Rey et alibi in Brasilia interiore.

125. H. DUPLICATO-DENTATA Pohl, Ic. ined. ex Bth. l. c. — Fruticosa: ramis subtomentosis; foll. petiolatis ovatis obtusiusculis eroso-crenatis, basi rotundatis cuneatisve, supra scabris, subtus cano-tomentosis; capitulis sessilib.; verticillastris approximatis fasciculato-racemosis; racemis paniculatis; bracteis adpressis lanceolatis obtusis crassis tomentosis, calyces subsuperantib.; calycis fructiferi inflato-tubulosi villosi ore truncato, dentib. brevib. inaequalib. obsoletisve. ♄ — Folia acutiora quam in *H. vestita*, basi minime cordata et minus tomentosa, panicula minor simplicior. Fasciculi in racemis magis approximati. — *β. crescens* Pohl, Ic. ined. — Habitat in Brasilia ad Trahiras provinciae Goyaz, ad Rio Jequitinhonha et alibi in provincia Minas Geraës.

126. H. ALTHAEAEFOLIA Pohl, Ic. ined. ex Bth. l. c. 115. — Fruticosa: ramis floccoso-tomentosis; foll. petiolatis late ovatis obtusiusculis eroso-crenatis, basi truncato-cordatis rugosis, utrinq. tomentosis; capitulis sessilib.; verticillastris approximatis fasciculato-racemosis; racemis paniculatis; bracteis adpressis lanceolatis crassis tomentosis calycem superantib.; calycis fructiferi inflato-tubulosi glabrati ore obsolete v. irregulariter dentato, fauce intus nuda. ♄ — Affinis *H. vestitae* et *duplicato-dentatae*. Bracteae constanter lanceolatae. Folia utrinque breviter cano-tomentosa, nec villosa ut in *H. vestita*, nec basi rotundato-cuneata et supra virentia ut in *H. duplicato-dentata*. An omnes ejusdem speciei varietates v. teste Pohlio verae species? — Habitat in Brasilia ad Fazenda Vieyra et in pascuis humidis prope Rio das Mortes provinciae Minas Geraës.

127. H. BARBATA Schrank in Denkschrft. bot. Gesellschft. Regensb. II. 52. — Bth. l. c. — Caule fruticoso; ramis tomentosis; foll. petiolatis late ovatis acuminatis inciso-dentatis, basi truncatis crassis rugosis, utrinq. mollissime villosis; capitulis sessilib.; verticillastris laxis approximatis subracemosis; racemis paniculatis; bracteis ovatis acutis calyces aequantib.; calycis tomentosi campanulati ore truncato, dentib. subulatis strictis tubo aequalibus. ♄ — Habitus *H. vestitae*, sed tomentum mollius, in pagina inferiore foliorum albidum subsericeum. Calyces floriferi omnino diversi, sed fructiferi non visi. — Habitat in Brasilia.

128. H. OBVALLATA Spreng. mss. ex Bth. l. c. — Caule fruticoso; ramis tomentosis; foll. breviter petiolatis ovatis acutiusculis eroso-crenatis, basi truncato-cordatis crassis rugosissimis, utrinq. tomentosis; capitulis sessilib.; verticillastris distinctis fasciculato-racemosis; racemis paniculatis; bracteis numerosis ovato-lanceolatis acutis adpressis calyce duplo triplove longioribus; calycis villosi ore truncato, dentib. subulatis strictis, tubo subaequalibus. ♄ — Affinis *H. vestitae* et *barbatae*. A priori differt calyce et foliorum forma, a *H. barbata* foliis acuminatis et inflorescentia. Florum fasciculi 15–20-flori et ultra, bracteis numerosissimis rugosis tomentosis saepe semipollicaribus obducti. Racemuli crassi 1–2-pollicares. Panicula ampla valde ramosa. Calyces superne dilatati. Corolla pubescens, tubo breviter exserto. Achaenia.....? — In Brasilia propre Allegres et ad Rio Jequitinhonha provinciae Goyas habitat.

129. H. CARPINIFOLIA Bth. l. c. — Caule fruticoso; ramis rufo-villosis; foll. sessilib. ovato-rotundatis obtusis acuminatisve dentatis, basi cordatis coriaceis, supra glabriusculis, subtus venoso-rugosis tomentosis, demum glabratis; capitulis sessilib.; verticillastris approximatis distinctis fasciculato-racemosis; racemis paniculatis; bracteis adpressis ovato-lanceolatis acuminatis, calyces superantib.; calycis fructiferi tubulosi glabri ore truncato ciliato, dentib. subulatis strictis tubo subaequalibus. ♁ — Frutex 3–5-pedalis, habitu praecedentium. Rami duri crassi, obtuse tetragoni, tomento brevi et pilis longioribus laxis vestiti. Folia pollicaria v. vix sesquipollicaria, supra rugulosa saepe lucida, subtus venosissima, juniora tomento laxo albido vestita, adultiora glabrata. Panicula parce ramosa. Racemi 2–3-pollicares crassi. Bracteae subviolascentes, exteriores longe acuminatae. Corolla coerulea, extus pubescens, calyce subtriplo longior. Achaenia oblonga, apice abrupte acuminata glabra laevia. Odor fortis aromaticus.

β. pilosa: Foliis glabris; caule ramisq. patentim pilosis. — Habitat in Brasilia, in campis et collibus siccis provinciae Minas Geraës vulgaris, inter Minas Novas, in provincia Goyaz, ad Cochabamba Peruvianorum?

130. H. AQUATICA Pohl, Ic. ined. ex Bth. l. c. 116. — Fruticosa: ramis patentim pilosis; foll. subsessilib. ovato-oblongis obtusiusculis dentatis, basi cordatis coriaceis, supra glabriusculis, subtus venoso-rugosis leviter tomentosis, demum glabratis; capitulis sessilib.; verticillastris approximatis distinctis fasciculato-racemosis; racemis subpaniculatis; bracteis adpressis ovato-lanceolatis subulato-acuminatis, calyces superantib.; calycis fructiferi tubulosi ore truncato ciliato, dentib. subulatis inaequalib. strictis. ♁ — A *H. carpinifolia* differt foliis angustioribus subpetiolatis, caule patentim piloso, bracteis longioribus. — Habitat in Brasilia ad Rio da Prata provinciae Minas Geraës.

131. H. ARIDA St. Hil. mss. ex Bth. l. c. † — Ramis erectis virgatis patentim pilosis; foll. sessilib. ovato-lanceolatis acutis serratis, basi rotundato-cordatis glabris, supra scabris, floralib. late cordiformib.; capitulis sessilib.; verticillastris aequalib. interrupte racemosis; racemis simplicib. v. subpaniculatis; bracteis ovatis obtusiusculis coloratis calycem subaequantib.; calycis tubulosi dentib. linearib. inaequalib. tubo brevioribus. ♃? — Caules 2–3-pedales, parum ramosi. Racemus plerumque simplex, capitulis vix distinctis. Verticillastri semipollicem distantes. Folia floralia verticillastrum vix superantia. Bracteae glabriusculae glandulosae, uti calyces sordide rubrae, exteriores rarius virescentes foliaceae. Receptaculum glabrum. Calyx fructifer elongatus membranaceo-rigidus venosus glaber v. ore brevissime ciliatus, dentes superiores dimidio tubo longiores, inferiores saepius parum breviores. Corolla pallide purpurea, calyce parum longior. Genitalia exserta. Stamina inferiora hinc pilosa. Achaenia ovoideo-compressa laevia. — Affinis *H. violaceae*, sed foliis minus scabris, magis cordatis, verticillastris minime secundis differe videtur. — Habitat in Brasilia, in paludibus exsiccatis in desertis meridionalibus provinciae Goyaz.

132. H. VIOLACEA Pohl, Ic. ined. ex Bth. l. c. — Ramis erectis virgatis, apice villosis, demum glabratis; foll. subsessilib. ovato-tomentosis ovatisve acutis duplicato-serratis, basi rotundatis v. infimis cordatis, utrinq. scaberrimis viridib. coriaceis; capitulis subsessilib.; verticillastris secundis interrupte racemosis; racemis abbreviatis simplicib. v. subpaniculatis; bracteis adpressis ovatis acutiusculis membranaceis coloratis, calyces subsuperantib.; calycis tubulosi glabriusculi dentib. subulatis. ♃ — Habitat in Brasilia ad Trahiras provinciae Goyaz.

133. H. GLOMERATA Mart. ex Schrank in Syll. plant. soc. Ratisb. II. 55. — Bth. l. c. 117. — Ramis tenuiter pubescentib.; foll. breviter petiolatis sessilibusve ovato-oblongis lanceolatisve acutiusculis serratis, basi rotundatis, utrinq. pubescentib.; capitulis subsessilib. ovoideo-globosis paucifloris; verticillastris interrupte racemosis; racemis elongatis subpaniculatis; bracteis ovatis acutis calyces duplo superantib.; calycis tubulosi glabriusculi dentib. lanceolatis acutis tubo subtriplo brevioribus. ♃? — Caulis herbaceus? adscendens, obtuse tetragonus, saepius

purpurascens. Folia vix pollicaria subrugosa, floralia inferiora conformia, superiora gradatim minora, suprema bracteaeformia. Verticillastri inferiores fere pollicem remoti. Racemi elongati terminales, saepe ultra pedales, lateralibus dimidio brevioribus. Capitula saepe 3–4 in eodem verticillastro, 6–20–flora. Bracteae plerumque coloratae, margine ciliatae, dense imbricatae. Calycis faux intus nuda. Corolla vix calycem excedens, extus pubescens. Achaenia oblonga laevia nitida. — *H. oppositiflora* Schrank in Denkschr. der Rgnsbrg. bot. Gesellschaft II. 52. — Habitat in Brasilia ad Para, ad Congo Santa Rita provinciae Goyaz, ad Buritisaes in deserto et ad Allegres provinciae Minas Geraës.

134. H. PAUCIFLORA Pohl, Ic. ined. ex Bth. l. c. — Herbacea pubescens: foll. petiolatis ovatis obtusiusculis serratis, basi rotundatis cordatisve, supra molliter hirsutis, subtus glabriusculis subcanescentib.; capitulis ovoideo-globosis pauciforis pedunculatis racemosis; racemis elongatis laxis; bracteis late ovatis membranaceis subcoloratis, calyce longiorib.; calycis tubulosi membranacei glabriusculi dentib. lanceolatis acutis, tubo duplo brevioribus. ♃ — Folia fere *H. pectinatae*. Capitula *H. glomeratae*, sed minora pauciflora pedunculata. — Habitat in Brasilia ad Megaponte, Santa Cruz et Corallino provinciae Goyaz.

135. H. FOLIOSA St. Hil. mss. ex Bth. l. c. — Fruticosa? ramis adscendentib. rufo-villosis; foll. breviter petiolatis late ovatis obtusis crenatis, basi rotundatis cordatisve, utrinq. viridib. viscido-pubescentib. villosisve; capitulis ovoideis pauciforis, breviter pedunculatis laxe racemosis; racemis subsecundis foliosis subpaniculatis; bracteis ovato-lanceolatis viridib. calyces superantib.; calycis tubulosi dentib. lanceolatis erectis acutis. ♃ — Caules 1–2–pedales, uti racemi dense foliosi. Folia inferiora 1–2–pollicaria, floralia capitulum aequantia. Racemi pauciflori. Capitula *H. petraeae*, sed viridia. Bracteae submembranaceae venosae, extus viscido-pubescentes, calyces omnino obtegentes. Achaenia oblonga laevia pallida. — Habitat in Brasilia.

136. H. PETRAEA St. Hil. mss. ex Bth. l. c. — Fruticosa: ramis erectis tomentosis; foll. petiolatis ovatis obtusis crenatis, basi cuneatis rugosis, utrinq. molliter subrufo-tomentosis; capitulis ovoideis pauciforis breviter pedunculatis in racemum brevem densum approximatis; bracteis ovato-lanceolatis acutis coloratis, calycem superantib.; calycis tubulosi glabriusculi dentib. lanceolatis acutis erectis. ♄ — Fruticulus gracilis, basi denudatus. Racemus 1–2–pollicaris subsecundus. Bracteae et calyces rubicundae glandulosae. Achaenia oblonga laevia pallida. — Habitat in Brasilia, in petrosis prope Taioba in deserto occidentali provinciae Minas Geraës.

137. H. SUBROTUNDA Pohl, Ic. ined. ex Bth. l. c. 118. — Fruticosa: ramis erectis virgatis tenuiter pubescentib.; foll. parvis sessilib. ovali-rotundis obtusis crenatis, basi late rotundatis rigidis coriaceis venosis, utrinq. viridib. scabriusculis, floralib. conformib.; capitulis ovoideis pauciforis racemosis; racemis subsimplicib.; bracteis coloratis lanceolatis acutiusculis ciliatis, calyces superantib.; calycis fructiferi tubulosi ore truncato ciliato, vix dentato. ♄ — Habitat in Brasilia, ad Pontefeite provinciae Goyaz.

138. H. LYTHROIDES Pohl, Ic. ined. ex Bth. l. c. — Fruticosa: ramis erectis virgatis pubescentib.; foll. parvis sessilib. ovalib. obtusis, basi rotundatis, utrinq. scabriusculis subrufo-pubescentib.; capitulis ovoideis pauciforis racemosis; racemis elongatis simplicib.; bracteis lanceolatis acutis coloratis pubescentib., calyce longiorib.; calycis tubuloso-campanulati ore truncato, dentib. subulatis? tubum subaequantibus. ♄ — Videtur a *H. subrotunda* calyce distinctissima. — Habitat in Brasilia, ad Fazenda Agua Fria provinciae Goyaz.

139. H. PARVIFOLIA Pohl, Ic. ined. ex Bth. l. c. — Fruticosa: ramis erectis virgatis tenuiter pubescentib.; foll. parvis petiolatis ovalib., apice dentatis, basi angustatis integerrimis rigidis coriaceis venosis, utrinq. viridib. scabriusculis, floralib. conformib.; capitulis ovoideis pauciforis racemosis; racemis subsimplicib.; bracteis lanceolato-linearib. coloratis adpresse villosis, calyce longiorib.;

calycis fructiferi tubulosi ore truncato ciliato, vix dentato. ♁ — A *H. subrotunda* differt foliis angustioribus in petiolum brevem angustatis, bracteis longioribus, capitulis paucifloris. — Habitat in Brasilia, ad Megaponte provinciae Goyaz.

140. H. RUBICUNDA Pohl, Ic. ined. ex Bth. l. c. † — Ramis glabriusculis, angulis scabris; foll. petiolatis late ovatis, breviter acuminatis duplicato-serratis, basi cuneato-rotundatis, supra scabris, subtus leviter ad nervos tomentosis; capitulis ovoideis paucifloris brevissime pedunculatis racemosis; racemis paniculato-racemosis; bracteis lanceolatis coloratis, calyce duplo longioribus; calycis tubulosi ore truncato, dentib. setaceis strictis tubum subaequantibus. ♁ — Tota planta saepius purpurascit. Caules 1½–2½-pedales erecti. Folia 1½–2-pollicaria, forma fere *H. spicatae*, cui haec species habitu affinis, sed capitulis subsessilibus et bracteis lanceolatis distinctissima. Racemi parum ramosi graciles. Verticillastri subsecundi. Folia floralia superiora bracteis conformia. Bracteae extus glabrae v. pubescentes, margine subciliatae. Calycis fructiferi tubus demum bracteas subaequans, dentibus triplo brevioribus. — In Brasilia, ad Barra do Rio das Velhas, in campis prope Villa Rica, prope San Joao del Rey provinciae Minas Geraës.

141. H. MURICATA Schott mss. ex Bth. l. c. 119. — Herbacea?: caule glabriusculo, angulis scabris; foll. petiolatis late ovatis acuminatis duplicato-serratis, basi cuneato-rotundatis, supra scabriusculis, subtus subglabris; capitulis depressis subglobosis paucifloris subsessilib.; verticillastris secundis, supremis approximatis, infimis remotis; bracteis late ovatis acutis adpressis calyces superantib. villosis; calycis fructiferi tubulosi pubescentis ore truncato, dentib. setaceis strictis tubo brevioribus. ♃? — Caules pluripedales erecti v. adscendentes. Folia *H. rubicundae*, sed magis acuminata, floralia minuta. Bracteae membranaceae, saepe coloratae. Dentes calycini latitudinem tubi vix aequantes. — Habitat in Brasilia, ad Rio Janeiro et ad Rio Abaite provinciae Minas Geraës.

142. H. INODORA Schrank in Syll. pl. soc. Ratisb. II. 56. — Bth. l. c. — Herbacea: caule erecto glabro v. bifariam pubescente, angulis laevib.; foll. petiolatis late ovatis acutiusculis inaequaliter serratis, basi late cuneatis rotundatisve tenuib., utrinq. glabris, subtus pallidis; capitulis depressis subglobosis paucifloris subsessilib.; verticillastris subsecundis, supremis approximatis, infimis remotis; bracteis ovato-lanceolatis adpressis, calycem aequantib. pubescentib.; calycis fructiferi tubulosi pubescentis ore truncato, dentib. setaceis strictis, tubo multoties brevioribus. ♃ — Herba pluripedalis, pallide virens. Habitus fere *Pogostemonis plectranthoidis*. Caulis anguli acutiusculi, sed in speciminibus suppetentibus nunquam exasperati. Folia saepe duplicato-serrata v. subangulata, basi integerrima. Petiolus limbo 2–3-pollicari fere aequalis. Racemi subsimplices terminales et in axillis foliorum caulinorum. Capitula 6–10-flora et ultra, supra subplana. Corolla alba, tubo breviter exserto. — Affinis *H. muricatae*, sed diversa caule laevi, foliis tenuioribus glabris et bracteis angustioribus. An mera varietas ex cultura orta? — Habitat in Brasiliae humidis.

143. H. SYLVULARUM St. Hil. mss. ex Bth. l. c. — Ramis tomentoso-pubescentib.; foll. petiolatis late ovatis acutis duplicato-serratis subincisisve, basi rotundatis, utrinq. viridib. rugosis villosis v. tomentoso-pubescentib.; capitulis ovoideis paucifloris subsessilib. racemosis; racemis paniculatis; bracteis ovatis lanceolatisve villosis, calycem subsuperantib.; calycis tubulosi pubescentis ore truncato, dentib. setaceis strictis tubo brevioribus. ♃? — Affinis *H. canescenti*, sed viridior, capitula majora magis sessilia et praesertim bracteae numerosiores majores calyces omnino obtegentes. Caules 2½–3-pedales, basi sublignosi, in parte superiore uti folia juniora vix canescentes. Bracteae foliaceae virides v. apice subcoloratae. — Habitat in sylvis caeduis provinciae Minas Geraës.

144. H. POLYSTACHYA H. B. Kth. Nov. gener. et spec. pl. II. 321. — Bth. l. c. — Ramis piloso-pubescentib., angulis asperis; foll. petiolatis ovatis acutis duplicato-serratis incisisve, basi rotundatis, supra subpubescentib., subtus cano-tomentosis; capitulis ovoideis paucifloris subsessilib. secundis; verticillastris race-

mosis; racemis laxe paniculatis; bracteis ovatis acutis calycem floriferum subsuperantib., fructifero breviorib.; calycis pubescentis dentib. setaceis strictis, tubo brevioribus. ♃ — Caules herbacei erecti, rami tetragoni. Folia floralia bracteaeformia. Axis paniculae et pedunculi villoso-lanati. Bracteae paucae adpressae coloratae, margine ciliatae. Calyx fructifer membranaceus elongatus. Corolla calyce duplo longior.

β. longiflora: calycibus demum bracteis subduplo longioribus. — Habitat in Mexico, in temperatis inter Patzcuaro et Ario, in dumetis prope Jalapam *β.* in locis Savannah dictis insulae Trinitatis vulgaris.

145. H. CANESCENS H. B. Kth. l. c. 321. — Bth. l. c. 120. et 712. — Ramis tomentoso-pubescentib.; foll. petiolatis rhombeo-ovatis acutis duplicato-serratis subincisisve, basi rotundatis, in petiolum angustatis, subtus v. utrinq. cano-tomentosis; capitulis ovoideis paucifloris subsessilib. subsecundis racemosis; racemis paniculatis; bracteis ovatis acutis calycem floriferum aequantib., fructifero breviorib.; calycis villosi post anthesin elongati ore truncato, dentib. setaceis strictis, tubo multo brevioribus. ♃ — Caules herbacei erecti ramosi, angulis vix asperis. Folia saepius crassa nervosa, supra molliter pubescentia, rarius glabriuscula, subtus dense cano-tomentosa, floralia parva, suprema bracteaeformia. Racemi numerosi pedunculati, 2–4 pollices longi. Verticillastri infimi semipollicem remoti, superiores approximati. Fasciculi 5–7-flori, pedunculo communi brevissimo. Bracteae adpressae paucae acutae virides v. in capitulo fructifero apice coloratae, margine ciliatae. Calyx fructifer valde elongatus erectus strictus, dentibus suberectis latitudinem tubi vix aequantibus. Corolla glabra, tubo calycem parum excedente. Genitalia breviter exserta. Achaenia oblonga laevia. — *Teucrium rhombifolium* Willd. ex Loud. Hort. Brit. 235. — Habitat in America tropica, juxta urbem Caracas et in Nova Hispania.

β. arvensis Bth. l. c. 712. — Foll. vix canescentibus. — *H. arvensis* Poepp. mss. — Habitat in Chili.

146. H. MICRANTHA Pohl, Ic. ined. ex Bth. l. c. — Ramis breviter pubescentib., angulis laevib.; foll. petiolatis ovatis acutis irregulariter serrato-crenatis, basi rotundatis subinaequalib., supra pubescentib., subtus pallidis v. cano-tomentosis; capitulis parvis paucifloris racemosis; pedunculis capitulum aequantib.; racemis strictis elongatis paniculatis; bracteis ovato-lanceolatis acuminatis, calyces subsuperantib.; calycis pubescentis ore truncato, dentib. setaceis strictis tubo subbrevioribus. ♃? — Affinis *H. polystachyae*, sed viridior, minus tomentosa, capitula multo minora, racemi graciliores. — Habitat in Brasilia, ad Villa Boa provinciae Goyaz.

147. H. SPICATA Poit. Ann. Mus. VII. 474. t. 28. fig. 2. — Bth. l. c. — Ramis glabriusculis, angulis aculeato-scabris; foll. petiolatis ovatis acutis, inaequaliter serrato-crenatis, basi rotundato-cuneatis, utrinq. glabriusculis v. supra pubescentib.; capitulis semiovoideis laxe racemosis; pedunculis capitulo fructifero aequalib.; racemis paniculatis; bracteis ovatis submembranaceis, calyce fructifero dimidio brevioribus; calycib. glabris, fructiferis elongatis, basi inflatis, ore truncato, dentib. setaceis strictis tubo multo brevioribus. ⊙ — Species valde variabilis. Caulis herbaceus erectus, humanae altitudinis, ramosus, angulis obtusis et aculeis brevibus scabris faciebus glabris v. brevissime pubescentibus. Folia 1–2-pollicaria herbacea, saepius glabra, subtus pallida venosa, rarius breviter pubescentia, superiora parva, floralia pedunculo breviora. Pedunculi capitulo fructifero plerumque subaequales glabri, in varietate brevissimi. Fasciculi sub-3–7-flori, rarius 2–3-flori. Bracteae saepius late ovatae acutae membranaceae, nunc cuneiformes v. lanceolatae glabrae v. margine ciliatae. Calyces florigeri bracteis breviores campanulati, fructiferi bracteas duplo excedentes, 2–2½ lineas longi glabri striati, fauce intus nuda, dentibus latitudine tubi brevioribus. Corolla parva violacea. Tubus intus albus, calyce subtriplo longior, bracteas duplo superans. Limbi lacinias superiores maculis obscurioribus notatae. Genitalia

corollam aequantia. Achaenia parva nigra sublucida. — *Nepeta mutabilis* Rich. in Act. Soc. Hist. Nat. Par.....? — Habitat in America aequinoctiali, in insulis Sancti Dominici et Martinica, in Nova Hispania in locis calidis, in ripa fluminis Magdalenae prope Honda Novo-Granatensium, in Cayenna, in nemorosis Esseqnebonensium, in Guiana, in Brasilia in sylvis caeduis, etiam in insulis Marianis et Manilla verosimiliter ex America allata.

148. H. ROSTRATA Salzm. mss. ex Bth. l. c. 121. — Ramis glabris, angulis aculeato-scabris; foll. petiolatis ovatis acutis inaequaliter serrato-crenatis, basi rotundato-cuneatis glabris; capitulis basi globosis laxe racemosis; pedunculis capitulo fructifero subbreviorib.; bracteis ovato-membranaceis glabris, calyce fructifero 3-4-plo breviorib.; calycib. glabris, fructiferis basi inflatis longe rostratis, ore truncato, dentib. brevissimis setaceis strictis. ☉ — Caulis erectus 4-5-pedalis ramosissimus. Folia glabra tenuia, parce dentata, basi integerrima, floralia infima capitulum excedentia, superiora pedunculo breviora, suprema minuta. Racemi subsimplices, fere pedales. Verticillastri infimi pollicem, superiores vix semipollicem distantes secundi. Pedunculi 3-4 lineas longi. Capitula 6-10-flora. Calyces fructiferi 5 lineas longi membranacei striati, basi inflati, apice longe attenuato-cylindrici. Achaenia parva oblonga nigra laevia sublucida. — Habitat in Brasiliae umbrosis prope Bahiam.

149. H. TENUIFLORA Bth. l. c. — Ramis bifariam pubescentib., angulis laevib.; foll. petiolatis ovatis acutis inaequaliter serratis, basi rotundato-cuneatis glabris; capitulis ovoideis paucifloris laxe racemosis; pedunculis capitulo fructifero duplo longiorib.; racemis paniculatis; bracteis ovatis membranaceis calyce fructifero dimidio breviorib.; calycib. glabris, fructiferis elongatis, basi inflatis, ore truncato, dentib. setaceis strictis tubo multo brevioribus. ☉ — Affinis *H. spicatae*, sed caulibus laevibus bifariam et alternatim pubescentibus, glabritie foliorum et bractearum et pedunculis elongatis gracilibus distincta est. — In Brasilia.

150. H. EXPANSA Pohl, Ic. ined. ex Bth. l. c. 122. — Glabriuscula, ramorum angulis subasperis: foll. petiolatis ovatis acuminatis inaequaliter serratis, basi cuneatis, supra sparse, subtus ad nervos hispidulis; capitulis ovoideis paucifloris laxe racemosis; pedunculis capitulo fructifero breviorib.; racemis divaricato-paniculatis; bracteis ovatis acutis membranaceis ciliatis; calycib. glabriusculis, fructiferis vix bractea longioribus, ore truncato, dentib. setaceis strictis tubo dimidio brevioribus. ☉? — A *H. spicata* differt praecipue calycibus brevioribus, dentibus longioribus, bracteis acutioribus, capitulis majoribus, etc. — Habitat in Brasilia.

151. H. DUBIA Pohl, Ic. ined. ex Bth. l. c. — Pubescens: ramorum angulis laevib.; foll. breviter petiolatis ovatis acutis duplicato-crenatis, basi cuneatis, supra scabro-bispidulis, subtus ad nervos pubescentib. rugosis; capitulis ovoideis paucifloris racemosis; pedunculis brevissimis; racemis subramosis; bracteis lanceolatis acuminatis, calyce fructifero longiorib. pubescentib. ciliatis, dentib. calycinis setaceis strictis, tubo dimidio longioribus. ☉? — Affinis *H. expansae*, sed minus ramosa villosior, bracteae longiores angustiores. — Habitat in Brasilia, ad Rio Abaite provinciae Minas Geraës.

152. H. RHYTIDEA Bth. Plant. Hartweg. 21. no. 170. — Fruticosa: (?) ramis glanduloso-pubescentib.; foll. breviter petiolatis oblongo-lanceolatis serratis rigidis, supra scaberrimis, subtus puberulis, floralib. parvis subovatis acutissimis; capitulis paucifloris densis subsessilib. in racemum terminalem interruptum subramosum dispositis; bracteis paucis oblongo-linearib. subulatisve, calyce plerumq. breviorib.; calycib. pubescentib. subviscosis, fructiferis auctis obliquis rigidis, dentib. lanceolato-subulatis subspinescentib.; corolla calyce parum longiore breviter pubescente. ♁ — Species distinctissima habitu quodammodo *H. rubicundam* refert, inter *Polydesmiam* et *Minthidium* media. — Habitat in Mexico.

Sectio XIII. MESOSPHAERIA Bth. l. c. 122.

Florum capitula laxiuscula pauciflora. Bracteae nunc minutae vix ullae, nunc subulatae laxae, calycem subaequantes. Calyx in capitulo subsessilis, fructifer obliquo campanulatus, ore truncato, dentibus subulatis strictis et fauce intus villis clausa v. pilorum fasciculis 5 inter dentes dispositis magis minusve ciliata. Corollae tubus inclusus v. breviter exsertus. — Herbae v. rarius suffrutices plerumque pilosae, capitulis pedunculatis, inferioribus v. rarius omnibus in axillis foliorum caulinis conformium solitariis v. fasciculatis, superioribus saepius in paniculam laxam dispositis.

133. H. PLECTRANTHOIDES Bth. l. c. — Caule herbaceo erecto pilis longis patentib. hirsuto, angulis laevib.; foll. brevissime petiolatis late ovatis v. rotundatis obtusis crenato-serratis, basi rotundatis v. subcordatis pilosis; capitulis pauciforis laxe racemosis pedunculatis; racemis laxis paniculatis; bracteis lanceolatis acutis calyce breviorib.; calycib. floriferis campanulatis villosis, dentib. subulatis tubum aequantibus. ☉? ♃? — Caules saepius purpurascentes. Rami, petioli (brevissimi) et nervi foliorum pilis longis albidis patentibus saepius vestiti. Folia vix pollicaria, superiora minora, floralia infima conformia, suprema minuta. Panicula laxa. Pedunculi capitulo florigero duplo longiores. Bracteae laxiusculae, calyce florigero subbreviores. Flores parvi. Corolla calyce duplo longior. Stamina exserta. Specimina fructifera haud suppetunt. — Species *H. epicatae* affinis, inter *Polydesmiam* et *Mesosphaeriam* quasi media, habitu *Plectranthi Coetsae* non dissimilis. — Habitat in Brasilia meridionali.

134. H. PUMILA Pohl, Ic. ined. ex Bth. l. c. — Herbacea humilis erecta: caule patentim piloso; foll. brevissime petiolatis late ovatis rotundatis serrato-crenatis, basi rotundatis v. subcordatis viridib. pilosis; capitulis laxe pauciforis pedunculatis racemosis; bracteis laxis subulatis, calyce breviorib.; calycis sessilis, fructiferi oblique campanulati ore truncato, dentib. subulatis, fauce intus villosa. ♃? — *H. communi* valde affinis, sed minor pilosior et folia latiora. — Habitat in Brasilia, ad Serra de Chrystais provinciae Goyaz.

135. H. COMMUNIS St. Hil. mss. ex Bth. l. c. 123. — Herbacea humilis glabra v. magis minusve villosa: foll. breviter petiolatis rotundatis ovatis oblongisve crenatis, basi cuneatis angustatisve; capitulis laxe pauciforis pedunculatis racemosis; bracteis laxis subulatis; calycis sessilis villosi fructiferi oblique campanulati ore truncato, dentib. subulatis, fauce intus lanata. ♃ — Herba semipedalis v. vix pedalis, basi saepe subrepens, superne procumbens adscendens v. erecta paniculato-ramosa, nunc omnino glabra, saepius magis minusve villosa. Folia ½–1-pollicaria, utrinque viridia, crenaturis obtusis v. acutis nunc omnino glabra, nunc rugosa, utrinque molliter villosa. Racemi 3–5-pollicares. Pedunculi 3–6-lineares, 3–5-flori. Calyces floriferi parvi campanulati, fructiferi parum aucti, lineam longi, hinc gibbosi et ideo pedicellus lateralis evadit. Corolla coerulea, extus glabriuscula, tubus breviter exsertus, limbus profunde lobatus, lobo infimo apice subulato-acuminato. Filamenta pilosa. Achaenia ovoideo-subglobosa nigra laevia. Valde variabilis est quoad latitudinem foliorum et villositatem. — *H. flabellata* Pohl, Ic. ined. — Habitat in Brasilia, in campis elevatis praeruptis et ruderatis montium provinciae Minas Geraës communis.

136. H. FRUTICOSA Salzm. mss. ex Bth. l. c. — Ramis divaricatis, juniorib. tomentosis; foll. breviter petiolatis ovatis obtusis crenatis, basi cuneatis rugosissimis, subtus pallidis; pedunculis solitariis axillarib. folio longiorib.; capitulis laxe pauciforis subglobosis; bracteis laxis subulatis; calycib. fructiferis basi supra subgibbis elongatis incurvis, ore obliquo truncato villoso, dentib. subulatis patentibus. ♄ — Frutex 4–6-pedalis, ramis obtuse tetragonis lignosis sulcatis, ramulis numerosis brevibus nodosis tomentoso-pubescentibus. Folia vix 4–6 lin. longa, supra bullato-rugosa, tenuissime pubescentia, subtus venosa subtomentosa, floralia conformia. Capitula v. fasciculi florum pauca, versus apices ramulorum sessilia 10–15-flora. Bracteae calyce parum breviores molles. Calyces sessiles,

forma fere *H. suaveolentis*, sed tenuiores incurvi et ore magis obliquo. Tubus extus pubescens. Faux margine villosa. Dentes longitudine latitudinem tubi aequantes, inter se subaequales v. tribus longioribus, demum stellato-patentes. Corolla coerulea, vix pubescens, tubo dentes calycinos subaequante. Genitalia corollae breviora. Achaenia oblonga obtusa subcompressa laeviuscula. — Thee loco usurpatur, praesertim in refrigeratione. — Habitat in Brasilia tropica, in collibus aridis circa Babiam, in sylvis Catingas ad Maracas provinciae Babiensis et in campis in Serro Frio provinciae Minas Geraës.

157. H. MELISSOIDES H. B. Kth. Nov. gen. et spec. pl. II. 330. — Bth. l. c. — Suffruticosa: ramis rufo-villosis; foll. breviter petiolatis ovatis acutis serrato-crenatis, basi rotundatis, supra villosis, subtus dense cano-tomentosis; pedunculis brevissimis axillarib. subbinatis; capitulis multifloris laxiusculis secundis; bracteis minutis setaceis; calycib. pubescentib., fructiferis ovatis strictis, fauce intus villosa, dentib. brevissimis setaceis villosis. ♃ — Suffrutex ramosissimus 4-6-pedalis aromaticus. Folia floralia caulinis conformia. Pedunculi in axillis saepissime binati, rarius solitarii. Corolla alba, externe pubescens. Achaenia oblongo-triquetra laevissima. — Habitat in America aequinoctiali, in locis alsis amoenis prope pagum El Tablon et ripam fluminis Juanambo in regno Novo-Granatensi.

158. H. PILOSA Bth. l. c. 124. † — Suffruticosa: ramis pilosulis; foll. petiolatis ovatis acutis leviter serrulatis, basi cordatis subcanescentib.; pedunculis folio sublongiorib.; capitulis 6-10-floris subglobosis; bracteis minutis setaceis; calycib. fructiferis valde auctis ovato-tubulosis aequalib. truncatis pilosissimis, dentib. setaceis, tubi latitudine brevioribus. ♃ — Rami glabri v. pilis longis patentibus ad angulos obsessi. Folia pollicaria flaccida, leviter et regulariter crenulata v. serrulata. Pedunculi in axillis inferioribus saepe 2-3-nati v. fasciculati. Cymae globoso-capitatae, floriferae magnitudine *Pisi*, fructiferae *Cerasi*. Bracteae minutissimae. Calycis faux intus villosissima. — Ab *H. polyantha* differt foliorum forma, caule suffruticoso minus paniculato, pedunculis brevioribus, calycibus fructiferis majoribus (minoribus vero quam calyces *H. suaveolentis*), pilis longis patentibus densissime obsessis. — Habitat in Peruvia.

159. H. SUAVEOLENS Poit. Ann. mus. Par. VII. 472. t. 29. fig. 2. — Bth. l. c. — Caule herbaceo erecto piloso; foll. petiolatis late ovatis sinuato-serratis, inferiorib. basi cordatis, superiorib. rotundatis cuneatisve pubescentib. villosis tomentosisve; pedunculis capitulo paucifloro subbreviorib. in axillis solitariis 2-3-natisve racemosis; racemis paniculatis; bracteis minutis setaceis; calycib. fructiferis oblique campanulatis striatis, ore subaequali truncato villoso, dentib. subulatis rigidis erectis. ☉ — Herba erecta firma ramosa 2-6-pedalis. Caulis obtuse tetragonus, pilis longis patentibus albidis magis minusve hirsutus, caeterum glaber v. ad axillas et superne tomentosus. Folia 1-2-pollicaria, latitudine longitudinem fere aequantia, margine serrata v. crenata et saepius sinuata v. incisa, inferiora fere semper cordata, superiora frequentius rotundata, cuneata v. interdum longe angustata, omnia nunc tenuia (praecipue in speciminibus cultis), vix pubescentia v. tomentosa, saepius crassiuscula rugosula, supra pubescentia v. villosa, subtus dense tomentosa. Verticillastri secundi, inferiores remoti axillares, superiores nunc in racemum laxum elongatum, nunc in paniculam densissimam multifloram dispositi. Pedunculi saepe (ramulis subabortientibus) in axillo quoque quasi fasciculati, nunc brevissimi, saepius calycem aequantes, rarius eo longiores. Calyces in quoque pedunculo 2-4 sessiles hirsuti, fructiferi valde aucti, 4-5 lin. longi subdeclinati, supra subplani, profunde 10-striati plicati, ore breviter ciliato, dentibus subaequalibus tubo dimidio brevioribus. Corolla coerulea, tubo dentes calycinos aequante. Achaenia oblonga laevia. — *Menthastrum maximum* Sloane, Nat. Hist. Jam. I. 171. t. 102. fig. 2. — *Mesosphaerum hirsutum* P. Browne, Hist. Jam. 257. t. 18. fig. 3. — *Ballota foliis cordatis* Plum. Ic. t. 163. fig. 1. — *Ballota suaveolens* Linn. Spec. 815. — Jacq. Hort. Vind. III. 24. t. 42. —

Bystropogon suaveolens L'Hér. Sert. Angl. 19. — *Hyptis Plumieri* Poit. Ann. mus. Paris. VII. 473. — *Hyptis ebracteata* R. Br. in Ait. Hort. Kew. (ed. 2.) III. 391. — *Bysteropogon graveolens* Blume, Bijdragen 824?*) — Habitat in America aequinoctiali vulgaris, in Mexico ad Hacienda de la Llaguna, in insulis Jamaica, Porto Rico, San Domingo, Cuba, Martinica, in insula Sanctae Thomae, in Caracas, in Brasiliae provincia Goyaz et Minas Gêraes, in Peruvia, etiam in Asia tropica verosimiliter ex America allata, in insulis Philippinis, Manilla, Moluccis, in India orientali circa Maderaspatam et in Java.

160. H. GRAVEOLENS Salzm. ex Bth. l. c. 125. — Caule herbaceo erecto pilosiusculo, angulis laevib.; foll. petiolatis ovatis acutis sinuato-serratis, basi cordatis rugosis, utrinq. viscoso-pubescentib.; pedunculis axillarib. fasciculo pauciflloro pluries longiorib., superiorib. irregulariter subpaniculatis; bracteis minutis; calycib. fructiferis parvis oblique campanulatis, vix striatis, ore subaequali truncato, dentib. brevissimis subulatis rigidis erectis. ⊙ — Herba 4–6-pedalis, *H. suaveolenti* affinis, sed pedunculis elongatis filiformibus et calycibus fere triplo minoribus distincta. Tota planta viscidula et pilis brevibus patentibus villosa nec tomentosa. Pedunculi ramulorum abortione in axillis 2–3 glomerati filiformes pollicares, apice fasciculum 4–6-florum ferentes. Calyces sessiles, fructiferi vix 2 lin. longi pallidi, nervis vix prominentibus. Corolla coerulea. Achaenia *H. suaveolentis*, sed multo minora. Odor gravis aromaticus. — Habitat in Brasilia, in maritimis prope Bahia, ad Rio Janeiro.

161. H. UMBROSA Salzm. ex Bth. l. c. — Caule herbaceo erecto villoso, angulis scabris, axillis subnudis; foll. petiolatis late ovatis acutis irregulariter serratis et inciso-lobatis, basi rotundatis cordatisve, supra pilosiusculis, subtus pallidis pubescentib. v. demum glabratis; pedunculis axillarib. filiformib. subfasciculatis, capitulo laxe 3–10-floro multoties longiorib.; bracteis minutis setaceis; calycib. fructiferis parvis pubescentib. oblique campanulatis, ore aequali truncato villoso, dentib. brevissimis subulatis strictis. ⊙? — Ab affini *H. viscida* differt pilis minime viscosis, caule ad angulos scabro-muricato, foliis subtus subcanescentibus, dentibus acutioribus. Corolla lilacino-coerulea. — *Hyptis graveolens* Schrank in Syll. pl. soc. Ratisb. II. 56?**) — Habitat in Brasilia, in umbrosis prope Bahia, in nemoribus provinciarum Sancti Pauli, Rio Janeiro et Minas Geraës vulgatissima.

162. H. POLYANTHA Poit. in Ann. mus. Par. VII. 470. — Bth. l. c. 126. † — Caule herbaceo erecto pubescenti-villoso, axillis pilosissimis; foll. petiolatis ovatis acutiusculis irregulariter crenato-serratis, basi rotundatis cordatisve, supra piloso-scabris, subtus albo-tomentosis; panicula ampla; pedunculis filiformib. capitulo laxe 5–20-floro multoties longiorib.; bracteis minutis setaceis; calycib. fructiferis oblique campanulatis pubescentib., ore aequali truncato villoso, dentib. brevissimis subulatis strictis. ♃ — Herba odoratissima 4–6-pedalis, superne paniculato-ramosissima. Petioli piloso-hispidi. Folia 1½–2-pollicaria, simpliciter serrata v. etiam margine sinuata, floralia minora, suprema minuta. Panicula laxissima, ramis elongatis tenuibus. Pedunculi elongati 5–10– v. 20–30-flori. Capitulum fructiferum globosum magnitudine *Cerasi*. Calyx circiter 2 lineas longus, fauce villis albis clausa. Corolla minuta pubescens violacea. Achaenia ovata laevia. — *Bystropogon sidaefolium* L'Hérit. Sert. Angl. 19? — Habitat in Peruvia, in

*) *BYSTEROPOGON GRAVEOLENS Blume, Bijdragen* 824. — *Caule erecto ramoso pilosiusculo; foll. ovatis, inferiorib. subcordatis duplicato-serrulatis subpubescentib.; capitulis pedunculatis axillarib. solitariis; calycib. pilosis aristato-dentatis.*

**) *H. GRAVEOLENS Schrank l. c. — Florib. axillarib. terminalibq., ramulorum subsolitariis; ramulis superiorib. folia decussantib.; caule aculeis innocuis scabro.* ♃ *— Rami inferiores legem vulgarem sequuntur, et ex axillis foliorum oriuntur, sed superiores plerumque cum foliis crucem rectam faciunt, oppositi nempe sunt, basique cum foliorum basibus angulos rectos formant. Subinde tamen etiam pedunculi laterales solitarii. Corolla coerulea curva. Folia petiolata, praeter venas valde pubescentes, glabra punctata. Calycis dentes subulati.*

temperatis montium Quitensium et Peruvianorum juxta Quito, Loxa et Gonzanama.

163. H. LILACINA Cham. et Schlchtd. Linnaea V. 101. — Bth. l. c. — Molliter pubescens: foll. petiolatis ovatis ellipticisve acutis duplicato-serratis, basi cuneatis angustatisve, supra pubescentib., subtus canescenti-tomentosis; capitulis laxe paucifloris axillarib. oppositis pedunculatis parvis; bracteis laxis setaceis, calyce vix breviorib.; calycis villosi ovati striati dentib. acuminato-subulatis, demum patentibus. ♃ — Affinis *H. polyanthae*, sed foliis et calycibus distincta. Caules erecti 2–3-pedales. Cymae 5–7-florae, pedunculis filiformibus pubescentibus vix pollicem longis. Calyx urceolatus hirsutus, magnitudine calycis *H. polyanthae*, sed minus truncatus, dentibus basi dilatatis ciliatis, fauce intus subvillosa. Corolla (lilacina ex Cham. et Schlchtd.) puberula, calycem breviter superans. — Habitat in America centrali, in dumetis prope Jalapam Mexicanorum et in Nova Hispania.

164. H. URTICOIDES H. B. Kth. Nov. gen. et spec. pl. II. 330. — Bth. l. c. — Caule herbaceo erecto tenuiter pubescente, angulis subasperis; foll. petiolatis ovatis acutis serratis, basi cuneatis, supra hispidulis, subtus pubescentib.; capitulis laxe paucifloris longe pedunculatis, in racemos secundos paniculatos dispositis; bracteis minutis setaceis; calycib. pubescentib., fructiferis oblique campanulatis, ore aequali truncato villoso, dentib. subulatis strictis, tubo subbrevioribus. ☉ — Rami tetragoni. Folia supra et subtus ad nervos scabriuscula, 2–3 pollices longa. Corolla minuta. Achaenia oblonga, oculo armato rugulosa. Media inter *H. polyanthum* et *H. pectinatam*. — Habitat in America aequinoctiali, in temperatis in radicibus montis Maculepec prope Jalapam Mexicanorum.

165. H. RACEMULOSA Mart. mss. ex Bth. l. c. † — Caule herbaceo erecto tenuiter rufo-pubescente, angulis laevib.; foll. petiolatis ovatis acutis duplicato-serratis, basi rotundatis et in petiolum decurrentib., supra villosulis, subtus rufo-tomentosis; cymis capitatis paucifloris brevissime pedunculatis, in racemos subsecundos axillares dispositis; bracteis minutis setaceis; calycib. rufo-tomentosis, fructiferis oblique campanulatis, ore aequali truncato villoso, dentib. subulatis strictis, tubo brevioribus. ♃ — Habitus *H. polystachyae*, sed bracteis calycibusque distinctissima. Ab *H. urticoide* differt fasciculis fere sessilibus. A reliquis hujus sectionis racemis axillaribus pedunculatis densis rufescentibus ad apicem caulis subpaniculatis recedit. Affinis quoque *H. pectinatae*, sed cymis etiam fructiferis capitatis nec elongatis et racemis caule foliorumque pagina inferiore rubiginoso-tomentosis abunde differt. Herba est 2–2½-pedalis. Corolla albo-violacea ex St. Hil., roseo-alba purpureo-maculata sec. Martius. — Habitat in Brasilia, in pascuis elevatis in Serra do Papagaio et ad Villa Rica provinciae Minas Geraës et in sylvis caeduis inter Minas et Rio de Janeiro.

† *Species sectionis hujus non satis nota.*

166. H. LAMIIFOLIA Weinm. in Sylloge plant. soc. Ratisb. I. 226. — Bth. l. c. 127. — Caule ramoso tetragono piloso radicante; foll. subcordato-ovatis acuminatis crenato-dentatis piloso-scabris petiolatis, subtus albicantib.; capitulis axillarib. pedunculatis internodio breviorib.; involucris setaceis capitulum aequantibus. ♃? — Caulis 4–6-pedalis decumbens radicans, acute tetragonus, ad angulos praecipue pilosus, in planitiebus sub lente 2–3-striatus. Folia subcordato-ovata acuminata, supra viridia, subtus albicantia, praecipue ad nervos piloso-scabra, 1–2 uncias longa, ¾–1 lata, in petiolum desinentia. Petiolus 4–5 lin. longus Internodia 2–5 uncias longa aequalia. Pedunculi axillares oppositi 1–2¼-unciales teretes. Capituli magnitudine *Pisi majoris*. Involucrum lineari-setaceum, pilis crebris ad marginem obsessum. Calyx brevis tubulosus 5-dentatus, dentibus acuminatis aequalibus. Corolla parva albida, maculis minutissimis violaceis v. ferrugineis picta. Faux inflata. Labium superius bilobum, inferius trilobum, lobo intermedio saccato, extus piloso, marginibus omnibus reflexis. Affinis *H. polyanthae*. — An *H. umbrosa*? — Habitat in Brasilia.

Sectio XIV. PECTINARIA Bth. l. c. 127.

Cymae per anthesin subcapitatae, post anthesin elongatae unilaterales pectinatae. Bracteae laxae setaceae. Calyx subsessilis, fructifer tubulosus truncatus, dentibus setaceis strictis, fauce intus villis clausa.

167. H. PECTINATA Poit. Ann. mus. Paris. VII. 474. — Bth. l. c. 127. — Glabra v. tenuiter pubescens: foll. petiolatis ovatis crenato-serratis, basi rotundatis, subtus pallidis; cymis multifloris laxiusculis paniculato-racemosis, demum elongatis incurvis pectinatis; bracteis laxis setaceis, calyce subbreviorib.; calycis tubulosi canescentis ore truncato, fauce intus villosa, dentib. setaceis strictis, tubo brevioribus. ♃ — Caulis basi durus sublignosus. Rami erecti 2–3-pedales, angulis laevibus, saepius pubescentibus. Folia forma et magnitudine variabilia, nunc vix pollicaria late ovata obtusa, nunc 2–3-pollicaria acuminata acuta, crenaturis obtusis v. rarius acutis, utrinque glabra v. pagina superiore pilis brevissimis raris bispidula et subtus tenuiter cano-tomentosa. Racemi secundi, apice dense coarctati, basi interrupti simplices v. frequentius paniculato-ramosi. Cymae utrinq. 5–30-florae, juniores capitatae, bracteis dentibusque calycinis subulatis crinitae, fructiferae ut in *Borragineis* incurvo-pectinatae. Corolla parva, pallide purpurascens v. flavida, labiis purpureo-maculatis. Achaenia parva oblonga nigra laevia. — *Mentha perilloides* Linn. Syst. (ed. 13.) 445? non Auct. — *Nepeta pectinata* Linn. Spec. plant. 799. — *Bystropogon pectinatum* L'Hérit. Sert. Angl. 19. — *Nepeta aristata* Rich. Act. soc. hist. nat. Par. 110. — *Brotera Persica* Spr. in Transact. of the Linn. soc. VI. 157. t. 4. — *Hyptis Persica* Poit. Ann. mus. Par. VII. 471. — *Ballota disticha* Rodsch. Obs. 35. [ex Meyer, Flor. Esseq. 208. non Linn.] — *Ballota suaveolens* Rodsch. Bald. Diar. fasc. 28. p. 79. [ex Meyer l. c. non Linn.] — *Hyptis nepetoides* Fisch. ex Schrank in Denkschr. der Bot. Gesellsch. Regensb. II. 53. — *Hyptis racemosa* Zuccagni in Act. Acad. Taurin.....? — *Bystropogon coarctatum* Schum. et Thonn. Kongl. Dansk. Vidensk. Selsk. Afhandl. IV. 34. — Habitat in Americae aequinoctialis aridis cretaceis et arenosis vulgaris, etiam in Africae nec non Asiae regione tropica spontanea, sed non indigena, in insulis Cuba, Jamaica, Porto Rico, Caribaeis, in Mexico calidiore, Panama, Peruvia, insula Trinitatis, ad Essequebo, Demerara, in Brasilia?, in Africa occidentali tropica, Madagascaria, ad Maderaspatam et in insulis Marianis.

Sectio XV. MINTHIDIUM Bth. l. c. 128.

Flores in verticillastris axillaribus plerumque multifloris sessiles v. breviter pedicellati. Bracteae minutae vix ullae v. laxae setaceae. Calyx campanulatus aequalis, fauce intus nuda. Corolla vix calycem excedens. — Herbae apice saepe subpaniculatae.

168. H. PULEGIOIDES Pohl, Ic. ined. ex Bth. l. c. 128. — Herbacea, basi procumbens: ramis adscendentib. adpresse pubescentib.; foll. breviter petiolatis lanceolatis acutis serratis, basi angustatis rugosis villosulis, floralib. conformib. minoribus.; verticillastris omnib. distinctis globosis, dense multifloris; bracteis subulatis calyce breviorib.; calycis tubulosi membranacei basi villosi dentib. lanceolato-subulatis erectis brevibus. ♃? — Species inter *Minthidium* et *Apodoten* media, an ad hanc sectionem referenda? Achaenia laevia. — Habitat in Brasilia ad Fazenda do Pari provinciae Minas Geraës.

169. H. ALBIDA H. B. Kth. Nov. gen. et spec. plant. II. 319. — Bth. l. c. — Fruticosa floccoso-lanata: foll. subsessilib. ovatis obtusis v. supremis subulato-acuminatis crenatis, basi rotundato-cuneatis rugosis; verticillastris laxis globosis distinctis; racemis subpaniculatis; bracteis brevib. setaceis; calyce fructifero subgloboso dense lanato, dentib. mollissimis setaceis, tubo subaequalibus. ♃ — Rami et folia lana alba subfloccosa dense vestiti. Folia superiora minora, floralia linearia subulato-acuminata, verticillastro vix longiora. Corolla vix calyce longior. Achaenia subinflata ovato-rotundata compressa. Calyces lana alba densissima omnino immersi. — Habitat in Mexico, in regione temperata montium juxta lacus Cusco in convalle Sancti Jacobi et prope urbem Valladolid.

170. H. PUBESCENS Bth. l. c. 129. — Suffruticosa tomentoso-pubescens: foll. subsessilib. oblongis acutiusculis serratis, basi rotundatis subrugosis, subtus pallidis; verticillastris parvis globosis multifloris remotis; racemis paniculatis; bracteis brevib. setaceis; calycis campanulati villosi dentib. rigidis subulatis, tubum aequantib., demum stellato-patentibus. ♃ — Rami obtuse tetragoni, pilis brevibus dense pubescentes. Folia sesquipollicaria, supra adpresse pubescentia, subtus densius tomentosa, superiora subcanescentia. Panicula semipedalis tomentosa. Verticillastri magnitudine *Pisi*. Calyces subsessiles albo-villosi, dentes glabriusculi subspinosi. Corollae dentibus calycinis paullo longiores. — Habitat in Nova Hispania.

171. H. MOÇINIANA Bth. l. c. — Suffruticosa? pubescens: foll. breviter petiolatis cordato-ovatis duplicato-serratis rugosis; verticillastris globosis multifloris distinctis racemosis; racemis paniculatis; bracteis brevib. setaceis; calycis campanulati villosi dentib. rigidis subulatis glabris stellato-patentib, tubo duplo longioribus. ♃ — Pubescentia subrubiginosa. Folia 1–1½-pollicaria, exacte cordiformia, subtus pallida, utrinque leviter pubescentia, floralia caulinis conformia sed minora, superiora verticillastro breviora. Panicula praecedentis. Verticillastri 10–15-flori, dentibus calycinis subspinosis echinati. Corolla dentibus calycinis dimidio brevior. — Habitat in Nova Hispania.

172. H. SPINULOSA Bth. l. c. † — Suffruticosa? tenuiter pubescens: foll. petiolatis ovatis acuminatis serrulato-crenatis, basi cordatis; verticillastris globosis multifloris distinctis racemosis; racemis paniculatis; bracteis brevib. setaceis; calycis ovati pubescentis dentib. rigidis subulatis glabris stellato-patentib., tubo brevioribus. ♃ — Caules et folia tenuissime rufo-pubescentia v. demum glabrata. Folia 1½–2-pollicaria, tenuiter crenulata v. serrulata, basi late cordata vix rugosa et subcoriacea, floralia verticillastro breviora. Verticillastri majores quam in *H. cordifolia*, dentibus calycinis etiam per anthesin stellato-patentibus spinosis echinatis, sed dentes duplo breviores et tubus calycis major quam in *H. cordifolia*. — Habitat in Nova Hispania.

173. H. STELLULATA Bth. l. c. — Herbacea: ramis rubiginoso-villosis; foll. breviter petiolatis ovatis acutis serrato-crenatis, basi rotundatis rugosis villosis; racemis paniculatis; verticillastris dense globosis; bracteis parvis setaceis; calycis ovati villosi dentib. subulatis stellato-patentibus. ♃ — Caules erecti ramosi 4–5-pedales. Folia utrinque villosa, floralia inferiora conformia, superiora minuta bracteaeformia. Panicula ampla, fere pedalis terminalis rubiginosa. Verticillastri distincti subremoti numerosi. Calyces parvi, fauce intus parum villosa, dentibus subaequalibus subrecurvis. Corolla pubescens, calyce vix longior, lobis subaequalibus, infimo parum saccato. — Habitat in Mexico ad Cuernavaca et Toluco.

174. H. SCOPARIA Poit. Ann. mus. Par. VII. 475. t. 31. fig. 2. — Bth. l. c. — Fruticosa: ramis glabris, angulis aculeatis; foll. brevissime petiolatis linearib. obtusis integerrimis subdenticulatisve glabris; verticillastris laxis remotis 2–10-floris; calycis glabriusculi dentib. ovatis erectis obtusis. ♁ — Fruticulus ramosus, ramorum anguli hinc inde aculeis brevibus reflexis aucti. Petioli brevissimi articulati. Folia basi parum angustata integerrima v. hinc inde denticulata uninervia minutissime glandulosa, margine saepe revoluta et ad axillas fasciculata, floralia conformia. Flores minuti, nunc solitarii, saepius 6–10 in verticillastro laxo dispositi. Calyx floriger ovato-campanulatus glaber v. tenuissime pubescens, dentibus tubi latitudine dimidio brevioribus, fructifer declinatus subglobosus, faux intus nuda. Corolla glabra, vix calycem excedens, lobis 4 superioribus subaequalibus oblongis obtusis, infimo saccato. Genitalia inclusa declinata. Achaenia late ovata compresso-triquetra. — *Satureja Americana* Poir. Dict. IV. 571. — *Satureja condaea* Juss. ex Poir. l. c. — Habitat in Americae aequinoctialis insulis Porto Rico et Sancti Dominici.

175. H. VERTICILLATA Jacq. icon. rar. I. t. 113. — Bth. l. c. 130. et 712. — Hook. icon. plantar. t. 458. † — Suffruticosa: ramis erectis pubescentib. v. pilosis; foll.

breviter petiolatis lanceolatis acutis serratis, basi rotundato-angustatis tenuissime pubescentib.; verticillastris laxiusculis pluriforis distinctis racemosis; calycis ovati glabri dentib. erectis ovato-lanceolatis. ♃ — Caulis erectus pedalis et ultra, angulis laevibus. Petioli basi extus glandula semiannulari notati et subarticulati. Limbus 1-2-pollicaris penninervius. Folia floralia caulinis conformia, sed minora. Flores minuti, breviter pedicellati, saepe penduli. Calyces striati. Corollae albidae, vix calycem excedentes. Genitalia breviter exserta. Achaenia oblonga glabra laevia. — *Mentha hyptiformis* Lam. Dict. IV. 110. — *Stachys patens* Swrtz. Nov. pl. gen. et. spec. 88. — Habitat in America aequinoctiali, in Mexico ad vias prope Papantla et in insula Sancti Dominici.

178. H. FASCICULATA Bth. l. c. 130. † — Herbacea glabra v. tenuiter pubescens: foll. petiolatis ovatis acutis serratis rugulosis, utrinq. viridib.; racemis elongatis paniculatis; verticillastris laxis pluriforis; bracteis minutis setaceis; calycis fructiferi aucti glabri dentib. ovatis acutis, tubo multoties brevioribus. ♃ — Caulis erectus 1½-3-pedalis, apice paniculato-ramosus, tenuiter pubescens, obtuse tetragonus, angulis laevibus. Folia nunc glabra, nunc utrinque puberula, subtus glanduloso-punctata, floralia infima conformia, superiora minora sessilia, suprema minuta bracteaeformia integerrima lanceolata vix petiolata. Verticillastri nunc regulariter globosi 10-40-flori, nunc depauperati 2-3-flori foliosi proliferi. Calyces floriferi ovato-campanulati, fructiferi valde aucti aequales virides 10-nervii venosi, superne ampliati subplicati, fauce intus nuda, dentibus erectis v. patentibus. Corolla minuta purpurascens. Achaenia oblonga minuta. Affinis *H. verticillatae*, differt foliis latioribus rugosis, calycibus fructiferis ampliatis etc. — *Hyptis undulata* Schrank in Denkschr. der Bot. Gesellsch. Regensb. II. 51? — *Hippothronia undata* Schrank in Syll. pl. soc. Ratisb. I. 85?*) — Habitat in Brasilia ad vias circa habitationes et in locis humidis provinciae Rio Janeiro vulgaris, circa Joao Gomez et in rupibus in Serra San Jose provinciae Minas Geraes.

177. H. FASTIGIATA Bth. l. c. — Herbacea adscendens: foll. petiolatis ovatis acutis duplicato-serratis, basi rotundatis, supra viridib. villosis, subtus cano-pubescentib.; racemis fastigiato-paniculatis; verticillastris laxis paucifloris; bracteis minutis setaceis; calycis fructiferi aucti glabri dentib. ovatis acutis, tubo multoties brevioribus. ♃ — A *H. fasciculata* differt villositate et panicula coarctata densiore, verticillastris numerosis laxioribus plerumque 2-6-floris. — In Brasilia.

178. H. ERIOCALYX St. Hil. mss. ex Bth. l. c. 131. — Herbacea: caule adscendente rufo-tomentoso; foll. petiolatis ovatis acutis serrato-crenatis, basi rugosis, supra villosis, subtus rufo-tomentosis; racemis elongatis paniculatis; verticillastris laxis pluriforis; bracteis minutis setaceis; calycis lanati fructiferi aucti dentib. ovatis acutis tubo multoties brevioribus. ♃? — A *H. fasciculata*, cui habitu affinis, characteribus datis abunde differt. — Habitat in Brasilia ad rivulum Simeon Pereira provinciae Minas Geraes.

179. H. VEPRETORUM Mart. mss. ex Bth. l. c. — Fruticosa: foll. petiolatis parvis ovatis obtusis subcrenatis, basi rotundatis subcoriaceis glabriusculis, supra lucidis, subtus pallidis reticulatis; verticillastris 2-6-floris secundis axillarib.; calycis fructiferi tubulosi glabri dentib. brevib. ovato-lanceolatis. ♄ — Rami divaricati tomentoso-pubescentes. Folia caulina 6-9 lineas longa, floralia subrotunda 2-3-linearia, suprema paullo majora, axillis plerumque sterilibus. Bracteae subnullae. Calyx fructifer 3 lineas longus, 10-nervius, et transversim reticulatus. Corolla calycem breviter superans. — Habitat in Brasilia in campis deserti inter Minas Novas et Rio de San Francisco provinciae Minas Geraes.

180. H. VESICULOSA Bth. l. c. — Caule elato ramoso tenuissime ferrugineo-tomentoso; foll. breviter petiolatis oblongo-ellipticis acutis, basi cuneatis crenulatis rugosis, subtus cano-tomentosis; verticillastris paucifloris subsecundis distinctis racemosis; racemis paniculatis; bracteis minutis; calycib. campanulatis, fructife-

*) *Cf. pag.* 521. *hujus operis.*

ris vesiculoso-inflatis membranaceis venosis, ore contracto, dentib. brevib. setaceis. ♃? v. ♁? — Species distinctissima. Folia *Buddleiae salviaefoliae*, 4–6 poll. longa, 1–1½ lata, floralia parva, suprema verticillastro subbreviora. Calyces florigeri parvi rugosi tomentosi, fructiferi *Pisi* magnitudine globosi reticulato-venosi. — Habitat in Americae meridionalis provincia Guayaquil.

181. H. CALIDA Mart. mss. ex Bth. l. c. — Fruticosa: ramis pubescentib.; foll. breviter petiolatis rotundatis obtusissimis subcrenatis rugosis, subtus canescentib., florslib. minutis; cymis sessilib. laxis in racemo denso subramoso approximatis; calycib. pedicellatis tubulosis, ore aequali truncato, dentib. subulatis strictis tubo brevioribus. ♁ — Rami divaricati. Folia vix semipollicaria, subtus venae valde prominentes margine saepius revolutae, in parte caulis superiore remota. Racemus 3–5-pollicaris, basi ramosus, floribus numerosis parvis. Verticillastri 10–15-flori, pedunculo communi ramisque cymarum brevissimis, pedicellis calyce longioribus. Bracteae brevissimae. Calyces fructiferi vix aucti sesquilineam longi. Corolla vix calyce longior. Species inter *Minthidium* et *Pectinariam* media. — Habitat in Brasilia in Serra de San Antonio in deserto Serro Frio provinciae Minas Geraës.

Sectio XVI. BUDDLEIOIDES Bth. l. c. 132.

Cymae pedunculatae subcapitatae multiflorae numerosae paniculatae. Bracteae minutae. Calyces subsessiles tubulosi campanulati, dentibus abbreviatis, fauce intus nuda. Corollae tubus exsertus extus tomentosus. — Frutices elati, facie Buddleiarum.

182. H. MEMBRANACEA Benth. l. c. 132. — Fruticosa rufo-tomentosa: foll. petiolatis oblongo-ellipticis, basi rotundato-cuneatis, supra asperrimis, subtus rufo-tomentosis; fasciculis florum pedunculatis laxis numerosis multifloris late paniculatis; bracteis minutis; calycib. breviter pedicellatis urceolatis rufo-tomentosis, dentib. aequalib. brevissimis obtusis. ♁ — Frutex 7–8-pedalis. Rami obtuse tetragoni sulcati, tomento rufo furfuraceo vestiti. Folia 4–5-pollicaria, breviter acuminata, margine tenuiter crenato-serrata; floralia infima conformia, superiora parva cuneiformia, suprema minuta uti bracteae lineari-setacea. Panicula laxe ramosa. Pedunculi 3–6-lineares, 10–15-flori. Pedicelli calyce breviores. Calyx floriger ovato-tubulosus, 2 lin. longus, dentibus brevissimis obtusis, fructifer conformis, vix elongatus. Corolla 4 lin. longa. Tubus exsertus aequalis subincurvus, extus pubescens. Limbi lobi 2 supremi ovati patentes, 2 laterales breves erecti, infimus dejectus acuminatus saccatus. Achaenia compressa, ala membranacea latissima cincta. — Habitat in Brasilia ad Chapeo d'Uvas et Barbacena provinciae Minas Geraës, in sylvis caeduis prope San Bartholomeo inter Minas Novas.

183. H. TAFALLAE Bth. l. c. — Fruticosa tomentosa: foll. petiolatis oblongo-lanceolatis, basi cordatis, supra rugosis lucidis glabris, subtus cano-tomentosis; fasciculis florum pedunculatis laxis multifloris paniculatis; bracteis minutis setaceis; calycib. breviter pedicellatis elongatis tubuloso-campanulatis aequaliter 5-dentatis tomentosis; corollis calyce subduplo longioribus. ♁ — Frutex facie *Buddleiae*. Folia 4 poll. et ultra longa. Pedunculi 3–4-pollicares, 4-fidi, ramis 2–3-chotomis. Flores ad apices ramorum paniculato-glomerati numerosi, breviter pedicellati. Calyces basi longe attenuati, 2–5 lin. longi, albo-tomentosi, apice purpurascentes, dentibus brevibus lanceolatis. Corolla extus tomentosa, tubo tenui exserto, lobis superioribus ovatis obtusis, infimo oblongo acuto cymbiformi. Stamina corollam aequantia. Stylus exsertus breviter bilobus, stigmatibus planis obtusis aequalibus. Achaenia oblonga obtusa plana aptera. — Habitat in Peruvia.

Sectio XVII. UMBELLARIA Bth. l. c. 133.

Cymae pedunculatae umbellaeformes pluriflorae. Bracteae minutae setaceae. Calyces pedicellati tubulosi, dentibus lanceolatis setaceisve, fauce intus nuda. Corollae tubus inclusus v. exsertus.

184. H. RHABDOCALYX Mart. mss. ex Bth. l. c. 133. — Fruticosa: ramis tomentoso-pubescentib.; foll. breviter petiolatis subrotundis argute serratis, basi cordatis

rugosis, utrinq. molliter pubescentib., floralib. conformib.; cymis axillarib. umbellaeformib. rigidis pauciflоris; calycib. pedicellatis tubulosis rigidis aequalib. pubescentib., dentib. subulatis strictis tubum aequantib.; corolla dentes calycinos aequante. ♁ — Species foliorum forma, inflorescentia et calyce distinctissima. Folia 6–9–linearia crassiuscula, subtus venosa, utrinque pube brevi molli vestita. Cymae vix folio longiores, pedunculo communi 3–4–lineari. Bracteae minutae. Pedicelli 2–3–lineares. Calyx 10–nervis rigidus, extus molliter pubescens, intus glaberrimus. Staminum filamenta glabra. Achaenia ovoidea laevia. — Habitat in Brasilia in graminosis ad Rio Janeiro et in montibus ad Tijuca.

183. H. TOMENTOSA Poit. Ann. mus. Par. VII. 469. — Bth. l. c. — Suffruticosa: ramis floccoso–tomentosis; foll. breviter petiolatis ovato–oblongis obtusis crenatis, basi rotundatis rugosis, utrinq. tomentosis; cymis axillarib. umbellaeformib. pedunculatis multifloris; bracteis minutis setaceis; calycib. pedicellatis tubuloso–campanulatis elongatis albo–lanatis, dentib. aequalib. acuminatis. ♃ — Rami 1½–2–pedales ramosi, tomento albido v. flavescente floccoso demum deciduo vestiti. Folia 1–1½ poll. longa, subtus venosa et densius tomentosa. Pedunculi semipollicares, 6–10–flori, pedicelli 2–3 lin. longi, dense albo–lanati. Calyces 4 lin. longi, lana alba praesertim basi vestiti, dentes lanceolato–acuminati. Corolla exserta, extus pubescens. — Habitat in Mexico prope Actopan regionis calidissimae juxta Acapulco.

Sectio XVIII. SIAGONARRHEN Mart. mss. ex Bth. l. c. 132.

Cymae regulariter dichotomae multiflorae racemosae v. rarius difformes, in paniculam elongatam coarctatam dispositae. Bracteae setaceae. Calyx subsessilis tubuloso–campanulatus incurvus, ore obliquo, dentibus lanceolatis acutis v. rarius obtusis, fauce intus nuda. Corolla coerulea, tubo plerumque breviter exserto. Filamenta villosissima. Frutices v. rarius herbae elatae, plerumque magis minusve albo–tomentosi, habitu Anisomelis.

186. H. LEUCOPHYLLA Pohl, Ic. ined. ex Bth. l. c. 134. † — Ramis basi glabris, superne subfloccoso–tomentosis; foll. breviter petiolatis ovato–oblongis obtusis crenulatis, basi rotundatis, supra nitidis scabriusculis, subtus albo–tomentosis; cymis pedunculatis dichotomis densis multifloris; bracteis setaceis, calyce triplo breviorib.; calycib. subsessilib. tubuloso–campanulatis elongatis incurvis albo–lanatis, dentib. lanceolatis acutis. ♁ — Rami obtuse tetragoni, tomento brevissimo subfarinoso canescentes, demum denudati. Folia 1–2–pollicaria subcoriacea, subtus reticulata, tomento brevissimo candido vestita, floralia inferiora conformia sed parva, suprema minuta. Verticillastri nunc omnes remoti racemosi, ex cymis regulariter dichotomis formati, rarius ad apices ramorum paniculam densam formantes, cymarum ramis irregulariter elongatis. Calyx *H. scabrae*, sed minor, fructifer parum auctus, transverse reticulatus, intus glaber, ore obliquo. Corolla rubra, extus villosa, tubus breviter exsertus. Filamenta breviter pilosa. Achaenia compressa, margine subulata. — Habitat in Brasilia a Rio Jequitinhonha usque ad Barreros, in summo monte Itambe et in campis ad Tepico in Serro Frio provinciae Minas Geraës.

187. H. LAURIFOLIA St. Hil. mss. ex Bth. l. c. — Fruticosa: ramis erectis tomentellis; foll. petiolatis oblongo–lanceolatis acutis crenulatis, basi cuneatis, utrinq. viridib. glabris, v. supremis subtus tomentellis; cymis pedunculatis dichotomis densis multifloris; bracteis setaceis parvis; calycib. subsessilib. tubuloso–campanulatis incurvis albo–lanatis, dentib. lanceolatis acutis. ♁ — Habitus *H. leucophyllae*, sed racemus laxior, verticillastri remoti, et flores minores pauciores. Folia longe diversa, plerumque 3–pollicaria. Caulis 3–6–pedalis lignosus debilis, parum ramosus. Corolla pallide coerulea. — Habitat in Brasilia in arenosis prope Penha inter Minas Novas.

188. H. SCABRA Bth. l. c. — Fruticosa: ramis tomentosis; foll. breviter petiolatis ovatis ellipticisve, basi rotundato–cordatis rugosis, supra scaberrimis, subtus v.

floralib. utrinq. albo-tomentosis; cymis pedunculatis numerosis multifloris racemoso-paniculatis; bracteis minutis setaceis; calycib. breviter pedicellatis tubuloso-campanulatis elongatis albo-tomentosis, dentib. aequalib. lanceolatis acutis. ♁ — Frutex humanae altitudinis, basi crassitie 1-2 poll. cortice pallido rimoso, ramis erecto-patentibus obtuse tetragonis subteretibus breviter floccoso-tomentosis, demum glabratis. Folia caulina infima subrotunda, superiora elliptica 3-4-pollicaria basi vix cordata, sinubus clausis, suprema minora, basi rotundata, floralia inferiora parva subrotunda, caeterum caulinis subconformia, suprema minuta bracteaeformia. Panicula parum ramosa elongata densiflora albo-tomentosa. Pedunculi calyce breviores, 6-12-flori. Bracteae minutae. Calyces 4 lin. longi, forma *Anisomelis ovati*, basi attenuati, parum incurvi, fauce intus nuda, ore obliquo, dentibus longitudine latitudinem tubi aequantibus. Corollae extus pubescentes, pallide lilacino-coeruleae, laciniis superioribus basi albis lilacino-striatis. Tubus calyce vix longior incurvus. Limbi lobi superiores subpatentes, laterales erecti, infimus acuminatus, basi utrinque dente notatus, callo transverso albido. Filamenta basi pilosa. Stylus brevissime bifidus. Achaenia compressa, ala membranacea vix latitudinem dimidiam aequante cincta. Habitus *Gomphostemmatis*. — Habitat in Brasilia in descensu Serra de Santo Antonio inter Tabuhiros Cobertos in Serro Frio provinciae Minas Geraës, ad margines sylvarum ad Alto dos Bois inter Minas Novas in provincia Rio Janeiro?

189. H. CANA Pohl, Ic. ined. ex Bth. l. c. 135. — Ramis subfloccoso-tomentosis divaricatis; foll. breviter petiolatis ovali-rotundatis obtusissimis emarginatisve mucronulatis vix crenulatis, basi rotundatis, supra tomentoso-scabris, subtus et superiorib. utrinq. cano-tomentosis; cymis pedunculatis dichotomis laxis pauci-floris; bracteis setaceis minutis; calycib. pedicellatis tubuloso-campanulatis incurvis albo-lanatis, dentib. lanceolatis acutis. ♁ — Folia inferiora 4-pollicaria et ultra. Corolla profunde lobata, calyce duplo longior, extus pubescens, tubo calycem aequante. A *H. scabra* differt foliis caulinis rotundioribus, apice emarginatis, panicula laxiore, corollis majoribus etc. — Habitat in Brasilia ad Rio Abaite provinciae Minas Geraës.

190. H. SORDIDA Pohl, Ic. ined. ex Bth. l. c. — Ramis subfloccoso-tomentosis, foll. breviter petiolatis ovali-rotundatis obtusissimis mucronatis, vix crenatis, basi rotundatis cordatisve, utrinq. tomentosis, subtus albescentib.; cymis pedunculatis dichotomis densis multifloris; bracteis setaceis; calycib. subsessilib. tubuloso-campanulatis elongatis incurvis albo-lanatis, ore obliquo, dentib. lanceolatis acutis. ♁ — Affinis *H. canae*, sed flores densiores, calyces longiores. — Habitat in Brasilia ad Barbacena, Oliveira et Villa Rica provinciae Minas Geraës.

191. H. ALTISSIMA St. Hil. mss. ex Bth. l. c. — Fruticosa elata: ramis subfloccoso-tomentosis; foll. petiolatis oblongis obtusiusculis tenuissime crenulatis, basi rotundatis rugosis, utrinq. cano-tomentosis; racemo amplo: cymis pedunculatis dichotomis laxiusculis multifloris; bracteis setaceis; calycib. subsessilib. tubuloso-campanulatis incurvis viscoso-pubescentib., ore obliquo, dentib. lanceolatis acutis. ♁ — Arbuscula circiter 15-pedalis, tortuoso-ramosissima. Folia 1-1½-pollicaria crassiuscula. Racemus fere pedalis, simplex v. basi ramis 2 oppositis instructus. Calyces nigrescentes, 2-3 lin. longi, dentibus 3 superioribus majoribus subpatentibus. Corolla purpureo-coerulea incurva, tubo breviter exserto. Filamenta villosa. Achaenia valde compressa. — Habitat in Brasilia in campis prope pagum Meiaponte et alibi in parte meridionali provinciae Goyaz.

192. H. LATIFOLIA Mart. mss. ex Bth. l. c. — Fruticosa: ramis molliter velutino-pubescentib.; foll. petiolatis late ovatis obtusis crenatis, basi rotundatis subcomplicatis crassissimis rigidis, supra velutino-, subtus albo-tomentosis; panicula coarctata densiflora subsecunda; florib. irregulariter cymosis, secus ramos solitariis sessilib.; bracteis lanceolatis deciduis; calycis campanulati albo-villosi vix

incurvi dentib. brevib. obtusiusculis. ♁ *) — Rami crassi duri, obtuse tetragoni, pilis brevibus adpressis v. subpatentibus, in parte superiore caulis albescentibus dense vestiti. Petioli semipollicares. Folia 3–4 poll. longa, 2–3 lata, superiora angustiora. Panicula 6–10-pollicaris, nunc thyrsoidea, nunc ramis inferioribus divaricatis elongatis. Verticillastri interdum fere normaliter cymaeformes, pedunculo communi utrinque brevi, ramis elongatis subbifidis v. irregulariter ramosis. Flores secus ramos alterni. Bracteae uti folia floralia submembranaceae, calycem fere aequantes. Calyx floriger dense albo-tomentosus subincurvus, vix 2 lin. longus, fructifer parum auctus campanulatus aequalis pubescens, intus glaber. Corollae extus pubescentes, calyce plus duplo longiores, tubo calycem aequante, limbo profunde lobato. Filamenta villosa. Achaenia compressa, margine subalata. — Habitat in Brasilia in deserto ad Serra de Santo Antonio in Serro Frio provinciae Minas Geraës.

193. H.? SALVIAEFOLIA Pohl, Ic. ined. ex Bth. l. c. 136. — Fruticosa: ramis molliter adpresse pubescentib.; foll. petiolatis oblongo-ellipticis obtusis crenatis, basi rotundatis rugosis, molliter utrinq. villosis, subtus albescentib.; panicula coarctata racemiformi secunda, axi pubescente; florib. solitariis approximatis subsessilib.; calycib. tubulosis incurvis albo-villosis, ore obliquo, dentib. abbreviatis obtusissimis truncatis. ♁ — Caules elati. Folia 3-pollicaria. Panicula sesquipedalis angusta, rami inferiores irregulariter elongati, complures fasciculati, superiores irregulariter cymaeformes, supremi in verticillastrum contracti. Calyx dente supremo caeteris majore, sed non bilabiatus ut in *Eriope*. Corolla fere *Eriopes*, extus pubescens, calyce fere duplo longior, tubo breviter exserto. Filamenta basi dense lanata. Achaenia ovoidea laevia, necc ompressa. — Species inter *Hypeniam*, *Stagonarrhen*, et *Eriopen* quasi intermedia. — Habitat in Brasilia ad Calumbis in provincia Minas Geraës.

Sectio XIX. HYPENIA Mart. mss. ex Bth. l. c. 136.

Flores subsolitarii subsessiles v. saepius pedicellati, dispositi secus ramos paniculae nunc laxissimae divaricatae, nunc coarctatae racemiformis, ramis cymaeformibus v. spicaeformibus. Bracteae sub calyce binae minutae, rarius setaceae laxae, calycem subaequantes. Calyx tubuloso-campanulatus aequalis v. rarius incurvus, fructifer auctus, dentibus lanceolatis acutis v. rarius obtusis. Corollae tubus inclusus v. longe exsertus, plerumque coccineus. Filamenta villosissima. — Herbae suffruticesve basi plerumque tomentosae pilosae: foliis subcoriaceis, superne paniculatae subnudae glaberrimae glaucae.

194. H. DENSIFLORA Pohl, Ic. ined. ex Bth. l. c. 137. — Caule elato, basi vix piloso; foll. petiolatis ovato-lanceolatis acutiusculis crenatis, basi rotundatis crassis, supra scabriusculis, subtus reticulato-rugosis tomentoso-pubescentib.; panicula racemiformi coarctata glaberrima glauca, ramis spicaeformib.; florib. subsessilib. dense approximatis; calycis tubulosi incurvi dentib. lanceolatis acutis; corollae tubo incluso. ♃ — Folia 1–2-pollicaria. Calyces membranacei subglabri. Corollae glabrae. — Habitat in Brasilia ad Caretao, Engenho Santo Antonio et Trahiras provinciae Goyaz.

195. H. BRACHYSTACHYS Pohl, Ic. ined. ex Bth. l. c. † — Caule basi piloso-hispido; foll. parvis subsessilib. ovatis obtusis crenatis, basi cordatis rugosis tomentellis villosisve, floralib. bracteisq. minutis ovatis setaceisve acutis; panicula coarctata glaberrima glauca, ramis spicaeformib.; florib. subsessilib. approximatis; calycis pubescentis tubulosi incurvi reticulati dentib. brevib. obtusis; corollae tubo vix exserto. ♃ — Caulis erectus, 3-pedalis, parum ramosus, teres, superne

*) *Huic affinis occurrit in herb. Martiano ex interiore provinciae Minas Geraës species nova: panicula elongata; corollis parvis et calycibus acutissime dentatis distinctissima, sed folia in speciminibus suppetentibus desunt et ideo describi non potest.*

in parte glauca hinc inde in vesiculas ovoideas cavas inflatus. Folia semipollicaria, similia foliis *H. crenatae*, sed breviora. Paniculae rami primarii valde elongati, apice spicas breves laxiusculas irregulares ferentes, flores fere in verticillastros 6–10-floros approximati. Pedicelli calyce breviores glaberrimi. Calyx florifer molliter pubescens, 2–2½-linearis, fructifer fere duplo longior glabriusculus rigidus membranaceus, intus fere glaber, dentibus latitudine tubi brevioribus. Corolla pallida violacea, extus pubescens, lobis brevibus. Filamenta villosa. Styli lobi breves obtusi. Achaenia ovoideo-triquetra laevia, apice truncata, angulis acutis. — Habitat in Brasilia in via a Rio Crixas ad Rio Maranhao provinciae Goyaz ad Tejora prope urbem Paracatù provinciae Minas Geraës.

196. H. MELOCHIOIDES St. Hil. mss. ex Bth. l. c. — Caule basi piloso; foll. petiolatis ovato-oblongis lanceolativve acutiusculis serrato-crenatis, basi rotundato-crenatis crassis rugosis, supra pubescentib., subtus cano-tomentosis, floralib. bracteisq. parvis lanceolato-subulatis; panicula coarctata racemiformi glaberrima glauca; florib. subsessilib. approximatis; calycis pubescentis tubuloso-campanulati dentib. lanceolato-subulatis acutis; corollae tubo vix exserto. ♃ — Caules erecti pluripedales. Habitus *H. brachystachydis*, at panicula simplicior et vesiculae minores. Folia fere *H. Salzmanni*, sed crassiora. Rami paniculae brevissimi, superiores in verticillastros condensati. Calyces, dentes et bracteae longe acuminati. — Habitat in Brasilia.

197. H. BLANCHETI Bth. l. c. 712. † — Caule basi piloso (?); foll. petiolatis oblongo-ellipticis obtusis crenatis coriaceis, utrinq. glabris; panicula laxa ramosa glaberrima glauca; florib. versus apices ramorum approximatis; bracteis minutis subulatis; calycib. tubuloso-campanulatis incurvis, ore obliquo, dentib. latis acuminatis, fructiferis valde auctis; corollae tubo vix exserto. ♃ — Habitus *H. pruinosae* sed foliis differt. Folia tripollicaria et ultra, petiolo fere pollicari. Ramus inter folia glaucescit. Panicula minus ramosa et flores numerosiores, minus approximati quam in *H. pruinosa*. Calyx florifer pubescens, fructifer glaberrimus parum reticulatus. — Crescit in Brasilia prope Babiam.

198. H. PRUINOSA Pohl, Ic. ined. ex Bth. l. c. 137. — Caule elato; ramis basi piloso-bispidissimis et rubiginoso-tomentosis; foll. sessilib. rotundatis obtusis crenatis, basi cordatis crassis, supra scabris, subtus lacunoso-rugosissimis; panicula ramosissima glaberrima glauca; florib. pedicellatis, versus apices ramorum approximatis; bracteis minutis subulatis; calycib. tubulosis incurvis, ore obliquo, dentib. lanceolatis acuminatis, fructiferis auctis venosis transverse rugosis; corollae tubo vix exserto. ♃ — Achaenia ovoideo-compressa laevia aptera. Corolla extus pubescens. — Habitat in Brasilia, in Serra San Feliz provinciae Goyaz.

199. H. SIMPLEX St. Hil. mss. ex Bth. l. c. 138. — Caule elato, basi tomentoso-villoso; foll. subsessilib. ovatis obtusis crenatis, basi rotundatis subcordatisve crassis rugosis, utrinq. tomentosis v. supra villosis; panicula laxa ramosissima glabra subglauca; pedunculis filiformib. unifloris; bracteis minutis setaceis; calycib. campanulatis subrectis, dentib. abbreviatis acutis; corollae tubo subincluso. ♁? — Folia pollicaria *H. melochioidis*, sed fere sessilia. Affinis *H. Salzmanni*, sed caulis erectior simplicior, tomentosus nec pilosus, panicula ramosior, rami breviores et tota minus glauca. — Habitat in Brasilia inter saxa in Serra Dourada in parte meridionali provinciae Goyaz.

200. H. SALZMANNI Bth. l. c. † — Hook. Icon. plantar. t. 463. — Fruticosa: ramis (foliatis) patentim pilosis; foll. petiolatis ovatis obtusis eroso-crenatis rugosis pubescentib., subtus pallidis; panicula laxissima subnuda glaberrima glauca; ramis elongatis; pedunculis filiformib. 1–3-floris; calycib. campanulatis venosis, dentib. aequalib. acutis; corollae tubo vix exserto. ♁ — Frutex ramosissimus tripedalis (exclusis paniculis, quae 1–2-pedales), basi prostratus v. erectus, rami divaricati. Rami sub panicula follosi, pilis longis patentibus villosi. Panicula in ramos elongatos tenues subramosos divisa, basi hinc inde saepe ventricoso-tumida. Folia floralia ad basin pedunculorum linearia glaberrima 1–3 lin. longa.

Pedunculi remoti subsecundi, inferiores subtriflori. Bracteae sub pedicellis breves minutae setaceae. Calyx floriger lineam longus, fructifer 2-linearis inflatus membranaceus 10-nervius glaberrimus. Corolla pallide coerulea, calyce duplo longior glabra. Tubus breviter exsertus. Limbi lobi 4 superiores subpatentes oblongi tubo aequales, 2 supremi striis purpureis notati, infimus saccatus. Achaenia ovato-compressa obtusissima laevia. — *β. tomentosa:* foliis utrinque tomentosis, subtus albis. — Habitat in Brasilia tropica, in saxosis montosis et campis altis ad villa do Rio das Contas et Caitete et ad flumen San Francisco provinciae Bahiensis, in pascuis prope Bom Jardin provinciae Minas Geraës.

201. H. CALOPHYLLA St. Hil. mss. ex Bth. l. c. — Elata: ramis superne paniculatis glaberrimis vix glaucis; foll. petiolatis amplis ovatis acuminatis sinuato-lobatis crenatis, basi profunde cordatis, supra scabris, subtus dense albo-lanatis; panicula laxissima, ramis filiformib.; pedunculis brevissimis unifloris; bracteis minutis setaceis; calycib. fructiferis valde auctis glabris membranaceis subglaucis, oblique campanulatis, ore brevissime 5-dentato; corollae tubo vix exserto. ♄ — Caulis 5-pedalis, vesiculis amplis hinc inde inflatus, omnino glaberrimus, sed pars inferior deest. Folia 4-6-pollicaria, supra viridia, tuberculis elevatis scabra. Corollae pro specie hujus sectionis minimae, at calyces fructiferi 3-6 lin. longi. — Habitat in Brasilia, in monte Morro d'Andaia dicto inter Minas Novas.

202. H. VITIFOLIA Pohl, Ic. ined. ex Bth. l. c. — Ramis basi piloso-hispidis, superne paniculatis glaberrimis glaucis; foll. petiolatis late ovatis acuminatis irregulariter crenatis et sinuato-lobatis, basi profunde cordatis, supra scabris, subtus albo-canescentib.; panicula laxe divaricata; pedunculis filiformib. unifloris; calycib. glabris membranaceis, fructiferis valde auctis oblique campanulatis, ore brevissime 5-dentato; corollae tubo longe exserto. ♄ — Caulis elatus, basi fruticosus. Folia floralia uti bracteae minuta subulata. Corolla coccinea. Achaenia ovoidea. — Habitat in Brasilia ad Santa Cruz provinciae Goyaz.

203. H. CRISPATA Pohl, Ic. ined. ex Bth. l. c. 139. — Caule elato, basi vix piloso; foll. petiolatis oblongis, margine undulato-crenatis, basi rotundatis crassissimis rigidis, supra hirsutis, subtus molliter villosissimis, superiorib. lanceolato-linearib., floralib. bracteisq. parvis lanceolatis; panicula coarctata glaberrima glauca; florib. secus ramos breves pedunculatis solitariis oppositis; calycib. tubuloso-campanulatis molliter villosis, dentib. late lanceolatis. ♄ — *H. calycinae* affinis sed characteribus datis distinctissima. Corollae villosae, calyce duplo longiores. — Habitat in Brasilia in Serra Dourada provinciae Goyaz.

204. H. COCCINEA Mart. mss. ex Bth. l. c. — Caule elato, basi pubescente et pilis raris ciliato; foll. petiolatis ovato-lanceolatis oblongisve irregulariter dentatis, basi rotundatis subcordatisve crassis, supra villosis, subtus tomentoso-pubescentib.; panicula laxissima subnuda glaberrima glauca; ramis pedunculisq. subunifloris elongatis; bracteis subulatis; calycib. fructiferis elongatis subinflatis, dentib. lanceolatis acutis. ♄ — Caulis e basi perenni erectus, humanae altitudinis. Folia 2-3-pollicaria, subtus canescenti-tomentosa, infima breviora. Pedunculi inferiores saepe ramosi triflori. Calyx florifer *H. calycinae*, at post anthesin valde elongatur. Corolla coccinea fere *H. laxiflorae*, sed paullo brevior. — Habitat in Brasilia, in campis subalpinis petrosis in adscensu montis Sincora provinciae Bahiensis, in campis petraeis prope Retira de Tras os Montes, in parte occidentali provinciae Minas Geraës et in sylvis caeduis arenosis prope pagum Penha inter Minas Novas.

205. H. PANICULATA Bth. l. c. — Ramis basi villosis; foll. breviter petiolatis ovatis obtusis crenatis, basi rotundatis crassis rugosis, utrinq. dense tomentoso-villosis; panicula laxissima subnuda glaberrima glauca, ramis elongatis; pedunculis filiformib. unifloris, calyce pubescente subbrevioribus. ♄ — Frutex basi ramosus foliosus ferrugineo-tomentosus et patentim villosus, superne ample paniculatus glaberrimus glaucus, sed rarius inflato-tumidus. Calyx fructifer 5 lineas longus campanulatus membranaceus venosus, extus glaber, intus albo-villosus, dentibus

lanceolatis aequalibus acutissimis. Corolla coccinea, extus pubescens. Tubus calyce duplo longior. Limbi lobi multo breviores. Stylus longe exsertus. Achaenia compressa ovato-rotundata aptera. — Habitat in Brasilia meridionali.

206. H. LAXIFLORA Mart. mss. ex Bth. l. c. — Ramis basi villosis; foll. petiolatis rotundatis obtusis crenatis, basi rotundatis crassis rugosis, utrinq. tomentoso-pubescentib., subtus reticulatis albescentib.; panicula laxissima subnuda glaberrima glauca; bracteis parvis ovatis, ramis elongatis; pedunculis filiformib. uniforis, calyce pubescente plus duplo longiorib.; corollae tubo calyce duplo longiore. ♁? — Habitus *H. paniculatae*, sed folia multo minora (6–9 lineas longa), longius petiolata et minus villosa. Panicula ramosior, pedunculis duplo longioribus. Folia floralia minuta, sed latiora quam in *H. paniculata*. Bracteae ovatae minutae. Calyx viscoso-pubescens parum incurvus, fructifer fere glaber, intus laxe lanatus, dentibus ovatis acutiusculis. Corolla speciosa coccinea, extus pubescens, ultra pollicem longa, tubo longe exserto, supra subventricoso, fauce subcontracta, limbi lobis superioribus late oblongis obtusis. — Habitat in Brasilia, in campis montosis ad Villa Rica et alibi provinciae Minas Geraës.

207. H. CALYCINA Pohl, Ic. ined. ex Bth. l. c. 140. — Caule elato, basi vix piloso; foll. petiolatis oblongo-ellipticis obtusis crenatis, basi rotundatis crassissimis, utrinq. tomentoso-villosis, superiorib. angustiorib.; panicula laxissima subnuda glaberrima glauca; ramis pedunculisq. unifloris elongatis; bracteis cordato-amplexicaulib.; calycib. fructiferis elongato-campanulatis glabris, dentib. lanceolatis acutis. ♁? — Calyx fructifer 7–8 lin. longus. Corolla ultra pollicaris glabra coccinea. Achaenia late compressa. Species pulcherrima, bracteis et foliis floralibus distinctissima. — Habitat in Brasilia ad Serra do Chrystais et Trahiras provinciae Goyaz.

208. H. MACRANTHA St. Hil. mss. ex Bth. l. c. — Caule elato, basi patentim piloso; foll. petiolatis, inferiorib. ovalib., superiorib. oblongo-ellipticis lanceolatisve serrato-crenatis, basi cuneatis coriaceis, utrinq. viridib. subscabris glabris v. patentim pilosis; panicula laxa subnuda glaberrima subglauca, ramis elongatis; pedunculis calyce paullo longioribus.; bracteis parvis ovato-lanceolatis; calycib. fructiferis elongatis, dentib. lanceolatis acutis; corollis calyce subquadruplo longioribus. ♁ — Inter *H. calycinam* et *longiflorum* media. A priori differt foliis glabris v. saltem pilosis, pedunculis brevioribus et bracteis minoribus angustioribus, ab *H. longiflora* foliis longioribus, bracteis ovato-lanceolatis etc. Caulis 2–4-pedalis simplex v. parum ramosus, hinc inde inflatus. Calyces et corollae nunc glabri nunc villosi. Corolla fere sesquipollicaris. — Habitat in Brasilia, in terris auriferis prope pagum Paracatu provinciae Minas Geraës vulgatissima.

209. H. LONGIFLORA Pohl, Ic. ined. ex Bth. l. c. — Ramis basi pilosis; foll. petiolatis ovato-oblongis v. rotundatis obtusis crenatis, basi rotundatis crassis, supra scabris, subtus reticulato-rugosis rufo-pubescentib.; panicula laxissima subnuda glaberrima glauca, ramis elongatis; pedunculis filiformib. elongatis uniforis; bracteis parvis subulatis; calycib. campanulatis, fructiferis auctis membranaceis reticulatis, dentib. lanceolatis acutis. ♁ — Calyx intus villosissimus, extus pubescens, demum glabratus. Corolla extus villosa, tubo calyce triplo longiore. Achaenia ovoideo-compressa. — Habitat in Brasilia, in campis a Barbacena usque ad Paracatu provinciae Goyaz.

210. H. RETICULATA Mart. mss. ex Bth. l. c. 141. † — Caulib. basi pubescentib. subpilosis; foll. petiolatis ovatis oblongis lanceolatisve duplicato-serratis, basi cuneatis rotundatisve coriaceis, supra glabris subscabris, subtus reticulato-venosissimis, ad venas tomentoso-pubescentib.; panicula laxissima subnuda glaberrima glauca, ramis pedunculisq. unifloris elongatis; bracteis subulatis; calycib. fructiferis campanulatis, dentib. lanceolatis acutiusculis. ♃ — Caulis 1–2½-pedalis erectus, inferne subtetragonus, superne teres, raro inflatus. Folia forma valde variant, nunc late ovata, vix sesquipollicaria et basi rotundata, nunc

oblongo-lanceolata, basi cuneata 2-4-pollicaria. Pedunculi omnes uniflori filiformes, calyce 2-4-plo longiores. Calyx fructifer 4-5 lin. longus, intus dense villosus. Corolla *H. coccineae* v. parum brevior. Stylus exsertus, apice brevissime bifidus, stigmatibus crassiusculis. Achaenia ovoideo-compressa. — Habitat in Brasilia, in campis inter Rio do Rite et Rio Verde in Via ad San Joao del Rey provinciae Minas Geraës, in campis herbidis circa eandem urbem et prope Carandai ejusdem provinciae.

211. H. GLAUCA St. Hil. mss. ex Bth. l. c. — Caule elato, basi vix piloso; foll. petiolatis ovatis, margine undulato-crenatis, basi cuneatis crassis coriaceis, utrinq. viridib., supra scabris subglabris, subtus reticulatis laxissime tomentellis; panicula maxima; florib. secus ramos elongatos strictos breviter pedicellatis; bracteis parvis lanceolatis; calycib. campanulatis subglabris, dentib. late lanceolatis obtusis; corollae tubo longe exserto. ♃ — Media inter *H. crispatam* et *H. reticulatam*. A priori differt glabritie foliorum et calycum et ramis paniculae elongatis, a *H. reticulata* foliis majoribus crassioribus, calycibus brevius pedicellatis intus fere glabris, dentibus obtusis. — Habitat in Brasilia, in pascuis prope habitationem Caxambu in campis Geraës provinciae Sancti Pauli.

† *Species e genere excludendae.*

H. CHAMAEDRYS Willd. — MARSYPIANTHES HYPTOIDES.
H. GLANDULOSA Sieb. — SALVIA OCCIDENTALIS.
H. INFLATA Spr. — MARSYPIANTHES HYPTOIDES.
H. LURIDA Spr. — MARSYPIANTHES HYPTOIDES.
H. PSEUDO-CHAMAEDRYS Poit. — MARSYPIANTHES HYPTOIDES.
H. STACHYOIDES Lnk. — ELSHOLTZIA INCISA.

†† *Species vix notae.*

H. CHAMISSONIS Bth. Linnaea VI. 570.
H. MENTHODORA Schrank in Syll. pl. soc. Ratisb. II. 50.
H. NEPALENSIS Lehm. Sem. hort. Hamb. 1840.
H. OBTUSIFOLIA R. Br. in App. to Salt's Abyss.
H. POHLIANA Jacq.
H. MARATHROSMA Spr.

3584. ERIOPE *Humb. et Bonpl.*

(Humb. et Bonpl. mss. ex Bth. Labiat. gener. et spec. 142. — Meisn. Gener. plant. vascul. I. 283. II. 191.)

1. E. HYPENIOIDES Mart. mss. ex Bth. l. c. 142. † — Fruticosa: caule basi piloso, superne glaberrimo glauco; foll. breviter petiolatis ovatis oblongisve acutis, basi rotundatis cuneatisve coriaceis, subtus albis; panicula ampla ramosa. ♄ — Frutex est sexpedalis. Rami teretes, basi praesertim ad nodos ut in *Hypeniis* pilis longis patentibus sordide albis hirsuti, superne uti panicula glaberrimi, rore glauco induti. Folia 2-3-pollicaria crassa, saepius acute serrulata, nunc vix crenulata, juniora supra tomento brevi molli pallido velutina, demum glabrata sublucida, infra valde reticulata albo-tomentosa. Panicula pedalis et ultra, ramis inferioribus ramosis. Pedunculi tomentosi, vix calyce breviores. Bracteae minutae setaceae. Calyx florifer turbinatus, extus villosus, dentibus omnibus lanceolatis acutissimis, fructifer glabratus, dentibus ut in toto genere bilabiatim auctis. Corolla pallide coeruleo-rosea, striis coeruleis in parte superiore, calyce duplo longior, tubo dilatato exserto, extus pubescens. — Habitat in Brasilia, in altis campis ad Rio da Contas provinciae Bahiensis.

2. E. MONTICOLA Mart. mss. ex Bth. l. c 143. — Suffruticosa: caule basi canotomentoso, superne glabro coerulescente; foll. breviter petiolatis ovato-subrotundis coriaceis, supra glabris lucidis scabriusculis, subtus canescentib., margine ciliatis; panicula ramosa. ♃ — Suffrutex tripedalis. Rami duri teretes v. vix basi tetragoni, superne tomento denudati et nigro-coerulescentes, at vix glauci. Folia vix ultra semipollicem longa patentia, margine leviter dentata, subtus reticulata

et cano-tomentosa. Panicula semipedalis, ramis plerumque simplicibus, juniores et pedunculi et calyces florigeri tomentosi. Corolla pallide coerulea, extus pubescens, tubo dilatato breviter exserto, limbo amplo. — Habitat in Brasilia, in campis subalpestribus ad Sincora provinciae Bahiensis.

3. E. OBTUSATA Bth. l. c. — Suffruticosa: caule tomentoso-pubescente; foll. subsessilib. ovalib. obtusis subcrenatis coriaceis, supra subrugosis, subtus tomentosis, margine ciliatis; racemis ramosis. ♃ — Ab *E. polyphylla*, distincta est foliis obtusis latioribus magis sessilibus et magis tomentosis, racemis brevioribus ramosis et villosioribus. — Habitat in Brasilia, in campis alpestribus provinciae Bahiensis.

4. E. POLYPHYLLA Mart. mss. ex Bth. l. c. — Suffruticosa: caule tomentoso-pubescente; foll. breviter petiolatis ovatis lanceolatisve acutis serratis coriaceis, supra lucidis, subtus subtomentosis, margine ciliatis; racemis elongatis subsimplicibus. ♃ — Suffrutex humilis, basi valde ramosus et dense foliosus. Rami etiam superne tomentosi, nec glauci. Folia vix semipollicaria, saepe complicata, basi rotundata, margine uti petioli pilis longis patentibus ciliata, supra glabra laevia, subtus tenuiter tomentosa. Racemi semipedales, simplices. Flores praecedentium. — Habitat in Brasilia, in campis subalpestribus ad Rio da Contas et Cayes provinciae Bahiensis.

5. E. CRASSIFOLIA Mart. mss. ex Bth. l. c. — Fruticosa: ramis pubescentib.; foll. sessilib. subimbricatis late ovatis acutis serratis crassis coriaceis, utrinq. glabris, margine nudis; racemis simplicibus. ♄ — Fruticulus 1-2-pedalis erectus, habitu *E. polyphyllae* similis, sed folia lata sessilia densissima suberecta decussata et fere imbricata, infra venosissima et minime tomentosa. Corollae ut in praecedentibus dilute violaceae, extus pubescentes, tubo vix exserto dilatato. — Habitat in Brasilia in Serra das Lages et Sincora provinciae Bahiensis.

6. E. PARVIFOLIA Mart. mss. ex Bth. l. c. 144. — Suffruticosa: ramis tomentoso-pubescentib.; foll. subsessilib. ovatis acutis complicatis, utrinq. viridib. molliter tomentosis, margine nudis; racemis numerosis subramosis. ♃ — Suffrutex ramosissimus. Folia vix 3 lin. longa, in speciminibus siccis omnia complicata v. convoluta, uti rami, pedunculi et calyces tomento brevi subvelutino pubescentia. Corolla *E. crassifoliae*. — Habitat in Brasilia, in sylvis Catingas ad Sincora provinciae Bahiensis.

7. E. NUDIFLORA Humb. et Bonpl. mss. ex Bth. l. c. — Suffruticosa: ramis hirsutissimis; foll. breviter petiolatis oblongis acutiusculis calloso-serratis, basi cuneatis glabris coriaceis rugosis, margine subciliatis; racemis simplicibus. ♃ — Suffrutex erectus. Folia sesquipollicaria. Corolla violacea, fauce ampliata, striis purpureis notata. Racemi laxi terminales. Verticillastri interdum quadriflori. Pedicelli filiformes 2 lin. longi glabri. Corolla calyce quadruplo longior violacea, tubo vix exserto, fauce ampliata, striis purpureis notata, lobo infimo apice breviter bidentato. — Habitat in America aequinoctiali ad Maypure in Guiana.

8. E. CRASSIPES Bth. l. c. — Suffruticosa: ramis erectis subsimplicib. pubescentib.; foll. subsessilib. ovatis obtusis crenatis v. lanceolatis acutis serratis glabriusculis; racemis elongatis simplicibus. ♃ — Caules e basi crassa lignosa plures erecti semipedales pedalesve. Folia nunc semipollicaria, plerumque ovata v. superiora tantum lanceolata, nunc (in var. *β.*) omnia lanceolata pollicaria et ultra, in utraque pauca remota subaspera, plerumque glabra v. pilis raris utrinque munita rigidula rarius tomentoso-pubescentia. Racemus 4-8-pollicaris strictus. Corollae lobus inferior basi utrinque dentatus, apice bicornutus. — *β. acutifolia:* — Habitat in Brasilia, in pascuis exaratis prope pagum San Jose in parte meridionali provinciae Goyaz, in provincia Rio de Janeiro.

9. E. TEUCRIOIDES St. Hil. mss. ex Bth. l. c. — Herbacea (?) procumbens: ramis basi patentim pilosis, superne pubescentib.; foll. breviter petiolatis ovatis obtusiusculis subcrenatis glabris subciliatis; racemis elongatis subsimplicibus. ♃ —

Caules herbacei elongati (an complures e basi lignosa?), tomento brevissimo pubescentes et in parte inferiore uti margines foliorum pleramque pilis longis patentibus ciliati. Folia fere *E. nudicaulis*, sed pleramque minora, vix ultra semipollicaria. Internodia folio longiora. Petiolus 1-2 lin. longus. Racemus *E. nudicaulis*. Corolla coerulea. — Habitat in Brasilia, in sylvis caeduis exaratis prope Fazenda do Jose Caetano de Mello et in planitie inter Alto dos Bois et Villa do Fanado inter Minas Novas.

10. E. COMPLICATA Mart. mss. ex Bth. l. c. — Fruticosa: ramis elongatis tomentosis patentimq. subpilosis; foll. petiolatis late ovatis obtusis crenatis, basi rotundatis rugosis, utrinq. villosis, subtus subincanis; racemis simplicib. albo-tomentosis. ♄ — Frutex orgyalis, saepius incanus. Rami elongati subflexuosi, racemi 1-3-pauciflori terminales. Folia distantia semipollicaria, molliter villosa, juniora subtus molliter albo-villosa, saepe complicata. Corolla parva coeruleo-violacea. — Habitat in Brasilia, in alta planitie Chapada do Paranan provinciae Minas Geraës et in sylvis Catingas et campis ad Sincora provinciae Bahiensis.

11. E. FOETIDA St. Hil. mss. ex Bth. l. c. 145. — Fruticosa: ramis divaricatis, basi patentim pilosis, superne tomentoso-pubescentib.; foll. petiolatis ovatis acutiusculis serrato-crenatis glabriusculis coriaceis; racemis paniculato-ramosis. ♄ — Frutex erectus 2-3-pedalis. Folia 1½-3-pollicaria, saepe complicata, juniora ad venas pubescentia, vetustiora glabrata, supra lucida, saepe glutinosa. Panicula elongata laxa, ramis valde divaricatis. Corolla purpurascens. Odor foetidus. — Habitat in Brasilia, in deserto occidentali provinciae Minas Geraës et in pascuis exaratis prope pagum Corumba in regione meridionali provinciae Goyaz.

12. E. ALPESTRIS Mart. mss. ex Bth. l. c. — Fruticosa: ramis petiolisq. patentim pilosissimis; foll. petiolatis ovalib. obtusis crenatis, basi rotundato-cuneatis rugosis, utrinq. villosis, subtus vix canescentib.; racemis paniculato-ramosis. ♄ — Affinis *E. complicatae*, sed superficie hirsutiore, foliis angustioribus et praesertim floribus in paniculam pedalem et ultra nec in racemum simplicem dispositis distincta. Ab *E. macrostachya* differt foliis brevibus obtusis. — *β.? glabrior:* — Habitat in Brasilia, in summo monte Itambe, *β.* in campis editis ad Lages provinciae Bahiensis.

13. E. MACROSTACHYA Mart. mss. ex Bth. l. c. — Hook. Icon. plantar. t. 461. † — Fruticosa: ramis pubescentib. villosisve; foll. petiolatis ovato-lanceolatis acutis denticulatis, basi rotundatis subcordatisve rugosis, utrinq. villosis; panicula ampla ramosa. ♄ — Frutex elatus, villositate valde variabilis. Folia 1½-3-pollicaria et longiora, subtus saepe pallidiora v. subcanescentia. Panicula saepe sesquipedalis et ultra. Flores secundi. Corolla coeruleo-purpurea, extus pubescens, lobo infimo brevissime bicornuto. In var. *β.* caules rufo-tomentosi et pilis patentibus dense hirsuti, folia subtus rufo-villosa et magis rugosa. — *β. villosa:* — Habitat in Brasilia, ad San Joao del Rey Mariana et alibi provinciae Minas Geraës, in arenosis in Serra Negra ad limites provinciae Rio Janeiro et ripas fluminis Itacurambi Pequeño inter Minas Novas.

Subtribus IV. LAVANDULEAE Endl. Gener. plant. p. 611.

Corolla bilabiata, labio superiore bilobo, inferiore trilobo. Stamina corollae tubo inclusa. — Genus mediterraneum.

3595. LAVANDULA *Linn.*

(Linn. Gener. plant. no. 711. — Meisn. Gener. plant. vascul. I. 253. II. 191. — Bth. Labiat. gener. et spec. 146.)

Sectio I. STOECHAS Bth. l. c. 147.

Folia floralia 3-5-flora in spicam densam imbricata, superiora sterilia comosa. Calycis dens supremus dilatato-appendiculatus. — Arbusculae foliis integerrimis v. pinnato-dentatis.

1. L. STOECHAS Linn. Spec. plant. 808. — Bth. l. c. † — Foll. oblongo-linearib. integerrimis, margine revolutis, utrinq. cano-tomentosis; spicis densis comosis;

verticillastris 6–10–floris; calycib. ovatis incanis; tubo corollae breviore. ♁ — Fruticulus 2–3–pedalis ramosissimus erectus, ramis subteretibus, junioribus cano–tomentosis, saepius abbreviatis dense foliosis. Folia sessilia subsemipollicaria, juniora breviora, in axillis subfasciculata, omnia subtus venosa. Spica breviter pedunculata terminalis 1–1½–pollicaris. Folia floralia dense imbricata rhombeo–cordata acuminata opposita v. in var. β. quaternatim verticillata 3–5–flora tomentoso–pubescentia, superiora sterilia comosa dilatata oblongo–cuneiformia colorata. Calyx ovato–tubulosus tomentosus, dentibus brevibus obtusiusculis, 4 inferioribus subaequalibus, supremo in appendicem obcordatum dilatato. Corolla atro–purpurea, tubo breviter exserto. Achaenia ovato–triangularia. — *Stoechas purpurea* Tourn. Instit. 201. t. 95. — *Stoechas officinarum* Mill. Dict. no. 1. — *L. Stoechas* Sibth. et Sm. Flor. Graec. VI. t. 549.

β. *macrostachya* Ging. Hist. Lav. 130. — Spicis crassioribus 8–gonis; coma speciosa; foliis latioribus. — *L. pseudo–stoechas* Rchb. ex Holl. in Bot. Zeitng. 1899. II. 691. — Habitat in Europae mediterraneae et Africae borealis collibus siccis petrosis arenosisque.

2. L. PEDUNCULATA Cav. Praelect. 70. — Bth. l. c. — Foll. lanceolatis integerrimis, margine revolutis, utrinq. cano–tomentosis; spicis densis comosis; verticillastris 6–10–floris; calycib. elongatis pubescentib., tubum corollae aequantibus. ♁ — Differt a *L. Stoechade* imprimis spica crassiore breviore et laxiore atque longe pedunculata, calyce cylindraceo nec ovato, tubum corollae vix aequante nec breviore, et habitu. Odor debilior quam *L. Stoechadis* (De Ging.). An revera species distincta? — *L. Stoechas* β. Linn. Spec. plant. 800. — *Stoechas pedunculata* Mill. Dict. no. 2. — Habitat in Hispania, in Lusitania ad ripas Tagi in ericetis sed rarior, frequentior inter Lamego et Viseu et in insula Madera.

3. L. VIRIDIS Ait. Hort. Kew. II. 288. — Bth. l. c. 148. — Foll. oblongo–linearib. integerrimis, margine revolutis, utrinq. viridib. villosis; spicis laxiusculis subcomosis; verticillastris 6–10–floris; calycib. tubulosis subvillosis, tubum corollae aequantibus. ♁ — A *L. Stoechade* differt praecipue foliis villosis uti spica et coma viridibus, spica laxiore et calyce longius appendiculato. — *Stoechas viridis* Raj. Hist. I. 514. — *Lavandula viridis* L'Hérit. Sert. Angl. 19. t. 21. — Hoffm. et Lnk. Flor. Portug. I. 91. t. 4. — *L. Massoni* Cels. ex Ging. Hist. Lav. 137. — Habitat in Lusitania ad Serra de Monchique et inter Castromaria et Merlota et in insula Madera.

4. L. DENTATA Linn. Spec. plant. 800. — Bth. l. c. † — Foll. oblongo–linearib. lanceolatisve obtuse pinnato–dentatis pubescentib., subtus canis, margine revolutis; spicis laxis subcomosis; calycib. oblongis pubescentib., tubum corollae subaequantibus. ♃ — Suffrutex sesquipedalis, basi ramosus, ramis adscendentibus tetragonis tomentoso–pubescentibus, basi foliosis, extremitate pedunculo elongato nudo terminatis. Folia 1–1½–pollicaria, margine regulariter crenata v. obtuse pinnatifida, basi angustata, supra viridia glabriuscula, subtus cano–pubescentia. Spica 1–2–pollicaris, basi interrupta. Verticillastri 6–10–flori. Folia floralia rhomboidea acuminata, basi cuneata membranacea villoso–tomentosa, suprema sterilia colorata subcomosa. Calyces breviter pedicellati oblongo–cylindracei, fructiferi parum elongati, basi subinflati, dentibus 4 inferioribus aequalibus abbreviatis acutis, supremo in appendicem latissimum membranaceum obcordatum dilatato. Corolla *L. Stoechadis*. Achaenia ovoideo–triquetra pallida laevia. — *L. heterophylla* (Poir. Dict. Suppl. II. 308.) varietates duas hortenses verosimiliter hybridas includit, quarum altera forte ex *L. dentata* et *L. vera*, altera ex *L. dentata* et *L. Spica* orta est. — (cf. Ging. Hist. Lav. 142.) — *Stoechas dentata* Mill. Dict. no. 3. — *L. dentata* Curtis, Bot. Magaz. t. 400. — Habitat in Europae et Africae regionis mediterraneae occidentalis aridis, in Hispania a regno Valentino ad Andalusiam et in insulis Balearicis, in regno Napolitano ad Gargano, in Sicilia, in insula Zacyntho Archipelagi Graeci, at vix spontanea, in regno Algeriensi et in insula Madera.

Sectio II. SPICA Bth. l. c. 148.

Folia floralia 3–5-flora in spicam laxam approximata, superiora calyce breviora fertilia. Calycis dens supremus dilatato-appendiculatus. — Arbusculae ramis superne nudis, foliis integerrimis.

5. L. VERA DC. Flor. Franc. Suppl. V. 398. — Bth. l. c. † — Foll. oblongo-linearib. lanceolatisve integerrimis, junioribb. canis, margine revolutis; spicis interruptis; verticillastris 6–16-floris; foll. floralib. rhombeo-ovatis acuminatis membranaceis, omnib. fertilib., supremis calyce breviorib.; bracteis subnullis. ♁ — Fruticulus 1–2-pedalis, basi ramosissimus, ramis erectis tetragonis subtomentosis, basi foliosis, superne subnudis. Folia juniora saepe in axillis fasciculata brevia, margine revoluta et utrinque albo-tomentosa, vetustiora planiora viridiora 1–1½-pollicaria v. etiam longiora. Verticillastri infimi remoti, supremi in spicam interruptam nunquam comosam approximati. Folia floralia constanter dilatato-membranacea venosa acuminata glabriuscula et fuscescentia, sed forma variabilia, infima (praesertim in var. *β.*) longius acuminata et calycem subsuperantia, superiora constanter calyce breviora. Calyx brevissime pedicellatus tomentosus coerulescens, dentibus brevissimis, supremo in appendicem brevem producto. Corolla calyce duplo longior, extus pubescens. Achaenia parva oblonga brunnea laevia. — Species in hortis saepissime culta. — *L. angustifolia* Moench, Meth. 389. et Auct. vet. — *L. Spica α.* Linn. Spec. plant. 800. — *L. Spica* Lois. Fl. Gall. II. 346. — *L. vulgaris α.* Lam. Fl. Fr. II. 403. — *L. officinalis* Chaix in Vill. Fl. Dauph. II. 353. 363. — Habitat in Europae et Africae regionis mediterraneae collibus sterilibus et declivibus, in Gallia meridionali ab Occitania inferiore et Galloprovincia usque ad Lugdunum, in Etruria, plagis mari proximis, Liguria occidentali, Corsica, Helvetia, in Calabria, in Atlante.

β. Pyrenaica: Foll. floralib. inferiorib. longiorib.; calycis appendice evidentiore. — *L. Pyrenaica* DC. Flor. Franc. V. 398. — Crescit in Pyrenaeis orientalibus et in Catalonia, Arragonia.

6. L. LANATA Boiss. Elench. plant. nov. Hisp. 153. et Voyage bot. dans le midi de l'Esp. 1288. † t. 135. — Basi suffruticosa: foll. oblongo-lanceolatis latis obtusis integerrimis, basi longe angustatis, margine subrevolutis, omnib. dense tomentoso-canis; scapis valde elongatis stellato-lanatis simplicissimis; spicis elongatis subinterruptis; verticillastris 6–8-floris; foll. floralib. lanceolatis v. linearib., omnib. fertilib., supremis calyce subbreviorib.; bracteis minimis setaceis, calyce triplo breviorib.; calyce octonervio brevissime denticulato, ad nervos et ad marginem stellatim lanato; corolla hirsutissima. ♃ — Crescit in Hispaniae australis arenosis.

7. L. SPICA DC. Flor. Franc. V. 397. — Bth. l. c. 149. — Foll. oblongo-lanceolatis subspathulatis integerrimis, basi longe angustatis, margine subrevolutis, utrinq. canis; spicis subinterruptis; verticillastris 6–10-floris; foll. floralib. lanceolatis v. linearib., omnib. fertilib., supremis calyce breviorib.; bracteis lineari-subulatis, calyce brevioribus. ♁ — Affinis *L. verae.* Differt habitu humiliore, colore albidiore, foliis ad basin ramulorum magis congestis, spica densiore et breviore, foliorum floralium forma et bractearum praesentia. — *L. Spica β.* Linn. Spec. plantar. 800. — *L. vulgaris β.* Lam. Flor. Franc. II. 403. — *L. latifolia* Vill. Flor. Dauph. II. 363. — Habitat in Europae et Africae regionis mediterraneae aridis, in Hispaniae insulis Balearicis, Galliae meridionali, Italiae regno Neapolitano, Sicilia, Graeciae agro Laconico, in agro Tunetano et Algeriensi.

Sectio III. PTEROSTOECHAS Ging. Hist. Lav. 158. — Bth. l. c. 149.

Folia floralia uniflora opposita, in spicam laxam disposita, superiora nonc omosa. Calyx 13-nervis subbilabiatus, labio superiore 3-dentato, dente medio latiore non appendiculato, inferiore bidentato. — Herbae perennes v. basi sublignosae. Folia dentata v. inciso-multifida.

8. L. ROTUNDIFOLIA Bth. l. c. 150. — Foll. petiolatis late ovatis inciso-dentatis, basi rotundatis, utrinq. glabris; spicis elongatis gracilib.; florib. solitariis oppo-

sitis. ♄ — Species foliis latis margine tantum inciso-dentatis nec divisis distinctissima. Habitu et spica *L. abrotanoidis*. Rami tenuiter pubescentes v. glabri virides. Folia 1–1½ poll. longa, plerumque ultra pollicem lata, dentibus obtusis crassiusculis. Dentes calycini lanceolati acuti. — Habitat in insula Sancti Nicolai Capitis viridis Africae occidentalis.

9. L. PINNATA Linn. fil. Diss. Lav. 55. — Bth. l. c. † — Brevissime incano-tomentosa: foll. simpliciter v. bis pinnatipartitis pinnatifidisve, lobis integerrimis obtusissimis, floralib. ovatis acutiusculis; spicis elongatis gracilib. subternis incanis; florib. solitariis oppositis. ♃ — Herba perennis v. basi suffruticosa, tota tomento brevissimo subsericeo incana. Caules basi ramosi foliosi, apice in pedunculum 1–1½-pedalem tetragonum nudum abeuntes. Folia nunc simpliciter pinnatipartita, saepius vero segmenta profunde 2–3-lobata v. pinnatifida, lobis omnibus integerrimis, margine subrevolutis, utrinque canis, caeterum glabris. Spicae plerumque tres tetragonae 2–3-pollicares laxae. Folia floralia calyce sublongiora. Calyces subsessiles ovato-oblongi, dentibus brevissimis, superioribus late ovatis, 2 inferioribus angustis lanceolatis. Corolla purpurea, tubo calyce subduplo longiore. — *L. pinnata* Jacq. Icon. plant. rarior. 11. t. 106. — Bot. Mag. t. 401.

β. pubescens: — *L. formosa* Dietr. Lexic. Nachtr. 4. et Link. Enum. Hort. Berol. I. 103. ex Ging. Hist. Lav. 150. — Habitat in insulis Canariensibus, in rupibus maritimis insulae Maderae et in Teneriffa.

10. L. ABROTANOIDES Lam. Dict. III. 429. — Bth. l. c. — Viridis pilosiuscula: foll. bipinnatisectis, lobis integris obtusiusculis, floralib. ovato-lanceolatis acutissimis; spicis elongatis gracilib. ramosis; florib. solitariis oppositis. ♃ — Ab affini *L. pinnata* differt superficie viridi nec cana, caule basi pubescente, foliis magis dissectis, segmentis angustioribus, spicis plerumque 5 longioribus laxioribusque et foliis floralibus acutioribus. — *L. Canariensis* Mill. Dict. no. 4. — *L. elegans* Desf. Hort. Par. 71. — Mirb. Ann. mus. d'hist. nat. XV. t. 3. fig. 5. — Habitat in insulis Canariensibus.

11. L. MULTIFIDA Linn. Spec. plantar. 800. — Bth. l. c. — Viridis pilosa: caulib. foliosis; foll. bipinnatifidis, lobis subcuneatis acutis, floralib. cordato-dilatatis acuminatis villosis, calycem subaequantib.; spica densiuscula; calycib. tomentosis. ♃ — Species variabilis et affinis *L. abrotanoidi*, a qua constanter differt spicis brevioribus plerumque simplicibus, foliis floralibus latis extus villosis et calycibus valde tomentosis. Caulis basi plerumque villosus elongatus foliosus. Pedunculi dimidio breviores quam in *L. pinnata* et *abrotanoide*. — Habitat in Europae et Africae mediterraneae regionibus austro-occidentalibus, in peninsulae Hispanicae regione Boetica et circa Murciam, in Lusitania Transtagana, in Calabria, in collibus incultis regni Tunetani et Algeriensis.

12. L. PUBESCENS Dene. Ann. sc. natur. 1834. pag. 246. — Bth. l. c. 713. — Hirsuta: caulib. strictis; foll. pinnatisectis, segmentis linearib. integris subincisisve, floralib. membranaceis calyces subaequantib.; spicis gracilib.; florib. solitariis oppositis. ♃ — Quasi media inter *L. multifidam* et *coronopifoliam* et huic praesertim valde affinis est, differt hirsutie, caulibus magis foliatis, spicis densioribus foliisque floralibus majoribus. — Crescit in deserto Sinaico.

13. L. CORONOPIFOLIA Poir. Dict. XI. 308. — Bth. l. c. 151. † et 713. — Glabra: caulib. subnudis strictis; foll. pinnatisectis, segmentis linearib. integris, floralib. brevissimis ovatis acutissimis; spicis gracillimis; florib. solitariis oppositis remotis. ♃ — Caules floriferi plurimi ramosi graciles, foliis plerumque destituti. Folia in ramis sterilibus 1–2-pollicaria subcarnosa hispidula, segmentis anguste linearibus. Spica 1–2-pollicaris simplex v. subramosa, florum paribus demum valde remotis. Calyx tubulosus subcinereus aut rubeolus, dentibus acutis brevibus subaequalibus. Corolla coerulescens, tubo calyce duplo longiore, limbi lobis fere aequalibus patentibus. Achaenia ovata fusca laevia. — *L. multifida* Burm. Fl. Ind. t. 39. fig. 1. non ejusd. ibid. 126. nec Linn. — *L. stricta* Del. Fl. Aegypt. I. 94. t. 33. fig. 1. — Habitat in Africa orientali et Asia occidentali, in Aegypto prope Val de l'Egarement in desertis Suez et in Persia.

Sectio IV. CHAETOSTACHYS Bth. in Wall. Plant. Asiatic. rarior. II. 19. et Labiat. gener. et spec. 151.

Folia floralia uniflora alterna, in spica laxiuscula ramosa disposita, superiora non comosa. Calyx 15-nervis, subaequaliter 5-dentatus. — Herba perennis. Folia inciso-multifida.

14. L. BURMANNI Bth. l. c. 151. † — Tenuiter pubescens: caulib. foliosis; foll. bipinnatisectis, segmentis linearib. integerrimis, floralib. membranaceis, basi dilatatis longe setaceo-acuminatis; spicis densiusculis; florib. solitariis alternis approximatis. ♃ — Caulis videtur herbaceus erectus tetragonus, ad nodos contractus, tenuiter tomentoso-pubescens. Folia sessilia, laciniis obtusis, margine revolutis, subtus tomentoso-pubescentibus. Spica terminalis, saepius ramosa. Folia floralia calycem superantia. Calyx sessilis striatus canescens, dentibus acutis, fructifer turgidus. Corolla tenuis, calycem excedens. Limbus videtur subaequaliter 5-fidus. Discus ovarii infra glandulifer. Achaenia aqua immersa, extus ut in *Hyptidibus* et *Salviis* gelatinosa. — *L. multifida* Burm. Fl. ind. 126. (nec ejusd. ic. ibid. t. 38. fig. 1. nec Linn.) — *Hysteropogon bipinnatus* Roth, Nov. pl. spec. 223. — *Chaetostachys multifida* Bth. in Wall. plant. Asiat. rarior. II. 19. — Habitat in India orientali (verosimiliter in peninsula).

† *Species e genere excludenda.*

L. CARNOSA Linn. fil. — ANISOCHILUS CARNOSUS.

Tribus II. *MENTHOIDEAE* Bth. Labiat. gen. et spec. 152. — Endl. Gener. plant. p. 612. — Meisn. Gener. plant. vascular. I. 283.

Corolla subcampanulata v. infundibuliformis, tubo calyce breviore v. vix longiore, limbo 4-5-fido, lobis subaequalibus. Stamina distantia recta v. divergentia, nec per paria approximata.

Subtribus I. POGOSTEMEAE Endl. l. c.

Antherae terminales confluentim uniloculares. Stamina subdeclinata. — Gerontogeae subtropicae.

3586. POGOSTEMON *Desf.*

(Defont. Mém. mus. d'hist. nat. II. 154. — Meisn. Gener. plant. vascul. I. 283. II. 191. — Bth. Labiat. gener. et spec. 152.)

§. 1. *Paniculatae. Racemi paniculato-ramosi.*

1. P. PANICULATUM Bth. in Wall. Plant. Asiat. rarior. I. 30. et Labiat. Gener. et spec. 153. † — Caule erecto, pilis erectis pubescente; foll. inaequalib. ovatis inciso-serratis, basi angustatis; verticillastris globosis secundis remotis racemosis; racemis terminalib.; bracteis late ovatis membranaceis, calyces superantib.; calycis membranacei pubescentis dentib. lanceolatis; filamentis barbatis. ♃ — Caulis herbaceus 2-3-pedalis, ramis paniculatis pilis adpressis erectis strigosis villosus. Folia tenuia flaccida, supra et subtus pilis adpressis caulinis similibus obsessa, margine profunde inciso-dentata, lobis ovatis duplicato-serratis, in quoque pari unum petiolatum 3 poll. et ultra longum, alterum subsessile duplo quadruplove brevius, floralia conformia et pariter inaequalia, sed multo minora, suprema bracteaeformia. Racemi laxi axillares alterni (in axilla folii majoris erti), infimi folio vix longiores. Verticillastri omnes distincti, infimi semipollicem remoti, supremi magis approximati. Bracteae calycesque membranaceae, tenuiter pubescentes ciliatae. Corolla tenuissima, at omnino hujus generis videtur. Filamenta exserta, medio barbata. — *Menam podam* Rheede, Hort. Malab. X. 129. t. 65. — *Elsholtzia paniculata* Willd. Spec. plantar. III. 39. — *Hyssopus cristatus* Lam. Dict. III. 137. — Habitat in India orientali, in humidis Malabariae, in Tavoy.

2. P. PLECTRANTHOIDES Dsf. Ann. mus. Par. II. 154. t. 6. — Hook. Bot. Magaz. t. 3238. — Bth. l. c. 153. et 713, — Cano-pubescens: caule erecto; foll. ovatis, basi cuneatis v. rotundatis duplicato-serratis; florib. subsecundis glomerato-spicatis; spicis ovato-cylindricis pedunculatis paniculatis; bracteis late ovatis striatis glanduloso-punctatis, calyces superantib.; calycis membranacei hirsuti glanduloso-punctati dentib. late lanceolatis acutis; filamentis barbatis. ♃ — Caules herbacei 2-3-pedales. Rami obtuse tetragoni, juniores molliter cano-villosi. Folia caulina 2-3-pollicaria, superiora minora, floralia inferiora conformia, suprema bracteaeformia. Panicula densa multiflora. Verticillastri floribus 30-50 et ultra secundis dense glomeratis compositi et spiculas densas 1-1½-pollicares formantes. Bracteae apice coloratae, molliter villosae imbricatae. Calyces obconico-tubulosi, apice colorati. Genitalia corolla duplo longiora. Achaenia ovato-triquetra nigra laevissima lucida. — *Origanum Benghalense* Burm. Flor. Ind. 128. t. 38. fig. 3. (pessima). — *Mentha secunda* Roxb. Hort. Beng. 44. — *Wensea pyramidata* Wendl. Collect. pl. II. 26. t. 84. — Habitat in Indiae orientalis humidis, in Hindustania, Nepalia et Kamaon, versus Deyra Dhoon, ad portum Kheeree, in Java ad pedem montis Gede.

3. P. VILLOSUS Bth. l. c. 153. — Villosum: caule suberecto; foll. ovatis, basi rotundatis, ad petiolum angustatis crenatis; florib. subsecundis glomerato-spicatis, spiculis cylindricis subsessilib. paniculatis; bracteis ovatis striatis pubescentib., calyces aequantib.; calycis villosi dentib. lanceolatis acutis; filamentis barbatis. ♃ — Caulis erectus v. adscendens, pilis erecto-patentibus villosus. Folia crassa, dense et molliter villosa, foliis *P. plectranthoidis* dimidio v. in var. *β.* duplo majora, minus profunde et obtuse dentata. Panicula densior angustior racemiformis. Bracteae paullo breviores, uti calyces villosiores. Corolla minor.
β. macrophyllus. — Habitat in India orientali, ad Silhet.

4. P. PARVIFLORUS Bth. in Wall. l. c. 31. et Labiat. gener. et spec. 154. — Caule ascendente, tenuiter pubescente; foll. glabriusculis ovato-oblongis, basi angustatis duplicato-crenatis; florib. subsecundis glomerato-spicatis, spiculis subsessilib. racemosis; racemis axillarib. terminalibq.; bracteis ovatis striatis pubescentib. flores superantib.; calycis villosi membranacei dentib. anguste lanceolatis; filamentis barbatis. ♃ — Caulis basi procumbens ascendens, demum glabratus. Folia flaccida 3-4-pollicaria, breviter petiolata. Panicula racemiformis gracilior quam in *P. plectranthoide*. Verticillastri, calyces et flores duplo minores. Folia floralia bracteaeformia, flores superantia. — In Indiae orientalis provincia Silhet.

5. P. GLABER Bth. l. l. c. c. — Glaberrimum: caule erecto; foll. ovatis, basi angustatis crenatis; verticillastris subaequalib. globosis spicatis; spicis paniculatis; bracteis ovatis calyce tripio breviorib.; calycis glabri dentib. ovato-lanceolatis; filamentis barbatis. ♃ — Habitus fere *P. plectranthoidis*, sed ex omni parte glabrum, folia majora, longe petiolata, minus dentata, basi longe angustata. Verticillastri subdistincti, in spiculis 2-6-pollicaribus approximati. Calycis forma et corolla *P. parvifloras*, sed flores multo numerosiores et bracteae triplo breviores. — *Perilla polystachya* D. Don, Prodr. fl. Nep. 115. — Habitat in India orientali, in Nepalia.

6. P. TUBERCULOSUS Bth. l. l. c. c. — Pilis brevib. stellatis ex tuberculo ortis pubescens: caule erecto; foll. ovatis, basi angustatis duplicato-serratis, utrinq. tuberculoso-rugosis; verticillastris aequalib. globosis remotis racemosis; racemis paniculatis; bracteis minutis; calycis tuberculosi dentib. subulatis; filamentis barbatis. ♃ — Affine *P. glabro*, a quo differt praesertim tuberculis. Folia caulina petiolata, floralia sessilia linearia acuta, verticillastro subbreviora. Flores subsessiles, fere *P. glabri*. — Habitat in India orientali, in Nepalia.

7. P. HEYNEANUS Bth. l. l. c. c. — Caule ascendente pubescente; foll. glabriusculis ovatis, basi angustatis irregulariter crenatis; verticillastris subsecundis interrupte spicatis; spicis paniculatis; bracteis ovatis subenerviis calyces subaequantib.; calycis pubescentis dentib. ovatis; filamentis barbatis. ♃ — A praecedentibus differt verticillastris fere omnibus distinctis. Folia forma *P. glabri*, sed

utrinque saepius tenuissime pubescentia. Panicula laxa patens. Verticillastri juniores secundi, demum subaequales, saepe 30–50-flori. Corolla *P. parviflori.* — *Cottam* Rheede, Hort. Malab. X. 153. t. 77. — *Origanum Indicum* Roth, Nov. spec. pl. 265?

β. foliis subincisis, dentibus calycinis angustioribus. — Habitat in India orientali, in peninsula, in Java, in uliginosis Ceylonae ad Caltura, *β.* in Zeylania interiore.

§. 2. *Racemosi. Racemi simplices subspicati.*

8. P. VESTITUS Bth. in Wall. Plant. Asiat. rarior. I. 31. et Labiat. gener. et spec. 155. — Tomentoso-lanatum: caule ascendente; foll. ovatis crenatis, basi subcordatis rugosis, molliter tomentosis, floralib. superiorib. calyce breviorib.; racemis simplicib.; verticillastris secundis approximatis; bracteis lineari-subulatis; calycis villosi dentib. lanceolatis; filamentis barbatis. ♃ — Caules e basi lignosa ascendentes, uti folia tomento denso rufo-albido lanati. Racemus densus, 2–3-pollicaris. Folia floralia, bracteae et calyx *P. rotundati*, sed villosiora. — Habitat in peninsula Indiae orientalis.

9. P. ROTUNDATUS Bth. l. l. c. c. — Villosum: caule ascendente; foll. rotundatis duplicato-crenatis, basi truncatis v. cordatis, floralib. superiorib. calyce breviorib.; racemis simplicib.; verticillastris aequalib. subremotis; bracteis lineari-subulatis; calycis villosi dentib. lanceolatis; filamentis barbatis. ♃ — Caulis basi procumbens cum ramis ascendentibus vix pedalibus pubescenti-villosus. Folia pauca 2-pollicaria, molliter villosa rugosa. Racemus 2–4-pollicaris, ex verticillastris 5–10 distinctis laxe multifloris compositus. Foliorum floralium par infimum caulinis conforme, superiora lanceolata bracteaeformia. Bracteae exteriores calyce paullo breviores, interiores minutae. Calyx 3–4-linearis. Corolla parva. — In Indiae orientalis peninsula habitat.

10. P. MOLLIS Bth. l. c. 155. — Molliter tomentoso-villosum: caule ascendente; foll. late ovatis crenatis, basi rotundato-cuneatis, floralib. calyce sublongiorib.; racemis simplicib.; verticillastris aequalib., inferiorib. remotis, supremis approximatis; bracteis lineari-subulatis; calycis villosi dentib. lanceolato-subulatis; filamentis barbatis. ♃ — A *P. rotundato* differt caule ramosiore, foliis numerosis duplo minoribus, basi cuneatis nec cordatis, racemis longioribus, verticillastris duplo minoribus densioribus. Folia floralia suprema lanceolato-linearia, ante anthesin verticillastro subduplo longiora. — Habitat in India orientali, in peninsulae montibus Madurensibus.

11. P. HIRSUTUS Bth. l. c. — Pilis adpressis hirsutum: caule ascendente; foll. petiolatis ovatis acuminatis serratis, basi rotundatis, floralib. superiorib. calyce breviorib.; racemis simplicib.; verticillastris aequalib. distinctis; bracteis lineari-subulatis; calycis hispidi dentib. lanceolatis acutis; filamentis breviter exsertis barbatis. ♃ — Habitus varietatum graciliorum *Menthae aquaticae.* Caules, folia, rhachis, bracteae et calyces pilis adpressis v. ad axillas subpatentibus hirsuti Folia vetustiora et caulis basi subglabrata. Racemus 2–3-pollicaris. Verticillastri 10–15-flori laxiusculi. Corollae parvae. Stamina vix dentibus corollae longiora. Filamenta versus apicem pilis purpurascentibus dense barbata. — In Zeylania.

12. P. RUPESTRIS Bth. l. c. 156. — Glabrum: caule repente; ramis ascendentib.; foll. petiolatis ovato-lanceolatis grosse dentatis, basi angustatis, floralib. bracteisq. minutis; racemis simplicib.; verticillastris remotis pauciforis; calycis glabri dentib. ovatis abbreviatis; filamentis barbatis. ♃ — Caules elongati tenues, ad nodos saepe radicantes, uti tota planta glaberrimi. Folia basi longe in petiolum angustata, limbo 1–1½-pollicari. Racemi 2–3-pollicares. Verticillastri laxe pauciflori. Calyces parvi. Corollae minutae. Filamenta extra corollam fere calycis longitudine, medio dense barbata. — Habitat in Zeylaniae rupestribus editioribus circa Nuera Ellia.

13. P. SPECIOSUS Bth. in Wall. Plant. Asiat. rarior. I. 31. et Labiat. gener. et spec. 156. — Piloso-hispidum: caule erecto; foll. late ovatis basi cordatis duplicato-

crenatis; racemis simplicib.; verticillastris teretib. laxis approximatis; bracteis minutis; calycis glabriusculi tubulosi dentib. subulatis; filamentis nudis. ♃ — A *P. Wightii* differt foliis majoribus latioribus, basi cordatis et praesertim spica densa crassa et corollis genitalibusque longius exsertis, siccitate nigris lucidis. Antherae flavescentes. — Habitat in India orientali, in peninsulae montibus Madurensibus.

14. P. WIGHTII Bth. Labiat. etc. l. c. — Piloso-hispidum: caule erecto?; foll. petiolatis ovatis acutis duplicato-dentatis incisisve, basi rotundato-cuneatis; racemis simplicib.; verticillastris aequalib. approximatis v. infimis remotis; bracteis lineari-subulatis; calycis glabri dentib. lanceolato-setaceis hispidis; filamentis nudis. ♃ — Caulis, folia, bracteae, rhachis et dentes calycini pilis longis albis patentibus hispidi, caeterum glabri. Folia fere *Lamii* v. *Galeopsidis* 1–1½-pollicaria. Racemi 3–4-pollicares densi v. basi interrupti. Flores numerosi. Calyx fructifer 2½ lin. longus glaber membranaceus, apice breviter dentatus et hispidus. Corolla minuta. Filamenta glabra v. tenuiter pubescentia, calycis tubo subaequalia. — Habitat in India orientali, in peninsulae montibus Madurensibus.

15. P. MENTHOIDES Blume, Bijdragen 825. — Bth. l. c. — Caule herbaceo; foliis ovatis, utrinque acutiusculis, supra basin duplicato-dentatis pubescentibus; spica terminali elongata simplici, verticillis approximatis; staminibus nudis. — Crescit in sylvis umbrosis insulae Javae in monte Gede.

3587. DYSOPHYLLA *Blume.*

(Blume, Bijdragen 826. — Meisn. Gener. plant. vascul. I. 283. II. 192. — Bth. Labiat. gen. et spec. 156.)

§. 1. *Oppositifoliae. Folia opposita.*

1. D. STRIGOSA Bth. in Wall. Plant. Asiat. rarior. I. 30. et Labiat. gener. et spec. 157. † — Pilis adpressis strigosis pubescens: caule erecto; foll. oppositis subsessilib. lanceolato-ovatis grosse serratis, floralib. lanceolatis, florib. breviorib.; spicis crassis laxiusculis; calycis ovati hirsuti dentib. subulatis erectis. ♃ — Caulis sesquipedalis et ultra, obtuse tetragonus. Folia sesquipollicaria acutiuscula, basi rotundata rugosa hispida. Spicae subinterruptae, 3–4 pollices longae, semipollicem crassae. Bracteae parvae subulatae. Calycis dentes longiores quam in caeteris speciebus, et corolla major subirregularis, staminibus longioribus. Species inter *Dysophyllam* et *Pogostemon* media, an ad hoc genus referenda? — Habitat in India orientali, ad Silhet.

2. D. MYOSUROIDES Bth. l. l. c. c. — Sericeo-tomentosa: caule erecto; foll. oppositis breviter petiolatis, floralib. ovatis minutis; spicis densis; calycis tomentosi dentib. brevissimis rectis. ♃ — Planta humilis, ex omni parte tomento molli subsericeo-canescens. Caulis semipedalis v. vix pedalis erectus ramosus, obtuse tetragonus. Folia plerumque pollicaria crassiuscula mollia venoso-rugosa obtusiuscula, margine irregulariter subcrenata, basi in petiolum brevem angustata. Spicae crassitie pennae anserinae, nunc vix pollicares, saepe vero tenuiores 4–5-pollicares. Corolla minuta. — *Mentha myosuroides* Roth, Nov. spec. pl. 257. — Habitat in peninsula Indiae orientalis.

3. D. AURICULARIA Blume, Bijdragen 826. — Bth. l. c. 158. — Pilis mollib. patulis hirsuta: caulib. procumbentib.; foll. oppositis subsessilib. ovato-oblongis, grosse serratis, floralib. ovato-lanceolatis, flores subaequantib.; spicis densissimis; calycis villosi dentib. ovatis, post anthesin conniventibus. ♃ — Habitu spicae et praesertim pilis crebris patentibus *D. cruciatae* affinis, sed caulibus ramosioribus et foliis distinctissima. Folia plerumque hirsutissima, rarius pilis secus nervos paginae inferioris et hinc inde in pagina superiori sparsis. — *Majana foetida* Rumph, Herb. Amb. VI. 41. t. 16. fig. 2. — *Mentha foetida* Burm. Flor. Ind. 126. — *Mentha auricularia* Linn. Mantiss. plantar. 81. — Habitat in India orientali calidiori et in insulis Archipelagi Indici fossis et udis, in peninsula, in Zeylania, in Bengalo orientali, in insulis Penang et ad Taong Dong prope Avam, in Java, in Moluccis et in Amboina.

§. 2. *Verticillatae. Folia verticillata.*

4. D. CRUCIATA Bth. in Wall. Plant. Asiat. rarior. I. 30. et Labiat. gener. et spec. 158 et 713. — Pilis mollib. patulis hirsuta: caulib. elongatis procumbentib. simpliciusculis; foll. quaternis, rarius quinis v. senis, lanceolatis obtusis integerrimis, margine revolutis, floralib. lanceolatis, flores subaequantib.; spicis densis; verticillastro infimo distincto; calycis villosi dentib. obtusiusculis suberectis. ♃ Rami procumbentes videntur, nec ut in sequentibus basi fluitantes. Sunt plerumque simplices 1–2-pedales et longiores flagelliformes, ad nodos fragiles, et ut in *D. auricularia* ex omni parte pilis patentibus molliter villosi. Folia ad basin caulis crebra, in parte superiore internodiis breviora, circiter pollicem longa. Spica *D. auriculariae.* — ***Mentha quadrifolia*** D. Don, Prodr. fl. Nep. 113. [non Roxb.] — Habitat in India orientali, in Nepalia.

5. D. QUADRIFOLIA Bth. l. c. — Tomentoso-villosa: caule erecto; foll. quaternis elliptico-linearib. integerrimis v. remote serratis, utrinq. angustatis, floralib. linearib. verticillastro breviorib.; spicis elongatis, basi subinterruptis; calycis ovati dentib. anguste lanceolatis acutis erectis. ♃ — Herba aquatica, caulibus basi fluitantibus glabriusculis, ramis emersis 1–2-pedalibus, uti folia et spicae pilis erecto-appressis simplicibus rigidulis magis minusve constanter velutino-tomentosis, tomento in var. *α.* et *β.* densissimo, in var. *γ.* tenuiore. Folia crassiuscula 1½–3-pollicaria mollia acuta subserrata; in var. *γ.* breviora angustiora rigidiora. Spicae 1–6-pollicares. — ***Mentha quadrifolia*** Roxb. Hort. Beng. 44. (non Don). — ***Chotekia sericea*** Opitz et Corda, Flora (B. Z.) 1830. I. 35. — Habitat in India orientali, in aquis stagnantibus prope Calcuttam, in monte Circar, ad Vizagapatan.

β. velutina: foll. nervosis, basi in petiolum angustatis. — Ad Tavoy orae Tenasserim habitat.

γ. pubescens: foll. anguste linearibus. — In montibus Pundua.

6. D. VERTICILLATA Bth. in Wall. l. c. et Labiat. gen. et spec. 150. † — Glabra: caule erecto v. ascendente; ramis foliisq. 6–10-verticillatis; foll. elongato-linearib., utrinq. angustatis; spicis densissimis; calycis fructiferi dentib. ovatis stellato-patulis. ♃ — Herba aquatica, basi fluitans radicans. Rami floriferi erecti pedales sesquipedalesve crassi sulcati, ramuli numerosi verticillati. Folia 2–3 pollices longa acuta, plerumque argute et remote serrata, omnia glaberrima. Spicae vix pollicares, densissime imbricatae. Calyces fructiferi vix aucti, sed dentibus subrecurvo-patentibus stellati. Corolla minuta purpurea. Achaenia laevia. — ***Mentha stellata*** Lour. Fl. Cochinch. 301. — ***Mentha verticillata*** Roxb Hort. Beng. 44. — Habitat in India orientali, in Bengalia, ad Silhet, in Cochinchina.

7. D. CRASSICAULIS Bth. l. l. c. c. — Glabra: caule ascendente ramoso: foll. quaternis nunc quinis v. senis lanceolato-linearib., basi dilatatis subintegerrimis, floralib. lanceolatis, flores superantib.; spicis elongatis; calycis pubescentis dentib obtusiusculis suberectis. ♃ — Species inter *D. pumilam* et *D. verticillatam* media. A priori differt statura elatiori (pedali et ultra), bracteis lanceolatis, a posteriori calycis fructiferi dentibus erectis, ab utraque foliis basi dilatatis, spicis duplo triplove longioribus crassioribus et floribus majoribus. Folia bipollicaria et ultra. Spica fructifera, saepe 4 poll. longa. — Habitat in India orientali, ad Silhet et in Bengalia.

8. D. PUMILA Bth. l. l. c. c. — Glabra: caule ascendente ramoso; foll. quaternis, inferiorib. subsenis elliptico-linearib., utrinq. angustatis remote serratis, floralib. ovatis; calycis villosi campanulati fructiferi, inflati dentib. obtusiusculis suberectis. ♃ — Herba aquatica, ex omni parte, calycibus exceptis, glaberrima. Caulis basi repens v. fluitans radicans. Rami florigeri suberecti semipedales v. parum longiores. Folia infima subsena angusta pollicaria et vix dentata, superiora quaterna latiora et hinc inde argute serrata. Rami ut folia verticillati. Spicae in apice caulis et ramorum vix pollicares densissimae. Calyx fructifer vix elongatus, sed latissime campanulatus, dentibus latiusculis erectis v. subconniventibus.

Corolla purpurea, calyce florigero vix duplo longior, dente supremo emarginato. Achaenia minuta subrotundo-compressa laevia. — *Mentha pumila* Graham in Edinbrg. New Phil. Journ. 1828. 383. — *Mentha verticillata* D. Don, Prodr. fl. Nep. 114. — Hook. in Bot. Mag. t. 2907. (non Roxb.) — In India orientali, in Napalia.

9. D. STELLATA Bth. l. l. c. c. — Glabra v. superne pubescens: caule repente; ramis erectis simpliciusculis; foll. 6–8-nis verticillatis anguste linearib., internodia subaequantib. integerrimis, floralib. subulatis; calycis villosi ovati dentib. erectis acutiusculis. ♃ — Herba humilis pusilla, facie *Galii veri*. Caules basi repentes radicantes. Rami ascendentes v. erecti 3–6-pollicares, basi glabri, sub spica pubescentes. Folia crebra, inferiora glabra, suprema sub spica pubescentia, 2–3 v. vix 4 lin. longa linearia acuta, margine integerrima subrevoluta, basi subdilatata, floralia calycem subaequantia. Spica densa 1–3-pollicaris villosa. Calyx fructifer parum elongatus. Corolla parva purpurea, dente supremo emarginato. — *Mentha stellata* Hamilt. mss. (non Loureiro). — *Mentha quaternifolia* Roth, Nov. spec. 256? — Habitat in India orientali, in Malabaria et in Mysore.

Subtribus II. ELSHOLTZIEAE Endl. l. c. p. 612.

Antherae versatiles, loculis divaricatis, demum confluentibus. Stamina interdum subascendentia. — Gerontogeae subtropicae.

3588. ELSHOLTZIA *Willd.*

(Willd. Spec. plantar. III. 29. — Meisn. Gener. plant. vascul. I. 283. II. 192. — Bth. Labiat. gen. et spec. 160. et 713.)

Sectio I. APHANOCHILUS Bth. in Wall. Plant. Asiat. rar. I. 28.

Spicae saepius laxae paniculatae aequales v. subsecundae, foliis floralibus lanceolatis v. subulatis, nunc vero dense imbricatae aequales, foliis floralibus ovatis v. lanceolatis. Antherarum loculi divergentes v. divaricati, demum confluentes.

1. E. FLAVA Bth. Labiat. gen. et spec. 161. † — Suffruticosa erecta: foll. petiolatis amplis late ovatis acuminatis nervosis, floralib. bracteaeformib. ovato-lanceolatis acuminatis, calyces subaequantib.; spicis laxis teretib. axillarib. terminalibq.; corollis calyce subduplo longioribus. ♃ — Suffrutex 2-pedalis, omnibus partibus pubescentia molli canescente obsitis. Folia palmaria, basi rotundata v. cuneata, supra glabriuscula, subtus pubescentia rugulosa mollia. Spicae plurimae axillares cylindricae 2–3-pollicares, demum fere digitum minimum crassae densiflorae, in paniculam terminalem elongatam subapproximatae. Folia floralia (in spica) late ovata acuminata. Verticillastri multiflori laxiusculi. Bracteae subulatae. Calyx oblongus, dentibus lanceolatis acutis. Corolla flava, tubo subincurvo, limbi lobo supremo obtuso retuso. Achaenia ovata laevia. — *Aphanochilus flavus* Bth. in Wall. l. c. 28. t. 34. — Habitat in Napalia, in montibus altissimis ad Sheopore et versus Gossain Than, ad Kidarkonta.

2. E. LEPTOSTACHYA Bth. Labiat. gen. et spec. 713. — Dcne. in Jequem. Voyage IV. Botanique 128. † t. 132. — Suffruticosa erecta: foli. subsessilib. ovatis, utrinq. angustatis, floralib. bracteaeformib. membranaceis oblongis calyces aequantib.; spicis gracilib. elongatis interruptis; florib. minutis; corollis calyce subduplo longioribus. ♃ — Affinis *E. polystachyae* pariterque siccitate rufescit, differt foliis dimidio brevioribus et floribus. Verticillastri omnes distincti parvi densi 10–20-flori. Spicae canescentes 2–4-pollicares. — Crescit in Cashemeria.

3. E. POLYSTACHYA Bth. l. c. 161. — Suffruticosa erecta: ramis pubescentib.; foll. petiolatis oblongis, utrinq. angustatis nervosis, floralib. bracteaeformib. minutis; spicis laxis teretib. paniculatis; corollis calyce subtriplo longioribus. ♃ — Ab *E. flava* differt pubescentia brevissima subnulla, foliis dimidio angustioribus, basi longe angustatis et integerrimis, in parte superiore regulariter crenulatis, spicis terminalibus fastigiatis tenuioribus laxioribus, calycibus multo minoribus. Folia crassiuscula 3–4-pollicaria, 1–1½ poll. lata. — *Perilla fruticosa* D. Don, Prodr.

fl. Nep. 115. — *Aphanochilus polystachyus* Bth. in Wall. l. c. 28. t. 33. — Habitat in Napalia, in montibus altissimis ad Sheopore et Chandaghiri in Mussoorea.

4. E. STAUNTONI Bth. l. c. — Suffruticosa erecta: ramis glabris; foll. petiolatis oblongo-lanceolatis acuminatis serrato-crenatis, basi longe angustatis, utrinq. glaberrimis, floralib. bracteaeformib. minutis; spicis elongatis canescentib. subpaniculatis; verticillastris laxiusculis secundis; corollis calyce incano subduplo longioribus. ♃ — Ab *E. polystachya* differt ramis glaberrimis, foliis angustioribus, utrinque longius angustatis, spicis longioribus (semipedalibus) canescentibus. Calyces elongati, dentibus acutiusculis. Stamina longe exserta. — Habitat in China, inter Pekin et Jehol.

5. E. BLANDA Bth. l. c. 168. — Herbacea canescens: foll. oblongis, utrinq. angustatis, floralib. lanceolato-subulatis; verticillastris laxis secundis; spicis paniculatis; corollis calycem vix excedentibus. ♃ — Caulis erectus 1–2-pedalis ramosus, obtuse tetragonus. Foliorum forma eadem ac in *E. polystachya*, sed multo minora (vix bipollicaria) et tenuiora, margine remote serrata nec crenata, subtus canescentia. Spicae numerosae paniculatae 3–6-pollicares secundae. Folia floralia inferiora lanceolata, caetera subulata, uti bracteae calyce breviora. Verticillastri circiter 20-flori dimidiati. Flores minuti, breviter pedicellati. Calyx post anthesin auctus membranaceus ovatus, dentibus subulatis erectis. Corolla albida. Odor totius plantae aromaticus debilis. — *Mentha blanda* Wall. mss. — *Perilla elata* D. Don, Prodr. fl. Nep. 115. — *Aphanochilus blandus* Bth. in Wall. l. c. 29. — Bot. Magaz. t. 3091. — Habitat in India orientali, in montibus Napaliae, Silhet et Avae et in monte Horeb Arabiae.

6. E. INCISA Bth. l. c. — Herbacea glabriuscula: foll. petiolatis rhomboideo-ovatis inciso-serratis; verticillastris aequalib. laxis; spicis paniculatis; corollis vix calycem excedentibus. ♃ — Affinis *E. blandae*, sed humilior. Folia 1–1¼ pollices longa et saepe ultra pollicem lata, profunde inciso-crenata. Petiolus limbo saepius longior. Spicae numerosae graciles aequales interruptae, vix 1½ lin. crassae, fructiferae densae, 4 lin. crassae. Folia floralia calyces superantia et interdum duplo longiora. Flores *E. blandae*, sed calyx fructifer magis auctus ovato-elongatus, breviter 5-dentatus membranaceus, tenuissime pubescens. Corolla minuta albida. — *Mentha incisa* et *M. foetens* Wall. mss. — *Mentha blanda* DC. Pl. rar. hort. Gen. 23. t. 8. — *Perilla leptostachya* D. Don, Prodr. fl. Nep. 115. — *Hyptis stachyoides* Link, Enum. plant. hort. Berolin. II. 106. — *Aphanochilus foetens* Bth. in Wall. Plant. Asiat. rar. I. 29. — *Aphanochilus paniculatus* Bth. in Wall. l. c. 30. — In India orientali, in Deyra Dhoon, in Napalia et ad Taong Dong Avae.

21. M. REQUIENI Bth. l. c. — Pusilla repens glaberrima: ramis filiformib. ascendentib.; foll. petiolatis orbiculatis; verticillastris laxe pauciforis; calycib. globoso–campanulatis glaberrimis subbilabiatis, intus fauce villosis. ♃ — Caules basi diffusi ramosissimi repentes. Rami vix 2–pollicares. Folia longe petiolata, limbo orbiculato vix 2 lin. diametro subintegerrimo. Flores in quoque verticillastro 2–6, pedicellis calyce longioribus. Corolla et odor *Menthae Pulegii*, a qua habitu, sed nullo modo florum characteribus differt. — *Thymus parviflorus* Req. — *Audibertia* Bth. in Bot. Reg. ad calc. no. 1028. — Habitat in Corsica.

† *Species dubiae v. non satis notae.*

22. M. GRAVEOLENS Presl, Fl. Sicul. XXXVI. — Bth. l. c. 183. — Spicis paniculatis cylindricis; floribus sessilibus; calycibus pubescentibus; bracteis lineari–setaceis calyce duplo longioribus; caule erecto ramoso tomentoso; foliis cordato–oblongis mucronatis remote serratis pubescentibus, subtus cinereo–tomentosis. ♃ — An ad *M. pyramidalem* referenda? — Habitat in Sicilia.

23. M. ANGUSTIFOLIA Host, Flor. Austr. II. 146. — Bth. l. c. — Florum verticillis approximatis; foliis lineari–lanceolatis planis hirsutis, pedicellis hispidis; staminib. corolla brevioribus. ♃ — Caulis erectus humilis purpurascens, setulis exasperatus, simplex v. ramosus. Folia angusta, supra medium denticulata, praesertim subtus hirsuta. Bracteae lanceolatae acutae ciliatae. Pedicelli hispidi. Calyx campanulatus hirtus; calycis dentes acutiusculi. Corolla purpurascens, externe pilosa, laciniis superior emarginata, faux pilis obsita. Stamina corolla

breviora. — Habitat in Austria, in agro Vindobonensi prope Weidlingau Purkersdorf locis humidis sylvaticis.

24. M. NUMIDICA Poir. Dict. Suppl. III. 662. — Bth. l. c. — Foliis lanceolatis subserratis glabris nervosis, subtus punctatis; caule erecto ramosissimo; verticillis pedunculatis subcorymbosis. ♃ — Caules erecti glabri sulcati, fere a basi ramosi, ramis patulis. Folia petiolata lanceolata acuta, magis minusve denticulata, utrinque glabra, pollicem longa, 3—4 lin. lata, subtus nervis prominentibus et tenuiter punctata, superiora et floralia breviora angustiora. Flores rubescentes. Verticilli axillares, opposite pedunculati. Pedunculus utrinque glaber brevissimus, corymbulum globosum ferens, pedicellis unifloris. Calyx fere glaber, profunde striatus, dentibus 5 acutis. Corolla pilosula, calyce parum longior. Stamina exserta. — An *Micromeriae* species? — In Africa boreali, ad oras Barbariae prope ruinas urbis antiquae Tabrarcae.

25. M. JAVANICA Blume, Bijdragen 820. — Bth. l. c. — Floribus capitatis; foliis lanceolatis medio ad apicem distanter serratis, utrinque puberulis; caule obverse hirsuto; staminibus exsertis. ♃ — Maxime accedit ad *M. acutifoliam*. — An *M. lanceolata* v. *M. arvensis* var.? — Habitat in Javae locis humidis circa Buitenzorg et in uliginosis prope Tugu.

†† *Species e genere excludendae.*

M. AURICULARIA Linn. — DYSOPHYLLA AURICULARIA.
M. AUSTRALIS Br. — MICROMERIA AUSTRALIS.
M. BLANDA Wall. — ELSHOLTZIA BLANDA.
M. BLANDA DC. — ELSHOLTZIA INCISA.
M. CANARIENSIS Lam. — BYSTROPOGON ORIGANIFOLIUM.
M. CANARIENSIS Linn. — BYSTROPOGON CANARIENSE.
M. CERVINA Linn. — PRESLIA CERVINA.
M. CORYMBOSA Lam. — BYSTROPOGON CANARIENSE.
M. DIEMENICA Spreng. — MICROMERIA GRACILIS.
M. FOETIDA Burm. — DYSOPHYLLA AURICULARIA.
M. FRUTICOSA Roxb. — ELSHOLTZIA v. POGOSTEMON.....?
M. GRACILIS Br. — MICROMERIA GRACILIS.
M. HYPTIFORMIS Lam. — HYPTIS VERTICILLATA.
M. MYOSUROIDES Roth. — DYSOPHYLLA MYOSUROIDES.
M. OCYMOIDES Lam. — GENIOSPORUM PROSTRATUM.
M. OVATA Cav. — ELSHOLTZIA CRISTATA.
M. PATRINI Pall. — ELSHOLTZIA CRISTATA.
M. PERILLOIDES Lam. — PERILLA OCYMOIDES.
M. PERILLOIDES Linn. — HYPTIS PECTINATA?
M. PLUMOSA Linn. — BYSTROPOGON PLUMOSUM.
M. PUMILA Grah. — DYSOPHYLLA PUMILA.
M. PUNCTATA Moench. — PRESLIA CERVINA.
M. QUADRIFOLIA Roxb. — DYSOPHYLLA QUADRIFOLIA.
M. QUADRIFOLIA Don. — DYSOPHYLLA CRUCIATA.
M. QUATERNIFOLIA Roth. — DYSOPHYLLA STELLATA.
M. SATUREIOIDES Br. — MICROMERIA SATUREIOIDES.
M. SECUNDA Roxb. — POGOSTEMON PLECTRANTHOIDES.
M. STELLATA Lour. — DYSOPHYLLA VERTICILLATA.
M. VERTICILLATA Don. — DYSOPHYLLA PUMILA.
M. VERTICILLATA Roxb. — DYSOPHYLLA VERTICILLATA.
M. ZEYLANICA Burm. — GENIOSPORUM PROSTRATUM.

3595. LYCOPUS *Linn.*

(Linn. Gener. plant. no. 15. — Meisn. Gener. plant. vascul. I. 283. II. 192. — Bth. Labiat. gener. et spec. 184.)

1. L. VIRGINICUS Linn. Spec. plantar. 30. — Bth. l. c. 185. † — Glabriuscula: caule basi stolonifero; foll. oblongo-ellipticis, utrinq. angustatis remote dentatis;

calycib. 4-dentatis, dentib. ovatis obtusis; staminum sterilium rudimentis nullis. ♃ — Radix saepe tuberosa reptans. Caules basi saepius stolones reptantes filiformes emittentes erectiusculi simplices v. ramosi pedales v. ultra. Folia breviter petiolata 1–2-pollicaria, dentibus brevibus, basi integerrima, utrinque glabra, subtus saepe purpurascentia. Verticillastri parvi. Bracteae brevissimae. Calyx campanulatus, dentibus 4, v. rarius quinto minore adjecto, latis obtusiusculis, tubo brevioribus. Corolla calyce paullo longior, tubo intus ad insertionem staminum villoso. Stamina 2 fertilia breviter exserta, sterilium vestigium nullum. Achaenia dentes calycinos aequantia, apice glandulosa.

β. pauciflorus: — *L. uniflorus* Michx. Fl. Bor. Am. I. 14. — *L. pumilus* Vahl, Enum. I. 211. — Habitat in America boreali, in humidis a Nova Anglia, in Carolina, prope Saint Louis et ad flumen Saskatchawan, prope Cumberland House Fort, *β.* ad lacus S. Joannis et Mistassins.

2. L. MACROPHYLLUS Bth. l. c. — Caule erecto firmo obsuse tetragono; foll. petiolatis amplis ovatis longe acuminatis, grosse sinuato-dentatis, basi angustatis glabris; verticillastris multifloris; calycib. irregulariter 4–5-dentatis, dentib. ovatis obtusis; staminum rudimentis nullis?; achaeniis calycem aequantibus. ♃ — Affinis *L. Virginico*, et quasi intermedius inter hunc et *L. obtusifolium*. Caulis in specimine unico suppetente ultra pedalis crassus, obtuse tetragonus sulcatus et tenuiter pubescens. Folia 3–4-pollicaria, fere sesquipollicem lata, dentibus utrinque 3–4 profundis latis notata, utrinque glabra. Verticillastri densissimi, at breves. Bracteae brevissimae. Calyx *L. Virginici*, sed dente quinto frequentius adjecto differt. Achaenia majora quam in *L. Virginico*, apice glandulosa, calycem aequantia. — *L. Virginicus β. quercifolius* Pursh, Fl. Amer. sept. I. 16? — Habitat in America boreali occidentali, ad fretum Juan De Fuca.

3. L. OBTUSIFOLIUS Michx. ex Vahl, Enum. I. 212. — Bth. l. c. — Caule erecto firmo subsimplici; foll. sessilib. oblongo-ellipticis profunde serratis, basi rotundato-angustatis; verticillastris multifloris; calycib. irregulariter 5-dentatis; achaeniis calyce vix breviorib.; staminum rudimentis subnullis. ♃ — Habitu *L. Virginico* affinis, sed caulis firmior, ad axillas subnodosus 1–2-pedalis. Folia arctius sessilia, minus angustata, dentibus brevibus acutis v. obtusiusculis, utroque latere notata, utrinque glabra. Verticillastri densi. Flores majores quam in *L. Virginico*. Bracteae lanceolato-acutae, exteriores vix calycem aequantes. Calycis dentes saepissime 5, uno minore, lanceolato-acuti, tubo per anthesin longiores, post anthesin breviores. Corolla dentibus calycinis sublongior. Stamina fertilia subinclusa, sterilium rudimenta nulla v. brevissima? Achaenia magna, apice valde glandulosa. — Habitat in America boreali occidentali, in planitiebus secus Red River, ad flumen Saskatchawan prope Carlton House Fort et ad fretum Hudsonis.

4. L. EUROPAEUS Linn. Spec. plantar. 30. — Bth. l. c. 186. (excl. var. *γ.*) — Stolonib. nullis; caule erecto ramoso; foll. petiolatis ovato-oblongis sinuato-dentatis v. pinnatifidis; verticillastris multifloris; calycib. acute quinquedentatis; staminum sterilium rudimentis nullis; achaeniis tubo calycis subbrevioribus. ♃ — Caulis 1–3-pedalis, non stolonifer, acute tetragonus, glaber v. pubescens. Folia quoad magnitudinem et dentes valde variabilia, saepius dentibus acutis profundis notata et ad basin subpinnatifida, lobis v. dentibus lanceolatis acutis, subtus pinnatim nervosa nervis elevatis, utrinque glaberrima v. in var. *β.* pubescentia. Verticillastri densissimi. Bracteae lineari-lanceolatae v. subulatae, exteriores saepe calycibus longiores. Calycis tubus striatus conicus, dentes aequales lanceolato-subulati rigidi acutissimi, tubo longiores. Corollae dentes calycinos aequantes albidae, dentibus obtusis subaequalibus, tubo intus ad insertionem staminum villoso. Stamina 2 exserta fertilia, sterilium vestigium nullum. Achaenia laevia eglandulosa, tubo calycis breviora v. vix aequalia. — *L. aquaticus* Moench, Meth. — *L. palustris* Lam. Fl. Fr. II. 430. ejusd. Illustr. gen. t. 18. — *L. vulgaris* Pers. Enchirid. I. 94. — *L. Europaeus* Sm. Engl. Bot. t. 1105. — Fl. Dan. t. 1081. — Svensk. Bot. t. 282. — Curt. Fl. Lond. III. t.....?

β. pubescens: differt caulibus obtusioribus foliisque valde nervosis, utrinque pubescentibus et dentibus calycinis parum longioribus. — Habitat in Europae totius et Asiae borealis humidis aquosis.

5. L. RUBELLUS Moench, Suppl. 446. ex Wendereth in Syll. pl. novar. soc. Ratisb. I. 88. — Bth. l. c. — Stolonib. reptantib.; caule erectiusculo humili pubescente; foll. petiolatis ovatis, basi angustatis, profunde dentatis pubescentib.; calycib. 5-dentatis, dentib. lanceolatis acutis; staminum sterilium rudimentis nullis. ♃ — A *L. Europaeo* differt stolonibus longissimis foliosis, caule humili vix semipedali. — Habitat in America boreali, in Virginia.

6. L. SINUATUS Elliot, Bot. S. Carol. et Georg. I. 187. — Bth. l. c. 187. † — Caule erecto acute tetragono glabriusculo; foll. petiolatis oblongo-lanceolatis, utrinq. angustatis, infimis pinnatifidis, mediis sinuato-dentatis, supremis linearib. subintegerrimis; verticillastris multifloris; calycib. quinquedentatis acutis; staminum sterilium rudimentis capitatis; achaeniis tubo calycis brevioribus. ♃ — Stolones nullae? Caulis erectus 1-2-pedalis, saepius tenuior quam in *L. Europaeo* glaber, acute tetragonus. Folia maxime variabilia, inferiora fere semper basi pinnatisecta, apice minus profunde dentata, media sinuato-dentata, longe in petiolum angustata, dentibus segmentisve lanceolatis linearibusve, superiora et interdum fere omnia anguste lanceolata integerrima v. remote dentata, basi in petiolum brevem angustata, omnia glaberrima. Verticillastri, calyces, corollae et stamina *L. exaltati*, a quo differt statura multo minore, foliorum superiorum forma et achaeniis tubo calycis brevioribus. — *L. Europaeus* Pursh, Fl. Amer. sept. I. 16. — *L. bracteatus* Mühlenb. ex Lnk. Jahrb. I. 3. p. 55. — *L. Americanus* Mühlenb. ex Barton, Fl. Philad. I. 16.

α. dissectus: Foll. plerumq. pinnatifidis. — *L. exaltatus* Elliot, Bot. S. Carol. et Georg. (non Linn.) — *L. heterophyllus* Rafin. Med. Fl. II. 28.

β. vulgaris: foll. plerumq. sinuatis. — *L. sinuatus* Elliot, Bot. S. Carol. et Georg. I. 187. — *L. vulgaris* Nutt. Gen. N. Amer. pl. I. 15.

γ. angustifolius: foll. plerumq. linearib. subintegerrimis. — *L. angustifolius* Nutt. Gen. N. Amer. pl. I. 15. — *L. longifolius* Rafin. Med. Fl. II. 28. — *L. Pennsylvanicus* Mühlenb. ex Rafin. l. c.? — *L. pauciflorus* Rafin. l. c.? — Habitat in Americae borealis aquosis vulgaris, a flumine Saskatchawan ad Canadam, ad fretum Juan de Fuca, a Canada ad Virginiam, in civitate Ohio et ad Louisville, in civitatibus australibus, var. *α.* praecipue in regione boreali, *β.* in media, *γ.* in australiore.

7. L. AUSTRALIS R. Br. Prodr. fl. Nov. Holl. 500. — Bth. l. c. 716. — Caule erecto glaberrimo v. pilis paucis hispido; foll. subsessilib. oblongo-lanceolatis, utrinq. angustatis argute dentatis, supra v. utrinq. glaberrimis lucidis v. subtus pubescentib.; verticillastris multifloris; calycib. quinquedentatis bracteisq. acutissimis; staminum sterilium rudimentis capitatis; achaeniis tubo calycis brevioribus. ♃ — Ab *L. Europaeo* differt praeter habitum staminum sterilium praesentia. Valde affinis est *L. sinuato*, a quo differt habitu, foliis subsessilibus et calycibus bracteisque acutioribus. — *L. Europaeus γ. argutus* Bth. Labiat. gener. et spec. 186. — *L. lucidus* Turcz. mss. — Crescit in Asia orientali (Sibiria et China) et in Nova Hollandia (Port Jackson et in Van Diemens Land).

8. L. EXALTATUS Linn. fil. Suppl. 87. — Bth. l. c. 187. — Caule erecto ramoso elato; foll. petiolatis ovato-oblongis pinnatifidis; verticillastris multifloris; calycib. acute quinquedentatis; staminum sterilium rudimentis capitatis; achaeniis dentes calycinos subaequantibus. ♃ — Caulis saepe 4-pedalis et ultra, acute tetragonus glaber v. pubescens. Folia magnitudine variabilia, at constanter profunde pinnatifida v. pinnatisecta, segmentis lanceolatis acutis v. obtusis integerrimis dentatis v. rarius pinnatifidis, subtus nervosa, basi in petiolum angustata, utrinque glaberrima v. in var. *β.* pubescentia. Verticillastri densissimi, at minores quam in *L. Europaeo*. Bracteae lanceolato-subulatae rigidae, exteriores calycem subsuperantes. Calyx campanulatus, dentibus aequalibus lanceolato-

subulatis acutis rigidis, tubo subbaeprioribus. Corolla minor quam in *L. Europaeo*, tubo intus subglabro. Stamina 2 fertilia subexserta, 2 sterilium rudimenta subulata capitata, corolla breviora. Achaenia laevia, apice subglanduloso, dentibus calycinis paullo breviora. — *L. pinnatifidus* Pall. Fl. Ross. II. t. 1. — *L. exaltatus* Sibth. et Sm. Fl. Graec. I. 9. t. 12. (an Sabbat. Hort. Rom. 3. t. 64?) — Habitat in Europae orientalis et Asiae mediae humidis.

† *Species e genere excludenda.*

L. DIANTHERA Hamilt. — MELISSA? NEPALENSIS.

Subtribus IV. MERIANDREAE Endl. l. c. p. 613.

Antherarum loculi disjuncti, connectivo filiformi.

3596. MERIANDRA *Bth.*

(Bth. in Bot. Reg. XV. ad calc. no. 1282. — Meisn. Gener. plant. vascul. I. 283. II. 192. — Bth. Labiat. gener. et spec. 188.)

1. M. STROBILIFERA Bth. in Wall. Plant. Asiat. rarior. I. 29. et Labiat. l. c. — Ramis denso floccoso-tomentosis; verticillastris spicatis, inferiorib. subremotis; foll. floralib. bracteaeformib. ovato-lanceolatis, quadrifariam spicatis. ♁ — Frutex 2–3-pedalis et ultra. Folia breviter petiolata oblongo-lanceolata 2–4-pollicaria obtusa crenulata, basi hastato-sagittata rugosissima, supra villosula, subtus laxe lanata, floralia sessilia integerrima, verticillastro parum longiora. Spicae versus apicem caulis plures 2–4-pollicares densae v. basi subinterruptae aequales. Verticillastri 10–20-flori densi. Bracteae minutae. Flores magnitudine florum *Elsholtziae blandae*. Calyces basi attenuati subincurvi, extus dense lanati, fructiferi aucti dense imbricati, labio superiore integro, inferiore bifido, dimidio breviore. Stamina 2 vix exserta. Achaenia parva oblonga. — Odor totius plantae fortis ingratus. — Habitat in India orientali, in montibus provinciae Sirmore, in jugo Himalayensi ad Syen et infra Simlah.

2. M. BENGHALENSIS Bth. in Wall. l. c. et Labiat. gener. et spec. 189. et 716. — Caule glabriusculo; ramis canescentib.; verticillastris remotis racemoso-paniculatis. ♁ — Frutex divaricatus, basi crassitie brachii humani, cortice rimoso. Folia fere *Salviae officinalis* 2–3-pollicaria petiolata oblongo-lanceolata obtusa crenulata, basi truncata v. rotundata, supra elevato-, subtus reticulato-rugosa, utrinque canescentia v. supra viridia, floralia parva sessilia, suprema verticillastro breviora. Racemi plurimi semipedales. Verticillastri laxi multiflori globosi, per anthesin semipollicem, fructiferi fere pollicem diametro. Bracteae minutae. Calyces pedicellati, molliter villosi subrecti, labiis longitudine subaequalibus, superiore brevissime tridentato, dentibus uti lobi labii inferioris lanceolatis acutis. Flores magnitudine florum *Thymi Serpylli* v. *vulgaris*. Stamina exserta 2, rarius 3 v. 4. Styli lobi dilatati acuti. Foliorum sapor et odor fortiores quam in *Salvia officinali*. Odor attritu valde camphoratus. — *Salvia Abyssinica* R. Br. Appdx. to Salt. Abyss. — *Salvia Benghalensis* Roxb. Fl. Ind. I. 140. — *Salvia dianthera* Roth, Nov. spec. plant. 18. — Habitat in India orientali, in Benghalia et Coromandelia? in hortis Indicis saepissime colitur, ubi pro *Salvia officinali* utitur.

Tribus III. *MONARDEAE* Bth. Labiat. gener. et spec. 190. — Endl. Gener. plant. p. 613. — Meisn. Gener. pl. vascul. I. 283.

Corolla bilabiata. Stamina fertilia 2 (inferiora) adscendentia. Antherae lineares, nunc loculis contiguis oppositis confluentibus connatae, nunc dimidiatae liberae v. postice connatae, connectivo lineari in filamentum articulato, apice loculum fertilem ferente, postice truncato v. saepius producto filiformi clavato v. loculum alterum nunc difformem cassum nunc fertilem ferente.

Subtribus I. SALVIEAE Endl. l. c. p. 614.

Connectivum filiforme cum filamento articulatum.

3397. SALVIA *Linn.*

(Linn. Gener. plantar. 39. — Meisn. Gener. plantar. vascular. I. 283. II. 192. — Bth. Labiat. gener. et spec. 190.)

Sectio I. EUSPHACE Bth. in Hook. Bot. Misc. III. 372.

Calyx campanulatus, labio superiore tridentato, inferiore hispido, dentibus omnibus acutis, maturatione vix auctis. Corollae tubus amplus subexsertus, intus piloso-annulatus. Labium superius erectum, inferioris lobi laterales reflexo-patentes, medio lato emarginato-bifido, laciniis subreflexis. Connectiva postice porrecta, loculum difformem cassum v. rarius subpolliniferum ferentia, extremitate subconnexa. — Herbae v. saepius suffrutices regionis mediterraneae, foliis integris v. pinnatisectis.

1. S. CRETICA Linn. Spec. plant. 33. — Bth. l. c. 208. — Fruticosa: caule albo-lanato; ramis floriferis tomentoso-pubescentib.; foll. integris petiolatis oblongo-linearib., basi angustatis rugosis, inferiorib. subtus albo-lanatis, floralib. sessilib., supremis deciduis; racemis subramosis; verticillastris multifloris; calycib. campanulatis membranaceo-coloratis striatis pubescentib., profunde fissis, labio superiore tridentato, inferiore bifido, dentib. omnib. subulato-acuminatis; corollis calyce duplo longiorib., tubo amplo exserto, intus annulato, labiis erectis, superiore recto, inferioris lobis lateralib. reflexis; connectivis postice subabortivis v. brevissimis porrectis, loculum cassum ferentibus. ♁ — Valde affinis *S. officinali*, cujus varietatem esse suadent *Ettling* et *Willdenowius*. Specimina culta omnia quoad flores monstruosa difformia. Calyces profunde irregulariter fissi. Corollae lobi valde irregulares. Stamina variabilia, postice saepe omnino abortiva. Styli et ovaria saepe duplicata v. multiplicata. Caeterum a *S. officinali* differt foliis angustissimis et longe petiolatis. — *S. tenuifolia* Riv. Monop. irregul. 50. t. 128. — *S. officinalis angustifolia* Lnk.? — *S. Cretica* Schreb. Nov. act. nat. cur. 479. t. 3. — DC. Pl. rar. hort. Genev. IV. 9. t. 3. — Crescit in Creta?

2. S. LAVANDULAEFOLIA Vahl, Enum. pl. I. 222. — Bth. l. c. — Fruticosa albo-tomentosa: foll. integris petiolatis oblongo-lanceolatis, basi angustatis rugosis, omnib. utrinq. albo-tomentosis, floralib. sessilib., supremis deciduis; racemis gracilib. subramosis; verticillastris laxis 6–10-floris; calycib. tubuloso-campanulatis, apice membranaceo-coloratis striatis pubescentib., vix bilabiatis, dentib. omnib. subaequalib. subulato-acuminatis; corollis calyce duplo triplove longiorib., tubo amplo exserto, intus annulato, labiis erectis, superiore recto, inferioris lobis lateralib. reflexis; connectivis postice porrectis, utrinq. antheriferis, loculis posteriorib. cassis connatis. ♁ — A *S. officinali* et speciebus affinibus differt canescentia, foliis angustis (fere ut in *S. Cretica*, sed brevioribus), racemis gracilibus, verticillastris laxis pauciforis et calycibus minoribus vix bilabiatis. An *S. Creticae* stirps sylvestris? — *S. Hispanorum* Lag. Gen. et spec. nov. diagn. 1. — *S. tenuior* Desf. ex Roem. et Schult. Syst. vegetab. I. 200. — *S. rosmarinifolia* Hortul. ex Roem. et Schult. l. c. — *S. officinalis* var. *Hispanica* Boiss. Voyage bot. dans le midi de l'Esp. 1297. † — Habitat in Hispania, in montibus circa Siguenza, abunde in collibus aridis mediocris altitudinis.

3. S. **OFFICINALIS** Linn. Spec. plantar. 34. — Bth. l. c. † — Caule fruticoso albo-lanato; ramis floriferis tomentoso-pubescentib.; foll. integris petiolatis oblongis, basi angustatis rotundatisve rugosis, inferiorib. subtus albo-lanatis, floralib. sessilib. ovatis acuminatis, basi membranaceis striatis; racemis subsimplicib.; verticillastris multifloris distinctis; calycib. campanulatis membranaceo-coloratis striatis pubescentib., labio superiore tridentato, inferiore bifido, dentib. omnib. subulato-acuminatis; corollis calyce duplo triplove longiorib., tubo amplo exserto, intus annulato, labiis erectis, superiore recto, inferioris lobis lateralib. reflexis; connectivis postice porrectis, utrinq. antheriferis, loculis posteriorib. cassis connatis. ♁ — Frutex humilis divaricatus. Rami erecti, basi foliosi, floriferi pedales sesquipedalesve. Folia 1–1½-pollicaria obtusiuscula crenulata, superiora rarius glabriuscula, basi saepius angustata, infima rarius angustata rotundata v. subcordata, floralia infima herbacea, calyces subaequantia, suprema membranacea colorata parva subdecidua. Verticillastri pauci 10–20-flori densi, pedicellis subramosis, interioribus elongatis. Calyx 4–5-linearis 15-nervis, dentibus omnibus acute lanceolatis, tenuiter pubescens, basi submembranaceus striatus, apice coloratus. Corolla extus tenuiter pubescens, labio superiore subfornicato rotundato subemarginato non compresso, inferioris lobo medio elongato divaricato bifido. Staminum superiorum rudimenta minutissima, inferiorum connectiva ad insertionem filamentorum integra v. parum gibba, postice sub loculo incrassata, filamenta medio connectivi inserta, appendice brevi rotundato. Stylus glaber, subaequaliter apice bifidus. Variat corollis purpureis coeruleis v. albis, majoribus minoribusve. — *S. Hispanica etc.* Besl. Hort. Eyst. aest. ordo 8. fol. 1. fig. 19. 2. — *S. papillosa* Hffmnsgg. Nachtr. I. 59? — *S. chromatica* Hffmnsgg. Nachtr.? — *S. grandiflora* Ten. Fl. Nap. prodr. App. V. 3. — Habitat in Europae australis siccis in Hispania, Gallia mediterranea, Pedemontio, regno Napolitano, regno Lombardo-Venetiano, in Istria et Dalmatia.

4. S. **ROTUNDIFOLIA** Visiani, Illustrat. di alc. piante etc. p. 6. † t. 1. — Cano-tomentosa: caule fruticoso adscendente; foll. elliptico-subrotundis rugosis crenulatis obtusis, basi subcordatis, superiorib. oblongis; bracteis cordato-subrotundis sessilib. cuspidatis; pseudo-verticillorum distantium cymis inferiorib. pedunculatis multifloris; calycib. 5-dentatis hirsutis, corolla duplo breviorib., dentib. lanceolatis acutis, supremo rotundato mucronulato minimo. ♁ — Crescit in monte Ida Bithyniae.

5. S. **CRASSIFOLIA** Desf. Arbr. et arbriss. I. 134. (non Sm.) — Bth. l. c. 209. — Caule fruticoso albo-lanato; ramis floriferis tomentoso-pubescentib.; foll. petiolatis ovatis obtusis, basi subcordatis eroso-crenatis rugosis pubescentib., ramorum sterilium undulato-crispis, utrinq. albo-lanatis, floralib. infimis herbaceis, supremis membranaceis deciduis; racemis simplicib.; verticillastris multifloris distantib.; calycib. campanulatis submembranaceis coloratis striatis pubescentib., labio superiore tridentato, inferiore bifido, dentib. omnib. lanceolatis acutis; corollis calyce vix duplo longiorib., tubo amplo subexserto, intus annulato, labiis erectis, superiore recto, inferioris lobis lateralib. reflexis; connectivis postice porrectis, utrinq. antheriferis, loculis posteriorib. cassis connatis. ♁ — Species dubia, verosimiliter *S. officinalis* varietas ex cultura orta, sed differre videtur foliis majoribus latioribus, basi subcordatis eroso-crenatis et ramorum sterilium, ut in *S. pomifera*, undulato-crispis et calycibus majoribus villosioribus. A *S. grandiflora* statura humili et foliorum forma distinguitur. — Habitat in Europa australi?

6. S. **GRANDIFLORA** Ettling, Salv. no. 2. — Bth. l. c. — Caule fruticoso albo-lanato; ramis floriferis tomentoso-pubescentib.; foll. integris petiolatis ovatis acutis, basi late rotundatis v. cordatis rugosis pubescentib., infimis subtus lanatis, floralib. herbaceis v. supremis basi membranaceis, ovatis acutis; racemis subsimplicib.; verticillastris 6–10-floris distinctis; calycib. campanulatis membranaceis coloratis striatis hispidis, labio superiore tridentato, inferiore bifido, dentib. omnib. acutis; corollis calyce duplo triplove longiorib., tubo amplo exserto, intus

annulato, labiis erectis, superiore recto, inferioris lobis lateralib. reflexis; connectivis postice porrectis, utrinq. antheriferis, loculis posteriorib. cassis connatis. ♁ — Affinis *S. officinali*, at differt caule elatiori 2-pedali v. ultra, foliis (ramorum floralium) multo majoribus (3-5 poll. longis, 1½-2 poll. latis), basi late rotundatis v. subcordatis minus rugosis, supra viridibus, subtus incanescentibus, utrinque pubescentibus nec lanatis, racemis densioribus, floribus saepius majoribus, calycibus magis hirtis. Folia ramorum sterilium et primordialia ramorum floriferorum minora et saepe lanata, sed basi semper latiora quam in *S. officinali*. — *S. major etc.* Besl. Hort. Eyst. aest. ordo 8. fol. 1. fig. 11. — *S. officinalis* Pall. Ind. Taur. ex Habl. Taur. 134. sec. Bieb. (non Linn.) — *S. tomentosa* Mill. Dict. no. 2. — *S. grandiflora* Jacq. fil. Ecl. fasc. IV. 55. t. 36.

β. minor: statura humilior, folia minora et magis incana, at semper basi late rotundata v. cordata. — Habitat in montosis Tauriae occidentalis et meridionalis locis apricis saxosis, in Oriente.

7. S. CONFUSA Bth. l. c. 210. — Caule fruticoso, basi sublanato; ramis floriferis tomentoso-pubescentib.; foll. petiolatis, plerisq. interrupte pinnatisectis rugosis, subtus albo-lanatis, segmento extremo maximo oblongo lanceolato, basi angustato, lateralib. utrinq. 1-2 oblongo-lanceolatis, basi rotundatis, floralib. bracteaeformib. deciduis; racemis elongatis; verticillastris multifloris remotis; calycib. campanulatis submembranaceis coloratis striatis pubescentib., labio superiore tridentato, inferiore bifido, dentib. omnib. subulato-acuminatis; corollis calyce duplo triplove longiorib., tubo amplo exserto, labiis erectis, superiore recto, inferioris lobis lateralib. reflexis; connectivis postice porrectis, utrinq. antheriferis, loculis posteriorib. cassis connatis. ♁ — In hortis Gallicis saepe occurrit sub nomine *S. trilobae*, *S. interruptae* v. *S. officinalis foliis pinnatis* et si *S. Cretica*, *grandiflora* et *crassifolia* cum *S. officinali* jungantur, haec etiam pro mera varietate ejusdem speciei habenda est, sed distincta videtur caule elatiori, racemo fere pedali v. ultra, verticillastris numerosis, foliis multo majoribus pinnatisectis, segmento extremo duplo longiore et triplo latiore quam folia *S. officinalis* et apice angustatis acutis nec obtusiusculis. A *S. triloba* et *interrupta* abunde differt calycibus tenuiter pubescentibus nec viscosis, habitu et characteribus aliis supra notatis. An *S. auriculata* Mill.? — *S. aurita* Schultes, Observ. bot. 10.? (non Thunb.) — Habitat in Europa australi?

8. S. AUCHERI Bth. Ann. sc. nat. (2. Ser.) VI. 37. — Caule basi fruticoso folioso tomentoso pubescente; foll. integris petiolatis oblongis rugosis, supra pallidis glabriusculis, subtus albo-tomentosis, petiolis nudis tomentosis, floralib. subnullis; panicula nuda divaricata glabra; verticillastris 2-4-floris; calycib. subsessilib. campanulatis subaequaliter 5-dentatis visceso-pubescentibus. ♁ — In Cilicia.

9. S. CANDELABRUM Boiss. Elench. plant. nov. Hispanic. no. 156., Voyage bot. dans le midi de l'Esp. 480. no. 1296. † t. 130. — Caule fruticoso villoso folioso; foll. oblongis petiolatis, utrinq. tomentosis rugosis pallide virentib.; scapis nudis erectis glabris; paniculae valde elongatae ramis viscidulis glabris oppositis abbreviatis trichotomis, pedicellis simplicib. aut dichotomis, ad mediam partem articulatis et bibracteolatis; calyce campanulato post anthesin bilabiato acute costato subaequaliter quinquedentato glanduloso-viscoso; corollae calyce triplo longioris extus glanduloso-hirtellae labio superiori lateraliter compresso, apice bifido, lobis rotundatis, inferiori trilobo, lobis lateralib. ovatis reflexis, intermedio majori emarginato; connectivis postice porrectis brevib., loculum subpolliniferum gerentibus. ♁ — Caules 1-2-pedales obtuse 4-angulares. Scapi terminales 2-4-pedales, paullo supra basin ramosi nudi. Paniculae rami circiter pollicares trichotomi. Pedunculus medius uniflorus, laterales 1-2-flori. Calyx pilis crystallinis valde glutinosus quinquedentatus, dentibus post anthesin induratis recurvis. Corollae labium superius flavescenti-albidum venoso-striatum, labium inferius intense violaceum, ad faucis ingressum macula albida violaceo-punctata notatum, lobi intermedii divisiones obtusae subquadratae. — In Hispania meridionali in Cistetis et ad margines vinearum ad radices montis Sierra de la Nieve supra Yunquera.

10. S. DIVARICATA Montbr. et Auch. Ann. sc. natur. (2. Sér.) VI. 37. — Caule basi fruticoso pubescente; foll. integris petiolatis oblongis rugosis, supra glabris, subtus juniorib. cano-tomentosis, petiolis ciliatis, floralib. minutissimis subnullis; panicula nuda divaricata glabra glauca; verticillastris 2–4-floris; florib. longe pedicellatis; calycib. tubuloso-campanulatis viscoso-pubescentib., labio superiore subintegro. ♁ — Crescit in Cappadocia.

11. S. TRILOBA Linn. fil. Suppl. 88. — Bth. l. c. 210. † — Caule fruticoso ramisq. albo-lanatis; foll. petiolatis ovatis obtusis rugosis crassis, subtus albo-lanatis, basi cordatis auriculatis v. segmentis distinctis parvis ovato-rotundatis 1–2 adjectis, floralib. membranaceis deciduis; racemis abbreviatis subpaniculatis viscosis; verticillastris 6–10-floris distinctis; calycib. tubuloso-campanulatis striatis villosis viscosis, labio superioro tridentato, inferiore bifido, dentib. omnib. ovatis acutiusculis; corollis calyce subtriplo longiorib., tubo amplo exserto, labio superiore recto, inferiore subpatente, lobis reflexis; connectivis postice porrectis, utrinq. antheriferis, loculis posteriorib. cassis approximatis liberis. ♁ — Praeter foliorum formam et habitum a *S. officinali* semper distinctissima est calycibus multo minoribus racemique axe viscoso-villoso, racemis abbreviatis paniculatis etc. Caulis saepius divaricato-ramosus, uti folia lana densa alba vestitus. Folia 1–1½-pollicaria, saepe integra, nunc segmentis duobus parvis lateralibus saepe vix a terminali distinctis auriculata, floralia membranacea dense villosa decidua. Calyces 3 lineas longi, dentibus brevibus extus dense villosis, glanduloso-viscosi purpurascentes. Corolla rubro-violacea, extus glabra, tubo medio intus pilosoannulato. Stylus exsertus glaber, breviter bifidus. — *S. quinquefolia* Riv. Monop. irregul. t. 131. — *S. auriculata* Mill. Dict. no. 3.? — *S. fruticosa* Mill. Dict. no. 5. — *S. sipylea* Lam. Illustr. gener. I. 68. — *S. baccifera* Ettl. Salv. 4. — *S. marrubioides* Vahl, Enum. I. 223. — *S. Clusii* Jacq. Hort. Schoenbr. II. 37. t. 185.? — *S. subtriloba* Schrank in Syll. pl. soc. Ratisb. II. 58? † — *S. triloba* Sm. et Sibth. Fl. Graec. I. 13. t. 17. — Habitat in regionis mediterraneae et orientalis Ponticae collibus siccis apricis etc., in Sicilia, in Calabria orientali, in insulis Archipelagi et in omni Graecia frequens, in insulis Melos et Naxos, in Syria et ad Macri.

12. S. INTERRUPTA Schousb. Beob. Marok. 7. t. 1. — Bth. l. c. 211. † — Caule fruticoso; ramis viscoso-villosis; foll. petiolatis irregulariter pinnatisectis rugosis, subtus albido-tomentosis, segmento extremo maximo lateraliumq. paribus 1–2 ovato-oblongis, basi rotundatis, segmentis aliis minimis rotundatis interjectis, floralib. membranaceis deciduis; racemo simplici; verticillastris subsexfloris remotis; calycib. tubuloso-campanulatis striatis villoso-viscosis, labio superiore tridentato, inferiore bifido, dentib. omnib. acutis; corollis calyce duplo triplove longiorib., tubo exserto ampliato, labio superiore recto, inferiore maximo, lobis reflexis, medio latissimo; connectivis postice porrectis, utrinq. antheriferis, loculis posteriorib. cassis subconnatis. ♁ — Caules 3–4-pedales, inferne glabrati, superne pilis apice glanduliferis villosi. Folia cum petiolo 4–6-pollicaria v. ultra, constanter pinnatisecta, segmentis majoribus conformibus crenulatis, extremo saepe 2–3-pollicari, lateralia fere duplo minora, intermedia minima (1–3-linearia). Racemus 1–2-pedalis. Verticillastri inferiores saepe 2–3 pollices distantes. Folia floralia ovato-acuminata membranacea decidua, calyce duplo breviora. Bracteae minutae. Calyces post anthesin campanulati, labio superiore recurvo-patente. Dentes breves. Corolla speciosa coerulescenti-albida, labium superius extus pubescens. Stylus exsertus glaber, breviter bifidus. — In hortis saepe occurrit sub nomine *S. pinnatae* v. *S. rosaefoliae*, sed ab utraque distincta. — *S. interrupta* Jacq. Fragm. 61. t. 90? — Sweet, Brit. flow. gard. II. t. 169. — Habitat in Africa boreali, in provinciis australioribus regni Marocecani.

13. S. RINGENS Sibth. et Sm. Flor. Graec. I. 14. t. 18. — Bth. l. c. 212. — Ramis viscoso-villosis; foll. petiolatis irregulariter pinnatisectis, segmentis inaequalib. ovato-oblongis, basi rotundatis, utrinq. villosis, subtus vix canescentib., floralib. membranaceis deciduis; racemo simplici; verticillastris subsexfloris laxis remotis; calycib. nutantib. tubuloso-campanulatis striatis villoso-viscosis, labio superiore

breviter tridentato, inferiore bifido, dentib. omnib. acutiusculis; corollis calyce triplo quadruplove longiorib., tubo exserto ampliato recurvo-adscendente, fauce amplissima, labio superiore erecto subfalcato, inferiore maximo, lobis reflexis, medio latissimo; connectivis postice porrectis, utrinq. antheriferis, loculis posteriorib. cassis subconnatis. ♁ — Caules 1–2-pedales, basi glabrati. Petioli longe ciliati. Folia fere *S. interruptae*, a qua corollis maximis recurvo-adscendentibus distinctissima. — Habitat in Graeciae declivibus petrosis montium non infrequens.

14. S. PINNATA Linn. Spec. plantar. 39. — Bth. l. c. — Caule herbaceo erecto piloso; foll. pinnatisectis, segmentis 3–4-jugis petiolulatis ovatis inciso-crenatis rugulosis villosis; racemis simplicib.; verticillastris subsexfloris remotis; foll. floralib. bracteisq. membranaceis ovatis acuminatis, calyce breviorib. deciduis; calycib. urceolatis truncatis piloso-lanatis, labio superiore tridentato, inferiore bifido, dentib. omnib. brevissimis acutis; corollis calyce triplo longiorib., tubo longe exserto, superne subampliato, labio superiore recto, inferioris lobis lateralib. deflexis, medio maximo; connectivis postice porrectis, utrinq. antheriferis, loculis posteriorib. cassis approximatis liberis. ♃ — Tota pilis longis albidis lanata et breviter viscoso-villosa. Caules 1–2-pedales, basi foliosi. Folia minora quam in *S. interrupta*, at segmenta numerosiora, vix inaequalia v. segmentis minimis rotundatis paucis interjectis. Calyces pedicellati, latitudine longitudinem subaequantes. Corollae pulchrae ultrapollicares purpureae. — Species foliis pinnatis *S. interruptae* affinis, calyce *S. subicolae*. — Habitat in Europa australi praesertim orientali, in Hispania, in arvis pascuis Smyrnae, in Oriente et in Arabia.

15. S. CAESPITOSA Montbr. et Auch. Ann. sc. natur. (2. Sér.) VI. 38. — Caule basi fruticoso ramosissimo; ramis adscendentib. brevib. dense foliosis; foll. pinnatisectis, segmentis 3–4-jugis oblongis dentatis, utrinq. tomentoso-pubescentib. villosisq.; petiolis ciliatis hirsutisve, foll. floralib. integris ovatis coloratis, calyces aequantib.; racemis brevib. densis; calycib. campanulatis coloratis viscoso-villosis, labio superiore integro v. minute tridentato. ♃ — Crescit in Cappadocia.

16. S. SUFFRUTICOSA Montb. et Auch. l. c. 39. — Ramis adscendentib. glaberrimis subglaucis; foll. distantib. pinnatisectis, petiolis ciliato-hirtis, segmentis 3–7 sessilib. oblongis dentatis, terminali maximo, utrinq. pubescentib., foll. floralib. ovato-acuminatis subincisis, calyce breviorib.; verticillastris remotis 2–6-floris; calycib. campanulatis hirtis, labio superiore brevissime 3-dentato. ♃? — Crescit in Tauro.

17. S. PILIFERA Montb. et Auch. l. c. 40. — Ramis glaberrimis subglaucis; foll. distantib. pinnatisectis, petiolis longe ciliatis, segmentib. 3–5 late ovatis duplicato-crenatis, terminali maximo, basi subcordato, juniorib. pilosis rugosis, demum glabratis membranaceis, floralib. ovatis acuminatis calyce subaequalib.; verticillastris 2–6-floris distantib.; calycib. pedicellatis amplis campanulatis hirtis, labio superiore breviter tridentato, dentib. omnib. acutissimis. ♃? — Crescit in Tauro.

18. S. INCARNATA Vahl, Enum. I. 226. [non Cav. an Ettling. Salv. n. 15.?] — Bth. l. c. — Caule herbaceo erecto piloso; foll. pinnatisectis, segmentis 2–3-jugis subsessilib. ovatis crenatis rugosis villosis; racemis simplicib.; verticillastris 2–6-floris remotis; foll. floralib. membranaceis ovatis acuminatis, calyce breviorib. deciduis; calycib. campanulatis piloso-lanatis, labio superiore tridentato, inferiore bidentato, dentib. omnib. ovatis acutis; corollis calyce vix duplo longiorib., tubo calycem aequante, labio superiore recto, inferioris lobis lateralib. deflexis, connectivis postice porrectis, utrinq. antheriferis, loculis posterioribus cassis liberis? ♃ — Habitus *S. pinnatae*, a qua floribus differt, a *S. rosaefolia* habitu, caule erecto et bracteis distincta est. — Habitat in Oriente.

19. S. ROSAEFOLIA Sm. Icon. plantar. I. 5. t. 5. — Bth. l. c. — Caule basi procumbente; ramis adscendentib. pubescentib.; foll. pinnatisectis 2–3-jugis, segmentis petiolulatis oblongis, utrinq. angustatis, supra villosis, subtus cano-pubescentib.,- floralib. ovato-lanceolatis coloratis, calycem aequantib.; racemis abbreviatis; verticillastris 2–3-floris distinctis; calycib. campanulatis coloratis,

labio superiore 3-dentato, inferiore bidentato, dentib. omnib. ovatis acutis; corollis calyce subduplo longiorib., tubo calycem aequante amplo, intus annulato (?), labio superiore recto, inferioris lobis lateralib. deflexis, medio emarginato-bifido. ♃? — Suffrutex (?) humilis, vix palmaris, basi ramosus, ramis pilis albidis pubescentibus. Petioli ciliati. Folia cum segmento ultimo 3 poll. longa, segmento semipollicari, lateralibus angustioribus. Calyx amplus, fere *S. officinalis*. Corolla purpurea (?). Calyces et bracteae purpurascentes. — Variat foliis lanceolatis, ultimis saepe confluentibus. — *S. orientalis* Mill. Dict. no. 8.? — Habitat in Germania, Oriente et in Persia.

20. S. BRACTEATA Russ. Nat. hist. Alep. 2. — Bth. l. c. 213. — Caule herbaceo erecto pubescente; foll. pinnatisectis, segmentis 2–3-jugis sessilib. oblongis acutis crenato-serratis, basi angustatis, utrinq. tomentoso-villosis, floralib. latissimis ovatis acuminatis integerrimis persistentib., flores amplectentib., calyce longiorib.; racemis simplicib.; verticillastris sub-10-floris remotis; calycib. sessilib. campanulatis, basi membranaceis, labiis villosis, superiore tridentato, inferiore 4-dentato, dentib. omnib. lanceolatis; corollis calyce duplo longiorib., tubo amplo incluso. ♃ — Caulis pedalis sesquipedalisve. Folia 2–4-pollicaria, segmento ultimo majore, floralia fere *S. sclareae*, basi membranaceo-albida. Verticillastri densi. Corolla purpurascens. — Habitat in Syria prope Aleppo.

21. S. SCABIOSAEFOLIA Lam. Journ. hist. nat. no. 14. 44. t. 27. — Caule herbaceo; ramis diffusis piloso-lanatis; foll. pinnatisectis, segmentis subgeminatis integris bisectis v. pinnatisectis oblongis v. linearib. acutis integerrimis; racemis simplicib.; verticillastris 6–10-floris distinctis; foll. floralib. persistentib. lanceolatis ovatis v. ovato-rotundatis acuminatis; calycib. ample campanulatis striatis villosis, labio superiore brevissime tridentato, inferiore bifido, dentib. ovatis acutis; corollis calyce duplo longiorib., tubo amplo breviter exserto, labio superiore recto bifido, inferiore amplo, lobis rotundatis deflexis, medio lato emarginato; connectivis postice porrectis dilatatis, utrinq. antheriferis, loculis posteriorib. cassis connatis. ♃ — Caules diffusi, 1–1½-pedales, basi patentim pilosi v. lanati, superne subglabri, saepe purpurascentes. Folia numerosa, nunc fere glabra, saepius canescentia et pilosa, segmenta 3–5-juga, saepius geminata v. ternata, at opposita, et inde quasi verticillata. Racemus 4–6-pollicaris v. ultra. Folia floralia inferiora ovato-lanceolata, calyces superantia, superiora latiora breviora. Calyces fructiferi 7–8 lineas longi, breviter pedicellati erecti, molliter piloso-pubescentes, dentibus abbreviatis. Corollae pulchrae albidae, tubo intus piloso-annulato. Stylus breviter exsertus. — Variat foliis saepe angustissimis glabrioribus, verticillastris nunc omnibus 6-floris, nunc 10-floris v. ultra. Variat etiam magnitudine et forma foliorum floralium. — *S. pinifolia* Pall. Ind. Taur. — *S. Tauricа* Habl. Phys. Beschr. Taur. 207. — *S. Scabiosa* Pers. Enchirid. I. 29. — *S. Hablitziana* Willd. in Schrad. Journ. Bot. I. 289. t. 2. — Jacq. Fil. Ecl. I. 9. t. 3. — Bot. Mag. t. 1429. — *S. vulnerariaefolia* Willd. Spec. plantar. I. 149. — Habitat in regione Pontica in clivis Tauriae circa Achmetchet et Bachtchisarai, circa Karassubazar frequens, et in Armenia.

Sectio II. HYMENOSPHACE Bth. in Hook. Bot. Misc. III. 373.

Calyx campanulatus, labio superiore 2–3-fido, inferiore bifido, lobis omnibus subaequalibus, post anthesin membranaceo-dilatatis venosis. Corollae tubus amplus, intus piloso-annulatus. Labium superius subfalcatum compressum, inferioris lobi laterales patentes. Connectiva postice porrecta, loculum difformem cassum ferentia, extremitate subconnexa. — Frutices v. rarius herbae, saepius incanae. Habitus Eusphacium, praesertim species Mediterraneae et Canariensis. Capenses duriores sunt et magis lignosae.

22. S. LINKIANA Roem. et Schult. Syst. Mant. I. 182. — Bth. Labiat. gen. et spec. 214 — Herbacea? ramis adscendentib. tomentosis; foll. pinnatisectis, segmentis 2–3-jugis sessilib. oblongo-lanceolatis obtusiusculis crenatis, basi angustatis rugosis, supra pubescentib., subtus molliter villosis, floralib. late ovatis obtusis in-

tegris, calyces subaequantib.; racemis simplicib.; verticillastris multifloris; calycib. breviter pedicellatis mollitrr villosis, labiis membranaceo-dilatatis venosis subcoloratis, superiore lato sinuato, inferiore bifido, lobis ovato-rotundatis; corollis calyce duplo longiorib., tubo amplo subexserto, labio superiore recto, inferioris lobis latis lateralib. reflexis; connectivis postice porrectis utrinq. antheriferis, loculis posteriorib. connatis. ♃ — Rami 2–3-pedales, pallide virentes v. subcanescentes et molliter villosi. Folia fere *S. incarnatae*, sed angustiora, segmento extimo circiter 2-pollicari, summa in petiolum decurrentia, omnia supra pallide virentia, subtus canescentia. Racemus pedalis, molliter villosus. Bracteae parvae, oblongae v. 1–2 exteriores foliis floralibus conformes. Calyx 7–8 lin. longus, basi striatus submembranaceus, sed virens v. apice pallide purpurascens. Corolla coerulea, labio superiore extus piloso, magnitudine corollae *S. scabiosaefoliae*, cui haec species habitu affinis, sed calyx *Hymenosphacium*. — *S. pilantha* Link, Enum. plant. hort. Berolin. I. 10. — Habitat in Oriente.

23. S. ACETABULOSA Vahl, Enum. I. 227. — Bth. l. c. — Caule suffruticoso adscendente piloso; foll. inferiorib. pinnatisectis, segmentis 1–2-jugis superioribq. integris oblongis obtusis rugosissimis, utrinq. villosis, subtus canescentib., floralib. inferiorib. conformib., superiorib. membranaceis, calycem subaequantib.; racemis simplicib.; verticillastris sub-10-floris; calycib. ample campanulatis piloso-hispidis, labiis membranaceo-dilatatis venosis coloratis, superiore integro, inferiore bifido. ♃ — Affinis *S. Moluccellae*, sed foliis pinnatis et calycibus hispidis diversa. Calyx fructifer maximus. Corolla glabra. — Habitat in Oriente.

24. S. HYDRANGEA DC. mss. ex Bth. l. c. 717. — Canescens: foll. pinnatisectis, segmentis 3–4-jugis oblongis obtusis integerrimis, utrinq. tenuiter pubescentib., floralib. parvis deciduis; verticillastris 6–10-floris; calycib. maximis glabris membranaceo-venosis coloratis, labio superiore lato sinuato, inferiore bifido, lobis ovato-rotundatis; corollis vix exsertis. ♃ — Species pulcherrima foliis distinctissima, flores *S. acetabulosae*. Verticillastri superiores substeriles. Foliorum segmenta inferiora pollicaria, ultimum majus, omnia pallida crassiuscula pauci-venia nec rugosa. — Crescit in Persia.

25. S. POMIFERA Linn. Spec. plantar. 34. — Bth. l. c. 215. † — Sibth. et Sm. Flor. Graec. I. 12. t. 15. — Whlnbrg. Isis XXI. 1005. — Caule fruticoso; ramis canotomentosis; foll. petiolatis ovato-oblongis obtusis, basi rotundatis v. subcordatis, margine crenulatis undulato-crispis rugosis canis, floralib. calyce breviorib., supremis bracteisq. membranaceis deciduis; racemis subramosis; verticillastris subsexfloris distinctis; calycib. ample campanulatis, basi pubescentib. substriatis, labiis membranaceo-dilatatis venosis coloratis, superiore latissimo subintegerrimo v. sinuato, inferiore bilobo, lobis obovato-rotundatis obtusis mucronulatis; corollis calyce duplo longiorib., tubo amplo subexserto, labio superiore subrecto, inferioris lobis deflexis, medio latissimo; connectivis postice porrectis, utrinq. antheriferis, loculis posteriorib. difformibus subconnatis. ♁ — Frutex 2–3-pedalis, basi rubescens. Folia 2–3-pollicaria, in speciminibus spontaneis vix semipollicem, in cultis fere pollicem lata, utrinque albido-tomentosa. Racemi breves, saepius ramis utrinque 2–3-, verticillastris glomeratis saepius 3–4-floris. Folia floralia late ovata acutiuscula. Calyces subsessiles, fructiferi semipollicares et ultra, latissime campanulati. Corolla coeruleo-violacea, fere sesquipollicaris, extus glabra v. tenuiter pubescens. Tubus supra ovarium contractus, intus piloso-annulatus, superne amplissimus. Labia ringentia, superius 8–9 lin. longum latum subcompressum, rectum v. subfalcatum, inferius latissimum, lobis rotundatis. Stamina sterilia brevia filiformia, apice clavata, fertilium filamenta ad medium corollae labii superioris attingentia, connectivis brevibus medio affixis. Stylus vix exsertus glaber, apice breviter bifidus. — Planta vix odora v. aromatica, sed gallae ejus potius nutrientes, inde Sto. Joanni in deserto pro esca inservisse creduntur. — *S. crispa* Rivin. Monop. irr. t. 125. — *S. frugifera* Ettl. Salv. no. 5. — Habitat in Oriente, in Cretae collibus apricis et asperis, in Graecia vulgaris, in Palaestina et Syria.

28. S. CALYCINA Sibth. et Sm. Flor. Graec. I. 13. t. 16. — Bth. l. c. — Caule fruticoso; ramis erectis cano-tomentosis; foll. petiolatis ovatis obtusis, basi cuneatis rotundatis v. subcordatis crenulatis subplanis rugosis canis, floralib. calyce breviorib., supremis bracteisq. membranaceis deciduis; racemo abbreviato subramoso; verticillastris 2–6-floris remotis; calycib. ample campanulatis, basi striatis pubescentib., labiis membranaceo-dilatatis venosis, superiore latissimo integro sinuato v. brevissime 3-mucronato, inferiore bilobo, lobis obovato-cuneatis; corollis calyce duplo longiorib., tubo amplo vix exserto, labio superiore recto, inferioris lobis deflexis, medio latissimo; connectivis postice porrectis, utrinq. antheriferis, loculis posteriorib. difformib. subconnatis. ♁ — Valde affinis *S. pomiferae*, a qua differt foliis brevioribus latioribus planis, calycibus minoribus basi magis striatis et villosioribus, labiis minus dilatatis, corollis saepius majoribus. An revera distincta? — *S. peregrina Rauwolfii* Gessner ed. Schmiedel I. t. 12. fig. 103. ex Roem. et Schult. — Habitat in Graecia in monte Hymetto prope Athenas, in monte Poros et in collibus apricis et maritimis insulae Sami ad urbem Vathi.

27. S. ERYPTANTHA Montb. et Auch. Ann. sc. nat. (2. Sér.) VI. 40. — Suffruticosa humilis: foll. longe petiolatis ovatis oblongisve, basi subcordatis rugosis, juniorib. albo-tomentosis, floralib. ovatis acuminatis calyce dimidio breviorib.; verticillastris 4–10-floris, parum distantib.; calycib. subsessilib., basi striatis, labiis amplis membranaceo-dilatatis venosis, superiore integro v. obscure trilobo, inferiore dimidio minore bilobo. ♃ — Crescit in Cappadocia.

28. S. EUPHRATICA Bth. ex Montbr. et Auch. l. c. — Fruticosa ramosissima: foll. petiolatis ovato-oblongis, basi subcordatis v. utrinq. segmento parvo auctis, crenatis rugosissimis tomentoso-lanatis villosisve, floralib. ovatis acuminatis, calyce plerumq. breviorib.; racemis secundis; verticillastris 2–4-floris; calycib. sessilib. amplis campanulatis, labiis membranaceo-dilatatis subaequalib., supremo integro, apice recurvo, inferiore bilobo. ♃ — Habitat in Cappadocia.

29. S. MULTICAULIS Vahl, Enum. I. 235. — Bth. l. c. — Tomentosa: foll. subcordato-oblongis obtusissimis crenatis; calycib. hirtis; bracteis lanceolatis; caule herbaceo. ♃? — Caules plures erecti semipedales, basi foliosi, uti tota planta tomentoso-incani, superne inter verticillos pilosi. Folia petiolata semipollicaria, venoso-subrugosa. Petioli folio longiores incani pilosi. Verticillastri distantes 6-flori. Bracteae calyce breviores. Calyx fructifer campanulatus magnus membranaceus venosus, lacinils rotundatis. — Ex descriptione valde affinis est *S. calycinae*, a qua differre videtur caule herbaceo humili, foliis caulinis minoribus et floralibus lanceolatis. — Habitat in Oriente.

30. S. MOLUCCELLAE Bth. l. c. 216. — Caule herbaceo erecto pubescente; foll. longe petiolatis ovatis obtusis crenatis, basi cordatis rugosissimis, utrinq. pubescentib., juniorib. canescentib., floralib. calyce breviorib., supremis bracteisq membranaceis deciduis; racemis elongatis simplicib.; verticillastris remotis 6–10-floris; calycib. subsessilib. campanulatis, basi striatis pubescentib., fructiferis amplissimis, labiis membranaceo-dilatatis, superiore minuto subtridentato, inferiore bilobo, lobis obtusissimis. ♃ — A *S. calycina* differt foliis rugosioribus vix tomentosis, basi cordatis, et praecipue racemis elongatis palmaribus v. fere pedalibus, verticillastris densis remotis. Caulis basi perennis repens. Rami erecti, pedales et ultra. Calyces maximi, fere *Moluccellae laevis*. Corollae.....? An *S. multicaulis?* sed haec ex descriptione tota tomentosa incana. — Habitat in Syria prope Aleppo.

31. S. AUREA Linn. Spec. plantar. 38. — Bth. l. c. — Curtis, Bot. Magaz. t. 182. Caule fruticoso; ramis cano-tomentosis; foll. petiolatis ovato-subrotundatis obtusis integerrimis sinuatisve coriaceis incanis, floralib. sessilib. villosis persistentib.; racemis abbreviatis subramosis; verticillastris bifloris approximatis; calycib. ample campanulatis villosis, labiis membranaceo-dilatatis venosis coloratis, superiore subintegerrimo late rotundato, inferiore emarginato v. bifido, lobis

ovato-rotundatis; corollis calyce triplo longiorib., tubo calycem vix superante, labio superiore maximo subfalcato-compresso, inferiore breviore patente, lobis rotundatis subreflexis; connectivis postice abbreviatis subdeflexis dilatatis, antherae loculum minimum cassum ferentibus. ♄ — Frutex pluripedalis, totus albido-tomentosus. Folia semipollicaria v. vix pollicaria rigidula, molliter albido-tomentosa. Racemi densi 2-4-pollicares, verticillastris vix distinctis, axl, foliis floralibus, calycibusque hispido-villosis. Folia floralia calyce triplo quadruplove breviora. Calyces floriferi semipollicares, fructiferi saepe ultra pollicares, lobis maximis glabratis reticulato-venosis. Corolla pulcherrima aurea, tubo ampliato, basi contracto, intus piloso-annulato, labii inferioris lobo medio emarginato. Genitalia labium superius corollae subaequantia. Filamenta dilatata abbreviata. — *S. Africana* etc. Commel. Hort. Amst. II. 183. t. 92. — *S. colorata* Linn. Syst. 71? (non Vahl). — In Africa australi ad Caput bonae spei etc. et ad sinum Algoa.

32. S. GARIPENSIS E. Mey. Comment. pl. Afric. austr. I. 232. — Suffruticosa: foll. petiolatis late ovatis eroso-dentatis, basi truncatis subcordatisve rugosis ramisq. viscoso-pubescentib.; verticillastris racemosis bifloris secundis; calycib. ample campanulatis villosis, labiis membranaceo-dilatatis venosis coloratis, superiori recurvo subtruncato brevissime tridentato, inferiori bifido, dentib. omnib. acutis, corollis calyce duplo longiorib., labio superiori falcato compresso. ♃ — Affinis *S. rotundifoliae*. — Habitat in Promontorio bonae spei.

33. S. HASTAEFOLIA E. Mey. l. c. 233. — Fruticosa: ramis tenuiter viscoso-pubescentib.; foll. petiolatis ovato-oblongis dentatis, basi saepius hastato-auriculatis crassis subcoriaceis, juniorib. vix canescentib.; racemis brevib. ramosis; verticillastris bifloris; calycib. ample campanulatis villosis, labiis membranaceo-dilatatis venosis coloratis, superiori sinuato, inferiori bilobo; corollis calyce subduplo majorib., labio superiori subfalcato-compresso inferiori breviori patente. ♄ — Rami divaricati non canescentes. Corolla fere *S. diversifoliae* sed tubus brevior. — Habitat in Promontorio bonae spei.

34. S. DREGEANA E. Mey. l. c. 234. — Fruticosa: ramis albidis, basi foliosis; foll. brevissime petiolatis oblongis, profunde inciso-dentatis pinnatifidisq. coriaceis rigidis venosis, subtus albis, floralib. deciduis; racemis paniculato-ramosis; verticillastris bifloris; calycib. campanulatis pilis longissimis obtectis, labiis demum membranaceis, superiori breviter tridentato, inferiori bifido, dentib. omnib. acutis; corollis calyce subduplo longioribus. ♄ — Habitat in Promontorio bonae spei.

35. S. ALBICAULIS Bth. mss. in E. Mey. Comment. pl. Afric. austr. I. 231. — Fruticosa: ramis albidis, basi foliosis; foll. breviter petiolatis obovato-rotundatis oblongisve crenatis coriaceis rigidis venosis, subtus albidis, floralib. bracteaeformib. parvis acutissimis; racemis paniculato-ramosis; verticillastris bifloris; calycib. campanulatis pilis longissimis obtectis, labiis demum membranaceis, superiori breviter tridentato, inferiori bifido, dentib. omnib. acutis; corollis calyce subduplo longioribus. ♄ — *β.* Ramis basi foliisq. inferioribus hispidis. — Crescit in Promontorio bonae spei.

36. S. AFRICANA Linn. Spec. plantar. 38. — Bth. l. c. 216. † — Caule fruticoso, apice paniculato; ramis canescentib.; foll. subsessilib. ovatis oblongis obovatis cuneatisve acutis integerrimis v. sinuato-dentatis, basi angustatis, supra glabriusculis, subtus albidis coriaceis rigidis, floralib. bracteisq. late ovatis subpersistentib; racemis subramosis; verticillastris 2-6-floris distantib.; calycib. campanulatis hispido-villosissimis, labiis demum membranaceo-dilatatis, superiore subintegro late rotundato, inferiore bifido, lobis ovatis acutis; corollis calyce duplo longiorib., tubo calycem vix superante ampliato, supra basin contracto, intus piloso annulato, labio superiore subrecto, inferiore patente, lobis subreflexis; connectivis postice abbreviatis porrectis dilatatis, antherae loculum cassum ferentibus. ♄ — Ramosissima, basi purpurascens, ramis canescentibus. Folia forma variabilia, nunc spathulata obtusa, saepius ovata v. oblonga acuta, fere semper mucronulo acuminata, rarius dentata, duplo minora quam in *S. aurea*, supra saepius viridia, subtus constanter albida. Calyces duplo minores quam in *S. aurea*, basi

villosissimi, lobis labii inferioris acutis, post anthesin vix elongati, at saepius apice latissime membranacei. Corollae 7–8 lin. longae, labiis subaequalibus, violaceae. Tubus intus piloso-annulatus. Genitalia exserta. — *S. Africana* Commelin, Hort. Amst. II. 181. t. 91. — Mill. Ic. t. 225. fig. 1. — *S. colorata* Vahl, Enum. I. 230. — *S. integerrima* Mill. Ic. t. 225. fig. 2. — *S. barbata* Lam. Illustr. I. 72. — Habitat ad Caput bonae spei.

37. S. CRISPULA E. Mey. l. c. — Fruticosa: ramis vix pubescentib. paniculatis; foll. parvis petiolatis obovato-subrotundis eroso-dentatis undulato-crispis, junioribus v. omnib. incanis, floralib. sessilib. rotundatis, calyce vix breviorib.; racemis vix ramosis; verticillastris 2–6-floris; calycib. campanulatis pubescentib. v. breviter villosis, labiis demum membranaceo-dilatatis, superiori breviter tridentato, inferiori bifido, dentib. omnib. obtusis; corollis calyce duplo longioribus, labio superiori vix incurvo, inferiori amplo patente. ♄ — Habitat in Promontorio bonae spei.

38. S. PANICULATA Linn. Mant. 25. et 511. — Bth. l. c. 207. — Caule fruticoso; ramis scabris glabriusculis; foll. petiolatis obovatis acutis subdentatis coriaceis, utrinq. viridib., subtus scabris, floralib. ovatis membranaceis deciduis; racemis paniculato-ramosis; verticillastris 2-floris distinctis; calycib. campanulatis scabris, labiis demum membranaceis subdilatatis, superiore integro rotundato, inferiore bifido, lobis ovatis acuminatis; corollis calyce subtriplo longioribus, tubo calycem aequante, labio superiore subrecto, medio breviore patente, lobis rotundatis subreflexis; connectivis postice abbreviatis porrectis dilatatis, antherae loculum cassum ferentibus. ♄ — Folia semipollicaria, basi angustata, apice serrata, glabra v. nervis villosis, majora quam in *S. Africana* et utrinque viridia scabriuscula. Calyces *S. Africanae*, sed glabriusculi, fructiferi minus dilatati. Corolla *S. Africana* paullo major, forma potius *S. aureae*, sed duplo minor purpureo-violacea. Tubus intus piloso-annulatus. Genitalia exserta. — *S. chamaecistacagnea* Berg. Cap. I. 3. — *S. minor* etc. Breyn. Cent. I. 109. t. 85. — Habitat ad Caput bonae Spei.

39. S. DENTATA Ait. Hort. Kew. I. 37. — Bth. l. c. — Caule fruticoso glabro; foll. linearib. fasciculatis remote dentatis glabriusculis, floralib. bracteisq. ovatis calyce multo breviorib. persistentib.; racemis simplicib. abbreviatis; verticillastris 2–6-floris; calycib. ample campanulatis pubescentib., basi striatis, labiis demum membranaceis dilatatis reticulato-nervosis, superiore sinuato sub-3-dentato, inferiore bifido, dentib. ovatis obtusiusculis; corollis calyce subduplo longioribus, tubo calycem aequante, labio superiore subrecto, inferiore ei aequali patente, lobis rotundatis subreflexis; connectivis postice abbreviatis dilatatis, antherae loculum cassum ferentibus. ♄ — Frutex humilis, ramis tetragonis saepius glabris semipedalibus Folia ramorum juniorum in axillis fasciculata, longiora vix pollicaria, nunc anguste linearia integerrima, saepius hinc inde dentata, interdum lanceolata profunde dentata coriacea dura, vix incana, floralia 2–3-linearia, vix bracteis majora, suprema pubescentia. Racemi 1–2-pollicares, verticillastris approximatis at distinctis. Calyces forma et magnitudine *S. Africanae*, at brevissime (ut in *S. paniculata*) scabro-pubescentes. Corolla *S. Africana* minor, purpureo-violacea? tubo ampliato intus versus medium piloso-annulato, labii inferioris lobo medio emarginato-bifido. Connectiva subtus sub insertione breviter dentata. Stylus breviter exsertus. — *S. rigida* Thunb. Prodr. fl. Cap. I. 96. — Habitat ad Caput bonae spei.

40. S. NIVEA Thunbrg. Prodr. fl. Cap. 96. — Foli. lanceolatis integerrimis albotomentosis; ramis divaricatis. ♄? — Caulis erectus 3-pedalis. Rami et ramuli decussati tetragoni sulcati, inferne glabri, superne tomentosi. Folia opposita petiolata acuta, parum rugosa convoluta nivea patula, internodiis brevioru pollicaria. Axillae ramulis foliiferis onustae. Petioli vaginantes, sensim in folium dilatati breves. Flores oppositi v. subpaniculati in apicibus ramulorum. Calyces hirti. Corollae purpureae, calyce duplo longiores. Similis *S. aureae* et *chamaecistacagneae*.

sed distinguitur facile foliis lanceolatis niveis. — *S. lanceolata* Lam. Ill. gen. I. 72. sec. Vahl. — Habitat ad Caput bonae spei.

41. S. CANARIENSIS Linn. Spec. plantar. 38. — Bth. l. c. 218. — Caule fruticoso albo-lanato; foll. petiolatis lanceolatis hastato-triangularibus rugosis subglabris, floralib. ovato-lanceolatis calyces superantib. membranaceis coloratis; racemis ramosis; verticillastris subsexfloris approximatis distinctis; calycib. incurvo-campanulatis, labiis membranaceo-dilatatis, superiore sinuato-subtrilobo, inferiore bifido, laciniis obtusis mucronatis; corollis calyce plus duplo longiorib., tubo incluso ampliato, labiis subaequalib. subrectis, superiore subfalcato, inferioris lobis lateraliter deflexis; connectivis postice subdilatatis, antherae loculum cassum ferentibus. ♁ — Frutex orgyalis, in hortis saepe cultus, foliis hastatis et caule dense lanato distinctissimus. Folia floralia et calyces membranaceo-colorati. Corollae purpurascentes. — *Sclarea tomentosa* Mill. Dict. no. 13. — *Schraderia hastata* Moench. Meth. — Habitat in insulis Canariensibus, etiam in Sicilia sponte at non indigena.

Sectio III. DRYMOSPHACE Bth. in Hook. Bot. Misc. III. 373.

Calyx tubulosus v. campanulatus, labio superiore subintegro truncato v. brevissime tridentato. Corollae tubus exsertus, intus piloso-annulatus, labium superius falcato-compressum, inferioris lobi laterales patentes. Connectiva postice porrecta, loculum difformem cassum ferentia, extremitate subconnexa. — Herbae Europaeae v. Asiaticae, virides subglutinosae, foliis plerumque amplis hastato-cordatis, corollis flavis v. rarius coeruleis.

42. S. GLUTINOSA Linn. Spec. plantar. 37. — Bth. Labiat. gener. et spec. 218. — Caule herbaceo erecto glutinoso piloso; foll. petiolatis ovato-oblongis acuminatis dentatis, basi cordato-sagittatis, floralib. ovatis acuminatis, calyce breviorib.; racemis simplicib.; verticillastris distantib. laxis 6-floris; calycib. tubulosis, labio superiore truncato integro subrecurvo, inferiore longiore, dentib. ovatis acutis; corollis calyce triplo longiorib., tubo exserto aequali, intus pilosiusculo, fauce ampliata, limbo hiante, labio superiore falcato compresso, inferioris lobis lateralibus oblongis reflexis, medio late rotundato; connectivis postice liberis approximatis porrectis, antherae loculum cassum ferentibus. ♃ — Herba elata divaricato-ramosa, ex omni parte glutinosa. Folia inferiora ampla, saepe 7–8-pollicaria, superiora minora, brevius petiolata, basi acuminato-sagittata, ad petiolum cordata v. late emarginata, utrinque glabra v. glutinoso-pubescentia. Flores saepe sesquipollicares, pallide flavi. Stamina superiora vix abortientia, at parva abbreviata, antheris sagittaeformibus subcassis. — *Colus Jovis* Besl. Hort. Eyst. aest. ordo VIII. fol. 4. fig. 1. — *Sclarea glutinosa* Mill. Dict. no. 11. — Habitat in Europae et Asiae mediae sylvis umbrosisque, in Hispania, Gallia meridionali, Helvetia, Italia, Germania meridionali, Rossia meridionali, Tauria, Promontorio Caucasico et in monte Beschtau.

43. S. NUBICOLA Wall. mss. ex Bth. in Wall. Plant. Asiat. rar. I. 68. — Sweet, Brit. flow. gard. II. t. 148. — Bth. Labiat. gener. et spec. 219. — Caule herbaceo erecto villoso; foll. petiolatis ovato-lanceolatis crenatis, utrinq. pubescentib., inferiorib. basi hastato-cordatis, superiorib. basi rotundatis v. angustatis, supremis floralibq. sessilib. ovatis acutis integerrimis; racemis subramosis; verticillastris laxis paucifloris remotis; calycib. campanulatis villosis, labio superiore integro dentibq. labii inferioris acutis; corollis calyce subtriplo longiorib., tubo exserto aequali intus piloso-annulato, fauce ampliata, labio superiore subfalcato, inferioris lobis lateralib. reflexis; genitalib. longe exsertis; connectivis postice porrectis, utrinque antheriferis, loculis posteriorib. cassis connexis. ♃ — *S. glutinosae* affinis, sed diversa foliis angustioribus minoribus, floralibus majoribus, caulinis supremis subconformibus, calycis lobis subaequalibus, corollis minoribus, labio superiore vix falcato, genitalibus longissimis et pubescentia tota subhispida nec glutinosa. — Habitat in Indiae orientalis montibus Kamaonensibus et Srinaghurensibus et in valle Cashmeriano et ad Kidarkonta.

44. S. HIANS Royle mss. ex Bth. in Hook. Bot. Misc. III. 373. et Labiat. gen. et spec. 219. — [Royle, Illustr. of Himal. pl. 303. t. 75. fig. 2. — Lindl. Bot. Regist. (New Ser.) XIV. t. 39.] — Caule herbaceo erecto villoso; foll. longe petiolatis late ovatis, basi late cordato-sagittatis, floralib. ovatis acuminatis, calyce breviorib.; racemis subramosis; verticillastris sexfloris; calycis campanulati striati colorati glutinosi labio superiore integro truncato, inferiore longiore, dentib. ovatis acutis; corollis calyce triplo longiorib., tubo exserto, fauce ampliata, limbo hiante, labio superiore falcato compresso, inferiore lato patente; connectivis postice porrectis, utrinque antheriferis, loculis posterioribus cassis subconnexis. ♃ — Species pulchra, affinis *S. glutinosae*, sed racemis brevioribus ramosis densiflоris et calycibus campanulatis coerulescentibus abunde distincta. Corolla speciosa coerulea. Stamina breviter, stylus longe exsertus. Connectiva postice brevia. — Habitat in valle Cashmeriano.

45. S. CAMPANULATA Wall. mss. ex Bth. in Wall. Plant. Asiat. rar. I. 67. et Labiat. gen. et spec. 220. — Caule herbaceo ascendente hirsuto; foll. longe petiolatis amplis ovatis acutis inciso-crenatis, basi cordatis, utrinq. hispidulis, floralib. ovatis acutis, calyce breviorib.; racemis subramosis; verticillastris subsexfloris remotis; calycib. breviter pedicellatis ample campanulatis truncatis villosis, labio superiore brevissimo subintegro dentibq. labii inferioris late ovatis acutis; corollis calyce dimidio longiorib., tubo ampliato incluso, labio superiore falcato, inferiore brevissimo; connectivis postice porrectis liberis approximatis antherae loculum cassum ferentibus. ♃ — Herba 1-2-pedalis. Folia 4-6 poll. longa et totidem lata. Racemi breves laxi subpaniculati pauciflori. Calyx magnitudine *S. pinnatae*. Corollae imperfecte examinatae, sed teste Wallichio similes illis *S. subicolae* sunt. Tubus intus certe piloso-annulatus. — Habitat in India orientali, in montibus Gossain Than.

Sectio IV. HORMINUM Bth. in Hook. Bot. Misc. III. 373.

Calyx tubulosus, labio superiore truncato subtridentato. Corollae tubus sub fauce ampliatus v. ventricosus intus exannulatus, labium superius rectum concavum v. falcatum compressum, inferioris lobi laterales oblongi erecti subtorti, medius patens rotundatus. Connectiva postice deflexa, abrupte dilatata, extremitate callosa connexa. — Herbae regionis mediterraneae.

46. S. VIRIDIS Linn. Spec. plantar. 34. — Bth. Labiat. gen. et spec. 220. — Caule herbaceo erecto villoso; foll. petiolatis ovali-oblongis, basi rotundatis obtusis crenatis villosis, superiorib. ovato-cordatis, floralib. latissimis acutis persistentib., calyce sublongiorib., supremis gradatim minorib.; racemis simplicib.; verticillastris distantib. subsexfloris; calycib. tubulosis villosis, fructiferis demum arcte reflexis plicato-striatis, labio superiore truncato breviter tridentato, inferioris dentib. lanceolatis acutis; corollis calyce vix tertia parte longiorib., tubo subincluso, labio superiore incurvo concavo, inferioris lobis lateralib. oblongis erectis; connectivis postice deflexis triangulari-dilatatis, extremitate callosa connexis. ♃ — Herba nunc vix 2-3-pollicaris, saepe, praesertim in var. *β.*, pedalis v. ultra. Caulis erectus, parce ramosus, pilis patentibus villosus. Folia 1-2-pollicaria, saepius exacte ovalia obtusissima, regulariter crenata, superiora basi latiora subcordata, floralia latissime cordata acuminata ciliata, omnia villosa viridia. Calyces fructiferi saepe ut in *Ocimo Basilico* arcte reflexi rigidi, profunde sulcati, striis acute prominentibus ciliatis. Flores parvi albidi v. in var. *β.* violacei. Tubus corollae intus nudus, sub fauce ampliatus. Genitalia inclusa. Connectiva edentula. — *S. truncata* Willd. Enum. plant. hort. Berol. I. 31. — *S. Spielmanni* Scop. Del. ins. III. 31. t. 15. — Jacq. fil. Ecl. I. 25. t. 15. — Rchb. Plant. critic. VI. 23. t. 532. (non Willd.) — *S. viridis* Jacq. Ic. rar. I. 2. t. 4. — Dsf. Fl. Atl. I. 20. t. 1. — Sibthrp. et Sm. Fl. Gr. I. 15. t. 19. — Rchb. Plant. critic. VI. 23. t. 531. — *Horminum viride* Moench. Meth. 377.

β. floribus violaceis. — Habitat in Europae, Africae et Asiae regionis mediterraneae locis siccis, saxosis, argillosis etc., in Barbariae collibus circa Tune-

tum et Tanger, in Hispania? Italiae arvis Uneliensibus, Genuae, Lucaniae et Apuliae pratis argillosis, in Dalmatia, in Graecia ad Caput Drepanum, Epidauro, Caramania et insula Cypro, Tauria, Promontorio Caucasico praesertim occidentali et in montibus Talüsch.

47. S. HORMINUM Linn. Spec. plantar. 34. — Bth. l. c. 221. — Caule herbaceo erecto villoso; foll. petiolatis ovali-oblongis, basi rotundatis v. cuneatis obtusis crenatis villosis, superiorib. ovatis cordatis, floralib. latissimis acutis persistentib., calyce sublongiorib., supremis membranaceo-dilatatis coloratis comosis; racemis simplicib.; verticillastris distantib. sub-6-floris; calycib. tubulosis pubescentib., fructiferis reflexis plicato-striatis, labio superiore truncato breviter 3-dentato, inferioris dentib. lanceolatis acutis; corollis calyce dimidio longiorib., tubo incluso, labio superiore incurvo concavo, inferioris lobis lateralib. erectis; connectivis postice deflexis triangulari-dentatis, extremitate callosa connexis. ♃ — *Horminum coloratum* Moench. Meth. 376. — *Horminum sativum* Mill. Dict. no. 5. — *S. colorata* Thore, Chl. Land. 17. — *S. Horminum* Sibthrp. et Sm. Fl. Gr. I. 15. t. 20. — Habitat in Europae, Africae et Asiae regione Mediterraneo-Pontica ad margines agrorum, in dumetis etc., in Barbaria, in Italiae agro Nicaeensi, Apulia et Peucetia, in Dalmatia, in Graeciae arvis haud rara, ad Poros, in Syria circa Aleppo, in Tauria circa Karassubasar.

48. S. FORSKOELEI Linn. Mant. 26. — Bth. l. c. 221. — Caule herbaceo subviscoso-villoso; foll. infimis petiolatis ample ovatis repando-crenatis, basi auriculatis lobatisve villosis, caulinis paucis subsessilib., floralib. late ovatis acuminatis persistentib., calyce multo breviorib.; racemis elongatis subsimplicib.; verticillastris 2-6-floris distantib.; calycib. tubulosis, labio superiore truncato minute 3-dentato, inferioris dentib. lanceolatis acutis; corollis calyce duplo longiorib., tubo exserto ampliato, labio superiore subrecto emarginato-bifido; connectivis postice deflexis liberis recurvo-dilatatis, extremitate approximatis. ♃ — Caulis sesquipedalis, basi foliosus, superne subnudus, ramis utrinque sub racemo 1-2. Folia infima 3-4-pollicaria, basi subcordata et saepius auriculato-lobata, superiora multo minora, floralia vix 3-4-linearia viridia villosa. Racemi axis pilis patentibus viscosis villosus. Verticillastri demum pollicem v. ultra remoti, saepius 2-flori, rarius 4-6-flori. Pedicelli demum folia floralia superantes. Calyx 4-5 lin. longus, apice saepe coloratus, nervis 3 labii superioris validioribus, viscoso-pubescens suberectus. Corolla violacea, forma fere *Eusphacium*. Annulus in tubo nullus. Faux intus pubescens. Labium inferius variegatum, lobo medio deflexo emarginato-bifido. Connectiva postice subtus obtuse dentata. — *S. bifida* Forsk. Fl. Aeg. Arab. 202. — *S. Forskölei* Bot. Mag. t. 988. — Willd. Hort. Berol. t. 20. — Sibthrp. et Sm. Flor. Graec. I. 16. t. 21. — Habitat in Oriente, in sylvis umbrosis Olympi, Bithyniae et circa pagum Belgrad prope Constantinopolin.

49. S. MILTIORHIZA Bnge. Enumer. plant. Chin. bor. 50. ex Bth. l. c. 717. — Caule herbaceo erecto piloso; foll. petiolatis pinnatisectis, segmentis 3-7 petiolatis ovatis crenatis, ultimo majori v. bifido, floralib. bracteaeformib.; racemis simplicib.; verticillastris multifloris laxis; calycib. campanulatis, labio superiore acuto integro, inferiore breviter bidentato; corollae calyce subtriplo longioris tubo breviter exserto, intus oblique annulato, labiis ringentib. elongatis, superiore falcato compresso, inferiore porrecto, lobis lateralib. oblongis erecto-patentib., medio rotundato-fimbriato; connectivis postice deflexis subdilatatis, extremitate connexis. ♃ — Herba 2-3-pedalis. Corolla coerulea extus subviscoso-pubescens. — Haec species calycis labio superiori integro et corollae tubo intus annulato ab *Aethiopide* et *Hormino* recedit, connectivis postice deflexis subdilatatis nec antheris a *Drymosphace* differt, forsan igitur sectionis propriae typus. — Habitat in Chinae borealis montosis umbrosis prope Zui-meyschin et Ssi-jui-ssy.

Sectio V. AETHIOPIS Bth. in Hook. Bot. Misc. III. 373.

Calyx campanulatus v. tubulosus, labio superiore tridentato, dentibus erectis, medio saepe minimo. Corollae tubus sub fauce ampliatus v. ventricosus, intus exannulatus, labium superius falcatum compressum, inferioris lobi laterales oblongi suberecti subtorti, medius patens rotundatus, plerumque concavus emarginatus crenulatus. Connectiva postice deflexa, abrupte dilatata, extremitate callosa connexa. — Herbae regionis Mediterraneo-Ponticae et montium Asiae mediae. Folia et pars inferior caulis saepe albo-lanata. Folia floralia persistentia erecta, verticillastros amplectentia, v. rarius pedunculo vix longiora. Panicula divaricato-ramosa, rarissime subsimplex.

50. S. INDICA Linn. Spec. plantar. 37. — Bth. Labiat. gener. et spec. 222. — Caule herbaceo erecto pilosiusculo; foll. petiolatis ovatis oblongisve acutis subdentatis, basi late cordatis glabris, floralib. ovato-cordatis reflexis; racemis simplicib.; verticillastris 6-floris remotis; calycib. sessilib. campanulatis, post anthesin inflatis, labiis truncatis, superiore tridentato, dentib. brevissimis approximatis, inferiore breviter bidentato; corollis calyce triplo longiorib., tubo vix exserto, fauce ampliata, labio superiore maximo falcato compresso, inferiore breviore patente, lobis rotundatis, lateralib. reflexis; genitalib. exsertis; connectivis postice deflexis subdilatatis, extremitate callosa connexis. ♃ — Caulis elatus angulatus glaber v. pilis glutinosis villosus. Folia infima 3–5-pollicaria, anguste ovata, superiora latiora, suprema sessilia, floralia calyce breviora. Racemus sesquipedalis et ultra, verticillastris paucis remotissimis. Calyx magnitudine *S. pinnatae*, fructifer membranaceo-venosus viscoso-pubescens inflatus, ut in *Lychnide apetala*. Corollae pulcherrimae flavae purpureo-maculatae, magnitudine *S. argenteae*. — *Sclarea Indica* Mill. Dict. no. 9. — *Salvia Indica* Jacq. Hort. Vindob. I. 33. t. 78. — Bot. Mag. t. 305. — Habitat in India, verosimiliter in montibus Persiae v. Arabiae.

51. S. COMMUTATA Bth. l. c. — Caule herbaceo erecto piloso-hispido; foll. petiolatis ovatis obtusis eroso-crenatis, basi cordatis crassis tuberculoso-rugosissimis, utrinq. viridib. hispidis, floralib. pedunculo vix longiorib.; racemo denso spicaeformi; calycib. campanulatis hispidissimis, labiis patentib., superiore breviter tridentato, dentib. erectis; corollis calyce subduplo longiorib., labio superiore falcato compresso, inferioris lobis lateralib. oblongis erectis; connectivis postice deflexis abrupte dilatatis, extremitate connexis. ♃ — Folia caulina numerosiora et minora sunt quam in caeteris hujus sectionis, vix sesquipollicaria. Racemus in specimine Linnaeano pollicaris, ex verticillastris 3 dense approximatis constans. — *S. Dominica* Linn. Spec. plant. 35. (non Swartz nec Auct.) — *S. Syriaca* Herb. Gouan. non Linn. — Habitat in Italia? v. in Syria?

52. S. SYRIACA Linn. Spec. plantar. 36. — Bth. l. c. 223. — Caule herbaceo glabriusculo, superne paniculato tomentoso-pubescente; foll. petiolatis ovatis obtusis eroso-crenatis v. inciso-dentatis, basi cordatis, utrinq. viridib. rugosissimis pubescentib., floralib. late ovatis concavis persistentib., calyce dimidio breviorib.; racemis paniculatis; verticillastris distantib. 2–6-floris; calycib. campanulatis tomentosis, labio superiore tridentato, inferiore bifido, dentib. omnib. subaequalib. lanceolatis acutis; corollis calyce dimidio longiorib., tubo incluso ventricoso, labio superiore subfalcato, inferioris lobis lateralib. oblongis erectis; connectivis postice deflexis abrupte dilatatis, extremitate callosa connexis. ♃ — Affinis *S. odoratae*, sed foliis viridibus, forma fere foliorum *S. pratensis* differt. Panicula fere *S. Tingitanae*, sed multo minor gracilior. Folia floralia et calyces duplo triplove minores, molliter tomentosi nec hispidi, minime spinosi. Corolla alba. — Habitat in Oriente et Palaestina, in Syria prope Aleppo et in Persia.

53. S. ODORATA Willd. Enum. plant. hort. Berol. 43. — Bth. l. c. † — Caule suffruticoso, basi albo-lanato, superne paniculato glabro; foll. petiolatis ovatis lanceolatis acuminatis, irregulariter crenato-dentatis, basi cordatis rugosis, utrinq. albo-tomentosis, superiorib. sessilib., floralib. pedicello breviorib. persistentib.;

racemis paniculatis laxis; verticillastris remotis bifloris; calycib. campanulatis striatis pubescenti-hirtis, labio superiore ovato patente, dentib. brevissimis subconniventib., inferioris dentib. lanceolatis acuminatis; corollis calyce subtriplo longiorib., tubo calycem aequante ventricoso, labio superiore falcato compresso, inferioris lobis lateralib. oblongis erectis; connectivis postice rhomboideo-dilatatis, extremitate callosa connexis. ♃ — Caulis basi perennis v. suffruticosus ramosus. Rami basi ascendentes, superne erecti tetragoni, angulis obtusis callosis, basi lana alba laxa obtecti, superne glabri v. tenuissime pubescentes. Folia caulina infima longe petiolata, limbo tripollicari, 1–1½ poll. lata, margine erosodentata, utrinque lana alba omnino obtecta, media sessilia latiora cordato-amplexicaulia, caeterum conformia, superiora sub panicula multo minora et floralia minima cordato-ovata acuminata integerrima patentia pubescentia, suprema membranacea. Panicula pedalis v. ultra ramosissima. Verticillastri fere pollicem distantes. Corolla alba, labii inferioris lobo medio flavescente, punctis paucis violaceis picto. Stylus exsertus, lobis brevibus aequalibus subulatis. — *S. argentea* Hortul. non Linn. — *S. albida* Jacq. Observ. 10 no. 73. — *S. odorata* Jacq. fil. Ecl. fasc. II. 26. t. 16. — Habitat prope Bagdad in Persia.

54. S. CANDIDISSIMA Vahl, Enumer. plantar. I. 278. — Bth. l. c. 224. — Caule herbaceo erecto albo-tomentoso; foll. petiolatis ovatis obtusis sinuato-dentatis, basi cordatis crassis rugosis tomento albo utrinq. densissime lanatis, floralib. latis acuminatis concavis persistentib., calyce subbreviorib.; racemis ramosis; verticillastris 6–10-floris, supremis abortientib.; calycib. campanulatis villosis, labio superiore tridentato, inferiore bifido; corollis calyce duplo longiorib., tubo calycem aequante, fauce ventricosa, labio superiore falcato compresso, inferioris lobis lateralib. oblongis erectis; connectivis postice rhomboideo-dilatatis deflexis, extremitate callosa connexis. ♃ — A *S. argentea* distinctissima foliis minoribus crassis, potius dense tomentosis quam lanatis. Corolla alba, labio flavicante, magnitudine *S. Sclareae*. Valde affinis *S. odoratae*, differt foliis obtusioribus crassioribus, floralibus calycem subaequantibus, verticillastris 6–10-floris et paniculis minus ramosis. — *S. crassifolia* Sibthrp. et Sm. Flor. Graec. I. 19. t. 26. — Habitat in Armenia, in insula Cypro rarissime.

55. S. SCLAREA Linn. Spec. plantar. 38. — Bth. l. c. — Caule herbaceo erecto villoso; foll. petiolatis ample ovatis eroso-crenatis, basi cordatis rugosis incanis, supremis amplexicaulib., floralib. latissimis acuminatis concavis membranaceis coloratis, flores superantib. persistentib.; racemis paniculatis; verticillastris distantib. subsexfloris; calycib. campanulatis striatis pubescenti-hispidis, labio superiore tridentato, inferiore bifido, dentib. subspinoso-acuminatis; corollis calyce duplo longiorib., tubo incluso sub fauce ventricoso, labio superiore falcato compresso, inferioris lobis lateralib. oblongis erectis; connectivis postice dilatatis deflexis, extremitate callosa connatis. ♃? — Caulis erectus 2–3-pedalis crassus viscosus, pilis scariosis villosus. Folia maxima, saepe 8–9 poll. longa, 4–5 lata, in spontaneis rugosissima villosa, in cultis glabriora, caulinorum paris supremi basi angustata, floralia praesertim superiora membranacea, basi albida, apice rosea comosa. Calyces *S. argenteae*, brevissime pedicellati, basi albidi, pilis brevibus asperi viscosi. Corolla albido-coerulea. Tubus medio contractus, intus dente apice penicillato appendiculatus. Connectiva ad latus interius dente brevi aucta. Stylus exsertus, sub lente brevissime pubescens. — *Sclarea vulgaris* Mill. Dict. no. 1. — *Salvia bracteata* Sims, Bot. Mag. t. 2220. — *S. Simsiana* Roem. et Schult. Syst. Add. II. et Mant. I. 210. — Bot. Reg. t. 1003. — *S. Sclarea* Sibthrp. et Sm. Flor. Graec. I. 18. t. 25. — Habitat ad vias et in siccis Europae meridionalis et regionis Ponticae, in Gallia meridionali, Pedemontio, Italia septentrionali, regno Napolitano, Sicilia, Istria et Dalmatia, in insula Coi Archipelagi Graeci, inter oppida Sousougherli et Ulubad Bithyniae, in Tauriae montosae declivibus editis inter Baktchisarai et Sebastopolim, in montibus Talysch.

56. S. SPINOSA Linn. Mant. 511. — Bth. l. c. — Caule herbaceo glanduloso-piloso; foll. petiolatis ample ovatis inciso-crenatis, basi rotundatis rugosis pubescentib.,

superiorib. sessilib. cordato-amplexicaulib., floralib. latissimis acuminatis concavis persistentib., calyces subsuperantib.; racemis paniculatis; verticillastris distantib. 6-10-floris; calycib. tubulosis cylindricis striatis, labio superiore 3-dentato, inferiore bifido, dentib. omnib. erectis spinosis; corollis calyce vix dimidio longiorib., tubo incluso sub fauce ventricoso, labio superiore falcato compresso, inferioris lobis lateralib. oblongis erectis; connectivis postice deflexis membranaceo-dilatatis, extremitate callosa connexis. ♃ — Herba 1-2-pedalis, saepius pilis patulis apice glandulosis ex omni parte hispida, rarius glabra. Rami tetragoni, angulis obtusis callosis glabratis. Folia inferiora 4-5-pollicaria, breviter petiolata glabriuscula, floralia calyce florifero longiora, fructifero subbreviora, viridia v. basi albo-membranacea, margine ciliata. Calyces sessiles, post anthesin elongati, saepe ultra pollicares, ore parum dilatato, extus nunc glaberrimi lucidi, saepius pilis longis glanduliferis ciliati. Dentes labii superioris subaequales, lanceolato-subulati subspinosi, inferioris profundiores. Corolla alba, extus glabra. Genitalia labium superius corollae subaequantia. Connectiva edentula. — *Horminum suaveolens* Moench, Meth. — *Marum Aegyptiacum* Vesling. Fl. Aegypt. 75. ic. 76. — *S. Abyssinica* Linn. fil. Suppl. 88. — *S. Aegyptiaca* Linn. Mant. 26. — *S. spinosa* Jacq. Ic. rar. I. 2. t. 7. — Habitat in Aegypto, in Syria prope Aleppo.

57. S. PALAESTINA Bth. Labiat. gener. et spec. 718. — Caule herbaceo glanduloso-piloso; foll. petiolatis oblongis subpinnatisectis v. pinnatifidis rugosis villosis, lobis eroso-dentatis obtusissimis, floralib. bracteaeformib. latissimis acuminatis concavis persistentib., calyce breviorib.; racemis paniculatis; verticillastris distantib. subsexfloris; calycib. tubulosis striatis, labio superiore breviter tridentato, dentib. omnib. erectis subspinosis; corollis calyce subduplo longioribus ♃ — Habitus, inflorescentia et flores *S. spinosae*, differt foliorum forma. — *S. Sinaica* Delile mss. — Habitat in arvis Palaestina.

58. S. TINGITANA Ett. Salv. 30. — Bth. l. c. 225. — Caule herbaceo glanduloso-piloso; foll. petiolatis ample ovatis inciso-crenatis, basi subcordatis rugosissimis villosis, superiorib. amplexicaulib., floralib. latissimis acuminatis concavis persistentib. calyce subbreviorib.; racemis paniculatis; verticillastris distantib. 6-10-floris; calycib. campanulatis plicato-striatis hispido-ciliatis, labio superiore subtridentato, dente medio obsoleto, lateralib. et laciniis labii inferioris rectis subspinosis; corollis calyce duplo longiorib., tubo calycem aequante, sub fauce ventricoso, labio superiore falcato compresso, inferioris lobis lateralib. oblongis erectis; connectivis postice deflexis membranaceo-dilatatis, extremitate callosa connexis. ♃ — Affinis *S. spinosae*, a qua differt foliis latioribus, basi cordatis rugosioribus et praecipue calycibus ample campanulatis nec cylindricis et corollis majoribus, tubo ampliore medio contracto nec tenui, apice tantum ventricoso. Tota planta pilis longis patentibus et brevibus glandulosis hispida et odorem gravem spirat. — *S. foetida* Lam. Illustr. gen. I. 60. — *S. coarctata* Vahl, Enum. plant. I. 277. — Habitat in Africae borealis agro Tunetano.

59. S. PRAECOX Vahl, Enum. I. 274. — Bth. l. c. 225. — Foll. ovato-oblongis subrepandis laevib. subpilosis; bracteis cordatis venosis acuminatis, longitudine calycis. ♃ — Similis praecedenti. Caulis herbaceus erectus pilosus. Folia inferiora petiolata tripollicaria, ovato-oblonga, basi attenuata, obsolete dentata obtusa, venis raris pilosa, superiora sessilia ovata acuta mucronata, inaequaliter dentato-subrepanda, caeterum inferioribus similia. Pedunculi ex axillis superioribus et terminalibus uti pedicelli villoso-viscosi. Verticilli remoti, 4-6-flori. Bracteae venosae, in cuspidem attenuatae. Calyx bilabiatus tubulosus nervosus, labium superius ovatum longius, inferius bifidum, dentibus cuspidatis innocuis. Corolla magnitudine *S. Sclareae*, galea villosula linearis stylo et labio inferiore brevior, labium inferius concavum. Antherae propendentes. — Habitat in Africa boreali.

60. S. AETHIOPIS Linn. Spec. plantar. 30. — Bth. l. c. 226. — Caule herbaceo erecto albo-lanato; foll. infimis petiolatis, basi angustatis, caulinis cordato-amplexicaulib., omnib. inciso-dentatis rugosissimis, utrinq. dense albo-lanatis, floralib. la-

tissimis acuminatis persistentib. concavis, calyces aequantib. lanatis; racemis paniculatis; verticillastris 6–10-floris distinctis; calycib. campanulatis coriaceis lanatis, labio superiore 3-dentato, inferiore bifido, dentib. omnib. subulato-spinosis patulis; corollis calyce duplo longiorib., tubo incluso sub fauce ventricoso, labio superiore falcato compresso, inferioris lobis lateralib. oblongis erectis; connectivis postice deflexis abrupte dilatatis, extremitate callosa connatis. ♃ — Herba nunc vix semipedalis, saepius pedalis v. ultra, apice paniculata, ex omni parte lana longa densa nivea vestita. Folia minora crassiora quam in affinibus, superiora uti floralia et dentes calycini acutissima subspinosa, basi membranacea. Calyces plicato-striati, tubo membranaceo, ore patente. Corolla albida, labio superiore pubescente, saepe rubescente, tubus medio contractus dente brevi obtuso penicellato intus appendiculatus. Connectiva edentula. Stylus exsertus. — *Aethiopis* Besl. Hort. Eyst. II. ord. VIII. fol. 3. fig. 1. — *Sclarea Aethiopis* Mill. Dict. no. 2. — *Sclarea lanata* Moench, Meth. 374. — *Salvia Aethiopis* Jacq. Fl. Austr. II. 7. t. 211. — Habitat in Europae, Africae et Asiae regionis Mediterraneo-Ponticae arvis et campis aridis argillosis et in locis siccis sterilibus in Barbaria, Hispania? Gallia meridionali Pedemontio, in Austria, Hungaria, Dalmatia, Illyria, Podolia, Graecia et Syria, ad ruinas veteris Chersonesi, in Tauria, promontorio Caucasico, in montibus Talüsch et prope castellum Grosnaja.

61. S. COMPRESSA Vahl, Enum. I. 275. — Bth. l. c. — Caule herbaceo erecto villoso; foll. infimis petiolatis, basi rotundatis, superiorib. cordato-amplexicaulib., omnib. ovatis eroso-dentatis rugosis, utrinq. sublanatis, floralib. latissimis obtusis persistentib. concavis coloratis ciliatis, calyces aequantib.; racemis paniculatis; verticillastris 6–10-floris, supremis abortientib.; calycib. campanulatis membranaceis coloratis pubescentib., labio superiore 3-dentato, dente intermedio minimo, inferiore bifido, dentib. obtusis; corollis calyce dimidio longiorib., labio superiore falcato compresso, inferioris lobis lateralib. oblongis; connectivis postice abrupte dilatatis extremitate callosa connatis. ♃ — Affinis *S. Aethiopidi*. Differt praecipue foliis floralibus dentibusque calycinis obtusis muticis et verticillastris supremis abortientibus. — *S. compressa* Vent. Hort. Cels. t. 50. — Habitat in Oriente?

62. S. ARGENTEA Linn. Spec. plantar. 38. — Bth. l. c. 226. † — [Knwls. et Wstsc. The Floral Cabinet III. 85. † t. 112.] — Caule herbaceo erecto villoso; foll. radicalib. petiolatis caulinisq. inferiorib. sessilib. ample ovatis, basi cuneatis sinuato-lobatis erosis lanatis rugosis, floralib. latissimis acuminatis concavis persistentib. pilosis, calyces aequantib.; racemis paniculatis; verticillastris 6–10-floris remotis, supremis abortientib.; calycib. campanulatis striatis villosis, labio superiore 3-dentato, inferiore bifido, dentib. omnib. subspinosis; corollis calyce subtriplo longiorib., tubo incluso, fauce ventricosa, labio superiore maximo falcato compresso, inferioris lobis lateralib. oblongis erectis; connectivis postice abrupte dilatatis, extremitate callosa connatis. ♃ — Affinis *S. spinosae* et *S. Tingitanae*. Folia radicalia et caulina infima 6–8 poll. longa, 4–6 lata, saepius profunde incisa, lobis eroso-crenatis, rugosissima venis albis, utrinque lana laxa vestita, superiora multa minora, floralia omnino *S. Tingitanae*. Panicula ampla, sed parce ramosa, racemis elongatis apice abortientibus. Calyces sessiles, 8–9 lin. longi, fructiferi patentissimi, basi submembranacei rigidi striati, dentibus labii superioris vix inaequalibus. Corolla speciosa roseo-alba, magnitudine *S. pratensem* paullo superans. Tubus medio contractus, intus dentibus 2 subconnatis appendiculatus. Connectiva postice (supra dilatationem) saepius edentula, rarius dente minimo subulato notata, appendicula supra breviter obtuse bidentata. — — *Sclarea argentea* Mill. Dict. no. 15. — *Salvia Aethiopis* Brot. Fl. Lus. I. 18. (non Linn.) — *S. patula* Desf. Fl. Atl. I. 25. — *S. Atlantica* Pers. Enchirid. I. 29. — *S. candidissima* Guss. Prodr. fl. Sicul. I. 16. — Hoffm. et Link Flor. Port. I. 151. t. 20. (non Vahl.) — *S. pyramidalis* Petagna, Inst. bot. 2. 54? — *S. argentea* Jacq. Hort. Schoenbr. I. 4. t. 6. ⊢ Sibth. et Sm. Flor. Graec. I. 20. t. 27. — Habitat in Europae et Africae regionis mediterraneae arvis incultis, in Barbaria,

Lusitania hinc indo in Transtagana, Hispaniae provincia Algarvensi et circa Matritum frequentissima, in Sicilia, regno Napolitano, Dalmatia, monte Parnasso Graeciae et in Creta.

63. S. VERBASCIFOLIA M. Bieb. Fl. Taur. Cauc. III. 94. — Bth. l. c. 227. — Caule herbaceo erecto viscoso-villoso; foll. infimis petiolatis ample ovatis, basi cordatis sinuato-lobatis erosis crassis rugosissimis, supra vix lanatis, subtus niveis tomentoso-lanatis, floralib. latissimis acuminatis concavis persistentib. villosis, calyces subaequantib.; racemis subpaniculatis; verticillastris 2-6-floris approximatis distinctis, summis abortivis; calycib. campanulatis striatis viscoso-villosis, labio superiore tridentato, inferiore bifido, dentib. omnib. acutis vix spinosis; corollis calyce duplo longiorib., tubo incluso, fauce ventricosa, labio superiore maximo falcato compresso, inferioris lobis lateralib. oblongis erectis; connectivis postice deflexis abrupte dilatatis bicornutis, extremitate callosa connatis. ♃ — *S. argenteae* maxime affinis, differt statura humiliore, foliis basi cordatis, nec angustatis, lana breviore tomentosa, paniculis minus ramosis et verticillastris magis approximatis. Corolla paullo minor. Connectiva postice supra dilatationem subulato-dentata, appendicula supra bicornuta. — *S. candidissima* M. Bieb. Fl. Tauric. Caucas. I. 21. (non Vahl.) — Habitat in regionis Caucasicae sterilibus, in collibus Iberiae Caucasique orientalis et ad torrentes Samur et Jacharibasch ditionis Cubensis, in lapidosis siccis altiorum montium Talüsch prope Tiflim et in Persiae provincia Azarbaidjan.

64. S. BROUSSONETI Bth. l. c. — Caule herbaceo erecto subviscoso-villoso; foll. petiolatis ample ovatis obtusis sinuato-crenatis, basi cordatis crassis rugosissimis, supra viridib. subglabris, subtus niveo-tomentosis, venis viscoso-pubescentib., floralib. ovato-lanceolatis acuminatis concavis viridib. hispidis persistentib., calyce sublongiorib.; racemis paniculatis; verticillastris subsexfloris distinctis; calycib. campanulatis hispidis, labiis patentib, superiore 3-dentato, dentib. ovatis acutis, medio abbreviato; corollis calyce vix duplo longiorib., tubo incluso, labio superiore falcato compresso, inferioris lobis lateralib. oblongis erectis; connectivis postice deflexis abrupte dilatatis, extremitate callosa connexis. ♃ — Species distinctissima, affinis *S. verbascifoliae*, sed foliis amplioribus supra lana destitutis, panicula densiore ramosiore villosissima, foliis floralibus angustioribus, floribus minoribus, et aliis notis differt. — In Teneriffa? v. in Africa boreali.

65. S. MOORCROFTIANA Wall. mss. ex Bth. in Wall. Plant. As. rar. I. 67. et Bth Labiat. gen. et spec. 223. — Caule herbaceo erecto, basi lanato, superne villoso-viscoso; foll. infimis longe petiolatis ample ovatis eroso-crenatis, basi angustatis rugosis, supra villosis, subtus albo-lanatis, floralib. latissimis acuminatis concavis persistentib. calyces aequantib.; racemis paniculatis; verticillastris remotis subsexfloris; calycib. campanulatis striatis aspero-villosis, labio superiore 3-dentato, inferiore bifido, dentib. omnib. subulato-mucronatis; corollis calyce triplo longiorib., tubo longe exserto, sub fauce ampliato, labio superiore subfalcato compresso, inferioris lobis lateralib. oblongis erectis; connectivis postice abrupte dilatatis, extremitate callosa connexis. ♃ — Affinis *S. argenteae*, differt foliis longe petiolatis minus incisis, supra vix lanatis, subtus lana subfloccosa densissime vestitis, calycibus minoribus, corollis longioribus, tubo tenui exserto, intus inappendiculato. Corolla violacea? extus pubescens. — Habitat in Asiae mediae v. Indiae orientalis regione Himalayana: in Luddak, in valle Cashmeriana et in Kanaour et Kidarkanta.

66. S. LANATA Roxb. Flor. Ind. I. 147. — Bth. l. c. — Caule herbaceo caespitoso, basi lanato; foll. oblongo-lanceolatis obtusis integris minute crenulatis, basi longe angustatis rugosissimis, supra laxe, subtus densissime niveo-lanatis, floralib. latissimis acuminatis concavis persistentib., calyces aequantib.; racemis subsimplicib. villoso-viscosis; verticillastris remotis sub-6-floris; calycib. campanulatis, labio superiore truncato breviter tridentato, inferiore bifido, dentib. acutis; corollis calyce duplo longiorib., tubo breviter exserto sub fauce ampliato, labio superiore falcato compresso, inferioris lobis lateralib. oblongis erectis; connectivis

edentulis postice deflexis abrupte dilatatis, extremitate callosa connatis. 2. — Caules e basi lignosa plures erecti, basi ramosi foliosi, dense niveo-lanati, superne floriferi simplices, pilis patentibus et pubescentia viscosa vestiti, 1-2-pedales. Folia 3-4 poll. et ultra longa, vix 8-9 lin. lata, nunc integerrima, saepius minute crenulata v. sinuata. Verticillastri demum 2-3 poll. distantes. Flores magnitudine *S. Aethiopidis*, calyces et bracteae conformes, sed villosi. Corolla extus pubescens, tubo basi attenuato intus subvilloso et versus medium minute bidentato. Stylus exsertus. — *S. integrifolia* Hardw. in Asiat. Res. VI. 349. — *S. cana* Wall. Cat. no. 2145. — *Sionarrhena lanata* D. Don, Prodr. fl. Nepal. 111. — *Salvia lanata* Wall. Pl. As. rar. II. 11. t. 116. — Habitat in Asiae mediae jugo Himalayensi, in alpibus summis Kamaonensibus, Sirmorensibus et Gurwalensibus, in monte elevato prope Adwanee inter Hurdwar et Srinaghur, in Mussooree et in toto jugo vulgaris.

67. S. CANESCENS C. A. Meyer, Vrzchnss. d. Pflnzn. am Caucas. 86. — Bth. l. c. 718. — Caule herbaceo, basi albo-lanato; foll. lanceolato-oblongis integris v. sinuato-lobatis, basi longe angustatis rugosis, supra laxe, subtus dense albo-lanatis, floralib. latissimis acuminatis concavis persistentib., calyce subbreviorib.; racemis ramosis villoso-viscosis; verticillastris remotis; calycib. tubuloso-campanulatis, labio superiore truncato breviter dentato, inferioris dentib. lanceolatis acuminatis; corollis calyce subtriplo longiorib., tubo breviter exserto, labio superiori subfalcato. 2. — Valde affinis *S. phlomoïdi*, differt habitu elatiori tenuiori, racemis ramosis floribusque minoribus paucioribus. — Crescit in rupestribus promontorii Caucasici versus fluvium Anticetam et prope acidulam Nartzana.

68. S. STAMINEA Montbr. et Auch. Ann. sc. nat. (2. Sér.) VI. 41. — Caule herbaceo erecto laxo glutinoso-villoso, basi sublanato; foll. infimis petiolatis ovatis, basi rotundatis cordatisve, superiorib. amplexicaulib. minorib., omnib. eroso-dentatis rugosissimis, utrinq. laxe sublanatis, floralib. latissimis obtusis persistentib., calyce subbreviorib.; racemis parce ramosis; verticillastris dense 6-10-floris; calycib. campanulatis hispidis, labio superiore 3-dentato, inferiore bifido, dentib. omnib. erectis acutis; corollis calyce subduplo longiorib.; genitalib. exsertis. 2. — Crescit in Cappadocia.

69. S. PHLOMOIDES Asso, Oryctogr. Arrag. 158. t. 4. — Roem. Scriptor. pl. Hisp. et Lusit. 10. t. 1. fig. 1. — Bth. l. c. 229. — Boiss. Voyage bot. dans le midi de l'Espagne. p. 483. no. 1301. — Caule herbaceo caespitoso, basi albo-lanato; foll. oblongo-linearib. lanceolatisve acutis integris v. infimis sinuato-lobatis, basi longe angustatis rugosissimis, utrinq. albo-lanatis, floralib. latissimis acuminatis concavis persistentib., calyce longiorib.; racemis subsimplicib. villoso-viscosis; verticillastris remotis; calycib. campanulatis, labio superiore truncato breviter 3-dentato, inferioris dentib. lanceolatis acuminatis; corollis calyce subtriplo longiorib., tubo exserto sub fauce ventricoso, labio superiore falcato compresso, inferioris lobis lateralib. oblongis erectis; connectivis postice deflexis subdilatatis, extremitate callosa connexis. 2. — Statura *S. lanatae*. Caules basi lana laxa, apice pilis longis patentibus et pubescentia viscosa vestiti. Verticillastri 2-3 pollices remoti. Folia floralia sublanata. Calyces pilis longis patentibus hirsuti, basi membranacei. Corolla extus subglabra, tubo basi tenui intus nudo. Connectiva postice edentula, interdum subantherifera. Stylus exsertus. — *S. Montbretii* Bth. Annal. des sc. natur. (2. Sér.) VI. 42.*) — Habitat in Hispania, copiose in montibus Arragonensibus circa Siguenza, in montibus Boeticis et in Syria?

*) *S. MONTBRETII Bth. Ann. sc. nat. (2. Sér.) VI. 42. — Suffruticosa: caulib. erectis, basi albo-lanatis, apice viscoso-villosis; foll. lanceolatis, infimis in petiolum angustatis, superiorib. cordato-amplexicaulib., omnib. crenulatis v. remote et obscure pinnatifido-dentatis, rugosissimis, supra laxe, subtus dense albo-lanatis, floralib. latissimis acutis concavis persistentib., calyces superantib., subtus albo-lanatis; racemis simplicib.; verticillastris dense 6-10-floris; calycib. breviter pedicellatis; oblonge tubulosis striatis viscoso-pubescentib., labio superiore tridentato, dentib. omnib. brevib. acutissimis erectis; corollis calyce duplo longioribus. 2. — Habitat in Syria.*

70. S. CERATOPHYLLA Linn. Spec. plantar. 39. — Bth. l. c. 229. † — [Knowls. et Wstsc. The Floral Cabinet I. 9. t. 1. 5.] — Caule herbaceo, basi albo-lanato; foll. inferiorib. profunde pinnatifidis, lobis linearib. obtusis sinuato-subpinnatifidis rugosissimis, utrinq. laxe lanatis, superiorib. subintegris, floralib. latissimis acuminatis concavis persistentib., calyce longiorib.; racemis paniculatis; verticillastris sub-6-floris distantib., supremis abortientib.; calycib. campanulatis, labio superiore tridentato, inferiore bifido, dentib. omnib. lanceolatis setaceis subspinosis; corollis calyce duplo longiorib., tubo incluso ventricoso, labio superiore falcato compresso, inferioris lobis lateralib. oblongis erectis; connectivis postice deflexis abrupte dilatatis, extremitate callosa connexis. ♃ — Caulis pars inferior et folia lana laxa nivea, racemus, bracteae et calyces pilis longis albis scariosis patentibus vestiti. Folia inferiora 7-8-pollicaria, fere ad costam pinnatifida v. bipinnatifida, costa alata lobisque fere omnibus latitudine subaequalibus, folia floralia viridia tenuia, minime rugosa glutinosa. Calyces basi membranacei. Corolla luteo-albida, tubus intus nudus. Connectiva sub insertione supra (?) dentata. — *Sclarea ceratophylla* Mill. Dict. no. 8. — *Salvia exasperata* Cav. Anal. ciene. nat. III. 113. t. 17. et Icon. 6. 38. t. 558. — Habitat in Oriente in Syria prope Aleppo, prope Arimatheam, in Persia et in Mauritania (sed dubia civis).

† *Species hujus sectionis dubiae v. incertae sedis.*

71. S. GRAVEOLENS Vahl, Enum. I. 273. — Bth. l. c. 230. — Foll. cordatis rugosis crenatis, inferiorib. subsinuatis; spicis ramosis hirsutissimis, bracteis cordatis. ♄ — Rami obtuse tetragoni villosissimi. Folia petiolata bipollicaria, sursum sensim minora, inferiora cordato-oblonga, superiora cordata obtusa, inaequaliter crenata, utrinque rugosa villosa, praesertim subtus incana. Spica spithamaea, inferne simpliciter ramosa. Verticillastri approximati, pilis sordide albis hirsutissimi sexflori. Bracteae attenuatae, calyce breviores, supra glabrae. Calyx subsessilis campanulatus tridentatus, dente superiore ovato. Corollae galea lineari-falcata pilosa, stylo brevior. — Habitat in Aegypto.

72. S. VARIA Vahl l. c. — Bth. l. c. — Foll. cordatis inaequaliter crenatis rugosis, subtus cauleq. incano-tomentosis. ♃ — Folia petiolata, tripollicaria v. parum majora, cordata ovata obtusa, utrinque rugosa, supra oculo armato villosula. Petioli sesquipollicares. Pedunculi terminales terni. Verticilli sexflori. Flores sessiles. Bracteae cordatae acuminatae, longitudine calycis. Calyces uti pedunculi et bracteae incani, dentibus subulatis. Corolla parva, calyce parum longior. — Habitat in Armenia.

Sectio VI. PLETHIOSPHACE Bth. in Hook. Bot. Misc. III. 373.

Calyx ovatus, labio superiore supra concavo bisulcato, dentibus tribus brevissimis conniventibus, inferius bifidum, dentibus acutis. Corollae tubus sub fauce ampliatus v. ventricosus, intus exannulatus, labium superius concavum v. falcato-compressum, inferioris lobi laterales oblongi suberecti subtorti, medius patens rotundatus, plerumque concavus emarginatus crenulatus. Connectiva postice deflexa, abrupte dilatata, extremitate callosa connata. — Herbae Europaeae, Africanae et Boreali-Asiaticae, foliis saepius eroso-dentatis v. incisis, racemis elongatis simplicibus v. virgato-paniculatis.

73. S. BICOLOR Desf. in Fourcr. Journ. de decouv. 1792. — Bth. Labiat. gener. et spec. 230. — Curtis, Bot. Magaz t. 1774. — Desfont. Flor. Atl. I. 22. t. 2. — Jacq. Hort. Schoenbr. I. 4. t. 7. — Paxton, Magazine of bot. IX. pag. 271. (cum tab. aen. a me non visa.) — Caule herbaceo erecto subramoso pubescenti-viscoso; foll. infimis petiolatis ample ovatis inciso-dentatis pinnatifidis v. palmato-lobatis, mediis petiolatis ovato-lanceolatis acuminatis inciso-dentatis, superiorib. sessilib. lanceolatis, omnib. basi cordatis glutinoso-pubescentib., floralib. ovato-lanceolatis acuminatis reflexis; racemis subramosis elongatis; verticillastris sexfloris distinctis; calycib. pedicello breviorib. campanulatis striatis glutinoso-hispidis, labio superiore ovato-rotundato, dentib. conniventib. subulatis, inferioris dentib. lanceolatis subulato-acuminatis; corollis calyce triplo longiorib., tubo

calycem aequante superne ampliato, labio superiore falcato compresso, inferioris lobis lateralib. oblongis erectis; genitalib. longe exsertis; connectivis postice rhomboideo-dilatatis deflexis, extremitate callosa connexis. ♃ — Species pulcherrima ac distinctissima, affinis *S. Austriacae*. Caulis 2–3-pedalis, parce ramosus crassus tetragonus, angulis callosis. Folia radicalia saepius palmato-pinnatifida, nunc subintegra, caulina angustiora rugosa, supra glabriuscula v. pilis sparsis glutinosis obsita, subtus in nervis glutinoso-pilosis. Racemus 1½–2-pedalis multiflorus. Pedicelli 4–6 lineas longi. Bracteae subnullae. Calyx 4–5-linearis, pilis apice glutinosis hispidus, labiis patentibus, dentibus setaceo-acuminatis. Corolla *S. Austriacae*, amplior, labio superiore coeruleo-violaceo punctis aureis, inferiore candido, tubus subaequalis, vix ventricosus, intus nudus. Labii inferioris lobus medius late ovatus concavus emarginatus. — *S. crassifolia* Cav. Hort. Matr. descr. 15. — Jacq. Fragm. 47. t. 60. — Habitat in Africa boreali in ruderatis urbis Tingidis antiquae, prope Salles, Tlemsen, Tanger.

74. S. ALGERIENSIS Desf. Fl. Atl. 1. 23. t. 3. — Bth. l. c. 231. † — Foll. inferiorib. ovatis crenatis in petiolum decurrentib.; calycib. dentato-spinosis nutantibus; bracteis reflexis. ♃ — Caulis erectus hirsutus tetragonus, angulis obtusis. Rami longe virgati erecti. Folia glabra, inferiora ovato-oblonga crenata obtusa, 2–3 centim. lata, 8–16 longa, in petiolum brevem decurrentia, media et superiora pauca sessilia lanceolata acuta, saepe integerrima. Verticillastri 2–4–6-flori distincti. Flores pedicellati, ante et post florescentiam nutantes. Bracteae ovatae acutae reflexae. Calyx hirsutus striatus 5-dentatus, dentibus apice setaceo-spinosis, tribus superioribus brevioribus. Corolla coerulea, magnitudine *S. pratensis*. Labium superius villosum falcatum compressum, inferius trilobum, lobo intermedio majore concavo. Filamenta arcuata, transversim pedicello brevi affixa. Stylus exsertus. Semina fusca subrotunda, calyce tecta. Affinis *S. bicolori*. Differt caule hirsuto, foliis ovato-oblongis crenatis nec erosis aut sinuato-crenatis. — Habitat in Africa boreali prope Maiane Algeriae.

75. S. LATIFOLIA Vahl, Enum. 1. 271. — Bth. l. c. — Foll. remote dentatis glabris, inferiorib. oblongis, basi attenuatis, superiorib. cordatis; pedunculis elongatis. ♃ — Caulis herbaceus erectus parce pilosus purpurascens, superne in ramos floriferos divisus. Folia radicalia petiolata, superiora sessilia, 2–3-pollicaria, obtusissima, basi attenuata acutiuscula, venoso-villosa, suprema minora venosa, pilis rarissimis obsoletis adspersa. Pedunculi superne terni villosi subviscosi. Verticillastri remoti quadriflori. Pedicelli brevissimi. Bracteae cordatae acuminatae villosae, intus glabrae, calyce dimidio breviores. Calyces campanulati striati villosi bilabiati. Labium superius adscendens ovatum acutum, inferius bifidum, dentibus setaceis. Corolla calyce multo major, galea falcata, apice oculo armato villis nonnullis adsperso, stylo brevior. Filamenta propendentia. — Habitat in regno Tingitano.

76. S. INAMOENA Vahl, Enum. 1. 269. — Bth. l. c. 232. † — Caule herbaceo erecto ramoso glutinoso-hispido; foll. petiolatis ample ovatis inciso-dentatis, basi cordatis hispidis, supremis lanceolato-linearib., floralib. ovatis acuminatis reflexis; racemis elongatis subramosis; verticillastris 6-floris distantib.; calycib. pedicello breviorib. ample campanulatis striatis hispidis, labio superiore ovato, dentib. subulatis subconniventib., inferioris dentib. lanceolato-subulatis, omnib. brevib. rigidis; corollis calyce duplo longiorib., tubo calycem aequante vix ampliato, labio superiore falcato compresso, inferioris lobis lateralib. oblongis erectis; genitalib. vix exsertis; connectivis postice deflexis dilatatis, extremitate callosa connatis. ♃ — Caulis crassus, uti petioli, foliorum nervi, bracteae et calyces extus villis apice glandulosis frequentissimis canescens. Folia palmaria rudia, facie fere *Cucumeris sativi* acuta, basi dentibus majoribus subangulata, utrinque villis brevibus crispis canescentia, praesertim subtus scabrella venis subtus prominentibus, ramorum floriferorum lanceolata, inferiora petiolata, superiora floralia sessilia, basi dilatata, petioli inferiorum longi. Pedunculi brachiati elongati. Pedicelli villoso-viscosi, 6–9 lin. longi. Calyx 4 lin. longus rudis, labiis

divaricatis, dentibus in spinulam flavam subpungentem abeuntibus. Corolla magnitudine *S. Sclareae*, extus pubescens. Achaenia oblongo-subglobosa laevia. — Habitat in Hispania.

77. S. LEUCANTHERA Visiani, Linnaea XIV. Literatb. 137. — Caule suffruticoso tetraquetro; foll. petiolatis ovatis subcordatisve serratis rugosis, floralib. lanceolato-cuspidatis calyce subbreviorib. deciduis; racemis terminalib. pedunculatis simplicib.; verticillastris 9–10-floris; calycib. tubulosis pedicello triplo longioribus, labio superiore brevissime tridentato, dentib. conniventib. coalitisve, inferioris bifidi lanceolatis; corollis calyce duplo longioribus, tubo exserto subtus ventricoso, labiis subaequalib., superiore fornicato truncato-emarginato, inferioris lobis lateralib. ovatis planis subpatulis, medio majore rotundato emarginato; staminum connectivis inferne dilatatis, extremitate callosa connexis, antheris styloq. barbato exsertis; lobis stigmaticis inaequalib. subulatis. ♃ — Habitat.....?

78. S. AUSTRIACA Linn. Syst. veg. 69. — Bth. l. c. † — Caule herbaceo erecto subnudo pubescente; foll. radicalib. petiolatis late ovatis integris eroso-dentatis, basi cordatis rotundatis v. cuneatis rugosis, supra glabris, subtus pubescentib., caulinis paucis sessilib., floralib. ovatis acuminatis ciliatis, calycem subaequantib.; racemis subramosis; verticillastris subsexfloris, inferiorib. distantib., supremis approximatis; calycib. subsessilib. campanulatis pilosissimis, labio superiore rotundato, dentib. brevissimis conniventib., inferioris dentib. ovatis acutis; corollis calyce triplo longioribus, tubo subexserto, medio contracto, fauce ventricosa intus subnuda, labio superiore falcato compresso, inferioris lobis lateralib. oblongis erectis; genitalib. longe exsertis; connectivis postice abrupte dilatatis deflexis, extremitate callosa connexis. ♃ — Caulis 2–3-pedalis subsimplex crassus, obtuse tetragonus, pilis subviscosis pubescens. Folia radicalia 3–4 poll. longa et vix angustiora, terrae appressa, nervis saepe rubescentibus, caulinorum paria 1–2 sessilia, 2-pollicaria ovata acuta, floralia ovato-cordata, 5 lineas longa. Bracteae pedicellum subaequantes, ovato-lanceolatae. Pedicellus 1–2 lin. longus. Calyx 4–5 lin. longus, pilis longis mollibus villosissimus. Dentes labii inferioris breves ovati, superiores brevissime setacei, medio minimo. Corolla ochroleuca, extus piloso-glutinosa, magnitudine fere *S. pratensis*. — *Sclarea distans* Mnch. Meth. — *Salvia distans* Pohl ex Steud. Nomencl. bot. (edit. 1.) 725. — *S. Sclarea* Crantz, Stirp. Austr. 236. (non Linn.) — *S. Austriaca* Jacq. Fl. Austr. II. 8. t. 112. — Bot. Reg. 1. t. 1019. — Habitat in Europae orientalis herbidis ad margines agrorum etc. in Austria inferiore, Hungaria, Transylvania, Moldavia, inter Tanaim et Anticetam, circa Elizabethgrad, frequens in Tauriae montibus.

79. S. LIMBATA C. A. Meyer, Enumer. plantar. Casp. Caucas. 86. — Bth. l. c. 718. — Caule herbaceo erecto subnudo pubescente; foll. radicalib. petiolatis late ovatis integris eroso-dentatis, basi cordatis rugosissimis, utrinq. viridib. subhirsutis, caulinis paucis sessilib., floralib. ovatis acuminatis, calyce breviorib.; racemis ramosis; verticillastris 2–6-floris distantib.; calycib. subsessilib. late campanulatis hispidulis, labii superioris rotundati dentib. brevissimis conniventib., inferioris dentib. acutis; corollis calyce subtriplo longioribus, tubo subexserto, labio superiore falcato compresso, inferioris lobis lateralib. oblongis erectis; genitalib. exsertis, connectivis postice deflexis dilatatis, extremitate callosa connexis. ♃ — Ab affini *S. Austriaca* differt foliis brevioribus magis rugosis, racemis pauciflorisque calycibusque latius campanulatis vix hirtis. — Crescit in Caucaso, locis lapidosis montium Talysch prope pagum Swant.

80. S. CERATOPHYLLOIDES Linn. Mant. 26. — Bth. l. c. 232. — Caule herbaceo adscendente? villoso; foll. oblongis inciso-pinnatifidis, lobis oblongo-lanceolatis inciso-dentatis rugosissimis glabris, superiorib. subsessilib., floralib. ovatis acutis, calyce dimidio breviorib.; racemis elongatis subramosis; verticillastris remotis 2–6-floris; calycib. pedicellatis campanulatis hispidis, labio superiore orbiculato recurvo-patente, dentib. minimis conniventib., inferioris dentib. lanceolatis acutis; corollis calyce duplo longioribus, tubo breviter exserto sub fauce ventricoso, labio superiore subfalcato compresso, inferioris lobis lateralib. oblongis

erectis; connectivis postice deflexis rhomboideo-dilatatis, extremitate callosa connexis. ♃ — Rami divaricati adscendentes, pubescentia brevi et pilis longis subreflexis villosi. Folia *S. clandestinae*, sed auctiora, saepius glabriuscula, rarius longe pilosa. Racemi in cultis ultrapedales, verticillastri longe remoti. Calyx *S. pratensis*, at minor, vix viscosus. Corolla *S. pratensis* minor, *S. verbenacae* major, forma *S. pratensis*, tubus intus nudus. Stylus breviter exsertus, lobo superiore brevissimo. — *Salvia etc.* Arduini, Spec. II. 12. t. 2. — *S. ceratophylla* Ten. Syll. fl. Nap. 21. (non Linn.) — Habitat in regione mediterranea australiore, in collibus aridis Calabriae, in Sicilia australi, in Aegypto.

81. S. PRATENSIS Linn. Spec. plantar. 35. — Bth. l. c. 233. † — Caule herbaceo erecto subsimplici pubescente; foll. radicalib. petiolatis oblongo-ovatis obtusis crenatis incisisve, basi cordatis bullato-rugosissimis, supra glabris, petiolis nervisq. subtus pubescentib., caulinis paucis sessilib., supremis lanceolatis acuminatis, floralib. cordato-ovatis, calyce breviorib. subreflexis; racemis viscosis subsimplicib.; verticillastris sexfloris distantib.; calycib. subsessilib. campanulatis viscoso-villosis, labio superiore ovato-rotundato, dentib. brevissimis conniventib.; corollis calyce triplo longiorib., tubo subventricoso calycem aequante, labio superiore falcato compresso, inferioris lobis lateralib. oblongis erectis; genitalib. exsertis; connectivis postice rhomboideo-dilatatis deflexis, extremitate callosa connexis. ♃ — Species statura et pubescentia variabilis, at floribus magnis coeruleis rarissime rubentibus aut albis, racemo simplici v. utrinque ramis paucis instructo, foliis vix incisis cordatis rugosissimis etc. recognoscenda. Radix interdum an constanter? tuberosa. Folia saepe, praesertim in varietatibus australioribus, magis minusve sanguineo-maculata. — *Sclarea pratensis* Mill. Dict. no. 4. — *Sclarea tuberosa* Mill. Dict. no. 12? — *Salvia pratensis* Sm. Engl. Bot. t. 153. — *S. agrestis* Linn. Amoen. Acad. III. 399? — *S. haematodes* Linn. Spec. plantar. 35. — *S. Barrelieri* Ten. Fl. Nap. I. 9. t. 2. — Schrank, Hort. Monac. I. t. 5. — *S. Tenorei* Spr. Syst. vegetab. I. 65. — Sweet, Brit. flow. gard. I. t. 26. — *S. rubicunda* Wenderoth mss. — *S. virgata* Savi, Bot. Etrusc. II. 4. — *S. variegata* Waldst. et Kit. ex Willd. Enum. plant. hort. Berolin. I. 36. — *S. tricolor* Hortul. Habitat in Europae mediae et australis herbidis pratis siccis, ad vias etc. vulgaris in Anglia, Gallia, Hispania, Lusitania, Germania, Italia, Graecia, Rossia meridionali, etiam in promontorio Caucasico et prope Tiflim. In Europa boreali scil. in floris Scoticis, Suecicis, Petropolitanis etc. desideratur.

82. S. DUMETORUM Andrz. in Bess. Enum. pl. Volhyn. 3. et 40. — Bth. l. c. 234. — Caule herbaceo erecto subsimplici pubescente; foll. radicalib. et infimis petiolatis ovatis duplicato-crenatis, basi profunde crenatis rugosis, utrinq. glabris v. subtus ad nervos et petiolos pubescentib., caulinis paucis sessilib., latissime cordato-ovatis acutis, floralib. rotundato-cordatis, calyce breviorib., demum reflexis; racemis subsimplicib. viscosis; verticillastris sexfloris remotis; calycib. subsessilib. campanulatis striatis viscoso-villosis, labio superiore ovato-rotundato, dentib. brevissimis conniventib.; corollis calyce subtriplo longiorib., tubo ventricoso calycem aequante, labio superiore falcato compresso, inferioris lobis lateralib. oblongis erectis; genitalib. subinclusis; connectivis postice rhomboideo-dilatatis deflexis, extremitate callosa connexis. ♃ — A *S. pratensi* differt foliis minoribus minus rugosis integrioribus, inferioribus longius petiolatis, caulinis latioribus, verticillastris remotioribus, floribus dimidio minoribus, a *S. virgata* statura humiliore et racemo subsimplici, a *S. campestris* exemplaribus minoribus verticillastris remotis viscosis, a *S. nudicauli* et *S. bullata* foliis. — *S. agrestis* Linn. Amoen. acad. III. 399. (sec. Ledeb. Fl. Alt. I. 24. sed vix ex descr.) — Habitat in Asia media, in jugo Altaico, in pratis ad flumen Tscharysch, in deserto Kirghisico ad flumen Nura, in valle Cashmeriana.

83. S. LUSITANICA Jacq. fil. Eclog. I. 57. t. 38. (excl. syn. Vahl et Poir.?) — Bth. l. c. — Caule herbaceo erecto piloso-viscoso; foll. radicalib. petiolatis, caulinis paucis amplexicaulib., omnib. triangulari-ovatis, basi truncatis subcordatis acutis

inciso-dentatis rugosissimis, supra glabris, subtus villosis, floralib. ovatis acuminatis calyces aequantib.; racemis ramosis; verticillastris sexfloris distantib.; calycib. subsessilib. campanulatis striatis hispidis subvenosis, labio superiore lato rotundato, dentib. brevissimis conniventib.; corollis calyce duplo longioribus, tubo incluso ventricoso, labio superiore falcato compresso, inferioris lobis lateralib. oblongis erectis; connectivis postice rhomboideo-dilatatis deflexis, extremitate callosa connexis. ♃ — *Scleres Lusitanica* Mill. Dict. no. 3? — Habitat in peninsula Hispanica?

84. S. VIRGATA Ait. Hort. Kew. (ed. 1.) I. 30. — Bth. l. c. — Caule herbaceo erecto ramoso pubescenti-villoso; foll. radicalib. petiolatis ample ovatis, basi cordatis, caulinis inferiorib. breviter petiolatis amplis ovato-oblongis, basi rotundatis v. cordatis, superiorib. arctius sessilib. minoribus, supremis cordato-amplexicaulibus acuminatis, omnib. eroso-crenatis rugosis, supra glabriusculis, subtus ad nervos pubescentib. v. hispidis, floralib. ovato-acuminatis subreflexis, calyce breviorib.; racemis ramosis elongatis; verticillastris sexfloris distantib.; calycib. breviter pedicellatis campanulatis striatis villoso-viscosis, labio superiore lato rotundato recurvo-patente, dentib. minimis conniventib.; corollis calyce duplo longioribus, tubo incluso subventricoso, labio superiore falcato compresso, inferioris lobis lateralib. oblongis erectis; connectivis postice rhombeoideo-dilatatis deflexis, extremitate callosa connexis. ♃ — A *S. pratensi* differt panicula maxima (3–4-pedali), racemis elongatis pauciforis, foliis amplis et floribus multo minoribus; a *S. Sibthorpii* (cujus varietates hortenses saepe huic similes) statura elatiore, verticillastris remotis, calycibus et foliis floralibus viscosis vix coloratis et floribus majoribus. Specimina sylvestria valde hispida. — *S. virgata* Jacq. Hort. Vindob. I. 14. t. 37. — *S. Tiberina* Mauri mss. — *S. Garganica* Ten. Indx. semin. hort. Nap. 1829. — *S. caduca* Horn. Hort. Hafn. I. 30? — *S. amplexicaulis* Lam. Illustr. gener. I. 68? — *S. rubra* Spr. Syst. veget. IV. Cur. poster. 17. — *S. Caucasica* Schrank in Syll. pl. soc. Ratisb. II. 58? — *S. affinis* Spr. — Steud. Nomencl. bot. (edit. 1.) 725? — *S. Bauhini*, *Barrelieri*, *quercifolia*, *Taurica*, *Taurina etc.* Hortul. — Habitat in Italia, Romae, in pratis Gargani.

85. S. VISCOSA Jacq. Misc. II. 328., Icon. rar. I. 2. t. 5. — Bth. l. c. 215. † — Caule herbaceo erecto viscoso-pubescente; foll. petiolatis late ovatis crenulatis subsinuatis, basi cordatis rugosis, utrinq. villosulis viscosis, superiorib. sessilib., floralib. rotundatis, calyce duplo breviorib.; racemis elongatis ramosis; verticillastris remotis sub-6-floris; calycib. campanulatis viscoso-villosis, labio superiore ovato-rotundato subrecurvo-patente, dentib. minimis conniventib.; corollis calyce triplo longioribus, tubo exserto, sub fauce ventricoso, labio superiore falcato compresso, inferioris lobis lateralib. oblongis erectis; connectivis postice deflexis rhomboideo-dilatatis, extremitate callosa connexis. ♃ — Ex omni parte viscoso-pubescens. Caulis elatus 3-pedalis v. ultra, superne parce foliosus paniculatus. Folia radicalia 8 poll. longa, 4–5 lata, caulina inferiora 3–4 poll. longa, 2–3 lata, superiora multo minora lata subsessilia, omnia irregulariter crenulata v. sinuata nec incisa. Calyces subsessiles 2–3 lin. longi, fructiferi 4 lin., ample campanulati, labio superiore supra valde concavo. Corolla 8–9 lin. longa coerulea, extus glabra. Stylus exsertus, lobo superiore breviore. Affinis *S. virgatae*, sed foliis latis integrioribus et viscositate differt. — Habitat in Europa australi, in Hispania? in Italia, ad Calaone et Serra prope Este.

86. S. RUGOSA Thnbrg. Prodr. fl. Capens. 97. — Bth. l. c. — Caule herbaceo adscendente villosissimo; foll. petiolatis ovatis v. oblongo-lanceolatis obtusis eroso-dentatis, basi cordatis bullato-rugosissimis, utrinq. pubescentib., floralib. cordato-ovatis acutis, calyce subbreviorib.; racemis subramosis; verticillastris 6–10-floris remotis; calycib. campanulatis glutinoso-villosis striatis, labio superiore orbiculato recurvo, dentib. minutis conniventib.; corollis calyce duplo longioribus, tubo calycem aequante sub fauce ventricoso, labio superiore recto, inferioris lobis lateralib. ovatis erectis; connectivis postice deflexis abrupte dilatatis, extremitate callosa connexis. ♃ — A *S. discermati* distincta est foliorum forma, calycibus

majoribus ample campanulatis nec ovato-tubulosis et corollis (ut in ea albidis) fere duplo majoribus, floribus *S. pratensis*, tamen paullo minoribus. — Habitat in Promontorio bonae spei.

87. S. DISERMAS Linn. Spec. plantar. 36. — Bth. l. c. 236. — Caule herbaceo, basi procumbente; ramis adscendentib. glutinoso-villosis; foll. inferiorib. petiolatis, superiorib. subsessilib., omnib. oblongo-lanceolatis erosis, basi rotundatis v. cordatis, utrinq. glutinoso-villosis, floralib. late ovatis acutis, calycem subaequantib.; racemis subramosis; verticillastris 6-10-floris remotis; calycib. ovato-tubulosis glutinoso-villosis striatis, labio superiore orbiculato recurvo, dentib. minute conniventib., inferioris dentib. lanceolatis acutis; corollis calycem breviter superantib., tubo calycem aequante, sub fauce ventricoso, labio superiore recto, inferioris lobis lateralib. ovatis erectis, medio rotundato emarginato-patente; connectivis postice deflexis abrupte dilatatis, extremitate callosa approximatis v. connexis. ♃ — Affinis *S. verbenacae, longifoliae* et *S. clandestinae* varietatibus majoribus, differt villositate omnium partium, etiam foliorum paginae superioris, caule basi procumbente, foliis angustioribus crassioribus erosis, nec crenatis ut in *S. verbenaca* nec incisis ut in *S. clandestina*, calycibus majoribus, corollae tubo ampliori, labiis brevioribus etc. Corolla albida. — *Horminum disermas* Moench, Meth. — Habitat ad Caput bonae spei.

88. S. SIBTHORPII Sm. et Sibth. Flor. Graec. I. 17. t. 22. — Bth. l. c. — Caule herbaceo erecto, superne subpaniculato villoso; foll. radicalib. petiolatis amplis, superiorib. sessilib., omnib. ovatis grosse duplicato-crenatis subincisis, supra glabris rugosis, subtus villosis, floralib. rotundatis acuminatis subcoloratis, calyce breviorib.; racemis elongatis brachiatis ramosis subcanescentib.; verticillastris numerosis distinctis 6-10-floris; calycib. tubuloso-campanulatis molliter villosis, labio superiore orbiculato recurvo, dentib. minimis conniventib., inferioris dentib. lanceolatis acutissimis; corollis calyce vix duplo longiorib., tubo exserto sub fauce ventricoso, labio superiore subfalcato subcompresso, inferioris lobis lateralib. oblongo-linearib. suberectis; connectivis postice deflexis abrupte dilatatis, extremitate callosa connexis. ♃ — *S. sylvestri* et *S. virgatae* valde affinis: a priori differt caule minus folioso villosiore, foliis amplioribus (inferioribus 6-9 poll. longis, 3-4 latis), racemis elongatis virgatis; a *S. virgata* verticillastris magis approximatis numerosioribus, calycibus paullo majoribus et foliis floralibus saepius membranaceis coloratis. In hortis elatior et ramosior evadit et ideo *S. virgatae* similior. — *S. campestris* M. Bieb. Flor. Taur. Caucas. I. 20. et III. 22. — Rchb. Plant. critic. VI. 21. t. 529. — *S. hypanica* Andrz. mss. ex Bess. Enum. pl. Podol. 3. — *S. mollis* Jacq. fil. Ecl. I. 56. t. 37? — *S. amplexicaulis, Barrelieri, Caucasica, Taurica, virgata etc.* Hortul. — Habitat in Europae mediterraneae orientalis et in regionis Ponticae campis graminosis ad vias, in Graeciae monte Parnasso, in Peloponneso et in Zacyntho, in insula Scyro, in Podolia australi, in sylvis Bulgariae prope Sisopolin, prope Ineadam et Smyrnam, in Tauria montosa occidentali, circa Sebastopolin.

89. S. SYLVESTRIS Linn. Spec. plantar. 34. — Bth. l. c. 237. † — Caule herbaceo erecto, superne paniculato; foll. inferiorib. petiolatis, superiorib. sessilib., omnib. oblongo-lanceolatis crenatis, basi rotundatis v. saepius cordatis rugosis, supra glabris, subtus pallidiorib. pubescentib. v. canescentib., floralib. orbiculatis acuminatis coloratis, calyces subaequantib., ante anthesin imbricatis, post anthesin subreflexis; racemis elongatis subramosis; verticillastris 6-10-floris distinctis; calycib. ovato-tubulosis, labio superiore orbiculato recurvo brevissime tridentato; corollis calyce duplo longioribus, tubo calycem subaequante, sub fauce ampliato, labio superiore subrecto, inferioris lobis lateralib. oblongis erectis; connectivis edentulis postice abrupte dilatatis, extremitate callosa connexis. ♃ — Species, etsi statura et villositate variabilis, distinctissima habitu. Caulis nunc sesquipedalis, nunc tripedalis et ultra, apice ramis brachiatis paniculatus, tetragonus glaber pubescens v. villosus. Folia saepius parva vix 2-pollicaria, interdum vero 3-4-pollicaria et ultra, inferiora saepius petiolata et infima basi parum angustata,

superiora sessilia, saepius cordato-amplexicaulia, omnia rugosa magis minusve villosa et subtus canescentia, margine simpliciter v. duplicato-crenata nec incisa, apice saepius acutiuscula. Verticillastri inferiores saepius semipollicem distantes, supremi magis approximati. Calyces 3 lin. longi striati, nunc glabriusculi, saepius magis minusve villosi, apice colorati. Corollae purpureo-violaceae. Tubus sub fauce parum ventricosus, intus nudus. Labium superius concavum. Stylus breviter exsertus. — *Sclarea Syriaca* Mill. Dict. no. 5. — *Sclarea nemorosa* Mill. Dict. no. 6. — *Sclarea sylvestris* Mill. Dict. no. 7. — *Sclarea punctata* Moench. Meth. — *Salvia nemorosa* Linn. Spec. plantar. 35. — Reichb. Plant. critic. VI. 19. t. 526. — *S. sylvestris* Jacq. Fl. Austr. III. 7. t. 212. — Reichb. l. c. VI. 20. t. 527. — *S. deserta* Schangin in Ledeb. Cat. hort. Dorp. 1824. p. 6. — Reichb. l. c. VI. 21. t. 528. — *S. Valentina* Vahl, Enum. pl. I. 268. — *S. elata* Host, Fl. Austr. I. 24 (an Ten. Syll. fl. Nap. 18?) — *S. amplexicaulis* Lam. Illustr. gener. I. 68? — *S. alpestris, asperula, Taurina etc.* Hortul. — Habitat in Europae orientalis et meridionalis et Asiae mediae campis herbidis, in Graecia, in Rossia australi, frequens a Tauria et Caucaso usque ad Zmeiov et fluvium Irtysch et trans illum, etiam in Persia.

90. **S. PENDULA** Vahl, Enumer. plant. I. 231. — Bth. l. c. 238. † — Caule herbaceo erecto villoso; foll. infimis petiolatis, supremis sessilib., omnib. oblongo-lanceolatis obtusis duplicato-crenatis, basi subcordatis rugosis pubescentib., floralib. orbiculatis acuminatis, calyce duplo breviorib. persistentib. reflexis; racemis subramosis, apice subnutantib.; verticillastris 6-10-floris distinctis; calycib. tubulosis pubescentib., labio superiore orbiculato patente brevissime 3-dentato; corollis calyce duplo longioribus; tubo subexserto, sub fauce ventricoso, labio superiore patente subfalcato, inferioris lobis lateralib. oblongis erectis; connectivis supra dentatis, postice deflexis abrupte dilatatis, extremitate callosa connexis. ♃ — A *S. nutante* differt caule folioso, foliis angustioribus brevius petiolatis, racemis paucis elongatis laxis, floribus duplo majoribus, tubo corollae basi attenuato, supra medium incurvo, subtus ventricoso et foliis floralibus dimidium calycem aequantibus; a *S. sylvestri* racemis vix ramosis nutantibus, foliis floralibus minoribus, floribus majoribus. — *S. Cremenecensis* Bess. Enum. plant. Volh. 40. — *S. betonicaefolia* Ettl. Salv. 49. — Habitat in Europa orientali, in Transylvania et in Podolia.

91. **S. NUTANS** Linn. Spec. plantar. 30. — Bth. l. c. † — Caule herbaceo pubescente subnudo; foll. subradicalib. longe petiolatis ovato-oblongis duplicato-crenatis, basi subcordatis rugosis, floralib. minutis orbiculatis; racemis abbreviatis longe pedunculatis paniculatis, per anthesin nutantib.; verticillastris sub-6-floris approximatis; calycib. reflexis pubescentib., labio superiore ovato rotundato, supra concavo brevissime tridentato; corollis calyce duplo longioribus, tubo aequali calycem aequante, labio superiore recto patente, inferioris lobis lateralib. oblongis erectis; connectivis postice deflexis dilatatis, extremitate callosa connexis. ♃ — Caulis 2-3-pedalis subsimplex tetragonus, anguli albidi callosi, superne anguste paniculatus. Folia pauca, infima cum petiolo 7-9 pollices longa, obtusa irregulariter crenata, supra glabriuscula, subtus molliter pubescentia v. tomentosa, superiora paucissima, longe remota, ad ramificationes paniculae minuta, lanceolato-linearia, floralia pedicellis breviora villosa. Racemi spicaeformes, 1-1½ pollicem longi. Calyx vix 2 lin. longus striatus. Corolla violacea, 4-5 lin. longa. Labium superius inferiore longius, extus tenuiter pubescens. Tubus intus omnino nudus. Stamina corolla breviora. Connectiva edentula. Stylus breviter exsertus, sub lente tenuissime pubescens, apice subulato-bifidus. — *S. betonicaefolia* Ettling, Salv. 49. — *S. hastata* Ettling, Salv. 48. — *S. pendula* Bess. Flor. Gallic. (non Vahl.. — *S. nutans* Waldst. et Kit. Pl. rar. Hungar. I. 63. t. 62. — Bot. Mag. t. 2416. — *S. acutifolia* Lam. Illust. gen. I. 083. — Habitat in Europa orientali, in Podolia et Galicia, Hungaria et Transylvania, Bessarabia septentrionali, in campis vastis ad Tanaim et Borysthenem et abunde in collibus apricis Tauriae, prope Odessam, in montibus Tsiysch prope pagum Sivirs.

92. S. SCLAREOIDES Brot. Phytogr. Lusit. 3. t. 2. et Flor. Lusit. I. 17. — Bth. l. c. 719. — Caule herbaceo erecto subsimplici piloso; foll. radicalib. petiolatis oblongo-ovatis obtusis crenatis subincisisve, basi cordatis bullato-rugosissimis, supra glabris, petiolis nervisq. subtus pilosis, caulinis paucis sessilib., supremis lanceolatis acuminatis, floralib. cordato-ovatis, calyce breviorib. subreflexis; racemis viscosis subsimplicib.; calycib. subsessilib. campanulatis viscoso-villosis, labio superiore ovato-rotundato, dentib. brevissimis conniventib.; corollis calyce vix duplo longiorib., tubo subventricoso calycem aequante, labio superiore falcato compresso, inferioris lobis lateralib. oblongis erectis; genitalib. vix exsertis; connectivis postice rhomboideo-dilatatis deflexis, extremitate callosa connexis. 2 — A *S. pratensi* non differt nisi floribus minoribus. Habitus *S. clandestinae*, sed foliis distincta, a *S. Sibthorpii* differt racemis brevioribus viscosis paucifloris et foliis minoribus. — *S. bullata* Schousboe mss. ex Vahl, Enum. plant. I. 265. — Bth. l. c. 239. — *S. Lusitanica* Poir. Dict. VI. 606? (non Jacq.) — S. *elongata* Spr. Pugill. plant. min. cogn. I. 43. — Habitat in Europae mediterraneae regionibus australioribus, in Lusitania et in Italia cum *S. pratensi* v. *S. clandestina* ab auctoribus confusa?

93. S. BAETICA Boiss. Elench. plant. novar. Hisp. no. 157. et Voyage bot. dans le midi de l'Esp. 485. no. 1303. † — Caule simplici humili glanduloso-hirsuto; foll. omnib. radicalib. petiolatis oblongis obtusis crenatis rugosis, utrinq. sparsim hirtellis; bracteis triangularib. calyce breviorib. reflexis; verticillastris 4–6-floris distantib.; calycis subsessilis bilabiati viscoso-villosi labio superiori breviter tridentato, dentib. conniventib., inferiori longiori bidentato; corollae rubro-fuscae calyce duplo longioris labio superiori valde porrecto falcato compresso, inferioris multo brevioris lobis oblongis; connectivis postice rhomboideo-dilatatis deflexis, extremitate callosa connexis. 2 — Folia radicalia 3–4-pollicaria, 1½ poll. et amplius lata, caulina nulla aut pauca lanceolata sessilia. — Habitat in umbrosis regionis calidae, in Hispania australi (in regno Granatensi, in regione Baetica prope Gades).

94. S. NUDICAULIS Vahl, Enumer. plant. I. 266. — Bth. l. c. 239. — Caule herbaceo erecto subnudo incano-villoso; foll. subradicalib. petiolatis oblongo-linearib. v. lanceolatis acutis eroso-dentatis, basi subcordatis bullato-rugosissimis, supra glabris, subtus canescentib. subvillosis, floralib. ovato-rotundatis, calyce breviorib. subreflexis persistentib.; racemis simplicib. ramosisve; verticillastris sexfloris distantib.; calycib. subsessilib. campanulatis striatis viscoso-villosis, labio superiore ovato-rotundato, dentib. brevissimis conniventib., inferiore longiore; corollis calyce subduplo longioribus, labio superiore falcato compresso, inferioris lobis lateralib. oblongis erectis. — Valde affinis *S. bullatae*. Differt foliis angustioribus rugosioribus eroso-dentatis. — *S. merjamie* Forsk. Flor. Aeg. Arab. 10. — *S. Abyssinica* Linn. fil. Suppl. 88? — Habitat in Arabia.

95. S. VERBENACA Linn. Spec. plantar. 35. — Bth. l. c. — Caule herbaceo erecto pubescente v. villoso; foll. late ovatis oblongisve crenatis rugosis glabris, inferiorib. longe petiolatis, basi angustatis, superiorib. latiorib. sessilib., basi cordatis, floralib. ovato-rotundatis acuminatis villosis persistentib., calyce subbreviorib., post anthesin reflexis; racemis elongatis simplicib. v. subramosis; verticillastris remotis sub-6-floris; calycib. ovatis hirsutis, labio superiore orbiculato recurvo-patente, dentib. minimis conniventib.; corollis calyce dimidio longiorib., tubo calycem aequante, sub fauce ventricoso, labio superiore recto v subfalcato concavo, inferioris lobis lateralib. oblongis erectis; connectivis postice deflexis abrupte dilatatis, extremitate callosa approximatis v. connexis. 2 — Caulis 2-pedalis et ultra, magis minusve villosus, superne ramosus. Folia saepius 3–4-pollicaria, 1½–2 poll. lata, lobis rarissime ad medium attingentibus. Racemi axis, folia floralia et calyces semper molliter villosi. Calyces subsessiles, post anthesin nutantes, apice uti folia floralia colorati. Corollae coeruleae, rarius albidae, magnitudine corollae *S. Horminis*. Var. γ. maxime affinis

est *S. clandestinae*, quacum forsan conjungenda. — *Horminum verbenaceum* Mill. Dict. no. 1. — *S. Spielmanni* Willd. Enum. pl. hort. Berol. 38. — *S. Spielmannana* M. Bieb. Fl. Taur. Cauc. I. 21. — *S. Illyrica* Schult. Obs. Bot. 8. — *S. micrantha* Desf. Cat. hort. Par.? (non Vahl.). — *S. verbenaca* Curt. Fl. Lond. III. ic. — *S. horminoides* Pourr. Act. Tolos. III. 327. — *S. Byzantina, heterophylla etc.* Hortul.

β. oblongifolia: foll. oblongis crenatis, vix incisis. — *S. oblongata* Vahl, Enum. plant. I. 256. — *S. betonicaefolia* Lam. Illust. gen. I. 70. (non Etl.)

γ.? incisa: foll. late ovatis incisis, lobis ovatis acutis approximatis. — Habitat in Europa septentrionali et media, in Rossia Europaea, ad sepes circa Byzantium, in Caucaso et Tauria, *β* in hortis culta, *γ.* in Europa media et australiori, ad Tolosam in Gallia?

96. S. CLANDESTINA Linn. Spec. plantar. 36. (non ejusd. herb.). — Bth. l. c. 240. et 719. — Caule herbaceo erecto pubescente v. villoso; foll. ovato-oblongis inciso-dentatis pinnatifidisve rugosis glabris, inferiorib. petiolatis, basi angustatis truncatis v. subcordatis, floralib. ovato-rotundatis acuminatis villosis persistentib., calyce subbreviorib., post anthesin reflexis persistentib.; racemis simplicib. v. subramosis; verticillastris inferiorib. remotis, supremis approximatis subsexfloris; calycib. ovatis hirsutis, labio superiore orbiculato, dentib. minimis conniventib.; corollis calyce duplo longiorib., labio superiore subfalcato concavo, inferioris lobis lateralib. oblongis erectis; connectivis postice deflexis, abrupte dilatatis, extremitate callosa approximatis v. connexis. ♃ — *Sclarea decidua* Moench, Meth. — *S. verbenaca* Vahl, Enumer. plant. I. 225. — Rchb. Plant. critic. VI. 17. t. 523. — *S. verbenacoides* Brot. Fl. Lusit. I. 17. — *S. polymorpha* Hffm. et Link. Flor. Portug. I. 149. t. 19. — Rchb. l. c. 18. t. 524. fig. 719. — *S. acutata* Link et Brot. Phyt. Lusit. — *S. collina* Lowe, Primit. flor. Maderens. 19. — *S. obtusata* Link et Brot. l. c. — *S. parviflora* Link ex Brot. l. c. (non Vahl.) — *S. clandestinoides* Link, Jahrb. III. 160. — *S. praecox* Savi, Fl. Pis. I. 22. — *S pallidiflora* St. Am. Fl. Agen. 10. — *S. variabilis* var. Lois. Fl. Gall. (ed. 2.) I. 16. — *S. oblongata* Rchb. l. c. 16. t. 522. non Vahl. — *S. micrantha* Desf. Cat. hort. Par. ex Rchb. l. c. non Vahl). — *S. Viviani* Spr. in Sieb. Pl. Apul. et Calabr. ex Rchb. l. c.

β. multifida: foll. profunde inciso-pinnatifidis, lobis ovato-oblongis. — *S. multifida* Sibthrp. et Sm. Flor. Graec. I. 17. t. 21. — Rchb. l. c. 18. t. 524. fig. 720. — *Horminum etc.* Barr. Ic. rar. 24. t. 200. — *S. clandestina* Vahl, Enumer. plant. I. 256. — Rchb. Plant. critic. VI. 18. t. 525. — *S. laciniata* Willd. Enum. hort. Berol. Suppl. 2. — *S. erosa* Desf. Cat. hort. Par. 68. — Poir. Dict. Suppl. V. 49. † *S. ceratophylloides* Willd. Enum. hort. Berol. I. 207. ex Rchb. l. c. — *S. ceratophylla* C. A. Mey. Verz. der Pfl. am Cauc. 68? (non Linn.). — Habitat in Europae australis et Africae borealis apricis, ad vias etc., in Lusitania, Hispania, Gallia australi, in Italia omni, Sicilia, Sardinia et Istria, Dalmatia, ad Byzantium, Smyrnas, in Syria prope Aleppo, in montibus Talysch prope pagum Swant et circa pagos versus mare Caspium.

97. S. RUGOSISSIMA Zuccarini, Abhandl. d. Münchn. Akad. d. Wissensch. (Math.-Phys. Klasse) III. 244. † t. 7. — Caule herbaceo hirsuto; foll. petiolatis pinnatisectis, segmentis linearib. obtusis crenatis bullato-rugosissimis tomentoso-hirtis inaequalib., floralib. minimis sessilib. ovato-rotundatis; verticillastris 6–10-floris distantib.; calycib. obovatis lanato-pilosis, labio superiori obovato rotundato recurvo-patente, dentib. parvis conniventib.; connectivo postice deflexo truncato. ♃ — Habitat in Palaestina prope Hierosolymas.

98. S. CONTROVERSA Ten. Syll. fl. Nap. 18. — Bth. l. c. 241. et 719. — Caule herbaceo pubescente v. villoso; foll. oblongis inciso-pinnatifidis, lobis oblongo-linearib. obtusissimis inciso-crenatis bullato-rugosissimis, margine revolutis, utrinq. pilosulis, inferiorib. petiolatis, superiorib. sessilib., floralib. ovato-rotundatis acuminatis villosis, calyce vix breviorib.; racemis ramosis; verticillastris 6–10-floris, inferiorib. remotis, supremis approximatis; calycib. ovatis pilis longissimis hirsuto-lanatis, labio superiore orbiculato recurvo-patente, dentib.

minimis conniventib.; corollis calyce breviorib. v. dimidio longiorib.; connectivis postice deflexis abrupte dilatatis, extremitate callosa approximatis v. connexis. ♃ — *S. clandestinae* habitu simillima, at saepius humilior ramosior. Folia magis incisa, lobis fere ad costam attingentibus obtusissimis et ut in *S. ceratophylla* bullato-rugosissimis, utrinque pilis longis raris sparsis et ad nervos pubescentia brevi vestitis. Racemi pilis longissimis albis villosissimi nec viscosi. Calyces subsessiles, post anthesin deflexi, forma *S. verbenacae*. Corollae in speciminibus sylvestribus plerumque in fundo calycis minutissimae inapertae, at genitalia perfecta includentes. Ovarii lobi maximi. Achaenia matura pallida laevia subinflata. — *S. lanigera* Poir. Dict. Suppl. V. 48. (exempl. majora hortensia). — *S. clandestina* Linn. Herb. (non ejusd. Spec. 36.) — Sibthrp. et Sm. Flor. Graec. I. 18. t. 24. — Habitat in regione mediterranea australiori in Hispania, Calabria, Insula Cypro, Syria prope Aleppo, in Africae deserto Magnae Syrteos, in Aegypto et ad Caput bonae spei.

β. grandiflora Bth. l. c. 719. — Corollis calyce plus duplo longioribus. — In maritimis prope Jaffa habitat.

99. S. DESERTI Dcne. Annal. des sc. natur. (2. Sér.) 1834. II. 248. — Bth. l. c. 719. — Suffruticosa incana: ramis divaricatis pubescentib.; foll. parvis paucis oblongis petiolatis crenatis bullato-rugosis, margine reflexis cano-pubescentib., floralib. parvis, supremis minimis; verticillastris 2–6-floris distantib.; calycib. ovato-campanulatis pilis longissimis hirsutis, labio superiore tridentato, inferiore bidentato, dentib. omnib. subaequalib. v. superiore minore. ♃ — Calyces fere *S. controversae*, sed dentes labii superioris vix connivent. — Habitat in deserto Sinaico. — Species ob flores deficientes dubia.

100. S. NUBIA Ait. Hort. Kew. (ed. 1.) I. 42? — Bth. l. c. 242. — Caule herbaceo erecto villoso canescente; foll. inferiorib. longe petiolatis, superiorib. sessilib. v. cordato-amplexicaulib., omnib. oblongo-ovatis lanceolatisve obtusis v. acuminatis, irregulariter crenatis erosisve, basi cordatis rugosissimis, supra tenuiter pubescentib., subtus cano-tomentosis sublanatis; racemis villosissimis densis ramosis; verticillastris sexfloris approximatis; calycib. ovatis mollissime hirsuto-lanatis, labio superiore orbiculato recurvo-patente, dentib. minimis conniventib.; corollis calyce subduplo longioribus.; labio superiore falcato subcompresso, inferioris lobis lateralib. oblongis erectis; connectivis postice deflexis abrupte dilatatis, extremitate callosa approximatis v. connexis. ♃ — Habitus *S. verbenacae*. Folia fere *S. sylvestris*. Racemo et floribus *S. controversae* affinis, sed caulis elatior et racemus ramosior densior. — Habitat in Abyssinia et in Nubia.

† *Species sectionis hujus dubiae v. incertae sedis.*

101. S. BARRELIERI Etling, Salv. 46. ex Vahl, Enum. plant. I. 269. (non Ten.) — Bth. l. c. 243. — Foll. hastato-lanceolatis inaequaliter serratis; caule folioso erecto. ♃? — Caulis erectus bicubitalis. Folia petiolata hastato-septemlobata, lobo medio producto lanceolato, acuta hirsuta. Bracteae parvae ovatae ciliatae acutae. Verticilli sexflori. Calyx villosus 5-dentatus. — An *S. bicolor?* — Habitat in Hispania.

102. S. PARVIFLORA Vahl, Enum. plant. I. 268. — Labill. Icon. plant. Syr. rar. dec. IV. 13. t. 7. — Bth. l. c. 243. — Foll. cordato-ovatis crenatis rugosis; racemis terminalib. compositis; bracteis cordatis calyce brevioribus. ♃ — Caulis erectus sesquipedalis subincanus. Folia cordato-oblonga venosa rugosa viridi-cinerascentia crenata, subtus villosula, superiora sessilia. Verticilli floribus subpedicellatis 2–6-flori, bracteis ovatis acutis vix calycis longitudine. Calyx tomentosus subincanus, dimidio corolla brevior. Corolla subtomentosa flavescens, labio superiore rectiusculo subemarginato, inferiore trilobo, lobo medio suborbiculato. Stamina labio superiore inclusa, pedicello filamentorum brevi, stylo exserto. Semina 4, bina unicumve abortiva. Alias ut in congeneribus. Ex icone Labillardieri affinis videtur *S. sylvestri*, ex specimine Tournefortiano in herbario Banksiano servato et sic nominato *S. verbenacae* var. est. In herbario Vahliano decst

Simillima videtur *S. Nubiae*, sed calycibus tomentosis subincanis discrepat. — Habitat in Oriente, in Syria juxta Damascum in monte Dgebel Cher dicto.

Sectio VII. MICROSPHACE Bth. in Hook. Bot. Misc. III. 374.

Calyx ovatus, labio superiore integro. Corolla minima, tubo incluso intus exannulato, labiis brevissimis, superiore erecto, inferioris lobis lateralibus patentibus. Connectiva postice deflexa linearia, longitudinaliter connata. Styli lobus inferior complanato-dilatatus rotundatus. — Herbae procumbentes Americanae.

103. S. OCCIDENTALIS Swartz, Fl. Ind. occid. I. 23. — Bth. Labiat. gener. et spec. 244. † — Herbacea diffusa v. procumbens, glabra v. pubescens: foll. petiolatis late ovatis acutis serratis, basi rotundatis cuneatisve glabris v. hispidulis, floralib. pedicello vix longioribus. sessilib. ovato-lanceolatis acutis persistentib.; racemis elongatis, basi subramosis; verticillastris 2-6-floris remotis; florib. minutis; calycib. tubulosis glanduloso-villosis, labio superiore integro dentibq. labii inferioris obtusis; corollis calyce dimidio longioribus, labio superiore erecto, inferiore subpatente ei longiore; connectivis postice obtusis longitudinaliter connatis; styli glabri lobis complanatis rotundato-dilatatis. ♃ — *Verbena minima Chamaedryos folio* Sloane, Jam. I. 172. t. 107. — *S. procumbens* Rz. et Pav. Flor. Peruv. et Chil. I. 27. t. 39. fig. a. — *S. radicans* Poir. Dict. II. 621. — *Hyptis glandulosa* Sieb. Fl. Mart. exs. no. 151. — Habitat in omnis Americae aequinoctialis ruderatis campestribus etc.

104. S. MISELLA H. B. Kth. Nov. gen. et spec. plant. Amer. II. 290. — Bth. l. c. 245. — Caule herbaceo piloso; foll. subrotundo-rhomboideis acutis, basi subcuneatis crenatis glabris; verticillastris subsexfloris remotis; calycib. piloso-glandulosis. ♃ — Caulis semipedalis, interdum pedalis ramosus diffusus, ramis ascendentibus tetragonis, pilis minutis reflexo-patulis conspersis. Folia brevissime petiolata 2-4-linearia. Spicae filiformes verticillatae. Flores pedicellati, pedicellis hirtis. Bracteae subrotundo-ovatae acuminatae hirtae deciduae, calyce breviores. Calyx campanulatus striatus bilabiatus, labio superiore acuto integro, inferiore bifido, laciniis acuminato-subulatis. Corolla calyce duplo longior violacea. — Vix differt a praecedente. — Habitat in Novae Hispaniae locis calidis inter portum Acapulco et La Venta del Exido.

Sectio VIII. CALOSPHACE Bth. in Hook. Bot. Misc. III. 374.

Calyx ovatus tubulosus v. campanulatus, labio superiore integro v. breviter tridentato. Corollae tubus exsertus v. inclusus, intus exannulatus, sed interdum prope basin dentibus 2 auctus. Labium superius rectum concavum integrum v. saepius breviter emarginatum, inferioris lobi patentes. Connectiva postice deflexa linearia longitudinaliter connata. Styli lobus inferior subulatus. — Herbae suffrutices v. frutices Americanae habitu polymorphae, sed a caeteris sectionibus facile distinguendae. Folia integra serrata crenata v. rarius integerrima.

§. 1. *Micranthae Bth. Labiat. gener. et spec.* 245. — *Corolla vix 3-linearis, calyce dimidio v. rarius subduplo longior. Tubus inclusus. Labium inferius superiore erecto subduplo longius. — Herbae corollis coeruleis inconspicuis.*

105. S. OBSCURA Bth. l. c. — Herbacea diffusa: foll. petiolatis ovatis acutis serratis, basi angustato-cuneatis glabris v. supra hispidis, utrinq. viridib., floralib. persistentib. sessilib. ovatis acuminatis, calyce breviorib.; racemis elongatis simplicib.; verticillastris 2-6-floris remotis; florib. minutis; calycib. tubulosis subglanduloso-villosis, fructiferis auctis, labio supremo integro dentibq. labii inferioris breviter subulato-acuminatis; corollis calyce dimidio longioribus, labio superiore erecto, inferiore subpatente duplo longiore; connectivis postice deflexis obtusis longitudinaliter connatis; styli lobis subulatis acutis. ♃ — *S. occidentali* simillima, sed calycis lobi subulato-acuminati et styli lobi acuti subulati nec rotundato-complanati. — Habitat in Jamaica.

106. S. RIPARIA H. B. Kth. Nov. gen. et spec. plant. II. 300. — Bth. l. c 247. et 730. — Caule herbaceo erecto ramoso pubescente; foll. ovato-oblongis acutis cordatis

serratis, utrinq. piloso-pubescentib.; verticillastris multifloris parum remotis; calycis piloso-glandulosi labio superiore tricuspidato. 2? — Herba canescens odoratissima. Caulis strictus paniculato-ramosus ramique tetragoni pubescentes. Folia opposita, breviter petiolata ovato-oblonga acuta subcordata serrata, utrinque praesertim subtus piloso-pubescentia pollicaria. Petioli 2 lin. longi pubescentes. Spicae terminales 3-4-pollicares verticillatae, verticillis multifloris parum remotis. Bracteae subrotundo-ovatae acutae, pedicellis pilosis vix longiores. Calyx subcampanulatus bilabiatus striatus piloso-glandulosus, labio superiore tricuspidato, inferiore bifido, laciniis acuminato-subulatis. Corolla coerulea, calyce parum longior. — Habitat in regione temperata, in ripa fluminis Chulucanas inter pagum Guancabamba Peruvianorum et Paramo de Guamani.

107. S. **TENELLA** Swartz, Prodr. fl. Ind. occid. I. 45. — Bth. l. c. 246. — Caule herbaceo pusillo procumbente; ramis ascendentib. pubescentib.; foll. petiolatis late ovatis rotundatis obtusis crenatis, basi cordatis, supra adpresse pubescentib., subtus glabris, floralib. lanceolatis minutis persistentib.; racemis brevib.; verticillastris subsexfloris; florib. minutis; calycib. tubulosis glanduloso-villosis, labio supremo integro dentibq. labii inferioris brevissimis obtusiusculis; corolla calycem breviter superante, labio superiore abbreviato truncato, inferiore patente trifido; connectivis postice longitudinaliter connatis; styli lobis subulatis. ⊙ — Species omnium minima, vix 3-pollicaris, facie fere *Veronicae agrestis*. — Jamaica.

108. S. **MICRANTHA** Vahl, Enum. plant. I. 235. — Bth. l. c. † — Caule herbaceo erecto glabro v. pubescente; foll. petiolatis late ovatis obtusis irregulariter crenatis subcrispis, basi truncatis v. cordatis glabriusculis, floralib. lanceolatis pedicello breviorib.; racemis simplicib.; verticillastris 6-10-floris; florib. minutis: calycib. tubulosis glanduloso-villosis, labio supremo integerrimo dentibq. labii inferioris obtusis; corolla calyce dimidio longiore, labio superiore abbreviato truncato, inferiore patente, lobo medio ovato-rotundato integerrimo; connectivis postice incurvo-clavatis longitudinaliter connatis; styli lobis subulatis. ⊙ — *S. bullata* Ort. Dec. IX. 109. — Jacq. Hort. Schoenbr. IV. 41. t. 481. — *S. serotina* Vahl, Enum. plant. I. 232. (non Linn.) — *S. foliis cordato-ovatis etc.* Ard. Spec. I. 10. t. 2. — Habitat in America aequinoctiali, in Mexico et in insula Cuba.

109. S. **SEROTINA** Linn. Mantiss. plant. 25. — Bth. l. c. — Caule herbaceo pubescente v. villoso; foll. petiolatis ovatis obtusis crenatis, basi truncatis subcordatis rugosis, supra villosis, subtus molliter pubescenti-lanatis, floralib. lanceolatis, pedicello breviorib.; racemis simplicib.; verticillastris sub-6-floris; florib. minutis; calycib. tubulosis glanduloso-villosis, labio supremo subintegerrimo dentibq. labii inferioris acutiusculis; corolla calycem breviter superante, labio superiore abbreviato truncato, inferiore patente, lobo medio ovato acuto; connectivis postice incurvo-clavatis, longitudinaliter connatis; styli lobis subulatis. ♂ — Affinis *S. micranthae*, sed minor. Racemus laxus ramosior villosior. Folia villosa angustiora, subregulariter crenata, nec eroso-crispa. Flores minores. Calycis dentes acutiusculi. Corolla minor, sordide alba. Calyx fructifer brevior et latior. Stamina et stylus omnino ut in *S. serotina*, cujus a quibusdam varietas habetur, sed distincta videtur. Stylus apice subulato-bifidus. — *S. dominica* Vahl, Enum. plant. I. 233. — Swartz, Observ. 18. t. 1. fig. 1. (non Linn.) — *S. serotina* Jacq. Ic. rar. I. 1. t. 3. — Habitat in America aequinoctiali, in insulis Bahama, Trinidad, Santa Cruz, Jamaica.

110. S. **HUMILIS** Bth. l. c. 247. — Caule herbaceo erecto ramoso patentim piloso; foll. petiolatis late ovatis acutiusculis crenatis, basi rotundatis cordatisve, utrinq. viridib. tenuissime pubescentib., floralib. superiorib. membranaceis lanceolatis deciduis; racemis simplicib.; verticillastris 2-4-floris laxis remotis; florib. inferiorib. ad axillas foliorum caulinorum; calycib. tubuloso-campanulatis villosis, labio superiore integro dentibq. labii inferioris acutis, fructiferis valde auctis. ♂ — Habitus et folia *S. serotinae*, a qua differt verticillastris plerumque bifloris, inferioribus axillaribus et praesertim calycibus fructiferis ut in *S. rhombifolia* v. *lanceolata* valde auctis subinflatis. — Habitat in Mexico.

111. S. INCONSPICUA Bth. l. c. — Caule procumbente? villoso: foll. brevissime petiolatis ovato-lanceolatis obtusis crenatis, basi cordatis rugosis, subtus rufo-tomentosis, floralib. deciduis; racemis subramosis; verticillastris 4–6-floris laxis; florib. parvis; calycib. tubulosis striatis subglanduloso-villosis, labio superiore integro dentibq. labii inferioris obtusis. ♃? — Haec species inter *Micranthas* distinctissima videtur foliis valde rugosis, subtus tomentosis. Caules elongati ramosi. Folia 1–1½-pollicaria, superiora sessilia. Racemi subpaniculati. Calyces S. *serotinae*, sed rigidiores, dentibus obtusioribus. — Habitat in Mexico.

112. S. PALEAEFOLIA H. B. Kth. Nov. gen. et spec. pl. II. 303. t. 157. — Bth. l. c. 206. 720. 722. — Caule suffruticoso erecto ramisq. pilosis; foll. cordato-sagittatis, apice rotundatis crenatis, utrinq. hirtis, subtus canescentib.; spicis paniculatis; verticillastris bifloris confertis; calycib. piloso-glandulosis. ♃ — Rami tetragoni quadrisulcati pilosi. Folia opposita petiolata, profunde cordato-sagittata, apice rotundata crenata reticulato-venosa membranacea, supra viridia bipollicaria, inferne 20 lin. lata. Petioli sesquipollicares pilosi. Flores magnitudine floris *Thymi Serpylli*, pedicellis piloso-glandulosis. Calyx campanulatus bilabiatus striatus, labio superiore obtusiusculo, inferiore bifido laciniis acuminatis. Corolla coerulea, tubo calycem paullo superante, labio superiore oblongo obtuso galeato, superne pubescente, labio inferiore duplo longiore trifido plano laciniis rotundatis, intermedia multo latiore emarginato-biloba lobis rotundatis. Stamina et stylus exserti. — Habitat in Andibus Novo-Granatensium inter urbem Popayan et pagum Palace.

113. S. TILIAEFOLIA Vahl, Symb. III. 7. — Jacq. Hort. Schoenbr. III. 2. t. 254. — Bth. l. c. 248. † — Caule herbaceo erecto glabriusculo v. tenuiter pubescente; foll. late ovatis crenatis, basi truncatis v. subcordatis molliter rugulosis, utrinq. pilis raris pubescentib., floralib. membranaceis lanceolatis deciduis; racemis simplicib.; verticillastris laxis approximatis 6–10-floris; calycib. tubulosis in nervis ciliatis, labio superiore integro dentibq. labii inferioris ovato-lanceolatis acutis; corollis vix calycem excedentib., labiis abbreviatis suberectis; connectivis postice deflexis obtusis, longitudinaliter connatis; styli lobis subaequalibus subulatis. ♃? — *S. fimbriata* H. B. Kth. Nov. gener. et spec. Amer. III. 290. t. 249. — Habitat in America aequinoctiali, in convalli Caracasana et in Andibus Novae Hispaniae juxta urbem Pazcuaro.

114. S. FLEXUOSA Prsl. mss. ex Bth. l. c. — Caule diffuso tortuoso glabro; foll. petiolatis ovatis acutis serrato-crenatis, basi rotundato-cuneatis glabris, floralib. membranaceis lanceolatis deciduis; racemis simplicib.; verticillastris 6–10-floris; florib. minutis; calycib. tubulosis glabris v. nervis ciliatis, labio superiore integro dentibq. labii inferioris acutiusculis; corollis vix calycem excedentibus. ♃? — *S. tiliaefoliae* affinis, sed caules diffusi tortuosi glabri. Folia glabra v. ad margines et nervos minute ciliata, basi nec truncata nec cordata. Racemi 2–6-pollicares. Calyx minor quam in *S. tiliaefolia*, nervis breviter hispido-ciliatis. — In Mexico.

115. S. LANCEOLATA Willd. Enum. pl. hort. Berol. I. 37. — Bth. l. c. — Caule herbaceo adscendente ramoso glabro; foll. petiolatis lanceolato-linearib. obtusiusculis v. acuminatis, basi angustatis pubescentib., juniorib. incanis, floralib. lanceolato-subulatis calyce breviorib.; racemis simplicib.; verticillastris subbifloris, omnib. remotis; calycib. tubulosis striatis glabris, labio superiore integro dentibq. labii inferioris lanceolatis acutis; corollis calycem breviter superantib., tubo incluso ventricoso, labio superiore recto, inferiore longiore, lobis rotundatis; connectivis postice deflexis lineari-dilatatis, longitudinaliter connatis, stylo breviter bifariam barbato. ♃ — Caules circiter pedales glabri v. ad extremitatem ramorum tenuiter cano-pubescentes, ramis saepe racemos excedentibus. Folia 1½-2-pollicaria, saepius oblongo-linearia, nunc apice longe angustata, medio obscure et obtuse serrata, in var. *β.* angustiora et glabriora. Verticillastri fere pollicem remoti bifori v. rarius 2–4-flori. Calyces breviter pedicellati striati, fructiferi valde aucti, basi inflati. Corolla coerulea, cum calyce vix 4-linearis. — *S. reflexa* Horn. Enum. pl. hort. Hafn. I. 34. — *S. lanceaefolia* Poir. Dict. Suppl. V. 49.

— *S. lanceolata* Jacq. fil. Ecl. I. 13. t. 13. — *S. aspidophylla* Roem. et Schult. Syst. Mant. I. 206. — *S. trichostemmoides* Pursh, Fl. Am. sept. I. 19. — Habitat in America septentrionali, in Mexico, in convalli Guanaxuatensi Novae Hispaniae et ad Missouri flumen.

116. S. LEPTOPHYLLA Bth. l. c. 249. — Caule herbaceo adscendente ramoso glabro; foll. subsessilib. anguste linearib. acutis integerrimis glabris, floralib. deciduis; racemis simplicib.; verticillastris remotis subbifloris; calycib. tubulosis striatis glabris, labio superiore integro dentibq. labii inferioris acutis; corollis calyce subduplo longiorib., tubo incluso, labio superiore erecto, inferiore patente duplo longiore, lobis rotundatis; connectivis postice deflexis linearib. longitudinaliter connatis; stylo breviter bifariam barbato. 2? — Valde affinis *S. lanceolatae*, a qua differt foliis angustioribus glaberrimis et floribus majoribus; a *S. angustifolia* caule glabro et floribus multo minoribus. — In Mexico ad Christo.

§. 2. *Brachyanthae Bth. l. c.* 249. — *Folia floralia bracteaeformia decidua. Calyces glabri villosi v. cano-tomentosi nec dense tomentoso-lanati. Corolla 4-linearis v. longior. Tubus inclusus v. vix calyce plus dimidio longior. Labium inferius superiore plerumque longius planum, lobis rotundatis, medio maximo. Flores coerulei v. rarius albidi v. pallide carnei nec coccinei nec flavidi.*

A. *Angustifoliae* Bth. l. c.

Folia linearia v. lanceolata, basi angustata v. cuneata, plerumque petiolata.

117. S. ANGUSTIFOLIA Cav. Icon. plant. IV. 9. t. 317. — Bth. l. c. — Caulib. herbaceis erectis glabris v. patentim pilosis; foll. subsessilib. oblongo-linearib., utrinq. angustatis integerrimis serratisve glabris, floralib. bracteaeformib. linearilanceolatis deciduis; racemis elongatis simplicib.; verticillastris omnib. distantib. 2-6-floris; calycib. tubulosis striatis hispidis, labio superiore integro dentibq. labii inferioris ovatis acutis; corollis calyce duplo longiorib., tubo calycem aequante ventricoso, labio superiore extus pubescente, inferiore duplo longiore, lobis rotundatis, medio maximo emarginato bifido; connectivis postice deflexis longitudinaliter connatis; stylo bifariam barbato. 2 — Caules complures 1-1½-pedales virgati subramosi, basi foliosi, obtuse tetragoni striati, ex omni parte v. saltem ad nodos pilis longis albidis patentibus ciliati. Folia ½-pollicaria, exacte linearia v. basi parum angustata obtusa v. acuta integerrima v. hinc inde serraturis remotis notata, floralia calyce duplo triplove breviora. Racemus 6-9-pollicaris. Verticillastri fere pollicem remoti. Calyx saepe coerulescens, pilis albidis erectis v. patulis hispidus. Corolla azurea, magnitudine fere *S. Grahami*. Connectiva postice dentata linearia. Stylus vix exsertus, lobo superiore subulato longissimo. — *S. reptans* Jacq. Hort. Schoenbr. III. 38. t. 319. — *S. virgata* Ort. Dec. 3. — *S. angustifolia* Bot. Reg. t. 1554. — Habitat in Mexico, in locis alsis prope Totonilco el Grande et speluncam Dantae, in montosis prope Tlalpuxahua.

118. S. PALLIDA Bth. l. c. 250. — Caule herbaceo procumbente glabro; ramis adscendentib. canescentib.; foll. petiolatis ovato-lanceolatis v. linearib. acuminatis, basi angustatis, junlorib. cano-tomentosis, demum glabratis, floralib. basi ovatis longe lineari-acuminatis deciduis; racemis simplicib. elongatis; verticillastris remotis subsexfloris; calycib. subsessilib. tubulosis striatis cano-tomentosis, labio superiore integro dentibq. labii inferioris ovatis acutis; corollis calyce subduplo longiorib., extus pubescentib., tubo ventricoso calycem aequante, labio superiore erecto, inferiore duplo longiore, lobis rotundatis; connectivis postice lineari-dilatatis deflexis longitudinaliter connatis; stylo subtus brevissime pubescente. 2 — Habitus fere *S. lanceolatae*, sed caulis magis procumbens elongatus, ramis canescentibus. Folia acutiora. Racemi fere *S. serratae*. Flores magnitudine *Stachydis annuae*. — *S. canescens* Bth. in Herb. Mus. Reg. Berol. mss. (non Meyer.) — [Lindl. Bot. Regist. (New Ser.) XII. t. 36.] — Habitat in Brasilia meridionali ad Buenos Ayres.

110. S. AZUREA Lam. Diar. hist. nat. I. 400. — Bth. l. c. 250. et 730. — Caule herbaceo erecto glabro; foll. petiolatis oblongo-lanceolatis v. linearib. obtusiusculis, basi longe angustatis subserratis, utrinq. viridib. glabris, floralib. lanceolato-linearib. deciduis; racemis simplicib. elongatis; verticillastris distantib. subsexfloris; calycib. subsessilib. tubulosis striatis glabriusculis, labio superiore integro dentibq. labii inferioris latis acutiusculis; corollis calyce plus duplo longioribus, extus pubescentib., tubo ventricoso calyce dimidio longiore, labio superiore erecto, inferiore duplo longiore, lobis rotundatis; connectivis postice deflexis longitudinaliter connatis; stylo bifariam barbato. ♃ — Herba pluripedalis, viridis v. coerulescens. Folia 2-3-pollicaria rigidula, saepe integerrima v. dentibus paucis hinc inde notata, superiora anguste linearia, floralia vix decidua calyce breviora. Verticillastri subsecundi. Calyx viridis v. coerulescens, glaber v. tenuissime cano-pubescens, 3 lin. longus. Corolla semipollicaris, extus pubescens coerulea. Styli lobus superior inferiore duplo longior. — *S. acuminata* Pers. Enchirid. I. 24. — *S. acuminatissima* Vent. Hort. Cels. 50. t. 50. — *S. angustifolia* Michx. Fl. bor. Am. I. 13. (non Cav.) — *S. elata* Poir. Dict. VI. 625. — *S. Mexicana* Walt. Fl. Carol. 65. (non Linn.) — *S. azurea* Bot. Mag. t. 1728. — *S. longifolia* Nutt. Transact. of the Americ. philos. 501. II. 185. — Habitat in Americae septentrionalis civitatibus australioribus in Carolina, Alabama, Georgia superiore, Florida orientali, ad Jacksonville in Novo Aureliano.

120. S. PITCHERI Torrey mss. ex Bth. l. c. 251. — Caule herbaceo erecto tomentoso-pubescente; foll. petiolatis oblongo-lanceolatis v. linearib. acutis subserratis, basi longe angustatis, utrinq. molliter tomentosis, floralib. lanceolato-linearib. deciduis; racemis simplicib. elongatis; verticillastris distantib. 6-15-floris; calycib. subsessilib. tubulosis striatis villosis, labio superiore integro dentibq. labii inferioris latis obtusis; corollis calyce plus duplo longioribus, extus pubescentib., tubo ventricoso calyce dimidio longiore, labio superiore erecto, inferiore duplo longiore, lobis rotundatis; connectivis postice deflexis linearib. longitudinaliter connatis; stylo barbato. ♃ — Habitus *S. azureae*, sed tota pubescentia molli subcanescente induta, flores numerosiores, et calyces majores, dentibus obtusioribus. — Habitat in America septentrionali ad Red River.

121. S. LAEVIS Bth. l. c. — Caule herbaceo erecto glabro; foll. petiolatis oblongo-lanceolatis, utrinq. longe angustatis remote serratis glabris, floralib. membranaceis late rotundatis ciliatis obtusis deciduis; racemo simplici longe pedunculato; verticillastris 6-10-floris, inferioribus remotis, supremis approximatis; calycib. pedicellatis campanulatis ciliatis, labio superiore subintegro dentibq. labii inferioris lanceolatis cuspidatis; corollis calyce triplo longioribus, tubo subexserto ventricoso, labio superiore glabro erecto, inferiore subtriplo longiore, lobis rotundatis; connectivis postice deflexis late linearib. longitudinaliter connatis; stylo longe barbato. ♃ — Affinis *S. uliginosae*, sed differt racemis simplicibus, verticillastris remotis paucifloris, calycibus ciliatis, corollis majoribus glabris, et aliis notis, a *S. stachyoide* differt verticillastris distinctis glaberrimis, calycibus campanulatis nec tubulosis, basi pilosis, apice glabris nec incano-villosis et glabritie caulis et foliorum. — Habitat in Mexico, prope Tlalpuxahua.

122. S. SUBINCISA Bth. Plant. Hartweg. 20. no. 100. — Annua: caule humili erecto scabro-puberulo; foll. petiolatis lanceolatis obtusiusculis grosse subinciso-dentatis, basi angustatis scabro-puberulis; racemo simplici terminali glanduloso-pubescente; verticillastris subsexfloris remotis; bracteis ovatis citissime deciduis; calycib. hirtis profunde bilabiatis, labiis late ovatis, superiore integro, inferiore breviter bifido; corollae tubo calycem parum excedente. ☉ — *S. lacri* quodammodo affinis, sed abunde differt. Calyces coerulescentes. Corollae coeruleae. — Crescit in Mexico.

123. S. ULIGINOSA Bth. l. c. — Caule herbaceo erecto glabro v. villoso; foll. petiolatis oblongo-lanceolatis acutis serratis, basi angustatis glabris v. pubescentib., floralib. membranaceis late ovatis acuminatis deciduis; racemis densis longe pedunculatis subramosis; verticillastris multifloris; calycib. campanulatis, labio

superiore subintegro dentibq. labii inferioris acuminatis; corollis calyce duplo longiorib., tubo subincluso ventricoso, labio superiore extus pubescente recto, inferiore duplo longiore, lobis rotundatis; connectivis postice deflexis late linearib. longitudinaliter connatis; stylo supra breviter barbato. ♃ — *β. rufescens:* caule foliorumq. pagina inferiore rufo-pubescente. — Habitat in Brasilia ad rivulos San Jose, Toropasso etc. provinciae Rio Grande et in uliginosis prope Estancia do Salto Missionum Uruguaiensium, ad Buenos Ayres, *β.* in sylvis caeduis ad viam a Minas ad Rio de Janeiro.

194. S. LAVANDULOIDES H. B. Kth. Nov. gen. et sp. plant. Amer. II. 231. — Bth. l. c. 252. † — Caule herbaceo; ramis erectis cano-pubescentib.; foll. brevissime petiolatis oblongo-lanceolatis acutis, basi cuneatis crenatis cano-pubescentib., subtus albidis, floralib. ovatis longe subulato-acuminatis deciduis; spicis simplicib.; verticillastris approximatis aequalib. subdecemfloris; calycib. tubuloso-campanulatis cano-pubescentib., labio superiore integro dentibq. labii inferioris ovatis breviter mucronatis; corollis calyce dimidio longiorib., tubo incluso subaequali, labio superiore recto, inferiore duplo longiore, lobis rotundatis, medio lato emarginato; connectivis postice linearib. deflexis longitudinaliter connatis; stylo incluso breviter barbato. ♃ — Caules e basi ramosa plures virgati, pube brevissima v. pilis brevibus reflexis canescentes. Folia 1½–2-pollicaria rugulosa, saepius tomento brevi supra canescentia, subtus albida, nunc utrinque pilis adpressis pubescentia. Spicae 2–3-pollicares, longe pedunculatae, juniores apice foliis floralibus comosae. Verticillastri omnes approximati v. infimo remoto. Calyx striatus, basi canescens, apice saepius coerulescens. Corolla pallide coerulea parva. — *S. Humboldtiana* Roem. et Schult. Syst. Mant. I. 183. — *S. lavandulaefolia* Spreng. Syst. veget. I. 58. (non Vahl.) — Habitat in Nova Hispania, in regione temperata prope urbem Pazcuaro in litore lacus.

195. S. STACHYOIDES H. B. Kth. l. c. 287. t. 138. — Bth. l. c. 252. et 720. — Caule herbaceo subsimplici foliisq. pubescentib. concolorib. lanceolatis acutis crenato-serratis; spica oblonga longe pedunculata; verticillastris approximatis multifloris; calycib. cano-villosis. ♃ — Herba erecta 3-pedalis. Caulis tetragonus subramosus, pilis reflexis pubescens. Folia opposita, breviter petiolata lanceolata, crenato-serrata, basi angustata, viridia pilisque brevibus raris conspersa, 2–3-pollicaria. Petiolus 4–5-pollicaris canaliculatus pubescens. Spica sesquipollicaris terminalis, longe pedunculata verticillata solitaria, interdum duae axillares approximatae. Bracteae oblongae, acuminato-subulatae pubescentes. Calyx tubulosus striatus incanus villoso-hirtus, labio superiore integro acuto, inferiore bifido, laciniis acuminatis. Coroliae coeruleae. — Vix a *S. elongata* differre dicitur. — Habitat in montibus frigidis Mexicanis prope los Ioares et Santa Rosa de la Sierra.

196. S. ELONGATA H. B. Kth. l. c. 287. t. 139. — Bth. l. c. 253. — Caule herbaceo erecto subsimplici cano-pubescente; foll. breviter petiolatis oblongis acutiusculis, basi angustatis crenato-serratis glabriusculis v. subtus pubescentib., floralib. ovato-lanceolatis hirsutis, calycem aequantib.; spicis oblongis longe pedunculatis; verticillastris multifloris arcte approximatis; calycib. tubulosis striatis pilosis, labio superiore integro inferiorisq. dentib. acutis; corollis calyce duplo longiorib., tubo vix exserto ventricoso, labio superiore recto, inferiore subtriplo longiore, lobis rotundatis, medio lato emarginato; connectivis postice linearib. deflexis longitudinaliter connexis; stylo barbato. ♃ — Caules complures subsimplices, 1–2-pedales, basi foliosi, superne subnudi. Folia sesquipollicaria, supra scabriuscula, subtus glabra v. ad nervos pubescentia. Spicae 1½–2-pollicares, dense villosae. Calyces subcolorati. Corolla violacea, vix 4 lineas longa, extus pubescens. — *S. Betonica* Roem. et Schult. Syst. vegetab. Mant. I. 188. — *S. simplex* Spreng. Syst. vegetab. I. 58. — Habitat in Nova Hispania, in declivitate montium occidentalium inter Ario et Aguasarco.

197. S. CORRUGATA Vahl, Enum. I. 252. — Bth. l. c. — Caule fruticoso; ramis rufo-tomentosis; foll. petiolatis oblongo-lanceolatis obtusis crenatis, basi rotun-

datis rugosissimis, supra glabriusculis, subtus rufo-lanatis, floralib. deciduis; verticillastris sub-6-floris distantib.; calycib. campanulatis subglabris coloratis, labio superiore integro dentibq. labii inferioris obtusis; corollis calyce parum longioribus, tubo subincluso, labio superiore recto, inferiore longiore; connectivis postice linearib. deflexis, longitudinaliter connatis. ♁ — Rami et foliorum pagina inferior lana rufa densissima vestiti. Folia bipollicaria approximata. Calyces coerulescentes. Corolla coerulea hirta. — Habitat in Peruvia.

B. *Ovatifoliae* Bth. l. c. 254.

Folia petiolata ovato-rotundata ovata v. ovato-lanceolata, basi rotundata truncata v. cuneata, rarius subsessilia, basi cuneata.

128. S. ASSURGENS H. B. Kth. Nov. gen. et spec. plant. II. 293. — Bth. l. c. 254. † — Caule herbaceo subramoso ascendente pubescente; foll. ovato-ellipticis, utrinq. acutis crenato-serratis glabriusculis; verticillastris multifloris, inferiorib. distantib.; calycib. sericeo-hirsutis. ♃ v. ☉? — Herba 10-12-pollicaris. Caulis adscendens subramosus, tenuissime pubescens tetragonus. Folia opposita, breviter petiolata utrinque glabriuscula, venis subtus pubescentibus, bipollicaria. Spica terminalis, longe pedunculata verticillata tripollicaris. Pedunculus 4-pollicaris. Flores magnitudine florum *Stachydis annuae*. Calyx campanulatus bilabiatus, labio superiore ovato obtuso brevissime mucronato, labio inferiore bifido, laciniis obtusis mucronatis. Corolla pallide violacea? (carnea ex Bonpl.), tubo superne ventricoso compresso calycem subaequante, labio superiore galeato concavo pubescente, inferiore triplo longiore trifido, lacinia intermedia maxima biloba, lobis rotundatis. Stamina inclusa. — Habitat prope Pazcuaro Mexicanorum.

129. S. HELIANTHEMIFOLIA Bth. l. c. 254. † — Caule herbaceo erecto (?); ramis virgatis pubescentib.; foll. brevissime petiolatis oblongis acutis subserratis, basi angustatis rugulosis glabris v. utrinq. pubescentib., floralib. minutissimis; racemis simplicib.; verticillastris 6-20-floris secundis remotis v. supremis approximatis; calycib. tubulosis ad nervos pubescentib., labio superiore integro dentibq. labii inferioris acutis; corollis calyce subduplo longioribus, tubo aequali incluso, labio superiore erecto, extus pubescente, inferiore duplo longiore, lobis rotundatis, medio maximo bifido; connectivis postice linearib. deflexis longitudinaliter connatis; stylo barbato. ♃ — Caules basi ramosi, ramis subsimplicibus 1-1½-pedalibus, acute tetragoni, pallide virides, pilis brevibus reflexis pubescentes. Folia internodiis breviora, ½-1½-pollicaria, subtus pallida v. rarius concoloria. Racemi 2-6-pollicares. Verticillastri infimi saepe longe remoti, supremi approximati, saepius sub-10-flori. Corollae coeruleae v. in var. β. albae. Affinis *S. lavanduloidi*, a qua differt foliis dimidio brevioribus, racemo interrupto, et floribus secundis majoribus. — β. florib. albis minoribus. — Habitat in Mexico prope Tlalpuxahua β. prope San Martin.

130. S. SIDERITIDIS Presl mss. ex Bth. l. c. 255. — Caule fruticoso; ramis erectis albo-tomentosis; foll. breviter petiolatis ovalib. obtusiusculis serrato-crenatis, basi cuneatis rugulosis, supra viridib., subtus albo-tomentosis; racemis brevib.; verticillastris subsexfloris; calycib. tubulosis villosis, labio superiore integro dentibq. labii inferioris acutis. ♁ — Specimen mancum, sed species evidenter distinctissima. *S. spicatae* affinis, sed calycis labio superiore integro differt. Corolla non visa. — Habitat in Peruvia ad Huanuco.

131. S. CHAMAEDRYOIDES Cav. Icon. plant. II. 77. t. 197. — Sims, Bot. Mag. t. 808. — Bth. l. c. — Caule suffruticoso procumbente; ramis cano-tomentosis; foll. petiolatis ovato-oblongis obtusis crenulatis, basi angustatis v. rotundatis rugosis, subtus cano-tomentosis, floralib. late ovatis acuminatis, calyce majorib. deciduis; racemis simplicib.; verticillastris sub-6-floris; calycib. tubulosis striatis tomentosis, labio superiore integro dentibq. labii inferioris breviter cuspidatis; corollis calyce duplo longioribus, extus glabris, tubo vix exserto ventricoso, labio superiore recto, inferiore duplo longiore, lobis rotundatis, lateralib. abbreviatis, medio maximo bifido; connectivis postice deflexis linearib.; stylo supra barbato.

♃ — Omni parte canescens. Folia rugosa, fere *Salviae officinalis*, sed multoties minora. Racemi elongati. Verticillastri ante anthesin foliis floralibus imbricatis obtecti, fructiferi ultra pollicem remoti. Calyces breviter pedicellati canescentes, labio superiore saepe purpurascente. Corolla coerulea, labio inferiore latissimo subplano. Genitalia corollam aequantia. Connectiva sub insertione supra dentata. — *S. chamaedryfolia* Andr. Bot. Rep. t. 416. — *S. chamaedrys* Willd. Hort. Berol. I. 29. t. 29. — Habitat in Mexico.

132. S. THYMOIDES Bth. l. c. — Caule suffruticoso ramosissimo canescente; foll. minimis subsessilib. ovalib. obtusis integerrimis canescentib., margine subrevolutis, floralib. ovatis acuminatis deciduis; racemis brevib. paucifloris; verticillastris distinctis laxe 2–4–floris; calycib. ovato–tubulosis striatis glanduloso–pubescentib., labio superiore integro dentibq. labii inferioris obtusiusculis; corollis calyce duplo longioribus, tubo ventricoso calycem aequante, labio superiore recto, inferiore duplo longiore, lobis rotundatis, medio emarginato; connectivis postice linearib. deflexis longitudinaliter connatis; stylo breviter barbato. ♃ — Humilis ramosissima canescens, facie *Thymi* v. *Gordoquiae*. Folia vix 2 lineas longa plana v. saepius margine revoluta, rigida, magis minusve cano–tomentosa. Racemi 1–2–pollicares, verticillastri 2–4–, saepius biflori. Calyx 3–4 lineas longus. Corolla coerulescens. — Habitat in Nova Hispania et in Mexico.

133. S. GLECHOMAEFOLIA H. B. Kth. Nov. gen. et spec. plant. II. 290. † t. 141. — Bth. l. c. 256. † — Caulib. herbaceis subsimplicib., superne pilosulis; foll. ovato–triangularib. obtusis, basi subcuneatis crenatis glabriusculis, juniorib. pilosulis; verticillastris subquinquefloris remotis; calycis hirti labio superiore tricuspidato. ♃ — Caules complures subsimplices 1½–2–pollicares procumbentes, apice ascendentes subtetragoni, inferne glabri. Folia opposita petiolata, adulta glabra, pilis minutis adpressis raris conspersa, praesertim juniora in venis, 6–9 lin. longa. Petioli 4–5 lin. longi, margine ciliati. Spica 3–4–pollicaris pedunculata verticillata. Flores paullo minores quam in *S. prunelloide*. Bracteae ovatae acuminatae ciliatae, longitudine floris, caducae. Calyx campanulatus striatus bilabiatus pilosus, labio inferiore bipartito, laciniis cuspidatis. Corolla coerulea, tubo brevi ventricoso compresso, calyce paullo breviore, labio superiore galeato emarginato pubescente, labio inferiore triplo longiore trilobo subconvexo, lobis lateralibus abbreviatis rotundatis reflexis, intermedio multo majore emarginato bilobo. Stamina et stylus labium superius vix superantes. — Habitat in Nova Hispania, inter urbem Guanaxuato et pagum Sanctae Rosae.

134. S. NANA H. B. Kth. l. c. 289. – Bth. l. c. — Herbacea acaulis: foll. ovatis obtusis, basi angustatis crenatis, supra hispidulis, subtus tomentoso–hirtis; spicis ovatis pedunculatis; verticillastris subquadrifloris; calycis glanduloso–hirti labio superiore tridentato. ♃ — Folia radicalia subsessilia subcuneata rugoso–venosa pollicaria et longiora. Spicae radicales semipollicares, verticillastris approximatis. Pedunculi 3–4–pollicares tetragoni, pilis patentibus glanduliferis obsiti. Calyx campanulatus striatus, labio superiore ovato–tridentato, dentibus subulatis, inferiore bifido, laciniis subulatis. — Habitat in Nova Hispania, in locis siccis prope fodinam Valentianae in convalli Guanaxuatensi.

135. S. PRUNELLOIDES H. B. Kth. l. c. 289? — Bth. l. c. — Caulib. herbaceis subsimplicib. erectis piloso–pubescentib.; foll. petiolatis ovato–oblongis obtusis crenatis, basi angustatis, utrinq. viridib. glabriusculis, floralib. ovatis acuminatis deciduis; racemis simplicib. longe pedunculatis; verticillastris remotis subsecundis, supremis approximatis sex–decemfloris; calycib. campanulatis striatis sericeo–hirtis, labio superiore breviter tridentato, inferioris dentibus lanceolatis acutis; corollis calyce subtriplo longioribus, extus pubescentib., tubo calycem aequante ventricoso, labio superiore recto, inferiore subtriplo longiore, lobis rotundatis, medio lato emarginato; connectivis postice linearib. deflexis longitudinaliter connatis; stylo barbato. ♃ — Caules complures, basi foliosi ascendentes, rami erecti 1–1½–pedales tetragoni. Folia nunc omnino glabra, saepius magis

minusve praesertim ad nerves hirsuta. Calyces coerulescentes. Corollae coeruleae. Folia fere *Prunellae vulgaris*. Racemus et flores *S. laevis*, sed majores. — Habitat in Nova Hispania et in scopulosis montis ignivomi Jorullo Mexicanorum.

128. S. ARENARIA St. Hil. mss. ex Bth. l. c. 257. — Fruticosa: ramis glabris; foll. petiolatis oblongis lanceolatisve acuminatis serrato-crenatis, basi cuneatis angustatisve, utrinq. viridib. glabris, floralib. ovatis acuminatis deciduis; racemis brevib. simplicib.; verticillastris 4-6-floris secundis; calycib. tubuloso-campanulatis striatis glabris laevib., labio superiore integro dentibq. labii inferioris ovatis acuminatis; corollis calyce subduplo longiorib., extus glabriusculis, tubo subexserto ventricoso, labio superiore recto, inferiore subbreviore, lobis rotundatis; connectivis postice deflexis linearib. longitudinaliter connatis; stylo bifariam barbato. ♄ — Frutex 4-pedalis ramosissimus. Folia 2-3-pollicaria. — Habitat in Brasilia, in arenosis Serra Negro ad limites provinciarum Minas Geraës et Rio de Janeiro.

137. S. SERRATA Bth. l. c. — Caule herbaceo erecto subsimplici glabriusculo; foll. petiolatis ovatis oblongis lanceolatisve acutis grosse irregulariter serratis, basi cuneatis rotundatisve glabris, floralib. lanceolato-linearib., calyce breviorib. reflexis v. deciduis; racemo elongato simplici; verticillastris omnib. remotis 6-10-floris; calycib. pedicellatis tubulosis striatis pubescentib., labio superiore integro dentibq. labii inferioris acutiusculis; corollis calyce subtriplo longiorib., extus pubescentib., tubo subexserto ventricoso, labio superiore erecto integro, inferiore duplo longiore, lobis rotundatis, medio maximo emarginato; connectivis postice obtuse dentatis deflexis dilatato-linearib. longitudinaliter connatis; stylo barbato. ♃ — Habitus *S. uliginosae*, sed inflorescentia et floribus diversa. Folia latiora, profundius serrata. Racemi 4-6-pollicares. Verticillastri semipollicem distantes subsecundi. Calyces 4-5-lineares. Corollae coeruleae, fere pollicares. Stylus vix exsertus, lobo superiore inferiorem duplo superante, subtus longe barbatus. Achaenia oblongo-triquetra laevia. — Habitat in Brasilia meridionali, ad rivulum de las Viboras in Republica Argentina.

138. S. URUGUAYENSIS St. Hil. mss. ex Bth. l. c. — Caule herbaceo erecto glabriusculo; foll. petiolatis ovato-lanceolatis oblongisve acutis serrato-crenatis, basi rotundato-cuneatis glabriusculis, utrinq. viridib. v. subtus pallidis, floralib. ovatis acuminatis deciduis; racemis simplicib. elongatis; verticillastris remotis 6-10-floris; calycib. subsessilib. tubulosis striatis cano-villosis, labio superiore integro dentibq. labii inferioris ovatis acutis; corollis calyce subduplo longiorib., extus pubescentib., tubo ventricoso calycem superante, labio superiore erecto, inferiore duplo longiore, lobis rotundatis; connectivis postice deflexis linearib. longitudinaliter connatis; stylo subtus barbato. ♃ — Valde affinis *S. pallidae*, sed caules erecti, folia latiora minus acuminata et flores numerosiores. An ejus varietas? — Habitat in Brasilia, ad ripas fluminis Uruguay in campo San Jose provinciae Rio Grande do Sul.

139. S. URTICAEFOLIA Linn. Spec. plant. 34. — Bth. l. c. 258. † — Caule herbaceo erecto pilis subglandulosis villoso; foll. breviter petiolatis ovato-rhomboideis acutiusculis crenatis, basi rotundato-subcordatis, ad petiolum cuneatis glabriusculis, floralib. late ovatis deciduis; verticillastris multifloris remotis; calycib. breviter pedicellatis campanulatis villoso-viscosis, labio superiore integro dentibq. labii inferioris late ovatis acutiusculis; corollis calyce subduplo longiorib., extus pubescentib., labio superiore erecto, inferiore triplo longiore, lobis late rotundatis deflexis, medio emarginato-bifido; connectivis postice lineari-dilatatis deflexis longitudinaliter connatis; stylo barbato. ♃ — Caules tetragoni sulcati, inferne subglabri, superne pilis saepe glandulosis villosi. Folia fere *S. tiliaefoliae*, sed angustiora, saepius longe acuminata, irregulariter dentata glabra, petiolo multo breviore subulato-dilatato. Corollae coeruleae, cum labio inferiore vix 3 lineas longae. Calyces ovato-campanulati nec cylindrici. Verticillastri 10-20-flori, demum remoti, pollicem v. inferiores sesquipollicem distantes. Stamina

inclusa. Stylus breviter exsertus, lobis subulatis, superiore duplo longiore. — Habitat in America septentrionali, in remotis occidentalibus Virginiae et Carolinae, in Carolina septentrionali et in Georgia.

140. S. GRACILIS Bth. l. c. — Caule herbaceo(?) erecto glabriusculo; foll. longe petiolatis ovatis acuminatis, basi rotundatis serratis, utrinq. piloso-pubescentib., floralib. ovatis acuminatis coloratis deciduis; racemis simplicib.; verticillastris laxe sex-decemfloris, infimis remotis, supremis approximatis; calycib. breviter pedicellatis campanulatis striatis coloratis glabris, labio supremo integro inferiorisq. dentib. setaceo-acuminatis; corollis calyce duplo longiorib., tubo calycem aequante ventricoso, labio superiore recto, inferiore duplo longiore, lobis rotundatis, medio lato emarginato; connectivis postice linearib. deflexis, longitudinaliter connatis; stylo barbato. ♃? — Caulis (v. ramus?) simplex purpurascens. Folia flaccida sesquipollicaria, supra pilis brevibus adpressis, subtus longioribus pubescentia. Racemus 2-3-pollicaris glaber rubescens. Flores parvi numerosi carnei, magnitudine *S. carneae*, a qua differt praecipue foliis angustioribus acuminatis, basi rotundatis nec cordatis, racemo glabro et stylo barbato. — Habitat in Nova Hispania.

141. S. LEPTOSTACHYS Bth. l. c. — Caule herbaceo erecto ramoso cano-pubescente; foll. longe petiolatis ovato-rotundatis acutis, basi truncatis, utrinq. viridib. tenuissime pubescentib., floralib. ovatis subulato-acuminatis deciduis; racemis simplicib. elongatis; verticillastris demum omnib. remotis subsexfloris; calycib. ovato-tubulosis striatis incanis, labio superiore integro inferiorisq. dentib. acuminatis; corollis calyce duplo longiorib., tubo calycem aequante subventricoso, labio superiore recto, inferioris lobis rotundatis, medio lato emarginato; connectivis postice linearib. deflexis longitudinaliter connatis; stylo glabro. ♃ — Folia *S. tiliaefoliae*, petiolo 1½-2-pollicari et ultra, superiora arctius sessilia. Racemus demum ultra pedalis, verticillastris inferioribus pollicem, supremis semipollicem remotis. Calyces *S. lavanduloidis*. Corollae coeruleae, duplo majores quam in *S. lavanduloide*. — Habitat in Nova Hispania.

142. S. MEMBRANACEA Bth. l. c. 250. et 720. — Caule herbaceo(?) erecto glabro; foll. longe petiolatis amplis late ovatis acutis crenatis, basi rotundatis v. truncatis glabris, floralib. deciduis; racemis elongatis simplicib.; verticillastris omnib. remotis laxis subdecemfloris; calycib. pedicellatis nutantib. campanulatis glabris, labio superiore integro dentibq. labii inferioris ovatis breviter setaceo-acuminatis; corollis calyce duplo longiorib., tubo calycem aequante ventricoso, labio superiore recto, inferiore duplo longiore, lobis late rotundatis, medio maximo emarginato; connectivis postice elongato-linearib. deflexis longitudinaliter connexis; stylo barbato. ♃ — Herba videtur 2-3-pedalis, ex omni parte glaberrima. Folia 3-6-pollicaria tenuia membranacea, subtus saepe purpurascentia. Racemus fere pedalis, verticillastris regulariter distantibus aequalibus laxis. Calyces saepius leviter purpurascentes. Corollae coeruleae, magnitudine circiter *S. angustifoliae*.

β. acuminata: foll. utrinq. longe angustatis; corollis brevioribus.

γ. villosula: Foll. minorib., calycib. juniorib. villosis. — Habitat in Mexico, *β.* in Guayaquil.

143. S. RHOMBIFOLIA Rz. et Pav. Fl. Peruv. et Chil. I. 26. t. 36. fig. b. — Bth. l. c. 250. — Caule herbaceo erecto ramoso pubescente; foll. petiolatis late ovatis rhombeisve, basi subcordatis pubescentib., floralib. ovato-lanceolatis deciduis; racemis simplicib. paucifloris; verticillastris sub-6-floris remotis; calycib. ovatis pubescentib., labio superiore integro dentibq. labii inferioris ovatis acutis; corollis calyce dimidio longiorib., tubo incluso ventricoso, labio superiore recto, inferiore duplo longiore, lobis rotundatis, medio emarginato; connectivis postice linearib. subdilatatis deflexis longitudinaliter connatis; stylo glabro. ⊙ — *S. foliosa* Bth. in Bot. Reg. t. 1429. — *S. pilosa* Vahl, Enumer. plant. I. 240.

β. glabrior: calycib. tenuiorib. glabris. — Habitat in Peruvia, in collibus arenosis Lomas de Atiquipa et Pongo dictis in Camanae provincia et copiose in altis Chancay, prope Limam, in Peruvia meridionali, in Mexico, *β.* prope Limam.

144. S. HERBACEA Bth. l. c. 720. — Caule herbaceo erecto subramoso villoso; foll. longe petiolatis late ovatis rhombeisve, basi subcordatis pubescentib., floralib. ovatis deciduis; racemis simplicib.; verticillastris subsexfloris distinctis; calycib. ovato-tubulosis hirsutis herbaceis, labio superiore dentibq. labii inferioris ovato-dilatatis; corollis calyce dimidio longioribus, tubo incluso. ⊙? — *S. rhombifoliae* affinis, differt caule calycibusque hirsutioribus et praesertim calycibus longioribus viridibus, labiis herbaceo-dilatatis vix acuminatis. — Habitat in Mexico ad Tehuantepec in ditione Oaxaca.

145. S. TAFALLAE Bth. l. c. 720. † — Caule herbaceo erecto ramoso villoso; foll. petiolatis ovatis crenatis, basi rotundatis v. cuneatis hispidulis, floralib. ovatis acutis, demum deciduis; racemis simplicib.; verticillastris 6–10-floris remotis; calycib. ovatis nervosis villosis, labio superiore integro dentibq. labii inferioris ovatis acutis; corollis calyce dimidio longioribus, tubo incluso ventricoso, labio superiore recto, inferiore duplo longiore, lobis rotundatis, medio emarginato; connectivis postice linearib. subdilatatis deflexis longitudinaliter connatis; stylo glabro. ⊙ — Rami erecti subsimplices parce foliosi. Folia inferiora longe petiolata, limbus parvus, vix pollicaris, superiora minora remotiora magis sessilia, floralia calyce dimidio breviora. Racemi 4–6-pollicares. Verticillastri aequales, inferiores pollicem v. sesquipollicem remoti. Calyces 3–4-lineares, labio superiore paullo incurvato. Corolla *S. rhombifoliae*. Affinis *S. mili*, at caule herbaceo annuo, villositate et aliis notis diversa, affinis quoque *S. violaceae*, sed in hac corolla calyce triplo longior. — Habitat ad Tarmam Peruviae.

146. S. VIOLACEA Rz. et Pav. Fl. Peruv. et Chil. I. 26. t. 43. fig. b. — Bth. l. c. — Foll. ovatis crenatis; florib spicatis; verticillastris sexfloris; labio corollae dependente. ⊙ — Planta bipedalis hirsuta. Radix fasciculata fibrosa. Caulis erectus ramosus tetragonus. Rami consimiles. Folia ovata acuta crenata rugosa obtusa. Spicae terminales breves erectae. Flores breviter pedicellati, bracteis oppositis ovatis concavis stipati. Corolla coeruleo-violacea, calyce triplo longior, labio inferiore lato, galea longiore dependente. — Habitat in Tarmae provinciae Peruvianae praeruptis calidis.

147. S. GLANDULIFERA Cav. Anal. di cienc. nat. II. 3. — Bth. l. c. — Foll. ovatis serratis villosis; ramis, bracteis calycibq. piloso-glandulosis. ⊙? ♃? — Uni-tripedalis, alterne ramosa, pilis rigidis glanduliferis. Folia petiolata, pollicem longa, 3 lin. lata, utrinque villosa. Verticillastri sexflori, bracteis acutis brevibus. Calycis laciniae obtusiusculae. Corolla calyce vix duplo longior violaceo-purpurea, labio superiore breviore, inferiore tripartito, lacinia intermedia multo majore. Stamina exserta. — Habitat in Chimboraço.

148. S. CRUIKSHANKSII Bth. l. c. 721. † — Caule herbaceo (?) erecto glabro v. pubescente; foll. breviter petiolatis ovatis obtusis crenatis, basi rotundatis v. subcordatis glabris v. subtus pubescentib., floralib. deciduis; racemis simplicib.; verticillastris subsexfloris remotis subsecundis; calycib. tubuloso-campanulatis striatis pubescentib., labio superiore integro dentibq. labii inferioris ovatis acutis; corollis calyce triplo longioribus, tubo incluso ventricoso, labio superiore recto, inferiore triplo longiore, lobis rotundatis, medio maximo emarginato; connectivis postice linearib. deflexis longitudinaliter connatis; stylo glabro. ♃? — Caulis pedalis, basi denudatus, medio foliosus glaber v. apice tenuissime pubescens. Folia 1–1½-pollicaria viridia venosa glaberrima, remote crenata, suprema saepe integerrima. Verticillastri inferiores ultra pollicem remoti, saepius 6-flori, rarius 2–4- v. 8–10-flori. Calyces subsessiles. Corollae coeruleae glabriusculae, cum labio inferiore 7–8-lineares. Affinis *S. incurvatae*, in qua vero folia majora acutiora, subtus albo-tomentosa, calyces majores, corollae labium inferius minus, a *S. rhombifolia* foliis, inflorescentia et corollis distinctissima. — *S. rhombifolia* β. Hook. Bot. Misc. — Habitat in Peruvia in valle Cantae prope Obrajillo ad Huamantanga.

149. S. GALEATA Rz. et Pav. Flor. Peruv. et Chil. I. 27. t. 42. fig. a. — Bth. l. c. † — Foll. ovalib. serratis; calycis labio superiore galeato; corollae labio superiore convoluto. ♁ — Caulis 3-pedalis ramosissimus brachiatus, inferne subteres nudus. Rami brachiati tetragoni, post exsiccationem ferruginei. Folia subsessilia deflexa, ovalia ovataque serrata venosissima rugosa aspera, leviter pubescentia. Spicae terminales ternae erectae, intermedia longior. Flores verticillati, breviter pedicellati. Verticillastri 6–10-flori patentes, bracteolis 2 ovatis oppositis caducis stipati. Calyx ringens, superne dilatatus ventricosus, labio inferiore concavo bifido inflexo, superiore concavo, galea majori. Corolla albo-violacea, calyce duplo longior, labio inferiore trifido, laciniis ovatis, superiore angustato, inferne convoluto, superne patulo, stamina stylumque involvente. — Habitat in circuitu Muña Peruviae locis aridis.

150. S. MITIS Rz. et Pav. l. c. 27. — Bth. l. c. † — Foll. ovatis acutis serratis tomentosis; spicis terminalib., intermedia longiore aphylla; verticillastris multifloris. ♃ — Planta bipedalis. Caulis erectus ramosus brachiatus tetragonus sulcatus. Rami consimiles, leviter pubescentes mitissimi. Folia petiolata ovata acuta serrata rugosa venosissima tomentosa, subtus incana. Spicae terminales, intermedia longior aphylla. Flores verticillati secundi pedicellati. Verticillastri 6–12-flori. Bracteae oppositae ovales acuminatae pubescentes caducae. Calyces bilabiati 1–2-nerves pubescentes subcampanulati, superne lividi, labio superiore integro acuto breviore parum incurvo, inferiore bifido acuto. Corolla albo-coerulea, calyce paulo longior, extus pubescens. Stamina longitudine corollae. Stylus superne villosus. Stigmata exserta. Semina trigona venosa fulva. — Habitat in praeruptis calidis Cantae provinciae Peruvianae ad Obrajillo vicum.

151. S. INCURVATA Rz. et Pav. l. c. 24. t. 42. fig. b. — Bth. l. c. 202. — Caule herbaceo erecto tenuiter cano-tomentoso; foll. petiolatis ovatis acutis serratis, basi rotundatis v. cordatis, subtus mollissime albo-tomentosis, floralib. deciduis; racemis simplicib.; verticillastris 4-6-floris remotis; calycib. tubuloso-campanulatis pubescentib., labio superiore integro dentibq. labii inferioris ovatis acuminatis; corollis calyce duplo longiorib., tubo incluso ventricoso, labio superiore recto, inferiore longiore, lobis rotundatis; connectivis postice linearib. deflexis, longitudinaliter connatis; stylo glabro. ♃ — Herba bipedalis. Folia bipollicaria, ad medium caulis approximata deflexa. Calycis fructiferi labia incurva. Corolla purpureo-coerulea. — Habitat in Peruviae circuitu Muña.

152. S. HISPANICA Linn. Spec. plant. 37. — Bot. Reg. t. 359. — Bth. l. c. † — Caule herbaceo erecto pubescente; foll. petiolatis ovatis acutis crenato-serratis, basi angustatis v. cuneatis glabris, floralib. ovatis acuminatis ciliatis subpersistentib.; racemis densis ramosis; verticillastris multifloris approximatis; calycib. inflato-tubulosis molliter pubescentib., labio superiore integro dentibq. labii inferioris acutis; corollis calycem vix excedentib., tubo ventricoso, labio superiore erecto integro, inferiore longiore, lobis lateralib. oblongis reflexis; connectivis postice lineari-dilatatis deflexis longitudinaliter connatis; stylo barbato. ☉ — Folia longe petiolata, limbo 2–3-pollicari, floralia calyce breviora, longe acuminata. Racemi v. spicae plures subramosi 2–4-pollicares densi albo-virescentes. Verticillastri saepius sub-10-flori. Calyces subsessiles, basi inflati albidi, apice pallide virides, molliter pubescentes, 4–5-lineares. Coroliae extus glabrae, pallide coeruleae, tubus calycem aequans, supra basin et ad faucem valde contractus. Labia brevia, inferiore vix longiore. Genitalia corollam aequantia. — *S. tetragona* Moench, Meth. pl. 373. — *S. prismatica* Cav. Descr. 14. — Habitat in America aequinoctiali, in regno Quitense prope Chillo, in montibus insulae Jamaicae, in Mexico (etiam in America boreali prope New York), et ex America verosimiliter allata, in Europa australi sponte, in Hispania, in Pedemontio, Liguria et in Olivetis Uneliae.

153. S. ANGULATA Bth. l. c. 721. — Caule herbaceo erecto vix pubescente; foll. petiolatis late ovatis acuminatis serratis, basi rotundato-cuneatis tenuiter pubescentib., subtus vix canescentib., floralib. ovatis acuminatis deciduis; racemis

multifloris elongatis ramosis; verticillastris laxis secundis; calycib. tubuloso-campanulatis vix pubescentib., labio superiore integro dentibq. labii inferioris acutis; corollis calycem breviter superantib., labio superiore recto pubescente, inferiore longiore, lobis rotundatis; connectivis postice linearib. deflexis longitudinaliter connatis; stylo barbato. ♃ — Habitus fere *S. polystachyae*. Caulis anguli crassi glabri acuti, facie pubescentes. Folia fere *S. polystachyae* sed glabriora, basi saepius cuneata. Racemi longiores laxiores. Calyces fere glabri, saepius colorati angulati. Corolla dimidio minor. — In Caracas.

154. S. POLYSTACHYA Ort. Dec. 55. — Cav. Icon. plant. I. 17. t. 27. (male). — Bth. l. c. 262. † — Caule herbaceo erecto cano-pubescente; foll. petiolatis ovatis acuminatis serratis, basi rotundatis v. cordatis, supra rugulosis pubescentib., subtus nervosis cano-pubescentib. v. tomentosis, floralib. ovatis acuminatis deciduis; racemis densis ramosis; verticillastris multifloris approximatis subsecundis; calycib. tubuloso-campanulatis pubescentib. v. tomentoso-villosis, labio superiore integro dentibq. labii inferioris acutis; corollis calyce duplo longiorib., tubo incluso ventricoso, labio superiore recto pubescente, inferiore sublongiore, lobis rotundatis; connectivis postice linearib. deflexis longitudinaliter connatis; stylo supra barbato. ☉? — Caules 1-2-pedales tetragoni sulcati, glabriusculi v. saepius pubescentes. Folia 2-3-pollicaria, subtus saepius tomentoso-pubescentia canescentia. Spicae 2-3-pollicares plures subramosae, in paniculam semipedalem densam contractam dispositae. Flores parvi, saepe 15-20 in quoque verticillastro. Corollae coeruleae. Variat pubescentia foliorum et spicarum nunc tenui, saepius magis minusve tomentosa, calycibus rarius hispido-villosis, verticillastris omnibus approximatis v. infimis remotis. — In hortis occurrit etiam sub nomine *S. spicata*, *S. breynitica*, *S. eremitica*, *S. tetragona* etc. — *S. caerulea* H. B. Kth. Nov. gen. et sp. pl. Amer. II. 295. — *S. lineatifolia* Lag. Gen. et sp. nov. 2. — Habitat in Mexico prope los Joares et Puerto de Varientos, in montibus Guanaxuatensibus et ad littora lacus Pazcuarensis, in declivitate occidentali montium Mexicanorum prope Tlalpuxahua.

155. S. DENSIFLORA Bth. l. c. 721. — Caule herbaceo erecto vix pubescente; foll. petiolatis ovatis obtusis crenatis, basi rotundato-truncatis subcordatisve rugosissimis, utrinq. pubescentib. viridib. v. vix subtus canescentib., floralib. deciduis; racemis subsimplicib. spicaeformib.; verticillastris multifloris approximatis; calycib. tubulosis subglabris, labio superiore integro dentibq. labii inferioris ovatis obtusis; corollis calyce dimidio longiorib.; genitalib. exsertis; connectivis postice linearib. deflexis longitudinaliter connatis; stylo glabro. ♃ — Species *S. polystachyae* et *S. Koerlii* affinis, sed ab utraque distinctissima, a priori foliorum forma, a posteriori pubescentia, ab utraque inflorescentia, calycis forma, corollis parvis et genitalibus longe exsertis recedit. — Crescit in insula Dominica.

156. S. KOERLII Bth. l. c. 263. — Caule fruticoso? erecto pubescente; foll. petiolatis ovatis obtusis crenatis, basi rotundato-truncatis cordatisve rugosissimis, subtus cano-tomentosis, floralib. ovatis deciduis; racemis densis paniculato-ramosis; verticillastris multifloris approximatis; calycib. tubuloso-campanulatis piloso-hirtis, labio superiore integro dentibq. labii inferioris acutis; corollis calyce duplo longiorib., tubo incluso ventricoso, labio superiore recto pubescente, inferiore longiore, lobis rotundatis; connectivis postice linearib. deflexis longitudinaliter connatis; stylo glabro v. supra barbato. ♄ — Affinis *S. polystachyae*, sed foliis minoribus obtusis rugosissimis et basi magis cordatis, racemis brevioribus densioribus et calycibus hirtis nec cano-tomentosis distincta est. — Habitat in Mexico prope Tlalpuxahua.

C. *Cordifoliae* Bth. l. c. 263.

Folia petiolata, basi magis minusve cordata.

157. S. SEMIATRATA Zuccar. in Abhandl. Baier. Akad. der Wiss. I. 298. — Bth. l. c. 263. — Caule fruticoso; ramis tomentoso-pubescentib.; foll. petiolatis ovatis obtusis crenatis, basi cordatis rugosissimis, subtus albo-tomentosis, floralib. ovatis

parvis deciduis; racemis simplicib.; verticillastris 4–8–floris distantib.; calycib. pedicellatis tubulosis striatis glanduloso–villosis, labio superiore integro dentibq. labii inferioris obtusis; corollis calyce duplo longiorib., extus tenuiter pubescentib., tubo breviter exserto ventricoso, labio superiore recto, inferiore subbreviore; connectivis postice deflexis linearib., longitudinaliter connatis; stylo subtus barbato. ♁ — Affinis *S. Scorodoniae*, sed diversa calycibus duplo majoribus, pedicellis elongatis (3–4–linearibus) et corollae labio inferiore breviore colore intensiore. — Habitat in Mexico.

158. S. FRUTICULOSA Bth. l. c. 721. — Caule fruticoso humili ramosissimo; ramis albo–tomentosis; foll. petiolatis ovatis obtusis crenulatis, basi rotundato–truncatis subcordatisve rugosissimis, supra vix pubescentib., subtus albo–tomentosis, floralib. ovatis acuminatis deciduis; racemis simplicib.; verticillastris subsexfloris distantib.; calycib. subsessilib. tubuloso–campanulatis albo–tomentosis, labio superiore integro dentibq. labii inferioris obtusis truncatis; corollis calyce subtriplo longiorib., tubo breviter exserto, labio superiore recto, inferiore duplo longiore, lobis rotundatis; stylo breviter barbato. ♁ — Affinis *S. Scorodoniae* et *breviflorae*, sed ab utraque habitu distinctissima. Fruticulus vix 4–6–pollicaris. Folia semipollicaria. — Crescit in Mexico circa Oaxaca.

159. S. SCORODONIA Poir. Dict. Suppl. V. 46. — Bth. l. c. 264. † — Caule fruticoso; ramis cano–tomentosis; foll. petiolatis ovatis oblongisve obtusis crenulatis, basi rotundato–cordatis rugosissimis, supra pubescentib., subtus pallidis v. albo–tomentosis, floralib. ovatis acuminatis deciduis; racemis simplicib.; verticillastris 6–20–floris distantib.; calycib. subsessilib. tubuloso–campanulatis striatis glanduloso–villosis, labio superiore integro dentibq. labii inferioris obtusiusculis; corollis calyce duplo longiorib., extus tenuiter pubescentib., tubo breviter exserto ventricoso, labio superiore recto, inferiore duplo longiore, lobis rotundatis; connectivis postice deflexis linearib. longitudinaliter connatis; stylo glabro. ♁ — Rami rigidi patentes, nunc tomento cano undique pubescentes, aetate saepe glabrati purpurascentes. Folia 1–2–pollicaria, juniora v. omnia subtus cano–tomentosa. Racemi 2–4–pollicares, solitarii v. subpaniculati, verticillastris vix semipollicem distantibus. Pedicelli vix lineam longi. Calyces 2–3–lineares viscosi. Corollae coeruleae, basi albidae, fere *S. amarissimae*, at paullo minores. Labium superius breviter emarginatum, inferioris lobus medius maximus emarginatus. — *S. melissodora* Lag. Nov. gen. et sp. pl. 2. — *S. hirta* Schrank in Syll. pl. soc. Ratisb. II. 60.?*) — Habitat in Mexico.

160. S. AMARISSIMA Ort. Dec. 4. — Bth. l. c. — Bot. Regist. t. 347. — Caule herbaceo erecto ramoso patentim piloso–hispido; foll. petiolatis ovatis cordatis crenatis rugosis glabriusculis, subtus canescentib., floralib. ovatis acuminatis deciduis; racemis simplicib. densifloris; verticillastris distinctis subremotis sub–10–floris; calycib. tubuloso–campanulatis striatis villosis, labio superiore integro dentibq. inferioris acutiusculis; corollis calyce subtriplo longiorib., tubo calycem aequante ventricoso, labio superiore recto glabriusculo, inferiore subtriplo longiore, lobis rotundatis; connectivis postice deflexis lineari–dilatatis longitudinaliter connatis; stylo supra barbato. ♃ — Caules 2–pedales, pilis longis patentibus saepe glandulosis hispidi. Petioli pollicares. Folia sesquipollicaria, nervis pubescentibus, caeterum glabra, supra rugosa viridia, subtus pallida v. canescentia. Racemi 3–6–pollicares. Flores *S. lachnostachydis* v. *S. procurrentis*. Calyces piloso–hispidi. Corollae coeruleae. Connectiva supra ad insertionem dentata. Styli lobus superior inferiore duplo longior. — *S. circinnata* Cav. Icon. plantar. IV. 9. t. 318. — *S. amara* Jacq. Hort. Schoenbr. III. t. 255. — *S. nepetoides* H. B. Kth. Nov. gen. et spec. pl. II. 299. † t. 150. — In Mexico prope Tlalpuxahua, in locis alpinis Novae Hispaniae inter Temascatio et Guanaxuato.

*) *Fruticosa, glutinosa: foll. lanceolatis rugosis inaequaliter crenatis, crenis undulato–reflexis; calycib. compressis; corollae labio inferiore concavo.* ♁ — *An huc an ad* S. semiatratam *referenda?*

161. S. CUSPIDATA Rz. et Pav. Flor. Peruv. et Chil. I. 23. t. 40. fig. 6. — Bth. l. c. 265. — Suffruticosa: ramis pubescentib.; foll. petiolatis ovatis obtusiusculis crenatis, basi cordatis rugosis, subtus pallidis pubescentib., floralib. ovatis acuminatis deciduis; racemis elongatis subsimplicib.; verticillastris subsexfloris distantib.; calycib. tubuloso-campanulatis villosis, labio superiore breviter tricuspidato, dentib. labii inferioris ovatis cuspidatis; corollis calyce subtriplo longioribus, tubo breviter exserto ventricoso, labio superiore recto, inferiore duplo longiore, lobis rotundatis; connectivis postice deflexis linearibus-dilatatis, longitudinaliter connatis; stylo glabro v. breviter pubescente. ♃ — Suffrutex orgyalis. Folia pollicaria subduplicato-crenata. Flores fere *S. Scorodonias* v. *amarissimae*. Corolla coerulea. — Habitat in Peruvia in collibus circa Purrochuca et Cheuchin.

162. S. CARDIOPHYLLA Bth. l. c. 721. — Herbacea? v. suffruticosa?: ramis pubescentib.; foll. petiolatis ovatis crenatis, basi profunde cordatis rugosis, utrinq. molliter villosis, floralib. deciduis; racemis elongatis simplicib.; verticillastris subsexfloris distantib.; calycib. tubuloso-campanulatis tenuiter pubescentib., labio superiore integro dentibq. labii inferioris ovatis acutiusculis; corollis calyce duplo longioribus, tubo subincluso ventricoso, labio superiori brevi recto, inferiore subtriplo longiore, lobis rotundatis; connectivis postice deflexis linearibus, longitudinaliter connatis; stylo glabro. ♃ — Habitus *S. cuspidatae*, a qua differt foliis molliter villosis et calycibus majoribus subcoloratis, dentibus muticis, labio superiore integro. — Crescit in Americae meridionalis extratropicae Banda orientali.

163. S. GILLIESII Bth. l. c. 265. — Caule fruticoso; ramis cano-tomentosis; foll. petiolatis ovatis v. ovato-lanceolatis obtusiusculis crenato-dentatis, basi truncato-cordatis rugosis, supra glabriusculis, subtus cano-tomentosis, floralib. ovatis acutis deciduis; racemis simplicib.; verticillastris remotis 2-6-floris; calycib. subsessilib. campanulatis cano-pubescentib., labio superiore integro inferiorisq. dentib. ovatis obtusis mucronatis recurvis; corollis calyce subduplo longioribus, extus pubescentib., labio superiore recto, inferiore duplo longiore, lobis rotundatis; connectivis postice lineari-dilatatis deflexis, longitudinaliter connatis; stylo brevissime pubescente. ♄ — Humilis, basi glabrata, rami cano-tomentosi et glandulis coccineis conspersi. Folia 1-1½-pollicaria, subtus nervosa albida, saepe duplicato-crenata acutiuscula. Racemi 2-6-pollicares pauciflori. Calyces 2-3 lin. longi, saepius colorati, labiis demum valde recurvo-patentibus. Corolla coerulea (?) fere *S. urticaefoliae*, sed minor. Odor fragrantissimus. — Habitat in Chili copiose in praeruptis Andium prope Mendoza et Uspaleta et in monte Cerro de las Achiras dicto.

164. S. RACEMOSA Rz. et Pav. Fl. Peruv. et Chil. I. 25. — Bth. l. c. 265. † — Foll. cordatis acutis sublanceolatis serratis; racemis terminalib. compositis; bracteis ovatis acuminatis. ♃ — Planta hirsuta. Caulis erectus ramosus, inferne nudus subteres. Rami brachiati tetragoni. Folia longe petiolata cordata acuta sublanceolata serrata, saepius colore purpureo livido maculata. Racemi terminales, plurimis spicis compositi. Flores verticillati, breviter pedunculati, ante explicationem obtecti bracteis ovatis acuminatis coloratis caducis. Corolla obscure coerulea. — Habitat in versuris et ruderatis Huanuci Peruviae.

165. S. CARNEA H. B. Kth. Nov. gen. et spec. pl. II. 300. t. 151. — Bth. l. c. 266. † — Caule fruticoso ramoso erecto glabro; foll. subrotundo-ovatis acutis cordatis crenato-serratis hirtis; verticillastris multifloris, inferiorib. parum remotis; calycib hirtis. ♄ — Caulis erectus ramosus ramique tetragoni glabri, geniculi pilosi. Folia opposita, longe petiolata, utrinq. hirta, 2-2½ poll. longa, 24-26 lin. lata. Petioli sesquipollicares caualiculati, interne pilosi. Spicae terminales verticillatae tripollicares, verticillis multifloris approximatis, inferioribus parum remotis. Flores magnitudine floris *Melissae officinalis*. Bracteae oblongae acuminatae, calyce breviores caducae. Calyx tubulosus bilabiatus striatus hirtus, apice coloratus, labio superiore ovato-acuminato, inferiore bifido, lacinlis acuminatis. Corolla *carnea*, tubo superne parum ventricoso calycem superante, labio superiore

concavo obtuso villoso-pubescente, inferiore paullo longiore patentim reflexo trifido, lacinia intermedia emarginato-biloba, lobis subrotundis. Stamina generis, galeam parum superantia. Stigma exsertum glabrum. — Habitat in Andibus Quinduensium in regno Novo-Granatensi.

166. S. PROCUBRENS Bth. l. c. 266. — Caulib. basi repentib. radicantib.; ramis floriferis adscendentib. glabris villosisve; foll. petiolatis subrotundatis v. late ovatis, basi cordatis crenatis glabris villosisve, floralib. late ovatis acutiusculis deciduis; racemis simplicib. longe pedunculatis; verticillastris 6–10-floris remotis; calycib. breviter pedicellatis campanulatis hispidis, labio superiori integro v. brevissime tridentato dentibq. labii inferioris acutis; corollis glabris calyce subduplo longiorib., tubo calycem aequante ventricoso, labio superiore recto, inferiore duplo longiore, lobis rotundatis; connectivis postice deflexis lineari-dilatatis, longitudinaliter connatis; stylo subglabro. 4 — Caules elongati ramosi glabri v. pilis patulis saepe glandulosis hispidi viscosi, juniores saepius pilis adpressis pubescentes. Folia distantia, inferiora subrotunda, fere *Nepetae Glechomae*, superiora subovata rugulosa venosa glabra v. utrinque villosa. Racemi *S. ovalifoliae*, at minus rigidi. Verticillastri infimi 2 poll., supremi vix semipollicem remoti. Calyx *S. lachnostachydis*, at minus hispidus. Corolla coerulea *S. ovalifoliae*. Connectiva ad insertionem supra dentata. Stylus subglaber v. brevissime barbatus, lobo superiore elongato subulato, inferiore abbreviato acuto. — Habitat in America meridionali, in pascuis humidis et sylvis provinciae Rio Grande do Sul, in sylvis humidis ad Porana et ad fossas prope Buenos Ayres.

167. S. PROPINQUA Bth. l. c. 267. — Caule basi repente (?); ramis adscendentib. elongatis villosis; foll. petiolatis ovato-obtusis crenatis, basi cordatis, utrinq. villosis, floralib. deciduis; racemis simplicib.; verticillastris subsexfloris remotis; calycib. pedicello subaequalib. tubulosis striatis rufo-villosis, labio superiore integro dentibq. labii inferioris ovatis acutis; corollis calyce duplo longiorib., tubo calycem aequante ventricoso, labio superiore recto, inferiore duplo longiore, lobis rotundatis emarginatis; connectivis postice deflexis lineari-dilatatis, longitudinaliter connatis; stylo glabro. 4 — Affinis *S. procurrenti*, a qua differt caulibus firmioribus foliisque magis villosis, foliis brevius petiolatis et praecipue floribus majoribus calycibusque longius pedicellatis, tubulosis nec campanulatis, rufo-villosis nec piloso-hispidis. — Habitat in Brasilia meridionali.

D. *Sessilifoliae* Bth. l. c. 267.

Folia sessilia v. subsessilia, basi rotundata v. truncata. — Species omnes Brasilienses rigidae.

168. S. OVALIFOLIA St. Hil. mss. ex Bth. l. c. — Caule basi perenni repente; ramis adscendentib. glabris villosisve; foll. brevissime petiolatis ovalib. obtusis crenatis, basi rotundatis glabris subcoriaceis, floralib. ovato-lanceolatis, calyce breviorib. deciduis; racemis simplicib.; verticillastris 6–10-floris remotis; calycib. tubulosis striatis pubescentib., labio superiore integro dentibq. labii inferioris ovatis acutis; corollis calyce duplo longiorib., tubo calycem aequante ventricoso, labio superiore recto, inferiore duplo longiore, lobis rotundatis, medio latissimo emarginato; connectivis postice supra dentatis deflexis linearib. subdilatatis, longitudinaliter connatis; stylo brevissime barbato. 4 — Caules basi nigrescentes. Rami adscendentes, parce foliosi, sub racemo subnudi, pedales sesquipedalesve. Folia pollicaria v. ultra, exacte ovalia. Racemus longe pedunculatus, verticillastris fere pollicem remotis. — *S. repens* Bth. in Herb. Mus. Reg. Berol. mss.

β. villosa: foll. profundius serrato-crenatis, basi latioribus. — Habitat in Brasilia in pascuis Missionum Uruguayensium vulgaris et in campis herbidis prope Fazenda do Capitao Pedro provinciae Minas Geraës, *β.* prope Salto Grande fluminis Uruguay in provincia Rio Grande do Sul.

169. S. LACHNOSTACHYS Bth. l. c. — Caule basi radicante; ramis adscendentib. subsimplicib. villosis et patentim pilosis; foll. subsessilib. ovali-oblongis obtusis

regulariter crenulatis, basi rotundatis v. subcordatis rugosis, subtus rufo-tomentosis, floralib. cordato-ovatis obtusiusculis, calyce subbreviorib. subpersistentib.; racemis densis; verticillastris subremotis sub-10-floris; calycib. campanulatis piloso-hispidis, labio superiore integro dentibq. labii inferioris acutiusculis; corollis calyce subduplo longioribus., tubo calycem subaequante ventricoso, labio superiore recto, inferiore duplo longiore, lobis rotundatis; connectivis postice deflexis lanceolato-dilatatis, longitudinaliter connatis; stylo bifariam barbato. ♃ — Caules 1½-2-pedales, vix ramosi rufo-tomentosi v. villosi et pilis longis albidis patentibus magis minusve hispidi. Folia pollicaria, eleganter crenulata rugosa subcoriacea, supra tenuiter pubescentia, subtus subsericeo-tomentosa venosa, floralia vix in verticillastro fructifero decidua. Racemus 3-5-pollicaris. Verticillastri infimi vix semipollicem remoti, supremi approximati, saepius 10-flori. Calyces breves campanulati, bracteae et axis racemi pilis longis patulis dense hispidi. Corolla coerulea *S. ovalifoliae*, at paullo minor. — Habitat in Brasilia, in campis prope Registro de Curitiba et in pascuis prope Fazenda da Fortaleza provinciae Sancti Pauli.

170.? S. VISCIDA St. Hil. mss. ex Bth. l. c. 266. — Suffruticosa viscosa: ramis glanduloso-hirtis; foll. subsessilib. v. inferiorib. petiolatis ovato-lanceolatis acutiusculis serrato-crenatis, basi cordatis, utrinq. viridib. mollib. hispidis; racemis elongatis subsimplicib.; verticillastris subsexfloris subsecundis; calycib. tubuloso-campanulatis villosis viscosis, labio superiore integro dentibq. labii inferioris ovatis acutis; corollis calyce duplo longioribus., tubo subexserto ventricoso, labio superiore recto, inferiore duplo longiore, lobis rotundatis; connectivis postice deflexis lineari-dilatatis, longitudinaliter connatis; stylo supra barbato. ♃ — Suffrutex 3-4-pedalis, basi saepe decumbens, rami herbacei divaricati. Racemi semipedales numerosi. Verticillastri semipollicem v. demum pollicem remoti, plerumque secundi. Corolla coerulea. — Habitat in Brasilia, in sylvis Carrascos dictis, in Serra Negra ad limites provinciarum Minas Geraës et Rio de Janeiro.

171. S. CORDATA Bth. l. c. — Caule herbaceo erecto elato villoso; foll. breviter petiolatis ovato-oblongis acutis crenatis cordatis rugosis, supra pubescentib., subtus molliter albo-tomentosis, floralib. ovatis acutis (?) deciduis; racemis simplicib.; verticillastris distantib. multifloris; calycib. tubuloso-campanulatis striatis pubescentib., labio superiore integro dentibq. labii inferioris acutis; corollis calyce triplo longioribus., tubo breviter exserto ventricoso, labio superiore recto pubescente, inferiore duplo longiore, lobis rotundatis, medio latissimo emarginato; connectivis postice supra dentatis deflexis lanceolato-dilatatis obtusis, longitudinaliter approximatis subconnatis; stylo glabro. ♃ — Caules firmi 3-4-pedales subsimplices, molliter villosi. Folia ampla 3-4-pollicaria, molliter rugosa, subtus lana alba subsericea tomentoso-villosa. Verticillastri saepe ultra 30-flori, fere pollicem remoti, racemo semipedali. Corolla coerulea ultra pollicaris. Styli lobus superior longissime subulatus, inferior quadruplo brevior acutus. — Habitat in Brasilia meridionali.

172. S. NERVOSA Bth. l. c. — Caule herbaceo (?) erecto subsimplici rufo-tomentoso et pilis longis patentib. hispido; foll. sessilib. ovato-lanceolatis acutis crenato-serratis, basi rotundatis subcordatis coriaceis, supra rugosis glabris, subtus nervosis tenuissime rufo-tomentosis, floralib. ovatis acuminatis deciduis; racemo elongato; verticillastris crebris 6-10-floris; calycib. ovato-tubulosis striatis pubescentib., labio superiore integro dentibq. labii inferioris late ovatis obtusis v. breviter acuminatis; corollis calyce duplo longioribus., extus tomentosis, tubo exserto superne ampliato, labio superiore recto, inferiore breviore, lobis lateralib. rotundatis reflexis; connectivis edentulis, postice linearib. deflexis connatis; stylo barbato. ♃ — Caules (v. rami? subsimplices 2-3-pedales, basi denudati. Folia in medio caulis numerosa erectiuscula rigida 1-2-pollicaria, superiora breviora latiora acuminata. Racemus ultra pedalis, verticillastris vix semipollicem distantibus. Calyces pedicellati 3 lin. longi. Corolla 6-8-linearis coerulescens? Stamina

inclusa. Stylus corollam aequans, lobis subulatis, superiore longiore. — Habitat in Brasilia meridionali.

173. S. RIGIDA Bth. l. c. 269. † — Caulib. herbaceis erectis villosis v. glabriusculis; foll. sessilib. lanceolatis v. linearib., basi cordatis, margine crenulatis glabris subcoriaceis rigidis, floralib. minutis linearib. deciduis; racemis simplicib.; verticillastris 6–10–floris remotis; calycib. tubulosis striatis villosis, labio superiore integro dentibq. labii inferioris ovatis acutis; corollis calyce subduplo longiorib.; tubo calycem aequante ventricoso, labio superiore recto, inferiore duplo longiore, lobis rotundatis; connectivis postice deflexis lineari–dilatatis, longitudinaliter connatis; stylo subtus breviter barbato. ♃ — Species quoad latitudinem foliorum valde variat, sed primo intuitu ab affini *S. nervosa* differt racemo pauciflore vix umquam semipedali et foliis angustioribus. — Habitat in Brasilia, in locis auriferis camporum ad Villa Rica, in pascuis prope pagum Piumhy, in parte meridionali provinciae Minas Geraës et in campis prope Santa Borja inter Missiones Uruguayenses et prope Rio Jacuhy provinciae Rio Grande do Sul.

174. S. ROSMARINOIDES St. Hil. mss. ex Bth. l. c. — Caule suffruticoso; ramis erectis virgatis tomentoso–villosis; foll. sessilib. linearib. v. lineari–lanceolatis acuminatis crenatis, basi subcordatis rigidis, supra glabriusculis, subtus canotomentosis, floralib. ovatis acuminatis deciduis; racemis elongatis simplicib.; verticillastris subsexfloris distantib.; calycib. tubulosis viscoso–villosis, labio superiore integro dentibq. labii inferioris acutis; corollis calyce subtriplo longiorib., tubo breviter exserto, labio superiore erecto, inferiore subtriplo longiore, lobis rotundatis; connectivis postice deflexis lineari–dilatatis, longitudinaliter connatis; stylo bifariam pubescente. ♃ — Planta inodora bipedalis, basi lignosa. Folia in parte inferiore ramorum crebra subbipollicaria, margine saepius revoluta. Racemus fere pedalis. Corolla coerulea, lineis albis notata. — Habitat in Brasilia, in campis Missionum Uruguayensium prope el Salto grande fluminis Uruguay.

§. 3. *Axilliflorae Bth. l. c.* 270. — *Folia floralia caulinis conformia. Flores axillares. Corollae tubus calyci aequalis v. vix dimidio longior. — Suffrutices v. fruticuli humiles, floribus coerulescentibus.*

175. S. AXILLARIS Moç. et Sess. mss. ex Bth. l. c. — Suffruticosa humilis: foll. oblongo–linearib. acutis integerrimis, basi angustatis scabro–hirtis, floralib. conformib.; verticillastris axillarib. 2–6–floris; calycib. subsessilib. tubulosis striatis pubescentib., labio superiore tridentato, inferiore bifido, dentib. omnib. acutis subulato–acuminatis. ♃ — Specimen unicum in herbario Lambertiano servatum habitu *Thymo* v. *Saturejae* simile est. Folia 3–4 lin. longa. Calyces foliis subaequales. — Corollae desunt. — Habitat in Nova Hispania.

176. S. CUNEIFOLIA Bth. l. c. — Suffruticosa humilis: ramis decumbentib. villosis; foll. sessilib. ovato–cuneatis subdentatis, basi angustatis, utrinq. viridib., floralib. conformib.; verticillastris axillarib. paucifloris; calycib. tubulosis villosis, labio superiore breviter tricuspidato, inferiore bifido, lobis acuminatis; corollis calyce plus duplo longiorib., tubo exserto aequali, labio superiore brevi erecto, inferiore triplo longiore, lobis rotundatis; connectivis postice deflexis dilatatis subincrassatis, longitudinaliter connatis; stylo glabro. ♃ — Caules e basi crassa lignosa tortuose plures, vix semipedales flexuosi. Folia 3–4 lineas longa, dente uno alterove utrinque notata, infima et suprema subintegerrima. Flores magnitudine florum *Calaminthae Nepetae*. — Habitat in Mexico prope Chapultepec?

177. S. CALAMINTHAEFOLIA Vahl, Enum. pl. I. 233. — Bth. l. c. — Caule fruticoso; ramis canescentib.; foll. petiolatis late ovatis obtusis crenatis, basi cordatis, utrinq. tenuiter tomentosis, floralib. conformib.; verticillastris axillarib. remotis subsexfloris; calycib. pedicellatis tubuloso–campanulatis glabriusculis, labio superiore integro inferiorisq. dentib. ovatis acutis; corollis calyce subduplo longiorib., extus pubescentib., labio superiore erecto, inferiore duplo longiore, lobis rotundatis; connectivis postice dilatatis deflexis, longitudinaliter connatis; stylo superne barbato. ♄ — Rami tenues subpurpurascentes. Folia vix unguicularia,

utrinque mollis, margine utrinque crenis 2–4. Corolla coerulea. Genitalia breviter exserta. — Habitat in insula Sancti Dominici.

178. S. BALLOTAEFLORA Bth. l. c. — Fruticosa humilis: foll. petiolatis ovato-rotundatis obtusis crenatis, basi truncatis cordatisve, supra glabriusculis, subtus albo-tomentosis, floralib. conformib. v. supremis bracteaeformib.; verticillastris paucis axillarib. 2–6-floris distantib., v. 2–3 superiorib. in racemum brevem approximatis; calycib. pedicellatis tubuloso-campanulatis, basi attenuatis, labio superiori integro dentibq. labii inferioris ovatis post anthesin dilatatis; corollis calyce subduplo longiorib., tubo incluso, labio superiore erecto, inferiore duplo longiore, lobis rotundatis; connectivis postice deflexis dilatatis, longitudinaliter connatis; stylo bifariam barbato. ♄ — Fruticulus ramosissimus. Folia vix semipollicaria, juniora subtus uti calyces tomento subfarinaceo alba. — Habitat in Mexico prope Toliman.

§. 4. *Membranaceae Bth. l. c.* 271. — *Folia floralia bracteaeformia dilatato-patentia membranacea. Corollae tubus inclusus v. vix calyce longior. — Herbae v. suffrutices, floribus coerulescentibus.*

179. S. BUPLEUROIDES Prsl. mss. ex Bth. l. c. — Herbacea glabriuscula: foll. petiolatis ovatis acutis crenato-serratis, basi angustatis cuneatisve, utrinq. viridib.; ramis in axillis abbreviatis; pedunculis longis fasciculatis; verticillastro in quoque pedunculo solitario terminali multifloro; foll. floralib. calyces excedentib. persistentib. late rotundatis, basi subcordatis, apice breviter acuminatis membranaceis venosis glabris; calycib. sessilib. membranaceis, labio superiore integro dentibq. labii inferioris ovatis acutiusculis; corollis calyce vix longiorib.; connectivis postice deflexis, longitudinaliter connatis. ♃? ☉? — Species inflorescentia distinctissima. Pedunculi 3–5-pollicares. Folia floralia 3½ lin. longa, 5 lin. lata. Flores minuti. — Crescit in Mexico.

180. S. LASIOCEPHALA Hook. et Arn. Bot. Beech. voy. 306. — Herbacea, pubescenti-hirta: foll. petiolatis ovato-cordatis acutis grosse serratis, basi obtusis; pedunculis longissimis filiformib.; verticillastris globoso-glomeratis remotissimis paucis; bracteis cordatis acutis membranaceis reticulatis, verticillastro subbreviorib.; calycib. dense albo-tomentosis. ♃ — Habitat in regno Mexicano.

181. S. MOÇINNI Bth. l. c. 271. — Caule herbaceo(?) procumbente; ramis ascendentib. breviter pubescentib.; foll. petiolatis ovatis acuminatis serrato-crenatis, basi cuneatis v. truncatis glabriusculis, floralib. maximis orbicularib. acuminatis membranaceis venosis patentib.; racemis simplicib.; verticillastris remotis 6–10-floris; calycib. subsessilib. ovato-tubulosis canescentib., labio superiore integro dentibq. labii inferioris acutis ciliatis; corollis calyce duplo longiorib., tubo incluso ventricoso, labio superiore recto integro, inferiore duplo longiore, lobis rotundatis, medio lato emarginato; connectivis postice linearib. deflexis, longitudinaliter connatis; stylo glabro. ♃ — Folia forma *S. polystachyae*, sed utrinque viridia glabra v. tenuissime pubescentia, floralia fere pollicem lata, ad venas leviter pilosa. Calyces et flores *S. leptostachyae*. Corollae coeruleae. Hanc speciem miserunt Moçino et Sessé sub nomine *S. bracteaeflorae*; sed hoc nomen mutandum erat ob antiquiorem *S. bracteatam* Russ. — Affinis *S. bupleuroidi*, sed foliis floralibus majoribus viridioribus et magis acuminatis, floribus majoribus et inflorescentia distinctissima. — Habitat in Nova Hispania.

§. 5. *Bracteatae Bth. l. c.* 271. — *Folia floralia bracteaeformia persistentia herbacea late rotundata, flores amplectentia. Corollae tubus inclusus v. calyce vix dimidio longior. — Herbae fruticesve, floribus coerulescentibus.*

182. S. HIRSUTA Jacq. Hort. Schoenbr. III. t. 242. — Bth. l. c. 272. † — Caule herbaceo ascendente ramoso pubescente; foll. petiolatis oblongis acutis remote serratis, basi angustatis villosis, floralib. sessilib. late rotundatis acuminatis, longe

ciliatis persistentib., verticillastrum superantib.; racemis simplicib.; verticillastris subsexfloris, demum distantib.; calycib. sessilib. tubuloso-campanulatis subinflatis striatis pubescentib. v. hispidis, labio superiore integro dentibq. labii inferioris ovatis acutis; corollis calycem breviter superantib., tubo incluso ventricoso, labio superiore erecto, inferiore duplo longiore, lobis rotundatis; connectivis postice deflexis lineari-dilatatis, longitudinaliter connatis; stylo subtus barbato. ♃ — Occurrit etiam in hortis sub nomine *S. praecocis* et *tetragonae*. — *S. phlomoides* Cav. Icon. plantar. IV. 10. t. 330. (non Asso). — *S. ciliata* Poir.? Dict. VI. 588. — *S. bracteata* Poir. l. c. 622. — *S. sideritidis* Vahl, Enumer. plant. I. 250. — *S. cryptanthos* Schult. Obs. 12. — *S. nepetaefolia* Poir. Dict. Suppl. V. 48. — Habitat in Mexico.

183. S. CLINOPODIOIDES H. B. Kth. Nov. gen. et spec. II. 294. † t. 145. — Bth. l. c. † — Caule herbaceo erecto superne albo-lanato; foll. ovatis obtusiusculis, basi rotundatis crenatis, subtus pubescentib.; verticillastris multifloris distantib.; bracteis magnis subrotundo-cordatis persistentib.; calycis albo-hirti labio inferiore breviore reflexo. ♃? — Caulis herbaceus erectus tetragonus pilosus, superne albo-lanatus. Folia opposita petiolata, basi rotundata aut subcordata crenata, utrinque pilis sparsis adpressis praesertim in venis obsita, 2-pollicaria et longiora. Flores verticillato-spicati, verticillastris subglobosis multifloris distantibus bracteatis. Flores 10 lin. longi. Bracteae subrotundo-ovatae obtusae pilosae persistentes, calyces superantes. Calyx tubuloso-campanulatus bilabiatus albo-hirtus, labio superiore ovato-acuminato, inferiore dimidio breviore bifido, lacinliis acuminatis reflexis. Corolla pallide coerulea, tubo calyce longiore, superne ampliato glabro, labio superiore galeato obtuso pubescente, inferiore triplo longiore trifido convexo saturate coeruleo, laciniis lateralibus abbreviatis, intermedia dilatata biloba, lobis rotundatis. Stamina labium superius subaequantia. — Habitat in Nova Hispania inter urbem Pazcuaro et Aguasarco.

184. S. SPECIOSA Prsl. mss. ex Bth. l. c. — Fruticosa: ramis superne albo-villosis; foll. petiolatis ovatis acutis serratis, basi rotundatis truncatisve rugosis, supra pubescentib., subtus albo-villosis tomentosisve, floralib. bracteaeformib. late ovatis acuminatis, calyce longiorib. persistentib. herbaceis subcoloratis; racemo dense imbricato; verticillastris approximatis 6-10-florjs; calycib. magnis tubulosis, labio superiore erecto dentibq. labii inferioris ovatis acutis; corollis calyce subduplo longiorib., tubo calycem aequante; genitalib. longe exsertis; connectivis postice linearib. deflexis, longitudinaliter connatis. ♁ — Affinis *S. Parquerensi*, sed characteribus datis distinctissima. Verticillastri subsecundi. Calyces 7-8 lin. longi, basi hirti, apice uti folia floralia et corollae? atropurpurei. — Habitat in Peruvia circa urbem Huanuco et in montanis vicinis.

185. S. MATHEWSII Bth. l. c. 722. † — Herbacea: ramis superne villosissimis; foll. amplis petiolatis ovatis, basi profunde cordatis flaccidis, utrinq. viridib. glabris v. nervis vix hirsutis, floralib. bracteaeformib. late ovatis membranaceis coloratis, calyces aequantib. subpersistentib.; racemo elongato laxo; verticillastris 6-10-floris; calycib. pediceliatis magnis tubulosis, labio superiori integro dentibq. labii inferioris ovatis acutis; corollis calyce vix duplo longiorib., tubo calycem aequante, labio superiori brevi; genitalib. longe exsertis; connectivis postice linearib. deflexis, longitudinaliter connatis. ♃ — Flores *S. speciosae*, folia fere *S. macrophyllae* et forsan melius inter *Longifloras coeruleas* enumeratur. Folia inferiora 6-8-pollicaria, floralia obtusiuscula. Racemus elongatus ultra pedalis. Pedicelli calycem aequantes hirsuti. — In Peruvia ad Purrochuca et Obrajillo.

186. S. PARQUERENSIS Moçino et Sessé mss. ex Bth. l. c. 273. — Caule herbaceo erecto, superne albo-lanato; foll. longe petiolatis amplis ovatis acutis, basi rotundatis v. cuneatis, in petiolum alatum decurrentib., utrinq. pubescentib., floralib. sessilib. rotundatis obtusis persistentib. flores amplectentib.; racemis simplicib.; verticillastris dense globosis multifloris approximatis distinctis; calycib. tubuloso-campanulatis albo-hirtis, labio superiore ovato acuminato integro, inferiore

dimidio breviore, laciniis acuminatis reflexis; corollis calyce subtriplo longioribus, tubo exserto, superne ampliato, labio superiore recto, inferiore triplo longiore, lobis rotundatis, medio maximo emarginato; connectivis postice linearib. deflexis, longitudinaliter connexis; stylo pubescente. ♃ — Descriptionem et iconem *S. clinopodioidis* Kunthii omnino refert, praeter folia, quae ampliora et basi in petiolum late alatum decurrentia. Racemus densior. Corolla coerulea pollicaris. — Crescit in Nova Hispania.

187. S. MACROSTACHYA H. B. Kth. Nov. gen. et spec. pl. II. 298. — Bth. l. c. — Caule fruticoso erecto hirsuto; foll. petiolatis subrotundo-ovatis acutis, basi profunde cordatis, auriculis rotundatis imbricatis, utrinq. pubescenti-villosis, floralib. late ovatis villosis persistentib., calycem aequantib.; spicis densis crassis; verticillastris multifloris arcte approximatis; calycib. sessilib. tubulosis villosis, labio superiore ovato integro dentibq. labii inferioris acutis; corollis calycem vix excedentibus. ♄ — Orgyalis et altior, rami tetragoni hirsuti, ad nodos violacei. Folia 2–3-pollicaria, irregulariter crenata. Spica 6–8-pollicaris, diametro ultrapollicari. Corollae in speciminibus Tafallianis vix calycem excedentes coeruleae sunt, labio superiore fornicato leviter emarginato piloso, inferiore tripartito, lacinia intermedia emarginata. — Habitat in Peruvia, prope Guayaquil in alta planitie Andium Quitensium juxta Quito, Llactacunga et Cuença.

§. 6. *Erianthae Bth. l. c.* 273. — *Folia floralia bracteaeformia decidua. Calyces dense tomentoso-lanati. Corollae tubus calyce vix dimidio longior. — Herbae fruticesve, floribus albidis flavescentibus v. rarius rubescentibus.*

188. S. LEUCOCEPHALA H. B. Kth. Nov. gen. et spec. pl. II. 302. † t. 156. — Bth. l. c. † — Caule fruticoso erecto ramisq. cano-tomentosis; foll. ovatis obtusiusculis cordatis crenato-serratis, subtus incano-tomentosis; spicis ovatis; verticillastris multifloris arcte confertis; calycib. candidis lanato-tomentosis. ♄ — Frutex erectus tripedalis ramosus inodorus. Rami tetragoni cano-tomentosi. Folia opposita petiolata, apice angustata crassiuscula reticulato-venosa, bipollicaria. Petioli 4–5 lin. longi cano-tomentosi. Spicae terminales ovatae verticillatae 2–3-pollicares. Bracteae ovatae acutae, supra virides et pubescentes, subtus albo-tomentosae, calyces breviores. Calyx tubulosus bilabiatus albo-tomentosus sublanatus, labio superiore ovato acuto, inferiore bifido, laciniis acutis. Corolla violacea, tubo calycem aequante, labio superiore lineari-oblongo emarginato externe pubescente, labio inferiore paullo longiore, superne trifido patulo plano, lacinia intermedia majore subrotunda integra. Stamina vix exserta. Stylus exsertus pubescens. Stigma bipartitum, laciniis acutis inaequalibus. — Habitat in Peruvia, prope pagum Alausi Quitensium.

189. S. BREVIFLORA Moç. et Sess. mss. ex Bth. l. c. 274. — Caule fruticoso; ramis tetragonis cano-tomentosis; foll. breviter petiolatis ovatis acutis crenulatis, basi rotundatis v. subcordatis, supra molliter cano-pubescentib., subtus albo-tomentosis, floralib. ovatis acuminatis calyces aequantib., subtus dense albo-tomentosis; racemis spicaeformib. densis subramosis; verticillastris sub-6-floris approximatis secundis; calycib. subsessilib. tubuloso-campanulatis albo-tomentosis, labio superiore integro inferiorisq. dentib. abbreviatis obtusis; corollis calyce subduplo longioribus, extus tomentosis, labiis subaequalib.; genitalib. subexsertis; connectivis postice linearib. deflexis, longitudinaliter connatis; stylo glabro. ♄ — Folia fere *Lantanae*, vix pollicaria. Racemi 1–2-pollicares, nunc solitarii, nunc plures paniculati. Calyces imbricati, 4 lin. longi, basi attenuati incurvi. Corollae labium superius subincurvum, breviter emarginatum, inferius vix longius, lobis rotundatis, medio maximo bifido. Valde affinis videtur *S. leucocephalae*, sed omnibus partibus fere dimidio minor, folia minus cordata et tomentum foliorum et calycum tenuius. — Habitat in Nova Hispania et in Mexico.

190. S. COLLINA H. B. Kth. Nov. gen. et spec. pl. II. 288. † — Bth. l. c. 253. † 720. et 722. — Fruticulosa: ramis foliisq. subtus albo-tomentosis, supra pubescentib. lanceolato-oblongis obtusiusculis, basi acutis crenatis; spica longe pedunculata; verticillastris multifloris approximatis; calycib. albo-tomentosis. ♁ — Erecta ramosa odoratissima, rami tetragoni albo-tomentosi, inferiores saepe decumbentes. Folia opposita, breviter petiolata lanceolato-oblonga obtusiuscula, basi acuta crenata, supra viridia pubescentia, subtus albo-tomentosa pollicaria. Spicae terminales pedunculatae verticillatae, verticillastris inferioribus distantibus. Bracteae lanceolatae tomentosae caducae. Calyces campanulati striati bilabiati albo-tomentosi, labio superiore ovato integro acuto, inferiore bipartito, laciniis acuminatis. Corollae deciduae coeruleae, labio inferiore albo-maculato. — Habitat in collibus siccis montium Quitensium prope Riobamba Nuevo.

191. S. SPICATA Roem. et Schult. Syst. vegeteb. Mant. I. 202. — Bth. l. c. 254. † 720. et 722. — Fruticosa: ramis glabris, juniorib. cano-pubescentib.; foll. lanceolato-oblongis, apicem versus obsolete crenatis, supra pubescentib., subtus albo-tomentosis; verticillastris multifloris approximatis; calycis albo-tomentosi labio superiore tridentato. ♁ — Frutex tripedalis et altior, ramis tetragonis glabris, junioribus cano-pubescentibus. Folia opposita, brevissime petiolata ovata oblonga acuta integerrima, apicem versus crenata, supra viridia pubescentia, subtus albo-tomentosa subpollicaria. Spicae terminales solitariae pedunculatae verticillatae. Flores 4 lin. longi. Bracteae ovatae acuminatae albo-tomentosae, apice coerulescentes caducae. Calyx campanulatus striatus albo-tomentosus bilabiatus, labio superiore obtuso tridentato, inferiore obtuso bidentato, dentibus omnibus acutis. Corolla coerulea, tubo calycem aequante, labio superiore galeato concavo emarginato pubescente, inferiore duplo longiore trifido, lobis rotundatis, intermedio duplo latiore emarginato-bilobo. — *S. pulchella* H. B. Kth. Nov. gen. et spec. pl. II. 288. t. 140. (non DC.) — *S. Humboldtiana* D. Dietr. Gaertn. Lex. VII. 418. — *S. Humboldtii* Spr. Syst. veget. I. 04. — *S. saligna* Willd. Herb. ex Link, Schw. et Alb. Dietr. Spec. pl. I. 308. — Habitat in Nova Hispania.

192. S. FARINACEA Bth. l. c. 274. — Caule herbaceo erecto glabriusculo; foll. petiolatis ovato-oblongis lanceolatisve obtusiusculis irregulariter serrato-crenatis, basi longe angustatis glabriusculis, utrinq. viridib. v. subtus canescentib., floralib. parvis deciduis; racemo elongato simplici; verticillastris multifloris subsecundis remotis v. supremis approximatis; calycib. subsessilib. tubulosis dense albo-tomentosis, labio superiore integro dentibq. inferioris brevissimis obtusis; corollis calyce duplo longiorib., extus glabriusculis, tubo vix exserto ventricoso, labio superiore erecto, inferiore duplo longiore, lobis rotundatis; connectivis postice deflexis linearib., longitudinaliter connatis; stylo barbato. ♃? — Folia fere *S. uliginosae* v. *S. serratae*, sed ab utraque calycibus dense tomentoso-lanatis distinctissima. — Crescit in Mexico, in provincia Texas inter Rio Guadalupe et Rio Colorado.

193. S. REVOLUTA Rz. et Pav. Flor. Peruv. et Chil. I. 28. t. 41. fig. b. — Bth. l. c. — Caule fruticoso erecto albo-tomentoso; foll. breviter petiolatis lineari-lanceolatis obtusis crenatis, margine revolutis rugosis, utrinq. albo-tomentosis, floralib. inferiorib. conformib., supremis ovatis acuminatis deciduis; racemis simplicib.; verticillastris subsexfloris remotis secundis; calycib. tubulosis dense floccoso-tomentosis, labio superiore integro dentibq. labii inferioris acutis; corollis calyce duplo longiorib. tomentosis, tubo exserto ventricoso, labiis subaequalib., superiore erecto, inferioris lobis rotundatis; connectivis postice linearib. deflexis, longitudinaliter connatis; stylo hirsuto. ♁ — Frutex 2-3-pedalis erectus ramosissimus, ex omni parte albo-tomentosus. Folia sesquipollicaria, petiolo brevi. Racemi semipedales. Corolla albo-violacea. — Habitat in Peruvia, in praeruptis provinciae Cantae.

194. S. LEUCANTHA Cav. Icon. plant. I. 16. t. 24. — Bth. l. c. 275. — Caule fruticoso; ramis subteretib. albo-lanatis; foll. breviter petiolatis lanceolato-linearib.

acutis minute crenatis, basi rotundatis, supra rugosis pubescentib., subtus albo-lanatis, floralib. ovatis acuminatis deciduis; racemo elongato; verticillastris multifloris, infimis remotis; calycib. subsessilib. ovatis dense lanatis, labio superiore integro dentibq. labii inferioris ovatis acutis; corollis calyce duplo longioribus, extus albo-lanatis, tubo exserto ampliato subventricoso, labiis abbreviatis, superiore erecto integro, inferioris lobis lateralib. rotundatis, medio integro erecto concavo; connectivis postice lineari-dilatatis deflexis connatis; stylo barbato. ♄ — Rami elongati, lana demum caduca. Folia mollia 2–6-pollicaria. Racemi saepius purpurascentes, densissime lanati 6–10-pollicares. Verticillastri inferiores pollicem remoti. Flores 10–12 lineas longi. Corollae albidae, sub fauce parum contractae. — Habitat in Mexico.

193. S. VELUTINA Bth. l. c. — Caule fruticoso?; ramis dense foliosis velutino-lanatis; foll. subsessilib. oblongo-lanceolatis obtusis crenatis, basi angustatis rugosis, subtus velutino-lanatis, floralib. lanceolatis deciduis; racemo laxiusculo; verticillastris sub-6-floris; calycib. tubulosis striatis floccoso-tomentosis, labio superiore integro dentibq. labii inferioris ovatis acutis; corollis calyce dimidio longioribus, extus albo-lanatis, tubo ampliato, labiis subaequalibus, superiore recto, inferioris lobis lateralib. ovatis, medio integro; connectivis edentulis postice deflexis connatis; stylo glabro. — Affinis *S. confertiflorae*, sed characteribus datis distinctissima. Racemi 4–6-pollicares. Flores albidi. Pedicelli 2–3 lineas, calyces 4–5 longi. — Habitat in Brasilia meridionali.

196. S. ERIOCALYX Bertero in Roem. et Schult. Syst. veget. Addit. 2. ad Mant. I. 248. — Bth. l. c. — Caule fruticoso; ramis divaricatis cano-pubescentib.; foll. oblongo-lanceolatis acuminatis serratis, basi cuneatis, supra pubescentib., subtus dense cano-tomentosis, floralib. ovatis acuminatis deciduis; racemis abbreviatis simplicib.; verticillastris 6–10-floris approximatis; calycib. campanulatis dense lanatis, labio superiore integro dentibq. labii inferioris ovatis obtusis; corollis calycem breviter superantib., extus lanatis, tubo incluso, labiis abbreviatis, superiore recto inferiorisq. lobo medio integro; connectivis postice breviter productis lineari-dilatatis deflexis, longitudinaliter connatis; stylo barbato. ♄ — Rami divaricati v. procumbentes nodosi, acute tetragoni, juniores cano-tomentosi, aetate glabrati. Folia ad summitates approximata 3–4-pollicaria crassiuscula, molliter rugosa, supra viridia, subtus cana venosa. Racemi 2–3-pollicares. Verticillastri distincti, at approximati. Calyces subsessiles 3-lineares ovato-campanulati, lana saepius rubescente. Corollae *S. confertiflorae*, a qua differt foliorum forma, racemis abbreviatis et calycibus majoribus. — Habitat in Jamaica.

197. S. CONFERTIFLORA Pohl, Pl. Bras. ic. II. 134. t. 190. — Bth. l. c. 276. — [Lindl. Bot. Regist. New Ser.) XII. t. 29.] — Caule fruticoso?; ramis rufo-tomentosis; foll. petiolatis ovato-oblongis acutiusculis crenatis, basi cuneatis, in petiolum subdecurrentib., supra rugosis adpresse pubescentib., subtus dense rufo-tomentosis, floralib. ovatis longe acuminatis reflexis v. deciduis; racemis elongatis; verticillastris crebris multifloris; calycib. ovato-tubulosis tomentoso-lanatis, labio superiore integro dentibq. labii inferioris ovatis acutis; corollis calyce dimidio longioribus, extus aureo-lanatis, tubo exserto ventricoso, labiis abbreviatis, superiore recto inferiorisq. lobo medio integro; connectivis postice breviter productis dilatatis deflexis, longitudinaliter connatis; stylo glabro. ♄? — Rami firmi, obtuse tetragoni sulcati. Folia 3–4 poll. longa, sesquipollicem lata. Racemi ultra pedales bracteis longe acuminatis apice comosi. Verticillastri numerosi 10–20-flori, semipollicem v. inferiores fere pollicem distantes. Calyces rubescentes 4 lin. longi. Corollae parvae, intus rubellae, extus flavidae v. rubellae, lana aurea vestitae. — In Brasilia prope Rio Janeiro, ad Serra d'Estrella et Padre Correa.

198. S. LASIANTHA Bth. l. c. — Fruticosa: ramis dense lanatis; foll. subsessilib. ovali-oblongis obtusis crenatis, basi rotundatis v. cordatis, supra rugosissimis hispidis, subtus mollissime albo-lanatis, floralib. ovatis acuminatis, calyce breviorib. deciduis; racemis elongatis simplicib.; verticillastris distantib. multifloris;

calycib. tubulosis dense lanatis, labio superiore integro inferiorisq. dentib. ovatis acutis; corollis calyce dimidio longiorib., tubo vix exserto ventricoso, extus pubescente, labiis subaequalib.; connectivis postice linearib. deflexis, longitudinaliter connatis; stylo glabro. ♁ — Folia et habitus fere *S. Scorodoniae*, at folia majora rugosiora et subtus mollissime albo-tomentosa. Racemi 6–8-pollicares, saepius rubescentes v. flavescentes. Inflorescentia et floribus *S. eriocalyci* affinis, sed foliis distinctissima. — Habitat in Mexico.

§. 7. *Longiflorae Bth. l. c.* 276. — *Corollae tubus calyce 2-5-plo longior. Labium inferius superiore plerumque brevius v. rarius longius. — Herbae, suffrutices fruticesve, corollis albidis, flavescentibus, aurantiacis, coerulescentibus, coccineis v. purpureis.*

A. *Albidae* Bth. l. c.

Corollae albidae.

199. S. TOMENTELLA Pohl, Plant. Bras. ic. II. 138. † t. 194. — Bth. l. c. — Caule herbaceo? erecto rufo-tomentoso; foll. sessilib. ovato-oblongis obtusis crenatis, basi angustatis rugosis, supra hispidulis, subtus tomentoso-pubescentib., floralib. deciduis; racemo elongato; verticillastris 6–10-floris remotis; calycib. tubulosis striatis tomentoso-pubescentib., labio superiore integro dentibq. labii inferioris acutis; corollis calyce duplo longiorib., extus albo-lanatis, tubo exserto superne ampliato, labiis abbreviatis, superiore recto, inferiore breviore, lobis lateralib. rotundatis reflexis, medio erecto integro concavo; connectivis postice subdilatatis deflexis connatis; stylo breviter barbato. ♃ — Caules (v. rami?) subsimplices 2–3-pedales. Folia pauca remota 2–3-pollicaria. Verticillastri inferiores 2–3 pollices distantes. Calyces subsessiles 6–8-lineares, fructiferi subcampanulati. Corollae 15 lineas longae albae, lana alba densissima vestitae. Connectiva postice brevia. Filamenta supra insertionem longe lineari-producta. Stylus corollam aequans, lobis subulatis subaequalibus. — Ab incolis *Selva* dicitur. — Species inter *Erianthas* et *Tubifloras* quasi media. — Habitat in Brasilia, in campis herbidis provinciae Goyaz circa Metropolim et provinciae Minas Geraës frequens.

B. *Aurantiacae* Bth. l. c. 277.

Corollae aurantiacae v. lutescentes.

200. S. LUTEA H. B. Kth. Nov. gener. et spec. pl. II. 297. t. 148. — Bth. l. c. 277. — Caule fruticoso erecto ramisq. pilosis; foll. oblongis subacutis cordatis crenatis, supra glabris, subtus albo-tomentosis; verticillastris multifloris, inferiorib. distantib.; bracteis ovatis acutis, calyce breviorib. caducis; calycis glanduloso-pilosi labio superiore tridentato. ♁ — Caulis erectus ramosus, rami tetragoni pilosi stricti. Folia opposita petiolata oblonga acuta aut obtusa cordata, supra rugoso-venosa, 1–1½-pollicaria. Petioli semipollicares albo-villosi. Spicae semipedales terminales verticillatae. Flores 9–10 lin. longi. Bracteae hirtae, calyce breviores. Calyx subcampanulatus bilabiatus striatus, labii superioris dentibus acuminato-mucronatis, inferioris bifidi laciniis acuminato-subulatis. Corolla lutea, dorso glanduloso-pilosiuscula, tubo ventricoso calycem triplo superante, labio superiore oblongo galeato concavo obtuso, labio inferiore vix breviore patulo trilobo, lobis rotundatis, intermedio latiore. Stamina inclusa. Stylus exsertus barbatus. — Habitat in Peruvia in locis subfrigidis inter urbem Loxa et montem Saraguru regni Quitensis.

201.? S. PUNCTATA Rz. et Pav. Fl. Per. et Chil. I. 27. t. 39. fig. b. — Bth. l. c. 277. Caule suffruticoso erecto glanduloso-pubescente; foll. petiolatis ovatis acutis serratis, basi rotundatis integerrimis coriaceis venosis, supra viscosis, subtus concolorib. pubescentib. glabrisve, floralib. ovatis acuminatis deciduis; racemis simplicib.; verticillastris 1–10-floris remotis; calycib. campanulatis hirsutis, labio superiore integro obtuso v. brevissime tridentato, inferioris dentib. ovatis acutis; corollis calyce triplo longiorib. pubescentib., tubo exserto subventricoso, labiis

subaequalib., superiore erecto, inferioris lobis rotundatis; connectivis postice linearib. deflexis, longitudinaliter connatis; stylo barbato. ♃ — Planta foetida vulpino odore, ferruginea (R. et P.). Caulis 2–3-pedalis, obsolete tetragonus, ramis brachiatis purpurascentibus. Folia vix pollicaria, longius petiolata quam in icone citata, ovalia glanduloso-viscosa. Racemi semipedales. Corolla alba, saepe lutescens et violaceo-alba, magnitudine *S. lamifoliae*. — Species forsan inter *Brachyanthas* enumeranda. — Habitat in Peruvia in collibus altis Huanuco.

202. S. PAVONII Bth. l. c. 273. — Caule fruticoso bifariam pubescente; ramis superne glanduloso-villosis; foll. petiolatis ovatis obtusis integerrimis, basi cuneatis glabris, floralib. ovatis acuminatis deciduis; racemis simplicib.; verticillastris multifloris distantib.; calycib. campanulatis glanduloso-villosis, labio superiore integro dentibq. labii inferioris late ovatis acutis; corollis extus pubescentib. calyce subquadruplo longioribus, tubo longe exserto, medio inflato, labiis abbreviatis erectis; connectivis postice linearib. deflexis, longitudinaliter connatis; stylo supra barbato. ♁ — Affinis *S. punctatae*, sed diversa foliis integerrimis obtusis, calycibus latioribus, corollis longioribus, tubo ampliori. Corollae flavescentes videntur, labii inferioris lobi erecti brevissimi, medio integro. — In Peruvia.

203. S. INTEGRIFOLIA Rz. et Pav. Flor. Per. et Chil. I. 26. t. 36. fig. b. — Bth. l. c. — Caule fruticoso glabro; foll. petiolatis ovatis integerrimis, basi rotundatis glabris viscosis subcarnosis, floralib. lanceolatis acutis deciduis; racemis abbreviatis simplicib.; verticillastris subsexfloris distantib.; calycib. tubulosis glabris, labio superiore integro dentibq. labii inferioris ovatis acutis; corollis calyce triplo longiorib. pubescentib., tubo exserto subaequali, labio superiore erecto, inferioris lobis rotundatis suberectis, medio integerrimo; connectivis postice linearib. deflexis, longitudinaliter connatis; stylo glabro. ♁ — Caulis bipedalis ramosissimus, rami tetragoni viscoso-resinosi subpurpurei. Folia vix semipollicaria, obtusa v. acuta. Flores ultra pollicares. Calyx viridis cylindricus. Corolla croceo-lutea. Genitalia exserta. — Vernacule *Soccoccha* sec. Pavon. Sic etiam plures aliae *Salviae* species nominatae sunt a Pavonio in herbario Lambertiano. — Habitat in Peruvia ad Caxatambo provinciam juxta aquas thermales Cheuchin et inter rupes.

204. S. OPPOSITIFLORA Rz. et Pav. l. c. 26. t. 43. fig. a. — Bth. l. c. — Caule suffruticoso, basi procumbente; ramis erectis tenuiter pubescentib.; foll. petiolatis ovatis obtusis, basi rotundatis v. cordatis rugosis pubescentib., floralib. deciduis; racemis simplicib.; verticillastris bifloris secundis; calycib. tubulosis striatis, labio superiore integro dentibq. labii inferioris ovatis acutis; corollis calyce quadruplo longioribus, extus pubescentib., tubo longe exserto, labiis subaequalib., inferioris lobis suberectis integris rotundatis; connectivis postice linearib. deflexis, longitudinaliter connatis; stylo glabro ♁. ♃ — Suffrutex, gratissimo odore praeditus R. et P., 1–2-pedalis. Folia vix sesquipollicaria, nunc vix pollicaria, subtus venosa, leviter crenulata. Racemus 1-pollicaris. Corolla *S. tubiflorae* paullo minor, coccinea. *S. grata* Vahl, Enum. pl. I. 244. — Habitat in Peruvia in locis altis aridis et ventosis Tarmae oppidi.

205. S. STRICTIFLORA Hook. Bot. Misc. II. 24. — Bth. l. c. 279. — Caule fruticoso; ramis breviter tomentoso-pubescentib.; foll. petiolatis ovatis acutis crenato-serratis, basi cordatis crassiusculis subcarnosis glabriusculis, floralib. ovatis acutis membranaceis deciduis; racemis elongatis; verticillastris bifloris secundis; calycib. tubulosis striatis pubescentib., labio superiore integro dentibq. labii inferioris ovatis acutis; corollis calyce ultra duplo longioribus, tubo elongato incurvo, extus tomentoso, labiis subaequalib. vix patentib., superiore recto integro, inferioris lobis lateralib. brevissimis; genitalib. exsertis; connectivis postice deflexis linearib., longitudinaliter connatis; stylo glabro. ♄ — Frutex orgyalis. Folia 1½–2-pollicaria, pallide viridia carnosula, juniora tenuiter pubescentia. Racemi ultrapedales. Folia floralia et calyces striati pubescentes glumacei, ante anthesin imbricati. Verticillastri post anthesin pollicem distantes. Corollae aureo-coccineae, sesquipollicares. A *S. tubiflorae* var. *β.* differt foliis glabriusculis

carnosis minus cordatis, caule glabriori; a *S. glumacea* vix diversa videtur, nisi patria et foliis minus cordatis. — Habitat in Peruvia inter Yago et Obrajillo vallis Canta.

206. S. TUBIFLORA Sm. Icon. 26. t. 26. — Bth. l. c. † — Caule suffruticoso erecto villoso; foll. petiolatis ovatis obtusis crenato-serratis, basi cordatis, supra pubescentib. v. villosis, subtus albo-lanatis v. inferiorib. glabratis, floralib. ovato-lanceolatis acutis membranaceis deciduis; racemis simplicib.; verticillastris bifloris secundis; calycib. tubulosis striatis lanatis v. villosis, labio superiore integro dentibq. labii inferioris lanceolatis acutis; corollis calyce triplo longiorib., tubo elongato incurvo, extus tomentoso, labiis subaequalib. suberectis, superiore integro, inferioris lobis parvis rotundatis erectis, medio concavo; genitalib. subexsertis; connectivis postice linearib. deflexis, longitudinaliter connatis; stylo glabro. 2. — Caulis bipedalis erectus, basi ramosus, obtuse tetragonus striatus, in var. *α.* densissime et mollissime, in var. *β.* breviter villosus. Folia mollia, subtus albo-lanata. Racemi in utraque varietate recti v. apice subnutantes. Folia floralia et calyces glumacei, saepius tomento candido subsericeo vestiti. Corolla aureo-coccinea sesquipollicaris. Var. *β.* non differt nisi foliis inferioribus glabratis et caule racemoque minus villosis. Folia juniora subtus constanter tomentosa. — *S. biflora* Ruiz et Pav. Fl. Per. et Chil. I. 24. t. 38. fig. a.

β. glabrata: foll. inferiorib. concolorib. subglabris. — *S. excisa* Rz. et Pav. Fl. Per. et Chil. I. 25. t. 36. fig. a. — Habitat in Peruvia in montibus arenosis Huanuco in provincia Chancay, in arenosis Peruviae meridionalis, *β.* in montibus arenosis vulgo Lomas in Camanae provincia ad oppidum Atiquipa.

C. *Coccineae* Bth. l. c. 280.
Corollae coccineae v. purpureae.

207. S. LEONUROIDES Glox. Obs. bot. 15. t. 2. — Lam. Ill. t. 20. fig. 3. — Bth. l. c. 280. — Caule fruticoso; ramis glabriusculis; foll. petiolatis ovatis v. rhomboideis obtusis subcrenatis, basi truncatis subcordatis, supra glabriusculis, subtus venosis canescentib., floralib. conformib.; verticillastris subsexfloris; florib. foliis subaequalib.; pedicellis petiolo breviorib.; calycib. tubuloso-campanulatis glabris, labio superiore integro lobisq. labii inferioris late ovatis acutis; corolla calyce subduplo longiore, tubo ventricoso, labiis subaequalib., superiore erecto integro, extus pubescente, inferioris lobis lateralib. oblongis reflexis, medio rotundato deflexo; staminib. inclusis; connectivis edentulis, postice deflexis obtusis, longitudinaliter connatis; stylo exserto barbato, lobis subulatis. ♁ — Frutex orgyalis, rami sulcati nodosi glabri v. tenuiter cano-tomentosi. Folia in apicibus ramorum saepe approximata, inferiora saepe subrotunda, suprema ovato-oblonga, rarius integerrima, saepius sinuata v. crenulata. Verticillastri in axillis foliorum caulinorum nec racemosi. Calyces ampli virides glaberrimi. Corolla coccinea, styli lobus superior attenuato-subulatus, inferiore paulo longior. — *S. formosa* L'Hér. Stirp. I. 41. t. 21. — Mirb. in Ann. Mus. Par. XV. t. 15. fig. 9. — Trattin. Tabul. t. 398. — Curt. Bot. Mag. t. 376. — *Jungia formosa* Moench. — *S. nodosa* Rz. et Pav. Fl. Per. et Chil. I. 25. t. 41. fig. a. — *S. pyrifolia* Dombey ex Cav. — Habitat in locis temperatis regni Quitensis prope pagum Chillo et Ichubamba, in arenosis argillaceis petrosisque Huanuco.

208. S. PLUMOSA Rz. et Pav. Fl. Per. et Chil. I. 26. † t. 37. fig. a. — Bth. l. c. — Foll. subcordatis acutis crenatis; pedunculis 4–5 axillarib. seniflоris; stylo plumoso. ♁ — Planta subtomentosa, tomento ferrugineo. Caulis orgyalis erectus ramosus. Rami teneri lanuginosi tetragoni brachiati. Folia petiolata subcordata acuta crenata venosissima rugosa, subtus leviter lanuginosa. Flores axillares verticillati pedunculati. Pedunculi 3–4, frequentius 5, tereles uniflori, petiolis longiores, bracteolis totidem subulatis aliquando ovatis suffulti. Calyx bifidus nervosus tubulosus, intus scaber. Corolla purpurea, extus hirsuta, calyce duplo longior, labiis aequalibus, superiore emarginato, inferiore trifido. Stylus hirsuto-purpurascens. — Ex icone et descriptione non a *S. leonuroide* differt nisi foliis subtus

leviter lanuginosis et corollae tubo subtus non ventricoso. — Habitat in Peruvia in Tarmae provinciae praeruptis ad Huassa-huassi vicum.

209. S. BALAUSTINA Pohl, Pl. Bras. icon. II. 133. t. 189. — Bth. l. c. — Suffruticosa erecta pilosa: foll. petiolatis oblongis acutis serratis, basi angustatis, utrinq. viridib. pilosis, floralib. conformib.; verticillastris axillarib. remotis sexfloris; calycib. tubulosis pilosis, labio superiore integro dentibq. labii inferioris ovatis acutis; corollis calyce triplo longiorib., tubo longe exserto, labio superiore recto, inferiore patente breviore, lobis ovatis; connectivis postice deflexis linearibus-dilatatis, longitudinaliter connatis; stylo barbato. ♃ — Caules tripedales, rami rubescenti-brunnei. Folia 2–2½-pollicaria, floralia vix minora. Bracteae lanceolatae, vix pedicello longiores. Calyces breviter pedicellati, superne ampliati. Corolla 2 poll. longa coccinea, labii inferioris lobo medio integro lateralibus parum latiore. Stamina corolla breviora. Stylus paullo longior. — Habitat in Brasilia in dumetis et inter frutices ad margines viarum prope Engenho da Varge provinciae Rio de Janeiro.

210. S. ASPERIFOLIA Bth. l. c. 281. — Caule suffruticoso erecto brevissime pubescente; foll. sessilib. oblongis crenatis, basi angustatis, supra tuberculosis asperrimis, subtus glabriusculis, floralib. ovatis acuminatis membranaceis ciliatis deciduis; racemis elongatis; verticillastris subsexfloris subsecundis, infimis remotis; calycib. tubulosis pubescentib., labio superiore integro dentibq. labii inferioris ovatis acutis; corollis calyce 3-plo longiorib. pubescentib., tubo elongato superne ampliato, labio superiore erecto, inferiore dimidio breviore, lobis lateralib. oblongis deflexis, medio integro; connectivis edentulis, postice deflexis linearib. acutis, longitudinaliter connatis; stylo exserto plumoso. ♃ — Caules elongati, superne subnudi. Folia 3–4-pollicaria coriacea subplicata, supra tuberculis sparsis asperrima. Racemi semipedales pedalesve. Verticillastri inferiores 2–3 poll. distantes. Calyces 4–6-lineares. Corollae sesquipollicares coccineae, tubo superne sed infra faucem ampliato, fauce vix contracta. A *S. scabrida* differt foliis latioribus, floribus numerosioribus et corollae tubo magis inflato. — Habitat in Brasilia in Serra das Caldes in parte meridionali provinciae Goyaz et in pascuis siccis prope Padre Anastasio et ad pagum Congonhas da Serra provinciae Minas Geraës.

211. S. SCABRIDA Pohl, Pl. Bras. icon. II. 140. t. 195. — Bth. l. c. — Caule suffruticoso erecto brevissime pubescente; foll. subsessilib. oblongo-lanceolatis obtusis crenatis, basi angustato-rotundatis, supra tuberculis asperrimis, subtus glabriusculis, floralib. ovatis acuminatis deciduis; racemis simplicib. elongatis; verticillastris pauciforis; calycib. tubulosis pubescentib., labio superiore integro dentibq. labii inferioris ovatis acutis; corollis calyce triplo longiorib. pubescentib., tubo elongato vix ampliato, labio superiore erecto, inferiore breviore, lobis oblongis, medio integro; connectivis postice deflexis linearib., longitudinaliter connatis; stylo plumoso. ♃ — A *S. asperifolia* differt foliis angustioribus, verticillastris plerumque 2–4-floris, et corollae tubo minus ampliato. Color corollae pulchre ruber. — Habitat in Brasilia in pascuis graminosis ad Santa Lucia provinciae Goyaz et circa Barbacena et Registo Velho in campis ad Contendas desertis provinciae Minas Geraës.

212. S. PERSICIFOLIA St. Hil. mss. ex Bth. l. c. — Fruticosa: ramis superne villosis; foll. subsessilib. oblongo-lanceolatis acuminatis subserratis, basi angustatis, supra scabriusculis, subtus concolorib. subglabris, floralib. bracteaeformib. ovatis acuminatis deciduis; racemis simplicib.; verticillastris subsexforis distantib.; calycib. tubuloso-campanulatis, extus lana longa purpurea vestitis, labio superiore integro dentibq. brevissimis, labii inferioris ovatis acutiusculis; corollis calyce plus duplo longiorib. villosis, tubo superne ampliato, labio superiore erecto, inferiore dimidio breviore, lobo medio integro; connectivis postice linearib. deflexis, longitudinaliter connatis; stylo plumoso. ♄ — Frutex pulcherrimus, 5–7-pedalis. Folia 2–3-pollicaria, subtus ad venas leviter rufo-villosa, caeterum

glabra. Axis racemi et calyces pilis scariosis purpureis articulatis dense vestiti. Calyces fere pollicem longi, fructiferi coriacei, apice parum ampliati. Corolla coccinea, ultra 2 poll. longa. Stylus breviter exsertus, lobo superiore longiore. — Habitat in Brasilia in sylvis primitivis prope pagum Rio Vermelho in parte orientali provinciae Minas Geraës.

213. S. MARIANA Mart. mss. ex Bth. l. c. 283. — Fruticosa: ramis tomentoso-villosis; foll. breviter petiolatis oblongo-lanceolatis, utrinq. longe angustatis, supra laeviusculis, subtus molliter pubescentib. pallidis, floralib. bracteaeformib. ovatis acuminatis deciduis; racemis simplicib.; verticillastris subsexfloris distantib.; calycib. tubuloso-campanulatis, extus lana adpressa subsericea rufo-alba denso vestitis, labio superiore integro dentibq. brevissimis, labii inferioris ovatis acutis; corollis calyce duplo longiorib. villosis, tubo longe exserto, labio superiore erecto, inferiore dimidio breviore, lobo medio subintegro; connectivis postice linearib. deflexis, longitudinaliter connatis; stylo barbato. ♁ — A *S. persicifolia* differt foliis angustioribus subtus subtomentosis et lana calycis. Corollae etiam breviores vix ultra sesquipollicem longae. — Habitat in Brasilia in humidis sylvaticis provinciae Minas Geraës ad Mariana, Registo Velho et Rancho da Viuva prope San Joao del Rey.

214. S. HILARII Bth. l. c. — Fruticosa: ramis glabris; foll. petiolatis oblongo- v. ovato-lanceolatis acuminatis subserratis, basi angustato-cuneatis, utrinq. viridib. laeviusculis glabris, floralib. linearib. subdeciduis; racemis simplicib. abbreviatis; verticillastris paucis 2–4-floris approximatis; calycib. tubuloso-campanulatis, extus lana brevi corrugatis, labio superiore integro dentibq. brevissimis, labii inferioris ovatis obtusiusculis; corollis calyce duplo longiorib. lanatis, tubo longe exserto, labio superiore erecto, inferiore dimidio breviore, lobo medio subintegro; connectivis postice linearib. deflexis, longitudinaliter connatis; stylo barbato. ♁ — Folia fere *S. persicifoliae*, sed latiora, longius petiolata. Racemi vix folia ramealia superantes, verticillastri plerumque 2 v. 3, 2–4-flori. Flores magnitudine florum *S. persicifoliae* v. parum minores, et lana calycis et corollae diversi. — Habitat in Brasilia.

215. S. SALICIFOLIA Pohl, Pl. Bras. icon. II. 140. t. 196. — Bth. l. c. — Fruticosa: ramis glabris pubescentib. v. rufo-villosis; foll. breviter petiolatis oblongo-lanceolatis subcrenato-serratis, utrinq. angustatis glabris v. supra hispidulis, subtus tenuiter rufo-tomentosis, floralib. ovatis acutis deciduis; racemis elongatis; verticillastris sub-6-floris; calycib. tubuloso-campanulatis glabris v. pubescentib., labio superiore integro dentibq. brevissimis, labii inferioris acutis; corollis calyce plus duplo longiorib., tubo longe exserto, labio superiore erecto, inferiore dimidio breviore, lobo intermedio subintegro; connectivis postice linearib. deflexis, longitudinaliter connatis; stylo barbato. ♃ — *S. persicifoliae* affinis, sed calycibus glabris pubescentibusve et foliis minus sessilibus longioribus sat distincta videtur. — *S. arguta* Bth. in Herb. Reg. Berol. mss. — Habitat in Brasilia inter frutices circa Queluz provinciae Minas Geraës, ad rivulum Montiqueira in parte orientali ejusdem provinciae.

216. S. HAENKEI Bth. l. c. 283. — Fruticosa?: ramis cano-tomentosis, apice viscoso-villosis; foll. breviter petiolatis ovali-oblongis v. oblongo-lanceolatis acutis serratis, basi rotundatis rugosis, subtus albo-tomentosis, floralib. bracteaeformib. lanceolatis deciduis; racemis elongatis simplicib. v. verticillastris inferiorib. irregulariter cymosis subramosis; calycib. tubuloso-campanulatis viscoso-villosis, labio superiore integro dentibq. labii inferioris obtusiusculis; corollis calyce subtriplo longiorib., extus viscoso-villosis, tubo longe exserto, labio superiore recto, inferiore eo breviore; genitalib. exsertis; connectivis postice linearib. deflexis, longitudinaliter connatis; stylo glabro. ♁ — Species distinctissima et forma foliorum et inflorescentia. Verticillastri secundi, superiores sexflori v. interdum 8–10-flori laxiusculi, inferiorum cymae elongatae v. racemus basi ramosus. Corolla

15–16 lin. longa coccinea, tubo tenui, apice vix ampliato. Stylus apice tenuissimus, lobis inaequalibus. — Habitat in Peruvia.

217. S. HIRTA H. B. Kth. Nov. gen. et spec. plant. II. 296. — Bth. l. c. 260. † et 721. — Caule fruticoso erecto bifariam piloso; foll. ovato-oblongis acuminatis crenato-serratis, subtus incano-pubescentib.; spicis paniculatis; verticillastris remotis paucifloris; bracteis ovatis acuminatis hirsutis, calyce breviorib. deciduis; calycib. subglanduloso-pilosis. ♄ — Frutex erectus ramosus, rami tetragoni glabri lineis duabus oppositis pilosis instructi. Folia opposita petiolata, supra viridia et tenuissime pubescentia, subtus incano-pubescentia bipollicaria. Petiolus subpollicaris canaliculatus, interne pilosus. Pedunculi pedicellique hirsuti pilis glanduliferis viscidi. Bracteae subrotundo-ovatae acuminato-cuspidatae hirsutae, calyce breviores deciduae. Calyx tubuloso-campanulatus bilabiatus striatus hirtus, pilis glanduliferis, labio superiore acuminato, inferiore bifido, laciniis acuminato-mucronatis. Corolla purpurea, calyce triplo longior, superne hirsuta. Stamina longe exserta. *S. glanduliferae* Cav. affinis. — Habitat in Andibus Peruvianorum prope pagum Ayavaca et villam Lucarque.

218. S. RUBESCENS H. B. Kth. Nov. gen. et spec. plant. II. 301. t. 134. — Bth. l. c. 262. 723. 734. — Caule fruticoso erecto canescente glabro; foll. ovatis angustato-acutis cordatis crenatis, subtus tenuissime cano-tomentosis; spicis paniculatis; verticillastris 4–6-floris distantib.; calycib. densissime piloso-glutinosis. ♄ — Rami obtuse tetragoni. Folia opposita longe petiolata 4-pollicaria, supra tenuissime pubescentia. Petioli 2–3-pollicares glabri. Paniculae terminales, pilis densissimis purpureis patentibus obsitae. Calyx tubulosus bilabiatus purpureus piloso-glandulosus, labio superiore ovato acuto, inferiore bifido, laciniis acuminatis. Corolla amoena purpurea, calyce duplo longior, glabra. — Habitat in temperatis regni Quitensis.

219. S. SQUALENS H. B. Kth. l. c. 297. — Bth. l. l. l. c. c. c. — Caule fruticoso erecto ramisq. piloso-glutinosis; foll. ovato-oblongis obtusis cordatis crenatis coriaceis, supra rugosis pilosis, subtus incano-tomentosis; verticillastris bifloris distantib.; bracteis ovato-oblongis calyce hirto breviorib. deciduis. ♄ — Rami tetragoni purpurei. Folia (*Betonicae*) opposita petiolata, irregulariter crenata coriacea 1½–2-pollicaria. Petioli 8–12 lin. longi glutinosi et pilosi. Spicae terminales 3–4-pollicares. Bracteae ovato-oblongae pilosae glutinae, calyce breviores deciduae. Calyx tubulosus bilabiatus striatus hirtus, labio superiore acuminato, inferiore bifido, laciniis acuminatis. Corolla purpurea, calyce duplo longior, pubescens. Stamina exserta. Specimina florifera haud suppetunt. — Habitat in Andibus Peruvianorum.

220. S. TORTUOSA H. B Kth. l. c. 322. t. 142. — Bth. l. c. 283. † — Caule fruticoso erecto foliisq. subtus fuscescenti-tomentosis ovato-oblongis acuminatis, basi angustatis serratis; spicis secundis; verticillastris subsexfloris approximatis; calycib. villoso-tomentosis; corollis elongatis, labio superiore galeato inferius superante. ♄ — Ex icone supra citata simillima videtur *S. curriflorae*, sed ex descriptione Kunthiana diversa videtur praeter patriam, foliis majoribus fuscescentibus longius petiolatis, floribus minoribus longius pedicellatis, dentibus calycinis subulato-acuminatis. — Habitat in Andibus Quinduensibus Novae Granatae.

221. S. CURVIFLORA Bth. l. c. 284. † — Fruticosa: ramis tomentoso-pubescentib.; foll. petiolatis ovato-oblongis acutis crenato-serratis, basi rotundatis v. angustatis, supra pubescentib., subtus molliter cano-tomentosis, floralib. acuminatis deciduis; florib. secundis incurvo-subreflexis; verticillastris 6–10-floris; calycib. subsessilib. tubulosis pubescentib., labio superiore dentibq. labii inferioris acuminatis; corollis calyce subquadruplo longioribus, extus pubescentib., tubo superne subamplialo, labio superiore erecto, inferiore breviore, lobis lateralib. oblongis reflexis, medio rotundato; staminib. inclusis; connectivis postice brevissime dentatis deflexis lineari-subdilatatis connatis; stylo exserto glaberrimo. ♄ — Habitat in Mexico prope Tlalpuxahua.

222. S. NEOVIDENSIS Bth. l. c. — Fruticosa?: ramis tenuiter pubescentib.; foll. petiolatis ovatis acuminatis serrato-crenatis, basi rotundatis mollib., supra pubescentib., subtus pallide v. cano-tomentosis, superiorib. sessilib., floralib. lanceolato-subulatis calyce longiorib., demum deciduis; racemis elongatis simplicib.; verticillastris laxis remotis secundis 2-6-floris; calycib. tubuloso-campanulatis pubescentib., labio superiore integro dentibq. labii inferioris ovatis acutis; corollis calyce 4-5-plo longiorib. subglabris, tubo basi tenui, apice valde ampliato, labio superiore recto, inferiore brevissimo; genitalib. exsertis; connectivis postice linearib. deflexis, longitudinaliter connatis; stylo glabro. ♁ — Affinis *S. curviflorae*, sed diversa ramis elongatis virgatis, foliis parum latioribus, racemis elongatis, foliis floralibus longioribus subpersistentibus nec ante antbesin deciduis, calycibus minoribus, corollis gracilioribus et staminibus exsertis. Corollae coccineae, 14-15 lin. longae. Stylus et filamenta tenuissima. — Habitat in Brasilia prope Rio de Janeiro.

223. S. FRUTICETORUM Bth. l. c. — Herbacea erecta elata glabriuscula: foli. petiolatis ovatis acuminatis serratis, basi cuneatis, utrinq. viridib. glabris v. tenuissime pubescentib., floralib. deciduis; racemis elongatis simplicib.; verticillastris subsexfloris distantib.; calycib. tubulosis striatis pubescentib., labio superiore integro dentibq. labii inferioris ovatis obtusis; corollis calyce subtriplo longiorib., extus villosis, labio superiore recto, inferiore brevissimo; staminib. corolla breviorib.; connectivis postice linearib. deflexis, longitudinaliter connatis; stylo pubescente. ♃ — Caules 4-pedales. Folia 3-pollicaria. Calyces virides herbacei v. submembranacei nec colorati. Corolla intense rubra, forma fere *S. Neovidensis*, sed extus dense villosa, pilis subflavescentibus. Affinis *S. altissimae*, sed foliis minoribus, calycibus glabris et praesertim corollarum forma et villositate distincta. — Habitat in Brasilia inter frutices in Arrayal.

224. S. ALTISSIMA Pohl, Plant. Brasil. icon. II. 136. t. 192. — Bth. l. c. 285. — Suffruticosa: ramis erectis elatis glabriusculis; foll. petiolatis ovato-oblongis acutis serratis, basi angustato-cuneatis, supra glabris, subtus tenuissime pubescentib., floralib. ovatis acuminatis deciduis; racemis elongatis simplicib.; verticillastris multifloris distantib.; calycib. tubulosis villosis, labio superiore integro dentibq. labii inferioris ovatis acutis; corollis calyce plus duplo longiorib. glabris, tubo longe exserto, labiis subaequalib.; connectivis postice linearib. deflexis, longitudinaliter connatis; stylo piloso. ♃ — Caulis ultra sexpedalis, versus apicem uti nervi foliorum et calyces pilis glandulosis villosus, caeterum planta fere glabra. Folia 4-5-pollicaria. Corolla pure rubra, 14 lin. longa, tubo vix ampliato, labio inferiore trifido, lobis rotundatis. — Habitat in Brasilia inter frutices ad Arrayal Santa Rita provinciae Goyaz.

225. S. MOSCHATA H. B. Kth. Nov. gen. et spec. plant. II. 293. t. 143. — Bth. l. c. — Caule fruticoso erecto glabro; foll. ovatis acutis, basi cuneatis serratis glabris; verticillastris 5-6-floris distantib.; calycib. glabris aut pilosis; corollis elongatis, galea angusta recta. ♁ — Orgyalis, moschum redolens, ramosa, rami quadrangulares stricti. Folia opposita petiolata, venis subtus pilosis, 2-pollicaria. Petiolus subpollicaris glabriusculus. Spicae terminales pedunculatae verticillatae 3-pollicares. Flores 15-16 lin. longi. Calyx tubulosus striatus, junior fuscescenti-hirsutus bilabiatus, labio superiore ovato-acuminato, inferiore bipartito, laciniis acuminatis. Corolla purpurea, calyce triplo longior, externe hirsuta, tubo superne ampliato calyce duplo longiore, labio superiore elongato recto lineari-canaliculato emarginato, inferiore 2-3-plove breviore trilobo subconcavo, lobis rotundatis, intermedio abbreviato retuso. Stylus labio superiore longior, supra villosus. — Habitat in regione alsa prope Almaguer Novo-Granatensium.

226. S. HIRTELLA Vahl, Enum. pl. I. 249. — Bth. l. c. — Caule herbaceo? adscendente viscoso-villoso; foll. petiolatis ovato-oblongis acutis crenatis, basi rotundato-cuneatis, utrinq. viridib. subglabris, floralib. ovatis acutis deciduis; racemis elongatis simplicib.; verticillastris subsexfloris remotis; calycib. tubulosis hirsutissimis, labio superiore integro dentibq. labii inferioris ovatis obtusis; corollis

calyce plus duplo longiorib., extus villosis, tubo longe exserto, labiis subaequalib.; genitalib. longe exsertis; connectivis postice linearib. deflexis, longitudinaliter connatis. ♃? — Caules praesertim in parte superiore uti calyces pilis longis glanduliferis hirsuti. Folia plerumque glabra v. ad venas pubescentia. Corolla coccinea pollicaris, tubo superne parum dilatato. Labia lata, inferius breviter trifidum, vix patens. — Habitat in Peruvia.

227. S. SECUNDA Bth. l. c. 285. et 723. — Caule herbaceo erecto glabro; ramis pubescentib.; foll. petiolatis oblongis, utrinq. angustatis acutis serratis, supra hispidulis, subtus glabris, floralib. ovatis acuminatis deciduis; verticillastris subsexfloris secundis; calycib. tubulosis striatis pubescentib., labio superiore integro dentibq. labii inferioris acutis; corolla calyce dimidio longiore, extus pubescente, tubo breviter exserto subaequali v. ad faucem vix contracto, labiis abbreviatis subaequalib., superiore erecto, inferioris lobis lateralib. oblongis, medio integro; genitalib. inclusis; connectivis edentulis postice deflexis linearib., longitudinaliter connatis; stylo glabro. ♃ — Affinis *S. lamifoliae*, sed distincta foliorum forma, racemis secundis et floribus coccineis, a *S. curviflora* differt foliis longioribus, subtus glabris et floribus multo brevioribus. Rami juniores pilis reflexis pubescentes. Folia 2–3 poll. longa, 9–12 lin. lata, utrinque acuta. Racemi 4–6-pollicares. Corollae coccineae, vix semipollicares. — Habitat in Brasilia meridionali.

228. S. CILIATA Bth. l. c. 286. † — Caule herbaceo?; ramis elongatis glabris v. angulis petiolisq. ciliatis; foll. petiolatis ovatis acutis crenato-serratis, basi rotundatis v. subcordatis glabriusculis, floralib. ovatis acuminatis ciliatis, demum deciduis; verticillastris sub-10-floris; calycib. tubulosis striatis pubescentib., labio superiore integro dentibq. labii inferioris acutis; corollis extus pubescentib., calyce duplo triplove (?) longiorib., tubo superne ampliato, labiis subaequalib.; connectivis postice deflexis linearib., longitudinaliter connatis; stylo glabro exserto. ♃ — Affinis *S. lamifoliae*, at foliorum forma, corollis coccineis etc. distinctissima. Verticillastris vix secundis et foliis a *S. secunda* et *curviflora* differt. — Habitat in dumetis Papantlae Mexicanorum.

229. S. ELEGANS Vahl, Enum. plant. I. 238. — Bth. l. c. — Caule herbaceo erecto glabro v. sparse piloso; foll. petiolatis ovatis acuminatis serratis, basi rotundatis v. angustatis, supra hispidulis, subtus glabris, floralib. sessilib. ovatis acuminatis deciduis; verticillastris remotis subsexfloris; calycib. breviter pedicellatis campanulatis glanduloso-villosis, labio superiore subintegro brevissime 1–3-aristato, inferiore breviter 2-dentato 2-aristato; corolla extus pubescente, calyce sub-6-plo longiore, tubo tenui subincurvo, labiis subaequalib. oblongis; staminib. subexsertis; connectivis postice longe linearib. deflexis, longitudinaliter connatis; stylo exserto barbato. ♃ — *S. incarnata* Cav. Anal. di cienc. nat. II. 112. — H. B. Kth. Nov. gen. et spec. plant. Amer. II. 293. t. 144. — *S. microcaulis* Poir. Dict. VII. 614. — Habitat in Mexico prope Tlalpuxahua et prope Guanaxuato.

230. S. MENTIENS Pohl, Plant. Brasil. icon. II. 137. t. 193. — Bth. l. c. 287. — Herbacea erecta: caule basi glabro, apice patentim piloso; foll. petiolatis ovatis acuminatis serratis, basi rotundatis, utrinq. viridib. glabris, floralib. parvis deciduis; racemis simplicib. elongatis; verticillastris remotis paucifloris; calycib. tubuloso-campanulatis, basi viridib. villosis, apice membranaceis coloratis, labio superiore integro dentibq. labii inferioris ovatis subulato-acuminatis; corollis calyce 4–5-plo longiorib., tubo longe exserto, labiis brevib. subaequalib. latis; genitalib. inclusis; connectivis postice linearib. deflexis, longitudinaliter connatis; stylo glabro. ♃ — Herba subsimplex sesquipedalis, tota glabra, exceptis calycibus rhachique racemi, qui pilis albis patentibus dense villosi sunt. Calyx florens 4 lin. longus, fructifer elongatus, apice membranaceus glaber coccineus. Corolla pulchre coccinea, fere glabra, 18–22 lin. longa, tubo in parte superiore parum ampliato. Labia erecta, inferius brevissime trifidum. — Habitat in Brasilia ad Serra d'Estrella et circa Fazenda de Padre Correa provinciae Rio de Janeiro.

231. S. SPLENDENS Sello mss. in Roem. et Schult. Mant. II. 185. — Bth. l. c. — — Bot. Regist. t. 6. 87. — Rchb. Hort. bot. I. t. 51. — Colla in Mem. Acad. Taur.

XXXI. 331. t. 17. — Caule fruticoso; ramis glabris; foll. petiolatis ovatis acuminatis crenato-serratis, basi cuneatis rotundatis v. subcordatis, utrinq. glabris, floralib. ovatis acuminatis coloratis deciduis; verticillastris bifloris; calycib. campanulatis membranaceis coloratis glabris v. nervis pedicellisq. villosis, labio superiore integro dentibq. labii inferioris late ovatis acutis; corollis extus glabris, calyce subtriplo longiorib., tubo exserto subampliato, labio superiore erecto, inferiore abbreviato; staminib. subexsertis; connectivis postice deflexis linearib. obtusis, longitudinaliter approximatis v. subconnatis; stylo tenuissime glabro. ♁ — Species pulcherrima, in hortis nunc vulgatissima, foliis floralibus, calycibus corollisque coccineis distinctissima. Calyx fructifer ample campanulatus, fere pollicaris, glaber v. villosus. Corolla 2–2½-pollicaris glabra, tubo parum ampliato, labium superius erectum oblongum, inferioris lobi laterales oblongi reflexi, medius integer suberectus. Connectiva edentula. — *S. Brasiliensis* Spr. Syst. veget. I. 56. — *S. coloraus* Hortul. — Habitat in Brasilia, in sylvis ad Guaxindiba prope Rio de Janeiro.

232. S. INVOLUCRATA Cav. Icon. plant. II. 114. t. 105. — Bth. l. c. † — Bot. Regist. t. 1205. — Bot. Magaz. t. 2872. — Caule fruticoso; ramis elongatis glabris; foll. petiolatis ovatis acuminatis, medio crenato-serratis, basi rotundato-cuneatis glabris, floralib. bracteaeformib. sessilib. late ovatis acuminatis coloratis, ante anthesin imbricatis, per anthesin deciduis; verticillastris subsexfloris approximatis; calycib. tubuloso-campanulatis striatis, labio superiore integro dentibq. abbreviatis, labii inferioris ovatis setaceo-acuminatis; corollis calyce 3–5-plo longiorib., tubo ventricoso glabro, labiis abbreviatis subaequalib., supremo erecto villoso; genitalib. inclusis; connectivis postice deflexis linearib. subdilatatis, longitudinaliter approximatis; stylo barbato. ♁ — *S. laevigata* H. B. Kth. Nov. gen. et spec. plant. II. 295. t. 147. — Habitat in Mexico prope urbem Mexici, ad Tlalpuxahua.

233. S. SESSEI Bth. l. c. 288. — Caule fruticoso; ramis glabriusculis; foll. petiolatis ovato-oblongis acuminatis, basi rotundatis cuneatis v. angustatis, utrinq. glabris v. subtus pubescentib., floralib. minorib., supremis minutis deciduis; verticillastris paucifloris paniculatis; calycib. inflato-campanulatis membranaceis coloratis glabris, labio superiore integro dentibq. labii inferioris ovato-rotundatis; corolla calyce subtriplo longiore, extus pubescente, tubo longe exserto subaequali, labio superiore erecto integro, inferioris lobis lateralib. oblongis reflexis, medio parvo rotundato; connectivis postice linearib. deflexis, longitudinaliter connatis; stylo glabro. ♃ — Folia 2–3-pollicaria subcoriacea. Panicula brevis laxa. Calyces fructiferi maximi coccinei. Corolla fere bipollicaris coccinea pubescens. Styli lobus superior longissimus. — *S. calycinflata* Moç. et Sess. mss. — Habitat in Nova Hispania.

234. S. PUBESCENS Bth. l. c. 723. — Caule fruticoso; ramis tomentoso-pubescentib.; foll. petiolatis ovatis obtusiusculis, basi rotundatis rugosis, supra pubescentib., subtus molliter cano-villosis, floralib. minorib., supremis minutis deciduis; verticillastris paucifloris subpaniculatis; calycib. subsessilib. inflato-tubulosis subincurvis, apice coloratis, labio superiore integro, inferioris dentib. late ovatis obtusis; corolla calycem duplo superante, extus pubescente, tubo longe exserto subaequali, labiis subaequalib., inferioris lobis lateralib. oblongis reflexis, medio rotundato; connectivis postice linearib. deflexis, longitudinaliter connatis; stylo breviter barbato. ♁ — Affinis praecedenti et *S. Reglae*, habitus prioris, a qua differt foliorum forma et pubescentia molli totius plantae. Calyces minus inflati et basi pubescentes vix membranacei. — Crescit in Mexico (Oaxaca).

235. S. AGGLUTINANS Lag. Gen. et spec. nov. p. 2. no. 12. — Bth. l. c. 288. — Foll. cordatis ovato-lanceolatis acutis serratis, subtus candicantib.; corollis pubescentib. calyce inflato quadruplo longiorib.; caule hirto viscoso. ♁? ♃? — Folia supra praecipue et praesertim juniora villoso-viscosa. Verticillastri subsexflori bracteati. Bracteae ovatae acuminatae concavae, calyce breviores, deciduae. Corolla coc-

cinea fulgentissima. Stylus superne compressus ibidemque utrinque barbatus. Stigma glabrum, galea longius. Calycibus *S. Sessei* affinis videtur, sed foliis distinctissima. — Habitat in Nova Hispania.

230. S. REGLA Cav. Icon. plant. V. 33. t. 455. — Bth. l. c. 288. — [Lindl. Bot. Regist. (New Ser.) XIV. t. 14.] — Caule fruticoso; ramis glabris v. sub axillis breviter pubescentib.; foll. petiolatis rotundatis obtusis sinuato-crenatis, basi late subcordatis coriaceis rugosis, supra hispidulis, subtus nervosis pubescentib., floralib. subconformib.; verticillastris terminalib. paucifloris; calycib. subsessilib. tubulosis coloratis, labio superiore integro dentibq. labii inferioris late ovatis acutiusculis, corolla calyce duplo longiore, extus pubescente, tubo ventricoso, labio superiore erecto, inferiore vix longiore, lobis lateralib. oblongis reflexis, medio rotundato integro deflexo; connectivis postice edentulis, breviter productis deflexis obtusis, longitudinaliter connatis; stylo glabro exserto, apice subulato bifido. ♄ — Rami purpurascentes. Folia sesquipollicaria, supra pallida, pilis brevissimis aspera, subtus nervosissima rufescentia, tenuiter pubescentia. Flores 3–6, in apicibus ramulorum brevium congesti, foliis calycem subexcedentibus intermixti. Calyces subsessiles, ample tubulosi, 8–9-lineares, molliter pubescentes, demum glabrati nervosi venosi, apice coccinei, basi virescentes. Corolla coccinea, brevissime pubescens, connectivo postice breviore quam in affinibus. — *S. deltoidea* Pers. Enchirid. I. 25. — Habitat ad Vilalpando Mexicanorum, in fundo de Regle.

237. S. GRAHAMI Bth. in Bot. Regist. t. 1370. et Labiat. gener. et spec. 289. — Caule fruticoso; ramis glabris v. tenuissime bifariam pubescentib.; foll. petiolatis ovalib. obtusis, basi rotundatis v. cuneatis, medio irregulariter crenatis subglabris, floralib. ovatis acuminatis ciliatis deciduis; racemis elongatis; verticillastris bifloris; calycib. tubulosis striatis, nervis pubescentib., labio superiore integro dentibq. labii inferioris acutis; corollis calyce duplo longiorib., extus glabris, tubo longe exserto ventricoso, labio superiore erecto integro, inferiore duplo longiore, lobo medio latissimo emarginato; connectivis postice deflexis linearib., longitudinaliter connatis; stylo breviter barbato. ♄ — Valde affinis *S. microphyllae*, at differt caule elatiori (2–3-pedali), ramis bifariam pubescentibus, foliis majoribus non rugosis vix nervosis glabriusculis, racemis elongatis (ultra pedalibus), calycibus saepius coloratis, floribus paullo majoribus. — Habitat in Mexico, in montibus prope Tlalpuxahua, prope urbem Mexico.

238. S. MICROPHYLLA H. B. Kth. Nov. gen. et spec. pl. II. 294. — Bth. l. c. † — Caule fruticoso; ramis tenuiter pubescentib.; foll. petiolatis ovatis obtusis minutis regulariter crenatis, basi rotundatis rugosis pubescentib., floralib. ovatis acuminatis ciliatis deciduis; racemis brevib.; verticillastris bifloris; calycib. tubulosis striatis, nervis pubescentib., labio superiore integro dentibq. labii inferioris acuminatis; corollis calyce duplo longiorib., extus glabris, tubo ventricoso calycem superante, faure contracta, labio superiore recto, inferiore duplo longiore, lobis rotundatis, medio latissimo; connectivis postice deflexis linearib. longitudinaliter connatis; stylo breviter barbato. ♄ — Habitat in locis alpinis Novae Hispaniae prope Sancta Rosa, Moran, Pachucan et ad Vilalpando.

239. S. GLUMACEA H. B. Kth. l. c. 298. — Bth. l. c. 278. et 721. — Caule suffruticoso erecto ramisq. pubescentib.; foll ovatis obtusis cordatis subintegerrimis coriaceis glabriusculis; verticillastris bifloris distantib.; bracteis oblongis acutis ciliatis glumaceis, calycem subaequantib.; calycib. glabriusculis ♃ — Caulis et rami obtuse tetragoni. Folia petiolata semipollicaria et longiora, margine pilis raris obsita. Petioli 3–4 lin. longi, tenuissime pubescentes. Spicae elongatae verticillatae. Bracteae oppositae striatae glaberrimae ciliatae. Calyx tubulosus bilabiatus striatus, labiis piloso-ciliatis, superiore acuminato, inferiore bifido laciniis acuminatis. — Habitat in temperatis Novae Hispaniae.

240. S. SUBROTUNDA St. Hil. mss. ex Bth. l. c. 290. — Herbacea erecta ramosa glabra: foli. petiolatis late ovatis subrotundis obtusiusculis crenato-serratis, basi

rotundato-truncatis, utrinq. viridib. glabris; racemis elongatis simplicib.; verticillastris laxis 2-6-floris; calycib. pedicellatis tubuloso-campanulatis pubescentib., apice coloratis; corollis calyce plus duplo longiorib., tubo exserto ampliato, labio superiore recto, inferiore patente, lobo medio latissimo; genitalib. exsertis; connectivis postice linearib. deflexis. longitudinaliter connatis; stylo glabro. 2. — Affinis *S. coccineae*, sed glabritie et foliorum forma diversa. Corollae tubus in parte superiore amplior et labium inferius brevius. — Crescit in Brasilia.

241. S. COCCINEA Linn. Mant. 88. — Murr. Comm. Gott. 1778. 86. t. 1. — Bth. l. c. — Caule herbaceo erecto cano-pubescente; foll. petiolatis ovatis acutis crenatis, basi cordatis, supra pubescentib., subtus cano-tomentosis, floralib. ovatis acuminatis deciduis; racemis simplicib.; verticillastris 6-10-floris remotis; calycib. tubuloso-campanulatis striatis pubescentib., labio superiore integro dentibq. labii inferioris acutis; corollis glabris calyce duplo longiorib., tubo exserto, superne ampliato, labio superiore abbreviato erecto integro, inferiore subtriplo longiore, lobis rotundatis, medio latissimo emarginato. 2. — Caulis 1-2-pedalis ramosus incanus, raro pilis patulis basi hispidus. Folia 1-2-pollicaria, subtus mollissima, floralia calyce breviora. Calyx saepe purpurascens. Corolla coccinea. Specimina Indica nullo modo ab Americanis differunt. — *Horminum coccineum* Moench. — *S. rosea* Vahl, Enumer. plant. I. 244. — *S. glaucescens* Pohl, Pl. Bras. icon. II. 136. t. 192. — Habitat in America aequinoctiali, in Florida orientali, in Georgia meridionali, in Jamaica, in pascuis camporum inter gramina in via ad Rio Claro provinciae Goyaz, in insula Cuba et in India orientali ad ripas Gangis et circa Maderaspatam e hortis disseminata.

242. S. EXCELSA Bth. mss. in Bot. Reg. [New Ser.] XIV. pl. misc. 185. — Caule herbaceo elato pubescente; foll. petiolatis ovatis acuminatis serrato-crenatis, basi rotundato-cuneatis membranaceis, supra glabriusculis, subtus pallidis puberulis; racemo elongato; verticillastris bifloris; foll. floralib. bracteaeformib., calyces subaequantib. deciduis; calycis tubulosi viridis labio superiore integro; corollae coccineae villosae tubo calyce plus duplo longiore subincurvo, superne ampliato, labiis subaequilongis. 2. — Flores in racemos nudos 4-6-pollicares digesti. — In Guatemala crescit.

243. S. LINEATA Bth. l. c. 724. — Ramis bifariam pubescentib.; foll. petiolatis ovatis obtusis crenatis, basi truncatis, utrinq. viridib., tenuiter pubescentib., floralib. late ovatis deciduis; racemis simplicib.; verticillastris 4-6-floris; calycib. tubuloso-campanulatis viridib. pubescentib., labio superiore integro dentibq. labii inferioris ovatis vix acuminatis; corollis calyce duplo longiorib., tubo exserto ventricoso, fauce contracta, labio superiore extus villoso erecto, inferioris lobis lateralib. oblongis reflexis, medio rotundato deflexo; staminib. inclusis; connectivis postice deflexis oblongo-linearib. longitudinaliter connatis; stylo plumoso. ♀ — Folia fere *S. Grahami*. Corolla fere *S. fulgentis*, at minor. Folia floralia ante anthesin imbricata pubescentia brevissime ciliata, latiora quam in *S. glumacea*, a qua differt etiam pubescentia, foliis crenatis non coriaceis et verticillastris saepius sexfloris. — Crescit in Mexico.

244. S. PSEUDOCOCCINEA Jacq. Coll. II. 302. — Ic. plant. rar. 22. t. 209. — Bth. l. c. 200. — Bot. Magaz. t. 2864. — Caule herbaceo erecto pilis longis patentib. hispido; foll. petiolatis ovatis acutis crenatis, basi rotundatis v. subcordatis, supra pubescentib., subtus tomento cano pubescentib., floralib. ovatis acuminatis deciduis; racemis simplicib.; verticillastris 6-10-floris remotis; calycib. tubulosis striatis pubescentib., labio superiore integro dentibq. labii inferioris acutis; corollis extus tenuiter pubescentib., calyce duplo longiorib., tubo exserto aequali, labio superiore erecto, inferiore duplo longiore, lobis rotundatis, medio latissimo emarginato; connectivis postice deflexis linearib., longitudinaliter connatis; stylo exserto glabro. 2. — A *S. coccinea* differt caule elatiori (3-pedali v. ultra) longe piloso nec cano-tomentoso, foliis majoribus, basi saepius rotundatis nec cordatis, floralibus majoribus, corollae labio superiore paullo longiore. Connectiva sub

insertione breviter dentata. — Habitat in America aequinoctiali, in Nova Andalusia in declivitate montis Tumiriquiri, in Nova Hispania et in Caraccas.

245. S. TUBIFORMIS Klitzsch. in Otto et Dietr. Allgem. Gartenztg. IX. 114. — Lak. Klitzsch. et Otto, Icon. plant. rar. hort. Berolin. II. 70. † t. 98. — Caule suffruticoso erecto petiolisq. pubescenti-villosis; foll. membranaceis deflexis suborbiculari-ovatis, basi cordatis, supra glabris rugosis convexiusculis, margine crenato-serratis ciliatis, subtus in nervis breviter pilosis, superiorib. breviter, inferiorib. longe petiolatis, floralib. deciduis ovato-acuminatis, subtus pilosis; racemis simplicib.; verticillastris 10-12-floris; calycib. longis tubulosis striatis piloso-glandulosis, labio superiore integro dentibq. labii inferioris setosis; corollis puniceis, calyce sexies longioribus, extus villosis, labiis subaequalib., superiore recto emarginato, inferioris lobis rotundatis minutissime denticulatis, lateralib. abbreviatis deflexis, medio oblongo patente; genitalib. longe exsertis; stylis versus apicem pilosis, lobis stigmatis valde inaequilongis. ♃ — In Mexico.

246. S. STOLONIFERA Bth. Pl. Hartweg. 505. — Herbacea stolonifera: caule erecto, basi ramoso folioso hirsuto, superne nudo; foll. longiuscule petiolatis late cordiformib. v. subdeltoideis obtusis crenatis rugosis, utrinq. hirsutis, subtus densius villosis subcanescentib., floralib. bracteaeformib. parvis deciduis; racemo elongato terminali simplici; verticillastris remotis 2-6-floris; calyce tubuloso-campanulato pubescente, labio superiore integro dentibq. inferioris latis obtusiusculis; corollae tubo elongato incurvo, medio inflato, sub fauce contracto, labiis subaequilongis. ♃ — Habitat in Mexico.

247. S. PHOENICEA H. B. Kth. Nov. gener. et spec. plant. II. 302. t. 155. — Bth. Labiat. gener. et spec. 291. † — Caule fruticoso erecto ramisq. muricato-hispidis; foll. ovatis acutis subcordatis serratis glabris; verticillastris multifloris distantib.; calycib. hispido-glandulosis; galea abbreviata; staminib. longe exsertis. ♁ — Quadripedalis ramosa, rami tetragoni quadrisulcati. Folia opposita petiolata, nervo medio pilosiuscula, subtus glaberrima sesquipollicaria graveolentia. Petioli 6-7 lin. longi canaliculati, interne pilosi. Spicae terminales subpedales verticillatae. Pedunculus communis et rhachis purpurascentes piloso-glandulosi. Bracteae ovato-oblongae acutae, pilis articulatis glanduliferis ciliatae, pedicello piloso longiores. Calyx tubulosus bilabiatus striatus hispido-glandulosus, labio superiore acuto, inferiore bifido, laciniis acuminatis. Corolla sanguinea, externe puberula, tubo calycem duplo superante, labio superiore abbreviato obtuso, inferiore trifido patente, lacinia intermedia maxima emarginata biloba, lobis rotundatis. Stylus stamina superans filiformis glaber. Stigma bifidum, laciniis acutis inaequalibus. Fructus in fundo calycis. Achaenia 4 oblonga obtusa, obsolete trigona, externe convexiuscula, interne angustata glabra fusca. Media videtur inter *S. pseudococcineam* et *S. pulchellam*. — Habitat ad radices montium Cotopaxi et El Corazon inter Mulalo et Tambillo in regno Quitensi.

248. S. PULCHELLA DC. Cat. hort. Monsp. 142. — Bth. l. c. 291. et 734. — Colla, Hort. Ripul. 125. t. 16. — Caule fruticoso; ramis pubescentib.; foll. petiolatis ovatis, apice angustatis obtusiusculis crenatis, basi latis cordatis membranaceis rugulosis subglabris, floralib. membranaceis ovatis acuminatis deciduis; racemis simplicib.; verticillastris sub-10-floris; calycib. tubulosis striatis tenuiter pubescentib., labio superiore integro dentibq. labii inferioris ovatis acutis; corollis calyce duplo triplove longioribus, extus glabris, tubo longe exserto ventricoso, basi intus bidentato, labiis subaequalib., superiore recto integro, inferioris lobis lateralib. abbreviatis oblongis deflexis, medio late rotundato breviter emarginato; connectivis postice supra subulato-dentatis deflexis linearib., longitudinaliter connatis; stylo supra brevissime barbato. ♁ — Affinis *S. fulgenti*, a qua differt foliis tenuioribus subglabris, caule glabriore, corollis brevioribus glabris, labii inferioris lobis lateralibus minoribus, medio majore, stylo supra vix barbato. — *S. dolichostachys* Lag. — Habitat in Mexico.

249. S. OLIGOSTACHYA Gasparini, Osservazione 5. † — Caule humili, basi fruticuloso; ramis foliisq. subpuberulis; foll. cordatis breviter acuminatis crenatis,

superiorib. subsessilib.; racemo pauciflore; corollae galea glabriuscula, genitalium longitudine. ♁ — Affinis *S. pulchellae* DC. — Habitat in America australi. — Species insufficienter descripta.

250. S. FULGENS Cav. Icon. plant. I. 15. t. 23. — Bth. l. c. 291. — Sweet, Brit. flow. gard. (New Ser.) I. t. 50. — Bot. Regist. t. 1356. — Caule fruticoso; ramis piloso-hirsutis; foll. petiolatis ovatis acutis crenato-serratis, basi cordatis, supra pubescentib., subtus albo-tomentosis v. lanatis, floralib. sessilib. ovatis acuminatis deciduis; verticillastris 6-floris; calycib. pedicello longioribus. tubuloso-campanulatis pubescentib., labio superiore integro dentibq. labii inferioris ovatis breviter et obtuse acuminatis; corollis calyce duplo longioribus., tubo exserto ventricoso, basi intus bidentato, fauce contracta, labio superiore extus villoso erecto integro, inferioris lobis lateralib. oblongis reflexis, medio rotundato integro deflexo; staminib. inclusis; connectivis postice subulato-dentatis deflexis linearib. longitudinaliter connatis; stylo plumoso vix exserto. ♁ — Frutex 2-3-pedalis v. ultra, rami numerosi nunc fere glabri, saepius pilis densis patulis hirsuti. Folia magnitudine et hirsutie variabilia, nunc vix pollicaria, supra hispido-villosa, subtus lana densa alba vestita, in speciminibus cultis saepe 3-pollicaria, utrinque vix pubescentia, omnia mollia subrugosa, floralia calyce sublongiora, basi ovato-dilatata, acumine longo obtuso, integerrima pubescentia, saepius colorata, ante anthesin decidua. Racemus semipedalis pedalisve, verticillastris ultra pollicem distantibus. Calyces breviter pedicellati 6-8-lineares sub-10-nerves. Corolla speciosa coccinea 2-pollicaris. Stylus dense bifariam barbatus, labio superiore inferius parum superante. — *S. cardinalis* H. B. Kth. Nov. gen. et spec. plant. Americ. II. 301. t. 151. — Crescit in montosis Mexicanis, prope Tlalpuxahua et prope Lerma.

251. S. AYAVACENSIS H. B. Kth. Nov. gen. et spec. pl. II. 298. — Bth. l. c. — Caule fruticoso erecto ramisq. flavo-hirsutis; foll. ovatis acutis cordatis crenatis, subtus pilosis; verticillastris sub-8-floris distantib.; calycib. elongatis piloso-glutinosis. ♁ — Frutex 6-pedalis, rami tetragoni flavo-hirsuti. Folia opposita petiolata, irregulariter crenata, supra pilis parvis appressis obsita, subtus pilosa, 2-2½ poll. longa. Petioli 4 lin. longi flavo-hirsutissimi. Spicae semipedales terminales sessiles verticillatae, verticillastris 6-8-floris, rhachi pedicellisque hirsutis. Calyx 8-9 lin. longus tubulosus bilabiatus striatus piloso-glandulosus, labio superiore acuminato-subulato, inferiore bifido, laciniis acuminato-subulatis. Corolla purpurea? — Habitat in temperatis Peruviae inter Ayavacam et ripam fluminis Cutaco.

252. S. RECTIFLORA Vis. Linnaea XIV. Literatb. 138. — Caule suffruticoso tetraquetro villoso; foll. cordatis serratis, subtus petiolisq. villosis; bracteis ovato-rhombeis cuspidatis, calyce duplo breviorib. deciduis; racemis terminalib. pedunculatis simplicib. villoso-viscidis; verticillastris multifloris; calycib. compresso-clavatis nervosis pedicellos superantib., labio superiore integro inferiorisq. bifidi dentib. lanceolato-subulatis; corollis calyce duplo longioribus. rectis, tubo subclavato, labiis subaequalib., superiore cochleariformi, inferioris lobo medio transverse elliptico erecto, lateralib. marginantib. revolutis; genitalib. labium superius duplo superantib.; connectivis postice deflexis linearib. approximatis connatisve; styli lobis inaequalibus subulatis. ♃ — Habitat.....?

253. S. ACUMINATA Rz. et Pav. Fl. Per. et Chil. I. 24. t. 37. fig. b. — Bth. l. c. 293. — Caule suffruticoso erecto villoso; foll. petiolatis ovatis acuminatis crenato-serratis, basi cordatis rugosis, supra hispidulis, subtus concolorib., ad nervos pubescentib., floralib. calyci subaequalib. ovato-oblongis obtusis membranaceis ciliatis deciduis; racemis subsimplicib.; verticillastris subsexfloris remotis; calycib. pedicellatis tubulosis striatis pubescentib., labio superiore integro dentibq. labii inferioris lanceolatis subincurvis; corollis calyce duplo longioribus., tubo exserto subincurvo, labiis subaequalib., superiore integro, inferioris lobis parvis rotundatis, medio integro; connectivis postice deflexis linearib., longitudinaliter

connatis. ♃ — Caulis orgyalis tetragonus sulcatus, pilis articulatis patentibus villosus. Folia longe petiolata, ample cordata, floralia glumacea incarnata. Racemi longi laxi pauciflori. Pedicelli calycem subaequantes. Calyx fere pollicaris, dentibus subincurvis. Corolla incarnata. — Habitat in Peruvia in praeruptis Pilisо et Cantae.

254. S. LONGIFLORA Rz. et Pav. l. c. 23. t. 10. fig. a. — Bth. l. c. — Caule fruticoso erecto villoso viscoso; foll. petiolatis ovatis acuminatis serratis, basi cordatis pubescenti-hirsutis, subtus albo-tomentosis, floralib. ovatis acutis coloratis deciduis; racemo simplici; verticillastris pauciforis distantib.; calycib. ovatis inflatis coloratis, labio superiore integro dentibq. labii inferioris ovatis acutis; corollis longissimis calyce quintuplo longiorib., extus hirsutis, tubo amplo longe exserto, labiis subaequalib., superiore erecto, inferioris lobis rotundatis; connectivis postice linearib. deflexis, longitudinaliter connatis; stylo glabro. ♁ — Frutex triorgyalis ramosissimus, ramis villosis et glanduloso-pubescentibus. Folia ampla, longe cordiformia. Racemi elongati nutantes. Corolla 5-pollicaris speciosa lanae ovinae colore. — Habitat in Peruvia in praeruptis profundis Tarmae ad Huichay praedium.

D. *Coeruleae* Bth. l. c. 293.

Corollae coeruleae v. coeruleo-violaceae.

255. S. RUMICIFOLIA H. B. Kth. Nov. gener. et spec. plant. II. 305. — Bth. l. c. † — Caule fruticoso erecto ramisq. pubescenti-hirtis; foll. oblongis hastatis obtusiusculis crenatis, subtus incanis et tomentoso-lanatis; paniculis terminalib.; verticillastris bifloris parum remotis; calycib. piloso-glandulosis. ♁ — Frutex 4–5-pedalis erectus ramosus, rami tetragoni pubescenti-hirti. Folia opposita petiolata sagittato-hastata obtusiuscula reticulato-venosa, supra rugosa pilisque conspersa, subtus tomentoso-lanata et incana, 4-pollicaria, basi 2½ poll. lata. Petioli 1–1½-pollicares, incano-lanati. Paniculae longe pedunculatae quadripollicares patentes, spicis verticillatis. Pedunculi ramique paniculae glanduloso-pubescentes. Calyx campanulatus bilabiatus striatus piloso-glandulosus, labio superiore oblongo acuto, inferiore bifido, laciniis acutiusculis. Corolla ignota. — Species inter *Brachyanthas* et *Longifloras* media. — Habitat juxta urbem Quito et in radicibus montis Javirac.

256. S. PETIOLARIS H. B. Kth. l. c. 304. — Bth. l. c. 294. et 724. — Caule herbaceo erecto ramoso tenuissime pubescente; foll. longissime petiolatis deltoideis cordato-hastatis obtusiusculis, irregulariter crenato-serratis hirtis; verticillastris bifloris distantib.; calycis piloso-glandulosi labio superiore tridentato. ♃ — Herba erecta sesquipedalis ramosa. Caulis ramique tetragoni, tenuissime pubescentes. Folia opposita subtripollicaria, utrinque, praesertim subtus in venis pilis tenuibus sparsis albicantibus appressis hirta, reticulato-venosa membranacea tripollicaria, basi 3 poll. lata. Petioli 4–6-pollicares canaliculati hirti. Spicae longe pedunculatae terminales, saepius ternae verticillatae. Bracteae oblongae pubescentes. Calyx campanulatus bilabiatus striatus piloso-glandulosus, labio superiore tridentato, inferiore bifido, laciniis acuminatis. Corolla coerulea pubescens. — *S. sagittatae* et *macrophyllae* affinis. — Habitat in America aequinoctiali in locis calidis in ripa fluvii Magdalenae.

257. S. VITIFOLIA Bth. l. c. 721. — Caule herbaceo erecto villoso; foll. petiolatis late deltoideis angulato-lobatis, basi truncatis v. late sagittato-cordatis crassis, utrinq. villoso-hirsutis viridib. v. subtus rufescentib., floralib. ovato-lanceolatis acuminatis deciduis; racemis elongatis ramosis; verticillastris 2–6-floris remotis; calycib. pedicellatis ovato-campanulatis villosis, labio superiore subtridentato dentibq. labii inferioris acuminatis; corollis calyce 3–4-plo longiorib., tubo breviter exserto ventricoso, limbo hiante, labio superiore falcato, inferiore longiore, lobis rotundatis: stylo glabro. ♃ — Habitus *S. petiolaris, sagittatae* et *macrophyllae* sed foliorum praecipue forma distinctissima est. Flores fere *S. petiolaris*.

Corolla coerulea, tubus supra ovarium contractus, dein prope faucem valde ventricosus. Connectiva postice oblongo-dilatata longitudinaliter connata, extremitate libera. — Crescit in Mexico ad montem San Felipe prope Oaxaca.

258. S. SAGITTATA Rz. et Pav. Flor. Per. I. 23. t. 35. fig. a. — Bth. l. c. 294. † — Caule herbaceo erecto villoso; foll. petiolatis triangularib. sagittatis acutis crenato-serratis rugosissimis molliter villosis, floralib. ovatis acuminatis deciduis; racemis elongatis ramosis; verticillastris remotis 2–6-floris; calycib. pedicellatis ovatis villosis, labio superiore late ovato obtuso v. tridentato, inferiore bifido, dentib. acutiusculis; corollis calyce quadruplo longioríb., tubo exserto subtus subinflato, labio superiore recto integro, inferiore vix majore, lobo medio emarginato; connectivis postice linearib. deflexis, longitudinaliter connatis; stylo glabro. ♃ — Caulis orgyalis erectus, inferne ramosissimus, rami brachiati tetragoni sulcati villosi et glanduloso-pubescentes, saepe erecti, alioquin procumbentes radicantes. Folia longe petiolata deflexa, 2–3-pollicaria, auriculis acutis divergentibus. Racemi saepe pedales, paniculam brachiatam parce ramosam formantes. Verticillastri pauci, saepius 2–4- rarius 6-flori. Calyces purpureo-violacei, labio superiore concavo nec recurvo. Corolla obscure coerulea, extus pubescens, labio inferiore propendente, lobis rotundatis. — Vulgo *Salvia Real.* Incolae *Salviae officinalis* loco hanc speciem substituunt. — Habitat in Peruvia copiose in hortis, versuris et ruderatis Tarmae, Huarocheri et Huanuci, in monte Quindiu Novo-Granatensium et ad Obrajillo.

259. S. MACROPHYLLA Bth. l. c. 725. — Caule herbaceo erecto piloso-hispido; foll. longe petiolatis amplis ovatis cordatis, superiorib. hastatis subrugosis, utrinq. viridib. hispidis, floralib. ovatis deciduis; racemis elongatis ramosis viscosis; verticillastris remotis 2–4-floris; calycib. pedicellatis campanulatis, demum elongatis villosis, labio superiore brevissime tridentato, inferiore bifido, dentib. omnib. ovatis acutis; corollis calyce subquadruplo longiorib., tubo exserto ampliato, labio superiore erecto, inferiore vix longiore, lobis rotundatis; connectivis postice linearib. deflexis longitudinaliter connatis; stylo glabro. ♃ — A *S. sagittata* differt statura elatiori, foliis multo majoribus latioribus, baseos auriculis rotundatis cordatis nec divaricato-hastatis lobatisve, multo minus rugosis et magis hispidis. Verticillastri saepissime biflori secundi. Corolla coerulea. Genitalia exserta. — Crescit in Peruviae valle Huanuco ad ripas fluminum.

260. S. SCUTELLARIOIDES H. B. Kth. Nov. gen. et spec. plant. II. 303. t. 158. — Bth. l. c. 294. † — Herbacea adscendens: ramis piloso-pubescentib. v. glabriusculis; foll. petiolatis ovato-deltoideis acutiusculis crenato-serratis, basi cordato-hastatis, utrinq. hirtellis, floralib. ovatis deciduis; racemis subsimplicib. elongatis; verticillastris distantib. subbifloris; calycib. campanulatis viscoso-villosis, labio superiore breviter tridentato, inferiore bifido, dentib. omnib. acutis; corollis calyce triplo longiorib., tubo longe exserto ventricoso, labio superiore recto, inferiore sublongiore, lobo medio emarginato; genitalib. longe exsertis; connectivis postice linearib. deflexis, longitudinaliter connatis. ♃ — Caules basi procumbentes videntur, rami pedales, in parte superiore subnudi. Folia sesquipollicaria, latitudine longitudinem subaequantia. Calyces breves, pilis glutinosis dense obsiti. Corolla pollicaris coerulea, extus leviter pubescens. Tubus ventricoso-inflatus, sub fauce parum contractus. Labium superius subintegrum, inferioris lobi rotundati, medio multo latiore. Forma calycis et labii inferioris corollae fere *Brachyantharum*, sed tubus longe exsertus. — Habitat in America aequinoctiali in regno Quitensi prope Chillo, in humidis arenosis terrae frigidae prope Santa Fé di Bogota.

261. S. PATENS Cav. Icon. pl. V. 33. t. 454. — Bth. l. c. 295. † — [Maund et Henslow, The Botanist III. t. 109. † — Lindl. Bot. Regist. (New Ser.) XII. t. 23. — Paxton, Magazine of Botany VI. p. 1. cum ic. acn.] — Caule herbaceo erecto piloso; foll. petiolatis ovato-deltoideis crenatis, basi hastatis v. supremis rotundatis, utrinq. hispidis, floralib. lanceolato-linearib.; verticillastris paucis remotis; florib.

maximis; calycib. campanulatis villosis, labio superiore brevissime tricuspidato, inferiore bifido, dentib. acuminatis; corolla calyce subtriplo longiore, fauce ampliata, labio superiore subrecto integro, inferioris lobis lateralib. oblongis reflexis, medio rotundato acuminato; staminib. longe exsertis; connectivis postice deflexis edentulis dilatatis, longitudinaliter connatis; stylo longissimo glabro. ♃ — Caules 1–2-pedales simpliciusculi, pilis patentibus albis articulatis in parte superiore caulis subglandulosis villosi. Folia inferiora petiolata, basi late hastato-cordata, superiora subsessilia, omnia acutiuscula, breviter crenato-serrata, supra rugoso-hispida, subtus pallidiora, hispida v. in speciminibus nonnullis pilis albis rigidis densissime villosa, floralia sessilia integerrima acutiuscula glanduloso-pilosa, inferiora lanceolata, suprema linearia, fere pollicaria. Pedicelli calyce breviores. Calyx campanulatus, 8–9-linearis, vix nervosus, profunde bilabiatus, pilis brevibus mollibus pubescens. Corolla coerulea, ultra 2 poll. longa, extus breviter pubescens, tubo crasso, fauce ampliata, labiis hiantibus suberectis, superiore longiore, inferioris lobo medio dependente late ovato acuminato. Stamina corollam fere pollice, stylus sesquipollice excedentes. — *S. grandiflora* Nee (ex Cav. l. c.) — *S. spectabilis* H. B. Kth. l. c. 304. — Habitat in montibus Mexicanorum prope Tlalpuxahua ad Vilalpando prope Guanaxuato, San Rosa et in umbrosis prope Real del Monte.

262. S. LONGISTYLA Bth. l. c. † — Caule herbaceo? erecto tomentoso-villoso; foll. petiolatis late ovatis acuminatis crenatis, basi ample cordatis rugosis, utrinq. molliter pubescenti-villosis, superiorib. sessilib., floralib. ovatis longe acuminatis ciliatis deciduis, supremis subcomosis; verticillastris 6–10-floris; calycib. elongato-tubulosis, basi striatis molliter pubescentib., labio superiore integro dentibq. brevissimis labii inferioris longe setaceo-acuminatis; corolla calyce vix duplo longiore, tubo aequali, labio superiore erecto, inferiore breviore, lobis ovatis, lateralib. reflexis, medio bifido; genitalib. exsertis; connectivis postice deflexis longissime productis obtusis, longitudinaliter connatis; stylo glabro, lobo superiore longissimo subulato. ♃ — Caules crassi subcarnosi, lana subcanescente brevi villosi. Folia saepius basi inaequaliter cordata, inferiora ampla, superiora multo minora, floralia ante anthesin imbricato-comosa, molliter pubescentia striata, acumine longo subulato molli. Calyx fere pollicaris, pedicello subaequalis, labia ovata acuta, inferius vix fissum, molliter 2-aristatum, superius 1-aristatum. Corolla coerulea subincurva, tubo calycem breviter superante, superne parum ampliato. Labium inferius brevissimum patens, superius subduplo longius, extus glabrum v. tenuiter pubescens. Connectiva edentula, postice linearia, fere ad basin tubi attingentia. — Habitat in regno Mexicano prope Zinepecuaro.

263. S. AMETHYSTINA Smith, Icon. ined. II. 27. t. 27. — Bth. l. c. 296. — Fruticosa: ramis albo-villosis; foll. petiolatis ovatis acutis, basi profunde cordatis, auriculis rotundatis rugosis, supra pubescentib., subtus cano- v. albo-tomentosis, floralib. lanceolatis deciduis; racemis elongatis simplicib.; verticillastris laxe sexfloris remotis; calycib. tubuloso-campanulatis, extus villosis, labio superiore integro dentibq. labii inferioris ovatis acutis; corollis calyce subduplo longioribus, tubo exserto ventricoso, labiis subaequalib., inferioris lobis lateralib. oblongis reflexis, medio subintegro; genitalib. inclusis; connectivis postice deflexis linearib., longitudinaliter connatis; stylo barbato. ♁ — Folia longiuscule petiolata, 2–3½ poll. longa, crenato-serrata. Racemi semipedales. Pedicelli calycem subaequantes. Calyces *S. Mexicanae*, v. parum validiores. Corollae forma corollarum *S. fulgentis* v. *Mexicanae*, coeruleae pollicares. Foliis *S. fulgenti* affinis, floribus *S. Mexicanae*. — *S. venusta* H. B. Kth. Nov. gener. et spec. pl. II. 301. t. 43. — (*S. mollis* in icone.) — Habitat in America aequinoctiali, in Andibus Quindiuensium inter Quebrada de Toche et la Seja, in Nova Granata et in humidis terrae frigidae prope Santa Fé di Bogota.

264. S. KARWINSKII Bth. l. c. 725. — Caule fruticoso (?); ramis rufo-lanatis; foll. petiolatis ovatis acuminatis crenatis, basi rotundatis, supra rugulosis asperulis,

subtus rufo-lanatis, floralib. deciduis; verticillastris multifloris; calycib. ampliis tubulosis glanduloso-villosis, labio superiore integro dentibq. brevissimis, labii inferioris longe acuminatis; corollis calyce duplo longioribus, tubo amplo exserto, labio superiore erecto, inferiore vix longiore, lobis ovatis; genitalib. corollam aequantib.; connectivis postice deflexis longitudinaliter connatis; stylo glabro. ♃? — Affinis quodammodo *S. longistylae* et *S. amethystinae* sed characteribus datis differt. Ex habitu *S. Haenckei* similior, sed corolla coerulea allisque notis jam differt. — Crescit in Mexico.

265. S. CYANEA Bth. l. c. 296. — Caule fruticoso; ramis tetragonis cano-pubescentib.; foll. petiolatis ovatis acuminatis serrato-crenatis, basi cordatis, utrinq. pubescentib., floralib. ovatis acuminatis membranaceis deciduis; racemis simplicib.; verticillastris laxe 6-10-floris subsecundis; calycib. tubulosis rufo-villosis, labio superiore brevissime tricuspidato, inferioris dentib. lanceolatis acutis; corollis calyce subtriplo longioribus, tubo exserto, superne ventricoso, labiis subaequalib., superiore recto, inferioris lobis lateralib. oblongis reflexis, medio rotundato; connectivis postice linearib. deflexis, longitudinaliter connexis; stylo barbato. ♁ — Affinis *S. amethystinae*, sed differt foliis magis acuminatis et praesertim calycibus tenuioribus rufo-villosis, labio superiore tricuspidato. Corolla pubescens, magnitudine *S. amethystinae*, sed tenuior. — Habitat in Nova Hispania.

266. S. MEXICANA Linn. Spec. plantar. 37. — Cav. Icon. plant. I. 16. t. 26. — Bth. l. c. † — Caule fruticoso erecto tomentoso; foll. petiolatis ovatis oblongisve, utrinq. angustatis crenato-serratis tomentoso-pubescentib., floralib. ovatis acutis deciduis, pedicello vix longioribus.; verticillastris 6-20-floris; calycib. elongato-tubulosis, nervis ciliatis, labio superiore integro dentibq. labii inferioris ovatis acutis muticis; corolla calyce duplo longiore, tubo ad medium inflato, sub fauce contracto, labiis subaequalib., superiore recto breviter pubescente, inferioris lobis lateralib. oblongis reflexis, medio minore rotundato emarginato deflexo; connectivis postice deflexis obtusis, longitudinaliter connatis; stylo barbato, lobis subulatis, superiore longiore. ♁ — Rami obtuse tetragoni sulcati, tomento brevi denso vestiti. Petioli 1-1½-pollicares. Folia 2-3-pollicaria nervosa acuminata, breviter crenato-serrata, supra pubescentia, in nervis tomentosa, subtus tomento densiore in junioribus, praesertim in var. *β.* sublanato, basi in var. *α.* cuneata v. longe angustata, in var. *β.* saepius latere uno rotundata, altero cuneata, floralia sessilia, late ovata villosa, breviter acuminata, per anthesin decidua. Racemi saepe pedales, verticillastris approximatis 10-20-floris. Pedicelli 4-6-lineares villosi. Calyces 8-10-lineares v. fere pollicares, in var. *β.* ampli, saepe nigrescentes glabri, nervis ciliatis. Corolla coerulea, tubo oblongo supra basin contracto, intus bidentato. Connectiva edentula. — *Jungia altissima* Mnch. Meth. pl. — *Sclarea Mexicana* Dill. Hort. Elth. 339. t. 254. fig. 330. — *S. melissaefolia* Desf. Cat. Hort. Par.

β. major: foll. junlorib. densius velutino-tomentosis. — *S. papilionacea* Cav. l. c. IV. 9. t. 319. — *S. nitidifolia* Ort. Dec. 6. — Habitat prope Pazcuaro Mexicanorum locis temperatis, prope urbem Mexico.

267. S. GLABRATA H. B. Kth. Nov. gen. et spec. pl. II. 299. — Bth. l. c. 297. — Fruticosa? glabra: foll. petiolatis ovatis acuminatis serrato-crenatis, basi cordatis, utrinq. viridib. glabris, floralib. parvis deciduis; racemis elongatis simplicib.; verticillastris laxis 6-10-floris; calycib. longe pedicellatis tubuloso-campanulatis glabriusculis, labio superiore integro dentibq. labii inferioris subulato-acuminatis; corollis calyce plus duplo longioribus, tubo longe exserto ventricoso, labiis subbreviatis, superiore recto villoso, inferiore longiore, lobo medio latissimo; stylo barbato. ♁? v. ♃? — Specimen Karwinskianum herbaceum videtur, et folia majora (2-4-pollicaria). Corolla violacea pollicaris. Tubus medio ventricosus, ad faucem parum contractus. Calyces profunde bilabiati virides. Stamina inclusa. Stylus breviter exsertus. — Habitat in Mexico, in montibus temperatis Novae Hispaniae inter coenobium Garipense et villam Coccollar.

268. S. CONCOLOR Lambert mss. ex Bth. l. c. — Caule fruticoso (?); ramis glabris; foll. petiolatis ovatis acuminatis serratis, basi truncatis glabris, floralib. deciduis; racemis elongatis simplicib.; verticillastris remotis multifloris; calycib. longe pedicellatis tubulosis striatis villosis, labio superiore integro dentibq. labii inferioris ovatis acutis; corollis calyce duplo longiorib., extus pubescentib., tubo tenui exserto, superne ventricoso, labiis subaequalib., superiore recto integro, inferioris lobis lateralib. oblongis reflexis, medio integro; connectivis postice linearib. deflexis, longitudinaliter connexis; stylo glabro. ♁? — A *S. amethystina* differt foliis glabris concoloribus, basi truncatis nec cordatis, floribus longius pedicellatis. Calyx coerulescens villosus, pili saepe glanduliferi. Corolla coerulea. Folia juniora interdum tenuiter pubescentia. — Habitat in Mexico.

269. S. COERULEA Bth. l. c. 298. † — Caule herbaceo? erecto; ramis glabris v. patentim pilosis; foll. petiolatis ovatis longe acuminatis, basi truncatis rotundatis v. subcordatis glabris, floralib. deciduis; verticillastris 2–6-floris subsecundis; calycib. tubulosis, labio superiore integro dentibq. brevissimis labii inferioris obtusiusculis; corollis calyce subtriplo longiorib., tubo exserto superne ampliato, labiis subaequalib., superiore extus pubescente erecto, inferioris lobis lateralib. oblongis reflexis, medio integro; connectivis postice minute dentatis deflexis linearib. longitudinaliter connatis; stylo glabro. ♃ — Rami nunc glabri v. tenuissime bifariam pubescentes, nunc pilis longis albis patentibus apice saepe glanduliferis hispidi. Folia supra saepius pilis brevissimis raris hispidula, subtus glabra v. ad nervos tenuiter pubescentia, inferiora saepe 4 poll. longa, basi 1½ lata, apice longe angustata. Racemi 4–6-pollicares, verticillastri pauci. Calyces breviter pedicellati, elongato-tubulosi, 10 lin. longi, virides v. subcoerulescentes striati tenuissime pubescentes, labiis ovatis. Corolla coerulea, sesqui- aut 4-pollicaris. Stamina labium superius aequantia. Stylus vix exsertus, lobis tenuibus, supremo duplo longiore. — Habitat in Brasilia meridionali.

270. S. TUBIFERA Cav. Icon. plantar. I. 23. t. 25. — Bth. l. c. 98. — [Lindl. Botanic. Regist. (new Ser.) XIV. t. 44.] — Caule herbaceo glabriusculo; foll. petiolatis late ovatis serrato-crenatis, basi rotundato-truncatis v. subcuneatis glabriusculis v. subtus cano-pubescentib., floralib. deciduis; racemis simplicib.; verticillastris subsexfloris secundis; calycib. subsessilib. tubulosis striatis glabriusculis, labio superiore integro inferiorisq. dentib. ovatis acuminatis; corollis calyce 3–4-plo longiorib., extus glabris v. pubescentib., tubo longe exserto aequali subincurvo, labiis abbreviatis, superiore erecto integro, inferiore breviore, lobis rotundatis deflexis, medio integro; connectivis postice breviter productis deflexis linearib. subdilatatis, longitudinaliter connatis; stylo barbato. ♃ — Caulis bipedalis et ultra, erectus v. adscendens, acute tetragonus purpurascens, glaber v. angulis breviter pubescentibus. Folia fere *S. Mexicanae*, sed tenuiora, basi saepius parum inaequalia. Racemi semipedales, verticillastri saepius 4–5-flori, inferiores pollicem, superiores semipollicem distantes. Corollae violaceae, 12–15 lin. longae, tubo vix ampliato. Genitalia breviter exserta. — *S. longiflora* Willd. Spec. pl. I. 141. — Habitat in Mexico.

271. S. GUARANITICA St. Hil. mss. ex Bth. l. c. — Fruticosa: ramis patentim pilosis; foll. petiolatis ovatis acutis serratis, basi truncato-cordatis rugosissimis hispidis, subtus subcano-tomentosis; racemis plurib. simplicib. secundis; verticillastris pauciforis laxis approximatis; calycib. tubulosis glabriusculis, labio superiore integro dentibq. labii inferioris ovatis acutis; corollis calyce subtriplo longiorib., tubo longe exserto, labiis elongatis aequalib.; staminib. corolla breviorib.; connectivis postice linearib. deflexis, longitudinaliter connatis; stylo subtus barbato. ♁ — Species pulchra. Folia 1–1½-pollicaria. Corollae 15–16 lineas longae, intense coeruleae. Calyces saepius glabri, interdum pilis glandulosis hispidi. — Habitat in Brasilia inter frutices prope Santo Anjo, inter Missiones Uruguayenses vulgaris.

272. S. LAMIIFOLIA Jacq. Hort. Schoenbr. III. 37. t. 318. — Bth. l. c. 299. † — Caule fruticoso? erecto subglabro; foll. petiolatis ovatis acuminatis serrato-crenatis, basi rotundatis v. cuneatis glabris, floralib. membranaceis ovato-lanceolatis deciduis; racemis elongatis; verticillastris 6–10-floris; calycib. subsessilib. tubulosis, labio superiore integro dentibq. labii inferioris acutis; corolla calyce vix duplo longiore, tubo subaequali, labio superiore erecto extus villoso, inferiore breviore, lobis lateralib. oblongis reflexis, medio rotundato integro; staminib. corollam aequantib.; connectivis postice deflexis edentulis obtusis, longitudinaliter connatis; stylo barbato. ♃ — Rami obtuse tetragoni, juniores saepe tenuiter pubescentes. Folia saepe 3–4-pollicaria, glabra v. rarius supra tenuissime pubescentia, subtus nervosa glaberrima, floralia calycem subaequantia acuminata, per anthesin reflexa v. decidua. Calyces subsessiles 8-striati, dentibus ovato-lanceolatis acutiusculis. Corolla coerulea, tubo aequali breviter exserto, labium superius lana albo-coerulea villosum, inferius paullo brevius vix patens. Stamina corollam aequantia. Stylus vix exsertus, lobis subulatis. — *S. Boosiana* Jacq. fil. Ecl. I. 69. t. 47. — *S. Boosii* Tratt. Obs. bot. fasc. II. 59. t. 92. — *S. hyemalis* Boose ex Jacq. l. c. — *S. cyanea* Fisch. Cat. hort. Gorenk. 21. — *S. thymiflora* Willd. Enum. Suppl. 2. — *S. amoena* Sims, Bot. Mag. t. 1294. — Bot. Repos. t. 440. — *S. violacea* D. Donn. Hort. Cant. ed. 4. — *S. latifolia* And. Tr. Soc. Arts and Man. XXV. 210. — *S. azurea, coerulea* etc. Hortul. — Habitat in insula St. Vincentii.

273. S. AFFINIS Cham. et Schlecht. Linnaea V. 99. — Bth. l. c. — Caule fruticoso; ramis glabris; foll. petiolatis ovatis acuminatis serrato-crenatis, basi rotundatis glabris v. tenuissime pubescentib., floralib. ovatis membranaceis deciduis; racemis elongatis subsimplicib. multifloris; verticillastris subapproximatis 6–10-floris secundis; calycib. pedicellatis anguste tubulosis tenuissime pubescentib., labio superiore integro inferiorisq. dentib. longe subulato-acuminatis; corollis calyce subtriplo longiorib., tubo exserto aequali tenui, labiis subaequalib.; genitalib. exsertis; connectivis postice linearib. deflexis, longitudinaliter connatis; stylo glabro. ♁ — Flores pallide violacei. — Habitat in Mexico prope Jalapam, in Cordillera de Guchilapa.

274. S. PURPUREA Cav. Icon. plant. II. 52. t. 166. — Bth. l. c. — Jaq. Hort. Schoenbr. III. 2. t. 253. — Caule herbaceo erecto glabriusculo; foll. petiolatis ovatis acuminatis serratis, basi rotundatis v. cordatis glabris v. tenuissime cano-pubescentib., floralib. parvis ovatis acuminatis deciduis; racemis densis ramosis; verticillastris multifloris approximatis secundis; calycib. tubulosis albo- v. purpureo-lanatis, labio superiore integro dentibq. labii inferioris subulato-mucronatis; corollis calyce subtriplo longiorib., tubo exserto incurvo, labio superiore recto pubescente, inferiore aequali, lobis rotundatis; connectivis postice linearib. deflexis, longitudinaliter subconnatis; stylo utrinque barbato. ♃ — Habitus *S. polystachyae*, sed differt caule glabriore, calycibus secundis dense lanatis, corollis duplo longioribus tubulosis, tubo vix ventricoso. — Habitat in Mexico.

Species hujus sectionis incertae sedis v. dubiae.

275. S. CUPHEAEFOLIA H. B. Kth. Nov. gener. et spec. pl. II. 288. — Bth. l. c. 300. † — Caule herbaceo bifariam piloso; foll. ovato-ellipticis obtusiusculis, basi acutis crenatis glabris, margine hirtis; verticillastris bifloris valde remotis; calycib. glabris ciliatis. ♃ — Caulis sesquipedalis ramosus, rami tetragoni purpurascentes glabri. Folia opposita petiolata, basi acuta et integerrima, utrinque glabra, margine pilis albidis brevibus obsita, 6–9 lin. longa. Petioli 4–6 lin. longi glabri, margine membranacei. Spicae terminales 4-pollicares verticillatae. Pedunculi pilis patentibus apice glanduliferis obsiti. Pedicelli albo-hirti. Bracteae ovato-lanceolatae, longe acuminatae glabrae, margine ciliatae caducae, calycem subaequantes. Calyces tubulosi sulcato-striati bilabiati, labio superiore ovato integro acuto ciliato, inferiore bifido, laciniis acutis ciliatis. Corollae.....? — Habitat in sylvis Peruviae.

276. S. RUFULA H. B. Kth. l. c. 291. — Bth. l. c. † — Caule suffruticoso erecto rufo-tomentoso; foll. ovatis acuminatis, basi angustatis argute serratis, subtus rufo-pubescentib.; verticillastris subsexfloris distantib.; calycib. pilosiusculis. ♃ — Caulis ramosus tripedalis, rami tetragoni rufo-tomentosi. Folia petiolata, basi apiceque integerrima, reticulato-venosa, supra pilis parvis conspersa, 2-3-pollicaria. Petioli 4-5 lin. longi canaliculati rufo-tomentosi. Spicae terminales aut axillares solitariae 3-4-pollicares verticillatae, verticillastris 6-10-floris. Bracteae ovatae acuminato-subulatae pubescentes ciliatae. Calyx bilabiatus, labio superiore integro acuto, inferiore bifido. Corolla purpurascens, labio superiore pubescente. Genitalia inclusa. — Habitat in Andibus subfrigidis Quindiuensibus prope los Gallegos in regno Novo-Granatensi.

277. S. TOLIMENSIS H. B. Kth. l. c. 292. — Bth. l. c. † — Caule fruticoso erecto rufo-pubescente; foll. ovato-lanceolatis, utrinq. acutis inaequaliter crenato-serratis, subtus dense pubescentib.; verticillastris subsexfloris distantib.; calycib. hirtis. ♁ — Caulis tripedalis et altior, rami tetragoni dense rufo-pubescentes. Folia opposita petiolata, reticulato-venosa, supra glabriuscula, pilis minutissimis conspersa, 2-3-pollicaria. Petiolus subsemipollicaris canaliculatus rufo-pubescens. Spicae terminales et axillares 3-4-pollicares verticillatae. Bracteae ovatae acutae serrulatae, subtus pubescentes. Calyx bilabiatus hirtus, labio superiore ovato integro acuto, inferiore bifido. Corollae labio superiore recto externe pubescente. Stamina inclusa. Praecedenti similis foliorum forma, tamen satis distincta. — Habitat in monte Quindiu inter Ibaguae et Tolimae metam.

278. S. DISCOLOR H. B. Kth. l. c. 294. t. 146. — Bth. l. c. 301. † — Caulo fruticoso erecto cano-tomentoso; ramis junioribus glutinosis; foll. ovato-lanceolatis acutiusculis, basi rotundatis integerrimis, supra glabris, subtus niveo-tomentosis; verticillastris suboctofloris distantib.; bracteis caducis; calycib. albo-tomentosis. ♁ — Frutex graveolens glutinosus, omnibus partibus valde amarus, 2-3-pedalis. Caulis ramosus, rami tetragoni pulverulento-tomentosi incani, junieres virides et glutinosi. Folia opposita petiolata subcoriacea bipollicaria. Petioli subsemipollicares albo-tomentosi. Spicae terminales verticillatae 8-9-pollicares. Calyx campanulatus striatus albo-tomentosus bilabiatus, labio superiore ovato acuto, inferiore bidentato, dentibus acutis. Corolla calyce duplo longior, nitido-violacea, labio superiore recto obtuso, breviore inferiore tripartito, laciniis intermedia majore biloba. Stamina inclusa. Stylus paullo exsertus. Corolla.....? — *S. Bonplandiana* Dietr. et Gaertn. Lexic. Nachtr. VII. 403. — Habitat in montibus obumbratis Andium Peruvianarum in convalli amoena fluvii Guancabambae.

279. S. ACUTIFOLIA Rz. et Pav. Flor. Per. et Chil. I. 24. t. 38. fig. b. — Bth. l. c. † — Foll. cordatis acutis obtuse serratis; spicis verticillatis. ♁ — Planta orgyalis. Caulis erectus obtuse tetragonus ramosus. Rami oppositi erecti tomentosi, obtuse tetragoni sulcati. Folia petiolata acuta, aliquando duplicato-serrata, serraturis approximatis, supra rugosa, utrinque tomentosa venosissima. Spicae terminales verticillatae. Verticillastri 6-12-flori approximati. Flores breviter pedunculati secundi. Bracteae oppositae ovato-lanceolatae acutae carinatae caducae tomentosae. Calyx tomentosus, intus scaber bilabiatus aequalis, labio superiore integro, inferiore bifido. Corolla purpurea, calyce duplo longior. Stamina corollae longitudine. Stigma bifidum villosum exsertum. Vernacule *Socconcha*. — Habitat copiose in Cheuchin Peruviae pratis et humidis.

280. S. PAUCIFLORA H. B. Kth. l. c. 303. — Bth. l. c. — Caule suffruticoso erecto ramisq. hirtis; foll. ovatis obtusis cordatis crenatis, subtus tenuissime albo-tomentosis; verticillastris bifloris distantib.; calycib. pubescentibus. ♃ — Sesquipedalis et altior ramosa, rami tetragoni quadrisulcati purpurei. Folia opposita petiolata crassiuscula reticulato-venosa rugulosa, supra viridia et pubescentia, pollicaria et longiora. Petioli subpollicares albo-tomentosi. Spicae terminales bipollicares verticillatae. Bracteae oblongae, calyce breviores caducae. Calyx

tubulosus bilabiatus striatus pubescens, labio superiore acuto, inferioris bifidi laciniae acuminatae. Corolla purpurea, labio superiore hirsuto. Stamina et pistillum exserta. — Habitat in calidis Novae Hispaniae.

Sectio IX. ECHINOSPHACE Bth. Labiat. gener. et spec. 302.

Folia floralia et bracteae imbricatae spinosae. Calyx ovatus, labio superiore tridentato, inferiore breviore bifido, dentibus omnibus spinosis. Corollae tubus intus piloso-annulatus, labium superius rectum emarginato-bifidum, inferioris lobi laterales parvi, medio maximo lacero-fimbriato. Connectiva medio affixa remota, postice subporrecta, loculum subconformem polliniferum ferentia. — Herba Californica. Flores in verticillastris densissimis multifloris bracteis suffultis glomerati.

281. S. CARDUACEA Bth. l. c. † — Caule herbaceo erecto subsimplici albo-lanato; foll. petiolatis oblongis pinnatifidis, subtus laxe lanatis, lobis ovatis sinuato-dentatis, dentib. spinoso-acuminatis, floralib. bracteisq. imbricatis spinosissimis; verticillastris remotis dense multifloris; calycib. inflatis lanatis, labio superiore elongato tridentato, inferiore bifido, dentib. omnib. spinosis; corollae tubo subincluso, labii inferioris lobo medio fimbriato; connectivis postice liberis, antherae loculum subcassum ferentibus. ♃ — Species distinctissima, habitu *Morinae Persicae* v. *Cardui*. Caulis 1-2-pedalis, uti foliorum pagina inferior et calyces lana longa laxa alba vestitus. Folia inferiora *Cardui tenuiflori*, floralia et bracteae omnino *Morinae Persicae*. Verticillastri densissimi, demum 2 poll. diametro. Calyces demum fere pollicem longi. Dentes labii superioris patentissimi, inferioris breviores erecti. Corollae tubus dentes calycinos subaequans, annulo interno obliquo piloso. Labia semipollicaria subaequalia, basi angustata, superius subplanum semibifidum, lobis oblongis obtusis, inferioris lobi laterales breves oblongi, infimus elongatus dilatatus, eleganter et profunde lacerus, omnibus basi angustatis, apice dilatatis. Genitalia subexserta. Connectiva cum filamento subcontinua, antice adscendentia, antherae loculum fertilem adnatum ferentia, postice filiformia, loculo minore subcasso, uti superior croceo. Stylus filiformis, apice aequaliter bifidus. Achaenia lata triquetra. — Habitat in California.

Sectio X. PYCNOSPHACE Bth. l. c. 302.

Folia floralia et bracteae imbricatae muticae. Calyx ovatus, labio superiore tridentato, inferiore bifido, dentibus omnibus subulatis. Corollae tubus intus piloso-annulatus, labium superius rectum, inferioris lobus medius integer v. emarginatus. Connectiva medio affixa, postice remota porrecta, loculum subconformem polliniferum ferentia. — Herba Californica. Flores in verticillastris multifloris densissime glomerati.

282. S. COLUMBARIAE Bth. l. c. † — Herbacea erecta parum ramosa: foll. profunde pinnatifidis rugosis glabriusculis, lobis oblongo-linearib. obtusis erosodentatis incisisve, extimo vix latiore, floralib. bracteaeformib.; verticillastris solitariis binisve dense multifloris hemisphaericis; bracteis late ovatis membranaceis acuminatis imbricatis; calycis ovati pubescentis labio superiore elongato concavo breviter tridentato, inferiore breviore bifido; corollae tubo incluso, labii inferioris lobo medio crenulato; connectivis postice liberis subporrectis antherae loculum cassum ferentibus. ♃ — Habitus fere *Scabiosae Columbariae*. Caulis semipedalis v. vix pedalis pubescens, sub verticillastro nudus. Folia in parte inferiore caulis fere *S. clandestinae*. Verticillastri a foliis caulinis longe remoti, 8-10 lin. diametro, capituliformes coerulescentes. Bracteae numerosae latissimae. Corolla calyce parum longior, magnitudine corollae *S. Niloticae*. — In California.

† *Species dubia.*

283. S. LEONIA Bth. l. c. 303. — Herba pedalis ramosa pubescens: caule tetragono; ramis brachiatis. Folia cordata crenata rugosa pubescentia petiolata. Flores eleganter rubri, per verticillastros 5-6-floros pedunculatos dispositi et bracteis ovato-acuminatis sessilibusque instructi. Calyx striatus bilabiatus, labio superiore truncato tridentato adscendente, inferiore bidentato dentibus acutissimis

longioribus. Corolla ringens, tubo brevissimo, fauce sensim ampliata striata subtrigona, rictu subrotunda, labio inferiore trifido, lacinia intermedia majore emarginata, superiore erecto carinato emarginato breviore. Stamina 2 fauci corollae ad latus labii inferioris inserta, superne furcata, antheris 4 oblongis, quarum singula in qualibet divisione filamenti. Ovarium superum tetragonum, stylo filiformi corolla longiore, stigmate trifido, lacinia inferiore majore. Semina 4 oblonga. — *Leonia salvifolia* Llaw. et Lex. Nov. veg. descr. II. 6. — Habitat in Mexico in praesidio de Sancta Rosa ad Chignaguam.

Sectio XI. HETEROSPHACE Bth. in Hook. Bot. Misc. III. 347.

Folia floralia decidua. Calyx tubulosus, labio superiore truncato tridentato Corollae tubus intus piloso-annulatus, labium superius breve rectum, inferioris lobi laterales parvi subpatentes. Connectiva medio affixa, postice remota porrecta, loculum subconformem polliniferum ferentia. — Herbae Mediterraneae, Africanae, Asiaticae et Boreali-Americanae, floribus racemosis, verticillastris laxis pauciflоris, calycibus saepe coloratis.

284. S. NILOTICA Vahl, Enum. pl. I. 258. — Bth. Labiat. gen. et spec. 303. † — Murr. Comment. Götting. 1778. p. 98. t. 2. — Jacq. Hort. Schoenbrunn. III. 48. t. 92. — Caule herbaceo erecto villoso; foll. inferiorib. petiolatis ovatis crenatis erosis v. lyratis, basi subangustatis, superiorib. late cordiformib. subsessilib., omnib. utrinq. viridib. rugosis villosis, floralib. ovato-lanceolatis acutissimis calyce subbreviorib.; racemis subbrevialis ramosis; verticillastris 6–10-floris distinctis; calycib. ovato-campanulatis pubescentib., labio superiore truncato, dentib. acutissimis divergentib., inferioris dentib. lanceolatis acutissimis; corollis calyce dimidio longioribus., tubo subaequali, intus nudo, labio superiore recto, inferioris patentis lobis subreflexis, medio emarginato; connectivis postice liberis porrectis antherae loculum cassum ferentibus. ♃ — Caulis 2–3-pedalis, acute tetragonus, pilis subviscosis magis minusve villosus. Folia in var. *α.* 2–3-pollicaria, inferiora ovalia, suprema late ovata, basi truncata v. cordata, omnia breviter crenata; in var. *β.* majora subincisa, basi inciso-pinnatifida. Racemi juniores densi, demum laxi paniculato-ramosi. Folia floralia dentesque calycini coerulescentes acutissimi, dente medio labii superioris saepe minimo. Corollae pallide coeruleae. — ***Horminum napifolium*** Mill. Dict. no. 4? — ***Horminum Niloticum*** Moench. Meth. pl. — ***S. applanata*** Willd. Enum. hort. Berol. Suppl. 3. — ***S. intermedia*** Schult. Obs. bot. 9. — *S. napifolia* Auct. plur. et Hortul. (non Jacq.: — *S. Abyssinica* Jacq. Icon. rar. I. 2. t. 6. non Linn. herb. an Linn. fil. Suppl. 81? — *S. Nubia* Murr. Comm. Gött. 1770 90. t. 3. — Habitat in Aegypto.

285. S. SYLVICOLA Burch. Cat. Geogr. no. 6052. — Bth. l. c. 304. — Caule herbaceo adscendente villoso; foll. breviter petiolatis late ovatis acutis dentatis, basi cordatis sublobatis, utrinq. villosis, floralib. ovatis acuminatis calyce breviorib.; racemis simplicib.; verticillastris secundis laxis 6-floris distantib.; calycib. tubuloso-campanulatis villosis, labio superiore truncato tridentato, inferiore bifido, dentib. lanceolatis, omnib. setaceo-acuminatis; corollis calyce duplo longioribus., tubo tenui exserto, labio superiore recto emarginato, inferiore longiore patente, lobo medio emarginato, connectivis postice liberis antherae loculum alterum ferentibus. ♃ — Caules elongati 2-pedales et ultra, subsimplices tetragoni villosi. Folia fere *S. Niloticae*, sed omnia saepius petiolata et basi lobis utrinque 1–2 instructa villosiora et subtus subcanescentia. Racemus florens 3–4-pollicaris, fructifer elongatus, verticillastris ultra pollicem distantibus. Axis, pedicelli et calyces dense molliter villosi. Folia floralia calyce, bracteae pedicello breviora. Corolla fere *S. auritae*, sed dimidio minor. — Habitat ad Caput bonae spei.

286. S. TENUIFOLIA Burch. l. c. 2981. — Bth. l. c. Caule herbaceo erecto, basi ramoso villoso; foll. longe petiolatis ovato-rotundatis obtusis dentatis subincisisve, basi subcordatis truncatis v. subhastatis lobatisve, utrinq. villosis, floralib. pedicello subbrevioribus. ovato-lanceolatis acutis; racemis simplicib.; verticillastris subsecundis 2–6-floris remotis; calycib. pedicellatis tubulosis coloratis striatis

pubescentib., labio superiore ovato subtruncato, dentib. lanceolatis acutissimis; corollis calyce subduplo longiorib., tubo exserto aequali, labio superiore erecto brevissimo, inferiore triplo longiore, lobis rotundatis patentib., medio emarginato; connectivis postice liberis antherae loculum cassum ferentibus. 4 — Herba pusilla, basi foliosa et ramosa, cum racemo semipedalis v. vix pedalis. Petiolus lamina foliorum saepius longior. Lamina semipollicaris v. vix pollicaris, nunc fere *Saxifragae rotundifoliae*, nunc ut in *S. sylvicola* sublyrata. Racemus laxus. Verticillastri semipollicem v. demum pollicem remoti. Pedicellus 2–3 lin. longus. Calyx nutans 4–5–linearis tubulosus, sed apice parum ampliatus, dentibus setaceo–acuminatis. Corolla coerulea. Genitalia exserta. — Ex descriptione Thunbergiana affinis est *S. obtusatae*. Sed in hac caulis fere glaber et folia supra glabra, subtus in venis pilosa. Planta nostra tota pilis mollibus subviscosis villosa. — Habitat ad Caput bonae spei.

287. S. AURITA Thunb. Prodr. fl. Cap. 96. — Bth. l. c. 305. — Caule herbaceo erecto villoso; foll. petiolatis lyrato–pinnatifidis v. pinnatisectis, segmentis eroso–dentatis, subtus venosis cano–pubescentib., floralib. minutis ovatis acutis; racemis simplicib.; verticillastris 6–10–floris distantib. secundis; calycib. sessilib. tubulosis elongatis coloratis striatis pubescentib., labio superiore truncato, dentib. setaceis erectis, inferioris dentib. lanceolatis acutissimis; corollis calyce plus duplo longiorib., tubo tenui longe exserto aequali, labio superiore erecto brevissimo, inferiore triplo longiore, lobis rotundatis deflexo–patentib., medio emarginato; connectivis postice liberis antherae loculum cassum ferentibus. 4 — Folia fere *S. scabrae*, sed majora. Caulis subsimplex erectus v. ascendens. Calyces longe cylindrici semipollicares, apice purpureo–coerulei. Corollae magnitudine et forma *S. lyratae*, sed tenuiores. — Habitat ad Caput bonae spei.

288. S. SCABRA Thunb. l. c. 97. — Bth. l. c. — Caule herbaceo erecto paniculato–ramoso; foll. lyrato–pinnatifidis rugosis scabris, margine eroso–crispis, subtus venosis canescentib., floralib. minutis ovato–lanceolatis; racemis elongatis subramosis; verticillastris 6–floris distantib.; calycib. campanulatis pubescentib., labio superiore truncato, dentib. setaceis erectis, inferioris dentib. lanceolatis acutis; corollis calyce duplo longiorib., tubo subaequali intus annulato, labio superiore erecto, inferioris lobis reflexo–patentib., medio emarginato; connectivis postice liberis antherae loculum cassum ferentibus. 4 — Caulis rigidus scaber pubescens bipedalis. Folia profundius incisa quam in *S. runcinata*, lobo extimo maximo, omnibus rigidis rugoso–crispis. Racemi fere pedales, verticillastri numerosi 6–flori v. ultra. Corollae *S. runcinatae*, sed paullo majores. An revera ab illa distincta? — Habitat ad Caput bonae spei.

289. S. MARGINATA E. Mey. Comment. pl. Afric. austr. I. 236. — Caule herbaceo adscendente glabro ramoso; foll. petiolatis ovalib. obtusis sinuato–dentatis subincisisve, v. inferiorib. lyratis, margine ad nervos petiolisq. ciliatis, faciebus glabris; racemis simplicib. ramosisq.; verticillastris 6–floris secundis; calycib. pedicellatis tubuloso–campanulatis subcoloratis subscabris, labio superiori late truncato, dentib. subulatis, inferioris dentib. late lanceolatis subulato–acuminatis; corollis tenuiter pubescentib., calyce subduplo longioribus. — Habitat in Promontorio bonae spei.

290. S. RUNCINATA Linn. Mant. 80. — Bth. l. c. — Jcq. Hort. Schoenbr. I. 5. t. 8. — Caule herbaceo erecto paniculato–ramoso; foll. runcinato–pinnatifidis rugosis, supra hispidulis, lobis inciso–crenatis, terminali majore, floralib. minutis ovato–lanceolatis acutis; racemis subramosis paucifloris; verticillastris 2–6–floris remotis; calycib. ovatis pubescentib., labio superiore truncato, dentib. minutis setaceis erectis, inferioris dentib. lanceolatis acutis; corollis calyce duplo longiorib., tubo subaequali intus annulato, labio superiore erecto, inferioris lobis reflexo–patentib., medio emarginato; connectivis postice liberis subporrectis antherae loculum cassum ferentibus. 4 — Herba humilis, saepius ramosissima cano–pubescens. Folia pollicaria, primordialia lyrata, lobo terminali obovato obtusiusculo,

sinuato-dentata, posteriora praesertim superiora, ut in variotatibus nonnullis *S. clandestinae* pinnatifida, omnia supra pilis adpressis hispidula, subtus glabriora, nervis pubescentibus, vix rugosa acutiuscula, floralia vix limbum longa. Racemi 3–5-pollicares, verticillastri vix 5–6 subsecundi. Calyces breviter pedicellati, limbus 2–3 longi ovato-campanulati, nervis 5 primariis validioribus, supra plani v. inter nervos subconcavi, dentes labii superioris remoti erecti v. divergentes nec conniventes. Corolla coerulea. Annulus intra tubum pilosus. Genitalia breviter exserta. — *S. erosa* Desf. Cat. hort. Par. 68. — Poir. Dict. Suppl. V. 69. † — Habitat ad Caput bonae spei.

281. S. RAPHANIFOLIA E. Mey. Comment. pl. Afric. austr. I. 237. — Caule herbaceo erecto villoso; foll. inferiorib. petiolatis lyrato-pinnatifidis, lobo ultimo ovato-oblongo, saepius auriculato-hastato, caeteris ovatis, foll. superiorib. sessilib. basi hastatis, omnib. obtusis eroso-dentatis rugosis pubescentib.; racemis ramosis; verticillastris sub-10-floris; calycib. brevissime pedicellatis ovatis villosis, labio superiori truncato breviter tridentato, inferiori bifido, dentib. omnib. acutis; corollis calyce duplo longioribus. ♃ — Habitat in Promontorio bonae spei.

282. S. STENOPHYLLA Burch. Cat. Geogr. no. 1881. — Bth. l. c. 308. — Herbacea erecta glabriuscula: foll. petiolatis oblongo-lanceolatis v. linearib. runcinato-subpinnatifidis rugosis, floralib. minutis ovato-lanceolatis acutis; racemis subramosis; verticillastris sub-6-floris remotis; calycib. ovatis glabris, labio superiore truncato brevissime tridentato, inferioris dentib. lanceolatis acutiusculis, omnib. muticis; corollis calyce duplo longioribus., tubo subaequali vix exserto, intus annulato, labiis brevib. subaequalib.; connectivis postice liberis subporrectis antherae loculum cassum ferentibus. ♃ — Affinis *S. runcinatae*, sed glabritie, caule elatiori minus ramoso, foliis elongatis angustatis, racemis gracilibus et dentibus calycinis brevioribus differt. — Habitat ad Caput bonae spei.

283. S. REPENS Burch. l. c. no. 2839. — Bth. l. c. — Herbacea glaberrima: caule basi repente folioso; ramis floriferis adscendentib. subnudis; foll. subradicalib. petiolatis elongatis runcinato-pinnatifidis, vix rugosis, floralib. ovato-lanceolatis acutis calyce breviorib.; racemo subsimplici; verticillastris subsecundis subsexfloris remotis; calycib. ovatis, labio superiore truncato tridentato, inferioris dentib. lanceolatis, omnib. setaceo-acuminatis. ♃ — Folia fere *S. stenophyllae*, sed characteribus datis abunde distinguitur. Corollae apertae non visae, sed ex alabastro videntur corollis *S. stenophyllae* paullo majores. — Habitat ad Caput bonae spei.

284. S. LYRATA Linn. Spec. plant. 33. — Bth. l. c. — Caule herbaceo erecto subsimplici piloso; foll. radicalib. lyratis eroso-dentatis, utrinq. hispidulis, caulinis paucis oblongo-lanceolatis, basi longe angustatis, floralib. oblongo-linearib. calyce subbreviorib.; racemis subsimplicib.; verticillastris 6-floris laxis distantib.; calycib. tubuloso-campanulatis nutantib. pilosis, labii superioris dentib. brevib. distantib., inferioris dentib. lanceolatis acutis; corollis calyce subtriplo longioribus, tubo longe exserto, superne ampliato, labio superiore brevi recto, inferiore triplo longiore, lobis rotundatis patentib., medio latissimo emarginato; connectivis postice liberis porrectis antherae loculum cassum ferentibus. ♃ — Radix crassa perennis. Caulis 8–9 poll. v. in cultis sesquipedem v. ultra altus. Folia radicalia patula 2–3-pollicaria sinuato-obovata v. saepius lyrata, petiolo subulato, caulina saepius 2 v. 4. Racemus simplex v. parce ramosus. Calyces pedicellati, pilis longis patentibus ciliati colorati. Corolla purpureo-violacea, lin. 9–10 v. ultra longa, tubus ad faucem valde ampliatus, labium superius brevissimum emarginatum nec fornicatum. Styli lobus inferior longissimus, breviter exsertus. — *Melissa atro-rubens Bugulae folio* Dill. Hort. Elth. 249. t. 175. fig. 216. — *Horminum Virginicum* Linn. Spec. plant. 832. — *Horminum lyratum* Mill. Dict. no. 2. — *Cunila lyrata* Schrank in Syll. pl. soc. Ratisb. II. 57. — Habitat in America septentrionali, prope Philadelphiam, in Virginia, in Carolina et Georgia frequentissime, et in Novo Aureliano.

295. S. SUBSESSILIS E. Mey. Comment. pl. Afric. austr. I. 237. — Herbacea: caulib. basi repentib., floriferis erectis simplicib. hirtis, foll. subsessilib. oblongis obovatisve obtusis eroso-dentatis, basi angulatis, vix lobatis rugosis, sparse hispidis, floralib. late ovatis acuminatis, calyce breviorib.; racemo simplici; verticillastris 6-floris; calycib. campanulatis declinatis pilosis, labio superiori subtruncato tridentato, inferiori bifido, dentib. omnib. subulato-acutissimis: corollis glabriusculis calyce duplo longioribus, tubo amplo. ♃ — In Promontorio bonae spei.

296. S. OBOVATA Elliott, Bot. S. Carol. et Georg. I. 33. — Bth. l. c. 307. — Caule herbaceo erecto pilosiusculo; foll. late obovatis integris sinuatis glabriusculis, basi longe angustatis, floralib. ovatis calyce subbreviorib.; racemis subsimplicib.; verticillastris 6-floris densis remotis; calycib. tubuloso-campanulatis nutantib. pilosis, labio superiore truncato, dentib. minimis distantib., inferioris dentib. lanceolatis acutis; corollis calyce subtriplo longioribus, tubo longe exserto, superne ampliato, labio superiore brevi recto, inferiore triplo longiore patente; connectivis postice liberis porrectis antherae loculum cassum ferentibus. — Affinis *S. lyratae* et vix foliis omnibus late obovatis integris crassioribus glabrioribus, calycibus brevius pedicellatis et dentibus plerumque brevioribus et minus acutis differt. — Habitat in America septentrionali, in Georgia ad flumen Oakmulgee, ad Novum Aurelianum.

297. S. ACAULIS Vahl, Enumer. plant. I. 257. — Bth. l. c. — Caule herbaceo erecto subsimplici piloso; foll. obovatis integris sinuatis, utrinq. hispidulis, basi longe angustatis, floralib. ovatis calyce subbreviorib.; racemis subsimplicib.; verticillastris sexfloris remotis; calycib. tubuloso-campanulatis nutantib. pilosis, labio superiore truncato, dentib. minimis distantib., inferioris dentib. lanceolatis acutis; corollis calyce plus duplo longioribus, tubo tenui longe exserto, superne ampliato, labio superiore brevi recto, inferiore longiore patente; connectivis postice liberis porrectis antherae loculum cassum ferentibus. ♃ — A *S. obovata* differt corollis minoribus tenuioribus et foliis angustioribus. — *S. ocymoides* Roxb. mss. in Wall. Plant. Asiat. rar. I. 68. — Habitat in India orientali?

298. S. JAPONICA Thunb. Fl. Jap. 22. t. 5. — Bth. l. c. † — Caule herbaceo erecto ramoso glabro; foll. petiolatis pinnatisectis, segmentis ovatis acuminatis, basi angustatis inciso-dentatis v. pinnatifidis glabris, floralib. lanceolatis calyce breviorib.; racemis subsimplicib.; verticillastris subsexfloris distinctis; calycib. tubuloso-campanulatis glabris striatis, labio superiore integro ovato obtuso, inferioris dentib. acutis; corollis calyce duplo longioribus, tubo vix exserto aequali, intus piloso annulato, labio superiore recto, inferiore patente, lobis rotundatis, medio emarginato; genitalib. exsertis; connectivis postice liberis porrectis antheriferis. ☉ — Herba glabra elegantissima. Caulis obtuse tetragonus sulcatus. Folia 3-4-pollicaria v. ultra, superiora simpliciter, inferiora bipinnatisecta. Petioli ciliati. Segmenta saepius petiolulata, 2-3-juga v. parte extima sessili terminali in petiolulum angustata, omnia profunde dentata, utrinque glabra v. subtus ad nervos tenuiter pubescentia, floralia parva decidua. Racemi 4-5-pollicares multiflori, basi saepe subramosi. Verticillastri subsecundi, inferiores semipollicem distantes. Flores magnitudine floris *S. verticillatae*, sed calyx brevior. Corolla coerulea(?), extus subglabra. Stylus glaber, apice breviter et subaequaliter bifidus. — Habitat in Japonia.

299. S. CHINENSIS Bth. l. c. 725. — Caule herbaceo erecto pubescente; foll. petiolatis integris v. infimis trisectis late ovatis obtusis crenatis, basi truncatis cordatisve, supra pilosis, subtus glabris, floralib. parvis bracteaeformib.; racemis subsimplicib.; calycib. tubuloso-campanulatis striatis glabris hispidulisve; corollis calyce subduplo longioribus, tubo vix exserto, labio superiori incurvo, inferiore patente. ☉? — Herba subfasciculatim ramosa. Folia subpollicaria, pili paginae superioris longi sparsi, inferiorum segmenta lateralia intermedio parum minora, sessilia v. petiolulata. Racemi semipedales. Verticillastri distantes subsexflori.

Flores fere *S. Japonicae*. Calycis colorati labium superius integrum rotundatum. Corolla extus pubescens. — Habitat in China prope Kia-nang.

† *Species hujus sectionis non satis notae.*

300. S. TRIANGULARIS Thunb. Prodr. fl. Cap. 96. — Bth. l. c. 308. — Villoso-hispida: foll. triangularib. dentatis; ramis patulis. ♃ — Caulis herbaceus erectus, omnibus partibus pilis albis hirsutus, bipedalis. Rami et ramuli oppositi divaricati flexuoso-erecti. Folia opposita petiolata cordata triangulari-spathulata patentia, vix pollicaria. Petioli longitudine folii. Florum verticillastri remoti pedunculati. Pedunculi reflexi. Calyces angulati aristati, corolla paullo breviores. Distinguitur facile a *S. aurita* petiolis absque auriculis et caule ramoso. — Habitat ad Caput bonae spei.

301. S. OBTUSATA Thunb. l. c. 97. — Bth. l. c. — Villosa: foll. ovatis incisis crenatis; ramis flexuosis. ♃ — Caulis herbaceus, parum villosus debilis erectiusculus simplex v. ramosus, pedalis Rami oppositi, cauli similes flexuoso-erecti. Folia opposita petiolata obtusa incisa et raro subhastata, supra glabra, subtus in venis pilosa, margine ciliata, vix pollicaria. Petioli ciliati, longitudine folii. Flores verticillato-oppositi bini pedunculati. Pedunculi erecti, deflorati reflexi. Calyces angustati scabri aristati, corolla duplo breviores. — Habitat ad Caput bonae spei.

302. S. CLAYTONI Elliott, Bot. S. Carol. et Georg. I. 32. — Bth. l. c. — Foll. cordato-ovatis sinuatis dentatis rugosis; calycis dentib. labii superioris conniventibus. ♃ — Radix crassa, fere tuberosa perennis. Caulis herbaceus erectus, fere pedalis. Folia ovata et cordata lanceolata pinnatifida, segmentis dentatis, rugosa, ad venas et margine pubescentia. Verticillastri 6-flori. Folia floralia cordato-ovata acuminata dentata pubescentia. Calyx subcampanulatus bilabiatus, in venis et margine hispidus. Labium superius tridentatum, dentibus conniventibus, inferius longius bifidum, segmentis acuminatis mucronatis. Connectivum utrinque antheriferum. Antherae fere nigrae. — A *S. lyrata* certe distinctissima dentibus calycinis ut in *Pleiosphaceis* conniventibus, sed ab hac sectione connectivis utrinque antheriferis longe diversa. — Species valde dubia, an rite descripta? — In Carolina meridionali, in pascuis aridis arenosis circa Beaufort abunde.

Sectio XII. HOTIOSPHACE Bth. in Hook. Bot. Misc. III. 374.

Folia floralia et bracteae minutae. Calyx ovatus, labio superiore integro v. brevissime tridentato, dentibus conniventibus, inferiore bifido. Corolla minima, tubo incluso, labio superiore recto, inferiore subpatente. Connectiva medio affixa, postice remota porrecta, loculum subconformem ferentia.

303. S. PLEBEJA R. Br. Prodr. fl. Nov. Holl. 501. — Bth. Labiat. gen. et spec. 309 † et 726. — Caule herbaceo erecto ramoso pubescente; foll. petiolatis oblongis rugosis; verticillastris laxis subsexfloris racemosis; racemis fastigiato-paniculatis; calycib. campanulatis, labio superiore integerrimo dentibq. labii inferioris obtusis; corollis calyce vix longioribus, labio superiore recto fornicato; connectivis postice adscendentib. liberis, antherae loculum cassum ferentibus. ♃ — Caulis bi-tripedalis brachiato-ramosus, obtuse tetragonus, pilis brevissimis reflexis cano-pubescens. Folia 2-3-pollicaria acuta crenata, basi angustata rugosa, tenuiter pubescentia, floralia lanceolata acuta, verticillastro breviora. Racemi laxi ramosissimi. Panicula dense fastigiata. Flores minuti. Calyx pedicellatus declinatus ovato-campanulatus pubescens 13-nervis. Corolla breviter exserta, labio superiore brevi recto subfornicato emarginato, inferiore subpatente, lobo medio longiore emarginato. Stamina superiora nulla, inferiora corollae breviora, connectivis liberis antice loculum fertilem ovato-oblongum medio affixum ferentibus, postice sub loculo casso incrassatis, ad insertionem filamentorum edentulis. Stylus corolla brevior, brevissime bifidus. Achaenia ovato-rotundata laeviuscula badia. — *S. brachiata* Roxb. Hort. Bengh. 4. et Fl. Ind. I. 146. — *S. parviflora* Roxb. Hort. Bengh. 4? — *Ocimum fastigiatum* Roth, Nov. pl. spec. 277. — *Lumnitzera fastigiata* Spr. Syst veget. II. 687. — *S. minutiflora* Bnge. Enumer. plant.

Chin. 30. — Habitat in Asia tropica et Australasia, in humidis Indiae orientalis, in Nepalia, Oude, Hindustania et Silhet, in Deyra Dhoon et ad ripas fluminis Jumna vulgaris, in provincia Tokeen juxta Nyan-ke-hyen Chinae et in Nova Hollandia tropica.

304. S. PUMILA Bth. l. c. 726. — Dene. in Jacquem. Voyage IV. 128. † t. 133. — Caule humili erecto caespitoso, pilis longis rigidis barbato; foll. ad basin caulis approximatis oblongis v. linearib., basi angustatis rugosissimis, utrinq. viridib, floralib. minutis; racemis subramosis; verticillastris remotis 2–6-floris, supremis sterilib.; calycis ovati pilosi labio superiore brevissime tridentato, dentib. conniventib., inferiore bifido, dentib. late lanceolatis acutissimis; corollis vix calycem excedentib.; connectivis postice ascendentib. liberis loculum cassum ferentibus. ♃ — Valde affinis *S. Aegyptiacae*, differt caulibus erectis vix ramosis. Caules vix 3–4-pollicares. — Habitat in Cachemeria.

305.? S. AEGYPTIACA Linn. Spec. plant. 33. — Bth. l. c. 309. † et 726. — Jcq. Hort. Vindobon. II. 49. t. 108. — Caule procumbente humili ramosissimo cano-pubescente; foll. caulinis parvis remotis sessilib. lanceolato-linearib. acutis dentatis v. infimis oblongis, basi in petiolum angustatis, floralib. minutis; racemis elongatis subramosis; verticillastris remotis subbifloris; calycis ovati pubescentis labio superiore brevissime tridentato, dentib. conniventib., inferiore bifido, dentib. lanceolatis subulato-acuminatis; corollis vix calycem excedentib.; connectivis postice ascendentib. liberis loculum cassum ferentibus. ♃ — Planta semipedalis v. vix 9-pollicaris, basi sublignosa. Rami et folia pubescentia tenui canescentes. Folia vix semipollicaria, superiora minora. Verticillastri pauci, ultra pollicem distantes. Flores vix ultra lineam longi. Calyces fructiferi parum aucti villosuli, labio superiore ut in *Plethiosphaceis* orbiculato, supra concavo, dentibus minus conniventibus. Corolla et stamina *S. plebejae*. Stylus breviter exsertus glaber, lobis subulatis. — *Melissa perennis* Forsk. Flor. Aegypt. Arab. 108. — *Thymus hirtus* Viv. Fl. Lib. spec. 30. t. 14. fig. 1. — *Thymus Syrticus* Spr. Syst. veget. II. 697. — Habitat in Africae ora septentrionali et occidentali, in Aegypto, Lybia, insulis Fortunatis, Canariensibus et Capitis Viridis.

Sectio XIII. GYMNOSPHACE Bth. in Hook. Bot. Misc. III. 374.

Calyx ovato-tubulosus, labio superiore integro recurvo, inferiore bifido. Corollae tubus brevis amplus, intus annulatus?, labia brevia, superius erectum, inferioris lobi patentes. Connectiva postice remota deflexa filiformia acuta. Filamenta erecta, cum connectivo subcontinua. — An genus proprium?

306. S. SAXICOLA Bth. in Wall. Plant. Asiat. rar. I. 68. et Labiat. gen. et spec. 310. † — Caule caespitoso, basi ramoso; ramis floriferis erectis subnudis glabris; foll. radicalib. infimisq. rotundatis cordatis crenatis glabris, caulinis paucissimis ovato-lanceolatis inciso-dentatis, floralib. minutis ovatis; racemis subramosis; verticillastris laxis distinctis v. supremis spicatis; calycib. tubuloso-campanulatis nutantib. glabris, labio superiore ovato integro recurvo-patente, inferioris dentib. lanceolatis acutissimis; corollis calycem vix superantib., tubo incluso ampliato, intus piloso annulato, labiis abbreviatis, superiore erecto, inferioris lobis reflexo-patentib.; antheris fertilib. omnino adnatis; connectivis postice abbreviatis subulatis deflexis liberis. ♃ — Caules e basi crassa radicante plures semi- ad sesquipedales simplices v. sub racemo ramorum pari unico, basi glabri, axis racemi molliter villosus. Folia radicalia, petiolo 2–3-pollicari orbicularia v. rotundato-ovata, 1–1½-pollicaria, subtus pallida. Racemus ante anthesin spicatus, demum elongatus. Verticillastri infimi longe remoti, supremi approximati, omnes subsecundi laxi irregulares. Calyx floriger vix 2 lin. longus, fructifer 3–4 lin., nervis 5 validis, labio superiore subplano. Corolla parva coerulescens. Stylus breviter exsertus. — Habitat in India orientali, in Nepalia.

Sectio XIV. HEMISPHACE Bth. in Hook. Bot. Misc. III. 374.

Calyx tubulosus, labio superiore truncato tridentato, inferiore bifido. Corollae tubus latus piloso-annulatus, labium superius erecto-patens fornicatum, inferioris lobi patentes. Connectiva postice remota, brevissime producta deflexa acuta. Filamenta recta, cum connectivo subcontinua. — Herbae regionis Mediterraneo-Pontico-Persicae, habitu *Heterosphaciis*. An genus proprium?

307. **S. VERTICILLATA** Linn. Spec. plant. 37. — Bth. Labiat. gener. et spec. 311. † — Caule herbaceo erecto piloso-hispido; foll. basi cordatis lyratis, lobo supremo maximo ovato-rotundato integris v. sinuato-crenatis, utrinq. hispidis v. lanatis; racemis ramosis; verticillastris 20-40-floris remotis; calycib. tubulosis villosis, labio superiore truncato tridentato, inferiore bifido, dentib. omnib. setaceo-acuminatis; corollis calyce subduplo longioribus, tubo incluso, labio superiore recto fornicato; connectivis postice brevissime productis deflexis attenuatis; filamentis rectis connectivo subcontinuis. ♃ — Caulis 2-3-pedalis tetragonus, pilis brevibus albis hispidus. Folia ampla, irregulariter crenata v. sinuata, crenaturis rarius acutis, supra et subtus ad nervos hispidula, in var. *γ.* juniora subtus dense lanata, floralia deflexa bracteaeformia sessilia late ovata acuminata ciliata membranacea, calyce breviora. Racemi saepe pedales v. ultra, basi ramos utrinque 1-2 emittentes. Verticillastri globosi, plerumque 28-30-flori. Pedicelli calyce subbreviores. Calyx striatus, basi pilis patentibus dense hispidus, apice glabriusculus, saepe coloratus. Dentes labii superioris ovati acutissimi patentes, inferioris lanceolati erecti. Corolla calyce dimidio longior, tubo vix exserto, extus pubescens, labio superiore saepe deflexo, inferioris lobi abbreviati, medio rotundato. Staminum superiorum rudimenta nulla, inferiora corollam subaequantia, loculis fertilibus medio affixis, connectivis edentulis. — *Horminum verticillatum* Mill. Dict. no. 3.

β. mollis: foliis utrinque molliter lanatis. — *S. mollis* Donn, Hort. Cant. edit. 1804. (non Jacq.)

γ. pallida: foliis subintegerrimis caulesque pallide villosis. — Habitat in Europa australi et in Asiae regione Mediterraneo-Pontica.

308. **S. NAPIFOLIA** Jacq. Hort. Vindob. II. 71. t. 152. — Bth. l. c. — Caule herbaceo erecto piloso-hispido; foli. inferiorib. lyratis, lobo ultimo maximo foliisq. superiorib. ovato-oblongis sinuato-crenatis, basi rotundatis cordatisve, utrinque villosulis; racemis vix ramosis; verticillastris 6-12-floris remotis; calycib. tubulosis villosis, labio superiore truncato tridentato, inferiore bifido, dentib. omnib. setaceo-acuminatis; corollis calyce dimidio longioribus, tubo incluso, labio superiore recto fornicato; connectivis postice brevissime productis deflexis attenuatis; filamentis rectis cum connectivo subcontinuis. ♃ — Vix ac ne vix a *S. verticillata* differt verticillastris plerumque 10- nec 28-floris et floribus fere duplo majoribus. Folia ut in *S. verticillata* nunc integra, nunc lyrato-pinnatifida, lobo extimo maximo, lateralibus in petiolo auriculaeformibus, sed plerumque ovato-oblonga potius quam ovato-rotundata et obtusiora. — *S. verticillata* var. d'Urv. in Mém. Soc. Linn. Par. I. 260? — Habitat in Oriente in fruticetis Smyrnae et in arvis Coi.

309. **S. RUSSELLII** Bth. l. c. 312. — Caule herbaceo (?) erecto pubescente; foll. petiolatis oblongis acutis sinuato-dentatis crassis rugosis, utrinq. albo-lanatis, floralib. ovatis acuminatis calyce brevioribus; verticillastris laxe multifloris remotis; calycib. tubulosis, labio superiore truncato tridentato, inferiore bifido, dentib. omnib. acuminatis; corollis calyce dimidio longioribus, tubo incluso, labio superiore recto; connectivis postice brevissime productis subulatis; filamentis rectis connectivo subcontinuis. ♃ — Flores omnino *S. verticillatae*, sed minores. Folia fere *S. pomiferae*. Species distinctissima. — Habitat in Syria prope Aleppo.

† *Species sectionis dubia.*

310. **S. ANTIRRHINIFLORA** Dehnhrdt. Catal. plantar. hort. Camaldulens. 27. † — Caule tetragono subherbaceo ramoso; foll. petiolatis deltoideo-ovatis acuminatis calloso-serratis, subtus incanis; racemi terminalis verticillis dimidiatis trifloris oppositis; bracteis late ovatis ciliatis acuminatis deciduis; calycis tridentati

cylindrici glanduloso-pilosi dentib. mucronulatis; corolla (rosea) ventricosa, basi et apice angustata, labio inferiore trilobo, lateralib. patentib., medio emarginato, subtus barbato, galea villoso-glandulosa saccata stamina occultante; stigmate plumoso. ♃ — Crescit.....?

†† *Species omnino ignotae.*

S. BENTHAMIANA Gardn. Sert. plant. t. 19.
S. BYZANTINA Juss. ex Steud. Nomencl. bot. 725.
S. HALLERI Fisch. ex Steud. l. c. 726.
S. LINARIOIDES Paxton, Magaz. of bot. VII. 77. (c. ic. acn.)
S. MONTANA Gardn. l. c. t. 20. adnot.
S. RIVULARIS Gardn. l. c. t. 20.
S. ROSTRATA Schmidt, N. Abhandl. Böhm. Ges. der Wiss. I. 11.

††† *Species e genere excludendae.*

S. BENGHALENSIS Roxb. — MERIANDRA BENGHALENSIS.
S. DIANTHERA Roth. — MERIANDRA BENGHALENSIS.

3598. AUDIBERTIA *Bth.*

(Bth. in Bot. Reg. XVII. t. 1469. — Meisn. Gener. plant. vascular. I. 284. II. 102. — Bth. Labiat. gener. et spec. 312.)

1. AU. GRANDIFLORA Bth. Labiat. gen. et spec. 312. † — Caule elato villoso; foll. oblongo-ellipticis sinuato-crenatis, basi cordatis rugosis; verticillastris densis multifloris; bracteis late ovatis calycibq. amplis membranaceis coloratis villosis; staminib. longe exsertis. ♃ — Caules 2–3-pedales erecti crassi subsimplices, pilis simplicibus glandulosis villosi. Folia inferiora petiolata 3–4-pollicaria, supra viridia subvillosa, subtus laxe tomentoso-villosa pallida v. canescentia, superiora sessilia minora angustiora, floralia late ovata amplexicaulia, calyces vix superantia, pars suprema saepe sterilis. Verticillastri demum 2 pollices diametro. Bracteae calycem aequantes numerosae imbricatae acutae v. mucronulatae purpurascentes villosae, margine ciliatae. Calycis labium superius amplum obtusissimum, inferius dimidio brevius, profunde fissum, lobis lanceolatis acutis. Corolla fere sesquipollicaris, tubo longe exserto subincurvo, apice parum dilatato, labia patentia brevia, superius emarginatum bifidum, inferioris lobi laterales oblongi, medius late rotundatus. Staminum superiorum rudimenta brevia claviformia, inferiora fertilia longe exserta, ad medium articulata. Connectiva sub articulatione non producta, apice antheram unilocularem linearem ferentia. Stylus stamina aequans, lobis subaequalibus. Achaenia compresso-triquetra. — Habitat in California septentrionali.

2. AU. HUMILIS Bth. l. c. 313. † — Suffruticosa: foll. ad basin caulis approximatis petiolatis oblongo-lanceolatis obtusis crenulatis, basi longe angustatis rugosis canescentib., floralib. bracteisq. lanceolatis acutis villosis; genitalib. exsertis. ♃ — Habitu varietates minores *Salviae officinalis* refert. Caules semipedales, basi foliosi et incani, superne villosi. Folia infima 1–1½-pollicaria, petiolo fere pollicari, more *Salviae officinalis* rugosa, in medio caule remota parva, in parte superiore sub verticillastris bracteaeformia. Verticillastri 3–6 remoti, in racemum simplicem dispositi, semipollicem diametro, densi multiflori. Calyces post anthesin inflati, profunde bilabiati, labio superiore brevissime tridentato, dentibus acutissimis, inferiore dimidio breviore, dentibus lanceolatis acutis. Corollae tubus vix exsertus, labium superius breve bifidum, inferius duplo triplove longius. Stamina breviter exserta. Stylus multo longior, lobo superiore brevissimo. — In California septentrionali habitat.

3. AU. STACHYOIDES Bth. l. c. † — Suffruticosa: ramis rigidis foliosis; foll. breviter petiolatis oblongo-lanceolatis obtusis crenulatis, basi angustatis rugosis, subtus canescentib., floralib. bracteisq. ovatis acuminatis; genitalib. corolla subbrevioribus. ♃ — Affinis praecedenti, sed abunde diversa. Rami pedales duri tomentoso-pubescentes, superne uti bracteae et calyces viscosi. Folia 2–3-pollicaria, petiolis brevibus basi dilatato-subamplexicaulibus, ut in *Au. humili*

rugosa, sed supra magis viridia, floralia sessilia lata, inferiora verticillastro longiora, superiora uti bracteae calyces aequantia villosa. Calyx *Ae. humilis*, sed rigidior, dentibus subspinosis. Corolla uti verticillastri fere *Stachydis Germanicae*, sed extus glabra. Tubus calycem aequans, labia brevia aequalia patentia. Genitalia labium superius aequantia v. breviora v. raro parum longiora. Achaenia oblonga triquetra glabra laeviae. — Habitat in California septentrionali.

4. AU. NIVEA Bth. l. c. — Suffruticosa: ramis rigidis, superne niveo-tomentosis; foll. subsessilib. lanceolatis obtusis, basi rotundatis rugosis, utrinq. niveo-tomentosis, floralib. bracteisq. ovato-lanceolatis; racemo simplici; genitalib. exsertis. ♃ — Species distinctissima ramis, foliis verticillastrisque niveo-lanatis. Rami pedales rigidi. Folia distantia 1–1½-pollicaria crassa crenulata, floralia uti bracteae calyces aequantia obtusissima integerrima. Verticillastri densissimi, ultra pollicem diametro. Calyx fructifer elongatus incurvus, ore oblique fisso, apice obtuso, labiis dentibusque obsoletis. Corollae tubus breviter exsertus, labium superius inferiore brevius. Genitalia subaequalia longiuscule exserta. Styli lobi subaequales. — Habitat in California septentrionali.

5. AU. INCANA Bth. in Lindl. Bot. Reg. t. 1400. — Bth. Labiat. gen. et spec. 314. † — Suffruticosa humilis: ramis divaricatis ramosis canescentib.; foll. obovato-oblongis obtusis integerrimis, basi angustatis canescentib., floralib. bracteisq. late ovatis; racemo simplici; genitalib. exsertis. ♃ — Folia breviter petiolata 1–1½-pollicaria crassiuscula subenervia, floralia sessilia latiora pubescentia, suprema orbiculata ciliata, bracteis vix majora. Verticillastri densi globosi multiflori distincti, inferiores ultra pollicem distantes. Bracteae calycem aequantes imbricatae orbiculatae v. obovatae pubescentes ciliatae. Calyces subsessiles pubescentes, labio superiore late rotundato integro obtusissimo, inferioris lobi oblongi obtusi, labio superiore breviores. Corolla pallide coerulea, tubus calyce subduplo longior rectus aequalis, intus glaber nudus, limbi labium inferius superiore fere duplo longius, lobo medio latissimo concavo emarginato denticulato. Genitalia longe exserta glaberrima. Staminum superiorum rudimenta nulla. Styli lobus superior brevissimus. — Habitat in America boreali-occidentali, in planitiebus ad flumen Columbia prope Priest's Rapid et in collibus argillosis prope locum The Big Birch dictum.

6. AU. POLYSTACHYA Bth. l. c. † — Suffruticosa cano-tomentosa: foll. petiolatis oblongo-lanceolatis obtusis crenulatis, basi angustatis rugosis, utrinq. incanis, floralib. bracteisq. laxis lanceolatis; racemulis numerosis in paniculam elongatam densam approximatis; genitalib. longe exsertis. ♃ — Caules pluripedales subteretes duri, basi sublignosi foliosi, superne canescentes. Folia fere *Salviae calycinae*, sed angustiora, utrinque cano-tomentosa, superiora minora angustiora remota, floralia bracteis conformia. Panicula pedalis, racemuli numerosi subbipollicares. Verticillastri approximati laxiusculi subsexflori. Bracteae calyce subbreviores lanceolatae acutae. Calyces brevissime pedicellati, labium superius obtusum subintegerrimum, inferius dimidio brevius, profunde fissum, lobis lanceolatis acutis. Corollae tubus vix exsertus, labium superius breve, inferius multoties longius, lobo medio maximo. Genitalia longe exserta. Styli lobi brevissimi, superiore minuto. — Habitat in California septentrionali.

Subtribus II. ROSMARINEAE Endl. Gener. plant. p. 615.

Connectiva parva. Stamina duo fertilia.

3599. ROSMARINUS *Linn.*

(Linn. Gener. plant. 38. — Meisn. Gener. plant. vascul. I. 284. II. 192. — Bth. Labiat. gener. et spec. 314.)

1. R. OFFICINALIS Linn. Spec. plant. 33. — Sibth. et Sm. Flor. Graec. I. 11. t. 14. — Bth. l. c. 315. † — Frutex 2–4-pedalis, dense ramosus et foliosus. Folia sessilia linearia integerrima, margine revoluta, subtus canescentia. Flores in racemos breves axillares pauci approximati oppositi subsessiles, bracteis (vel foliis

floralibus) calyce brevioribus. Calyx purpurascens. Corollae tubus breviter exsertus. Corolla alba v. pallide coeruleo-purpurascens. — *R. latifolius* Mill. Dict. no. 2. — Habitat in Europae et Africae regionis mediterraneae collibus siccis et rupestribus, in Barbaria, Lusitania, Hispania, Gallia meridionali, insulis Balearicis, Italia a Pedemontio usque ad regnum Neapolitanum et Siciliam, in Tyrolia meridionali et Istria, in insulis Graecis rarius, in Melo, Zacyntho nec non in Boeotia et in Oriente.

3600. MONARDA *Linn.*

(Linn. Gener. plant. no. 37. — Meisn. Gener. plant. vascular. I. 284. II. 193. — Bth. Labiat. gener. et spec. 315.)

Sectio I. EUMONARDA Bth. l. c. 726.
Genitalia longe exserta.

1. M. DIDYMA Linn. Spec. plant. 32. — Bth. l. c. 315. et 726. † — Bot. Mag. t. 546. — Foll. petiolatis ovato-lanceolatis acuminatis, basi rotundato-subcordatis, utrinq. hispidulis v. rarius glabratis, floralib. sessilib. bracteisq. exteriorib. oblongo-lanceolatis, basi longe angustatis coloratis; calycib. incurvis striatis coloratis glabris, fauce subnuda; corollis glaberrimis. ♃ — Caules erecti fistulosi, circiter bipedales, acute tetragoni, angulis saepe praesertim sub axillis pilis raris ciliatis nonnunquam asperis. Folia 2–3-pollicaria, apice saepius in acumen longum angustata, irregulariter serrata, serraturis obtusis v. mucronulatis, supra pilis sparsis adspersa, subtus nervis prominulis magis minusve petiolisque ciliatis, inter nervos uti in pagina superiore pilis adspersa, floralia sessilia angustiora, verticillastro saepius longiora, basi colorata, caeterum caulinis similia. Verticillastri solitarii v. saepius bini, 1½ v. 2 poll. distantes magni globosi. Bracteae coccineae, exteriores oblongo-lanceolatae, basi longe angustatae, foliis floralibus fere dimidio breviores, interiores numerosissimae subulatae, saepius ciliatae, calyce sublongiores. Calyces semipollicares, extus glaberrimi coccinei striati, parum incurvi, ore subobliquo, dentibus lanceolato-subulatis latitudinem calycis vix aequantibus, demum substellato-patentibus, fauce nuda v. pilis paucis instructa. Corolla coccinea speciosa, cum calyce ultra sesquipollicaris, tubo basi tenui, superne ampliato, calyce duplo longiore, intus pubescente exannulato, labiis subaequalib. v. inferiore parum longiore. Genitalia longe exserta. Staminum superiorum vestigium nullum v. brevissimum subulatum nec unquam stamina didynama visa, quamvis saepe occurrere dicuntur. Styli lobi subulati, superior brevissimus, inferior triplo longior. — *M. fistulosa* var. Curt. Bot. Magaz. t. 145? — *M. coccinea* Michx. Fl. bor. Amer. I. 16. — *M. purpurea* Lam. Dict. IV. 236. — *M. Kalmiana* Pursh, Fl. Amer. sept. I. 17. t. 1. (male). — *M. purpurascens* Wender. Indx. semin. hort. Marb. 1838. — *M. Oswegoensis* Bart. Prodr. fl. Pensylvan. I. 34? — Habitat in America septentrionali, in Canada et Pennsylvania, ad rivulos excelsiorum montium Carolinae septentrionalis.

2. M. FISTULOSA Linn. l. c. 32. — Rchb. Fl. exotic. II. 28. t. 172. — Bth. l. c. 316. et 726. † — Foll. petiolatis ovato-lanceolatis, basi rotundato-subcordatis, utrinq. glabris pubescentib. hispidisve, floralib. sessilib. bracteisq. exteriorib. subcoloratis; calycib. subincurvis vix coloratis, fauce intus hispida; corollis glabris villosisve. ♃ — Species statura, villositate, magnitudine et colore florum et bracteatum forma maxime variabilis, a *M. didyma* constanter distincta statura elatiori, calycibus bracteisque minus coloratis, corollis minoribus magis minusve pubescentibus et praesertim calycis fauce, intus pilis hispida et saepius clausa. Caules 2–3-pedales glabri ciliati v. pubescentes, intus fistulosi v. farcti. Folia nunc ovata, nunc anguste oblonga, at saepius ovato-lanceolata glabra hispida v. pubescentia viridia v. canescentia. Bracteae exteriores uti folia floralia nunc late ovatae, basi cordatae, nunc lanceolatae, basi rotundatae v. oblongae, virides v. pallide roseae v. purpurascentes. Corollae saepius pallide roseae v. purpurascentes, rarius intense violaceae v. purpureae, nec unquam coccineae. —

M. allophylla Michx. Fl. bor. Am. I. 16. — *M. clinopodia* Linn. Spec. plant. 32. — *M. purpurea* Pursh, Fl. Amer. sept. I. 17. (non Lam.) — *M. oblongata* Ait. Hort. Kew. (ed. 2.) I. 51. — *M. rugosa* Ait. l. c. — *M. glabra* Lam. Dict. IV. 236. — *M. longifolia* Lam. l. c. 235. — *M. altissima* Willd. Enum. plant. hort. Berol. 33. — Rchb. Fl. exotic. II. 27. t. 170. — *M. affinis* Lak. Enum. plant. hort. Berol. I. 9. — Rchb. l. c. 31. t. 169. — *M. undulata* Tausch in Rchb. l. c. 31. t. 181. — *M. media* Willd. l. c. 32. — Sweet, Brit. flow. gard. I. t. 98. — *M. violacea* Desf. Cat. hort. Par. 66. — *M. varians* Bart. Prodr. flor. Pensylv. I. 36. — *M. involucrata* Wender. Ind. sem. hort. Marb. 1828. — *M. commutata* Wender. l. c. — *M. lilacina* Wender. l. c. — *M. hybrida* Wender. l. c. — *M. barbata* Wender. l. c. — *M. coerulea, cristata, dubia etc.* Hortul.

β. mollis Linn. Spec. plantar. 32. — Foll. molliter pubescentib.; corollae labio superiore densius barbato. — *M. mollis* Linn. Amoen. acad. III. 399. — Rchb. Flor. exotic. II. 28. t. 171. — *M. menthaefolia* Grah. in Edinb. New phil. Journ. XXI. 347. — Bot. Magaz. t. 2858. — Habitat in Americae borealis montosis, dumetis etc. vulgaris, in regione occidentali secus flumina Saskatchawan et Red River dicta, in Canada, Pennsylvania, Virginia, Carolina, Novo Aureliano et ad Saint Louis, ad Missouri, etiam in Mexici provincia Texas, in dumetis prope Jalapam, var. *β.* saepius in regionibus borealibus.

3. M. BRADBURIANA Beck in Sillim. Amer. Journ. of scien. X. 260. — Bth. l. c. 317. † et 726. — Foll. subsessilib. ovato-lanceolatis, basi rotundatis, subtus canescenti-tomentosis, utrinq. pilosis, floralib. bracteisq. exteriorib. basi rotundatis subcordatis coloratis; calycib. glabriusculis striatis, superne contractis, fauce hirsuta, dentib. subulatis aristatis; corollis calyce vix duplo longioribus., extus glabriusculis, labio superiore tenuissimo, apice barbato. ♃ — Caulis circiter 3-pedalis glaber v. angulis ciliatis. Folia *M. fistulosae*, sed subsessilia pilis longis mollibus adspersa et ciliata. Verticillastri solitarii, magnitudine *M. fistulosae*. Bracteae late lanceolatae, basi subcordatae, uti calyces purpurascentes. Calyces inferne inflati, superne contracti, ore villosissimo, dentibus latitudine tubi dimidio v. subduplo longioribus, demum stellato-patentibus. Corollae pallidae, vix calyce duplo longiores, labio inferiore punctis purpureis notato. — *M. fistulosa* Hook. Bot. Magaz. t. 3110. (excl. synon.) — Habitat in America boreali, in locis incultis prope Saint Louis, secus flumina Missouri et Ohio.

4. M. RUSSELLIANA Nutt. Trav. in Arkans. territ. 141. — Sims, Bot. Magaz. t. 2513. — Hook. Exot. fl. II. t. 130. — Sweet, Brit. flow. gard. II. t. 166. — Bth. l. c. † — Glabriuscula: foll. subsessilib. lanceolatis, basi rotundatis subcordatis, floralib. bracteisq. exteriorib. sessilib. coloratis, basi longe angustatis muticis; calycib. glabriusculis, fauce subnuda, dentib. subaequalib. lanceolatis abbreviatis rigidis; corollis glabris, tubo longe exserto, labio inferiore punctato. ♃ — Caules elongati glabri v. ad angulos tenuissime ciliati. Folia bipollicaria, vix semipollicem lata, remote dentata glabriuscula v. margine ciliata, subtus nitida, floralia uti bracteae exteriores saepe purpurascentia. Bracteae paucae laxae, vix calycibus longiores, basi angustatae, apice acutae nec aristatae. Verticillastri solitarii v. pauci, ut in *M. punctata* parvi. Calyces inferne parum inflati glaberrimi, superne contracti, ore obliquo, dentibus demum stellato-patentibus glandulosis. Corolla gracillima, tubo tenui, labiis elongatis, inferiore eleganter punctato. Genitalia exserta. Antherae cohaerentes, vix biloculares. — Habitat in America septentrionali, in Arkansas, inter Rocky mountains.

Sectio II. CHILYCTIS Rafin. ex Bth. l. c. 726.

Stamina labio superiori corollae breviora v. aequalia. — (*Coryanthus* Nutt. Transact. Amer. philos. Soc. V. 186.)

5. M. PUNCTATA Linn. Spec. plant. 32. — Andr. Bot. Rep. t. 546. — Bot. Reg. t. 87. Bth. l. c. 318. — Tenuiter pubescens: foll. petiolatis lanceolatis, basi angustatis, floralib. bracteisq. exteriorib. sessilib., basi subcoloratis muticis; calycib. pubescentib., fauce breviter barbata, dentib. subaequalib. lanceolatis abbreviatis

rigidis; corollis glabris, tubo vix exserto, labio inferiore punctato. 4 — Caules adscendentes ramosi pedales pubescentes, obtuse tetragoni. Folia 2-pollicaria angustata, parce dentata v. subintegra. Verticillastri in parte superiore caulis pauci remoti, minores quam in praecedentibus, omnes foliis floralibus breviores. Calyces basi parum inflati. Corollae tubus vix exsertus. Genitalia labium superius aequantia. — *M. lutea* Michx. Fl. Bor. Amer. I. 16. — Habitat in America boreali a Virginia et New Jersey usque ad Floridam, Carolinam, Alabama et Novum Aurelianum.

6. M. ARISTATA Nutt.-Trav. in Arkans. Territ.? — Bth. l. c. — [Hook. Bot. Magaz. t. 3823.] — Canescens: foll. oblongo-lanceolatis, basi angustatis, floralib. bracteisq. exteriorib. sessilib. subcoloratis, apice longe subulato-aristatis; calycib. striatis pubescentib., fauce barbata, dentib. subaequalib. longe subulatis, apice penicillatis; corollae tubo dentes calycinos vix excedente. 4 — Habitus et statura *M. punctatae*. Folia argute et remote serrata, etiam caulina apice uti serraturae saepe subulato-aristata. Bracteae numerosissimae, exteriores ciliatae, saepe purpurascentes v. flavescentes, supra subtomentosae, margine ciliatae, apice longe subulato-aristatae. Corollae magnitudine *M. punctatae*, sed labium superius latius, inferius impunctatum. Stamina labio superiore breviora. Dentes calycini subulato-aristati, vix latitudinem tubi excedentes. — *M. citriodora* Cervant. ex Lag. Nov. gen. et spec. plant. 2. — Habitat in America septentrionali, in Arkansas, in Mexici provincia Texas ad Bejar et Rio de la Trinidad et in Nova Hispania.

† *Species dubiae v. non satis notae.*

7. M. SCABRA Beck in Sillim. Amer. Journ. of Scien. X. 260. — Bth. l. c. — Perennis: caulis obtusangulus glabriusculus tripedalis ramosus; folia 2-2½-pollicaria ovato-lanceolata subcordata serrata, margine revoluta scabra crassa punctata, breviter petiolata subvillosa; bracteae ovato-lanceolatae; florum capitula magna terminalia subterna; calyx semipollicaris hirsutus, faux dense barbata, dentes breves acuti subrecti, corolla hirsuta, pallide purpurea, labium superius rectum, staminibus subaequale. — An *M. fistulosae* var.? — Habitat in America boreali in sylvestribus ad Mississipi prope St. Louis.

8. M. GRACILIS Pursh, Fl. Amer. sept. I. 17. — Bth. l. c. 319. — Glaberrima: capitulis parvis nudiusculis lateralib. terminalibq.; bracteis exteriorib. linearib. ciliatis; calycib. pubescentib. ciliatis; corollis brevib. tenuissimis glabris; foll. lineari-lanceolatis acuminatis serratis glabris; caule obtusangulo glabro. 4 — An *Blephiliae* species? — Habitat in America septentrionali, in montibus Carolinae meridionalis et Virginiae.

9. M. VILLOSA Martens, Notice sur quelqu. nouv. esp. des plant. 2. — Caule piloso obtusangulo; foll. sessilib. ovatis acutis, remote serrulatis villosis, dense ciliatis, subtus pallidis; involucro purpureo villoso; florib. capitatis; corollis pallidis rubro-punctatis, labio superiori barbato; calyce colorato glabro, ad faucem barbato. 4 — In Americae borealis provincia St. Louis.

†† *Species e genere excludendae.*

M. CILIATA Linn. — BLEPHILIA CILIATA.
M. CILIATA Pursh. — BLEPHILIA HIRSUTA.
M. HIRSUTA Pursh. — BLEPHILIA HIRSUTA.
M. ZEYLANICA Burm. — ANISOMELES OVATA.
M. PRATENSIS, M. RIGIDA et M. VIRGATA Rafin. Med. Fl. II. 37. ex descriptione non recognoscendae et ideo excludendae.

3601. BLEPHILIA *Rafin.*

(Rafin. Journ. physiq. LXXXIX. 98. — Meisn. Gener. plant. vascul. I. 284. II. 193. — Bth. Labiat. gen. et spec. 319.)

1. B. CILIATA Rafin. Journ. physiq. LXXXIX. 98. — Bth. l. c. † — Foll. subsessilib. ovato-oblongis, basi angustatis, subtus canescentib., floralib. inferiorib.

conformib., supremis bracteisq. exteriorib. ovatis acutis coloratis, calyces aequantibus. ♃ — Caules erecti, acute tetragoni pubescentes, angulis retrorsum hirsutis. Folia 2—pollicaria glabriuscula v. tenuissime tomentosa et subtus ad nervos piloso—hispida. Verticillastri globosi remoti, omnes distincti. Bracteae ovatae rigidae nervosae ciliatae, apice rubescentes acutissimae, interiores angustiores. Flores vix semipollicares. Calyx extus hirsutus. Corolla extus villosa, labium superius inferiore brevius. Genitalia parum longiora. — ***Monarda ciliata*** Linn. Spec. plant. 33. (nec Michx.) — Habitat in America boreali, in Pennsylvania?, in Virginia, Carolina?, ad Missouri, prope St. Louis.

2. **B. HIRSUTA** Bth. l. c. 320. — Foll. petiolatis ovatis, basi rotundato—cordatis, utrinq. hirsutis, floralib. inferiorib. conformib., supremis bracteisq. lineari—subulatis, calyce breviorib.; calycib. pubescentib. recurvis. ♃ — Habitu ramosior et laxior quam *B. ciliata*. Caules tetragoni hirsuti. Verticillastri numerosiores minores, supremi approximati. Calyx minor magis hirsutus. Corolla magis exserta subglabra. — ***Monarda hirsuta*** Pursh, Fl. Amer. sept. I. 19. — ***Monarda ciliata*** Michx. Fl. bor. Amer. I. 16. (non Linn.) — Habitat in America septentrionali, in montosis Virginiae, ad lacum Michigan et flumen Missouri, prope St. Louis.

3602. ZIZYPHORA *Linn.*

(Linn. Gener. plantar. no. 36. — Meisn. Gener. plant. vascul. I. 284. II. 192. — Bth. Labiat. gener. et spec. 320.)

§. 1. *Perennes suffruticosae.*

1. **Z. CLINOPODIOIDES** M. Bieb. Flor. Taur. Caucas. I. 17. — Bth. l. c. 320. † — C. Koch, Linnaea XVII. 293. — Suffruticosa: foll. ovatis oblongis lanceolatisve, floralib. subconformib. v. angustiorib. laxis; verticillastris in capitulum subrotundum terminale approximatis; calycib. cano—pubescentib. v. pilis paucis ciliatis. ♃ — Habitu *Thymi Serpylli* varietatum majorum. Rami diffusi semipedales v. vix pedales, saepe purpurascentes, uti folia et calyces tomento brevissimo canescentes. Folia infima plerumque late ovata, superiora angusta oblonga v. in var. β. omnia ovata, vix unquam semipollicaria, basi in petiolum brevem angustata nervosa punctata. Verticillastri pauci 6—10—flori, in capitulum laxiusculum subglobosum approximati. Folia floralia calycem aequantia v. vix longiora, saepius angusta, rarius praesertim in exemplaribus cultis ovata. Bracteae minutissimae subnullae. Pedicelli fere lineam, calyces 2½ lin. longi. Dentes calycini breves acuti, post anthesin conniventes. Corolla (cum labiis) calyce subduplo longior coeruleo—purpurea. Labii inferioris lobi laterales rotundati, medius longior emarginatus. Stamina breviter exserta v. interdum corolla breviora.

α. *canescens:* foll. plerumq. angustis integris; calycib. minime pilosis. — ***Cunila capitata*** Linn. Spec. plant. 30. — ***Thymus punctatus*** Willd. Phytogr I. 8. ex Roem. et Schult. Syst. veget. I. 208. — ***Thymus lucidus*** Ehrh. Beitr. VII. 150. ex Roem. et Schult. l. c. — *Z. clinopodioides* α. *cunila* et β. *acinoides* Rudolph in Mem. Acad. scient. Petropol. II. 313. — *Z. tenuior* Falk, Topogr. I. 98. ex Rudolph l. c. — *Z. Mussini* Adam apud Web. et Mohr. Beitr. ex Rudolph l. c.

β. *media:* foll. plerumq. ovatis; calycib. pilosiusculis. — *Z. clinopodioides* Rudolph in Mem. Acad. scient. Petrop. II. 311. t. 11. excl. var. α. et β. — *Z. serpyllacea* Sims, Bot. Magaz. t. 906. (male.) — *Z. media* Link, Enum. pl. hort. Berol. I. 17. — Habitat in graminosis montosis Asiae mediae, in Armeniae Ibericae monte Alioar et in Caucaso frequens, prope Tiflin, in rupestribus montis Beschbarmak et in littore arenoso maris Caspici prope Derbend, in jugo Altaico frequentissime, in Sibiriae regione Isetensi et in deserto Soongarico prope Irtim.

2. **Z. GUNDELSHEIMERI** C. Koch, Linnaea XVII. 293. — Foll. inferiorib. minutis, superiorib. majorib. subrotundis aut ovatis, floralib. maximis ovato—lanceolatis acutis, omnib. integerrimis, margine revolutis magis minusve pilosis; calycis pilis diametro calycino minoribus, dentib. calycis lanceolato—acuminatis; capitulis subglobosis. ♃ — ***Serpyllum Armeniacum*** Gund. Hb. — Crescit in Armenia.

3. Z. SERPYLLACEA M. Bieberst. Flor. Taur. Cauc. I. 17. — Bot. Mag. t. 906?? — [C. Koch l. c.] — Rdlph. Mém. acad. sc. Petrop. II. 315. t. 12. — Foll. oblongis acutis canescentib. glaberrimis, margine et nervo dorsali paginae inferioris scabris; florib. breviter pedunculatis fasciculum spicamve efficientib.; calyce tenuiter pubescente, dentibus subulatis. ♃ — Crescit in Ossia et Cartalinia.

4. Z. DASYANTHA M. Bieb. l. c. 18. — Bth. l. c. 321. — Suffruticosa: foll. ovatis oblongisve, floralib. conformib. laxis; verticillastris in capitulum oblongum approximatis v. inferiorib. distinctis; calycib. hispido-pilosissimis. ♃ — A *Z. clinopodioide* differt foliis latioribus, florum capitulis longioribus et calycibus piloso-bispidissimis. Dentes calycini etiam parum longiores. Corollae plerumque breviores et stamina rarius exserta. — *Z. Puschkini* Adam in Web. et Mohr, Cat. I. 42. ex Roem. et Schult. Syst. — Sims, Bot. Magaz. t. 1093. (male.) — Habitat in Caucasi Iberici subalpinis et in montibus Talysch.

5. Z. CANESCENS Bth. l. c. — Foll. ovatis, utrinq. molliter cano-pubescentib., floralib. conformib.; verticillastris in capitulum terminale approximatis; calycib. molliter pubescentibus. ♃ — Habitu *Z. Hispanicae* affinis, sed suffruticosa videtur. Floribus capitatis *Z. clinopodioidi* approximatur, at folia floralia latiora, calyces minores. Ab utraque foliis, ramis calycibusque molliter cano-pubescentibus distinguitur. — Habitat in Syria et in Aegypto.

§. 2. *Herbaceae annuae.*

6. Z. HISPANICA Linn. Spec. plant 31. — Bth. l. c. 322. — Annua: foll. subsessilib. ovatis oblongisve, floralib. rhomboideis calyce longiorib.; verticillastris distinctis axillarib. approximatis 6–10-floris; calycib. sessilibus. ⊙ — Herba 2–4-pollicaris dura, basi ramosa, ramis ascendentibus rigidis villosis. Folia inferiora angustiora, floralia subplicata rigida nervosa. Verticillastri parum distantes, ramorum partem majorem occupantes. Calyces subsessiles, breviter hispidi, basi subinflati, apice attenuati, dentibus conniventibus. Corollae vix calycem excedentes. — Habitat in Hispania.

7. Z. ACUTIFOLIA Montbr. et Auch. Ann. sc. nat. (2. Sér.) VI. 44. — Foll. ovatis acutissimis, basi angustatis pubescentib., floralib. conformib.; verticillastris distinctis axillarib. subsexfloris; calycib. breviter pedicellatis pubescentib., apice attenuatis. ⊙ — Affinis praecedenti et sequenti, ab illa differt floribus pedicellatis, ab hac calycibus vix pilosis, apice elongatis magis attenuatis, ab utraque foliis angustioribus angustissimis, a *Z. tenuiori* praecipue recedit latitudine foliorum. — Prope Aleppo crescit.

8. Z. ACINOIDES Linn. l. c. — Bth. l. c. — Annua: foll. breviter petiolatis late ovatis, floralib. conformib. calyce longiorib.; verticillastris paucis distinctis axillarib. laxis 6–10-floris; calycib. pedicellatis. ⊙ — Affinis *Z. Hispanicae*. Caules longiores laxiores. Flores majores. Calyces piloso-hispidi. — Habitat in Hispania.

9. Z. CAPITATA Linn. l. c. — Rdlph. Mém. acad. scient. Petropol. II. 308. t. 10. — Sbthrp. et Sm. Flor. Graec. I. 10. t. 13. — Bth. l. c. — Foll. lanceolatis, basi angustatis, floralib. latissimis rhombeo-ovatis acuminatis; verticillastris in capitulum subglobosum terminale approximatis; calycib. piloso-hispidis. ⊙ — Herba 3–6-pollicaris divaricato-ramosa, ramis pubescentibus. Folia caulina *Z. tenuioris*, floralia latissima ciliata, venis validis subtus lineata, calyces excedentia. Capitula densa terminalia. Calyces *Z. tenuioris*. Corollae parum longiores, tubo tenui exserto, limbo brevi. Stamina corollae subaequalia. — Habitat in regionis mediterraneae et Rossiae australis agris, campis et collibus, in cultis in Atlante, Hispania, Italia meridionali, monte Crucis insulae Cypri, Armenia, Caucase, Tauria et in montibus Seongaricis.

10. Z. TENUIOR Linn. l. c. — Bth. l. c. — Foll. lanceolatis, basi angustatis, floralib. subconformib.; verticillastris omnib. distinctis axillarib.; calycib. hispido-pilosissimis; corollis e calyce breviter exsertis. ⊙ — Basi procumbens, ramis numerosis erectis semipedalibus, pilis reflexis pubescentibus. Folia pollicaria et longiora acuta integerrima v. hinc inde denticulata, margine et nervo medio, praesertim superiora ciliata v. rarius omnia nuda, caeterum glabriuscula pallida,

floralia calyce longiora. Verticillastri laxi 6–15-flori, saepius per partem majorem caulis dispositi. Pedicelli 1–2 lin. longi complanati. Calyces 3–4-lineares, extus pilis longis patentibus, intus fauce parce villosa, dentibus conniventibus. Stamina inclusa. — Z. *spicata* Cerv. An. cienc. Matr. IV. 250. — Z. *serpyllacea* Ten. Syll. fl. Nap. 16? (non Bieb.) — Habitat in regionis mediterraneae et Rossiae australis collibus incultis, in Hispania, Atlante, Apulia, in locis siccis montium Talysch prope pagum Swant et in monte Arkaul jugi Altaici.

11. Z. BRANTII C. Koch, Linnaea XVII. 294. — Foll. oblongis acutis cauleq. pilosis (nec minute pubescentib.) conformib.; capitulis subglobosis; calycib. minute pilosis aut pubescentib., dentib. lanceolato-acuminatis. ⊙? — In Kurdistania.

† *Species dubia.*

12. Z. JAVANICA Blume, Bijdragen 882. — Bth. l. c. — Florib. capitato-spicatis terminalib.; bracteis subulatis ciliatis; calycib. villosis; foll. petiolatis ovatis, extrorsum grosse serratis, utrinq. caulibq. prostratis pubescentibus. ⊙ — Corollae labium superius reflexum integrum, inferius trilobum Stamina 2, vix exserta. Antherae sagittatae. Stigma inaequale bifidum. — Habitat in Java, in cacumine montis ignivomi Tjerimai provinciae Cheribon.

†† *Species e genere excludendae.*

Z. BRACTEOLATA Roem. et Schult. — MICROMERIA BRACTEOLATA.
Z. GLABELLA Roem. et Schult. — MICROMERIA GLABELLA.
Z. HISPIDA Steud. — HEDEOMA HISPIDUM.
Z. MARIANA Roem. et Schult. — CUNILA MARIANA.
Z. PULEGIOIDES Desf. — HEDEOMA PULEGIOIDES.
Z. PUNGENS Ledeb. — NEPETA PUSILLA.
Z. SILIQUOSA Lour. — JUSTICIA OBSCURA Vahl.
Z. TAURICA M. B. — FLADERMANNIA TAURICA.
Z. THYMOIDES Roem. et Schult. — THYMUS SERPYLLUM var. (CUNILA THYMOIDES Herb. Linn.) et MICROMERIA FILIFORMIS (CUNILA THYMOIDES Herb. Gouan.).

3602/1. FLADERMANNIA *Bnge.*

(Bnge. Bullet. de l'acad. des scienc. de Moscou VI. no. 11. et 12. — Meisn. Gener. plant. vascul. II. 366.)

1. FL. (ZIZYPHORA M. Bieb. Flor. Taur. Caucas. IV. 250. — Bth. Labiat. gener. et spec. 383.) TAURICA Bnge. l. c. — Foll. lanceolatis, basi angustatis, floralib. subconformib.; verticillastris omnib. distinctis axillarib.; calycib. hispido-pilosissimis; corollis calyce duplo longioribus. ♃ — *Thymbra spicata* Pall. Indx. — Crescit in Tauriae montosis, in Persia et Arabia.

† *Species incognita.*

2. *FL. PARVIFLORA Trautvett. Bullet. de l'acad. de St. Ptrsbrg. VII. no. 3. — *Zizyphora tenuior* Karel. et Kiril. nec Linn.??

Subtribus III. HORMINEAE Endl. Gener. plant. p. 616.

Connectiva parva. Stamina fertilia quatuor.

3603. HORMINUM *Bth.*

(Bth. Labiat. gener. et spec. 727. — Meisn. Gener. plant. vascul. I. 284. II. 193.)

1. H. PYRENAICUM Linn. Spec. plant. 361. — Sweet, Brit. flow. gard. III. t. 232. — Bth. l. c. 727. — Herba perennis. Folia fere omnia radicalia petiolata ovata obtusa profunde crenata, basi truncata v. subcordata venosa, utrinque viridia glabra v. ad nervos hispidula. Caules floriferi erecti simplices semipedales, foliorum paribus 1–2 basi instructi, infra medium floriferi. Verticillastri distantes subsexflori secundi. Folia floralia bracteaeformia, calyce breviora. Calyces breviter pedicellati nutantes, nervis subtredecim elevatis striati, apice saepe colorati glabri v. ad nervos hispiduli, labiis patentibus, dentibus acutissimis. Corolla purpureo-violacea 9–10 lin. longa. — *Melissa Pyrenaica* Jacq. Hort. Vindob. II. t. 183. — Habitat in alpibus Salisburgensibus, Pyrenaicis et Vallesiae.

Tribus IV. *SATUREINEAE* Bth. Labiat. gener. et spec. 324. — Endl. Gener. plant. p. 616. — Meisn. Gener. plant. vascul. I. 284.

Calyx quinquedentatus aequalis v. bilabiatus, labio superiore 3-dentato, inferiore bifido. Corollae tubus intus exannulatus, calyce v. bracteis imbricatis brevior v. vix longior, limbus subbilabiatus, labio superiore plano integro v. emarginato bifido, inferiore patente trifido, lobis planis subaequalibus v. medio vix latiore. Stamina distantia recta divergentia v. vix ascendentia aequalia v. superiora breviora v. abortiva.

Subtribus I. ORIGANEAE Endl. Gener. plant. p. 616.

Calyx 10-13-nervis. Stamina quatuor fertilia.

3004. **BYSTROPOGON** *Hérit.*

(Hérit. Sert. Angl. 19. — Meisn. Gener. plant. vascul. I. 284. II. 193. — Bth. Labiat. gener. et spec. 324. et 727.)

Sectio I. **BYSTROPOGON** Bth. l. c. 325.

Calyx 10-nervius campanulatus. Flores laxe cymosi.

1. B. PUNCTATUS Hérit. Sert. Angl. 20. t. 23. — Bth. l. c. 325. † — Foll. crenatis; utrinq. viridib. glabris v. subtus vix tomentosis; cymis pedunculatis corymbosis; dentib. calycinis ovatis. ♁ — Frutex tripedalis. Rami glabri v. tenuissime subtomentosi. Folia 1-1½-pollicaria petiolata ovata obtusa, basi rotundata, supra glabra, subtus venis prominentibus et tomento tenuissimo saepe pallida. Cymae axillares corymbosae, longe pedunculatae, rami primarii et interdum secundarii elongatae, apice capitula 5-10-flora ferentes, flores in quaque dichotomia solitarii pedicellati. Bracteae breves subulatae. Calyces hispidi, dentibus brevibus acutis. Corolla extus tenuiter pubescens. — Habitat in insula Madera.

2. B. CANARIENSIS Hérit. l. c. 20. — Bth. l. c. — Ramis villosissimis; foll. crenatis villosis glabratisve, utrinq. viridib.; cymis axillarib. pedunculatis corymbosis; dentib. calycinis subulatis tubo brevioribus. ♁ — Rami floriferi valde hispidi. Folia minora quam in praecedente, floralia cymas subaequantia. Cymae inferiores capitellatae ut in *B. punctato*, superiores fere a basi dichotomae, dense florifera, floribus omnibus pedicellatis vix capitellatis. Rami uti calyces hirsutissimi. Dentes calycini tubo longiores, corollas aequantes. Valde affinis *B. punctato*, a quo differt villositate et dentibus calycinis tenuioribus. — *Mentha Canariensis* Linn. Spec. plantar. 807. — *Heliotropium Canariense etc.* Comm. Hort. Amst. II. 129. t. 65. — Habitat in insulis Canariensibus.

3. B. PLUMOSUS Hérit. l. c. 20. t. 22. — Bth. l. c. — Foll. serrato-crenatis, supra tenuissime, subtus albido-tomentosis; cymis axillarib. densis; dentib. calycinis subulatis. ♁ — Habitus *B. Canariensis*. Folia fere *B. origanifolii*, at saepius dentata. Rami floriferi villosi. Folia floralia cymis breviora. Cymae dichotomae densae sessiles, floribus numerosissimis. — Crescit in insulis Canariensibus.

4. B. ORIGANIFOLIUS Hérit. l. c. 20. — Bth. l. c. — Foll. subintegerrimis, subtus albo-tomentosis; cymis pedunculatis paniculato-racemosis; dentib. calycinis subulatis. ♁ — Rami floriferi tomentelli. Folia floralia superiora floribus multo breviora. Racemus nunc pedalis laxus, nunc brevior subcorymbiformis. Cymae pedunculatae, parum ramosae, ramis irregulariter 2-3-chotomis, apice capituliferis, inferiores abeunt in ramos breves et cymas parvas ferunt. Flores *B. Canariensis*. Calyces et pedicelli minus hispidi. — *Mentha plumosa* Linn. Mant. pl. 273. — Habitat in insulis Canariensibus.

Sectio II. **MINTHOSTACHYS** Bth. l. c. 325.

Calyx 13-nervius tubulosus. Verticillastri dense spicati.

5. B. SPICATUS Bth. l. c. 326. † — Foll. subserratis, utrinq. viridib. glabris; verticillastris densis spicatis; dentib. calycinis ovatis. ♁ — Rami glaberrimi. Folia petiolata 1-1½-pollicaria ovata acutiuscula, remote et leviter serrata, basi rotundata, floralia multo minora, utrinque cano-tomentosa. Verticillastri 6-10-flori, in spiculas breves oblongas v. subglobosas terminales dense aggregati. Calyces villosissimi. Corollae vix dentibus calycinis longiores, uti genitalia om-

nino *Bystropogonis*. Stamen quintum fertile saepe occurrit. — Habitat in Peruvia, ad Purrochuca.

6. B. TOMENTOSUS Bth. l. c. † — Foll. subcrenatis, supra viridib. hispidulis, demum glabratis, subtus tomentoso-lanatis; verticillastris densis subspicatis; dentib. calycinis subulatis. ♄ — Rami divaricati, juniores villosi. Folia caulina petiolata 1–2-pollicaria, nunc ovata obtusa, nunc ovato-lanceolata acuta, basi rotundata rugulosa, lana subtus densa alba v. rufescente instructa, floralia gradatim minora, suprema calyces vix superantia, utrinque molliter villosa. Verticillastri multiflori, inferiores subdistincti, superiores in spiculas oblongas foliosas approximati. Calyces villosissimi. Corolla *B. spicati*. — Habitat in Peruvia.

7. B. CANUS Bth. l. c. — Foll. ovato-lanceolatis subdentatis, utrinq. canescentib.; verticillastris inferiorib. distinctis, superiorib. subspicatis; dentib. calycinis subulatis. ♄ — Frutex ramis villosis tenuibus. Folia pollicaria petiolata acuta, basi cuneato-rotundata, floralia parva. Verticillastri multiflori laxiusculi. Flores minores ac in praecedentibus. — Habitat in Peruvia.

† *Species dubia.*

8. B. DENTATUS Poir. Dict. Suppl. I. 755. — Bth. l. c. — Foll. ovatis hirsutis serratis; verticillastris florum hispidis. ♄ — Verosimiliter *Hyptidis* species. — Habitat in Peruvia.

†† *Species e genere expellendae.*

B. BIPINNATUS Roth = LAVANDULA BURMANNI.
B. COARCTATUS Schum. = HYPTIS PECTINATA.
B. GRAVEOLENS Blume = HYPTIS SUAVEOLENS.
B. MARIFOLIUS Juss. = MICROMERIA MARIFOLIA.
B. MOLLIS H. B. Kth. = MENTHA MOLLIS.
B. PECTINATUS L'Hérit. = HYPTIS PECTINATA.
B. SIDAEFOLIUS L'Hérit. = HYPTIS POLYANTHOS.
B. SUAVEOLENS L'Hérit. = HYPTIS SUAVEOLENS.

3004/1. ZATARIA *Boiss.*

(Boiss. Diagnos. plant. nov. oriental. V. 18.)

Calyx ovato-tubulosus membranaceus quinquenervis regularis, breviter quinquedentatus, intus barbatus. Corolla tubo calycem vix superante, limbo patente bilabiato, labio superiori paullo breviori, breviter bilobo, inferiori trilobo, lobis aequalibus ovatis. Stylus filiformis. Stigma apice clavatum, aequaliter bilobum, lobis brevibus rotundatis. Stamina quatuor brevissima.....? — Fruticulus Persicus. — Hoc genus ab omnibus affinibus calyce aequali quinquenervi distinguitur.

1. Z. MULTIFLORA Boiss. l. c. — Caulib. pumilis fruticulosis ramoso-intricatis puberulis albidis; foll. brevissime petiolatis orbiculari-ovatis obtusissimis myrtiformib. glabriusculis crebre glanduloso-punctatis; florib. minutissimis in capitula parva densissima terminalia et in axillis supremis sessilia aggregatis; bracteis oblongis calyce breviorib.; calyce minimo ovato-tubuloso membranaceo puberulo plicato-quinquenervi, apice in dentes 5 triangulares obtusos brevissimos aequales villo connexos diviso, fauce villosa; corollae albae calyce paullulum longioris limbo patente, labio superiori paullo breviori. ♄ — Planta odoratissima. — Crescit in Persia australi.

3005. PYCNANTHEMUM *Michx.*

(Michx. Flor. Bor. Americ. II. 7. — Meisn. Gener. plant. vascular. I. 284. II. 193. — Bth. Labiat. gener. et spec. 386. — Gray in Hook. Lond. journ. of bot. III. 236.)

§. 1. *Calyx vix bilabiatus, dentibus bracteisque subulato-aristatis rigidis nudis corollam aequantibus. Verticillastri densi, plerumque terminales. Ovaria barbata. Folia subpetiolata rigida.*

1. P. ARISTATUM Michx. l. c. 8. t. 33. — Bth. l. c. 386. † — Gray l. c. — Foll. breviter petiolatis ovato-oblongis acutis subserratis, basi rotundatis canleq. tenuissime canescenti-tomentosis v. glabris. ♃ — Folia floralia nunc candicantia. —

P. setosum Nutt. Journ. acad. Philad. VII. 110. (excl. syn. Prsh.) — *Origanum incanum* Walt. Hb. — *Pycnanthemum verticillatum* Prsh. Fl. Am. sept. II. 420? — *Origanum clinopodioides* Walt. (ex Prsh.)? — *Brachystemum verticillatum* Michx. l. c. 6. t. 31? — Crescit a Nova Caesarea ad Floridam.

2. P. HYSSOPIFOLIUM Bth. l. c. 330. † et 728. — Gray l. c. — Foll. subsessilib. lineari–oblongis obtusis subintegerrimis cauleq. glabris v. tenuissime subtomentoso-canescentibus. ♃ — Herba pedalis v. sesquipedalis rigida stricta parum ramosa, tomento tenuissimo saepius canescens, caeterum glaberrima. Stamina e fauce corollae subexserta. — *P. aristatum* Prsh. Fl. Am. sept. II. 409. (non Michx.) — Crescit a Virginia usque ad Floridam et Louisianam.

§. 2. *Calyx bilabiatus, dentibus (plerumque subulatis, saepe pilis rigidulis barbatis) tribus superioribus in labium superius coalitis. Verticillastri laxi cymosi. Ovaria saepius barbata. Folia petiolata.*

3. P. ALBESCENS Torr. et Gr. Fl. N. Am. (inedit.) ex Gray l. c. — Verticillastris cymosis, dentib. calycis aequalib. triangulari-lanceolatis obtusiusculis muticis; foll. oblongis ovato-lanceolatisve subserratis, utrinq. acutis, supra glabris, subtus canis. ♃ — Totum minus quam *P. incanum*, folia superiora ut in aliis utrinq. candida, caetera et caulis pube brevissime incana. Ovaria ad apicem brevissime barbata. — Crescit in Louisiana et Alabama.

4. P. INCANUM Michx. Flor. Bor. Americ. II. 7. — Bth. l. c. 327. † — Gray l. c. — Verticillastris cymosis; dentib. calycis subaequalib. lanceolato-subulatis, apice plerumq. 1–2-setosis; foll. ovato-oblongis remote serratis, basi rotundatis pubescentib., subtus albo-tomentosis, floralib. utrinq. candidis. ♃ — Ovaria villoso-barbata (non apice attenuata appendice paleacea acuminata). — *P. Loomisii* Nutt. Journ. acad. Philad. VII. 100? *) — *Clinopodium incanum* Linn. Spec. plant. 822. — Dill. Hort. Elth. I. 87. t. 74. — *Origanum incanum* Walt. Flor. Carol. 165? — Crescit in America boreali in arvis et fruticetis a Canada et Novo Eboraco ad Carolinam.

5. P. TULLIA Bth. l. c. 328. † — Gray l. c. — Verticillastris cymosis; (florib. omnino explicatis in ramis subsimplicibus arcte secundis); dentib. calycis bilabiati subaequalib., e basi lanceolata longe subulato-aristatis bracteisq. apicem versus pilis longis barbatis, 2 inferiorib. tubum aequantib.; foll. oblongis acutis v. acuminatis subserratis petiolatis cauleq. villoso-pubescentib., floralib. dealbatis. ♃ — β. Calyce imberbi Bth. l. c. 728. — γ. Foliis ovato-oblongis, basi aut rotundatis aut acutis. — δ. Foliis lanceolatis, utrinq. acutis v. attenuatis. — *Tullia pycnanthemoides* Leavenworth mss. in Sillim. Americ. journ. of science XX. 343. t. 5. — Crescit in America boreali in Tenessee orientali, in civitatibus septentrionalibus.

6. P. DUBIUM Gray l. c. 237. — Verticillastris cymosis; dentib. calycis bilabiati subulatis bracteisq. pilis longis barbatis, 2 inferiorib. tubo labioq. superiore breviorib.; foll. lanceolatis, utrinq. acutis subintegerrimis glabriusculis petiolatis; caule villoso-pubescente. ♃ — *P. Tulliae* nimis affine, sed differt — an satis? — foliis angustioribus fere integerrimis, numquam incanis v. dealbatis, dentibus calycinis brevioribus et inaequalibus et ovariis calvis nec barbulatis. Folia 2–3-pollicaria, semipollicem lata acutissima, ad venas pubescentia. Bracteae et corollae praecedentis. — Crescit in Carolina septentrionali.

7. P. CLINOPODIOIDES Torr. et Gr. Fl. N. Am. (inedit.) ex Gray l. c. — Verticillastris contractis; dentib. calycis subaequalib. brevib. subulatis bracteisq. canes-

*) *P. LOOMISII Nutt. Journ. acad. Philad. VII. 100. — Bth. l. c. 728. † — Florib. cymosis multibracteatis; bracteis lanceolatis acuminatis incanis; foll. petiolatis ovatis subserratis acutis brevib., superne glabris; dentib. calycinis abbreviatis acuminatis, apice pilosis; florib. maculatis. ♃ — Affine* P. incano, *at facile distinguendum cril foliis brevioribus glabrioribus, statura humiliore, floribus conspicuis maculatis. Cymae plerumque terminales magnae. Bracteae canescentes, exteriores uti folia petiolatae, caeterae densae anguste lanceolatae. Calyx tubulosus, dentibus brevibus sed acutis, fasciculo pilorum brevi terminatis. Corolla alba v. pallide rosea rubro-maculata, lacinias oblongae. Species pulcherrima, odore* Pulegii. — *Crescit in Georgia.*

centi-pilosis; foll. oblongo-lanceolatis, utrinq. acutiusculis subserratis breviter petiolatis, supra glabratis, subtus cauleq. molliter pubescenti-villosis. ♃ — Caulis pedalis et ultra, pube molli laxa vestitus subsimplex, folia 2—3-pollicaria, numquam dealbata, pagina superiore saepe glabra, inferiore, praesertim ad costam et venas, villoso-pubescente. Bracteae breviores quam in praecedente minusque barbatae. Dentes calycis tubo dimidio fere breviores, tres superiores basi coaliti. Stamina modice exserta. Ovaria barbata. — Crescit in America boreali ad urbem Novum Eboracum et in Nova Caesarea.

§. 3. *Calyx subaequaliter dentatus. Verticillastri laxe capituliformes, plerumque terminales corymboso-paniculati. Bracteae floribus breviores. Ovaria saepius calva. Folia vix petiolata.*

8. P. TORREYI Bth. l. c. 328. † — Gray l. c. 238. — Calyce subaequaliter dentato, dentib. subulatis bracteisq. pubescenti-canescentib.; foll. lineari-lanceolatis oblongo-linearibusve glabriusculis acutis vix serratis, basi in petiolum brevissimum sensim angustatis; caule stricto pubescente. ♃ — Habitus fere *P. lanceolati*, sed facile distinguitur foliis longioribus minus rigidis, basi longe attenuatis, verticillastris contractis nec capitatis, bracteis plerisque subulatis haud adpressis, dentibus calycis graciliorib, corolla ampliore magisque ringente et staminibus exsertis. — *P. Virginicum* Nutt. Gen. pl. N. Am. II. 33? [non *Brachystemum Virginicum* Michx.] — In America boreali in civitate New York prope Princeton.

9. P. PILOSUM Nutt. Gen. pl. N. Amer. II. 33. — Gray l. c. — Calyce subinaequaliter dentato, dentib. ovato-lanceolatis subintegerrimis, basi acutis subsessilib.; caule ramisq. erectis molliter pubescentib. aut villosis, floralib. numquam dealbatis. ♃ — Species a *P. muticо* certissime diversa habitu, pubescentia, foliis minus rigidis, basi angustatis et dentibus calycinis villoso-barbatis. Variat calyce fere aequaliter quinquedentato et dentibus tribus superioribus basi manifeste coalitis. — *P. muticum* Bth. l. c. 329. et 728. † (ex parte).

β. leptodon: calyce fere aequaliter dentato; dentib. longiorib. e basi lata acuminatis v. subulatis bracteisq. (acuminatis) villoso-canis. — Crescit in Americae borealis civitatibus occidentalibus ab Ohio ad Tenessee, ad Missouriam et Arkansam.

10. P. MUTICUM Pers. Enchirid. II. 128. — Bth. l. c. 329. † et 728. (ex p.) — Gray l. c. — Calyce aequaliter dentato, dentib. triangulari-ovatis brevib. bracteisq. muticis pube brevissima canescentib.; foll. rigidis ovatis v. ovato-lanceolatis acutis, saepius serratis, basi rotundatis (nunc subcordatis) sessilib. subpetiolatis v. inferiorib. cauleq. laxe paniculato glabris aut tenuiter subtomentosis, summis dealbatis. ♃ — Folia 1—3-uncialia, nunc exacte ovata, nunc ovato-oblonga v. sublanceolata, interdum serrata, serraturis frequentius raris aut obsoletis, basi semper rotundata. Verticillastri capituliformes pauci parvi, bracteis acutis calycem aequantibus. Ovaria calva. — *P. pilosum* Nutt. l. c. 33. — *Brachystemum muticum* Michx. Flor. Bor. Americ. II. 6. t. 32. — *Satureja Virginiana* Linn. Hb. (an etiam Spec. plantar. 793?) — *Thymus serratus* Poir. Dict. Suppl. VII. 653. — In America boreali in Carolina superiori ad Westchester, St. Louis et Arkansas.

§. 4. *Calyx aequaliter dentatus. Verticillastri dense capituliformes, bracteis rigidis adpressis suffulti, numerosi paniculato-corymbosi, fere omnes terminales, nunc subfasciculati. Corollae labia brevia. Ovaria calva. Folia sessilia angusta crebra.*

11. P. LANCEOLATUM Prsh. Flor. Americ. septentr. II. 410. — Bth. l. c. 330. † — Gray l. c. 230. — Dentib. calycis brevib. triangularib. (saepe acutis) bracteisq. ovato-lanceolatis villoso-tomentosis; foll. lanceolatis v. linearib. integerrimis rigidis glabriusculis, basi obtusis sessilib.; caule ad angulos pubescente. ♃ — Caulis 1—2-pedalis rigidus strictus, parum ramosus, pubescens nec cano-tomentosus. Folia 1—2½-pollicaria viridia venosa, utrinque ad venas tenuiter pubescentia. Verticillastri semipollicem diametro. Calyces et bracteae molliter villosi. Stamina exserta. — *P. Virginicum* Nutt. Gen. pl. N. Amer. II. 33? (non *Brachy-*

stemum Virginicum Michx.) — Crescit in America boreali in civitate New York prope Princeton.

12. P. LINIFOLIUM Prsh. l. c. 409. — Bth. l. c. 330. — Dentib. calycis lanceolato-subulatis bracteisq. (e basi ovata v. lineari subaristatis) rigidis glabrescentib.; foll. anguste linearib. rigidis integerrimis sessilib. cauleq. glabris. ♃ — Habitus fere *P. mutici*. Caules densissime foliosi glaberrimi. Folia subtrinervia, margine subrevoluta, anguste linearia. Capitula praecedentium, sed calyces et bracteae fere glabrae. Dentes calycini uti bracteae apice subcallosi acuti rigidi. Corollae lobi oblongi integri. Stamina e tubo breviter exserta. Stylus subaequaliter bifidus. Achaenia oblonga minutissima punctulato-rugosa v. fere laevia. — *Thymus Virginicus* Linn. Syst. veget. 453. — *Brachystemum linifolium* Willd. Enum. pl. 623. — *Koellia capitata* Moench, Meth. plant. 408. — *Pycnanthemum tenuifolium* Schrad. in Steud. Nom. bot. 669? (edit. 1.) — *Origanum flexuosum* Walt. Fl. Car. 165. ex Prsh. — Crescit in America boreali, in siccis et pratis montosis a Nova Anglia ad Carolinam, in Georgia ad Novum Aurelianum et ad Saint Louis.

§. 5. *Calyx aequaliter dentatus. Verticillastri dense corymbosi terminales paniculati, bracteis laxis, interioribus brevissimis. Ovaria calva. Folia brevia remotiuscula sessilia.*

13. P. NUDUM Nutt. Gen. pl. N. Am. II. 34. — Bth. l. c. 331. † — Gray l. c. — Glabrum, pallide virens: dentib. calycis triangulari-lanceolatis brevib. pilosis; bracteis exteriorib. lanceolato-linearib., interiorib. brevissimis subulatis; foll. ovato-oblongis integerrimis sessilib.; caule simplici stricto. ♃ — Caulis 1-2-pedalis, strictior et simplicior quam in caeteris speciebus. Folia erecta, margine subrevoluta, vix pollicaria, superiora minora remota. Corymbus densus. Bracteae exteriores laxae, calyces aequantes glabrae acutae, nec aristatae. Calyces tubulosi, basi glabri, dentibus brevibus pubescentibus. Corolla pubescens. Stamina e tubo exserta, limbo breviora. — Crescit in America boreali in montosis Carolinae et Georgiae.

§. 6. *Calyx aequaliter dentatus. Verticillastri ampli subglobosi, bracteis plurimis suffulti, solitarii terminales aut saepius in axillis foliorum parium 2-3 superiorum arcte sessiles. Ovaria barbata. Folia subpetiolata.*

14. P. MONTANUM Michx. Fl. Bor. Americ. II. 8. — Gray l. c. † — Capitulis globosis; bracteis acutissimis villoso-ciliatis, exteriorib. ovatis, intimis linearib.; dentib. calycis brevib. acutis; foll. ovato-lanceolatis serratis acutis, inferiorib. basi rotundatis cauleq. glabris. ♃ — Caulis 1-3-pedalis simplex v. ramosus. Folia submembranacea, inferiora 2-3-pollicaria lanceolato-ovata, basi rotundata, petiolo brevi, superiora magis lanceolata sensim acuminata, basi acuta subsessilia, pagina superior, rami et saepe bracteae, dum soli expositae, purpurascentes. Bracteae acuminatissimae, extimae flores aequantes. Calyx tubulosus pilis conspersus, denique subglabratus, dentibus brevibus triangularibus acutis. Corolla vitellina, intus maculis purpureis notata ringens, labio inferiore profunde trilobato, lobo medio longiore, superiore integro. Stamina longe exserta. Antherae loculi paralleli. Styli lobi saepe inaequales. Ovaria apice villo barbata. — *Monardella montana* Bth. Labiat. gen. et spec. 331. — Crescit in America boreali, in Carolina.

† *Species e genere expellenda.*

P. MONARDELLA Mchx. — MONARDELLA CAROLINIANA.

3606. MONARDELLA *Bth.*

(Bth. Labiat. gener. et spec. 331. — Meisn. Gener. plant. vascul. I. 284. II. 193.)

1. M. CAROLINIANA Bth. l. c. 332. — Hirtella: foll. abrupte petiolatis subcordato-ovalib. serratis; capitulo bracteis omnib. coloratis involucrato; bracteolis ciliatis; calycib. in summitate barbatis. ♃ — Habitus *Monardae fistulosae*. Stigmatis lacinia altera brevissima. — Caulis 2-3-pedalis. Folia, petiolo ultrapollicari, basi obtusissima, leviter acuminata, profunde serrata. Bracteae calyce duplo longiores. Corolla parva pallide rubra. — Species dubia. *P. Monardella* Pursh in Herb. Lamb. *Monardae fistulosae* simillima est, sed corollae desunt, sic etiam in icone

Michauxiana. — *Pycnanthemum Monardella* Michx. Fl. Bor. Amer. II. 8. t. 34. — Habitat in Americae borealis altis montibus Carolinensibus et in monte Saluda.

2. M. ODORATISSIMA Bth. l. c. † — Caule procumbente; foll. subsessilib. oblongo-lanceolatis, utrinq. angustatis integerrimis canis; verticillastris dense globosis magnis solitariis; bracteis exteriorib. late ovatis obtusissimis coloratis; calycib. tubulosis elongatis subaequaliter dentatis. ♃ — Caulis humilis ramosus, basi purpurascens et tenuissime cano-tomentosus. Folia subsessilia parva (viz semipollicaria) obtusa, margine subrevoluta, basi angustata, subtus nervosa, utrinque brevissime cano-tomentosa, floralia bracteis subconformia. Verticillastri solitarii terminales, floriferi diametro fere bipollicari. Bracteae membranaceae venosae, molliter villosae, calycibus aequales, interiores parvae. Flores numerosissimi. Calyces ut in *Monardis* tubulosi, dentibus brevibus ovatis obtusiusculis, apice villosi, sed fauce intus subnuda. Corollae rosea (?), tubus breviter exsertus, apice parum dilatatus. — Habitat in America boreali-occidentali in petrosis ad flumen Columbia et in rupibus alpestribus in montibus „White Mountains" dictis.

3. M. UNDULATA Bth. l. c. — Caule basi procumbente; ramis ascendentib.; foll. oblongo-linearib. obtusis, margine undulato-crispis, basi in petiolum brevem angustatis, utrinq. viridib. glabris; verticillastris dense globosis magnis solitariis; bracteis exteriorib. late ovatis acutis membranaceis muticis; calycib. tubulosis elongatis subaequaliter dentatis muticis. ♃ — Rami 4-12-pollicares purpurascentes glabri v. tenuiter pubescentes. Folia crassiuscula uninervia, ad axillas saepe fasciculata, ½-1-pollicaria. Capitula et flores *M. odoratissimae*, at bracteae glabriores acutiores. Calyces basi membranacei, apice villosi. — Habitat in California septentrionali.

4. M. DOUGLASII Bth. l. c. — Caule basi procumbente; foll. petiolatis lanceolatis linearib., utrinq. angustatis viridib. pubescentib.; verticillastris dense globosis magnis solitariis; bracteis exteriorib. ovato-lanceolatis, calyces superantib. aristato-acuminatis; calycib. ovato-tubulosis inflatis villosis, dentib. subaequalibus aristatis. ♃ — Herba pubescens semipedalis divaricato-ramosa, rami purpurascentes. Folia pollicaria subplana. Capitula pollicem diametro. Bracteae exteriores basi membranaceae, venis valde prominentibus, apice virides uti dentes calycini subpungentes. Laciniae corollinae et genitalia breviora quam in *M. odoratissima* et *undulata*. — Habitat in California septentrionali.

† *Species e genere expellenda.*

M. MONTANA Bth. = PYCNANTHEMUM MONTANUM.

3607. AMARACUS *Mnch.*

(Mnch. Method. plant. Suppl. ex Bth. Labiat. gener. et spec. 333. — Meisn. Gener. plant. vascular. I. 284. II. 193.)

1. A. DICTAMNUS Bth. l. c. † — Foll. subsessilib., utrinq. ramisq. dense lanatis. ♃ — Suffrutex procumbens pedalis, ramis ascendentibus, uti folia, lana albida subfloccosa indutis. Folia sessilia v. breviter petiolata, 6-10-linearia, late ovata obtusa integerrima, basi rotundata crassa mollia, subtus penninervia, nervis prominentibus, floralia parva glabriora. Spicae breviter pedunculatae, pollicares v. parum longiores. Bracteae 3-4-lineares, laxe imbricatae sessiles suborbiculares integerrimae glaberrimae membranaceae, exteriores tenuiter 5-nerviae, apice coloratae. Corolla ecalcarata. Stamina longe exserta. — *Origanum Dictamnus* Linn Spec. plant. 833. — Bot. Magaz. t. 288. — *Amaracus tomentosus* Moench ex Steud. Nom. bot. I. 60. — Habitat in Cretae rupibus nec alibi.

2. A. TOURNEFORTII Bth. l. c. † — Foll. sessilib. orbiculatis, basi subcordatis ramisq. glaberrimis ciliatisve. ♃ — Praeter glabritiem differt ab *A. Dictamno* habitu, foliis minoribus latitudine longitudinem subaequantibus, venis vix prominentibus, spicis densioribus, bracteis latioribus, genitalibus parum brevioribus. Habitus *Rhodiolae roseae*. Caules e basi crassa lignosa numerosi simplices, vix semipedales. Spiculae paucae oblongae subsessiles subnutantes. Calycis labium inferius distincte bidentatum, dentibus obtusis ovatis. Corolla sub fauce calcari brevi obtuso aucta. Stamina exserta. — *Origanum Tournefortii* Ait. Hort. Kew.

(ed. 1.) II. 311. — Sibth. et Sm. Flor. Graec. VI. 56. t. 569. — *O. calcaratum* Juss. ex Steud. Nom. bot. 572. — Habitat in Archipelagi Graeci insula Amorgos in rupibus prope divae Virginis coenobium et in Oriente.

3. A. CORDIFOLIUS Montbr. et Auch. Ann. sc. natur. (2 Sér.) VI. 43. — Foll. sessilib. cordiformib. ramisq. glaberrimis; calycis labio superiori orbiculato breviter tridentato, inferiore minore bifido. ♃ — Species inter *Amaracos* et *Origana* fere media, sed prioribus affinior habitu, calycis labio superiore multo majore vix dentato et fauce intus nuda. Ab *A. Tournefortii* differt foliis acutis, ramis elongatis, racemo subsimplici laxiori, corollis minoribus et calyce, ab *Origano Sipyleo* foliorum forma, ramis subsimplicibus, racemo multifloro, calyce et corolla. — Crescit in insula Cypro.

3608. ORIGANUM *Linn.*

(Linn. Gener. plant. no. 726. — Meisn. gener. plantar. vascular. I. 284. II. 193. — Bth. Labiat. gener. et spec. 334.)

1. O. SIPYLEUM Linn. Spec. plant. 823. — Sibth. et Sm. Flor. Graec. VI. 57. t. 570. — Bth. l. c. 334. † — Caule decumbente, apice paniculato-ramoso; foll. breviter petiolatis integerrimis, inferiorib. subrotundis hispido-lanatis, superiorib. ovatis glaberrimis glaucis; spiculis oblongis solitariis ternisve nutantib.; bracteis laxis ovatis coloratis; calycis glaberrimi dentib. 3 superiorib. longioribus. ♃ — Basi procumbens, rami steriles breves adscendentes villosissimi, foliis rotundioribus crassis, utrinque lanatis, floriferi pedales sesquipedalesve, divaricato-ramosi glabri, foliis remotis parvis paucis subenerviis acutiusculis, basi rotundatis. Folia floralia parva. Bracteae duplo majores ovatae membranaceae obtusae, rubentes ut in *Amaracis*, laxiusculae, dimidio minores quam in *A. Dictamno*. Calyx sessilis, bractea dimidio minor, tubuloso-campanulatus glaber membranaceus, dentibus obtusis, 3 superioribus parum longioribus, 2 inferioribus intus villosis. Corollae tubus aequalis, calycem aequans. Limbus bractea subbrevior. Genitalia exserta. Stylus subaequaliter bifidus. — *O. hybridum* Mill. Dict. no. 12. — Habitat in Oriente et Graecia, in monte Sipylo Phrygiae inter Smyrnam et Bursam, prope Aleppo, in monte Delphi.

2. O. COMPACTUM Bth. l. c. † — Boiss. Voyage bot. dans le midi de l'Esp. 1306. † t. 147. — Humile subsimplex: foll. subsessilib. ovatis obtusis vix serratis; spicis dense capitatis cylindricis; bracteis elongatis lanceolatis acutis coloratis, calyce duplo longioribus. ♃ — Caules e basi suffruticosa pauci semipedales, erecti v. adscendentes simplices. Folia minora et rigidiora quam in *O. vulgari*. Spiculae 6–12 fere pollicares subsessiles, in capitulum terminale oblongum approximatae. Bracteae paullo majores quam in *O. vulgari* et omnes acutae. Calyx extus glaber, dentibus intus barbatis, superioribus parum longioribus. — *O. glandulosum* Salzm. Pl. exs. (non Desf.) — In Africa Mediterranea prope Tanger.

3. O. VULGARE Linn. l. c. 824. — Bth. l. c. 335. † — Hook. Fl. Lond. III. c. tab. — Erectum villosum: foll. petiolatis late ovatis obtusis subserratis, basi late rotundatis, utrinq. viridib.; spiculis oblongis cylindricisve glomeratis corymboso-paniculatis; bracteis ovatis obtusis coloratis, calyce dimidio ad duplo longioribus. ♃ — Planta habitu valde variabilis, nunc vix semipedalis, saepius 1–2-pedalis. Caules complures erecti, parum ramosi, magis minusve hirsuti, saepe rubentes. Folia 6–9-linearia, margine dentibus obscuris notata, nervis subtus prominentibus, magis minusve villosa, rarissime subglabra. Spiculae in corymbo terminali, ad apices ramulorum et in axillis foliorum superiorum fasciculatae, nunc breves oblongae, nunc in var. *β.* valde elongatae (usque ad 1½ poll. longae) tetragonae. Bracteae quadrifariam imbricatae laxae, at calyces obtegentes membranaceae, fere semper glabrae rubentes. Calyx glaber, dentibus aequalibus. Corolla exserta purpurascens v. rarius alba. Stamina saepius exserta distantia. Var. *β.* non differt nisi spiculis elongatis. Var. *γ.* habitu diversa est, sed varietas hortensis videtur, nec unquam exemplaria sylvestria visa. Var. *δ.* forsan species

propria est, at *O. vulgari* valde affinis. — *O. stoloniferum* Bess. — *O. orientale* Mill. Dict. no. 5.

β. prismaticum: spicis fructiferis elongatis prismaticis. — *O. Heracleoticum* Rchb. Fl. Germ. exc. 313. (non Linn.) — *O. Creticum* Linn. Spec. plant. 893. — *O. macrostachyum* Link, Handb. 408. — *O. megastachyum* Link, Enum. pl. hort. Berol. II. 114. — *O. hirtum* Link l. c.? — *O. latifolium* Mill. Dict. no. 3.

γ. humile: vix semipedale glabriusculum, foliis angustioribus et spiculis parvis numerosis corymbosis. — *O. humile* Poir. Dict. Supplem. IV. 186. — Mill. Dict. no. 4.

δ. virens: bracteis vix coloratis saepius pubescentibus. — Hoffm. et Link, Flor. Portug. I. 119. t. 9. — *O. oblongatum* Link, Enum. plant. hort. Berol. II. 114? — *O. thymiflorum* (*O. vulgare β.*) Rchb. Fl. Germ. excurs. 313. — Habitat in Europa, in Africa mediterranea et in Asia media, ad vias et sepes in sylvis ruderatis montosisque in Scotia, Anglia, Suecia, Rossia Europaea, Dania, Germania, Gallia, Italia, Hispania, Lusitania, Africa boreali usque ad insulas Canarienses, in insulis mediterraneis, in Oriente et regione Tauro-Caucasica usque ad mare Caspicum, in Rossia Asiatica usque ad jugum Altaicum et Pire Punjal ad limites vallis Cashmeriani, etiam in America septentrionali

4. O. NORMALE D. Don, Prodr. fl. Nepal. 113. — Bth. l. c. — Ascendens villosum: foll. petiolatis ovatis obtusiusculis, basi cuneato-rotundatis, utrinq. viridib.; spiculis parvis oblongis glomeratis corymboso-paniculatis; bracteis lanceolatis acutis calycem breviter superantibus. ♃ — Caules 1-2-pedales ascendentes villosi, apice paniculato-ramosi. Folia longius petiolata quam in *O. vulgari* et basi cuneata, caeterum subconformia, utrinque villosula. Spiculae breves ovatae v. rarius elongatae lanceolatae acutae numerosae, ad apices ramorum fasciculato-corymbosae. Bracteae subpatentes virides pubescentes. Calyx *O. vulgaris*. Corolla minor. Stamina (an constanter?) inclusa. — Habitat in Indiae orientalis montibus Himalayensibus, in Nepalia, Kamaon et Sirmore.

5. O. HERACLEOTICUM Linn. Spec. plant. 893. — Bth. l. c. 336. † — Erectiusculum glabrum v. villosum, glandulosum: foll. breviter petiolatis ovatis obtusis integerrimis, basi late rotundatis; panicula elongata; spiculis oblongis elongatisve glomeratis; bracteis ovatis acutis viridib. pubescentib. calycem aequantibus. ♃ — Species valde variabilis, sed constanter recognoscenda bracteis vix calyce longioribus, spiculis laxis et floribus parvis. Caules plerumque 1-2-pedales, magis minusve villosi, nunc vero (in var. *β.*) vix 3-4-pollicares et fere glabri. Folia pallide virentia glabra v. pubescentia, nervis saepe hispidulis. Spiculae numerosae pedunculatae, nunc pauciflorae oblongae, nunc sesquipollicares. Bracteae laxe imbricatae, saepe deciduae, rarissime glabrae, saepius pubescentes. Flores *O. vulgari* dimidio minores. Calyx aequalis, dentibus obtusiusculis. Corolla alba. Stamina plerumque exserta, interdum corolla subbreviora. — *O. glandulosum* Desf. Flor. Atl. II. 27. — *O. Smyrnaeum* Sm. Flor. Graec. VI. 57. t. 571. (non Linn.) — *O. Creticum* Sieb. Pl. exs. et auct. plur. (non Linn.)

β. humile: — *O. parviflorum* d'Urv. Enum. pl. Archip. in Mém. Soc. Linn. Par. 327. — Habitat in regione mediterranea australi, in Atlante prope Mascar, in Calabria, ad Tergestum, in montibus Graeciae haud rarum, in Archipelago Graeco, Creta, circa Smyrnam, Byzantium et Odessam.

6. O. LAXIFLORUM Royle in Hook. Bot. Misc. III. 376. — Bth. l. c. — Caule procumbente villoso; foll. breviter petiolatis late ovatis obtusis subintegerrimis, basi rotundatis, utrinq. viridib. pubescentib.; bracteis acutis calyce sublongioribus viridib. floribq. laxissime spicatis. ♃ — Folia *O. vulgaris*, sed caule procumbente et praesertim spicis laxis nec imbricatis distincta. Flores minores etiam quam in *O. Heracleotico*, inferiores solitarii distantes. Bracteae v. potius folia floralia uti caulina viridia et pubescentia, patula nec imbricata. Spiculae vix pollicares, plurimae ad apicem caulis trichotomo-paniculatae. — Habitat in India orientali, ad Naghanda in montibus Himalayensibus.

7. O. MAJORICUM Cambess. Enum. pl. Balear. 124. — Bth. l. c. — Caule laxe tomentoso; foll. ellipticis pubescentib.; florib. fasciculatis; calyce bilabiato; corolla bilabiata, labio superiore emarginato, inferiore trifido. ♃ — Caulis herbaceus bipedalis et ultra, teres ramosus, tomento laxo vestitus, folia inferiora 8–10 lin. longa, 5–6 lin. lata petiolata, petiolo 4–5 lin. longo, superiora multo breviora sessilia, omnia ovato-elliptica, utrinque, praesertim subtus, pilis brevissimis albidis scabriuscula. Flores ad apices ramorum spicati, spicis brevissimis conglobatis, singulae basi instructae bractea foliis superioribus omnino conformi florem subaequante. — An *Thymus Richardi* Pers.? — Habitat in aridis insulae Balearicae Majoris prope Ineam.

† *Species dubiae.*

8. O. PUNCTATUM Poir. Dict. Suppl. IV. 186. — Bth. l. c. 337. — Foll. ovato-lanceolatis punctatis glabris; capitulis sphaericis subpubescentib.; bracteis acutis calyce longioribus. ♃ — Caules erecti glabri ramosi tetragoni. Folia subsessilia acuminata integerrima, pallide virentia nervosa, pollicem et ultra longa, punctis parvis nigrescentibus conspersa, in var. *β.* angustiora lanceolata. Pedunculi breves. Spiculae globosae, pisi magnitudine. Bracteae lanceolatae angustae acutissimae subpubescentes, calyce parum longiores. Corolla albida. — An *O. Heracleotici* specimina juniora?

β. Foliis angustioribus lanceolatis. — Habitat.....?

9. O. VESTITUM Clarke, Trav. II. 451. — Bth. l. c. — Foll. subcordato-ovatis petiolatis integerrimis, utrinq. tomentosis mollissimis; spicis subrotundo-ovatis pedunculatis compactis tomentosis subternis; caule suffruticoso. ♃ — Planta ramosa tomentoso-incana. Folia nervosa, 5 lin. longa, saepius reflexa. Spicae breves, valde tomentosae, basi constipatae subternae. Calyx bilabiatus obovatus, fauce lanuginosus. Corolla gracilis glanduloso-punctata. Stylus exsertus. Stigmata reflexa. — An *Majorana crassifolia?* — Habitat in Palaestina prope Cana.

10. °O. SALVIFOLIUM Roth. ex Steud. Nom. bot. 572.

†† *Species e genere excludendae.*

O. AEGYPTIACUM Auct. — MAJORANA CRASSIFOLIA.
O. AEGYPTIACUM Linn. — Planta dubia, synonymia in Spec. pl. 823. alia ad AMARACUM TOURNEFORTII, alia ad MAJORANAM NERVOSAM referenda.
O. BENGHALENSE Burm. — POGOSTEMON PLECTRANTHOIDES.
O. CALCARATUM Juss. — AMARACUS TOURNEFORTII.
O. CILIATUM Willd. — Planta dubia verosimiliter ex ordine excludenda.
O. CLINOPODIOIDES Wall. — PYCNANTHEMUM ARISTATUM.
O. DICTAMNUS Linn. — AMARACUS DICTAMNUS.
O. FLEXUOSUM Wall. — PYCNANTHEMUM LINIFOLIUM.
O. INCANUM Wall. — PYCNANTHEMUM INCANUM.
O. INDICUM Roth. — POGOSTEMON PLECTRANTHOIDES.
O. MAJORANA Linn. — MAJORANA HORTENSIS.
O. MAJORANOIDES Willd. — MAJORANA HORTENSIS.
O. MARU Sm. et Arct. — MAJORANA MICROPHYLLA.
O. MARU Linn. — MAJORANA CRASSIFOLIA.
O. MICROPHYLLUM Sieb. — MAJORANA MICROPHYLLA.
O. ONITES Linn. — MAJORANA ONITES.
O. PALLIDUM Pers. — MAJORANA ONITES.
O. SMYRNAEUM Linn. — MAJORANA ONITES.
O. SYRIACUM Linn. — MAJORANA NERVOSA.
O. TOURNEFORTII Ait. — AMARACUS TOURNEFORTII.
O. WALLICHIANUM Bth. — MAJORANA HORTENSIS.

3609. MAJORANA *Mnch.*

(Mnch. Method. plant. 406. — Meisn. Gener. plantar. vascular. I. 284. II. 193. — Bth. Labiatar. gener. et spec. 338.)

1. M. MICROPHYLLA Bth. l. c. — Suffruticosa procumbens: ramis tenuib. glabriusculis paniculatis; foll. parvis remotis petiolatis late ovatis obtusis, basi rotundatis, utrinq. albo-tomentosis; spiculis subglobosis ad apices ramorum paucis subcorymbosis. ♃ — Divaricato-ramosa, ramis purpurascentibus laevibus filiformibus. Folia triplo minora quam in *M. hortensi*, caeterum conformia, utrinque cano-tomentosa. Spiculae globosae paucae, in corymbos parvos laxos ad apices ramorum dispositae. Bracteae calycesque tomentoso-villosae, apice dense ciliatae. Corolla *M. hortensis*. — *Origanum Maru* Sibthrp. et Sm. Flor. Graec. VI. 50. t. 573. — Bot. Mag. t. 2905. — *Origanum microphyllum* Sieb. Pl. Cret. exs. — Habitat in Cretae montibus Sphacioticis.

2. M. HORTENSIS Mnch. Meth. pl. 406. — Bth. l. c. — Ramis glabriusculis racemoso-paniculatis; foll. petiolatis oblongo-ovatis obtusis integerrimis, utrinq. cano-tomentosis; spiculis oblongis in ramulis glomeratis sessilibus. ♃ et ☉ — Caules in hortis nostris saepe annui, in frigidariis v. in locis natalibus perennes, basi suffruticosi. Rami duri pedales sesquipedalesve tetragoni pubescentes, parum ramosi. Folia semipollicaria. Spiculae 3–5, subsessiles ad apices caulis et ramulorum axillarium, oblongae tomentoso-villosae. Bracteae et calyces complanatae, arcte imbricatae. Corollae parvae purpurascentes v. albae. — Varietas? in hortis botanicis occurrit huic habitu simillima, at diversa calycibus ut in *Origanis* 5-dentatis, sed complanatis et bracteis imbricatis ut in *Majorana;* verosimiliter hybrida hortensis. — *Origanum Heracleoticum* Hort. — *Origanum acinifolium* Wallrth. — *Origanum Majorana* Linn. Spec. plant. 834. — *Origanum majoranoides* Willd. Spec. pl. III. 137. — *Origanum Wallichianum* Bth. in Wall. Plant. Asiat. rar. I. 31. — *Majorana crassa* Mnch. Meth. pl. 406? — *Origanum Onites* Lam. Dict. IV. 608. ex DC. Fl. Fr. III. 558. (non Linn.) — Habitat in Africa mediterranea et Asia media, in collibus incultis prope Mascar, in alpibus Kamaonensibus Indiae orientalis, in hortis frequentissime culta et valde variabilis.

3. M. CRASSIFOLIA Bth. l. c. 339. — Ramis tomentellis racemoso-paniculatis; foll. sessilib. ovato-ellipticis crassis molliter tomentosis; spiculis oblongis in ramulis glomeratis sessilibus. ♃? ☉? — Habitus *M. hortensis*, a qua differt foliis sessilibus majoribus crassis, utrinque uti calyces et bracteae dense tomentoso-lanatis. — *Origanum Maru* Linn. Spec. pl. 835. (non alior.) — *Origanum Aegyptiacum* Auct. non Linn. - Habitat in Oriente, in Palaestina et in Creta.

4. M. NERVOSA Bth. l. c. — Erecta: ramis patentim pilosis paniculatis; foll. sessilib. late ovatis subintegerrimis, basi rotundato-truncatis v. inferiorib. subcordatis, utrinq. villosis; spiculis oblongis parvis in ramulis glomeratis sessilibus. ♃ — Habitus *M. hortensis*, at panicula magis divaricata et ramosa. Caulis erectus pedalis. Folia semipollicaria v. inferiora subpollicaria, basi subcordata, forma *M. Onitis*. Spiculae numerosae minores et distinctiores quam in *M. hortensi*. Calyces et bracteae *M. Onitis*. Corollae parum majores, staminibus exsertis. — *Origanum Syriacum* Linn. Spec. plantar. 824? — *O. Indicum Zatarhendi* Alp. et Vesl. Pl. Aeg. 31. ic. 33. — Habitat in Arabiae peninsula Sinaica et in Aegypto.

5. M. ONITES Bth. l. c. † — Caule erecto subsimplici hirsuto; foll. sessilib. ovatis subserratis villosulis tomentosisve; spiculis parvis ovoideis numerosis dense corymbosis. ♃ — Caules erecti pedales, simplices v. rarissime subramosi, pilis longis patentibus hirsuti. Folia semipollicaria, basi saepissime cordata venosa subrugosa, nunc ad venas tantum pubescentia, nunc utrinque tomentoso-villosa. Spiculae numerosissimae, in corymbum terminalem fere planum, 2–3 poll. diametro dispositae oblongae, 3–6 lin. longae villosissimae. Calyces et bracteae quadrifariam imbricati. Corolla *M. hortensis* v. paullo major. — *Origanum Onites* Linn. Spec. pl. 834. — Sibthrp. et Sm. Fl. Graec. VI. 58. t. 572. — *Origanum Smyrnaeum* Linn. Spec. plant. 833. — *Origanum pallidum* Desf. Cat. hort. Par. (ed. 2.)

395. — Habitat in regione mediterranea orientali, in Dalmatia, in Graecia australi insulisque circumjacentibus, in collibus petrosis Astypalaeae, Leri, Sami etc., in Creta, Smyrna et Troade.

6. **M. TURBINATA** Vogel, Beiträge etc. 11. — Ramis tenuiter tomentosis; foll. petiolatis ovalib. obtusis integris, utrinq. cinereo-tomentosis; spicis ternis terminalib. quadrangularib. ovalib., lateralib. pedunculatis; calyce turbinato, labio superiore fere emarginato, inferiore brevissimo obtuse dentato. 4 — Habitat.....?

7. **M. OREJA** Vogel l. c. 12. — Ramis tenuiter pilosis; foll. petiolatis ovatis subserratis, utrinq. tenuiter pubescentib.; spicis elongatis in ramorum apice ternis pedunculatis; calyce supra profunde tridentato, antice fisso. 4 — Crescit.....?

8. **M. NEGLECTA** Vogel l. c. 19. † — Magis minusve pilosa: foll. superiorib. subsessilib. ovatis subserratis; spicis aggregatis; bracteis intus calycibq. saepe glandulosis, dentib. calycinis brevissimis. 4 — *Origanum Onites* Willd. Herb. no. 10978. — Crescit in insula Creta.

3610. THYMUS *Linn.*

(Linn. Gener. plantar. 727. excl. spec. plur. — Meisn. Gener. plantar. vascular. I. 284. II. 193. — Bth. Labiatar. gener. et spec. 340.)

Sectio I. MASTICHINA Bth. l. c. 341.

Dentes calycini omnes subulati. — Sectio generi *Bystropogoni* valde affinis.

1. **TH. MASTICHINA** Linn. Spec. plant. 827. — Bth. l. c. † — Boiss. Voyage bot. dans le midi de l'Esp. 487. no. 1308. † — Diffusus ramosus pallide virens v. canescens: foll. petiolatis ovatis oblongisve obtusis, basi angustatis nudis planis, superiorib. floralibq. latiorib.; calycib. villosis, dentib. omnib. subulatis plumosis, tubo longioribus. 4 — Suffrutex potius diffusus v. ascendens quam procumbens. Folia 2–5-linearia, margine saepe hinc inde denticulo notata, juniora utrinque canescentia. Verticillastri pauci, omnes v. superiores in capitula globosa terminalia approximati. Bracteae minutae. Pedicelli breves. Calyces fructiferi nutantes, labio superiore lato plano, dentes basi lanceolati, in setas rigidas uti laciniae labii inferioris producti et dense molliterque ciliati, ita ut capitulum molliter plumosum videatur. Corolla albida, plerumque dentibus calycinis brevior, rarius longior. — *Th. ciliatus* Mnch. ex Steud. Nom. bot. 836. (edit. 1.) — *Tragoriganum* Clus. Hist. plant. 353. ic. †.

   β. micranthus Boiss. l. c. — Magis prostratus, capitula minora, diametro *Pisi*, calycis multo minoris dentes tubum aequantes aut eum vix superantes. — *Th. tomentosus* Willd.? — *Th. marifolius* Pourr. — *Th. Almoradux* Léon Duf. mss. — Habitat in Hispaniae, Lusitaniae et Barbariae prope Mascar et Tlemsen incultis et arenosis.

2. **TH. TOMENTOSUS** Willd. Enumer. pl. hort. Berol. II. 626? — Bth. l. c. — Diffusus ramosus canescens: foll. vix petiolatis ovatis oblongisve obtusis, basi augustatis nudis planis, juniorib. cano-tomentosis, floralib. late ovatis subimbricatis; calycib. villosissimis, dentib. omnib. subulatis plumosis tubo brevioribus. 4 — A *Th. Mastichina* satis distinctus videtur calycibus et inflorescentia. Capitula parva numerosa subglobosa. — *Th. marifolius* Pourr. et Willd. l. c. — *Th. elongatus* Link, Enum. pl. II. 118. — Habitat in Hispania in Algarbia.

Sectio II. SERPYLLUM Bth. l. c. 342.

Dentes calycini superiores lanceolati. Folia floralia caulinis subconcolora.

3. **TH. HIRTUS** Willd. Enumer. plant. hort. Berol. 623. — Boiss. Voyage bot. dans le midi de l'Esp. 488. no. 1311. † t. 128. — Totus magis minusve adpresse hirtus: caulib. suffruticosis procumbentib. aut saepius erectis; foll. ad axillas fasciculatis magis minusve revolutis lanceolatis aut saepius linearib.; verticillastris in capitula terminalia densa rotunda aut oblonga, rarius basi interrupta agglomeratis; bracteis ovatis acutis, margine revolutis floresque superantib.; calycis subsessilis albo-ciliati parte inferiori valde hirsuta, labio superiori ad medium tridentato, dentibus lanceolatis acutis, labio inferiori aequali bidentato, dentibus subulatis. 4

α. legitimus Boiss. l. c. — Caules procumbentes. Folia fere eglandulosa, inferiora lineari-lanceolata subrevoluta. Capitula oblongo-cylindrica, basi interrupta, e verticillastris approximatis constantia. Corolla rosea. — *Th. Willdenowii* Boiss. Elench. pl. nov. Hispan. no. 138. — *Thymum saxatile ex monte Calpe* Tourn. Herb.

β. intermedius Boiss. l. c. — Folia valde revoluta glandulosa, corolla alba, caules humiles procumbentes, capitula cylindrica subinterrupta.

γ. capitatus Boiss. l. c. — Caules erecti magis lignosi, folia valde glandulosa et convoluta, omnia linearia. Capitula subrotunda densissima. Corolla alba. — *Th. diffusus* Boiss. Hb. et mss. nec Segu.

δ. erianthus Boiss. l. c. p. 489. — Caules erecti et capitula globosa densa, sed flores paullo minores calycesque hirsutissimi. — Crescit in rupestribus regionis calidae et subalpinae Hispaniae australis et in regno Murcico et Granatensi.

4. TH. LUSITANICUS Boiss. l. c. p. 489. † t. 139. fig. A. — Suffruticosus caespitosus: caulib. erectis simplicib. foliosis (3–5 pollices longis), parte inferiori glabriusculis, superiori breviter puberulis; foll. fasciculatis acicularib. rigidis acutis, valde revolutis glanduloso-punctatis, basi longe albo-ciliatis, caeterum glabris viridib., sub lente brevissime scabridis; capitulis densis ovatis, magnitudine nucis *Avellanae;* bracteis magnis calyces superantib. ovatis, parte superiori attenuatis acutis, facie exteriori albo-pilosis; calycis breviter hirti labio superiore latissimo brevissime tridentato, dentib. acutis, inferiori ad basin usq. in dentes setaceos diviso; corolla alba. ♃ — *Th. villosus* Guthenik. — Crescit in Lusitania.

5. TH. CARNOSUS Boiss. l. c. p. 490. † t. 139. fig. B. — Suffruticosus: caulib. basi procumbentib., dein erectis, pubescentia alba brevissima pruinosis; foll. minimis fasciculatis valde revolutis carnosis subteretib. oblongis obtusis valde glanduloso-punctatis glaberrimis glaucis; capitulis densis ovatis; bracteis ovatis calyces superantib., margine valde revolutis, extus valde nervosis hirtellis, intus crebre glanduloso-punctatis; calycis hirtelli glandulosi labio superiori vix ad medium usq. tridentato, dentib. acutis, margine revolutis, intermedio saepe breviore, inferiori ad basin usq. in dentes setaceos diviso; corolla alba. ♃ — Crescit circa Olyssiponem in Lusitania.

6. TH. VULGARIS Linn. Spec. plant. 825. — Bth. l. c. 342. (excl. synon.) † — Boiss. l. c. no. 1309. — Erectus v. basi procumbens cano-pubescens: foll. sessilib. linearі- v. ovato-lanceolatis acutis, margine revolutis, ad axillas fasciculatis, floralib. lanceolatis obtusis; verticillastris laxis subdistantib.; calycis labii superioris dentib. lanceolatis, inferioris lacinis subulatis ciliatis. ♄ — Fruticulus semipedalis ramosissimus, tomento v. pubescentia brevi canescens. Folia 3–6-linearia, secus ramos floriferos distantia, at in axillis ramulis abortientibus fasciculata. Verticillastri supremi v. omnes in capitulum terminale laxe approximati, interdum 2–4 inferiores laxe 6–20-flori remoti. Bracteae minutae. Flores *Th. Serpylli*, at saepius minores. Stamina nunc exserta, nunc inclusa et tunc saepe abortiva, corollae minores. — *Th. glandulosus* Lag. mss. — Habitat in Europae austro-occidentalis siccis aridis incultis, in Lusitania, Hispania, Gallia australi, Germania australi, Italia a Pedemontio ad regnum Napolitanum, in Graeciae montosis.

7. TH. TENUIFOLIUS Mill. Dict. no. 2. — Boiss. l. c. no. 1310. † t. 137. — Bth. l. c. 728. — Erectus v. basi procumbens: ramis pubescentib.; foll. sessilib. linearі-subulatis acutis, margine revolutis, ad axillas fasciculatis viridib. glabriusculis, floralib. lanceolatis obtusis; verticillastris distantib.; calycis labii superioris dentib. ovatis, inferioris laciniis subulatis. ♄ — A *Th. vulgari* differt praecipue foliis tenuioribus viridibus glabris v. vix subtus tenuiter cano-pubescentibus.

α. gracilis Boiss. l. c. fig. A. — Caules simplicissimi. Verticillastri omnes sessiles numerosiores, minus floribundi.

β. floribundus Boiss. l. c. fig. B. — Verticillastri inferiores saepe ramulo brevi suffulti, omnes majores multiflori. Flores subsessiles. Calyx paullo longior. Corolla major magisque exserta. — In Hispania australiori prope Gades.

8. TH. DIFFUSUS Salzm. Pl. exs. ex Bth. l. c. 342. — Procumbens: ramis floriferis ascendentib. cano-pubescentib.; foll. sessilib. linearib. v. lanceolato-linearib., ad axillas fasciculatis, margine revolutis nudis, utrinq. cano-tomentosis, floralib. conformib.; verticillastris in capitula oblonga approximatis; calycis labii superioris dentib. lanceolatis acutis, inferioris laciniis longe subulatis. ♃ — Habitus *Th. angustifolii*. Folia *Th. vulgaris*. An hujus varietas? — *Th. adscendens* Bernh.? ex Rchb. Fl. Germ. exc. 313.

β. pubescens B. Webb, Iter Hispan. p. 21. — Habitat in Hispaniae monte Gibraltarico.

9. TH. DECUSSATUS Bth. l. c. — Erectus: caulib. ramosissimis pubescentib.; foll. sessilib. ovatis obtusis, margine revolutis tenuiter tomentosis, ramorum sterilium decussatis, floralib. conformib.; verticillastris paucifloris capitellatis; calycis labii superioris dentib. brevib. ovatis, inferioris laciniis subulatis ciliatis. ♃ — Fruticulus ramosissimus, ramis veteribus subspinescentibus. Folia 1–3-linearia, ramorum fertilium parum remota, sterilium decussatim approximata, nec in axillis fasciculata. Verticillastri ad apices ramorum pauci 2–4-flori. Calyces subsessiles pubescentes. Dentes labii superioris brevissimi obtusi. Corolla parva. — Crescit in Arabiae deserto Sinaico.

10. TH. BOVEI Bth. l. c. — Erectus: ramis rigidis strictis villosis; foll. breviter petiolatis ovatis obtusis planiusculis, margine petiolisq. subciliatis, floralib. conformib. adpressis; verticillastris paucifloris spicatis; calycis labio superiore maximo breviter tridentato, inferioris laciniis subulatis ciliatis. ♁ — Fruticulus basi ramosissimus erectus 6–9-pollicaris. Folia fere *Th. Piperellae*. Verticillastri subsexflori, inferiores parum distantes, superiores in spicam pollicarem densam approximati. Calyces subsessiles villosuli erecti adpressi v. maturi subnutantes. Corolla *Th. Serpylli*. — Habitat in deserto inter Suez et Gaza.

11. TH. PIPERELLA Linn. Syst. 453. (non All.) — Bth. l. c. 343. — Suffruticosus procumbens: ramis adscendentib. rigidis pubescentib.; foll. petiolatis late ovatis obtusis, basi truncato-subcordatis non ciliatis crassis rigidis venosis glandulosis, floralib. conformib.; calycib. glabriusculis, labii superioris dentib. brevib. ovatis, inferioris laciniis subulatis ciliatis. ♃ — Affinis *Th. Serpyllo*. Distinguitur ramis rigidis minus diffusis, foliis crassioribus, basi rotundatis, inferioribus subcordatis. Verticillastri laxi subsexflori, versus apices ramorum 3–4 approximati. Calyces majores quam in *Th. Serpyllo*. Corolla calycem paullo excedens. Stamina inclusa. — *Th. graveolens* Sibth. et Sm. Flor. Graec. VI. 61. t. 576. non M. Bieb. — Habitat in regione mediterranea australiore in collibus incultis Barbariae, in Hispaniae montanis prope Buñol in regno Valentino et monte Parnasso.

12. TH. HERBABARONA Lois. Flor. Gall. 360. t. 9. — Bth. l. c. 343. et 729. — Procumbens glaber: ramis floriferis breviter adscendentib.; foll. breviter petiolatis ovato-lanceolatis acutis, basi rotundatis subciliatis, floralib. subconformibus; calycis labii superioris dentib. brevib. lanceolatis, inferioris laciniis subulatis ciliatis. ♃ — Vix ac ne vix quidem a *Th. Serpyllo* distinctus foliorum forma et habitu laxiore. — *Th. affinis* Sieb. Pl. exsicc. — *Th. lucidus* Guss. Prodr. fl. Sicul. Suppl. 180? — Habitat in Corsica.

13. TH. SERPYLLUM Linn. Spec. plantar. 825. — Hook. Flor. Lond. III. c. icon. — Sm. Engl. Bot. t. 1514. — Bth. l. c. † — Suffruticosus procumbens: ramis floriferis breviter adscendentib.; foll. breviter petiolatis ovatis, basi angustatis cuneatis rotundatisve venosis, margine petiolisq. magis minusve ciliatis, floralib. subconformib.; calycis labii superioris dentib. brevib. lanceolato-ovatis, inferioris laciniis subulatis ciliatis. ♃ — Caules basi lignosi ramosissimi, saepe usque ad pedem et ultra elongati, rami floriferi plerumque vix 1–2-pollicares, rarius, praesertim in var. *β.*, 4–6-pollicares, saepius glabri, nunc vero pubescentes v. villosi. Folia 2–4 lineas longa obtusa v. rarissime acutiuscula, basi saepissime angustata et ciliis utrinque 2–6 donata, in var. *β.* tantum

basi rotundata, at in hac majora obtusissima nec cordata, glabra v. villosa, floralia minora et breviora, caeterum conformia v. rarissime parum latiora. Verticillastri 6–12-flori, plerumque pauci in capitulum terminale oblongum approximati, nunc numerosi, inferiores v. interdum omnes remoti. Pedicelli erecti, basi bractea minuta aucti. Calyces fructiferi nutantes ovati, tubo campanulato 13-striato, labio superiore late ovato plano subreflexo, apice breviter tridentato, inferiore ex laciniis 2 subulatis ciliatis constante. Faux intus pilis numerosis clausa. Corolla calycem breviter superans v. praesertim in floribus foemineis dentibus calycinis brevior, purpurea rarius alba, extus glabriuscula. Stamina nunc exserta, nunc inclusa, et tunc saepius abortiva. Stylus saepissime exsertus. — *Th. exserens* et *Th. includens* Ehrh. Arbr. 158.

α. vulgaris: foliis minoribus, venis valde prominentibus. — *Th. sylvestris* Schreb. et ex Reichb. Flor. Germ. excurs. 313. — *Th. rigidus* Reichb. — *Th. humifusus* Bernh. ex Reichb. l. c. 312. — *Th. citriodorus* Schreb. ex Link, Enum. pl. hort. Berol. II. 115. (exempl. elongata parviflora.) — *Th. subcitratus* Schreb. ex Reichb. Fl. Germ. excurs. 313. — *Th. citratus* Dumort. Florul. Belg. 47. — *Th. lanuginosus* Schkuhr, Handb. II. t. 164. (exempl. villosa.) — *Th. collinus* M. Bieb. Fl. Taur. Caucas. III. 401. (exempl. foliis angustioribus.) — *Th. effusus* Host, Fl. Austr. II. 137. — *Th. procerus* Opiz. — *Th. Kollmunzerianus* Opiz. — *Th. Sudeticus* Opiz ex Reichb. Fl. Germ. excurs. 312. — *Th. serratus* Opiz ex Reichb. l. c. — *Th. laevigatus* Vahl, Symb. bot. II. 65. (Folia cuneato-oblonga nec linearia.) — *Th. arenarius* Bernh. ex Reichb. l. c. 312. — *Th. melissoides* Fisch. ex Herb. plur. — *Th. decumbens* Bernh. ex Reichb. l. c. 313. — *Th. glabratus* Schult. ex Reichb. l. c. an Link? — *Th. deflexus* Lej. ex Reichb. l. c. 312. — *Th. glaber* Mill. Dict. no. 6.

β. montanus: foliis majoribus minus rigidis. — *Th. montanus* Waldst. et Kit. Plant. rar. Hung. I. 72. t. 71. — *Th. chamaedrys* Fries, Nov. flor. Suec. ed. 1.) 35. (ed. 2., 107. — *Th. pulegioides* Reichb. Fl. Germ. excurs. 313. — Linn. Spec. pl. (ed. 1.) 592. (exempl. erectiora rigidiora.) — *Cunila thymoides* Linn. Spec. pl. 31. — *Hedeoma thymoides* Pers. Enchir. II. 131. — *Ziziphora thymoides* Roem. et Schult. Syst. veget. I. 209. — *Th. nummularius* Bieb. Fl. Taur. Cauc. II. 58. — Bot. Mag. t. 2666. (exempl. foliis majoribus latioribus.) — *Th. Pseudoserpyllum* Reichb. — *Th. majoranaefolius* Desf. Cat. hort. Par. 74. — Poir. Dict. Suppl. V. 300. — *Th. oratus* Mill. Dict. n. 7. — Habitat in Europa tota et Asia septentrionali, *α.* in siccis apertis, *β.* in montanis praesertim australioribus in Scotia, Anglia, Suecia, Lapponia, Dania, Germania, Gallia, Hispania, Italia, Graeciae montibus, Rossia Europaea usque ad Petropolim, in regione Tauro-Caucasica et Caspica, in jugo Altaico et Himalayano ad Simlah et Choor.

14. TH. HETEROTRICHUS Griseb. Spicileg. flor. Rumel. II. 116. † — Ramis ascendentib. puberulis; foll. lineari-lanceolatis obtusiusculis distantib., in axillis fasciculatis, planis glabris, infra medium ciliatis; bracteis conformib.; calycis pilosi labio superiori ad medium trifido ejusq. laciniis lanceolato-acuminatis setoso-ciliatis; corolla pallide violacea. ♄ — Crescit in monte Atho.

15. TH. ANGUSTIFOLIUS Pers. Enchirid. II. 130. — Bth. l. c. 344. et 729. — B. Webb, Iter Hispanic. 21. (excl. variet.) — Suffruticosus procumbens: ramis floriferis breviter adscendentib. glabris v. pubescentib.; foll. breviter petiolatis oblongo-linearib., basi angustatis venosis, margine petiolisq. ciliatis, floralib. subconformib.; calycib. plerumq. glabris, labii superioris dentib. brevib. lanceolato-ovatis, inferioris laciniis subulatis ciliatis. ♃ — A *Th. Serpyllo* non differt nisi foliis angustioribus. An mera varietas? Variat caule foliisque saepius glaberrimis, nonnunquam pubescentibus villosisque. — *Th. acicularis* Waldst. et Kit. Pl. rar. Hung. II. 137 t. 147. — *Th. caespititius* Link et Hoffm. Fl. Port. I. t. 18.? — Brot. Phyt. Lus. 28. t. 11. — *Th. repens* Link et Hoffm. Fl. Port.? — *Th. odoratissimus* M. Bieb. Fl. Taur. Cauc. III. 405. (exempl. erectiora.) — *Th. spinulosus* Ten. Fl. Nap. prodr. 28. — *Th. micans* Lowe, Primit. flor. Maderens. 19. — *Thymbra ciliata* Ten. Fl. Nap.

prodr. Suppl. II. 69. ex ejusd. Syll. fl. Neap. 209. (non Linn.) — *Thymus nervosus* Gay, Pl. exs. un. itin. — *Th. Zygis* Linn. Spec. pl. 686. et Auct. plur. — *Th. variabilis* Link et Hoffm. Fl. Port. I. t. 17. — *Th. ciliatus* Lam. Fl. Fr. II. 302. — *Th. albidus* Opiz in Bot. Zeit. 1824. II. 526? — *Th. inodorus* Lej. ex Dumort. Florul. Belg. 47. — Habitat in Europa praesertim australiori et in Asia media, in collibus incultis siccis aridis et ad vias in Lusitania, Hispania, Gallia australi, Germania australi, Italia, Graeciae montibus, circa Byzantium et in monte Bougourlou, in regione Tauro-Caucasica et Altaica, etiam in insulis Madera et Azoricis.

β. NEVADENSIS Boiss. Voyage bot. dans le midi de l'Esp. 400. no. 1313. — Suffruticosus procumbens, rami floriferi ascendentes hirtelli glabrescentesve, folia inferiora linearia convoluta, floralia longiora flores superantia lineari-lanceolata, omnia hirtella crebre punctato-glandulosa, basin versus ciliata, capitula rotunda, calycis extus glabri, intus lanati dentes labii superioris lanceolati glabri, inferioris subulati ciliati. Corolla rosea glabra. — *Th. serpylloides* Bory, Fl. Sierra Nevad. no. 154. et Ann. gener. III. 18. — Bth. Labiat. gen. et spec. 729. — Boiss. Elench. no. 159. — In Hispania australiori.

16. TH. PANNONICUS All. Fl. Ped. I. 20. — Bth. l. c. 345. — Suffruticosus procumbens: ramis floriferis adscendentib. villosis; foll. breviter petiolatis linearib. v. inferiorib. oblongis, basi angustatis venosis, margine petiolisq. ciliatis, floralib. subconformib.; calycib. villosis, labii superioris dentib. brevib. lanceolato-ovatis, inferioris laciniis subulatis ciliatis. ♃ — A *Th. angustifolio* vix differt ramis floriferis longioribus erectioribus villosis et foliis duplo longioribus. — *Th. Marschallianus* Willd. Spec. plant. III. 141. — *Th. glabrescens* Hoffm. et Link, Fl. Port. I. 130. t. 15? — *Th. Zygis* Pall. Nov. act. Petrop. X. 313 (non Linn.) — *Th. adscendens* Bernh.? in Link, Enum. pl. hort. Berol. II. 115? — *Th. odoratissimus* Mill. Dict. n. 9. — *Th. hirsutus* Auct. plur. — *Th. lanuginosus* Mill. Dict. n. 8. et Auct. plur. — *Th. Austriacus* Bernh. et ex Reichb. Fl. Germ. exc. 312. — *Th. piligerus* Opiz ex Reichb. Fl. Germ. exc. 313. — Habitat in montosis Europae australioris et Asiae mediae in Alpibus Pannonicis, Germania australi, Hungaria, Podolia, regione Tauro-Caucasica, Caspica et Altaica.

17. TH. COMPTUS Friv. Flora XIX. 429. — Frutescens: cauliculis plurimis adscendentib. albo-pubescentib.; foll. lineari-subulatis recurvis vix pungentib. ciliatis; verticillastris densis subglobosis albo-villosis, supremis approximatis; calycis dentib. subaequalib. subulatis pectinato-ciliatis corolla parva purpurea minorib.; bracteis lanceolatis, basi dilatatis nervosis. ♃ — [Griseb. Spicileg. flor. Rumel. II. 118.] — Crescit in Rumelia.

18. TH. ZYGIOIDES Griseb. Spicileg. flor. Rumel. II. 118. † — Trunco radicante; ramis seriatis erectis pilosiusculis; foll. spathulato-linearib., basi longe attenuatis ciliatis subsessilib. glabris planis, imis breviorib. imbricatis; bracteis diformib. ovato-lanceolatis ovatisq. obtusatis; verticillastris capitatis; calycis pubescentis labio superiori breviter tridentato, dentib. ovato-triangularib. acutis, labii inferioris segmentis quadruplo breviorib., his pectinato-ciliatis; corolla albida breviter exserta. ♃ — Crescit in campis et pascuis Thraciae calidae.

19. TH. SIBTHORPII Bth. l. c. — Caule basi procumbente ramoso; ramis erectis glabriusculis; foll. subsessilib. oblongo-lanceolatis glabris nervosis, floralib. conformib.; florib. numerosis parvis subspicatis; calycib. villosis, labiis divaricatis, superioris dentib. lanceolatis acutissimis, inferioris laciniis subulatis. ♃ — Suffrutex semipedalis. Folia 6–9 lineas longa, latiora quam in *Th. Marschalliano* glabra rigida, nec ut in *Th. lanceolato* molliter villosa. Verticillastri 2–6-flori, in spiculas laxas pollicares approximati. Folia floralia vix calyce longiora. Calyces subsessiles. Corolla vix calycem excedens. Stamina exserta. — *Th. lanceolatus* Sibth. et Sm. Prodr. fl. Graec. I. 419. (non Desf.) — In Graeciae montosis.

20. TH. LANCEOLATUS Desf. Fl. Atl. II. 30. t. 128. (non Sm.) — Bth. l. c. — Suffruticosus erectus molliter villosus: foll. subsessilib. ovatis lanceolatis obtusis,

basi rotundato-cuneatis venosis molliter pubescentib., floralib. conformib.; racemis densis secundis; calycis villosi nutantis dentib. labii superioris ovatis acutis. ♁ — Fruticulus 6-8-pollicaris erectus, basi ramosissimus. Folia fere pollicaria. Spica 2-3-pollicaris teres secunda. Calycis labii inferioris laciniae subulatae, superioris dentes ovati nec subulati, ut vult Desf. — Habitat in Africa boreali in Atlante prope Tlemsen.

21. TH. LINEARIS Bth. in Wall. Plant. Asiatic. rar. I. 31. et Labiat. gener. et spec. 346. — Procumbens: ramis floriferis breviter adscendentib.; foll. breviter petiolatis oblongo-linearib., basi angustatis venosis, margine petiolisq. ciliatis, floralib. ovatis, basi rotundatis subimbricatis; calycib. glabriusculis, labii superioris dentib. brevib. lanceolato-ovatis, inferioris laciniis subulatis ciliatis. ♃ — A *Th. Pannonici* varietatibus glabrioribus nonnisi habitu laxiore et foliis floralibus differt. An ejus varietas? v. cum *Th. Herbabarona, angustifolio, Pannonico* et *Sibthorpii* ad *Th. Serpyllum* referendus? — Habitat in India orientali in regionis Himalayensis montibus Kamaonensibus.

22. TH. BRACTEOSUS Visiani mss. ex Bth. Labiat. gener. et spec. 346. — Visiani, Flor. Dalmatic. I. t. 20. (absq. descriptione). — Procumbens: ramis floriferis adscendentib.; foll. petiolatis oblongis, basi angustatis planis venosis, margine petiolisq. superiorum ciliatis, floralib. sessilib. late rotundato-cordatis imbricatis ciliatis; calycib. villosis, labii superioris dentib. brevib. ovato-lanceolatis, inferioris laciniis subulatis ciliatis. ♃ — Habitus et folia caulina *Th. linearis*, a que foliis floralibus distinctissimus est, a *Th. striato* foliorum forma et habitu laxiore differt. An ejus var.? — Habitat in Dalmatia.

23. TH. STRIATUS Vahl, Symb. bot. I. 78? — Bth. l. c. — Procumbens: ramis floriferis adscendentib. pubescentib.; foll. subsessilib. linearib. rigidis, basi angustatis glabris ciliatis, floralib. late cordato-ovatis striatis calycibq. pubescentib. in capitulum oblongum arcte approximatis subimbricatis. ♁ — Habitus *Th. angustifolii*, at folia longiora rigidiora et inflorescentia distinctissima. Folia floralia rigida venosa, margine ciliata. — *Th. Zygis* Sibth. et Sm. Fl. Gr. VI. 60. t. 574. (non Linn.) — Habitat in Europa australiore, Gibraltariae, in regno Napolitano, Graecia.

24. TH. HIRSUTUS M. Bieb. Fl. Taur. Cauc. II. 59. et III. 408? — Bth. l. c. — Procumbens: ramis floriferis adscendentib. cano-pubescentib.; foll. sessilib. linearib., ad axillas subfasciculatis, margine planis ciliatis, utrinq. cano-tomentosis, floralib. latiorib. floribq. in capitulum oblongum arcte approximatis. ♁ — Habitus *Th. diffusi, angustifolii, striati* et *villosi*, a duobus prioribus differt foliis floralibus latioribus, a *Th. striato* villositate, at a *Th. villoso* foliis floralibus integerrimis cano-pubescentibus. — *Th. vulgaris* Sibth. et Sm. Fl. Graec. prodr. I. 419. (non Linn.) — Habitat in Graeciae montosis et in Tauria.

25. TH. VILLOSUS Linn. Spec. plant. 827. — Sibthrp. et Sm. Flor. Graec. VI. 62. t. 578. — Bth. l. c. 347. — Suffruticosus procumbens: ramis brevib. hirsutiusculis; foll. oblongo-linearib. planiusculis, margine ciliatis, floralib. oblongo-lanceolatis, apice serratis calycibq. coloratis; verticillastris paucifloris approximatis. ♁ — Habitus *Thymi angustifolii*, a quo differt foliis magis ciliatis et praesertim calycibus duplo majoribus foliisque floralibus, ut in *Thymbra spicata* coloratis et apice saepissime dentibus 2-3 acutis notatis. Verticillastri laxi nec imbricati. Corollae vix calycem excedentes. — Habitat in Archipelagi Graeci insulis.

26. TH. CAPITELLATUS Hoffm. et Link, Flor. Port. I. t. 12. — Bth. l. c. — Fruticosus canescens: foll. lanceolatis obtusis, margine revolutis, subtus cano-tomentosis, floralib. subimbricatis late ovatis calyces superantib.; verticillastris parvifloris in capitula globosa terminalia aggregatis. ♃ — Species inflorescentia distinctissima. Habitus et folia caulina fere *Th. vulgaris*. Florum capitula numerosissima, fere *Origani Meru*, magnitudine pisi. Calyces parvi sessiles, dentibus brevibus patentibus. Corolla vix calyce longior. — Habitat in Lusitania trans Tagum prope Lisboam, in Algarbia.

27. TH. NUMIDICUS Desf. Fl. Atl. II. 29? *) — Bth. l. c. — Erectus v. basi procumbens: ramis cano-pubescentib.; foll. sessilib. oblongo-linearib. spathulatisve parvis fasciculatis planis glabris subciliatis, floralib. imbricantib., basi latissimis; verticillastris in capitulum parvum globosum arcte approximatis; calycib. villosis, labii superioris dentib. lanceolatis acutis, inferioris laciniis subulatis. ♁ — Habitus *Th. vulgaris*, a quo differt foliis brevioribus glabris, planis v. complicatis, nec margine revolutis, et praesertim inflorescentia. Capitula vix piso majora hirsuta. Folia floralia exteriora basi latissima flores amplectentia, in apicem oblongum obtusum producta, interiora calycibus subbreviora. — Habitat in Hispania, in Barbaria prope La Calle.

28. TH. PUNCTATUS Visiani, Illustrat. di alc. piante 7. † t. 2. fig. 1. — Pumilus fruticulosus erectus glanduloso-punctatus: cauliculis cano-pubescentib.; foll. ovato-oblongis bracteisq. late ovatis subrhombeis nervosis obtusis planis glabriusculis, basi ciliatis subsessilib.; florib. spicato-capitatis terminalib.; calycis bilabiati glabriusculi dentib. longe ciliatis bracteas corollamq. subaequantib., superiorib. lanceolatis, inferiorib. subulatis, fauce villosis; staminib. inclusis. ♁ — Circa Angoram ad Mare nigrum.

29. TH. CHERLERIOIDES Visiani l. c. 8. † — Pumilus caespitosus: cauliculis suffruticosis effusis gracilib.; foll. fasciculatis linearib. obtusis pubescentib., margine revolutis ciliatis, basi planis sessilib., floralib.....; florib. subspicato-capitatis; calycib. pubescentib., fauce villosis, dentib. adscendentib. acuminatis ciliatis, superiorib. lanceolatis, inferiorib. linearibus. ♃ — In monte Ida in Bithynia.

30. TH. HISPANICUS Poir. Dict. VII. 646. — Bth. l. c. — Fruticulosus suberectus: foll. linearib. ciliatis; florib. capitatis subvillosis. ♁ — *Th. Numidico* valde affinis et forsan ejusdem varietas. Distinguitur foliis margine ciliatis, capitulis florum minoribus subglabris v. parce villosis, bracteis minus dilatatis. Caules duri lignosi, basi partim procumbentes surrecti, 5-6-pollicares, rami numerosi tenues subtetragoni, apice pubescentes. Folia sessilia anguste linearia integerrima, vix acuta nervosa punctata, 4 lin. longa, ½ lin. lata, margine ciliata, ad axillas fasciculata, internodiis longiora. Calyces tubulosi striati, nervis purpurascentibus, pilis raris cinereis conspersi, dentibus 5 subsetaceis ciliatis, fauce villosi. Corolla calyce longior purpurascens. Stamina corolla sublongiora. — Habitat in Hispania et ad littora Africae septentrionalis.

31. TH. CAPITATUS Hoffm. et Link, Fl. Port. I. 123. — Bth. l. c. 348. † — Basi procumbens ramosissimus: ramis erectis canescentib., sterilib. subspinescentib.; foll. sessilib. linearib. oblongisve planis, floralib. imbricatis ovatis ciliatis viridib. calyces obtegentibus. ♁ — Fruticulus elegans durus semipedalis v. in hortis subpedalis. Folia 3-4-linearia, alia minora ad axillas fasciculata, glabriuscula, saepe complicata, nec margine revoluta. Florum capitula terminalia globosa, v. saepius oblonga. Verticillastri 6-flori, arcte imbricati. Calyces folio florali breviores erecti adpressi glabri, v. angulis breviter scabro-hispidi. Labii superioris dentes brevissimi, inferioris laciniae subulatae ciliatae. Corolla e capitulo exserta, fauce dilatata, labiis patentibus. Stamina exserta distantia divergentia. — *Satureja capitata* Linn. Spec. plant. 795. — Sibth. et Sm. Fl. Graec. VI. 36. t. 544. — *Thymus Creticus* Brot. Phyt. Lus. 27. t. 12. — *Th. Marinosci* Ten. Fl. Nap. prodr. 35. ex ejusd. Syll. fl. Neap. 296. — Habitat in regionis mediterraneae siccis aridis saxosisque, in Barbaria, prope Tanger, in Lusitania, Hispania, Sicilia, regno Napolitano, Archipelago Graeco et Graecia copiose, Syria et Palaestina, prope Smyrnam.

---

*) *Fruticulosus erectus: foll. linearib. patulis glabris, subtus nervosis; florib. capitatis; bracteis ovato-lanceolatis ciliatis; calycib. hirsutis.* ♁ — *Frutex* 1-*decimetr. ramosus. Rami graciles erecti, superne pubescentes. Folia integerrima linearia patentia, subtus nervosa et punctata glabra,* 2 *millim. vix lata. Fasciculi axillares. Flores conferti, terminales in capitulum oblongum dispositi. Bracteae ovato-lanceolatae acutae nervosae ciliatae, longitudine florum. Calyx villosus striatus,* 5-*dentatus, dentibus setaceis. Corolla parva rosea. Affinis* Th. Zygis *Linn. Differt foliis glaberrimis nec ciliatis, bracteis basi latioribus.*

32. TH. GRANATENSIS Boiss. Elench. plant. nov. Hispan. no. 160. et Voyage bot. dans le midi de l'Esp. 491. no. 1315. † t. 140. — Suffruticosus prostratus: ramulis floriferis erectis tomentosis; foll. subfasciculatis minutis glabris, vix ad basin subciliatis ovato- aut oblongo-spathulatis glanduloso-punctatis, floralib. multo majorib. nervosis ovatis, apice attenuatis obtusiusculis, margine dense ciliatis coloratis; capitulis subrotundis; calyce extus glabro, dentib. 3 valde ciliatis, labio inferiori profundius diviso; corolla rosea, extus hirta, calyce plus duplo longiore. ♄ — Crescit in Hispania australi, in regno Granatensi.

Sectio III. PSEUDOTHYMBRA Bth. l. c. 348.
Folia floralia magna membranacea colorata.

33. TH. CEPHALOTUS Linn. Spec. plant. 826. — Bth. l. c. † — Erectus ramosus cano-pubescens: foll. sessilib. linearib., margine revolutis parvis fasciculatis, floralib. maximis ovatis acutis submembranaceis coloratis imbricatis calyces obtegentibus. ♄ — Habitus et folia *Thymi vulgaris*, at inflorescentia distinctissima. Folia floralia semipollicaria sessilia, basi rotundata, margine vix ciliata purpurascentia. Capitula subglobosa, magnitudine *Cerasi*. Corollae extus pubescentes, tubo exserto bracteas subaequante, limbo brevi. Stamina corollam subaequantia divergentia. — Habitat in Hispania et in Lusitania.

34. TH. BROUSSONETII Boiss. Voyage bot. dans le midi de l'Esp. 492. † t. 141. — Suffruticosus: caulib. glabriusculis erectis foliosis; foll. breviter petiolatis late ovato-lanceolatis obtusiusculis glabris punctato-pellucidis; capitulis magnis ovatis; bracteis imbricatis ovatis, apice attenuatis acutis coloratis, margine breviter ciliolatis, caeterum glabris; calycis corolla triplo brevioris labio superiori apice brevissime tridentato, inferiori in dentes setaceos diviso; corolla pubescente rosea. ♄ — *Th. ciliatus* Bth. (ex p.) — Crescit circa Mogador in regno Marocano.

35. TH. LONGIFLORUS Boiss. l. c. 492. no. 1316. † t. 142. — Suffruticosus ramosus erectus brevissime cano-pubescens: foll. sessilib. linearib., margine revolutis glanduloso-punctatis, floralib. late ovatis, apice attenuatis acutiusculis imbricatis glabrescentib. subcoloratis; calyce profunde bilabiato, extus glabro, intus lanato, labio superiori brevissime 3-dentato, inferiore in lacinias duas subulatas ciliatas usque ad basin diviso; corolla purpurea hirta calycem duplo superante, e bracteis longe exserta, tubo cylindrico, labio superiori brevissimo vix bifido, inferiore trilobo, lobis subaequalib.; stylo antherisq. exsertis. ♄ — Crescit in Hispania australi in regione montana et subalpina.

36. TH. MEMBRANACEUS Boiss. Elench. plant. nov. Hispan. no. 162. et Voyage bot. dans le midi de l'Esp. 493. no. 1317. † t. 143. — Suffruticosus ramosus erectus: foll. lanceolato-linearib. subsessilib., margine revolutis, brevissime cano-pubescentib. glanduloso-punctatis, floralib. maximis glabris tenuiter membranaceis pellucidis albicantib. ellipticis acutissimis, interiorib. angustatis lanceolatis; calycib. propter angustiem bractearum superiorum vix occultatis, extus glabriusculis, intus pilosis, bilabiatis, labio superiori breviter tridentato, inferiore profunde in lacinias setaceas ciliatas diviso; corolla alba glabra hirta, calyce triplo longiore, e bracteis valde exserta; stylo et staminib. longe exsertis. ♄ — Crescit in rupestribus Sierra de Bados in Hispania australi.

37. TH. CILIATUS Bth. l. c. 348. — Fruticulosus erectus: ramis pubescentib. villosisve; foll. oblongo-lanceolatis v. linearib. obtusis planis viridib. venosis, margine subciliatis, floralib. maximis late ovatis acutis submembranaceis nervosis coloratis ciliatis imbricatis, calyces obtegentibus. ♄ — Frutex elegans ramosissimus erectus 2-3-decimetr. Rami juniores pubescentes lanugine brevissima, teretes aut vix tetragoni, nunc simplices, nunc ramosi inaequales. Folia linearia rigidula patentia sessilia, margine utrinque pilis albidis ciliata, poris conspersa. Flores dense capitati terminales, capitulis ovato-cylindricis obtusis 2-3 centim. longis. Bracteae magnae ovatae acutae ciliatae, subtus nervosae, calyce longiores. Calyx teres subcompressus bilabiatus, dentibus ciliatis, 2 inferioribus longioribus setaceis. Corolla violacea. Tubus rectus, calyce duplo longior. Labium superius

integrum obtusum subplanum, inferius trilobum, lobis subrotundis integris. Stamina 4 didynama, corolla vix longiora. Antherae minutae. Stigmata acuta. — *Thymbra ciliata* Desf. Flor. Atlant. II. 10. t. 122. — Habitat in Africa boreali, in collibus aridis et incultis prope Mascar, prope Galla et in insulis Canariensibus.

† *Species non satis notae.*

38. TH. PULCHELLUS C. A. Meyer, Enum. pl. Cauc. Casp. 87. — Bth. l. c. 349. — Caulib. basi fruticulosis erectis, ad angulos pubescentib.; foll. glaberrimis planis oblongis v. sublinearib. obtusis, imis ellipticis; verticillastris spicato-approximatis; dentib. calycinis labii superioris subaequalib. subulatis; staminib. exsertis. ♄ — Habitat in regione Caucasico-Caspica, in collibus gypsaceis ad fl. Anticetam.

39. TH. RICHARDI Pers. Enchirid. II. 130. — Bth. l. c. — Florib. capitatis; bracteis ovatis calycibq. rigidis; foll. late ovatis, subtus nervosis. ♃ — An *Origanum majoricum* Camb.? — Habitat in insulis Balearicis.

40. TH. MULTIFLORUS Pers. l. c. 131. — Bth. l. c. — Florib. axillarib. pedunculatis, pedunculis multifloris; calycib. oblongis, dentib. acutis; foll. ovatis glabris, venis subtus prominentibus. ♃ — Folia subtus punctata. — Habitat.....?

41. TH. HIRSUTISSIMUS Poir. Dict. VII. 650. — Bth. l. c. † — Foll. ovato-lanceolatis subsessilib. hirsutis; spicis capitato-subverticillatis; bracteis ciliato-hirsutis. ♃ — Caules erecti humiles lignosi glabri teretes ramosissimi. Rami erecti breves subfasciculati. Folia parva, superiora longiora lanceolata, in petiolum brevem angustata acuta integerrima firma punctata, pilis rigidis albis conspersa, internodiis longiora. Flores ad apices ramorum breviter spicati, bracteae lanceolatae flores subaequantes ciliatae v. margine pilis numerosis rigidis albidis hispidae. Corolla purpurascens, calyce sublongior. Calyx tubulosus, ore apertus, dentibus 5 subulatis acuminatis subspinosis subaequalibus, leviter ciliatis. — An *Micromeria, M. nervosae* affinis? — *Thymbra hirsuta* Pers. l. c. 114. — Habitat in Oriente.

42. TH. ALBICANS Hoffm. et Link, Flor. Portug. I. t. 11. — Poir. Dict. Suppl. V. 305. — Bth. l. c. 350. — Florib. verticillato-capitatis terminalib. axillaribq.; foll. lanceolatis, subtus albidis; dentib. calycinis subaequalib. subulatis. ♃ — An *Micromeria Graeca?* — Habitat in Lusitania.

43. TH. MEGAPOTAMICUS Spr. Syst. veget. IV. Cur. post. 224. — Bth. l. c. — Caule erecto herbaceo; foll. linearib. convolutis aspero-punctatis; pedunculis confertis folia superantibus. ♃ — An *Hedeoma multiflora?* — Habitat in America meridionali ad Rio Grande.

44. TH. LONGICAULIS Presl, Flor. Sicul. XXXVII. — Bth. l. c. — Caulib. longissimis repentib. puberulis; foll. cuneiformi-oblongis obtusis glaberrimis integris; capitulis globosis; bracteis oblongis obtusis, longitudine calycis pubescentis; dentib. calycinis ciliatis subulatis; antheris exsertis. ♃ — Habitat in Sicilia.

45. TH. BONARIENSIS Tenore ex Ann. des sc. natur. XIII. 381. (Nouv. Sér.) — Suffrutex hispidulus: caulib. erectiusculis; foll. linearib. punctato-glandulosis integerrimis; florib. verticillatis; verticillastris sexfloris; corollis calyce inclusis. ♃ — Crescit in Bonaria.

46. TH. BREVIFOLIUS Wahlenbrg. Isis XXI. 1001. — Verticillastris sexfloris; calycib. basi gibbosis pubescentib., corolla dimidio breviorib.; foll. cuneiformi-subrotundis integerrimis albido-tomentosis, pedunculo brevioribus. ♃ — Habitat in Syria.

47. TH. CORIACEUS Vogel, Beiträge zur Kenntniss etc. 23. — Capitulis elongatis acutis; bracteis maximis late ovatis acuminatis strictis dense glanduloso-punctatis subciliatis; foll. caulinis ellipticis v. ovato-lanceolatis acuminatis glabris. ♄ — Crescit in Asia minore.

†† *Species nonnisi nomine cognitae.*

TH. AEGYPTIACUS Bernh.

TH. CAMPHORATUS Hoffm. et Link.

TH. INTEGER Griseb.

††† *Species e genere excludendae.*

TH. ACINOIDES Ten. = **MELISSA PATAVINA.**
TH. ACINOS Linn. MELISSA ACINOS.
TH. ALPINUS Linn. MELISSA ALPINA.
TH. ATHONICUS Bernh. MELISSA NEPETA.
TH. BARRELIERI Spr. MICROMERIA MARIFOLIA.
TH. BIFLORUS Don. MICROMERIA BIFLORA.
TH. BRAUNEANUS Hoppe. MELISSA NEPETA.
TH. BROWNEI Swartz. MICROMERIA BROWNEI.
TH. CALAMINTHA Scop. MELISSA CALAMINTHA.
TH. CALAMINTHOIDES Rchb. MELISSA CALAMINTHA.
TH. CANESCENS Dumort. MELISSA ACINOS.
TH. CANUS Stev. = **MELISSA GRAVEOLENS.**
TH. CAROLINIANUS Michx. MELISSA CAROLINIANA.
TH. CHAMISSONIS Bth. MICROMERIA DOUGLASSII.
TH. CORSICUS Pers. = **MELISSA MICROPHYLLA.**
TH. CRETICUS DC. = **MICROMERIA MARIFOLIA.**
TH. CROATICUS Pers. MICROMERIA PIPERELLA.
TH. DEBILIS Bnge. MELISSA DEBILIS.
TH. DIFFUSUS Hortul. MELISSA NEPETA.
TH. DOUGLASII Bth. MICROMERIA DOUGLASII.
TH. ERICAEFOLIUS Roth. MICROMERIA VARIA.
TH. EXIGUUS Sm. MELISSA GRAVEOLENS.
TH. FILIFORMIS Ait. MICROMERIA FILIFORMIS.
TH. FILIFORMIS Sieb. MICROMERIA NERVOSA.
TH. FRUTICULOSUS Bert. MICROMERIA APPROXIMATA.
TH. GLANDULOSUS Req. = **MELISSA GLANDULOSA.**
TH. GRANDIFLORUS Scop. = **MELISSA GRANDIFLORA.**
TH. GRANDIFLORUS Sims. = **MELISSA CAROLINIANA.**
TH. GRAVEOLENS Bieb. MELISSA GRAVEOLENS.
TH. HETEROPHYLLUS Poi MELISSA ACINOS.
TH. HIRTUS Russ. MICROMERIA GRAECA.
TH. HIRTUS Sieb. MELISSA CRETICA.
TH. HIRTUS Viv. SALVIA AEGYPTIACA.
TH. IMBRICATUS Forsk. MICROMERIA FORSKOLEI.
TH. INCANUS Sm. MELISSA INCANA.
TH. INDICUS Burm. GENIOSPORUM PROSTRATUM.
TH. INODORUS Desf. MICROMERIA NODORA.
TH. LANCEOLATUS Poir. PYCNANTHEMUM LANCEOLATUM.
TH. LUCIDUS Ehrh. = ZIZYPHORA CLINOPODIOIDES.
TH. MARGINATUS Sm. = **MICROMERIA PIPERELLA.**
TH. MARIFOLIUS Willd. = **MICROMERIA MARIFOLIA.**
TH. MASTICHINA Sibth. et Sm. = MICROMERIA NERVOSA.
TH. MICRANTHUS Brot. = MICROMERIA GRAECA.
TH. MICROPHYLLUS d'Urv. MICROMERIA MICROPHYLLA.
TH. MONTANUS Crantz. MELISSA ALPINA.
TH. MOSCATELLUS Pall. MELISSA CALAMINTHA.
TH. NEPETA Scop. MELISSA NEPETA.
TH. NEPETOIDES Don. = NEPETA RUDERALIS.
TH. NUBIGENUS H. B. Kth. = MICROMERIA NUBIGENA.
TH. RIGANIFOLIUS Don. MELISSA LONGICAULIS.
TH. PARVIFLORUS Req. = MENTHA REQUIENI.
TH. PATAVINUS Jacq. = MELISSA PATAVINA.
TH. PIPERELLA All. = **MICROMERIA PIPERELLA.**

TH. PIPERITUS Don. = MELISSA LONGICAULIS.
TH. PUNCTATUS Willd. = ZIZYPHORA CLINOPODIOIDES.
TH. PURPURASCENS Poir. = MELISSA PURPURASCENS.
TH. REPENS Don. = MELISSA REPENS.
TH. ROTUNDIFOLIUS Poir. = MELISSA ROTUNDIFOLIA.
TH. SERRATUS Poir. = PYCNANTHEMUM MUTICUM.
TH. SUAVEOLENS Sibth. et Sm. = MELISSA PATAVINA.
TH. SUBCORDATUS Visiani. = MICROMERIA SUBCORDATA.
TH. SUBNUDUS Spr. = MICROMERIA PULEGIUM.
TH. SYLVATICUS Bernh. = MELISSA CLINOPODIUM.
TH. SYRTICUS Spr. = SALVIA AEGYPTIACA.
TH. TENERIFFAE Lnk. = MICROMERIA MICROPHYLLA.
TH. TENERIFFAE Pers. = MICROMERIA TENERIFFAE.
TH. TEREBINTHINACEUS Willd. = MICROMERIA TENERIFFAE.
TH. TRAGORIGANUM Linn. = SATUREJA THYMBRA.
TH. UMBROSUS Spr. = MELISSA CALAMINTHA.
TH. VERONICAEFOLIUS Spr. = MELISSA VERONICAEFOLIA.
TH. VERTICILLATUS Poir. = PYCNACTHEMUM LANCEOLATUM.
TH. VILLOSISSIMUS Tausch. = MELISSA ALPINA.
TH. VIRGATUS Ten. = MICROMERIA GRAECA.
TH. VIRGINICUS Linn. = PYCNANTHEMUM LINIFOLIUM.
TH. XALAPENSIS H. B. Kth. = MICROMERIA XALAPENSIS.

3011. SATUREJA *Linn.*

(Linn. Gener. plant. no. 707. — Meisn. Gener. plant. vascul. I. 284. II. 193. — Bth. Labiat. gener. et spec. 351.)

Sectio I. SATUREJA Bth. l. c. 352.

Verticillastri pauciflori. Bracteae parvae v. nullae.

1. S. HORTENSIS Linn. Spec. plant. 795. — Bth. l. c. † — Erecta pubescens: verticillastris subsecundis remotis v. supremis subspicatis. ⊙ — Herba ramosissima semipedalis v. parum altior, saepe purpurascens. Rami pilis brevibus rigidis reflexis pubescentes, vix tetragoni. Folia oblongo-linearia acuta integerrima, basi in petiolum brevem angustata, sparse et breviter pubescentia 1-nervia plana v. siccitate margine involuta, floralia conformia. Verticillastri laxe subsexflori. Pedunculi communes in verticillastris inferioribus lineares, in superioribus subnulli. Bracteae breves lineares v. omnino abortivae. Pedicelli brevissimi. Calycis dentes ad medium tubi attingentes rigidi subaequales, uti nervi calycis breviter scabro-hispidi. Faux intus omnino nuda. Corolla dentes calycinos vix excedens, extus sparse pubescens. Genitalia lobis corollae breviora. Achaenia ovoideo-triquetra laeviuscula. — *S. viminea* Burm. Fl. Ind. 126. (non Linn.) — Habitat in Europa australi, in Hispania, Gallia australi, Italia et ex Europa verosimiliter allata in America boreali, Indiae orientalis peninsula et in Promontorio bonae spei.

2. S. RUPESTRIS Wulf. in Jacq. Coll. II. 130. et Icon. pl. rar. t. 404. — Bth. l. c. † — Suffruticosa: ramis adscendentib.; foll. petiolatis ovatis obtusis glabris v. subcanescentib.; racemis densis multifloris subsecundis; calycis dentib. brevib. acutiusculis. ♃ — Habitu inter *Saturejas* et *Melissas (Calamintbas)* media. Caules basi lignosi. Rami herbacei 1–1½-pedales, dense foliosi ramulosi, apice subcanescentes. Folia 3–4-linearia subintegerrima, basi angustata, in exemplaribus cultis majora, hinc inde crenato-dentata, floralia infima conformia, superiora parva, floribus breviora. Verticillastri multiflori subcymosi, in spicam seu racemum densum 1–3-pollicarem approximati, pedicelli brevissimi. Bracteae minutae. Calyces vix lineam longi erecti aequales subcampanulati, fauce intus glaberrima. Corolla tubo breviter exserto, calyce duplo triplove longior alba, labiis hiantibus. Stamina breviter exserta, vix distantia. — *S. thymifolia* Scop. Fl. Carn (edit. 2.) t. 29? — *Calamintha rupestris* Host, Fl. Austr. II. 131. — *Melissa alba* Waldst. et Kit. Pl.

rar. Hungar. III. 227. t. 205. — *Nepeta Croatica* Spr. Syst. veget. II. 727. — *Nepeta pumila* Spr. Cent. spec. min. cogn. 29. — Habitat in Europae austro-orientalis montibus siccis et locis asperis, in Carniolia, Hungaria, Croatia, Carinthia, Istria et Dalmatia.

3. S. MONTANA Linn. Spec. plant. 794. — Sbthrp. et Sm. Flor. Graec. VI. 35. t. 543. — Bth. l. c. 353. † — Suffruticosa glabra v. tenuiter scabro-pubescens: foll. oblongo-linearib. acutis v. inferiorib. spathulatis cuneatisve obtusis; verticillastris pluriflоris laxis secundis, in spicam v. racemum approximatis. ♃ — Caules basi lignosi diffusi ramosissimi. Rami erecti v. adscendentes semipedales pedalesve, nunc omnino glabri, saepius pilis brevissimis subreflexis pubescentes. Folia inferiora et ramorum sterilium latiora, nunc obovata, margine ciliata, superiora uti floralia angustiora, saepius nuda, omnia uninervia viridia rigidula glabra v. pilis raris brevibus vix pubescentia. Verticillastri inferiores saepius remotiusculi laxissimi, cymis utrinque pedunculatis 3-5-floris, calycibus pedicellatis, bracteis linearibus foliaceis, superiores densiores multiflori, magis approximati, interdum omnes in spicam densam unilateralem approximati. Corolla extus glabra v. pubescens, calyce duplo longior alba v. purpurascens. — *S. trifida* Mnch. Meth. pl. 396. — *S. subspicata* Vis. Spec. pl. Dalm. II. t. 4. — Ten. App. ad Ind. sem. hort. Neap. 1827. — *S. Illyrica* Host, Fl. Austr. II. 133. — *S. variegata* Host l. c. 134. — *S. cuneifolia* Ten. Fl. Nap. t. 151. fig. 2. — *S. obovata* Lag ex Spr. Syst. veg. II. 720. — *S. hyssopifolia* Bert. Ann. di Stor. nat. 1829. fasc. III. 406. — *Micromeria montana* Rchb. Fl. Germ. exc. 311. — *Micromeria pygmaea* Rchb. l. c. — *Satureja pygmaea* Sieb. pl. exs. ex Rchb. l. c. — *Micromeria variegata* Rchb. Fl. Germ. exc. 859. — Habitat in regionis mediterraneae locis aridis apricis montosisque, in montibus Pyrenaeis prope Bagneres de Luchon, in Hispania, Lusitania, Africa boreali, Gallia et Germania mediterranea et secus Rhodanum et Rhenum? usque ad Belgium, in Italia a Pedemontio usque ad regnum Neapolitanum, in Istria quoque, Dalmatia et Graecia.

4. S. VIRGATA Visiani, Flor. Dalmatic. I. t. 18. fig. 2. — Bth. l. c. — Suffruticosa scabro-hispida: foll. oblongo-linearib. acutis; verticillastris pluriflоris subaequalib. remotiusculis, in racemum longum virgatum dispositis. ♃ — A *S. montana* non differt nisi inflorescentia et hirsutie. Calycis dentes etiam parum breviores et flores minores. Racemus nonnumquam ultra pedalis. — *S. spicata* Vis. ex Pl. exs. Union. itin. Würtemb. — *Micromeria spicata* Rchb. Fl. Germ. exc. 311. — *S. fasciculata* Tausch in Syll. pl. soc. Ratisb. II. 249? — Habitat in apricis Dalmatiae.

5. S. SPINOSA Linn. Spec. plant. 795. — Bth. l. c. — Sibthrp. et Sm. Flor. Graec. VI. 36. t. 545. — Griseb. Spicileg. flor. Rumel. II. 121. — Suffruticosa erecta tortuoso-ramosa: ramis tomentosis spinescentib.; foll oblongis acutis glabris; verticillastris paucis paucifloris. ♁ — Fruticulus semipedalis ramosissimus, ramis brevibus fere omnibus in spinas abeuntibus. Folia *S. montanae* breviora latiora, in ramis sterilibus minuta. Flores *S. montanae* minores, caeterum conformes — *S. approximata* Frivaldsk. Flora (B. Z.) XIX. 438. — Habitat in Archipelago Graeco et in Creta.

6. S. INODORA Salzm. Pl. Tang. exs. ex Bth. l. c. 354. † — Suffruticosa diffusa glabriuscula: ramis adscendentib.; foll. lineari-spathulatis obtusis, margine ciliatis, superiorib. flores excedentib.; florib. paucis subsessilib.; dentib. calycinis obtusiusculis. ♃ — Species distinctissima. Habitus fere *Thymi angustifolii* exemplarium majorum. Rami duri tenuissime scabro-pubescentes. Ramuli brevissimi numerosi, apice foliis dense obtecti. Folia semipollicaria, praeter cilias marginales glabra. Flores paucissimi, inter folia sessiles. Calyces glabri campanulati 10-nervii, dentibus 5 brevibus muticis et saepius obtusis. Faux intus nuda. — Habitat prope Tanger.

7. S. MUTICA Fisch. et Meyer, Ann. sc. nat. V. 300. — Pubescenti-cana: caulib. erectis ramosissimis, basi fruticulosis; ramis virgatis; foll. oblongis sublinearibs cymis axillarib. paucifloris; bracteolis linearib. calyce multo breviorib.; calycl

bilabiati lobis sublinearib. muticis, inferiorib. binis longioribus. ♁ — Habitat in montibus aridis Talysch.

8. S. PACHYPHYLLA C. Koch, Linnaea XVII. 295. — Frutescens divaricato-ramosissima: caulis summitatib. ramisq. pilis crispulis obtectis; foll. glaberrimis crassis, dense glanduloso-punctatis anguste oblongis obtusis; verticillastris distantib.; cymulis subsessilib. 2–3-floris; dentib. calycinis lanceolatis acutis aequalib.; corollae labio superiori emarginato-bifido, inferioris lacinia media majori; nuculis oblongis griseo-nigris, hilo colorato. ♁ — *S. mutica* Fisch. et Mey. calycis dentibus obtusis et ramis virgatis, *S. intermedia* C. A. Mey. autem foliis obovatis subcrenatis differt. — In Ciscaucasia et ad Tanaïm in terra Cosakorum.

Sectio II. TRAGORIGANUM Bth. l. c. 354.

Verticillastri dense globosi multiflori remoti, bracteis suffulti. Calyx tubum corollae subaequans.

9. S. THYMBRA Linn. Spec. plant. 794. — Sibthrp. et Sm. Flor. Graec. VI. 33. t. 541. — Bth. l. c. † — Suffruticosa diffusa scabro-hispida: foll. oblongo-linearib. v. inferiorib. obovato-cuneatis acutis; verticillastris multifloris densis subglobosis, omnib. remotis. ♁ — Rami lignosi 1–2-pedales divaricati ramulosi. Folia acutiora breviora et parum latiora quam in *S. montana*, caeterum conformia scaberrima. Verticillastri demum fere pollicem diametro 20–40-flori. Bracteae ovato-lanceolatae acutae adpressae, calycem aequantes, uti calyces pilis patentibus hispidae. Calycis dentes subaequales lanceolato-subulati. Faux intus nuda. Corolla *S. montanae* minor. — *Thymus Tragoriganum* Linn. Mant. 84. — *Satureja Tragoriganum* Tausch in Syll. Pl. soc. Ratisb. II. 248. — Crescit in regione mediterranea austro-orientali, in montosis asperis Graeciae australis et Archipelagi frequentissima, in Syriae et Palaestinae montibus.

Sectio III. PYCNOTHYMUS Bth. l. c.

Verticillastri in capitulum oblongum aggregati, bracteis suffulti. Calyx minutus.

10. S.? RIGIDA Bartr. in Herb. Bnks. mss. ex Bth. l. c. — Suffruticosa procumbens: ramis adscendentib., apice pilosulis; foll. lanceolatis obtusis, margine revolutis; verticillastris in capitulum oblongum terminale aggregatis; bracteis imbricatis villosissimis; calyce brevissimo membranaceo. ♃ — Rami 4–6-pollicares subsimplices numerosi, basi pubescentes, apice piloso-hispidi. Folia nunc glabra, nunc, praesertim superiora hispida, 3–4 lineas longa. Capitulum ¾–1½-pollicare, pilis mollibus albis hispidum. Bracteae subcoloratae lanceolatae obtusae. Calyx bracteis triplo brevior, profunde quinquedentatus. Corollae tubus bracteas aequans. Limbus potius *Pycnanthemi* quam *Saturejae*, cui vero generi habitu haec planta simillima est, nec ullo modo cum *Pycnanthemo* conjungenda. — Habitat in America boreali, in Florida orientali.

† *Species dubiae.*

11. S. CAMPANELLA Ehrenb. Naturgesch. Reise 13. — Bth. l. c. 729. — Suffruticosa: ramis pubescentib.; foll. ovato-lanceolatis acutis integerrimis hispidulis subsessilib.; florum cymis folio parum longiorib. bracteatis; calycib. brevius campanulatis, profunde quinquefidis. ♃ — Habitu proxime accedit ad *S. rupestrem* Wulf. — Habitat in Africa boreali prope Castelnuovo.

12. S. OLLA Ehrenbrg. l. c. — Bth. l. c. 729. — Suffruticosa: ramis seticulosis; foll. anguste linearib. et lanceolato-linearib. acutis setoso-hispidis; florum cymis folio vix longiorib. bracteatis; calycib. brevius campanulatis profunde quinquefidis. ♃ — Habitu propius accedit ad *S. Thymbram*, cujus flores et folia majora sunt. — Habitat in Africa boreali prope Castelnuova.

13. S. INTERMEDIA C. A. Meyer, Enum. pl. Cauc.-Casp. 91. — Bth. l. c. 355. — Undique pubescenti-canescens: caulib. diffusis ramosissimis, basi fruticulosis; foll. obovato-oblongis obtusiusculis subcrenatis; cymis axillarib. paucifloris;

bracteis sublinearib. calyce subbreviorib.; calycib. bilabiatis, lobis lineari-lanceolatis muticis. ♃ — Folia *S. Thymbrae*, calyces fere *S. montanae*. — Habitat in Caucaso, in locis lapidosis prope pagum Swant.

14. S. SESSILIFLORA Presl, Flor. Sicul. I. 36. — Bth. l. c. 355. — Florum fasciculis sessilib., in spicam oblongam foliosam dispositis; calycis ore ciliati dentib. ovatis erecto-patentib.; tubo corollae calycem duplo superante; foll. lineari-lanceolatis acutis ciliatis punctatis, subtus scabris; caule basi fruticoso; ramis diffusis velutino-pubescentibus. ♃ — Habitat in Sicilia.

15. S. HIRSUTA Presl, Del. Prag. 79. — Bth. l. c. — Pedunculis axillarib. brevissimis 1-3-floris; bracteis calyci aequilongis; foll. ovato-lanceolatis hispidis; caulib. simplicib. hirsutis, pilis erecto-patentibus. ♃ — Ab auctore ad *S. filiformem* Desf. (*Micromeriam microphyllam*) refertur, a cl. Gussone (Prodr. fl. Sicul. II. 115.) potius ad *Micromeriam Julianam*. Ex characteribus datis species vix recognoscendae sunt. — Habitat in Sicilia.

16. S. PARVIFLORA Presl, Fl. Sicul. I. 36. — Bth. l. c. — Florum fasciculis sessilib. trifloris in spicam foliosam dispositis; bracteis numerosis setaceis; dentib. calycis erectis, tubo corollae longitudine calycis; foll. ovato-lanceolatis internodio duplo longiorib. caulibq. basi suffruticosis villosis. ♃ — Habitat in Sicilia.

17. S. ANGUSTIFOLIA Presl l. c. — Bth. l. c. — Florum fasciculis folio breviorib.; dentib. calycis erecto-patentib.; tubo corollae calycem paullo excedente; foll. oblongo-lanceolatis cauleq. suffruticoso patulo pubescenti-scabris. — In Sicilia.

18. S. LONGIFLORA Presl l. c. — Bth. l. c. — Florum fasciculis folio aequilongis; dentib. calycis patentib.; tubo corollae calycem duplo excedente; foll. ovato-lanceolatis, subtus canescentibus; caule suffruticoso diffuso. ♃ — Habitat in Sicilia.

†† *Species nonnisi nomine cognitae.*

*S. SCABRA Presl, Fl. Sicul. I. 36. — *Thymus scaber* Presl, Del. Prag. — In Sicilia habitat.

*S. GLOBIFERA Desf.

††† *Species e genere excludendae.*

S. AMERICANA Poir. — HYPTIS SCOPARIA.
S. APPROXIMATA Biv. — MICROMERIA APPROXIMATA.
S. CANESCENS Guss. — MICROMERIA CANESCENS.
S. CAPITATA Linn. — THYMUS CAPITATUS.
S. CONDOEA Juss. — HYPTIS SCOPARIA.
S. CONGESTA Horn. — MICROMERIA GRAECA.
S. CONSENTINA Ten. — MICROMERIA GRAECA.
S. FASCICULATA Raffn. — MICROMERIA APPROXIMATA.
S. FILIFORMIS Desf. — MICROMERIA MICROPHYLLA.
S. FILIFORMIS Ten. — MICROMERIA NERVOSA.
S. GRAECA Linn. — MICROMERIA GRAECA.
S. INCANA Spreng. — MICROMERIA OBOVATA.
S. INODORA Host. — MICROMERIA PARVIFLORA.
S. JULIANA Linn. — MICROMERIA JULIANA.
S. LANATA Link. — MICROMERIA LANATA.
S. MICRANTHA Hoffm. et Link. — MICROMERIA GRAECA.
S. MICROPHYLLA Guss. — MICROMERIA MICROPHYLLA.
S. NERVOSA Desf. — MICROMERIA NERVOSA.
S. ORIGANOIDES Linn. — CUNILA MARIANA.
S. OVATA R. Br. — MICROMERIA OVATA.
S. PARVIFLORA Vis. — MICROMERIA PARVIFLORA.
S. PUNCTATA R. Br. — MICROMERIA PUNCTATA.
S. SIDERITIS Lunan. — MICROMERIA OBOVATA.
S. STRICTA Russ. — NEPETA HELIOTROPIFOLIA.
S. TENERIFFAE Link. — MICROMERIA MICROPHYLLA.

S. TENUIFOLIA Ten. = MICROMERIA GRAECA.
S. TENUIS Link. = MICROMERIA TENUIS.
S. VARIA Berth. et Webb. = MICROMERIA VARIA.
S. VIMINEA Linn. = MICROMERIA OBOVATA.
S. VIRGINIANA Linn. = PYCNANTHEMUM MUTICUM.

Subtribus II. HYSSOPEAE Endl. Gener. plantar. p. 617.
Calyx quindecimnervis. Stamina quatuor fertilia.

3612. HYSSOPUS *Linn.*

(Linn. Gener. plantar. no. 709. — Meisn. Gener. plantar. vascular. I. 284. II. 193. — Bth. Labiatar. gener. et spec. 356.)

1. H. OFFICINALIS Linn. Spec. plant. 796. — Bth. l. c. † — Tota planta saepius glaberrima, in var. γ. vero pilis brevibus rigidis villosa. Caulis basi lignosus diffusus ramosissimus. Rami elongati virgati 1–2-pedales. Folia sessilia, saepius oblongo-linearia v. lanceolata, in var. α. elliptica, in var. γ. angustiora obtusa integerrima plana v. margine subrevoluta, basi parum angustata, utrinque viridia, subtus uninervia crassiuscula. Verticillastri 6–15-flori secundi, in spicam terminalem approximati v. inferiores remoti. Folia floralia caulinis conformia at minora. Bracteae exteriores lanceolato-lineares acutae, calyce vix breviores, interiores minutae. Corolla coeruleo-purpurea, rarius alba. Achaenia ovoidea triquetra compressa laeviuscula. Var. δ. durior est et tota cano-villosa, at vix species propria, α. est var. hortensis.

α. *latifolius:* — *H. Fischeri* Hortul. — *H. alopecuroides* Fisch. (Hortul.) — *H. officinalis* β. *decussatus* Pers. Enchirid. II. 114. — *H. myrtifolius* Desf. Hort. Par.

β. *vulgaris:* — *H. officinalis* Jacq. Fl. Aust. t. 502. — *H. ruber* Bernh.

γ. *angustifolius:* — *H. angustifolius* Bieb. Fl. Taur. Cauc. II. 38. III. 389. — *H. orientalis* Adam. Willd. Enum. pl. hort. Berol. II. 600. — *H. Caucasicus* Spr. in Steud. Nom. bot. 423?

δ. *canescens* DC. Fl. Fr. Suppl. 396. — Habitat in Europa australi et Asia media, in Hispania, Gallia australi, Italia, Germania australi, rarior in Germania media, in Belgio, in Rossia meridionali, in Tauria et Caucasia, in jugo Altaico, γ. praesertim in regione Asiatica, δ. circa Avenionem.

† *Species e genere excludendae.*

H. ANISATUS Nutt. = LOPHANTHUS ANISATUS.
H. BRACTEATUS Gmel. = ELSHOLTZIA CRISTATA.
H. CRISTATUS Lam. = POGOSTEMON PLECTRANTHOIDES.
H. DISCOLOR Desf. = LOPHANTHUS ANISATUS.
H. LOPHANTHOIDES Don. = PLECTRANTHUS GERARDIANUS.
H. LOPHANTHUS Linn. = LOPHANTUS CHINENSIS.
H. NEPETOIDES Linn. = LOPHANTHUS NEPETOIDES.
H. OCYMIFOLIUS Lam. = ELSHOLTZIA CRISTATA.
H. RESUPINATUS Moench. = LOPHANTHUS CHINENSIS.
H. SCROPHULARIAEFOLIUS Willd. = LOPHANTHUS SCROPHULARIAEFOLIUS.

Subtribus III. CUNILEAE Endlich. Gener. plant. p. 613.
Stamina duo inferiora fertilia.

3613. COLLINSONIA *Linn.*

(Linn. Gener. plantar. no. 17. — Meisn. Gener. plantar. vascular. I. 284. II. 193. — Bth. Labiatar. gener. et spec. 357.)

1. C. CANADENSIS Linn. Spec. plant. 30. et Hort. Cliff. 14. t. 5. — Bth. l. c. 358. † — Caule glabriusculo; foll. late ovatis acuminatis, basi rotundatis subcordatis v. rarius cuneatis glabris; panicula elongata laxa multiflora; florib. diandris. ♃ — Caulis herbaceus erectus ramosus 1–1½-pedalis laevis compresso-tetragonus,

saepius glaber, rarius tenuiter pubescens. Folia ampla, breviter petiolata, saepius longe acuminata serrato-crenata nervosa, utrinque glabra, subtus minute et sparsim glandulosa, superiora et floralia inferiora sessilia minora. Panicula 5–10-pollicaris laxa, parce ramosa. Bracteae pedicello multoties breviores setaceo-acuminatae, basi dilatatae. Calyx fructifer pedicellum aequans subglaber. Corolla flava subcampanulata, calyce florifero quadruplo longior. Stamina 2, longe exserta divaricata, sterilia nulla. — *C. decussata* Mnch. Meth. pl. 370. — *C. ovalis* Pursh, Fl. Amer. sept. I. 21. — *C. cuneata* Wender. Schrift. Nat. Ges. Marb.? — Habitat in America septentrionali, in sylvis umbrosis rupestribus a Canada ad Carolinam.

2. C. TUBEROSA Michx. Fl. Bor. Amer. I. 17. — Bth. l. c. † — Foll. subrhombeo-ovalib. acutis, basi cuneatis; panicula elongata laxa ramosissima multiflora; florib. diandris. ♃ — Caulis inferne teretiusculus pedalis ramosus. Folia 1½-pollicaria, caulina sessilia opposita cordata. Paniculae rami elongati. Bracteae parvae subulatae. Calycis dentes setacei tubo longiores. Flores multo quam in *C. Canadensi* minores, a qua differt foliorum forma et floribus minoribus. — *C. serotina* Walt. Fl. Car. 65. ex Pursh, Fl. Amer. sept. I. 21. — Habitat in America septentrionali, in umbrosis humidisque sylvarum Carolinae.

3. C. SCABRIUSCULA Ait. Hort. Kew. (ed. 2.) I. 66. — Bth. l. c. — Caule procumbente glabriusculo; foll. petiolatis ovatis acutis dentatis, basi rotundatis, supra glabris v. pilosiusculis, subtus glabris; racemis simplicib. axillarib. terminalibq.; florib. diandris. ♃ — Caulis videtur procumbens v. adscendens, folia multo minora quam in caeteris speciebus, vix bipollicaria. Racemi pubescentes 2–3-pollicares, floribus oppositis breviter pedicellatis, *C. Canadensis* duplo minoribus. Corollae rubro-flavae. — *C. scabra* Pers. Enchirid. I. 29. — *C. praecox* Walt. Fl. Carol. 65. — Habitat in Carolina et Florida, ad Jacksonville in Louisiana.

4. C. PUNCTATA Elliott, Bot. of S. Carol. and Georg. I. 36. — Bth. l. c. 350. † — Foll. ovato-lanceolatis acuminatis, basi acutis, subtus pubescentib. punctatisq.; panicula composita. ♃ — Radix tuberosa. Caulis herbaceus erectus, 2–6-pedalis scaber pubescens, apice ramosus. Folia magna dentata scabra, supra pubescentia, subtus subtomentosa acuta, interdum utrinque acuminata, par supremum ovatum subsessile. Flores paniculato-racemosi. Pedunculi, calyx, corolla, et foliorum pagina inferior punctis resinosis conspersa. Calycis labium superius trifidum, inferius longius bifidum, laciniis omnibus acutis. Corolla flavescens, extus pubescens, intus pilosa, laciniis superioribus ovatis subaequalibus, inferiore longiore fimbriato. — Habitat in Carolinae solo pingui frequens.

5. C. VERTICILLATA Baldw. in Elliott l. c. — Bth. l. c. † — Caule basi glabro nudo, superne viscoso-pubescente; foll. late ovatis acuminatis, basi rotundato-cuneatis, parib. binis approximatis pseudo-verticillatis; racemo laxo subsimplici; florib. tetrandris. ♃ — Herba pedalis subsimplex erecta. Folia ampla, basi magis angustata quam in *C. Canadensi*, utrinque pilis brevibus raris hispidula et margine ciliata. Racemus viscoso-pubescens semipedalis nudus. Verticillastri infimi subsexflori, supremi biflori. Corolla calyce triplo longior, extus pubescens, labio inferiore breviter fimbriato. Annulus internus ad ortum staminum squamosus. — Habitat in Georgia.

6. C. ANISATA Pursh, Fl. Amer. sept. I. 21. — Bth. l. c. † — Curtis, Bot. Magaz. t. 1219. — Foll. late ovatis subdentatis, basi rotundato-truncatis rugosis, nervis subtus cauleq. pubescentib., panicula densa; florib. tetrandris ♃ — Caulis erectus subramosus, obtuse tetragonus rufescens, pilis brevibus patentibus subviscosis, pubescens. Folia breviora quam in *C. Canadensi*, vix acuminata, parce dentata, valde rugosa, supra glabra v. ad venas pubescentia, subtus nervosa, floralia infima caulinis conformia, suprema bracteaeformia. Bracteae parvae membranaceae ovatae acuminatae, basi amplexicaules, pedicellis breviores. Panicula densa, 4–6-pollicaris. Calyx floriger *C. Canadensis*. Corolla magnitudine corollae *C. Canadensis*, sed labii inferioris lobus medius vix laciniatus, pallide lutea, extus glabra. — Habitat in America septentrionali in montibus Georgiae.

3614. CUNILA *Linn.*

(Linn. Gener. plant. no. 35. — Meisn. Gener. plant. vascular. I. 285. II. 193. — Bth. Labiat. gener. et spec. 360.)

1. C. MARIANA Linn. Spec. plant. 30. — Sweet, Brit. flow. gard. III. t. 243. — Bth. l. c. 360. † — Herbacea: foll. subsessilib. ovatis serratis, basi cordatis, floralib. subconformib., inferiorib. flores superantib.; cymis pedunculatis laxe corymbosis. ♃ — Rami breves glabri, ad nodos pubescentes. Folia plerumque pollicaria obtusiuscula nervosa, utrinque glabra. Verticillastri pauci. Cymae utrinque dichotomae, ramis gracilibus glabris. Bracteae parvae subulatae. Calyces vix ultra lineam longi striati, fauce intus villosissima, dentibus brevibus lanceolatis acutis. Corolla calyce subduplo longior, intus pubescens. Stamina longe exserta. — *Zizyphora Mariana* Roem. et Schult. Syst. vegetab. I. 208. — *Satureja origanoides* Linn. Spec. pl. (ed. 1.) 568. — Habitat in America boreali a Canada ad Carolinam in montosis siccis.

2. C. INCISA Bth. l. c. 361. † — Fruticosa: foll. petiolatis ovato-rhomboideis grosse inciso-serratis, basi integerrimis cuneatis, floralib. conformib. flores superantib.; cymis parvis pedunculatis subcapitatis. ♁ — Frutex ramosissimus, dense foliosus, ramis tenuiter pubescentibus, vix tetragonis. Folia acuta, 6-8 lin. longa, 4-6 lata, glabra, utrinque dense glandulosa. Verticillastri laxe multiflori. Cymarum pedunculi petiolos aequantes, pedicelli brevissimi. Bracteae parvae setaceae. Calyx tubulosus, basi angustatus glandulosus striatus, dentibus aequalibus lanceolatis subfoliaceis erectis, fauce intus vix villosa. Corolla intus pubescens, tubo calycem subaequante. Stamina breviter exserta. Antherae connectivo crasso, loculis subdivaricatis. Styli lobus superior brevissimus, inferior elongatus recurvus complanatus, margine et apice stigmatifer. — In Brasilia meridionali.

3. C. ANGUSTIFOLIA Bth. l. c. † — Fruticosa glabra: foll. breviter petiolatis elliptico-linearib. integerrimis serratisve, floralib. conformib. flores superantib.; verticillastris laxis paucifloris; florib. minutis. ♁ — Frutex dense foliosus, rami glabri vix tetragoni. Folia circiter pollicem longa, nunc integerrima, nunc apicem versus grosse serrata, basi angustata integerrima, utrinque glabra, minute glanduloso-punctata, supra viridia, subtus pallida. Verticillastri laxe pluriflori, pedunculo communi pedicellisque saepius brevissimis. Bracteae minutissimae ovatae. Flores minuti. Calyx ovatus striatus, aequaliter 5-dentatus, tenuissime glandulosus, intus fauce subvillosus. Corolla intus pubescens, tubo calycem subaequante. Genitalia breviter exserta. Antherarum loculi connectivo crasso subparalleli. Styli lobus superior vix inferiori brevior, inferior subcomplanatus, apice stigmatifer. — Habitat in Brasilia meridionali.

4. C. INCANA Bth. l. c. † — Fruticosa: foll. breviter petiolatis ovato-oblongis obovatisve obtusis integerrimis, utrinq. cano-tomentosis, floralib. conformib. flores superantib.; verticillastris 2-6-floris. ♁ — Habitus *Micromeriae obovatae*. Rami elongati virgati dense foliosi cano-tomentosi. Folia 3-6 lineas longa, basi angustata, utrinque pilis stellatis cano-tomentosa, minute glandulosa. Verticillastri folio 2-3-plove breviores. Bracteae minutae setaceae. Calyx breviter pedicellatus, magnitudine calycis *C. Marianae*, ovatus, breviter obtuse 5-dentatus, extus tenuissime glandulosus et cano-tomentosus, intus fauce villosissimus. Corolla extus pubescens, tubo breviter exserto, intus pubescens, labiis intus glaberrimis. Genitalia vix exserta. Antherarum loculi divergentes subdivaricati. Styli lobi subaequales. Achaenia oblonga subtriquetra, sub lente tenuissime rugulosa. — Habitat in Brasilia meridionali.

5. C. LEUCANTHA Bth. l. c. † — Herbacea, glabra: foll. brevissime petiolatis ovato-oblongis integerrimis, basi rotundatis; cymis vix pedunculatis laxiusculis multifloris. ♃ — Caules e radice plures erecti ramosi obtuse tetragoni glaberrimi. Folia 6-8 lin. longa venosa glabra, subtus oculo armato observata punctis minutis flavis resinosis conspersa. Verticillastri laxi, inferiores remoti, supremi approximati,

16–20–flori. Pedicelli et calyces pubescentes. Bracteae lineari–lanceolatae, pedicellis parum longiores. Corolla alba, extus pilosa. — Habitat in Mexico.

6. C. POLYANTHA Bth. l. c. 362. — Herbacea: caule erecto pubescente; foll. breviter petiolatis ovatis subserratis, basi rotundatis; verticillastris laxis multifloris in racemum longum dispositis. ♃ — Caules ultrapedales, praesertim ad nodos pubescentes. Folia pollice longiora, utrinque tenuiter pubescentia, subtus pallida. Verticillastri laxissimi, inferiores 40–50–flori. Cymarum rami divaricato-dichotomi. Calyces saepius nutantes pubescentes, dentibus acutis. Bracteae lineari–setaceae minutae. Corolla alba, magnitudine corollae *C. Marianae*. Stamina longe exserta. — Habitat in Mexico.

7. C. LYTHRIFOLIA Bth. in Lindl. Bot. Reg. XV. ad calc. t. 1289. et Labiatar. gener. et spec. 362. — Herbacea: caule erecto pubescente; foll. oblongo–lanceolatis serratis; verticillastris densis multifloris spicatis, inferiorib. distinctis; calycib. villosissimis. ♃ — Caulis ultra pedalis ramosus, uti folia tomento brevi pubescens. Folia 1½–2–pollicaria acuta, basi angustata rugosa, subtus venosa, superiora minora, floralia vix flores excedentia, suprema parva linearia. Spicae 1½–2–pollicares. Bracteae lineares, calyces aequantes adpressae. Calyces erecti. Corollae *C. Marianae*. — Habitat in Mexico prope Real del Monte.

8. C. STRICTA Bth. l. c. † — Herbacea: caule erecto stricto; foll. linearib. obtusis integerrimis rigidis; verticillastris densis multifloris, in spicam terminalem basi subinterruptam approximatis. ♃ — Habitus *Keithiae*. Caulis 1–2–pedalis subramosus, acute quadrangularis, angulis callosis, glaberrimus. Folia pauca, 1–1½–pollicaria, 1–nervia, margine subrevoluta pallida glaberrima glandulosa, floralia minora, suprema acuta bracteaeformia, calyce breviora, margine ciliata. Bracteae lanceolato–subulatae. Spica 1–2–pollicaris. Calyx ovatus striatus 13–15–nervis glandulosus, irregulariter 5–dentatus, dentibus linearibus acutis margine ciliatis. Corolla omnino *Cunilae* alba, labio inferiore purpureo–punctato intus glabro, superiore emarginato. Stamina exserta. Styli lobus inferior planus acutus, apice stigmatifer. — Habitat in Brasilia in paludosis prope Ricao de Sanelon et in Missionibus Urnguayensibus.

9. C. SPICATA Bth. l. c. † — Herbacea, procumbens: ramis villosis; foll. breviter petiolatis obovato–oblongis obtusis remote serratis, basi angustatis; verticillastris dense multifloris, in spicas terminales approximatis. ♃ — Caulis vix tetragonus, pilis simplicibus subfasciculatis villosus. Folia vix semipollicaria, juniora in axillis subfasciculata, supra adpresse pilosa, subtus glandulosa, ad nervos pilis longis ciliata. Verticillastri infimi subremoti, supremi in spica 1–2–pollicari dispositi. Folia floralia infima caulinis conformia flores superantia, suprema sessilia lanceolata acuta, calycibus breviora. Bracteae lineares striatae, calyce breviores. Flores magnitudine *C. Marianae*. — In Brasilia meridionali.

10. C. MENTHOIDES Bth. l. c. 363. † — Herbacea procumbens: ramis villosis; foll. petiolatis late ovatis obtusis vix crenatis, basi rotundatis; verticillastris dense multifloris distinctis v. supremis approximatis. ♃ — Rami elongati subsimplices, pilis patentibus villosi. Folia semipollicaria, supra rugulosa, tenuiter pubescentia, utrinque glandulosa, subtus ad nervos prominulos ciliata. Verticillastri pauci subglobosi. Folia floralia caulinis conformia, suprema minora sessilia. Bracteae late ovatae membranaceae ciliatae. — Habitat in Brasilia meridionali.

11. C. GALIOIDES Bth. l. c. † — Suffruticosa procumbens: foll. parvis fasciculatis lanceolatis obtusiusculis integerrimis; verticillastris multifloris densis in spicam elongatam basi subinterruptam approximatis. ♃ — Rami elongati virgati, tenuissime pubescentes. Folia numerosissima, 2–3 lineas longa subsessilia rigida conduplicata, supra sub lente tenuissime pubescentia, subtus glabra glandulosa. Verticillastri distincti. Folia floralia caulinis conformia, suprema minora, calycem subaequantia. Bracteae conformes, paullo breviores. Calyx ovatus striatus, extus pubescens, intus fauce villosa, dentibus lanceolatis brevibus aequalibus.

Corolla pallide coerulea, extus pubescens, calyce duplo longior, faux dilatata intus villosa, labium superius planum, vix emarginatum, inferioris lobi angustiores subaequales integerrimi, v. medio parum longiore subemarginato impunctato. Genitalia exserta. Antherarum loculi paralleli. Styli lobi subteretes, superiore paullo breviore. Achaenia matura non visa. Odor fortis aromaticus *Menthae Pulegii*. — Habitat in Brasilia, in campis provinciae Minas Geraës et paludibus provinciae Sancti Paull ab urbe Castro ad Curitiba vulgaris.

12. C. FASCICULATA Bth. l. c. † — Suffruticosa procumbens: ramis piloso-hispidis; foll. subsessilib. fasciculatis oblongis obtusis integerrimis, margine revolutis, utrinq. hispidis; verticillastris densis multifloris, in capitula ovoidea terminalia aggregatis. ♃ — Rami piloso-hispidi tetragoni. Folia 3–5 lineas longa, in axillis fasciculata. Florum capitulum ½–1 pollicem longum, verticillastro saepius altero a capitulo distincto. Folia floralia caulinis conformia. Bracteae minores, interiores lineares striatae ciliatae. Calyx ovatus pubescens, intus fauce villosa, dentibus subaequalibus erectis, basi lanceolatis subulatis ciliatis. Corolla extus pubescens, intus villosa, tubo breviter exserto, fauce subdilatata, labium superius planum, vix emarginatum, inferius patens, lobis lateralibus integerrimis, medio longiore subemarginato. Genitalia exserta. — In Brasilia meridionali.

13. C. MICROCEPHALA Bth. l. c. 364. † — Herbacea procumbens: ramis vix pubescentib.; foll. petiolatis oblongis obovatisve obtusis integerrimis v. subsinuato-serratis, basi angustatis glabris planis; verticillastris multifloris densis, capitula parva globosa subterminalia formantibus. ♃ — Caulis ramosissimus, rami tetragoni, sub lente tenuissime pubescentes. Folia distantia parva, juniora in axillis subfasciculata, in nervo medio marginibusque subtus promihulis glabriuscula, subtus glandulosa. Flores in verticillastro denso terminali capituliformi v. nonnulli saepe in verticillastro altero a terminali remoto dispositi. Folia floralia caulinis conformia, capitulum superantia. Bracteae ovatae acutae membranaceae, calyce saepius breviores. Calyx ovatus striatus, extus glabriusculus, intus fauce villosissima, dentibus late lanceolatis acutis, tubo brevioribus. Corollae albae tubus vix exsertus, faux dilatata intus villosa, limbus vix bilabiatus, labium superius planum, late ovatum, brevissime emarginatum, labii inferioris lobi paullo angustiores, supra punctis 2–4 purpureis notati, laterales integerrimi, medius subemarginatus. — Habitat in America meridionali, in Brasilia meridionali, in republica Argentina et in Peruvia.

† *Species ignota.*

14. *C. VERTICILLATA Moench ex Steud. Nomencl. bot. (edit. 1.) 899. — *Zizyphora verticillata* Steud. l. c.

†† *Species e genere excludendae.*

C. BUCHANANI Spreng. — HEDEOMA NEPALENSIS.
C. CAPITATA Linn. — ZIZYPHORA CLINOPODIOIDES.
C. COCCINEA Hook. — GARDOQUIA HOOKERI.
C. FRUTICOSA Willd. — WESTRINGIA ROSMARINIFORMIS.
C. GLABELLA Michx. — MICROMERIA GLABELLA.
C. HISPIDA Spreng. — HEDEOMA HISPIDA.
C. LYRATA Schrank. — SALVIA LYRATA.
C. NEPALENSIS Don. — HEDEOMA NEPALENSIS.
C. PULEGIOIDES Linn. — HEDEOMA PULEGIOIDES.
C. THYMOIDES Gou. — MICROMERIA FILIFORMIS.
C. THYMOIDES Linn. — THYMUS SERPYLLUM.

Tribus V. *MELISSINEAE* Bth. Labiat. gener. et spec. 365. — Endl. Gener. plant. p. 618. — Meisn. Gener. plant. vascul. I. 285.

Calyx 13- rarius 10-nervius quinquedentatus bilabiatus, labio superiore tridentato, inferiore bifido, rarius aequalis. Corollae tubus exsertus v. rarius inclusus, intus exannulatus, limbus bilabiatus, labio superiore recto integro v. emarginato-bifido subplano v. rarissime galeato, inferiore patente, lobis planis subaequalibus v. medio saepius latiore integro v. emarginato. Stamina adscendentia didynama, superioribus brevioribus, interdum abortientibus.

3015. HEDEOMA *Pers.*

(Pers. Enchir. II. 134. — Meisn. Gener. plant. vascul. I. 285. II. 193. — Bth. Labiat. gener. et spec. 365. et 730.)

Sectio I. MOSLA Bth. l. c. 366.

Calyx ovatus, labio superiore patente subplano breviter tridentato. Herbae foliis dentatis.

1. H. NEPALENSIS Bth. l. c. † — Caule herbaceo erecto ramoso glabriusculo; foll. petiolatis ovatis, utrinq. angustatis serratis planis glabriusculis, floralib. parvis; verticillastris bifloris secundis laxe racemosis. ♃ — Caulis 1–3-pedalis, angulis acutis subasperis, caeterum glaber. Folia semipollicaria v. vix pollicaria, supra viridia subrugosa, subtus pallidiora venosa. Racemi numerosi axillares, basi foliosi. Verticillastri demum semipollicem distantes. Bracteae minutae subnullae. Flores parvi. Calyces breviter pedicellati declinati, post anthesin subinflati, labii inferioris laciniae lanceolatae obtusae, superioribus longiores. Faux intus pilis brevibus villosa. Corolla calycem vix aequans. — *Cunila Nepalensis* D. Don, Prodr. fl. Nepal. 107. — *Lycopus dianthera* Roxb. Fl. Ind. I. 145. — *Melissa Nepalensis* Bth. in Wall. Plant. Asiat. rar. I. 66. — *Mosla ocymoides* Hamilt. mss. — *Cunila Buchanani* Spr. Syst. veget. I. 54. — Habitat in Indiae orientalis jugo Himalayensi, in Nepalia, Deyra Dhoon et Cashmeria.

2. H. PULEGIOIDES Pers. l. c. — Bth. l. c. † — Caule herbaceo erecto ramoso pubescente; foll. petiolatis ovatis, utrinq. angustatis subserratis planis pubescentibus, floralib. conformib.; verticillastris axillarib. sexfloris; corollis calycem aequantibus. ♃ — Herba gracilis semipedalis, facie *Melissae Acinos*. Folia semipollicaria et ultra, tenera, nunc integerrima, saepius serraturis paucis remotis hinc inde notata. Pedicelli 1–2 lin. longi. Bracteae ad basin pedicellorum oblongo-lineares, pedicello breviores. Calyx 2 lin. longus striatus, dentes labii superioris breves ovati acutissimi, labium inferius duplo brevius, laciniis subulatis ciliatis. Corolla vix calyce longior, extus pubescens, labium superius concavum breviter emarginatum, inferioris lobi integerrimi subaequales. — *Melissa pulegioides* Linn. Spec. plant. edit. I. 593 — *Cunila pulegioides* Linn. Spec. pl. 30. — *Zizyphora pulegioides* Roem. et Schult Syst. veget. I. 209.

β. Mexicana: foll. subsessilib., utrinq. rotundatis. — Habitat in Americae borealis arvis siccis montosisque a Canada ad Carolinam usque, *β.* in Mexico.

3. H. PIPERITA Bth. l. c. 730. † — Caule herbaceo pubescente; foll. subsessilib. ovatis obtusis subcrenatis, basi rotundatis glabriusculis, floralib. subconformib.; verticillastris axillarib. subsexfloris; corollis calycem subsuperantibus. ♃ — Rami erecti breves subsimplices. Folia vix semipollicaria, utrinque viridia, floralia minora angustiora, suprema calyces vix aequantia. Bracteae oblongae foliaceae, in vertic illastris supremis subnullae. Calyces pubescentes, fere *Melissae graveolentis*, duplo majores quam in praecedente. Pedicelli fere lineam longi subcomplanati. Corolla purpurascens? — *Cunila piperita* Moç. et Sess. mss. — In Nova Hispania habitat.

Sectio II. HEDEOMA Bth. l. c. 367.

Calyx tubulosus teres, dentibus omnibus subulatis. Suffrutices foliis integerrimis.

4. **H. GILLIESII** Bth. l. c. † — Caule suffruticoso glabro; foll. subsessilib. linearib. obtusis integerrimis, basi angustatis glabris; verticillastris bifloris; corollis calycem glabrum vix superantibus. ♃ — Suffrutex 2–6-pollicaris. Folia *(Thymi vulgaris)* linearia, basi in petiolum brevem angustata, punctata rugosa glandulosa subfasciculata. Pedunculi folia floralia subaequantes. Calyces declinati tubulosi, pedunculum aequantes, glabri 13-striati, basi subtus gibbosi, sub fauce intus villosi, parum contracti bilabiati, labio superiore 3-dentato, dentibus lineari-subulatis recurvis, inferiore bifido, laciniis subulatis incurvis ciliatis, labio superiori sublongioribus. Corolla violacea calyce vix longior, fauce vix inflata, labio superiore brevissime emarginato, lobo medio labii inferioris integerrimo. Odor *Thymi*. Ab affini *H. multiflora* differt verticillastris bifloris, glabritie omnium partium, corolla minori etc. — Habitat in America meridionali ad Cerro de Achiras prope Mendozam.

5. **H. POLYGALAEFOLIA** Bth. l. c. † — Caule basi suffruticoso ramosissimo; foll. crebris sessilib. ovatis obtusis integerrimis, basi angustatis coriaceis glabris; florib. ad apices ramorum approximatis; corollis calyce glabro dimidio longioribus. ♃ — Caules numerosissimi, basi procumbentes lignosi denudati, superne dense caespitosi adscendentes 3-4-pollicares glabri, acute tetragoni. Folia vix 3 lineas longa uninervia subplicata, creberrime punctata. Flores pauci, folia floralia superantes. Pedicelli inferiores 3 lin. longi, superiores breviores, omnes supra basin bracteis 2 subulatis aucti. Calyx 3 lin. longus tubulosus, profunde striatus, dentibus lanceolato-subulatis, binis infimis longioribus angustioribus ciliatis, annulus tubi intus villosissimus. Corolla extus tenuiter pubescens, calyce vix dimidio longior, tubus vix exsertus, labium superius erectum emarginato-bifidum, inferioris lobi subaequales rotundati integerrimi. — In Brasilia meridionali.

6. **H. MULTIFLORA** Bth. l. c. † — Caule suffruticoso, basi ramosissimo; ramis pubescentib.; foll. subsessilib. linearib. integerrimis, margine revolutis punctato-scabris brevissime hispidis; verticillastris axillarib. 2–6-floris; corollis calyce hispido subduplo longioribus. ♃ — Habitus fere *Micromeriae Graecae*. Caules semipedales, basi lignosi ramosissimi, rami adscendentes, per totam fere longitudinem florigeri. Folia 3–4 lin. longa acuta, creberrime excavato-punctata uninervia. Pedicelli in axilla quaque 1–3 pubescentes, 2–3 lin. longi. Bracteae ad basin cujusque pedicelli 2, foliis conformes, sed pedicello dimidio breviores. Calyx 2–3 lin. longus, profunde striatus, nervis elevatis breviter hispidis, dentibus subulatis ciliatis, inferioribus duplo longioribus incurvis ciliatis. Corolla extus dense pubescens, calyce subduplo longior, tubus exsertus, labium superius breviter emarginatum, inferioris lobus intermedius integer. — Habitat in Brasilia meridionali.

7. **H. DRUMMONDII** Bth. l. c. 368. † — Caule suffruticoso ramosissimo; ramis pubescentib.; foll. petiolatis oblongo-linearib. integerrimis; verticillastris 6–10-floris; corollis calycem hispidum vix superantibus. ♃? — Caulis basi lignosus videtur, 4–6-pollicaris. Folia semipollicaria acuta v. obtusa, pubescentia brevi, uti rami aspera, in petiolum basi angustata, ad axillas non fasciculata, floralia calyces subaequantia. Verticillastri inferiores saepe 10-flori. Calyx parvus, profunde 13-striatus subbilabiatus, dentibus omnibus subulatis, fauce intus villosa. Corollae minutae. — A *H. Gilliesii* differt verticillastris multifloris et calycibus hispidis, a *H. multiflora* corollis minutis, a *H. hispida* calycibus minus hispidis vix bilabiatis, bracteis subnullis et aliis notis. — Habitat in America boreali, ad Monterey provinciae Texas Mexicanorum.

8. **H. HISPIDA** Pursh, Flor. Amer. sept. II. 414. — Bth. l. c. — Annua erecta: ramis subvillosis; foll. sessilib. linearib. obtusis integerrimis, floralib. conformib. flores superantib.; verticillastris subsexfloris; bracteis lanceolato-subulatis calyces

aequantib.; calycib. ciliato-hispidis profunde bilabiatis; corollis calycem vix excedentibus. ☉ — Herba 2-4-pollicaris ramosissima, dense foliosa, rami pilis brevibus reflexis pubescentes. Folia semipollicaria uninervia viridia. Verticillastri numerosi, superiores approximati. Folia floribus duplo longiora. Calyces basi gibbi, dentibus aristatis. — *Cunila hispida* Spr. Syst. vegetab I. 54. — *Zizyphora hispida* Roem. et Schult. Syst. veget. Mant. I. 179. — *Hedeoma hirta* Nutt. Gen. pl. N. Am. I. 16. — Habitat in America boreali ad Missouri, ad Mississipi et in Rocky mountains.

† *Species e genere expellendae.*

H. ARKANSANA Nutt. — MICROMERIA ARKANSANA.

H. BRACTEOLATA Nutt. — MICROMERIA BRACTEOLATA.

H. GLABRA Pers. — MICROMERIA GLABELLA.

H. THYMOIDES Pers. — THYMUS SERPYLLUM v. MICROMERIA FILIFORMIS.

3010. MICROMERIA *Bth.*

(Bth. Labiat. gener. et spec. 371. et 730. — Meisn. Gener. plant. vascular. I. 268. II. 193.)

Sectio I. HESPEROTHYMUS Bth. l. c. 371.

Flores in pedicellis axillaribus, utrinque 1-3 calyce longioribus solitarii, pedunculo communi nullo v. rarius elongato. — Herbae Americanae foliis saepe crenatis.

1. M. GLABELLA Bth. l. c. † — Glabra: caule herbaceo erecto pusillo; foll. sessilib. oblongo-linearib. obtusis integerrimis; verticillastris subsexfloris; pedicellis elongatis nudis; calycib. subbilabiatis, dentib. omnib. subulatis, fauce intus villosa. ☉? — Herba pusilla in omni parte glaberrima, saepe purpurascens, et basi saepius stolonifera. Folia in stolonibus petiolata ovata, in caulibus oblongo-linearia semipollicaria. Bracteae foliis conformes, pedicello vix breviores. Pedicelli et calyces 3-lineares. Calyces 13-nervii profunde striati, dentibus omnibus lanceolato-subulatis, 2 infimis profundius fissis. Faux villosissima. Corolla calyce duplo longior glabra, labium superius integrum, labii inferioris lobi subaequales, medio integro. Stamina inferiora sub labio superiore ascendentia, superiora brevissima, tubo inclusa. Antherarum loculi divergentes. Stylus apice subaequaliter? bifidus. — *Cunila glabella* Michx. Fl. Bor. Amer. I. 13? — *Hedeoma glabra* Nutt. Gen. pl. N. Am. I. 16? — *Zizyphora glabella* Roem. et Schult. Syst. vegetab. I. 209. — Habitat in America boreali, in Canada, prope Novum Eboracum, in rupestribus secus fluvios St. Lawrence, Ohio, Tenessee et Mississipi.

2. M. HEDEOMA Nutt. Transact. of the Americ. phil. Soc. V. 186.) ARKANSANA Bth. l. c. 730. — Caule ramoso; foll. lineari-lanceolatis antice serratis, superiorib. integerrimis; verticillastris subquadrifloris; pedicellis ad basin bibracteolatis; florib. tetrandris. ♃? — Affinis *M. glabrae*, odore *Pulegii*. Tota planta glabra glandulosa 4-6 pollices alta. Pedicelli calycem cylindraceum aequantes. Dentes calycini setacei. Corolla subcampanulata coerulea, palato albo. — Crescit in Americae septentrionalis terra Arkansana.

3. M. HEDEOMA Nutt. Gen. pl. N. Am. add. — ZIZYPHORA Roem. et Schult. Syst. vegetab. Mant. I. 179.) BRACTEOLATA Bth. l. c. — Pubescens: caule simplici tenui; foll. lineari-lanceolatis, utrinq. acutis integerrimis; pedicellis setaceo-bracteolatis 3-5-floris; calyce oblongo aequali; corolla minuta. ☉? — Habitat in America boreali, in Carolina.

4. M. STOLONIFERA Bth. l. c. — Caule herbaceo prostrato radicante glabro; foll. sessilib. ovato-rotundatis obtusis subcrenatis, basi subcordatis glabris; pedicellis elongatis nudis; calycis dentib. ovato-lanceolatis, fauce intus villosa. ♃ — A *M. Xalapensi* differt caulibus subfirmioribus acute tetragonis et foliis latioribus sessilibus, nec petiolo limbum aequante donatis. Rami et folia *Gratiolam* referunt. Habitat in Nova Hispania.

5. M. BROWNEI Bth. l. c. 372. — Caule herbaceo prostrato glabro; foll. petiolatis ovato-rotundatis obtusis subcrenatis glabris; pedicellis elongatis nudis; calycis

dentib. ovato-lanceolatis, fauce intus villosa. 4 — Caules basi saepius repentes radicantes, rami filiformes, apice ascendentes, uti tota planta glaberrimi. Folia vix 3–4 lineas longa et lata, basi truncata v. subcordata, vix venosa, utrinque viridia, floralia minora conformia. Verticillastri biflori distantes. Bracteae subnullae. Pedicelli filiformes. Flores magnitudine *M. filiformis*. Dentes calycini lati subacuti. Corollae tubus breviter exsertus. — *Thymus Brownei* Swartz, Prodr. fl. Ind. occ. 89. — Habitat in America calidiore in Florida, Jamaica, ad Santa Fé de Bogota, in Brasilia.

6. M. XALAPENSIS Bth. l. c. — Caule herbaceo prostrato piloso; foll. subsessilib. ovatis subcrenatis ciliatis; pedicellis elongatis nudis; calycis dentib. ovato-lanceolatis, fauce intus villosa. 4 — Ab affini praecedente differt foliis subsessilibus ovatis nec rotundis, caulibusque pilis longis albidis hirsutis, a *M. stolonifera* foliis angustioribus pilosis. — *Thymus Xalapensis* H. B. Kth. Nov. gen. et sp. pl. Amer. III. 316. — Habitat in Mexico, in declivitate montium soli orienti obversorum inter villam Pileta et urbem Xalapa, in humidis prope Xalapam.

7. M. CUNNINGHAMI Bth. l. c. 730. — Caule herbaceo prostrato tenuiter pubescente; foll. petiolatis rotundatis subintegerrimis; pedicellis elongatis nudis; calycib. hirsutis, dentib. ovato-lanceolatis, fauce intus nuda. 4 — Habitus omnino *M. Brownei*. Rami subfirmiores, folia ejusdem magnitudinis vix unquam obsolete crenata. Calyx magnitudine *M. Douglasii* et pari modo post anthesin ovato-globosus. Dentes intus villosi, sed faux nuda. Corollae tubus inclusus, magnitudine et forma *M. saturejoidis* et *australis*. — Crescit in Novae Zeelandiae insula septentrionali ad oram occidentalem prope flumen Manqamaka Hokianga.

8. M. DOUGLASII Bth. l. c. 372. † — Caule herbaceo prostrato; foll. petiolatis ovato-rotundatis obtusis crenatis, basi rotundato-truncatis, utrinq. glabris; pedunculis elongatis, basi v. medio bracteatis; calycis dentib. subulatis, fauce intus nuda. 4 — Rami longissimi prostrato-repentes tetragoni, tenuiter pubescentes. Folia inferiora pollicaria, ramealia semipollicaria, latitudine longitudinem subaequantia, margine subrevoluta nervosa scabra subtus pallida, petiolo pubescente 2–4 lin. longo. Pedicelli circiter 5 lineas longi, bracteis 2 brevibus subulatis aucti glabri. Calyx striatus subglaber, dentibus aequalibus, fructifer basi inflatus ovato-globosus, dentibus suberectis, corolla dimidio brevior. Corolla 4 lin. longa purpurea, extus pubescens, labio superiore emarginato, inferioris lobo medio integro. Tubus et faux intus glabra. Stamina 2 superiora tubo subinclusa, 2 inferiora adscendentia, labium superius subaequantia. Antherarum loculi divergentes. Stylus subexsertus, lobo inferiore complanato obtuso, superiorem breviorem basi involvente. Achaenia subglobosa nitida laevia. — *Thymus Douglasii* Bth. Linnaea VI. 80. — *Thymus Chamissonis* Bth. Linnaea VI. 80. — Habitat in America boreali-occidentali ad flumen Columbia et in California septentrionali.

Sectio II. PIPERELLA Bth. Labiat. gener. et spec. 373.

Flores subsessiles v. in capitula sessilia pedunculataque glomerati. Pedicelli subnulli v. calyce breviores. Verticillastri axillares v. subspicati. — Suffrutices v. rarius herbae. Folia integerrima venosa, saepe dura, floralia caulinis subconformia.

* *Gerontogeae.*

9. M. JULIANA Bth. l. c. † — Pubescens suffruticosa: ramis erectis strictis; foll. sessilib., infimis ovatis, supremis lanceolato-linearib., omnib. obtusis integerrimis, margine revolutis; florum fasciculis densis breviter pedunculatis; bracteis calycem sessilem subaequantib.; dentib. calycinis subulatis rigidis, latitudini tubi vix aequalib., fauce intus nuda. 4 — Caules basi lignosi procumbentes ramosissimi, rami pubescentes, v. in var. *β.* hirsuti duri, pedales et ultra, parum ramulosi. Folia fere omnia ovata, suprema et floralia angustiora, verticillastros vix superantia. Pedunculi utrinque brevissimi 6–10-flori et ultra. Florum fasciculi cum pedunculo vix 2 lin. longi densissimi. Calyces rigidi stricti, bracteis dense suffulti glabriusculi, dentibus brevissimis subaequalibus. Corollae minutissimae

vix calycem superantes, labium superius brevissime emarginatum. Stamina ad faucem corollae inserta, superiora brevissima, inferiora longiora adscendentia, sed corolla breviora, antherae per paria approximatae, loculis linearibus demum divaricatis. Stylus corolla multo brevior, lobo superiore parum breviore, inferiore subcomplanato. Achaenia oblonga laevia. — *Satureja Juliana* Linn. Spec. plant. 793. — Sibth. et Sm. Fl. Graec. VI. 32. t. 540. — Ten. Fl. Nap. t. 151. fig. 3. — *Sabbatia corymbosa* Moench, Meth. pl. 380.

β. hirsuta: Satureja Juliana var. *canescens* Guss. Prodr. fl. Sic. II. 114. — *Satureja hirsuta* Presl, Del. Prag. 79? — Habitat in regionis mediterraneae collibus siccis saxosisque in Sicilia, regno Neapolitano, Dalmatia, Peloponneso nec non Creta et Zacyntho copiose, insula Naxos, insula Coi et Leri rarior, *β.* in Sicilia, Dalmatia.

10. M. GRAECA Bth. l. c. † — Pubescens: ramis erectis v. adscendentib.; foll. sessilib., inferiorib. ovatis obtusis, superiorib. lanceolato-linearib., omnib. integerrimis, margine revolutis; florum fasciculis laxis subsecundis pedunculatis; bracteis plerumq. calyce dimidio breviorib.; dentib. calycinis subulatis, latitudine tubi longiorib., fauce intus villosa. ♃ — Stirps valde variabilis. Caules basi lignosi procumbentes ramosissimi, rami adscendentes v. erecti, glabri v. saepius magis minusve pubescentes, pedales et ultra, parum ramosi, laxiores quam in praecedente. Folia *M. Julianae*, sed majora saepe subcanescentia. Pedunculi inferiores calyce longiores, superiores breviores, utrinque 2–10-flori. Bracteae paucae setaceae, plerumque calyce multoties breviores v. exteriores 2–3 calycem subaequantes. — *Satureja Graeca* Linn. Spec. plant. 794. — Sibth. et Sm. Flor. Graec. VI. 34. t. 542. — Ten. Fl. Nap. t. 151. fig. 2. — *Thymus micranthus* Brot. Phyt. Lus. 30. t. 13. — *Satureja micrantha* Hoffm. et Link, Flor. Port. I. 142. — *Thymus hirtus* Russ. Nat. hist. Alep. II. 256.

β. longiflora Guss. Prodr. fl. Sic. II. 117. — Corollis calyce duplo longioribus. — *Satureja consentina* Ten. Fl. Nap. III. t. 151. fig. 9.

γ. densiflora: florum fasciculis densioribus, brevius pedunculatis; calycis fauce intus minus villosa. — *Satureja tenuifolia* Ten. Fl. Nap. t. 151. fig. 4. — *Micromeria tenuifolia* Reichb. Flor. Germ. excurs. 310. — *Satureja hirta* Host, Fl. Austr. II. 134? — *Thymus virgatus* Ten. Fl. Nap. t. 155. fig. 3. ex ejusd. Syll. 290. — *Satureja congesta* Horn. Hort. Hafn. ex Spreng. Syst. vegetab. II. 720. — Habitat in Europae regionis mediterraneae collibus siccis saxosisque, in Lusitania, Hispania, Corsica, Italiae agro Toscano et Neapolitano, in Sicilia, Peloponneso Graeco et insula Creta, in insularum Coi et Sami rupibus rarius et in Syriae montibus.

11. M. (SATUREJA Visiani, Flora [B. Z.] 1829. I. Ergnzngsbl. 13. — Flor. Dalmatic. I. t. 18. fig. 1.) PARVIFLORA Rchb. Fl. Germ. excurs. 859. — Bth. l. c. 731. — Fere glabra: ramis suberectis; foll. sessilib., omnib. linearib. integerrimis, margine revolutis; pedunculis folia aequantib. laxe subtrifloris; bracteis minutis; dentib. calycinis subulatis, superiorib. latiorib., fauce intus villosa. ♃ — A *M. Graeca* differt foliis multo angustioribus glabris, floribus longe pedicellatis paucioribus, calycis dentibus forma et longitudine inaequalibus. — *Satureja inodora* Host, Flor. Austriae II. 135. nec Sizm.) — Crescit in Dalmatiae extremo confinio prope Albaniam in montibus Pastrovitch.

12. M. CRISTATA Griseb. Spicileg. flor. Rumel. II. 122. — Suffruticosa: ramis filiformib. erectis pubescentib.; foll. breviter ovato-lanceolatis obtusis integerrimis planis, subtus nervo juxtamarginali bicarinatis, stolonum quadrifariam imbricatis dense pectinato-ciliatis; florum glomerulis pedunculatis bracteam subaequantib.; bracteolis minutis calyce duplo superatis; calycis dentib. patentib., intus versus faucem villosis. ♃ — Foliis minoribus, imis imbricatis et nervis 3 ita carinantibus, ut medianus pube occultetur, laterales subtus glabri eminenter ad apicem usque prominent, a similibus formis *M. Graecae* et *Julianae* facile dignoscitur. — Crescit in Macedonia australi.

13. **M. TENUIS** Bth. l. c. 731. — Suffruticosa procumbens: ramis adscendentib. floccoso-lanatis; foll. sessilib. linearib. acutis integerrimis, margine revolutis lanatis; verticillastris 2–6-floris; calycib. sessilib., dentib. subulatis rigidis, tubi latitudine longioribus. ♃ — Rami floriferi 3–4-pollicares, dense foliosi et floriferi, uti folia et calyces lana brevi laxa subfloccosa canescentes. Flores plerumque in axillis solitarii, foliis floralibus subbreviores. Bracteae subulatae, calyce breviores. Calyces tenues. Corollae dentes calycinos vix excedentes. — *Satureja tenuis* Link in L. v. Buch, Beschr. der Canar. Ins. 143. — Habitat in insularum Canariensium montibus.

14. **M. LANATA** Bth. l. c. 731. (nec 374.) — Suffruticosa procumbens: ramis ascendentib. floccoso-lanatis; foll. sessilib. linearib. obtusis integerrimis, margine revolutis, lanatis; verticillastris 6–10-floris; cymis pedunculatis; calycib. sessilib., dentib. brevissimis mollib. tomentosis. ♃ — Affinis *M. tenui* et inter hanc et *M. variam* quasi media. Folia breviora et obtusiora quam *M. tenuis*. Inflorescentia *M. variae*, a qua differt superficie tota tomento v. lana brevi candida foliisque crassioribus. — Crescit in montibus insularum Canariensium.

15. **M. VARIA** Bth. l. c. 374. † et 731. — Suffruticosa procumbens pubescens v. villosa: foll. sessilib., inferiorib. ovatis, superiorib. lanceolatis, ad axillas subfasciculatis, omnib. obtusis, margine revolutis, subtus subcanescentib.; florib. minutis in fasciculo sessili v. pedunculato sessilib.; bracteis minutis; calycib. tubulosis pubescentib. folio florali breviorib., fauce intus villosa. ♃ — Caules ramosissimi lignosi procumbentes, rami procumbentes, adscendentes v. erecti, cano-tomentosi pubescentes, rarius glabri, dense foliosi. Folia utrinque tomento brevissimo canescentia v. rarius pubescentia v. glabra, inferiora pauca ovata, media et superiora lanceolato-linearia, floralia conformia, calyces saepissime superantia. Fasciculi florum utrinque 2–10-flori, saepius sessiles, pedunculo nunc 1–3-lineari. Pedicelli brevissimi. Calyces recti, tenuissime pubescentes, vix 1½ lin. longi, saepe purpurascentes. Corollae vix calycem excedentes. — *Satureja varia* Berth. et Webb mss. — *Thymus ericaefolius* Roth, Cat. II. 50. ex Willd. Enum. pl. hort. Berol. 624. — *Thymus inodorus* Bth. in Linnaea VI. 77. (non Desf.) — *Satureja thymoides* Lowe, Primit. flor. Mader. 19. — Habitat in insulis Canariensibus vulgatissima, in Madera, Teneriffa et Porto Santo et in insula Sancti Nicolai.

16. **M. APPROXIMATA** Rchb. Fl. Germ. exc. 859. — Bth. Labiat. gener. et spec. 375. — Suffruticosa procumbens pubescens v. villosa: foll. sessilib. lanceolatis, superiorib. linearib. subfasciculatis, omnib. obtusiusculis, margine subrevolutis; florib. breviter pedicellatis; bracteis pedicellum aequantib.; calycib. tubulosis pubescentib., fauce intus villosa. ♃ — *M. variae* valde affinis, differt floribus subduplo majoribus (magnitudine *M. Graecae*) et foliis longioribus, caeterum villositate et habitu uti species praecedens variat. Calyx 2–2½ lin. longus, uti folia et rami saepe hirsutus. Corolla calyce dimidio longior. — *Satureja fasciculata* Rafin. Préc. des Découv. 39. — *Satureja approximata* Biv. Manip. V. 13. — *Thymus fruticulosus* Bert. Amoen. Ital. 101. — Habitat in Europae mediterraneae australioris collibus siccis, in Sicilia, regno Neapolitano et Albania.

17. **M. INODORA** Bth. l. c. — Suffruticosa: ramis pubescentib.; foll. sessilib. numerosissimis fasciculatis parvis lanceolatis obtusis, margine revolutis canescentib. ciliatis; verticillastris pauciflori; florib. in fasciculis foliorum subsessilib.; bracteis minutis; calycib. tubulosis glabriusculis, fauce intus villosa. ♃ — Frutex ramosissimus erectus, fere pedalis. Folia minima perennantia rigidula aciformia. Corolla purpurea calyce longior, magnitudine *Thymi Serpylli*. Labium superius integrum obtusum, inferioris lobi subaequales rotundati. Glandulae nullae aut rarissimae. — Ab affinibus *M. varia* et *M. fasciculata* differt caule erectiore, foliis minoribus numerosissimis angustioribus. — *Thymus inodorus* Desf. Fl. Atlant. II. 30. t. 129. — Habitat in Algeriae collibus aridis et incultis.

18. **M. DENSIFLORA** Bth. l. c. — Suffruticosa diffusa glabra: ramis abbreviatis; foll. approximatis sessilib. lanceolato-linearib. acutis, margine revolutis, floraliib.

calycem aequantib.; verticillastris sub-10-floris, in spicam ovatam dense approximatis; calycib. sessilib. tubulosis glabriusculis, fauce intus villosa, dentib. lanceolato-subulatis erectis, latitudinem tubi vix aequantibus. ♃ — Habitus fere *Thymi Serpylli* varietatis *angustifoliae*. Folia 2-3 lin. longa, supra viridia sublucida, subtus pallida subcanescentia. Calyces 2 lin. longi striati, saepius purpurascentes subbilabiati, dentibus 3 superioribus vix latioribus. Bracteae parvae subulatae. Corolla calyce parum longior, extus fere glabra. Antherarum loculi demum divaricati. Stylus subaequaliter bifidus. — In insulis Canariensibus.

19. **M. FORBESII** Bth. l. c. 376. — Pubescens suffruticosa procumbens: ramis ascendentib; foll. subsessilib. ovatis obtusis, basi rotundatis planis v. margine subrevolutis, utrinq. pubescentib., floralib. flores subsuperantib.; verticillastris densis pauciforis; calycib. subsessilib. ovato-cylindricis, dentib. brevib. setaceis corolla breviorib., fauce intus villosa. ♃ — A *M. Teneriffae* differt pubescentia, ramis validioribus, foliis majoribus numerosis, calycibus brevioribus subsessilibus, a *M. nervosa* calycibus minus pilosis, dentibus multo brevioribus, a *M. microphylla* calycibus subsessilibus et habitu validiore. An *M. cariae* varietas? a qua differt foliis omnibus ovatis. — In insula Sancti Nicolai Capitis Viridis Africae.

20. **M.** (SATUREJA Guss. Pl. rar. 228. t. 42.) **CANESCENS** Bth. l. c. — Villoso-canescens: caule gracili; foll. inferiorib. ovatis, superiorib. lanceolato-linearib. acutis; pedunculis axillarib. 2-7-floris solitariis binisq. subsecundis; bracteolis brevib. pedicello aequilongis; calycib. pilis patulis villosissimis. ♃ — Haec cum descriptione *M. Graecae* fere in omnibus convenit, dumtaxat caules superne non pilis brevibus adpressis sed patentibus villosi, faux calycis pervia non villis clausa, corollae quamvis graciles tamen calyce fere duplo longiores. — Habitat in Siciliae collibus aridis calcareis et in collibus maritimis Japygiae.

21. **M. NERVOSA** Bth. l. c. — Pubescens suffruticosa: ramis ascendentib.; foll. sessilib. omnib. ovatis acutis integerrimis planis v. margine vix revolutis; verticillastris multifloris, superiorib. approximatis; florum fasciculis laxis vix pedunculatis; bracteis brevissimis; calycib. pilosissimis, dentib. setaceis patentib, fauce intus subvillosa. ♃ — Rami 4-6-pollicares simplices. Folia omnia ovata, inferiora latiora, basi subcordata, nervis subtus saepe pilis brevibus hispidis, superiora angustiora, basi rotundata v. parum angustata, flores superantia et saepe molliter villosa. Flores minores quam in *M Graeca*. Calyces pilis longis albidis patentibus dense suffulti. Corolla vix calyce longior, labium superius brevissime emarginatum. Antherarum loculi oblongi disjuncti, demum divaricati. Achaenia oblonga laevia. — *Satureja nervosa* Desf. Fl. Atlant. II. 9. t. 121. fig. 2. — *Satureja filiformis* Ten. Prodr. et Marin. Viag. bot. I. 299. ex Ten. Syll. fl. Neap. 279. — *Thymus filiformis* Sieb. Pl. Cret. exs. (non Linn.) — *Thymus Mastichina* Sm. Prodr. Flor. Graec. (non Linn.) — Habitat in regionis mediterraneae collibus siccis aridis et fissuris rupium, in Atlante, Sicilia meridionali, regni Neapolitani maritimis, insulis Archipelagi Graeci et prope Leptim magnam Lybiae.

22. **M. MICROPHYLLA** Bth. l. c. 377. † — Suffruticosa glabriuscula pubescens v. villoso-canescens: ramis filiformib.; foll. parvis ovatis oblongisve obtusis planis v. margine subrevolutis; florum fasciculis pedunculatis laxis pauciforis; bracteis pedicellos subaequantib.; calycib. ovatis glabriusculis v. breviter villosis, fauce intus subvillosa. ♃ — Stirps uti *M. Graeca* quoad pubescentiam et caulis altitudinem variabilis, v. omnibus partibus glabra et late virens v. calyce tantum pubescente v. undique villoso-canescens. Caules filiformes graciles fere decumbentes 2-4-pollicares, in α. ascendentes v. erecti, firmiores et ½-1-pedales in aliis varietatibus (β). Folia semper parva, 1-2 lin. longa, ½-1 lin. lata et ideo in omnibus varietatibus uniformia, subtus nervosa, marginibus revoluta, laete virentia et glabra in α., pallidiora in β., canescentia in δ., et excepta var. α., inferiora saepius purpurascentia. Pedunculi bracteae (folio florali) subjectae subaequales v. parum excedentes 1-6-flori, 1-2½ lin. longi. Pedicelli vix semilineares. Bracteolae (bracteae) lineares setaceae, calycis basin subattingentes. Corollae purpurascentes pubescentes parvae, calycis dentes subaequantes v. linea longiores.

α. glabriuscula: laete virens pusilla, fere omnino glabra. — *Satureja microphylla α.* Guss. Prodr. fl. Sic. II. 120. — *Thymus Teneriffae* Hortul. non Pers. — *Satureja Teneriffae* Link, Enum. pl. hort. Berol. II. 101.

β. villosa: firmior, saepe purpurascens v. canescens, caulibus calycibusque villosis. — *Satureja microphylla β. γ. δ.* Guss. Prodr. fl. Sic. II. 120. 121 — *Thymus microphyllus* d'Urv. Enum. pl. Arch. in Mém. Soc. Linn. Par. 327. — *Satureja filiformis* Desf. Flor. Atlant. II. 8. t. 121. fig. 1? — Habitat in regione mediterranea australiore, in fissuris rupium Atlantis, in collibus aridis Siciliae, regni Neapolitani et insulae Melitae.

23. M. OVATA Bth. l. c. — Suffruticosa procumbens: ramis ascendentib. villosis; foll. sessilib. ovatis obtusiusculis, basi subcordatis, margine revolutis, utrinq. pubescentib., floralib. pedunculo breviorib. v. supremis longiorib.; florum fasciculis pedunculatis laxis; dentib. calycinis brevib. setaceis, fauce intus villosa. ♃ — *M. Forbesii* et *microphyllae* affinis, a priori differt ramis tenuioribus, floribus minoribus, fasciculis pedicellatis, a *M. microphylla* foliis basi latioribus, margine valde revolutis, floralibus angustioribus; an *M. microphyllae* var.? — *Satureja ovata* R. Br. in App. to Salt. Abyss. — Habitat in Abyssinia.

24. M. FILIFORMIS Bth. l. c. 378. — Suffruticosa diffusa glabra: ramis filiformib.; foll. subsessilib. ovatis, inferiorib. cordatis, superiorib. basi rotundatis, omnib. obtusiusculis integerrimis planis; verticillastris subbifloris; pedicello utrinq. calycem subaequante, basi minute bracteato; calycib. tubulosis declinatis v. nutantib., dentib. subulatis corolla subbreviorib., fauce intus subvillosa. ♃ — *M. microphyllae* habitu affinis, sed rami tenuiores et folia magis remota. Calyces *M. Teneriffae*, sed saepius solitarii longiusculi pedicellati. Folia saepius purpurascentia. Calyces fere 2 lin. longi glabriusculi, dentes setacei erecti. Antherarum loculi divergentes. Stylus subaequaliter bifidus. — *Thymus filiformis* Ait. Hort. Kew. II. 313. — *Piperella filiformis* Presl, Fl. Sic. I. 36. — *Cunila thymoides* Gouan. Herb. — Habitat in regione mediterranea, in insulis Balearicis ad rupes et muros, vulgatissima et in Hispania.

25. M. PUNCTATA Bth. l. c. — Suffruticosa: ramis elongatis tenuib. tenuissime pubescentib.; foll. subsessilib., inferiorib. ovatis acutis, superiorib. oblongis obtusis, basi angustatis, margine vix revolutis, supremis flores subaequantib.; florum fasciculis breviter pedunculatis; bracteis minutis; calycib. sessilib. subglabris parvis ovatis cylindricis, dentib. brevib setaceis, fauce intus villosa. ♃ — Habitu *M. Graecae*, characteribus, glabritie et floribus *M. Teneriffae* affinis; a priori differt caule foliisque viridibus subglabris et floribus minoribus, a *M. Teneriffae* foliorum forma et calycibus. Rami semipedales. Folia distantia. Pedunculi plerumque 3–6-flori, superiores brevissimi. — *Satureja punctata* R. Br. in App. to Salt. Abyss. — Habitat in Abyssinia.

26. M. TENERIFFAE Bth. l. c. — Suffruticosa diffusa glabriuscula: ramis rigidis tenuib., superne pubescentib.; foll. sessilib. ovatis acutis rigidis glabris planis, inferiorib. latiorib. subplicatis, superiorib. sublanceolatis flores subaequantib.; florum fasciculis densis breviter pedunculatis; bracteis brevissimis; calycib sessilib. pubescentib. cylindricis, dentib. setaceis corollam subaequantib., fauce intus villosa. ♃ — A *M. microphylla* differt ramis elongatis lignosis, foliis acutioribus rigidioribus longioribus, floribus subsessilibus, calycibus elongatis tenuioribus. Corollae minutae. — *Thymus Teneriffae* Poir. Dict. Suppl. VII. 650. — *Thymus terebinthinaceus* Willd. Enum. pl hort. Berol. 624. — In insula Teneriffa.

27. M. BIFLORA Bth. l. c. — Suffruticosa ramosissima caespitosa: ramis ascendentib. pubescentib. v. pilosis; foli sessilib. ovatis acutis planis v. margine subrevolutis rigidis glabris, basi subcordatis, superiorib flore breviorib.; verticillastris laxe paucifloris; bracteis pedicellum subaequantib.; calycib. pedicellatis subsecundis tenuiter pubescentib. v. pilosulis, fauce intus villosa. ♃ — Caules basi dense ramosissimi, rami vix 3–4-poll.cares, dense foliosi. Folia rigida

vix 2–3 lineas longa, superiora minora, basi saepe parum angustata. Pedunculi calyce subbreviores, utrinque saepius 2–3–flori. Bracteae minutae. Pedicelli breves. Flores *M. Graecae* v. paullo minores. Calyces profunde striati. Corolla calyce dimidio longior, labium superius vix emarginatum. Stamina superiora corolla breviora, inferiora breviter exserta. Antherarum loculi oblongo–lineares, demum divaricati. Styli lobi subaequales. Vix, nisi habitu et foliis majoribus rigidioribus, a *M. Teneriffae* differt. — *Thymus biflorus* Hamilt. in D. Don, Prodr. fl. Nep. 112. — Habitat in Indiae orientalis montibus, in Nepalia et Kamaon, Mussooree, Nielgherri.

28. M. SUBCORDATA Visiani mss. ex Bth. l. c. 379. † — Suffruticosa: ramis brevib. suberectis subsimplicib. pubescentib.; foll. sessilib. planis late ovatis obtusis, basi late truncato–cordatis, floralib. angustiorib.; fasciculis florum secundis pedunculatis pauciforis; calycib. cylindricis pubescentib., dentib. subulatis, fauce intus nuda; corollis exsertis. ♃ — Caules e basi sublignosa plures erecti v. basi procumbentes 3–5–pollicares. Folia crebra latiora et minus rigida quam in praecedentibus, subtus 5–7–venia, supra et subtus ad venas pubescentia. Flores folia superantes, 3–5 laxe ad apicem pedunculi 3–4–linearis dispositi. Bracteae breves lanceolatae. Calyces breviter pedicellati forma et magnitudine *M. Graecae*, dentibus inferioribus parum longioribus et profundius fissis, fauce intus dense villosa. Corollae tubus dentes calycinos aequans. Species foliorum forma distinctissima. — *Thymus subcordatus* Visiani, Flor. Dalmat. I. t. 19. — In Dalmatia.

29. M. PIPERELLA Bth. l. c. — Suffruticosa: ramis adscendentib. pubescentib.; foll. sessilib. late ovatis obtusis, basi rotundatis v. subcordatis, utrinq. glabris, supremis oblongis parvis; florum fasciculis laxis pedunculatis secundis pauciforis; bracteis parvis oblongis; calycib. subsessilib. tubulosis pubescentib., dentib. subulatis, 3 superiorib. patentib., fauce intus nuda. ♃ — Rami herbacei 4–6–pollicares. Folia inferiora subrotunda et saepe undulata, media 3–4 lin. longa. Verticillastri remotiusculi. Pedunculi fere foliorum floralium longitudine, utrinque 3–5–flori. Bracteae latiores quam in caeteris speciebus. Calyx elongatus ut in *M. densiflora*, saepe purpurascens, dentes lineari–subulati, superiores patentes, inferiores erecti, caeterum subaequales. Corolla tenuiter pubescens. — *Thymus Piperella* All. Fl Ped. I. 21. t. 37. fig. 3. (male). — Waldst. et Kit. Pl. rar. Hungar. II. 169. t. 156. (non Linn.) — *Thymus marginatus* Sm. in Dicks. Pl. exsicc. no. 71. — *Thymus Croaticus* Pers. Enchirid. II. 130. — *Calamintha Croatica* Host, Fl. Austr. II. 132. — In Europae australioris montibus Pedemontanis et Croaticis.

30. M. FORSKAHLEI Bth. l. c. — Caulib. decumbentib. imbricatis; foll. ovato–acutis; florib. axillarib. solitariis sessilibus. ♃ — Calyx striatus, fauce villis clausa, non bilabiatus, sed 5–dentatus, sub labio superiore rima una inter lacinias profunda. Flores rubri. Caulis exiguus fruticulosus. — *Thymus imbricatus* Forsk. Fl. Aeg. Arab. 108. — Habitat in deserto Arabico.

31. M. SINAICA Bth. l. c. 380. — Suffruticosa: ramis elongatis rigidis subsimplicib.; foll. subsessilib. ovatis planis v. margine revolutis, superiorib. flores superantib.; florum fasciculis densis vix pedunculatis; calycib. subsessilib. ovatis, dentib. brevib. setaceis; corollis minutis. ♃ — Habitus fere *M. Graecae*, a qua tamen distinctissima est foliis, verticillastris densis et calycibus minimis ovatis. Rami 1–1½–pedales, uti folia pallide virentes. Folia remota, 3 lin. longa, nervo medio prominente, lateralibus plerumque evanidis. Verticillastri 12–30–flori, omnes remoti. Flores in genere minimi. Calyces vix lineam longi, saepe colorati. — Habitat in Arabia inter rupes deserti Sinaici.

32. M. SPICIGERA C. Koch, Linnaea XVII 295. — Frutescens virgato–ramosa: ramis calycibq. solis pubescentib.; foll. punctatis oblanceolato–linearib., supremis conformib approximatis; verticillastris 8–12–floris folia aequantib., spicam cylindricam raro secundam efficientib.; bracteis minutis; calyce campanulato bilabiato, labio superiori quadrato, breviter tridentato, inferiore bidentato; nuculis subrotundo–compressiusculis griseo–nigris, hilo concolore. ♃ — In Radscha.

** *Australasicae.*

33. M. SATUREIOIDES Bth. l. c. 380. — Glabra: caulib. erectis ramosis; foll. subsessilib. subellipticis lanceolatisve obtusis planis: verticillastris laxis 8-10-floris; calycib. tenuissime pubescentib. cylindricis, dentib. abbreviatis lanceolatis, fauce intus villosa; corollis calycem vix excedentibus. ♃ — Caules tenues, basi radicantes, rami erecti 4–5-pollicares, saepe purpurascentes, angulis vix scabrellis. Folia 5–6 lin. longa uninervia v. venis lateralibus utrinque 1–2 vix conspicuis. Pedunculi vix lineam longi. Calyces breviter pedicellati, in quoque fasciculo 3–5, superne parum dilatati. Bracteae vix pedicellum aequantes. Stamina inclusa. — *Mentha saturejoides* R. Br. Prodr. fl. Nov. Holland. 505? — Habitat ad lacum George Novae Hollandiae et ad Portum Jackson.

34. M. AUSTRALIS Bth. l. c. — Florib. verticillatis; staminib. exsertis; corollae labio superiore bilobo; calycib. tomentosis, dentib. basi intus obsolete barbatis; foll. lanceolatis; caulis adscendentis angulis marginatis scabris. ♃ — *Mentha australis* R. Br. l. c. 505. — Habitat in Australasia ad Portum Jackson et in insula Van Diemen.

35. M. GRACILIS Bth. l. c. — Glabra v. tenuiter pubescens, pallide virens: caulib. erectis; foll. breviter petiolatis ovatis v. superiorib. ovato-lanceolatis obtusis planis; verticillastris subsexfloris; calycib. pubescentib. cylindrico-subcampanulatis, dentib. lanceolatis acutis tubi latitudine breviorib., fauce intus nuda; corollis calycem vix excedentibus. ♃ — A *M. saturejoide* differt foliis praesertim basi latioribus, pubescentia et calycibus majoribus magisque sessilibus, fauce intus nuda. Folia subtus venosa, utrinque pubescentia brevissima, praesertim in parte caulis superiore canescentia. Stamina exserta v. inclusa. Habitu a *M. saturejoide* non disjungenda, at staminibus certe distantibus rectis nec adscendentibus a *Micromeriis* recedit. — *Mentha gracilis* R. Br. l. c. 505?*) (non Sm.). — *Mentha Diemenica* Spr. Syst. vegetab. II. 724. — Crescit in Australasia, insula Van Diemen.

*** *Americanae.*

36. M. OBOVATA Bth. l. c. 381. † — Caule fruticoso divaricato ramosissimo; foll. obovatis obtusis integerrimis, basi angustatis, margine revolutis rugosis, utrinq. canescentib.; florib. subsessilibus. ♄ — Fruticulus canescens diffusus v. erectus, rami divaricati elongati abbreviati tetragoni pubescentes. Folia vix semipollicaria, supra rugosa aspera, subtus cano-tomentosa, in speciminibus cultis viridiora subplana, vix rugosa. Flores pauci, foliis breviores, brevissime pedicellati. Bracteae minutissimae subulatae. Calyx extus canescens, profunde striatus, fructifer vix inflatus, dentibus subpatentibus acutis lanceolatis setaceisve, 2 inferioribus vix latioribus. Corolla calyce subduplo longior, 3½-linearis recta, fauce vix dilatata, extus pubescens, labium superius breve rectum bifidum, lobis obtusis rotundatis, inferioris lobi rotundati abbreviati, medio latiore integro, tubus intus ad faucem villosus. — *Satureja viminea* Linn. Amoen. acad. V. 399. — *Satureja incana* Spr. Syst. vegetab. II. 719. — *Zygis aromatica* Desvx. in Hamilt. Prodr. fl. Ind. occid. 46. — *Xenopoma obovatum* Willd. et Colla, Hort. Rip. 147. t. 25. — *Mentha viminea etc.* P. Br. Flor. Jam. 258. — Habitat in Jamaica.

37. M. BOLIVIANA Bth. l. c. 731. — Glabra v. tenuissime pubescens: foll. subsessilib. oblongis obtusis obovatisve integerrimis planis; verticillastris paucifloris; calycib. subsessilib., dentib. brevib. obtusis erectis, fauce intus nuda. ♃ — *M. obovatae* affinis, sed foliis multo minoribus numerosis planis calycibusque brevioribus distincta. Folia utrinque subviridia. Corolla minor quam in *M. obovata*, vix calyce dimidio longior. — Habitat in republica Boliviana.

---

*) *MENTHA GRACILIS R. Br. Prodr. flor. Nov. Holland. 505. — Florib. verticillatis; staminib. inclusis; calycib. cylindricis, extus tomentosis, laciniarum marginib. pilis inflexis barbatis; corollae labio superiore emarginato; foll. lanceolato-ovatis, subtus punctatis; caule erecto. ♃ — Crescit in insula Diemensi.*

38. M. NUBIGENA Bth. l. c. 381. — Procumbens ramosissima hispida: foll. parvis petiolatis late ovatis obtusis integerrimis; verticillastris bifloris; calycib. subsessilib., dentib. subaequalib. acutis, fauce intus villosa. ♁ — Habitus fere *Thymi Serpylli*. Caules basi perennes sublignosi, rami pubescentes, superne hispidi. Folia vix ultra lineam longa plana, utrinque hispida, floralia conformia, calyces subaequantia. Calyces molliter hispidi 13-striati, dentibus brevibus rectis. Corolla calyce subduplo longior, extus pubescens. — *Thymus nubigenus* H. B. Kth. Nov. gen. et spec. pl. II. 316. — Habitat in Peruvia in locis asperrimis montium ignevomorum Puracé et Rucu-Pichincha.

39. M. GILLIESII Bth. l. c. † — Procumbens tenuissime pubescens: foll. sessilib. oblongis obtusis integerrimis; verticillastris subbifloris; calycib. subsessilib., dentib. rigidis subrevolutis, fauce intus subvillosa. ♃ — Caulis suffruticosus procumbens(?), rami acute tetragoni, tenuissime pubescentes. Folia parva, basi rotundata subplana, utrinque tenuissime pubescentia, subtus dense glandulosa, 3–4 lin. longa, 1–2 lata, floralia conformia. Verticillastri bifori v. inferiores rarius sub-6-flori, folio duplo breviora. Bracteae parvae setaceae. Calyx subsessilis ovatus striatus pubescens glandulosus, intus ad faucem parce villosus, dentes breves subaequales setacei patentes rigidi. Corolla vix calyce longior, intus extusque glaberrima, labio superiori brevissime emarginato suberecto, inferioris lobi aequales obtusi patentes integerrimi. — Crescit in America meridionali prope Mendozam

Sectio III. PSEUDOMELISSA Bth. l. c. 382.

Verticillastrorum cymae elongatae pedunculatae subdichotomae. Folia saepe dentata. — Herbae Europaeae. — Plantae forsan ad *Melissam* referendae.

40. M. PULEGIUM Bth. l. c. 382. † — Herbacea adscendens pubescens: foll. petiolatis ovatis dentatis, utrinq. viridib.; racemis coarctatis secundis; cymis subdichotomis paucifloris; calycis dentib. setaceis subaequalib., fauce intus villosa. ♃ — Caules erecti subsimplices, pilis brevissimis reflexis cano-pubescentes. Folia infima subrotunda obtusa, vix dentata, superiora acuta et acute dentata, basi rotundata, omnia rugosa, pilis brevibus hispidula. Racemi vix semipedales. Cymae pedunculatae. Bracteae pedicellis subbreviores. Calyces *M. Graecae* cylindrici striati erecti, dentibus latitudine tubi longioribus. Corolla calyce subduplo longior, forma *Saturejae*. — *Melissa Pulegium* Rochel, Del. pl. rar. Banat. 62. t. 22. fig. 8. — *Calamintha origanifolia* Host, Fl. Austr. II. 120. — *Melissa subnuda* Waldst. et Kit. Plant. rar. Hungar. III. 296. — *Calamintha subnuda* Host, Fl. Austr. II. 130? — *Thymus subnudus* Spr. Syst. vegetab. II. 698. — Habitat in Banatu ad rupes thermarum Herculis, in agro Fiumensi.

41. M. MARIFOLIA Bth. l. c. † — Incana adscendens: foll. ovatis oblongisve obtusis subintegerrimis, supra canescentib., subtus albidis; racemis laxis multifloris; calycis dentib. obtusis subaequalib., fauce intus villosa; corollis calyce subduplo longioribus. ♃ — Rami divaricati 1–2-pedales, uti folia et calyces tomento tenui cani. Folia vix 3–4 lin. longa, nunc integerrima, nunc leviter sinuata v. dentata plana paucivenia. Racemi elongati. Cymae laxae pedunculatae dichotomae. Folia floralia inferiora pedunculo longiora, superiora breviora. Bracteae minutae. Calyces ovato-tubulosi erecti striati, faucis villis dentes saepius superantibus. Corolla calyce plus duplo longior. Habitus fere *Melissarum* sectionis *Calaminthae*, sed calyx omnino *Micromeriae*. — *Melissa fruticosa* Linn. Spec. plantar. 858. — *Melissa Cretica* Lam. Dict. IV. 79. et auct plur. (non Linn.) — *Calamintha Cretica* Lam. Fl. Fr. III. 395. — *Nepeta Cretica* Dietr. ex Steud. Nom. bot. 521 (edit. 1.) — *Thymus Creticus* DC. Fl. Fr. III. 564 (non Bret.) — *Thymus Barrelieri* Spr. Syst. vegetab. II 698. — *Melissa marifolia* Pers. Enchirid. II. 102. — *Nepeta marifolia* Cav. Icon. plant. rar. VI. 55. t. 576. — *Dystropogon marifolius* Juss. ex Steud. Nom. bot. 521. — *Thymus marifolius* Willd. Enum. plant. hort. Berol. II. 604. — *Nepeta serpyllifolia* M. Bieb. Fl. Taur. Cauc. II. 69.

— Cent. pl. Ross. I. t. 28. — Rchb. Plant. critic. III. 16. t. 219. — *Nepeta parvifolia* Hortul. — Habitat in Europae et Asiae mediterraneae nec non Tauriae siccis saxosis cretaceis, in Lusitania, Hispania, Syria prope Nazareth et ad montem Libanon, Tauria, in floris Siciliensis Italicisque non occurrit, in Pedemontio et Gallia australi citatur, sed dubia civis.

† *Species e genere excludendae.*

M. MONTANA Rchb. — SATUREJA MONTANA.
M. PYGMAEA Rchb. — SATUREJA MONTANA.
M. SPICATA Rchb. — SATUREJA VIRGATA.
M. VARIEGATA Rchb. — SATUREJA MONTANA.

3617. MELISSA *Bth.*

(Bth. Labiat. gener. et spec. 383. et 732. — Meisn. Gener. plantar. vascular. I. 285. II. 194.)

Sectio I. CALAMINTHA Mnch. Method. plant. 408. — Bth. l. c. 386.

Racemi laxi subsecundi. Verticillastrorum cymae utrinque pedunculatae dichotomae. Bracteae minutae. Calyx subteres striatus, basi vix gibbus, fauce intus villosa.

1. M.? INCANA Bth. l. c. 388. — Herbacea v. basi suffruticosa procumbens: ramis adscendentib. cano-tomentosis; foll. petiolatis parvis orbiculatis subintegerrimis, utrinq. cano-tomentosis; racemis subsecundis; verticillastris paucifloris; cymis vix dichotomis; calycib. breviter bilabiatis, fauce intus villosa; corollis calyce vix duplo longioribus. ♃ — Species inter *Melissam* et *Micromeriam* fere media. Folia 3-linearia, utrinque tomento molli, uti rami et calyces cana. Verticillastri superiores condensati, inferiores laxiores. Bracteae minutae. — *Thymus incanus* Sibthrp. et Sm. Flor. Graec. VI. 62. t. 577. — *Acinos incanus* Griseb. Spicileg. fl. Rumel. II. 132. — *Melissa Cretica* Russ. Nat. hist. Alep. (non Linn.) — Habitat in regione mediterranea orientali, in Archipelagi Graeci insulis frequens et ad Athenas, in Syria quoque prope Aleppo.

2. M.? CRETICA Linn. Spec. plant. 828. — Bth. l. c. — Herbacea humilis, basi procumbens: ramis adscendentib. piloso-hispidis; foll. petiolatis parvis subrotundis obtusis subintegerrimis, utrinq. molliter villosissimis; racemis subsecundis; cymis vix dichotomis paucifloris; calycib. breviter bilabiatis, fauce intus villosa; corollis calyce vix duplo longioribus. ♃ — Affinis *M. incanae*, sed diversa caule foliisque villosissimis nec tomento tenui canis. Cymarum inferiorum pedunculus communis 2 lin. longus, superiorum brevior v. nullus. — *Thymus hirtus* Sieb. Pl. exsicc. (non alior.) — Habitat in Creta.

3. M. THYMIFOLIA Bth. l. c. 386. et 732. — Caule herbaceo adscendente cano-pubescente; foll. petiolatis ovatis obtusis, vix crenatis, basi cuneatis rotundatisve subcanescentib.; racemo laxo secundo; cymis dichotomis; florib. parvis; calycib. brevissime bilabiatis, dentib. acutis; corollis calyce subduplo longioribus. ♃? — Quasi media videtur inter *Micromeriam marifoliam* et *Melissam Nepetam*. Folia vix semipollicaria, nunc integerrima, saepius obscure crenata, subtus venosa, dense glanduloso-punctata, supra tomento tenuissimo subcanescentia. Racemus minus diffusus quam in *M. Nepeta*. Flores parum minores. Calyces tenuiores vix bilabiati, dentibus omnibus brevibus setaceo-aristatis, tribus superioribus patentibus, binis inferioribus erectis. Faux villis clausa. Corolla glabriuscula, pallide purpurascens. Faux dilatata, labium superius emarginatum, inferius patens, lobo medio vix emarginato. — *Calamintha thymifolia* Host, Fl. Austr. II. 138. — *Satureja thymifolia* Scop. Fl. Carn. I. 428. [ex Host, sed verosimiliter ad *Saturejam rupestrem* referenda.] — *Thymus origanifolius* Visiani, Flora [B. Z. 1830. I. 51. — Habitat in Carnioliae rupestribus murisque vetustis agri Idriensis.

4. M. GLANDULOSA Bth. l. c. 387. † — Caule herbaceo; ramis subglabris; foll. petiolatis late ovatis acutiusculis grosse serratis, basi rotundatis subglabris; racemis laxissimis paucifloris secundis; cymis dichotomis; calycib. bilabiatis, dentib.

acutis; corollis calyce parvo vix longioribus. ♃ — Rami patentes virides tenues, pilis brevissimis subpubescentes, vix tetragoni. Folia ½—1-pollicaria, longiuscule petiolata, serraturis paucis profundis, tenuia, utrinque viridia, subtus pauci-nervia, floralia gradatim minora. Cymae laxe dichotomae. Bracteae parvae lineares. Flores minuti. Calyces virides vix pubescentes, dentes labii superioris lati, breviter aristati patentes, inferioris subulati erecti. Faux intus villis clausa. Corolla alba v. pallide purpurascens. — *Thymus glandulosus* Beq. in Ann. sc. nat. V. 366. — Habitat in Corsica.

5. **M. NEPETA** Linn. Spec. plantar. 828. — Bth. l. c. 387. et 732. — Caule herbaceo; ramis procumbentib. adscendentib. suberectisve villosis; foll. petiolatis late ovatis obtusis crenatis, basi rotundatis, utrinq. villosis, subtus pallidis; racemo elongato laxo multifloro secundo; cymis dichotomis; calycib. breviter bilabiatis, dentib. subulatis; corollis calyce dimidio v. vix duplo longioribus. ♃ — Caulis decumbens v. adscendens. Rami elongati subtetragoni, dense villosi. Folia semipollicaria v. vix pollicaria rugosa, supra intense viridia, subtus saepe incana, floralia minora, suprema minuta. Racemi elongati. Flores numerosi. Bracteae minutae oblongae. Calyces secus ramos cymarum breviter pedicellati ovati striati virides v. purpurascentes. Dentes superiores breves ovati acuti, inferiores subulati longiores v. rarius omnes subaequales. Barba faucis dentibus superioribus nunc brevior, nunc (in eodem specimine) subaequalis. Corolla albida v. pallide purpurascens, punctis intensioribus notata. Antherarum connectivum crassum, loculi distincti divergentes. — *Thymus Nepeta* Sm. Fl. Brit. II. 642. — Engl. bot. t. 1414. — Hook. Fl. Lond. I. cum icon. — *Calamintha parviflora* Lam. Fl. Fr. II. 390. — *Calamintha trichotoma* Moench. Meth. plant. 409. — *Thymus diffusus* Hortul. — *Thymus Brauneanus* Hoppe. — *Calamintha rotundifolia* Host, Fl. Austr. II. 131. — *Calamintha obliqua* Host l. c. — *Calamintha Nepeta* Hoffm. et Link, Fl. Port. — *Calamintha canescens* Presl, Fl. Sicul. I. 27? — *Melissa obtusifolia* Pers. Enchirid. II. 132. — Bth. l. c. 398.

β. Athonica: humilior glabrior: foliis viridioribus. — *Thymus Athonicus* Bernh. ex Reichb. Fl. Germ. excurs. 329. sub. no. 2242. — *Calamintha Athonica* Reichb. l. c. — *Melissa aetheos* Hortul. — Habitat in Europa praesertim australiori in siccis, ruderatis, ad vias etc., in Anglia, Gallia meridionali, ad Lugdunum, in Lusitania, Hispania, in Italia a Pedemontio ad regnum Neapolitanum, in Istria, Graecia, Archipelagi insulis et in Tauria meridionali.

6. **M. CALAMINTHA** Linn. Spec. plant. 827. — Bth. l. c. 388 et 732. — Caule herbaceo, ramis adscendentib. villosis; foll. petiolatis late ovatis obtusiusculis serrato-crenatis, basi rotundatis truncatisve, utrinq. viridib. villosis; racemo laxo secundo; cymis laxissimis subdichotomis paucifloris; calycib. distincte bilabiatis, dentib. subulatis, inferiorib. elongatis; corollis calyce plus duplo longioribus. ♃ — Caules erectiores et firmiores quam in *M. Nepeta*, folia majora saepe sesquipollicaria, flores pauciores, calyx fere duplo major, profundius bilabiatus. Corollae purpurascentes. Var. *β.* villosior et folia minora, sed ob magnitudinem florum et calycum formam huc nec ad *M. Nepetam* referenda. — *Thymus Calamintha* Scop. Fl. Carn. ed. 2.) no. 733. — Sm. Engl. Bot. t. 1676. — *Calamintha montana α.* Lam. Fl. Fr. II. 396. — *Calamintha officinalis* Moench, Meth. plant. 409. — *Calamintha menthaefolia* Host, Fl. Austr. II. 129. — *Thymus umbrosus* Spreng. Cent. sp. min. cognit. 41. — *Calamintha umbrosa* Rchb. Fl. Germ. excurs. 329? (excl. syn. plur.) — *Melissa intermedia* Baumg.? ex Reichb. l. c. — *Melissa umbrosa* Auct. Germ. non Bieb. — *Melissa foliosa* Opiz mss. — *Thymus Moschatella* Pollini, Fl. Veron. II.

β. villosissima: Thymus calaminthoides Reichb. Fl. Lusit. Mad. exs. — Habitat in Europae mediae et australis et Asiae mediae collibus, sylvis apertis etc. in Anglia, Gallia, Germania media et australi, Lusitania, Hispania, Italia, omni Graecia et prope Byzantium, in Armenia et Iberia, *β.* in Hispania et insulis Canariensibus.

Sectio II. CALOMELISSA Bth. l. c. 388.

Verticillastri multiflori subaequales condensati. Bracteae ovatae v. oblongae. Calycis faux intus villosa.

7. **M. CAROLINIANA** Bth. l. c. — Herbacea? glabra: foll. petiolatis ovatis obtusis subcrenatis, basi angustatis; verticillastris subaequalib. multifloris condensatis; calycis fauce intus villosa; corollis calyce duplo longioribus. ♃ — Rami floriferi elongati virgati, glabri v. tenuissime pubescentes. Folia glaberrima, semipollicaria v. vix pollicaria plana, nervo medio subtus prominulo, floralia calyces superantia. Pedunculi communes utrinque breves, 3–10-flori. Bracteae foliis subconformes, exteriores calycibus longiores, interiores gradatim minores et angustiores. Calyx 2–3 lin. longus glaberrimus, profunde striatus. Corolla fere pollicaris glabra. Stamina sub labio superiore laxe adscendentia. Styli lobi subaequales subulati. — *Thymus Carolinianus* Michx. Fl. Bor. Amer. II. 9. — *Calamintha Caroliniana* Sweet, Hort. Brit. 409. — *Thymus grandiflorus* Sims, Bot. Mag. t. 997. — *Calamintha grandiflora* Pursh, Fl. Amer. sept. II. 414. — Habitat in America boreali in Carolina, Georgia, ad Covington in Louisiana.

Sectio III. ACINOS Mnch. Method. plant. 407. — Bth. l. c. 389.

Verticillastri sub-6-flori, pedicellis erectis brevibus rigidis. Bracteae minutae v. nullae. Calyx basi infra gibbus subteres, profunde striatus, fauce intus villosa.

8. **M. ACINOS** Bth. l. c. † — Herbacea suberecta pubescens v. villosa: foll. ovatis subserratis, floralib. conformib. flores superantib.; verticillastris 6-floris; calycib. subsessilib., labiis brevib.; corollis vix calycem excedentibus. ☉ — Caules circiter semipedales ramosi, saepe basi procumbentes, rami subpurpurascentes magis minusve villosi. Folia obtusiuscula, basi angustata, superiora angustiora acutiora, omnia utrinque viridia mollia, subtus venosa. Verticillastri distantes. Bracteae minutae v. nullae. Pedicelli erecti rigidi complanati, lineam longi. Calyces 3–4-lineares profunde 13-striati hispidi, labium superius latum, dentibus 3 subulatis, divaricatis, laciniae labii inferioris labium superius aequantes. Corollae purpureo-coeruleae, labium superius et lacinia media labii inferioris integra. Antherarum loculi subdivaricati. Styli lobus inferior complanatus. Achaenia laevia. — *Thymus Acinos* Linn. Spec. plant. 826. — Hook. Fl. Lond. I. ic. — Sm. Engl. Bot. t. 411. — *Acinos thymoides* Moench, Meth. pl. 407. — *Acinos vulgaris* Pers. Enchirid. II. 131. — *Thymus heterophyllus* Poir. Dict. Suppl. VII. 648. — *Thymus canescens* Dumort. Florul. Belg. 47. — *Calamintha arvensis* Lam. Fl. Fr. II. 394.

β. villosus: Acinos villosus Pers. Enchirid. II. 131? — Habitat in Europae arvis vulgaris, in Scotia, Anglia, Suecia, Lusitania, Italia et Graecia, etiam in regione Caucasico-Caspica.

9. **M. PATAVINA** Bth. l. c. — Herbacea adscendens pubescens: foll. petiolatis ovatis acutis vix serratis venosis subglabris, floralib. conformib. calyce longiorib.; calycis labiis tubo breviorib.; corollis calyce vix duplo longioribus. ☉ — Major et durior quam *M. Acinos*, floribus duplo majoribus, glabrior et erectior quam *M. alpina*, cui affinior at distincta. — *Thymus Patavinus* Jacq. Obs. Bot. IV. 7. t. 87. — *Acinos Patavina* Pers. Enchirid. II. 131. — *Calamintha Patavina* Host, Fl. Austr. II. 133. — *Melissa majoranaefolia* Mill. Dict. no. 7. — *Thymus suaveolens* Sm. Prodr. fl. Graec. I. 420. — *Thymus acinoides* Ten. Prodr. fl. Nap. 35.

β. acuminata Frivaldsky, Flora [B. Z.] 1835. I. 332. — Foliis lanceolato-ellipticis utrinque acuminatis acutissimis. — Habitat in Europa australi, in Hispania, Gallia mediterranea, Italia ab agro Veronensi et Pedemontio ad regnum Neapolitanum, in monte Parnasso.

10. **M. MICROPHYLLA** Bth. l. c. 390. — Suffruticosa pusilla diffusa subglabra: foll. petiolatis subrotundis integerrimis, floralib. conformib.; verticillastris 4–6-floris; calycib. subsessilib., labiis tubo multo breviorib.; corollis calyce fere duplo longioribus. ♃? — Planta parva ramosissima, ramis brevibus, junioribus pilosis.

Folia vix 2–linearia rigida venosa, saepius glaberrima, interdum pilosa. Verticillastri in ramis floriferis 1–2. Flores *M. Pulegineae*, at calyces longiores tenuiores. — *Thymus Corsicus* Pers. Enchirid. II. 131. — In Corsicae montibus.

11. M. ALPINA Bth. l. c. 390. et 732. † — Perennis diffusa pubescens v. villosa: foll. petiolatis subrotundis ovatisve vix serratis, floralib. calyces subaequantib.; verticillastris 4–6–floris; calycib. subsessilib., labiis tubo breviorib.; corollis calyce plus duplo longioribus. ♃ — Caulis basi ramosissimus sublignosus. Rami floriferi adscendentes, saepius villosi semipedales. Folia minora et plerumque latiora quam in *M. Acinos* et *Pulegina*, superiora interdum angustiora. Calyces purpurascentes, magnitudine *M. Pulegineae*. Corolla major purpurascens, fauce valde dilatata, labium superius et inferioris lobus medius brevissime emarginata. Antherarum loculi divergentes, demum divaricati. Styli lobus inferior complanatus. — *Thymus Alpinus* Linn. Spec. plant. 820. — Bot. Mag. t. 2152. — *Acinos Alpinus* Moench, Meth. pl. 407. — *Acinos diffusus* Bönningh. Fl. Monast. ex Bot. Zeit. 1825. I. 333? — *Thymus montanus* Crantz, Stirp. Austr. 278. — *Thymus villosissimus* Tausch in Syll. pl. soc. Ratisb. II. 248? — *Thymus nummulariaefolius* Loisel. mss. in DC. Herb. — Habitat in Europae australioris montanis umbrosisque, in Gallia, Hispania, Germania, Italia.

β. elatior Griseb. Spicileg. flor. Rumel. II. 122. — Caulibus villoso–pubescentibus vegetioribus; foliis subrotundis, a medio argute serratis, serraturis paucis conniventibus; corolla calycem duplo superante. — *Acinos rotundifolius* Frivaldsky mss. — In regione subalpina Rhodopes borealis.

12. M. GRAVEOLENS Bth. l. c. 390. — Herbacea erecta villosa: foll. petiolatis ovatis subserratis, floralib. conformib. flores superantib.; verticillastris 6–floris; calycib. subsessilib., labiis incurvis tubum aequantib.; corollis calyce vix dimidio longioribus. ⊙ — Herba vix bipollicaris, simplex v. ramosa. Folia *M. Pulegineae*, at villosiora. Flores majores quam in *M. Acinos*, minores quam in *M. Pulegina*, et calycis forma distinctissimi. — *Thymus graveolens* M. Bieb. Fl. Taur. Cauc. II 60., Pl. rar. Ross. ic. I. t. 38. — *Acinos graveolens* Link, Enum. pl. hort. Berol. II. 117. — *Thymus canus* Stev. apud Hoffm. in Comm. soc. phys. med. Mosq. I 40. ex M. Bieb. — *Thymus exiguus* Sibth. et Sm. Flor. Graec. VI. 61. t. 575. (Corollae in icone minores quam in exemplaribus.) — *Acinos canus* Reichb. Flor Germ. excurs. 327. — Habitat in Europa austro–orientali et in Asia Caucasica, prope Neapolin, in insulae Cypri montibus, in Transylvania, Tauria et Iberia media, in montibus Talysch.

† *Species non satis notae.*

13. M. PURPURASCENS Bth. l. c. 391. — Caule ramoso divaricato tomentoso; foll ovatis subserratis, summis congestis (coloratis); verticillastris 1–2–floris subapproximatis. ♃ — Folia praesertim ad venas rubro–violacea. Corolla majuscula rubra. — Media inter *M. Acinos* et *alpinam* videtur. — Verosimiliter *M. alpinae* varietas. — *Acinos purpurascens* Pers. Enchirid. II. 13. — *Thymus purpurascens* Poir. Dict. Suppl. VII. 654. — Habitat in Hispania.

14. M. ROTUNDIFOLIA Bth. l. c. — Foll. orbiculatis mucronatis, venis subtus prominentib.; caule procumbente, apice calycibq. villosis. ♃ — Ex exemplaribus sub hoc nomine in hortis botanicis cultis, non differre videtur a *M. Pulegina*. — *Acinos rotundifolius* Pers. l. c. — *Thymus rotundifolius* Poir. l. c. — *Thymus mediosoides* Bernh. ex Reichb. Fl. Germ. exc. 327. — Habitat in Hispania, in Hungaria.

Sectio IV. CLINOPODIUM Linn. Gener. plant. no. 725. — Bth. l. c. 391.

Verticillastri multiflori v. laxe pauciflori aequales, pedunculo communi subnullo, pedicellis filiformibus nec complanatis. Bracteae subulatae, nunc minutae, nunc calycem aequantes. Calyx basi infra gibbus v. subaequalis, fauce intus nuda v. parum villosa.

15. M. DEBILIS Bth. l. c. † — Herbacea pusilla debilis glabra: foll. petiolatis ovatis levissime subserratis, floralib. minorib.; verticillastris pauciforis; pedicellis elongatis filiformib.; bracteis minutis; calycis fauce intus nuda. ♃ — Herba vix 3–6–

pollicaris, in omni parte glaberrima. Caulis adscendens subsimplex. Folia semipollicaria, basi in petiolum semipollicarem longe angustata tenuia, floralia inferiora conformia, superiora parva. Verticillastri distantes 4–6–, rarius sub–10–flori. Cymarum pedunculus communis saepius nullus, rarius in verticillastris inferioribus 1–2–linearis. Calyx declinatus, 2–3–linearis latus, basi non gibbus. Corolla.....? — *Thymus debilis* Ledeb. Icon. flor. Ross. Alt. illustr. t. 438. — Habitat in Sibiriae jugo Altaico in umbrosis prope fortalitium Alexandrowsk et in deserto Soongoro–Kirghisico circa montem Kent.

16. M. ARUNDANA Boiss. Voyage bot. dans le midi de l'Esp. 498. no. 1328. † t. 145. — Perennis, tota pilis mollib. patulis villosa: caulib. herbaceis prostratis; foll. petiolatis ovatis acutis, basi rotundatis, breviter remoteq. dentatis; verticillastris aequalib. globosis; bracteis subulatis calyce breviorib.; calycis subincurvi dentib. inferiorib. paullo longioribus. ♃ — Caules plurimi repentes semipedales longis pilis patulis hirsuti. Folia breviter petiolata rotundato–ovata acuta, utrinque crenis 2–3 acutis dentata, utrinque, praesertim subtus pilosa, floralia minora ovato–lanceolata. Verticillastri 1–2 sessiles, 8–12–flori globosi. Bracteae subulatae plumoso–ciliatae tubum calycinum subaequantes. Calyx patule hirsutus. Corolla hirtella pallide rosea. — Crescit in Hispaniae australioris regione montana Serrania de Ronda inter montem Sierra de la Nieve pagumque Igualejam.

17. M. UMBROSA M. Bieb. Fl. Taur. Cauc. II. 63. (nec alior.) — Bth. l. c. 392. † — Herbacea diffusa pubescens v. villosa: foll. petiolatis ovatis serrato–crenatis, basi rotundatis; verticillastris aequalib. globosis multifloris; bracteis minutis v. exteriorib. subulatis, calyce dimidio brevioribus. ♃ — Caules elongati numerosi procumbentes, basi repentes, parum ramosi, 1–3–pedales, rami tetragoni, versus apices pilis reflexis villosi, basi glabrati v. angulis villosis. Folia quam *M. Clinopodii* minora, tenuiora et minus rugosa, vix pollicaria, supra sparse, subtus ad venas hirsuta, floralia magis sessilia, inferiora caulinis conformia, suprema angustiora. Verticillastri 20–40–flori, inferiores remoti, supremi interdum in spica laxa v. racemo denso approximati. Pedunculus communis utrinque subnullus v. pedicellis brevior. Bracteae paucae subulatae ciliatae, nunc brevissimae subnullae, nunc pedicellos aequantes v. parum superantes. Pedicelli tenues hispidi, calyce breviores. Calyx declinatus, 2–2½ lin. longus, basi infra gibbus striatus, nervis ciliatis, apice subcoloratus. Labia patentia, superius latum, dentibus brevibus acutis, inferioris laciniae subulatae, vix superius aequantes. Corolla calyce vix dimidio longior purpurascens. Stamina superiora saepe sterilia. — *Clinopodium repens* β. Bth. in Wall. Pl. As. rar. I. 66. — Habitat in Asiae mediae montibus, in Iberiae sylvis sub arboribus circa Ananur et Duschet, in montibus Talysch frequens, in jugo Himalayensi vulgaris, in montibus peninsulae Indicae.

18. M. REPENS Bth. Labiat. gener. et spec. 392. — Herbacea diffusa, basi radicans pubescens v. villosa: foll. petiolatis ovatis obtusis serrato–crenatis, basi rotundatis; verticillastris aequalib. globosis multifloris; bracteis subulatis numerosis calycem aequantibus. ♃ — Habitus *M. umbrosae*. Rami longiores. Verticillastri densiores hirsutiores. Bracteae numerosae, longe ciliatae, ut in *M. Clinopodio*, calyces aequantes. — *Clinopodium repens* α. Bth. in Wall. Pl. As. rar. I. 66. — *Thymus repens* D. Don, Prodr. fl. Nep. 113. — Habitat in Asia media, in Indiae orientalis montibus Nepalensibus.

19. M. ORIGANIFOLIA Bth. l. c. 392. † — Capitulis verticillatis; bracteis linearilanceolatis hispidis; foll. ovatis integerrimis hispidis. ♃ — Planta sesquipedalis, caulibus adscendentibus ramosis teretiusculis hispidis. Folia subpetiolata ovata integerrima, utrinque pilis adpressis hirsuta, unguicularia. Capitula florum verticillata subsessilia, inferiora ramulum aemulantia, longius pedunculata. Bracteae capitulis subjectae lineari–lanceolatae hispidae, vix calyce longiores. Calyx elongatus striatus hispidus 5–dentatus subbilabiatus, dentibus 2 inferioribus paullo brevioribus. Corolla pilosula, labio superiore brevi subcompresso obtuso integerrimo, inferiore trilobo, lobo medio concavo, supra acutiusculo, tubus

longitudine calycis. — An non potius *Micromeriae* species? — *Clinopodium origanifolium* Labill. Ic. pl. Syr. rar. IV. 14. t. 9. — Habitat in monte Libano.

20. **M. CLINOPODIUM** Bth. l. c. — Herbacea erecta villosa: foll. petiolatis ovatis obtusis subcrenatis, basi rotundatis; verticillastris aequalib. globosis multifloris: bracteis subulatis numerosis calycem aequantibus ♃ — Caules 1–2–pedales, parum ramosi. Folia 1–2–pollicaria, saepius utrinque villosa, rarius supra subglabra, subtus pallida v. subcanescentia, margine nunc integerrima, nunc obscure v. irregulariter serrato–crenata, floralia minora magis sessilia. Verticillastri pauci distantes, pollicem diametro et interdum majora. Calyces 3–4 lin. longi uti bracteae pilosissimi. Corolla *M. Calaminthae* calyce duplo longior. — *Clinopodium vulgare* Linn. Spec. plant. 821. — Sm. Engl. Bot. t. 1401. — *Clinopodium Aegyptiacum* Lam. Dict. II. 50. — *Clinopodium atropurpureum* et *variegatum* Hortul. — *Clinopodium plumosum* Sieb. in Bot. Zeit. 1822. I. 242? — *Thymus sylvaticus* Bernh. ex Steud. Nom. bot. 208. (edit. 1.) — Habitat in Europae omnis et Asiae mediae sylvis apertis ad sepes et vias, a Scotia et Suecia ad Hispaniam, Siciliam, Graeciam et Cretam, in regione Caucasico–Caspica, etiam in America septentrionali verosimiliter ex Europa allata.

Sectio V. MELIPHYLLUM Bth. l. c. 393.

Verticillastri pauciflori laxiusculi secundi. Bracteae paucae, saepius ovatae. Calyx basi vix gibbus patens, labio superiore glabriusculo, fauce intus nuda v. pilis raris villosa. Corolla alba v. flavescens, tubo recurvo–adscendente.

21. **M. OFFICINALIS** Linn. Spec. plant. 827. — Bth. l. c. 393. † — Herbacea erecta ramosa: foll. late ovatis crenatis, basi truncatis cordatisve, floralib. subconformib.; verticillastris axillarib. laxis secundis; bracteis paucis ovatis; corollis calyce dimidio longioribus. ♃ — Herba altitudine, villositate, magnitudine foliorum, forma baseos et corollarum longitudine valde variabilis. Caules erecti magis minusve villosi, nunc vix pedales, saepius 2–3–pedales. Folia nunc semipollicaria, nunc 2–3–pollicaria, caulina et ramorum sterilium truncata v. interdum profunde cordata, floralia superiora et ramealia minora, basi rotundata v. cuneata, omnia obtusa v. superiora acuta, utrinque magis minusve villoso–hispida viridia rugosa, floralia flores superantia. Verticillastri omnes distantes. Cymae subdistinctae 3–6–florae, pedunculo communi brevi, pedicellis pedunculo longioribus, calyce brevioribus. Bracteae paucae subfoliaceae, calyce breviores, ovatae acutae integerrimae. Corolla alba v. pallide flavescens exserta, calyce saepius duplo longior incurva adscendens, labium superius emarginatum, inferioris lobus medius integer. — *M. graveolens* Host, Flor. Austr. II. 128. — *M. occidentalis* Raffn. — *M. Corsica* Hortul. — *M. foliosa* Opiz ex Reichb. Flor. Germ. excurs. 339. — Habitat in Europae meridionalis et Asiae mediae montosis sylvaticis, in Lusitania, Hispania, Gallia meridionali, Italia, Sicilia, in Graecia et insulis Archipelagi, in Creta, circa Aleppo, in Tauria et Iberia, in montibus Beschtau et provincia Lenkoran.

β. villosa: — *M. Romana* Mill. Dict. no. 2. — *M. hirsuta* Balb. — *M. cordifolia* Pers. Enchirid. II. 132. — *M. Taurica* Hortul. — *M. altissima* Sibthrp. et Sm. Flor. Graec. VI. 63. t. 579. — In monte Libano).

22. **M. HIRSUTA** Blume, Bijdragen 830. — Bth. l. c. 394. — Capitulis verticillatis axillarib.; foll. ovato–oblongis obtuse serratis calycibq. hirsutis. ♃? — Affinis *M. officinali*. — Habitat in Java, in cacumine montis ignivomi Tjerimai provinciae Cheribon.

23. **M. PARVIFLORA** Bth. in Wall. Plant. Asiat. rarior. I. 65. et Labiat. gener. et spec. 394. — Herbacea erecta subglabra: foll. ovatis v. ovato–lanceolatis acutis subserratis, basi rotundatis cuneatisve, floralib. conformib.; verticillastris axillarib. laxis secundis; bracteis paucis parvis oblongo–linearib.; corollis calyce vix longioribus. ♃ — Characteribus *M. officinali* affinis, sed habitu diversa. Tota planta saepe purpurascens et glabra, pilis paucis exceptis ad angulos caulis et nervos foliorum v. calycum. Folia vix pollicaria. Inflorescentia *M. officinalis*.

Bracteae saepius minutae. Calyces minus dilatati, labio superiore minore quam in *M. officinali*. Corolla vix exserta albida? — *Geniosporum axillare* Bth. in Wall. Plant. Asiat. rar. II. 18. — *Scutellaria Japonica* Burm. Fl. Ind. I. 130. — In India orientali, in montibus Nepaliae et Kamaon et Deyra Dhoon habitat.

24. M. FLAVA Bth. l. l. c. c. — Herbacea erecta subglabra: foll. ovatis v. ovato-lanceolatis acutis serrato-crenatis, basi rotundatis, floralib. conformib.; verticillastris axillarib. laxis secundis; bracteis paucis oblongo-linearib.; corollis calyce subtriplo longioribus. ♃ — Habitus et folia *M. parviflorae*. Calyces apice colorati 4–5 lin. longi, labiis patentibus, superiore subplano, dentibus late lanceolatis acutis, inferioris laciniae lanceolatae acutae, labium superius aequantes. Corolla 9–10-linearis flava incurvo-adscendens, fauce valde dilatata. Stamina omnia fertilia. Antherarum loculi divaricati. — In India orientali, in montibus Nepaliae.

Sectio VI. MACROMELISSA Bth. Labiat. gener. et spec. 394.

Verticillastri laxissimi, saepius pauciflori, cymis subumbelliaeformibus, pedunculis elongatis vix dichotomis. Calycis faux patentissima, intus subnuda, labiis profundis patentissimis. Corolla elongata purpurascens, tubo dilatato. Stamina apice subdistantia.

25. M. GRANDIFLORA Linn. Spec. plant. 827. — Bth. l. c. — Herbacea suberecta, parce villosa: foll. petiolatis ovatis acutis grosse dentatis, basi rotundatis cuneatisve, utrinq. viridib.; racemo laxo pauciflore; cymis pedunculatis vix dichotomis paucifloris; calycis fauce intus subnuda; corollis amplis calyce plus duplo longioribus. ♃ — Caules basi ramosi decumbentes, rami pedales suberecti glabri v. pilis raris villosi. Folia saepe 2–3-pollicaria, nunc glabra, saepius pilis sparsis utrinque hispidula, floralia inferiora conformia, superiora multo minora angustiora. Verticillastri pauci subsecundi. Pedunculus communis nunc 3–4-linearis, nunc fere pollicaris, rami subnulli, pedicelli inaequales, longiores calycibus aequalibus. Bracteae parvae lineares acutae. Calyx 4–5-linearis tubulosus, fauce parum ampliata intus nuda v. pilis paucis ciliata, labia patentia, lobi e basi lanceolata subulati. Corolla 1–1½-pollicaris purpurascens, fauce valde inflata, labium superius breve emarginatum, inferioris lobus medius latus emarginatus. Stamina laxe approximata. Antherarum loculi subparalleli. — *Calamintha grandiflora* Moench, Meth. plant. 408. — *Thymus grandiflorus* Scop. Fl. Carn. — DC. Fl. Fr. III. 562. — Habitat in Europae sylvis umbrosis, in montibus Pyrenaicis, Cebennarum et Lozère, in Alpibus Pedemontanis, Helveticis Germanicisque, in Olympo Bithynico, monte Atho, Laconicis montibus et in Tauria circa Baidar.

26. M. MACROSTEMMA Moç. et Sess. mss. ex Bth. l. c. 395. — Fruticosa: ramis divaricatis, juniorib. villosis; foll. petiolatis ovatis oblongisve acutis, basi rotundato-cuneatis levissime serratis, supra viridib., subtus pallidis, utrinque glabriusculis hispidulisve; verticillastris laxis subsecundis paucifloris; pedunculis pedicellisq. elongatis; calycib. glabris, labio superiori patente, fauce intus subnuda. ♄ — Rami elongati subteretes. Folia distantia semipollicaria v. vix pollicaria, floralia conformia, cymis sublongiora. Cymae plerumque 2–3-florae. Bracteae parvae oblongae. Calyx 5 lin. longus, labiis patentissimis. Corolla tenuissime pubescens, calyce subquadruplo longior, tubo dilatato. Labia subaequalia, superius erectum oblongum breviter emarginatum, inferius patens, lobis rotundatis, medio emarginato? Stamina subexserta. Antherae subdistantes. — Habitat in Nova Hispania.

Sectio VII. HETEROMELYSSON Bth. l. c. 395.

Verticillastri irregulares pauci- multiflori subsecundi, in ramos foliatos saepe abeuntes. Bracteae subfoliaceae. Calyx elongatus, basi non gibbus, vix bilabiatus, dentibus setaceis rectis, fauce intus subnuda. Corolla elongata purpurea, tubo subrecto.

27. M. LONGICAULIS Wall. mss. ex Bth. l. c. † — Suffruticosa: ramis elongatis decumbentib. pubescentib.; foll. ovato-oblongis obtusis subdentatis, basi cuneatis angustatisve subvillosis, floralib. conformib.; verticillastris paucifloris irregularib. secundis; calycib. elongatis subdeclinatis, dentib. lanceolato-subulatis, fauce

intus subnuda. ♃ — Caules debiles 2–3-pedales, basi lignosi, rami juniores molliter villosi, summitatibus purpurascentibus. Folia vix semipollicem longa, nunc integerrima, saepius utrinque crenis 1–2 notata. Verticillastri versus apices ramorum approximati, irregulariter 2–6-flori, foliis floralibus bracteisve foliaceis calyce brevioribus intermixti. Calyces 5–6 lin. longi, saepe subbilabiati, labiis vix patentia. Faux intus fere nuda v. rarius pilis albis subclausa. Corolla violacea, calyce vix duplo longior. Stamina superiora plerumque abortiva. Species inter *Melissam* et *Hedeomam* media, an genus proprium? — *Thymus piperitus* D. Don, Prodr. fl. Nepal. 112. — *Thymus origanifolius* D. Don l. c. — *Clinopodium longicaule* Bth. in Wall. Plant. Asiat. rar. I. 66. — Habitat in India orientali, in Nepaliae montibus.

† *Species dubiae.*

28. M. RUGOSA Lour. Flor. Cochinch. 368. — Bth. Labiat. gener. et spec. 208. — Racemis confertis axillarib. terminalibq.; foll. rugosissimis subrotundis acuminatis. ☉ — Caulis sesquipedalis tetragonus erectus ramosissimus. Folia rugosissima subrotunda acuminata serrata opposita petiolata. Flores albo-rubri. Planta tota, corollis exceptis, colore obscure viridi praedita. — Habitat in Cochinchina.

29. M. VERONICAEFOLIA Pers. Enchirid. II. 132. — Bth. l. c. — Foll. late ovatis serratis petiolatis; caule ramoso diffuso; pedunculis elongatis ramosis. ♃ — Caulis villosus. Folia subglabra. Calyx glaber. Corolla intus purpurascens, maculis albido-violaceis variegata. *Veronicam arvensem* refert. — *Thymus veronicaefolius* Spr. Syst. vegetab. II. 698. — Habitat in Bahama.

30. M. INODORA Hasskarl, Tijdschrift voor natuurlijke Geschiedenis X. 127. — Foll. petiolatis ovatis acutis dentatis laxiusculis; verticillastris multifloris interrupte spicatis; bracteis setaceis glabriusculis; calycis limbo ciliato. ☉? ♃? — Herba spithamaea inodora habitu *Thymi Serpylli*. — Crescit in insula Java.

†† *Clinopodia auctorum dubia.*

30. CL. ASIATICUM Lour. Flor. Cochinchin. 374. — Bth. l. c. 206. — Foll. oblongis nervosis rugosis, subtus tomentosis; spica verticillata terminali. ♃ — Caulis 2', pedes longus erectus tetragonus quadrisulcatus simplex villosus. Folia ovato-oblonga obtusa, leviter serrata multinervia, subtus tomentosa opposita. Flos violaceus, spica terminalis oblonga composita, verticillastri interrupti, involucra acuta hirsuta. Calyx bilabiatus integerrimus inaequalis pilosissimus. Corolla labio superiore concavo aequaliter trifido, inferiore refracto integerrimo longiore. — Certe e genere et forsan ex ordine excludendum. Si revera ad *Labiatas*, verosimiliter ad *Anisochilum* referendum. — Habitat in Cochinchina.

31. CL. HUMILE Mill. Dict. no. 4. — Bth. l. c. — Humile ramosum: foll. rugosiorib., capitulis explanatis. ♃? — Habitat in Carolina.

32. CL. CAROLINIANUM Mill. Dict. no. 5. — Bth. l. c. — Caule erecto non ramoso; foll. subtus villosis; verticillastris pauciorib.; bracteis calyce longioribus. ♃? — Habitat in Carolina.

††† *Species e genere excludendae.*

MELISSA ALBA Waldst. et Kit. = MICROMERIA RUPESTRIS.
M. CRETICA Lam. = MICROMERIA MARIFOLIA.
M. FRUTICOSA Linn. = MICROMERIA MARIFOLIA.
M. MARIFOLIA Pers. = MICROMERIA MARIFOLIA.
M. MAXIMA Ard. = PERILLA OCYMOIDES.
M. NEPALENSIS Bth. = HEDEOMA NEPALENSIS.
M. PERENNIS Forsk. = SALVIA AEGYPTIACA.
M. PULEGIOIDES Linn. = HEDEOMA PULEGIOIDES.
M. PULEGIUM Roch. = MICROMERIA PULEGIUM.
M. PYRENAICA Jacq. = HORMINUM PYRENAICUM.
M. SUBNUDA Waldst. et Kit. = MICROMERIA PULEGIUM
M. SYLVESTRIS Lam. = MELITTIS MELISSOPHYLLUM.
CLINOPODIUM CAPITATUM Sw. = HYPTIS CAPITATA.

CL. CHAMAEDRYS Vahl. = MARSYPIANTHUS HYPTOIDES.
CL. FRUTICOSUM Forsk. = PHLOMIS MOLUCCOIDES.
CL. INCANUM Linn. = PYCNANTHEMUM INCANUM.
CL. MARTINICENSE Jacq. = LEUCAS MARTINICENSIS.
CL. RUGOSUM Linn. = HYPTIS RADIATA et GLOBIFERA.

3618. GARDOQUIA *Rz. et Pav.*

(Rz. et Pav. Prodr. flor. Peruv. et Chil. 148. — Meisn. Gener. plant. vascul. I. 285. II. 193. — Bth. Labiat. gener. et spec. 397.)

1. G. BETONICOIDES Lindl. Bot. Regist. (New Ser.) XI. plant. misc. 86. no. 130. — Caule stricto leviter pubescente acutangulo; foll. petiolatis ovatis serratis glabris, utrinq. viridib., basi apiceq. integris, floralib. sessilib. integerrimis; cymis densis pedunculatis, basi foliatis; calycis glabriusculi dentib. brevib. acutis; corolla arcuata duplo longiore, labio inferiore denticulato. ♁ — Crescit in Mexico.
2. G. MEXICANA Bth. Plant. Hartweg. p. 50. no. 377. — Fruticosa: ramis glabris; foll. petiolatis late ovatis acutiusculis, basi rotundatis, margine remote serrulatis integerrimisq., utrinq. glabris, subtus pallidis; verticillastris irregulariter cymosis laxis pauciflоris; calycib. viridib. glabris, dentib. acutis; corolla pubescente calycem quintuplo excedente. ♁ — *G. multiflorae* et *betonicoidi* affinis. Folia vix unquam semipollicaria, saepius 4–5 lineas longa, petiolo 3–4-lineari. — Crescit prope Regla Mexicanorum.
3. G. MULTIFLORA Rz. et Pav. Syst. veget. flor. Peruv. et Chil. 149. et Flor. Peruv. et Chil. inedit. IV. t. 495. fig. a. — Maund et Henslow, The Botanist I. t. 6. † — Hook. Bot. Magaz. t. 3772. — Paxton, Magaz. of botany VI. 223. (c. ic. aen.) — Bth. l. c. 398. — Fruticosa subglabra: foll. petiolatis ovatis obtusiusculis subcrenatis, basi rotundatis viridib., subtus pallidis, floralib. conformib.; verticillastris laxis subsecundis; cymis pedunculatis vix dichotomis; calycis glabriusculi dentib. acutis, fauce intus nuda; corollis calyce triplo longioribus. ♁ — Caules basi duri at vix lignosi videntur, rami pedales, uti folia et calyces glaberrimi v. tomento tenuissimo pubescentes. Folia pollicaria, obscure dentata. Cymae folio florali breviores. Pedunculi et pedicelli filiformes. Calyx subincurvus, apice coloratus striatus, per anthesin evidenter bilabiatus. Corolla ultra pollicaris pulchre coccinea v. purpurea?, fauce vix dilatata. Stamina subexserta. — *Rizoa ovatifolia* Cav. Icon. plant. rar. VI. 56. t. 578. (male). — Habitat in Chili arvis et campis provinciae Conceptionis.
4. G. RUGOSA Bth. l. c. 399. — Fruticosa villosa: foll. petiolatis ovato–rhomboideis serrato–dentatis, basi rotundatis coriaceis rugosis, utrinq. villosis, subtus vix canescentib.; verticillastris laxis multifloris; calycis villosi dentib. subulatis ciliatis, fauce intus subnuda; corollis calyce vix duplo longioribus. ♁ — Frutex ramosissimus, rami duri tetragoni, juniores rufo–villosi. Folia 1–1½–pollicaria, late rhomboidea reticulato–venosa, floralia minora, at cymas superantia. Cymae breviter pedunculatae. Bracteae oblongae villosae, calyce breviores. Pedicelli breves. Calyces 3 lin. longi tenues virides villosissimi, dentibus subbilabiatis. Corolla villosa, labio superiore erecto, brevissime emarginato, inferiore subpatente, lobis oblongis inter se subaequalibus obtusis integerrimis. Stamina didynama, antheris sub labio superiore per paria approximatis. — Species aequo jure ad *Melissam, Micromeriam* v. *Gardoquiam* referenda. — Habitat in Peruvia.
5. G. ELLIPTICA Rz. et Pav. Syst. veget. fl. Peruv. et Chil. 149. et Flor. Peruv. et Chil. inedit. IV. t. 495. fig. b. — Bth. l. c. † — Fruticosa erecta: ramis glabris; foll. petiolatis ovatis acutiusculis leviter serrato–crenatis, basi rotundatis cuneatisve, utrinq. viridib. glabris subciliatisve, floralib. minoribus; verticillastris sub–6–floris; calycib. viridib. pilosis, dentib. acutis, fauce intus nuda; corollis calyce subquadruplo longioribus. ♁ — Rami tetragoni. Folia pollicaria subrugosa, floralia conformia. Verticillastri densiusculi secundi, pedunculis pedicellisque brevibus. Bracteae exteriores foliaceae oblongo–ovatae. Calyces striati, labio superiore breviter dentato, vix patente. Corolla fere sesquipollicaris pubescens

coccinea, lobis abbreviatis. Stamina exserta subdistantia. — *Stachys speciosa* Hook. Bot. Misc. II. 235. — Habitat in Peruviae montibus versus Cheuchin et Sayan vicos inter Pacron et Obrajillo Vallis Cantae.

6. G. THYMOIDES H. B. Kth. Nov. gen. et spec. plant. II. 314. † — Bth. l. c. — Foll. ovatis acutis subcordatis, margine revolutis subserratis, supra glabriusculis, subtus cano-pubescentib.; florib. verticillatis. ♄ — Frutex ramosissimus, ramis tetragonis pubescentibus. Folia brevissime petiolata venosa, 3 lin longa, 2 lin. lata. Petioli pubescentes. Flores verticillati pedunculati semipollicares, verticillastri multiflori distantes, internodia 5–9 lin. longa. Calyx tubulosus 10-sulcatus 3-dentatus pubescens, dentibus inaequalibus acuminato-subulatis. Corolla calyce triplo longior flava(?) pubescens, tubo interne pubescente, fauce longissima, inferne barbata, limbo bilabiato purpureo-maculato, labio superiore emarginato, inferiore trifido, laciniis obtusis. Stamina 4 didynama distantia subinclusa. Filamenta glabra. Stylus exsertus. — Habitat in America meridionali, in Andibus Quitensibus?

7. G. ELEGANS H. B. Kth. l. c. 315. † — Bth. l. c. 400. — Foll. subrotundo-rhombeis obtuse serratis, supra pubescentib., subtus albo-tomentosis; pedunculis axillarib. subtrifloris. ♄ — Frutex aromaticus 3–4-pedalis, rami tetragoni pubescentes, juniores albo-tomentosi. Folia petiolata, basin versus integerrima coriacea reticulato-venosa, 9 lin. longa, 8 lin. lata. Petioli 1½ lin. longi tomentosi Flores breviter pedicellati. Calyx tubulosus 10-sulcatus 5-dentatus tomentosus, dentibus acuminatis, 3 superioribus minoribus. Corolla rubra, extus pubescens, fauce flava incarnato-maculata. Stamina *G. tomentosae*. — Habitat in America meridionali, inter Mulalo et Pansache in declivitate montis ignivomi Cotopaxi regni Quitensis.

8. G. PULCHELLA H. B. Kth. l. c. † — Bth. l. c. — Foll. ovatis aut subrotundo-ovatis obtusis, basi cuneatis, margine subrevolutis crenatis, supra scabriusculis viridib., subtus albido-tomentosis; pedunculis axillarib. subtrifloris. ♄ — Frutex 3–4-pedalis ramosissimus, rami tetragoni pubescenti-tomentosi erecti. Folia petiolata coriacea venosa, 8–9 lin. longa, 6–7 lin. lata. Petioli 1½ lin. longi tomentosi. Flores longe pedicellati, pedicellis 2–3 lin. longis, teretibus tomentosis. Calyx subsemipollicaris tubulosus 10-sulcatus 5-dentatus tomentoso-pubescens, dentibus acuminato-subulatis, 2 inferioribus brevioribus. — Habitat in America meridionali, in locis calidis inter Caseas et Contumasay Peruviae.

9. G. TOMENTOSA H. B. Kth. l. c. 314. † — Bth. l. c. — Foll. subrotundo-ovatis acutiusculis, basi subtruncatis, margine revolutis et leviter serratis, supra pubescentib., subtus albido-tomentosis; pedunculis axillarib. subtrifloris. ♄ — Frutex aromaticus ramosissimus 3-pedalis, rami subteretes, ramuli tetragoni pubescentes. Folia petiolata coriacea venosa, vix semipollicaria, 5 lin. lata. Petioli lineam longi tomentosi. Flores pedicellati, 8–9 lin. longi. Pedicelli lineam longi tomentosi. Calyx tubulosus 10-sulcatus 5-dentatus albido-tomentosus, dentibus acuminatis, 3 superioribus minoribus. Corolla calyce triplo longior incarnata, extus pubescens, tubo brevi, fauce longissima, inferne barbata, limbo bilabiato, labio superiore emarginato, inferiore trifido, laciniis obtusis. Stamina 4 didynama distantia inclusa. Antherae subreniformes. Stylus exsertus glaber. Achaenia triangularia obtusa laevia fusca. — *G. grandiflorae* valde affinis. — Habitat in America meridionali, in arenosis altae planitiei Quitensis juxta Llactacunga, Hambato et Riobamba Nuevo.

10. G. GRANDIFLORA H. B. Kth. l. c. † — Bth. l. c. Foll. subrotundo-ovatis obtusis, basi acutis, apicem versus dentatis, supra tenuissime pubescentib., subtus incano-tomentosis; florib. axillarib. solitariis, breviter pedunculatis. ♄ — Frutex 3-pedalis ramosissimus, rami subteretes glabriusculi, ramuli tetragoni pubescentes. Folia petiolata reticulato-venosa semipollicaria, 4 lin. lata. Petioli 1–1½ lin. longi incano-tomentosi. Calyx cylindraceus 10-sulcatus 5-dentatus incano-tomentosus, dentibus acuminatis subaequalibus. Corolla calyce quadruplo longior flava, extus pubescens, fauce intus barbata. Stamina 4 didynama

distantia subexserta. Filamenta glabra. Antherae incumbentes arcuatae. Stylus glaber exsertus. Achaenia trigona obtusa fusca laevia. *G. incanae* simillima videtur. — Ex hac descriptione non nisi foliis apice serratis a *G. incana* differt. — Habitat in America meridionali, in convalli temperata fluminis Chambo inter montem ignivomem Tungurugua et pagum Penipe.

11. G. BREVIFOLIA Bth. l. c. 401. — Fruticosa incana: foll. brevissime petiolatis subrotundo-ovatis obtusis, margine vix revolutis, supra pubescentib., subtus cano-tomentosis, floralib. conformib. calyces aequantib.; verticillastris 2–6-floris secundis; calycib. subcoloratis, dentib. lanceolatis acutis, fauce intus nuda; corollis calycem breviter superantibus. ♁ — Habitus *G. incanae*, folia breviora latiora, supra viridia obtusa v. brevissime mucronulata, calycis dentes angustiores et acutiores. Ab omnibus affinibus corollis vix calycem excedentibus distincta et vix a *Micromeriis* separanda est. — Crescit in Peruvia.

12. G. INCANA Rz. et Pav. Syst. flor. Peruv. et Chil. 150. et Flor. Peruv. et Chilens. IV. (inedit.) t. 493. fig. 4. — Bth. l. c. — Fruticosa incana: foll. brevissime petiolatis ovatis obtusis integerrimis planis, supra pallidis, subtus cano-tomentosis, floralib. conformib. calyces aequantib.; verticillastris 2–6-floris; calycib. incanis, ore obliquo, dentib. brevib. acutis, fauce intus nuda. ♁ — Folia *Helianthemi cani* semipollicaria integerrima, floralia conformia calyces superantia. Bracteae parvae, lineares obtusae. Calyces subsessiles incurvi, interdum subbilabiati. Corolla ultra pollicaris pubescens flava? Genitalia subexserta. — Habitat in Peruvia, in praeruptis ad Cheuchin vicum.

13. G. HOOKERI Bth. l. c. † — Paxton, Magaz. of bot. III. 243. (cum ic. aen.) — Lindl. Bot. Regist. t. 1747. — Fruticosa? glaberrima: foll. obovatis subintegerrimis, basi in petiolum brevem angustatis, utrinq. viridib.; pedunculis 2–3-floris; calycis glabri subbilabiati labio superiore breviter tridentato erecto, fauce intus villis clausa. ♁ — Rami virgati tenues glabri. Folia semipollicaria 1–3-nervia glanduloso-punctata remotiuscula. Pedunculi nunc breves uniflori, nunc in ramulos breves foliaceos subtrifloros abeuntes. Pedicelli breves. Calycis labii superioris dentes brevissimi, labium inferius bifidum, lobis ovatis. Corolla coccinea glanduloso-pubescens, labiis profunde fissis, breviter lobatis. Stamina subexserta distantia. Antherarum loculi paralleli. Stylus exsertus. Calyce a caeteris speciebus parum diversa, sed inflorescentia, corolla et stamina omnino *Gardoquiae*. — *Cunila coccinea* Nutt. ex Hook. Exotic. fl. III. t. 163. — *Melissa coccinea* Spr. Syst. veget. II. 224. — Habitat in Florida.

14. G. SERICEA Presl mss. ex Bth. l. c. 402. † — Suffruticosa procumbens sericeo-tomentosa: foll. sessilib. linearib. integerrimis, margine revolutis, utrinq. sericeo-lanatis, floralib. bracteisq. conformib. minorib.; florib. axillaribus. solitariis; calycib. sericeis, dentib. brevib. subaequalib., fauce intus nuda. ♃ — Rami, folia calycesque tomento albo sericeo induti. Ramuli floriferi breves adscendentes, uti folia ternatim verticillati. Folia 3–5 lin. longa, floralia conformia. Bracteae conformes v. breviores. Calyces subsessiles, folio aequales, vix incurvi. Dentes breves recti. Corolla 10–11 lin. longa coccinea pubescens. Stamina inferiora exserta, laxe adscendentia, superiora inclusa? v. abortiva? — Habitat in Peruvia, in vallibus Cordillerarum.

15. G. ARGENTEA H. B. Kth. Nov. gen. et spec. plant. II. 313. † — Bth. l. c. — Argenteo-sericea: foll. oblongo-lanceolatis obtusis, margine revolutis integerrimis; florib. axillarib. solitariis. ♁ — Frutex ramosissimus, rami densissime conferti tetragoni argenteo-sericei. Folia subsessilia, nervo medio subtus valde prominente, utrinque argenteo-sericea, 2–3 lin. longa. Flores breviter pedunculati semipollicares. Calyx campanulato-tubulosus 10-sulcatus 3-dentatus bilabiatus, extus albo-sericeus, dentibus acutis subaequalibus, fauce nuda. Corolla calyce triplo longior coccinea, extus pubescens tubuloso-infundibuliformis, tubo brevi interne glabro, fauce longissima, linea longitudinali pilosa inferne barbata, limbo

bilabiato labio superiore subrotundo emarginato, inferiore trilobo, lobis rotundatis. Stamina 4 didynama distantia inclusa, unicum fertile, reliqua sterilia. Antherae reniformes, unica maxima, tribus minutissimis. Stylus longe exsertus glaber. An vere hujus generis ob stamina 3 abortientia? — Habitat in America meridionali, in alta planitie Andium Peruvianorum juxta urbem Micuipampa, in radicibus montis metalliferi Gualgayoc.

16. G. DISCOLOR H. B. Kth. l. c. 312. † — Bth. l. c. — Foll. oblongis acutis, basi cuneatis integerrimis, supra puberulis, subtus sericeo-pubescentib. et incanis. ♄ — Frutex ramosissimus, rami oppositi tetragoni, ramuli canescenti-pubescentes, cortice solubili. Folia breviter petiolata venosa, venis subparallelis, nervo subtus prominulo, membranacea, supra viridia, 4–8 lin. longa, 1½–4 lin. lata. Petioli 1–1½ lin. longi cano-pubescentes. Flores ad apicem ramulorum axillares solitarii, breviter pedunculati, 6–7 lin. longi. Pedunculi capillacei, tenuissime puberuli, 1½ lin. longi, basi bracteati. Bracteae folio simillimae, sed minores, calycem haud aequantes. Calyx villoso-pilosus tubulosus 10-nervis, fauce pilis albis clausa, limbo bilabiato, labio superiore tri-, inferiore bifido, laciniis lanceolatis acutis, 2 inferioribus paullo brevioribus, apice acuminato-subulatis. Corolla tubulosa, calyce 2–4-plove longior, superne ampliata, externe pubescens purpurea, limbo quinquefido subbilabiato, laciniis rotundatis, fauce nuda. Stamina 4 didynama subdistantia inclusa. Filamenta glabra. Antherae reniformes. Habitat in America meridionali in declivitate montis Silla de Caracas.

17. G. GILLIESII Grah. in Edinb. phil. Journ. 1831. Sept. 377. — Lindl. Bot. Regist. t. 1812. — Bth. l. c. 402. † — Suffruticosa: ramis divaricatis pubescentib.; foll. oblongo-linearib. cuneatisve obtusis integerrimis, basi angustatis, utrinq. viridib. planis, floralib. conformib. bracteisq. calyce subbreviorib.; verticillastris paucis multifloris laxiusculis irregularib.; calycib. elongatis erectis, dentib. lanceolato-subulatis subaequalib., fauce intus nuda. ♃ — Caules basi lignosi divaricati v. procumbentes. Rami primarii in racemum longum terminalem abeuntes, verticillastri magni densi multiflori distincti. Rami laterales dense foliosi, verticillastri numerosi pauciflori irregulares subsecundi. Folia 3–6-linearia uninervia, floralia uti bracteae exteriores conformia, at calyce breviora. Calyces 5–6 lin. longi 13-striati recti v. vix incurvi, dentibus nunc distincte bilabiatis, saepius omnibus rectis, inferioribus profundius fissis. Corolla pubescens coccinea. Styli lobi subaequales. — *Gardoquia Chilensis* Bth. in Hook. et Arn. Bot. Beech. voy. 36. — Habitat in Chili prope Valparaiso.

18. G. OBOVATA Rz. et Pav. Syst. flor. Peruv. et Chilens. 150. et Flor. Peruv. IV. (inedit.) t. 404. fig. a. — Bth. l. c. 403. † — Fruticosa: ramis canescentib.; foll. obovato-oblongis, basi angustatis, margine revolutis integerrimis, supra laeviusculis, subtus pallidis pauciveniis, utrinq. glabris; verticillastris subbifloris secundis; calycib. glabriusculis, dentib. brevib. obtusis, fauce intus villosa. ♄ — Frutex 3-pedalis, rami divaricati. Folia 3–4 lin. longa, basi longe in petiolum brevissimum angustata, venis paucis pinnatis supra inconspicuis, floralia conformia. Calyces subsessiles v. breviter pedicellati, 4 lin. longi striati, vix sub lente tomentelli, ore parum obliquo, dentibus superioribus vix longioribus. Corolla calyce subtriplo longior, extus villosissima, staminibus longe exsertis. — Habitat in Peruviae praeruptis ad Cheuchin vicum.

19. G. GLABRATA H. B. Kth. Nov. gen. et spec. pl. II. 313. † — Bth. l. c. — Ramis pubescentib.; foll. lanceolato-oblongis, utrinq. acutis, margine revolutis, apicem versus leviter serratis glabris, supra nitidis, subtus glanduloso-punctulatis; florib. axillarib. solitariis. ♄ — Frutex ramosissimus, rami subtetragoni, densissime conferti foliosi. Folia breviter petiolata venosa coccinea semipollicaria, 2 lin. lata. Petioli ½ lin. longi, tenuissime pubescentes. Flores breviter pedunculati ½–pollicares. Calyx tubulosus 10-sulcatus glaber glanduloso-punctulatus, apice 5-dentatus bilabiatus, dentibus acuminatis, 3 superioribus paullo longioribus. Corolla

calyce duplo longior, externe pubescens, tubo interne sericeo, fauce pilosula, limbo bilabiato, labio superiore emarginato, inferiore trilobo, lobis obtusis. Stamina 4 didynama distantia inclusa. Filamenta glabra. Antherae subreniformes. Stylus glaber exsertus. Sequenti proxima. — Habitat in America meridionali prope Quito?

20. G. TAXIFOLIA H. B. Kth. l. c. 312. † — Bth. l. c. — Ramis cano-villosis; foll. linearib. lanceolatis aut oblongis obtusis, basi angustatis integerrimis glabris, subtus punctulatis; floribus axillaribus solitariis. ♄ — Frutex ramosissimus, rami juniores subtetragoni, densissime foliosi. Folia petiolata approximata venosa, nervo subtus prominente, coriacea glabra, 4–5 lin. longa, ½–2 lin. lata. Petioli breves, basi incrassati, infra medium articulati glabri. Flores breviter pedunculati pollicares et longiores, pedicellis vix lineam longis pubescentibus. Calyx tubulosus bilabiatus striatus glaber, vix 3 lin. superans, fauce pilis clausa, labio superiore 3–, inferiore 2-fido, laciniis acuminatis subaequalibus. Corolla rubra? extus hirtello-pubescens, fauce leviter pilosiuscula. Stylus et stamina exserta. — Habitat in America meridionali, in locis asperis obnubilis Andium Novo-Granatensium in declivitate Parami de Saraguro juxta pagum Ofia.

21. G. STRIATA Rz. et Pav. Syst. flor. Peruv. 148. et Flor. Peruv. et Chil. (inedit.) IV. t. 404. fig. b. — Bth. l. c. 404. † — Ramis villoso-lanatis; foll. parvis ovatis integerrimis planis v. complicatis, utrinq. glaberrimis striatis v. dorso ciliatis; verticillastris bifloris secundis; calycib. glabris, dentib. brevib. obtusis, fauce intus villosula. ♄ — Frutex 3-pedalis ramosissimus, dense foliosus. Folia sessilia, 2 lin. longa, basi rotundata v. subcordata rigida, venis parallelis utrinque conspicuis, inferiora acuta, superiora obtusa, floralia conformia. Pedunculi brevissimi. Calyx parum incurvus, rigide striatus, dentes subaequales v. superiores vix longiores. Corolla coccinea?, calyce triplo longior, extus pubescens. Stamina (ex icone) breviter exserta. — Habitat in Peruviae collibus aridis in Tarmae et Huanuci provinciis.

22. G. MICROPHYLLA H. B. Kth. l. c. 311. † — Bth. l. c. — Foll. ovatis obtusis cordatis revolutis integerrimis glabris, margine nervoq. medio ciliatis; florib. axillarib. solitariis. ♄ — Frutex suaveolens 2–3-pedalis ramosissimus, ramis densissime confertis, junioribus pubescenti-pilosis. Folia breviter petiolata, margine subrevoluta venosa glabra nitida, vix lineam longa. Petioli pilosi. Flores sparsi pedunculati subpollicares. Pedunculi vix lineam longi pubescentes. Calyx tubulosus 10-sulcatus scabrellus, limbo 5-dentato bilabiato, dentibus acutis ciliatis, 3 superioribus paullo brevioribus, fauce calycis nuda. Corolla calyce quintuplo longior tubuloso-infundibuliformis rubra, extus tenuissime pubescens, tubo brevi, intus sericeo, fauce longissima compressa in inferiore latere linea longitudinali piloso-barbata, limbo bilabiato, labio superiore erecto emarginato, laciniis rotundatis, labio inferiore trifido, laciniis rotundatis patenti-reflexis, intermedia subemarginata. Stamina 4 didynama distantia, vix exserta. Filamenta glabra. Antherae reniformes biloculares, loculis utrinque extremitate connectivis transverse affixis oppositis. Stylus exsertus glaber. Stigma bifidum. — Habitat in America meridionali, in Andibus Pastoënsibus in locis frigidis prope Rio Blanco inter pagos Guachucal et Tulcan.

23. G. JAMESONI Bth. l. c. — Fruticosa procumbens glabra: foll. minimis late ovatis obtusis integerrimis planis v. conduplicatis, utrinq. viridib. glabris; verticillastris subbifloris; calycib. glabris, dentib. brevib. obtusis, fauce intus nuda. ♃ — Folia ut in *G. revoluta* vix linearia, at forma diversissima crebra sessilia coriacea, supra laevia, subtus eleganter nervosa. Calyces subsolitarii glaberrimi, profunde striati, dentibus latis obtusissimis, superioribus patentibus. Corolla minor ac in *G. revoluta* rubro-carnea, extus pubescens. Stamina omnia fertilia. — Habitat in Peruvia ad Paramo de Antisana.

24. G. REVOLUTA Rz. et Pav. Syst. flor. Peruv. et Chil 149. et Flor. Peruv. et Chil. IV. (inedit.) t. 403. fig. b. — Bth. l. c. 405. † — Suffruticosa procumbens:

ramis pubescentib.; foll. minimis subrotundis obtusissimis integerrimis, basi cordatis, margine revolutis, supra glabris viridib., subtus albo-tomentosis; verticillastris subbifloris; calycib. tomentosis, dentib. latis abbreviatis, fauce intus subnuda. ♁ — Rami elongati ramosissimi. Folia numerosa sessilia, vix lineam longa bullata, subtus valde revoluta, floralia et bracteae conformia. Flores saepius axillares solitarii, nunc vero tres in eodem pedunculo (brevissimo). Calyx 2½ lin. longus cano-tomentosus subrectus. Faux intus pilis raris barbata. Corolla coccinea 10–11-linearis pubescens, parum incurva, basi attenuata. Stamina omnia fertilia, laxe adscendentia subdistantia. — In Peruviae collibus et in saxorum fissuris versus Huassahuassi, Panao et Huariaca vicos, in Cordilleris Peruviae.

† *Species omnino dubiae.*

23. G. CAPITATA Spr. Syst. veget. Cur. post. 225. — Bth. l. c. 405. — Capitulis ovatis longe pedunculatis; bracteis calycibq. spinosis; foll. fasciculatis lineari-oblongis, margine revolutis integerrimis cauleq. ramoso hispidis. ♁? — Habitat ad Rio Grande do Sul.

26. G. SPICATA Spr. l. c. — Bth. l. c. — Spicis terminalib. villosis; foll. subfasciculatis spathulatis subintegerrimis asperis. ♁ — Habitat ad Rio Grande do Sul.

†† *Species e genere excludendae.*

G. OBOVATA Spr. = FRANCISCEA RAMOSISSIMA.

G. ORIGANOIDES Rchb. = VERBENACEA LANTANAE AFFINIS.

3619. GLECHON *Spr.*

(Spr. Syst. vegetab. IV. Cur. poster. 227. — Meisn. Gener. plant. vascul. I. 288. II. 194. — Bth. Labiatar. gener. et spec. 405.)

1. GL. SPATHULATA Bth. l. c. 406. † — Foll. petiolatis subrotundo-spathulatis subcrenatis crassis, utrinq. canescenti-tomentosis; calycis dentib. brevib., inferiorib. longiorib.; corollae labio superiore erecto subgaleato. ♃ — Suffrutex basi procumbens, rami adscendentes tomentoso-pubescentes. Folia breviter petiolata spathulata v. subrotundo-rhomboidea, apice crenata, basi cuneata integerrima, in petiolum decurrentia, subtus venosa, floralia conformia, floribus breviora. Verticillastri subbiflori, bracteae minutae. Calyx subsessilis ovatus striatus tomentosus, fauce intus villosissima. Corolla extus pubescens, labium inferius patens, lobis patentibus integerrimis subaequalibus. — Habitat in Brasilia, in pascuis prope Anjo Missionum Uruguayensium et prope Santa Maria provinciae Rio Grande do Sul vulgatissima.

2. GL. THYMOIDES Spr. Syst. vegetab. Cur. post. 227. — Bth. l. c. 407. † — Foll. petiolatis obovatis subcrenatis, utrinq. subviridib. subglabris; calycis dentib. brevissimis subaequalib.; corollae labio superiore maximo galeato. ♁ — Frutex ramis subtetragonis cano-pubescentibus. Folia petiolata late ovata subrotunda obtusa v. emarginata, integerrima v. irregulariter sinuato-crenata, basi cuneata angustata integerrima, in petiolum decurrentia, supra viridia, subtus pallidiora venosa glandulosa, utrinque glabra, floralia conformia, verticillastri 2-flori. Bracteae minutae lineares. Calyx folio multo brevior subsessilis ovatus striatus sub-15-nervius, tenuissime pubescens, fauce intus villosissima, dentibus abbreviatis latis acutis. Corolla calyce duplo longior, extus pubescens, fauce intus villosissima, labium superius maximum fornicato-galeatum, inferioris lobus medius patens integerrimus, lobis lateralibus latioribus, labio superiori subadhaerentibus. — Habitat in Brasilia meridionali.

3. GL. SERPYLLIFOLIA St. Hil. mss. ex Bth. l. c. — Foll. parvis petiolatis ovatis obtusis integerrimis, utrinq. subviridib. glabris; calycis dentib. subulatis, longiorib. tubum aequantib.; corollae labio superiori magno falcato. ♁ — Rami tenelli lignosi elongati prostrati glabri v. vix ad apices tenuissime tomentosi. Folia 2–3 lin. longa, forma *Thymi Serpylli*, avenia glanduloso-punctata, pallide virentia v. suprema vix canescentia: floralia conformia, saepius parum majora, calyces

excedentia. Verticillastri biflori. Bracteae minutae. Calyces sessiles tomentelli, dentibus e basi lanceolato subulato-aristatis, parum inaequalibus. Faux intus dense villosa. Corolla carnea, magnitudine *Gl. thymoidis*, sed galea minus incumbens. — An *Gl. marifoliae* varietas? — Habitat in Brasilia inter saxa a Santa Theresa ad Rocha provinciae Cisplatinae communis.

4. GL. MARIFOLIA Bth. l. c. † — Foll. breviter petiolatis ovatis integerrimis v. vix crenulatis, utrinq. pallidis tenuissime tomentosis; calycis dentib. setaceis subaequalib. tubum subaequantib.; corollae labio superiore erecto subgaleato. ♁ — Suffrutex procumbens, basi radicans, rami cano-tomentosi. Folia brevissime petiolata, nunc late nunc oblongo-ovata obtusa integerrima v. subcrenata, basi rotundata v. saepius angustata, juniora cano-pubescentia, adulta glabriuscula, utrinque glandulosa, subtus venosa, floralia conformia. Verticillastri 2- v. rarius pluriflori. Bracteae minutae. Calyx sessilis ovatus cano-pubescens striatus, intus fauce villosissima, dentibus subulatis nudis, tubo subbrevioribus. Corolla magnitudine *Gl. thymoidis*, extus pubescens, labium superius erectum fornicatum, vix emarginatum, inferius patens, lobis integerrimis, lateralibus latioribus. — In Brasilia meridionali habitat.

5. GL. CANESCENS St. Hil. mss. ex Bth. l. c. † — Foll. subsessilib. subrotundis subcrenatis, utrinq. canescentib.; calycis dentib. setaceis subaequalib. tubum subaequantib.; corollae labio superiore erecto subgaleato. ♁ — Suffrutex 1½–2½-pedalis, basi radicans, rami elongati virgati cano-tomentosi. Folia sessilia, brevissime petiolata, late rotundata obtusiuscula crenulata, basi rotundata v. subcordata, rarius angustata, subtus venosa, utrinque magis minusve cano-tomentosa, floralia conformia. Verticillastri 2–6-flori. Bracteae minutae. Calyx et corolla omnino *Gl. marifoliae*, cujus forsan varietas est. Corolla carnea v. flavescens punctis purpureis picta. An varietates plures v. species distinctae conjunctae, an omnes *Gl. marifoliae* varietates? — *Gl. candidum* Bth. in Herb. reg. Berol. mss. — Habitat in Brasilia, in pascuis prope Serra de San Xavier Missionum Uruguayensium, in arenosis inter palmas prope Garapuru, Villanova provinciae Sanctae Catharinae et inter saxa montis Cerro Aspro provinciae Cisplatinae.

6. GL. ORIGANIFOLIA Bth. l. c. 408. † — Caule hirsuto; foll. sessilib. late ovatis subrotundisve crenatis, basi cordatis, utrinq. viridib. tomentoso-pubescentib. villosisve; calycis dentib. subulatis, inferiorib. tubo longiorib.; corollis dentes calycinos vix excedentib., labio superiore galeato. ♃ — Suffrutex procumbens, rami elongati, pilis patentibus dense hirsuti. Folia obtusiuscula subplicata, saepius reflexa, subtus nervosa, utrinque pilis mollibus villosa, glandulis sub tomento numerosis, floralia conformia, floribus subbreviora. Verticillastri 6–10-flori. Bracteae minutae. Calyx subsessilis ovatus villosus, dentibus subulatis hirsutis tubo longioribus, fauce intus villosa. Corolla alba v. flavescens, vix dentes calycinos excedens, caeterum *Gl. spathulatae*. Achaenia ovato-subtriquetra laeviuscula. — Habitat in Brasilia, in montibus Juruoca et prope Villa Rica provinciae Minas Geraës.

7. GL. SQUARROSA Bth. l. c. † — Foll. subsessilib. ovatis, basi rotundatis subcordatisve rigidis complicatis, glabris ciliatisve; calycis dentib. subulatis, inferiorib. tubo aequalib.; corollae labio superiore galeato. ♃ — Suffrutex basi procumbens, ramis adscendentibus v. erectis, nunc glabris v. brevissime pubescentibus, nunc dense villosis. Folia saepius recurva 3–4-linearia acuta integerrima, margine vix revoluta rigida nervosa glabra v. ad nervos pilis longis simplicibus ciliata, utrinque glandulosa, floralia conformia floribus breviora. Verticillastri sub-6-flori. Calyx ovatus rigidus striatus, extus ad nervos pubescens, intus fauce villosissima, dentibus lanceolato-subulatis rigidis ciliatis, tubo longioribus, inferioribus saepe longe productioribus. Corolla alba v. pallide coerulescens, extus villosa, labium superius erectum fornicatum emarginatum, dentes calycinos excedens, inferius brevius, lobis subaequalibus integerrimis. — Habitat in Brasilia, in pascuis humidis prope Carrancas provinciae Minas Geraës et in campis Geraës provinciae Sancti Pauli vulgaris.

8. GL. CILIATA Bth. l. c. † — Caule piloso; foll. ovatis oblongisve integerrimis, basi angustatis, utrinq. viridib. ciliatis; calycis dentib. subulatis tubo longiorib.; corollae labio superiore galeato. ♃ — Suffrutex? basi procumbens, rami erecti pubescentes et pilis longis albidis ciliati. Folia semipollicaria, inferiora brevissime petiolata, superiora et floralia subsessilia longiora elliptico-lanceolata, omnia obtusa integerrima v. hinc inde dente unico alterove serrata, utrinque glabra, margine pilis longis albidis ciliata nervosa glandulosa, floralia flores duple superantia. Verticillastri dense sub-6-flori. Bracteae minutae. Calyces extus hirsuti ovati, intus fauce villosissima, dentibus lineari-subulatis, tubum subaequantibus ciliatis, subaequalibus. Corolla dentibus longior, extus villosa, labium superius erectum fornicatum, profunde emarginatum, inferius ei subaequale, lobis rotundatis, medio emarginato? Stamina et stylus *Gl. squarrosae*. — Habitat in Brasilia, in provincia Rio Janeiro?

9. GL. RINGENS Bth. l. c. 409. † — Foll. petiolatis ovatis integerrimis, utrinq. subcanescentib., floralib. parvis; dentib. calycinis lanceolatis, tubo breviorib.; corollis calyce triplo longioribus, labio superiore elongato falcato. ♃ — Suffrutex erectus, rami cano-tomentosi, habitus *Helianthemi halimifolii*. Folia *Atriplicis Halimi*, petiolata ovata obtusa integerrima, basi angustata 1-nervia, utrinque brevissime cano-tomentosa glandulosa; floralia parva oblonga, calyce breviora. Verticillastri laxi 6–10-flori, pedunculo communi utrinque pedicellis longiori. Bracteae oblongo-lineares calyce breviores. Calyx tubulosus striatus, extus tomentoso-pubescens, intus fauce villosissima, dentibus ovatis acutis, tubo triplo brevioribus. Corolla extus pubescens, calyce triplo longior ringens, labium superius elongatum falcatum emarginatum, inferius brevius patens, lobis rotundatis. — Habitat in Brasilia meridionali.

10. GL. MYRTOIDES St. Hil. mss. ex Bth. l. c. — Ramis villosis; foll. ovatis crenatis, basi angustatis, utrinq. viridib. v. subtus subcanescentib. subasperis; calycis tubulosi dentib. lanceolatis acutis, tubo breviorib.; corollae labio superiore erecto fornicato. ♃ — Frutex 3–4-pedalis ramosissimus, rami virgati, dense foliosi. Folia semipollicaria obtusa, basi in petiolum brevem angustata rigida venosa, pubescentia brevi scabrella, floralia conformia, calyces aequantia v. vix breviora. Verticillastri 2–6-flori, versus apices ramorum pauci, laxe approximati subsecundi. Calyces breviter pedicellati, 3–4 lin. longi virides striati, dentes subaequales v. inferiores profundius fissi, basi lanceolati, apice aristati, latitudini tubi aequales. Faux intus dense villosa. Corolla coerulea, calyce dimidio longior, extus pubescens. Labia subaequalia, superius emarginatum vix incurvum. Odor totius plantae fortis *Menthae Pulegii*. — Species corollae labio superiore minus concavo *Keithiae* affinis, habitu etiam inter *Glechon* et *Keithiam rubiaceam* quasi media. — Habitat in Brasilia, in locis altis in Serra do Papagaio provinciae Minas Geraës communis.

3020. KEITHIA *Bth.*

(Bth. Labiat. gener. et spec. 409. et 732. — Meisn. Gener. plant. vascul. I. 283. II. 193.)

Sectio I. ERIOTHYMUS Bth. l. c. 410.

Frutex ramis divaricatis foliosis. Cymae axillares pedunculatae pauciflorae. Calycis faux intus villosa. Corollae labium superius bifidum. — An genus proprium?

1. K. RUBIACEA Bth. l. c. † — Fruticosa: ramis foliosis foliisq. subglabris; cymis pedunculatis pauciforis umbelluliformib., molliter pilosissimis; calycib. acute dentatis, fauce intus nuda. ♃ — Frutex habitu *Rubiacearum*. Rami divaricati, acute tetragoni, angulis pubescentibus, inter flores molliter pilosi, caeterum glabri. Folia semipollicaria subsessilia ovata obtusa integerrima, basi rotundata v. cordata, utrinque glaberrima, subtus uninervia pallida glanduloso-punctata, margine subrevoluta. Inflorescentia nunc axillaris, ramis ad apicem excurrentibus et foliis floralibus caulinis omnibus conformibus, nunc terminalis, foliis floralibus supremis multo minoribus. Verticillastri in quoque ramo 2–3. Pedunculus communis utrinque 3–5-linearis, apice umbellulam v. cymam brevem 3–6-floram

ferens. Pedicelli 3–5–lineares. Calyx 4–linearis, breviter dentatus, uti pedunculus, bracteae pedicellique, pilis longis patentibus mollibus coeruleo–rubris dense obsessus, fructifer vix acutus, intus fauce pilorum annulo clausa. Calycis dentes late lanceolati acuti recti, corollae tubus breviter exsertus, labium superius bifidum, inferius vix longius trifidum, lobis omnibus planis oblongis obtusis subaequalibus. Stamina exserta. Antherarum connectivum crassum, loculi divaricati. — In Brasilia, in montosis ad Villa Rica et alibi provinciae Minas Geraës.

Sectio II. KEITHIA Bth. l. c.

Rami herbacei elongati procumbentes foliosi. Verticillastri axillares pauciflori. Calycis faux intus nuda. Corollae labium superius vix emarginatum.

2. K. SCUTELLARIOIDES Bth. l. c. — Procumbens: ramis elongatis foliosis glabris v. angulis ciliatis; foll. glabris; verticillastris axillarib.; florib. subsessilib.; corollis calyce vix duplo longioribus. ♃ — Caules herbacei procumbentes, rami subsimplices elongati acuti tetragoni, angulis brevissime obverse ciliatis, rarius dense pilosis. Folia sessilia lanceolata obtusa, margine brevissime crenata, basi cordata glabra rigida nitida, nervo medio subtus prominulo, 6–9 lin. longa, floralia conformia. Verticillastri axillares, saepius 6–flori. Flores secundi sessiles. Bracteae lineares glabrae, calyce dimidio breviores. Calyx glaber v. nervis ciliatis, dentibus linearibus acutis brevissime ciliatis, superioribus parum longioribus. Corolla extus pubescens purpurea semipollicaris, tubo exserto, superne parum dilatato, labium superius breviter emarginatum erectum, inferius longius, lobis rotundatis, medio emarginato. — Habitat in Brasilia, in summo monte Itambé, in paludosis prope Sitio deserti occidentalis provinciae Minas Geraës et prope S. Xavier provinciae Missionum.

3. K. PILOSA Bth. l. c. 411. † — Procumoens: ramis elongatis foliosis; foll. calycibq. pilosis; verticillastris axillarib.; florib. subsessilib.; corollis calyce plus duplo longioribus. ♃ — Habitus et folia omnino *K. scutellarioidis*, sed caules et folia pilis longis albidis sparsis obsessa. Flores subsolitarii, fere duplo majores. Calyx major et magis obliquus quam in *K. scutellarioide*, pilosus, dentibus lanceolatis. Corolla atro–purpurea, 9–10 lin. longa, extus pubescens, tubo longe exserto incurvo, fauce dilatata. — Habitat in Brasilia in pascuis humidis ad Morongara et prope Castro in campis Geraës provinciae Sancti Pauli.

4. K. CILIATA Bth. l. c. 732. † — Erecta: foll. margine calycibq. basi pilis longis rigidis ciliatis; verticillastris subracemosis; florib. sessilib.; corollis calyce dimidio longioribus. ♃ — Herba semipedalis parum ramosa, rami tenuiter tomentoso–pubescentes. Folia sessilia ½–1–pollicaria, lanceolata obtusa integerrima, basi rotundata, crassiuscula glabra, basi margine pilis albis longis ciliata, superiora minora, floralia inferiora subconformia, suprema calyce breviora. Verticillastri sexflori distantes. Bracteae lineares v. subulatae calycem aequantes. Calyces 3–4 lin. longi erecti, basi gibbi dense hispido–ciliati, superne tenues glabri subpurpurascentes, ore subaequali contracto 5–dentato, fauce intus villosa, dentibus anguste lanceolatis acutis. Corollae labium superius calycem breviter superans, inferius longius trifidum, lobis oblongo–rotundatis, medio majori retuso. — Crescit in provincia Mexicana Texas.

Sectio III. RHABDOCAULON Bth. l. c. 411.

Suffrutices v. herbae, ramis erectis virgatis, basi foliosis v. fere omnino nudis. Verticillastri in spicas terminales approximati. Calyx acute dentatus, fauce intus villosissima.

5. K. VILLOSA Bth. l. c. † — Caule suberecto ramoso, cano–villoso; foll. sessilib. oblongo–linearib. obtusis, margine revolutis, utrinq. villosis; racemis spiciformib. densis subramosis; verticillastris 6–floris approximatis; florib. sessilib.; corollis calyce cano–villoso subduplo longioribus. ♃ — Caules herbacei sesquipedales tetragoni, pilis subreflexis dense villosi, basi ramosissimi foliosi, superne subnudi. Folia semipollicaria integerrima, floralia acuta calyce multo breviora. Racemi 2–3–pollicares densissimi. Calyces subtrilineares 13–nervii substriati cano–

villosissimi, dentibus brevibus acutissimis subrecurvis glabris subaequalibus. Corolla extus villosissima, tubo exserto, fauce vix dilatata, labium superius emarginatum, inferius planum, lobo intermedio latiore integro. Stamina 2, vix exserta, antherarum loculis divaricatis linearibus, superiorum vestigium nullum. Stylus exsertus, lobo inferiore complanato superiorem vix breviorem basi subamplectente. — Habitat in Brasilia meridionali.

6. K. LAVANDULOIDES Bth. l. c. † — Caule erecto ramoso sericeo-tomentoso; foll. sessilib. oblongo-linearib. acutis, margine subrevolutis, utrinq. sericeis; racemis spicaeformib. densis, basi interruptis; verticillastris multifloris; florib. sessilib.; corollis calyce sericeo dimidio longioribus. ♃ — Ab affini *K. villosa* differt pubescentia brevi sericea adpressa, foliis utrinque angustatis longioribus subplanis et corollis brevioribus. — Habitat in Brasilia in campis prope Congonhas do Campo provinciae Minas Geraës et in humidis prope Fazenda de Carapicuva provinciae Sancti Pauli.

7. K. GRACILIS Bth. l. c. 412. † — Caule herbaceo; ramis erectis tetragonis subnudis subglabris; racemo terminali; verticillastris remotis 2–6-floris; calycis dentibus acutis. ♃ — Caules subsimplices juncei, 1–1½-pedales tetragoni, glabri v. faciebus tenuissime pubescentibus. Folia perpauca, plerumque vix 2–3 lin. longa, floralia uti bracteae vix linaem longa glabra. Calyces subsessiles v. breviter pedicellati, 3–4 lin. longi tubulosi villosi, dentes breviter aristati. Corolla purpurascens, calyce dimidio longior pubescens. Stamina inclusa. — Habitat in Brasilia in campis herbidis provinciae Minas Geraës, prope Carapatos provinciae Sancti Pauli et prope Rio Pardo provinciae Rio Grande do Sul.

8. K. DENUDATA Bth. l. c. † — Caule herbaceo; ramis erectis tetragonis subarticulatis subnudis glabris; racemo brevi terminali denso; florib. pedicellatis; corollis calyce pubescente ultra duplo longioribus. ♃ — Caules e basi dura erecti, bipedales et ultra, subsimplices crassi tetragoni faciebus sulcatis. Folia perpauca sessilia, saepe fere abortiva, rarius 6–8 lin. longa linearia obtusa integerrima glabra, superiora et floralia 1–2 lin. longa acuta. Racemus oblongus laxus subramosus 2-pollicaris. Bracteae 1 lin., pedicelli 2 lin. longi. Calyx 4 lin. longus profunde striatus atrovirens, breviter et parce pubescens, dentibus brevibus late lanceolatis acutis subaequalibus, ore intus villosissimo. Corolla extus sericeo-villosa, alba v. sulphurea, tubus longe exsertus, superne vix dilatatus. Stamina 2, vix exserta, antherarum loculis divaricatis linearibus, superiorum vestigium nullum. Stylus breviter exsertus, lobis subaequalibus, inferiore latiore superiorem basi subamplectente. Achaenia ovoidea laevia. — Habitat in Brasilia in campis desertis siccis provinciae Minas Geraës.

Sectio IV. GYMNOCYLIX Bth. l. c. 412.

Herba ramis erectis strictis subnudis. Verticillastri pauciflori distincti subracemosi. Calyx obtuse dentatus, fauce intus nuda.

9. K. COCCINEA Bth. l. c. — Caule herbaceo; ramis erectis tetragonis subarticulatis subnudis glabris; verticillastris paucis pauciforis, versus apicem caulis subracemosis. ♃ — Rami et folia omnino *K. denudatae*. Verticillastri saepius biflori. Flores breviter pedicellati. Bracteae parvae. Corolla coccinea ultrapollicaris, calyce subtriplo longior. Stamina exserta. — Habitat in Brasilia, in summo monte Itambé et in paludosis in Serra da Ibitipoca provinciae Minas Geraes.

3021. THYMBRA *Linn.*

(Linn. Gen. plant. no. 708. — Meisn. Gener. plantar. vascular. I. 285. II. 191. — Bth. Labiatar. gener. et spec. 413.)

1. TH. SPICATA Linn. Spec. plantar. 795. — Sibthp. et Sm. Flor. Graec. VI. 37. t. 566. — Bth. l. c. † — Suffrutex durus rigidus procumbens, ramis adscendentibus semipedalibus pedalibusve, vix pubescentibus. Folia ramorum sterilium parva subdecussata obtusa, fertilium fere pollicaria linearia acuta rigida uninervia plana v. complicata ciliata. Verticillastri multiflori, in spicam 1–6-pollicarem nunc subinterruptam approximati. Folia floralia et bracteae late lanceolata acuta colorata

ciliata, cum floribus in verticillastro arcte imbricata, calyces obtegentia. Calyces sessiles erecti adpressi, glabri v. nervis ciliatis, labium superius planum, dentibus brevibus lanceolatis, inferioris laciniis subulatis ciliatis. Corollae exsertae tubus bracteas subaequans. — *Th. verticillata* Linn. l. c. 796. (var. hortensis, monstrosa?) — *Th. ambigua* Clarke, Trav. IV. 239. — Habitat in regione mediterranea orientali, in ericetis, collibus siccis etc. Achajae, Melos, Sami, Cypri, Cretae, Asiae minoris, Smyrnae, Palestinae.

† *Species e genere excludenda.*

TH. CAPITATA Griseb. (Spicileg. flor. Rumel. II. 127.) = THYMUS CAPITATUS.

3022. DICERANDRA *Bth.*

(Bth. in Bot. Reg. XV. ad calc. no. 1300. — Meisn. Gener. plantar. vascular. I. 285. II. 194. — Bth. Labiatar. gener. et spec. 413.)

1. D. LINEARIS Bth. in l. l. c. c. — Habitus *Hyssopi officinalis* varietatum angustifoliarum. Caules erecti virgati pubescentes. Folia sessilia anguste linearia ½–1-pollicaria integerrima glabra, ad axillas subfasciculata. Verticillastri sub-6-flori ad apices ramorum approximati. Bracteae minutae setaceae. Pedicelli breves. Calyces 4 lin. longi erecti glabri, basi virides, apice membranacei albidi. Corolla calyce duplo longior, tenuiter pubescens. — *Ceranthera linearifolia* Elliot, Bot. S. Carol. et Georg. II. 93. — Habitat in America boreali in Carolina inter flumina Flint et Chatahouchie.

3023. POGOGYNE *Bth.*

(Bth. Labiat. gener. et spec. 414. — Meisn. Gener. pl. vascular. I. 285. II. 194.)

1. P. DOUGLASII Bth. l. c. † — Foll. floralib. bracteisq. flores superantib.; staminib. corolla breviorib.; dentib. calycinis inferiorib. tubo plus duplo longioribus. ♃? — Caules erecti pedales, parum ramosi glaberrimi. Folia petiolata, 1–1½-pollicaria oblongo-obtusa integerrima, basi longe angustata, utrinque viridia glabra, superiora et floralia (caeterum conformia) rarius hinc inde dentata. Spica oblonga, 2–3-pollicaris. Bracteae lineares acutae subfoliaceae, uti folia superiora et dentes calycini virides et glabrae, sed pilis longis albidis rigidis margine ciliatae. Dentes calycini inferiores tubo triplo longiores. Corolla purpurascens? faux intus pilosa. — Habitat in California septentrionali.
2. P. MULTIFLORA Bth. l. c. — Foll. floralib. bracteisq. corolla breviorib.; staminib. exsertis. ♃ — Differt praeterea a *P. Douglasii* caule divaricato-ramosissimo, spicis minoribus numerosis et floribus minoribus. Dentes calycini inferiores vix tubo duplo longiores. — In California septentrionali.
3. P. PARVIFLORA Bth. l. c. — Foll. floralib. flores superantib.; staminib. corolla breviorib.; dentib. calycinis inferiorib. vix tubo longioribus. ♃ — Affinis *P. Douglasii*, sed spica vix pollicaris, folia angustiora parva, et flores dimidio minores. — Habitat in California septentrionali.

Tribus VI. *SCUTELLARINEAE* Bth. Labiatar. gener. et spec. 416. — Endl. Gener. plant. pag. 416. — Meisn. Gener. plant. vascul. I. 285.

Calyx bilabiatus, labio superiore truncato integro v. subtridentato. Corolla tubo exserto adscendente, intus annulato v. nudo, limbi labio superiore fornicato. Stamina 4 sub labio superiore adscendentia didynama, inferioribus longioribus.

3024. PRUNELLA *Linn.*

(Linn. Gener. plant. no. 735. — Meisn. Gener. plant. vascul. I. 285. II. 194. — Bth. Labiat. gener. et spec. 416.)

1. PR. HYSSOPIFOLIA Lam. Flor. Franc. II. 366. — Rchb. Plant. critic. III. 42. t. 243. — Bth. l. c. 416. † — Foll. sessilib. oblongo-linearib. lanceolatisve integerrimis

strigoso-hispidis; calycis labii superioris dentib. lateralib. lanceolatis. 2|. — Caules adscendentes, semipedales v. vix pedales, uti folia rigidiores quam in *Pr. vulgari* et pilis rigidis ciliato-hispidi. Folia constanter integerrima et sessilia, inferiora basi in petiolum brevissimum angustata, media et superiora basi rotundato-subamplexicaulia, floralia et spicae *Pr. vulgaris*. Calyx *Pr. grandiflorae*, dentibus lateralibus labii superioris intermedio saepius aequalibus, rarius longioribus. Corolla *Pr. vulgari* major, *Pr. grandiflora* minor purpurascens, rarius alba. Species a *Pr. vulgari* certe distincta. — ***Brunella Canadensis*** Mill. Dict. no. 2? — Habitat in Europae mediterraneae siccis apertis, in Hispania, Gallia australi et Pedemontio.

2. PR. GRANDIFLORA Moench, Meth. pl. 414. — Bth. l. c. 417. † — Foll. petiolatis ovatis integerrimis dentatisve; calycis labii superioris dentib. lateralib. lanceolatis; corollis amplis calyce plus duplo longioribus. 2|. — Vix, nisi florum magnitudine, a *Pr. vulgari* differt, et forsan ejus varietas. Herba saepius elatior est, nunc fere glabra nunc villosa. Folia saepius, praesertim basi dentata, nunc subhastata, interdum integerrima. Corolla ultra pollicaris, violacea v. purpurea. Calycis labii superioris dentes laterales nunc intermedio sublongiores, saepe vero breviores latiores subtruncati. — *Pr. speciosa* Wender. Schrift. Nat. Ges. Marb.? — *Pr. hastaefolia* Brot. Fl. Lus. I. 181. — Habitat in Europa fere omni cum *Pr. vulgari* in sylvis locisque umbrosioribus.

3. PR. VULGARIS Linn. Spec. plantar. 837. — Bth. l. c. † — Foll. petiolatis ovatis oblongisve integris dentatis v. inciso-pinnatifidis; calycis labii superioris dentib. truncatis aristatis submuticisve v. rarius sublanceolatis; corollis calyce dimidio v. vix duplo longioribus. 2|. — Caules herbacei, a basi ramosi, rami basi decumbentes, rarius reptantes, floriferi adscendentes, nunc vix 2–3-pollicares, nunc (in umbrosis) sesquipedales. Planta nunc omnino glabra, saepius pilis albis rigidis sparsis magis minusve hispida, praesertim ad ramorum partem superiorem et nervos foliorum, nunc in var. *α.* omni parte villosissima. Folia caulina (excepto pari supremo) constanter petiolata, forma valde variabilia, infima et ramorum sterilium fere semper etiam in var. *ε.* et *ζ.* integra et ovata, omnia utrinque viridia v. subtus pallida rugosa, v. rarius laevia subcarnosa. Par supremum caulinorum sessile et basi saepe subdilatatum (forma floralibus approximatum), floralia imbricata sessilia orbiculata, infima saepe longe acuminata, caetera breviter aristata, margine magis minusve ciliata, rarius in var. *γ.* nuda membranaceo-reticulata, superficie subglabra. Verticillastri 6-flori, in spica oblonga v. cylindrica imbricati. Bracteae nullae. Calyces sessiles v. breviter pedicellati, basi uti pedicelli saepius hispidi, apice purpurascentes, labii superioris dentes nunc truncati fere evanidi, saepius breves aristulati, laterales obcordati ovati v. rarius lanceolati, in eadem spica saepe variabiles. Corollae violaceae purpurascentes albae v. rarius carneae. Galea glabra v. pilosa.

α. hispida: caule foliisque (subintegris, villoso-hispidissimis. — ***Pr. hispida*** Bth. in Wall. Pl. As. rar. I. 66. — ***Pr. hirsuta*** Wend. Schr. Nat. Ges. Marb.? — ***Pr. hirta*** Bernh.?

β. vulgaris: foliis integris ovatis oblongisve, glabris v. sparse hispidis. — ***Pr. vulgaris α.*** Linn. Spec. 837. — Hook. Fl. Lond. III. ic. — ***Brunella officinalis*** Crantz, Stirp. Austr. 379. — ***Prunella intermedia*** Brot. Flor. Lusit. I. 180. (non Reichb.) — ***Pr. latifolia*** Donn, Hort. Cantabr. — ***Pr. reptans*** Dumort. Florul. Belg. 44. — ***Pr. surrecta*** Dumort. Florul. Belg. 44. — ***Brunella Fischeriana*** F. Hamilt. Monogr. 164? — ***Br. Pennsylvanica*** Willd. Enum. pl. hort. Berol. 631. exempl. latifolia. — ***Prunella Caroliniana*** Mill. Dict. no. 6. — ***Brunella aequinoctialis*** H. B. Kth. Nov. gen. et spec. plant. II. 323. t. 162. — ***Prunella orata*** Pers. Enchirid. II. 137.

γ. elongata: foliis integris oblongo-lanceolatis, glabris v. parce villosis. — ***Prunella elongata*** Dougl. mss. — ***Brunella Pennsylvanica*** Willd. Enum. hort. Berol. 631. 'exempl. angustifolia'. — ***Brunella Australasica*** Moric. apud F. Ha-

milt. Monogr. 163. t. 7. fig. A. B. — *Prunella angustifolia* Wender. Schr. Nat. Ges. Marb.?

δ. parviflora: foliis subintegris ovatis sparse hispidis; corollis vix calycem excedentibus. — *Brunella parviflora* Poir. Dict. Suppl. I. 711.

ε. pinnatifida: foliis caulinis omnibus v. plurimis incisis pinnatifidisve; corollis purpureis. — *Prunella longifolia* Pers. Enchirid. II. 137. — Rchb. Plant. critic. VI. 21. t. 588. — *Pr. pinnatifida* Pers. l. c. — *Pr. incisa* Link, Enum. pl. hort. Berol. II. 121? — *Pr. dissecta* Wender. Schr. Nat. Ges. Marb.? — *Pr. vulgaris pinnatifida* Reichb. Plant. critic. III. 30. t. 239.

ζ. *laciniata:* foliis caulinis inciso-pinnatifidis v. infimis integris; corollis albis. — *Prunella laciniata* Linn. Spec. pl. 837. — Rchb. Plant. critic. III. 38. t. 238. — *Brunella sulfurea* Mill. Dict. no. 5? — *Prunella alba* Pall. — M. Bieb. Fl. Taur. Cauc. II. 67. — *Brunella verbenae foliis* Vaill. Bot. Par. t. 5. fig. 1. — Habitat fere in toto orbe terrarum, in Europa omni ad vias et sepes in sylvis apertis, pratis siccis etc. vulgatissima, in Africa boreali prope La Calle, in Asiae regione Altaica, Tauro-Caucasica, Caspica, Cashmeriana, Himalayensi et in montibus peninsulae Indicae, in Japonia vulgaris, in Australiae terra Van Diemensi, et ad portum Jackson, in America boreali vulgaris a Canada et ora boreali-occidentali, ubi vulgatissima, usque ad montes regionis aequinoctialis; α. praecipue in montibus Indicis, in Europa australi rarior; β. in Europa et Asia vulgatissima, in America aequinoctiali et Australia, in America boreali rarior; γ. in America boreali vulgaris, in Europa et Asia rarior; δ. in Europa praesertim mediterranea occidentali, in boreali rarior; ε. in Europa australi; ζ. in Europa frequens, in America boreali occurrit raro.

† *Species e genere excludendae.*

PR. INTERMEDIA Reichb. = CLEONIA LUSITANICA.

PR. INDICA Burm. = ACROCEPHALUS CAPITATUS [cum *Acanthacea* quadam in herbario Burmanniano sub hoc nomine miscitur.]

3025. CLEONIA *Linn.*

(Linn. Gener. plant. no. 736. — Meisn. Gener. plant. vascular. I. 285. II. 194. — Bth. Labiat. gener. et spec. 419.)

1. CL. LUSITANICA Linn. Spec. plantar. 837. — Bth. l. c. † — Habitus *Prunellae vulgaris* var. *laciniatae*. Caulis basi ramosus, rami semipedales v. vix pedales hispidi. Folia sessilia oblongo-lanceolata v. linearia obtusa, profunde dentata v. semipinnatifida, basi angustata rugosa, utrinque viridia subhispida, floralia minora acuta, apice uti laciniae longe aristata hispida. Verticilastri 6-flori, in spica laxa approximati. Bracteae nullae. Pedicelli breves erecti, axi adpressi rigidi complanati. Calyx brevis amplus, nervis 10 prominentibus, inter nervos membranaceus, extus hispidus, intus maturatione pilis marginalibus densis subclausus, dentes labii superioris breviter, laciniae inferioris longe aristati. Corolla forma et magnitudine fere *Scutellariae galericulatae*, coerulea aut violacea, extus pubescens, calyce subtriplo longior. ☉ — *Prunella intermedia* Rchb. Plant. critic. IV. t. 205. [non Brot.] — Crescit in Hispania, in Arragoniae campis sterilissimis, Lusitania, in Barbariae arvis prope Mayane.

3026. SCUTELLARIA *Linn.*

(Linn. Gener. plantar. no. 734. — Meisn. Gener. plant. vascul. I. 285. II. 194. — Bth. Labiat. gener. et spec. 419. et 733.)

Sectio I. LUPULINARIA Arth. Hamilt. Monogr. 11. — Bth. Labiat. gener. et spec. 428. Folia floralia saepius membranacea. Flores tetragono-spicati v. subracemosi, vix secundi.

1. SC. ORIENTALIS Linn. Spec. plant. 834. — Sibthrp. et Sm. Flor. Graec. VI. 64. t. 580. — Rchb. Plant. critic. I. 10. t. 8. fig. 17. — Bth. l. c. † — Caule procumbente; foll. petiolatis ovatis inciso-dentatis pinnatifidisve, subtus incanis, floralib. membranaceis integerrimis subimbricatis; spicis tetragonis oblongis. ♃ — Caules bas

ramosissimi radicantes repentes, rami adscendentes, obtuse tetragoni, tenuiter cano-tomentosi. Folia 8–10 lin. longa obtusa, basi cuneato-truncata, margine profunde regulariter dentata subpinnatifida, supra viridia, tenuissime pubescentia, subtus tomento tenui candida. Racemus spiciformis 2–3-pollicaris terminalis simplex. Folia floralia sessilia, late ovata acuminata integerrima, uti rhachis magis minusve pubescentia. Corolla flava, 12–15 lin. longa, extus tenuiter pubescens. — *Sc. Sieversii* Bunge in Ledeb. Flor. Alt. II. 394. — Ledeb. Ic. fl. Ross. Alt. illustr. t. 123. — *Sc. Caucasica* Arth. Hamilt. Mon. 14.

β. pinnatifida Linn. — Rchb. Plant. critic. I. 10. t. 8. fig. 16. — Foliis minoribus profunde pinnatifidis. — Crescit in Europae austro-orientalis et Asiae mediae rupibus et montibus praesertim calcareis, in Croatia calidiore non procul a Senia, in Olympo Bithynico, in Oriente, Syria prope Aleppo, Persiae provincia Azarbaidjan, Armenia circa Tiflin, Tauris et Caucaso, frequens in jugo Altaico et in jugi Himalayensis montibus Kanaourensibus, *α.* praesertim in montibus Asiaticis, *β.* in calidioribus mediterraneis.

2. SC. PROSTRATA Jequem. mss. ex Bth. l. c. 733. — Caule prostrato; foll. petiolatis late ovatis subinciso-crenatis, utrinq. viridib. molliter pubescentib., floralib. integerrimis submembranaceis imbricatis; spicis tetragonis oblongis. ♃? — Habitus et foliorum forma *Sc. grandiflorae*, flores *Sc. orientalis*, ab utraque tamen differt foliis utrinque viridibus. Corollae lutescentes, labio superiore supra violaceo, magnitudine *Sc. orientalis*. — Crescit in montibus Indiae orientalis septentrionalis circa Pangui, Rarang et Choupienna.

3. SC. GRANDIFLORA Sims, Bot. Mag. t. 635. — Bth. l. c. 424. † — Caule procumbente; foll. petiolatis ovato-subrotundis inciso-dentatis, subtus v. utrinq. canis, molliter tomentosis, floralib. integerrimis submembranaceis imbricatis; spicis tetragonis oblongis. ♃ — *Sc. orientali* affinis, sed habitu et foliis distincta. Rami tenelli glabriusculi. Folia duplo triplove minora quam in *Sc. orientali*, utrinque pallide virentia et tomentosa v. infra incana. Limbus petiolo brevior, basi truncatus, apice obtusus, margine crenaturis v. lobis obtusis utrinque 2–4. Spicae graciles demum sesquipollicares. Folia floralia subvirentia membranacea pubescentia. Pedicelli secus axin erecti. Calyx folio florali obtectus nutans. Corollae dimidio minores quam in *Sc. orientali* purpurascentes. — *Sc. pulchella* Bunge mss. — Habitat in Alpibus Altaicis, in asperis lapidosis ad flumen Tshuja.

4. SC. PECTINATA Montbr. et Auch. Ann. sc. nat. (2. Sér.) VI. 44. — Suffruticosa: ramis adscendentib. incano-tomentosis lanatisve; foll. petiolatis lanceolatis, basi cordatis inciso-dentatis v. pectinato-pinnatifidis, utrinq. villoso-tomentosis incanis v. subtus albo-lanatis, floralib. ovatis integerrimis imbricatis, subtus lanatis; spicis oblongis tetragonis. ♃ — Caulis et folia fere *Sc. fruticosae*, at folia angustiora. Spica fere *Sc. orientalis*, at magis tomentosa. Corolla magna purpurea. — Habitat prope Trebizondam.

5.? SC. FRUTICOSA Desf. Cat. hort. Par. 63?*) — Bth. l. c. — Caule suffruticoso; ramis adscendentib. incano-tomentosis lanatisve; foll. breviter petiolatis ovatis cordatis inciso-crenatis incano-tomentosis, floralib. ovatis integerrimis rugosis incanis sublanatis; florib. oppositis subsecundis(?) racemosis. ♃ — Caules basi sublignosi, plurimi adscendentes subramosi, in parte superiore albo-lanati. Folia fere *Sc. orientalis*, supra rugosa, subtus candidissima. Racemi elongati laxi. Folia floralia sessilia, calyce vix longiora. Calyces subsessiles cano-villosi sublanati. Corollae magnitudine *Sc. orientalis*, tubo flavo, labiis coerulescentibus? Species distinctissima, etsi *Sc. orientali* affinis; an huc referenda v. inter *Stachymarrides* prope *Sc. lineares* amandanda? — Habitat in Syria prope Aleppo et in Persia.

6? SC. PINNATIFIDA Arth. Hamilt. Monogr. 16. t. 2. fig. 2. — Bth. l. c. 425. — Tota pilosa: foll. ovatis concolorib. petiolatis pilosis pinnatifidis, lobis oblongis obtu-

*) *Foliis cordatis rugosis tomentoso-incanis; caule fruticoso. — Pedalis. Flores spicati. Corolla flavescens?, tubo longissimo tenui.*

sis; florib. in spica laxe imbricatis; bracteis ovatis dentatis subfoliaceis. 4 — Differt a *Sc. orientali* floribus paullo majoribus, bracteis pinnatifidis et foliis profunde incisis utrinque lanatis. — In Oriente inter Kermancha et Amadan.

7. SC. ALPINA Linn. Spec. plant. 834. — All. Flor. Pedem. 142. t. 26. fig. 3. — Waldst. et Kitaib. Plant. rar. Hungar. II. 146. t. 137. — Sweet, Brit. flow. gard. I. t. 90. — Bot. Regist. t. 1460. — Bth. l. c. 435. † et 733. — Caule procumbente; foll. subsessilib. v. breviter petiolatis ovatis serrato-crenatis concolorib., floralib. membranaceis imbricatis; spicis tetragonis oblongis. 4 — Habitus *Sc. orientalis*. Rami acute tetragoni pilosi v. pubescentes virides. Folia magnitudine foliorum *Sc. orientalis*, tamen petiolus brevis v. nullus, limbus basi rotundatus v. cordatus acutiusculus, leviter serrato-crenatus, utrinque viridis pubescens v. pilosus. Folia floralia ut in *Sc. orientali* colorata pilosa. Flores *Sc. orientalis*. Corollae 12–15-lineares, nunc omnino purpureae, nunc tubo v. labio inferiore flavo, nunc in var. *β.* omnino flavae. Variat etiam haec species caule foliisque magis minusve pilosis, foliis floralibus magis minusve coloratis, foliis latioribus angustioribusve, sed variationibus diverso modo in diversis conjunctis, non ut species distinguendis. — *Sc. Altaica* Fisch. Cat. hort. Gor. 39. — Sweet, Brit. flow. gard. I. t. 45. — *Sc. variegata* Spr. fil. Tentamen. — *Scutellaria etc.* Gmel. Fl. Sib. III. 220. no. 52. t. 48. — *Sc. compressa* Arth. Hamilt. Monogr. 29. — Bth. l. c. 444.

β. floribus flavis. — *Sc. lupulina* Linn. — Willd. Spec. pl. III. 172. — Schmid, Ic. t. 73. — Bot. Regist. t. 1493. — *Sc. verna* Besser, Prim. fl. Gal. p. II. no. 43. — Habitat in Europae et Asiae mediae montibus, in Pyrenaeis editioribus, in Alpibus Helveticis, in Italia superiore, Calabria, Croatia, Galicia, in Siberia omni temperata et in Alpibus Altaicis frequentissima.

Sectio II. HETERANTHESIA Bth. l. c. 425.

Folia floralia parva herbacea. Flores racemosi secundi, omnes v. saltem superiores sparsi nec oppositi.

8. SC. LONGIFOLIA Bth. in Lindl. Bot. Regist. adnot. ad t. 1493. et Labiatar. gener. et spec. 425. — Glabra: caule erecto; foll. petiolatis ovato-lanceolatis acuminatis remote dentatis, basi rotundato-cuneatis, floralib. linearib. minutis deciduis; racemis elongatis subramosis; florib. secundis sparsis; corollis calyce glabro octuplo longioribus. 4 — Rami ultra pedales erecti. Folia tripollicaria, utrinque glaberrima et laevia, subtus parum venosa, margine grosse dentata. Racemi tres semipedales. Corollae coccineae pubescentes, pollice longiores, basi longe attenuatae, apice parum dilatatae, labiis brevibus erectis, superiore longiore. — Habitat in Nova Hispania.

9. SC. MULTIFLORA Bth. l. l. c. c. 426. — Caule erecto tenuiter pubescente; foll. petiolatis ovatis acuminatis obtuse sinuato-dentatis, basi rotundato-truncatis, floralib. lanceolato-linearib. calyce sublongiorib.; racemis elongatis simplicib.; florib. secundis sparsis; corollis calyce villoso quintuplo longioribus. 4 — Caules subramosi, tomento tenui pubescentes. Folia *Sc. longifoliae* latiora, floralia persistentia. Spica semipedalis. Flores nunc alterni, saepius plures glomerati. Corolla purpurea? 10–11 lin. longa incurva villosa, tubo basi attenuato, apice dilatato. Genitalia corollam aequantia. — Habitat in Nova Hispania.

10. SC. ATRIPLICIFOLIA Bth. l. l. c. c. — Tenuiter cano-pubescens: foll. petiolatis late ovatis obtusiusculis subintegerrimis repandisve, basi truncatis subcordatis subcarnosis, floralib. ovatis acuminatis, calyce sublongiorib.; racemis elongatis simplicib.; florib. secundis sparsis; corollis calyce subsextuplo longioribus. 4 — Exemplar unicum in herbario Lambertiano ex spica cum foliorum pari unico constat, sed distinctissimum, affine praecedentibus. Flores inferiores oppositi, superiores pseudo-verticillati. Folia floralia decidua. Corolla subpollicaris, fere recta, apice dilatata subglabra. — Habitat in Peruvia.

11. SC. SPLENDENS Klitzsch. mss. in Lnk. Klitzsch. et Otto, Icon. pl. rar. hort. bot. Berolin. I. 31. † t. 13. — Paxton, Magazine of bot. X. 99. (c. ic. aen.) — Annales de Flore et Pomone II. (Sér. 2.) no. 2. Novb. 1843. p. 52. † (cum tab. aen.) — Cau-

lib. adscendentib. ramosis pubescentib.; foll. longe petiolatis late cordato-ovatis, breviter acutis rugulosis, deflexis laete viridib. grosse dentatis, utrinq. villoso-pubescentib., floralib. parvis subovatis, utrinq. attenuatis serrulatis e viridi-violaceis glanduloso-puberulis deciduis; racemis elongatis simplicib. calycibq. violaceis, glanduloso-puberulis; florib. sparsis; corollis saturate cinnabarinis puberulis, calyce 6-tuplo longiorib.; antheris glabris, basi glandulis candidis sessilibus ornatis; achaeniis minutissime echinulatis. ♃ — Habitat in Mexico.

12. SC. COCCINEA H. B. Kth. Nov. gener. et spec. pl. II. 325. † — Bth. l. c. — Foll. oblongis, utrinq. obtusis integerrimis glabris, subtus violaceo-purpureis; spicis terminalibus. ♃ — Caulis erectus ramosus ramique tetragoni, tenuissime pubescentes. Folia petiolata venosa, nervo medio venisque subtus prominentibus et puberulis, supra viridia rigidula, subbipollicaria. Petioli 6-7 lin. longi canaliculati, tenuissime pubescentes. Spicae sesquipollicares. Flores sparsi pedicellati, 7-9 lin. longi. Pedicelli pubescentes, basi bracteati. Bracteae lanceolatae obtusae pubescentes, pedicellos subaequantes. Calyx tenuissime pubescens. Corolla coccinea glabriuscula. Achaenia 4 in fundo calycis persistentis valde aucti et clausi. — Habitat in America meridionali, in regno Novo-Granatensi?

13. SC. INCARNATA Vent. Choix des pl. 30. t. 30. — Bth. l. c. — Foll. cordatis dentatis, subtus tomentosis; spicis terminalib. secundis; bracteis lineari-lanceolatis; florib. incarnatis. ♃ — Caules erecti bipedales pubescentes ramosi cinerei. Folia petiolata ovata cordiformia, 1-3 poll. longa, 1½ lata dentata, supra pubescentia, intense viridia, in var. *β.* dimidio minora. Flores pulchre rubri. Bracteae pedicellum aequantes. Calyx tubulosus compressus, extus villosus subinteger, squama concava post anthesin valde elongata. Corolla pubescens, calyce sextuplo longior, tubo basi attenuato. Limbus patens.

β. minor: foliis lanceolato-ovatis. — Habitat in America meridionali prope Santa Fé di Bogota.

14. SC. TUBIFLORA Bth. in Lindl. Bot. Regist. adnot. ad t. 1403. et Labiatar. gen. et spec. 427. — Caulib. adscendentib. ramosis pubescentib.; foll. petiolatis ovatis obtussis grosse crenatis, basi rotundatis, supra hispidulis, subtus molliter pubescentib., floralib. ovatis ante anthesin imbricatis; racemis simplicib.; florib. secundis sparsis; corollis calyce subsextuplo longioribus. ♃ — Herba multicaulis, rami teretes molliter pubescentes. Petioli pollicares. Folia pollicem longa, ¾ lata, subtus tenuissime molliterque pubescentia, floralia majuscula. Corolla pollicaris, tubo tenui. — Habitat in Brasilia meridionali.

15. SC. ULIGINOSA St. Hil. mss. ex Bth. l. c. † — Caulib. adscendentib. v. erectis ramosis pubescentib.; foll. petiolatis ovatis grosse crenatis, basi rotundatis subcordatisve, utrinq. glabriusculis, floralib. parvis laxis; racemis simplicib.; florib. subsecundis sparsis; corollis calyce quintuplo longioribus. ♃ — Caules herbacei semipedales pedalesve, parum ramosi, rami teretes. Folia plerumque duplo majora quam in *Sc. tubiflora*, nunc glabra, nunc pilis raris in pagina superiore hispidula, floralia oblonga, calyce subbreviora, basi in petiolum angustata, etiam juniora laxa glabra. Calyx fructifer oblongus, appendicula magna. Corolla vix semipollicaris coerulea, palato albo, fauce tenui. — Habitat in Brasilia, in sylvis uliginosis in Vargem dos Morretes, in provincia meridionali Sancti Pauli.

16. SC. BREVIFLORA Bth. l. l. c. c. — Glabra: caule erecto; foll. petiolatis ovatis acuminatis obtuse sinuato-dentatis, basi rotundato-truncatis, floralib. lanceolato-linearib. calyce sublongiorib.; racemis elongatis simplicib. laxis; florib. secundis sparsis; corollis calyce glabro subtriplo longioribus. ♃ — Inter *Sc.* ***multiflora*** et ***uliginosa*** fere media. Caulis ultra pedalis. Folia 1½-2-pollicaria late ovata tenuia glaberrima v. pilis rarissimis supra hispidula. Corollae glabrae coerulescentes, 4-5 lin. longae, limbo patente. — Habitat in Peruvia.

17. SC. PURPURASCENS Swrz. Fl. Ind. occid. II. 1013. — Bth. l. c. — Caule suberecto humili tenuiter pubescente v. glabriusculo; foll. petiolatis late ovatis obtusis sinuato-crenatis, basi latissime truncatis rotundatis v. subcordatis, supra

hispidulis, subtus v. utrinq. glabris, floralib. minutis deciduis; racemo laxo; floribus secundis sparsis v. inferiorib. oppositis; calycib. pedicello breviorib., fructiferis magnis glabriusculis. ⊙? — Herba tenuis flaccida semipedalis ramosa. Folia infima parva late rotundata, media sesquipollicaria, obtuse subtriangularia, suprema minora angustiora, omnia supra pilis raris hispidula, caeterum glaberrima. Racemus nunc sesquipollicaris, ex florum paribus 3 v. 4 saepius constans, interdum 2–4-pollicaris, floribus 15–30, basi ramo uno alterove saepius auctus. Folia floralia minutissima linearia, per anthesin decidua v. infima rarius caulinis subconformia persistentia. Calyx glaber, fructifer minus auctus quam in affinibus. Corollae semipollicares tenues, galea angustata, lobis lateralibus eam aequantibus, infimo longiore convexo emarginato sinuato. — *Sc. Felisberti* Nees et Mart. in Nov. act. acad. nat. cur. XI. 77. — Habitat in America aequinoctiali, in Brasiliae districtu Insulanorum provinciae Bahiensis, in Indiae occidentalis insulis Guadelupa, Sancti Vincentii et in Carracas.

18. SC. AGRESTIS St. Hil. mss. ex Bth. l. c. 428. — Caule suberecto tenuiter pubescente; foll. petiolatis ovato-subrotundis obtusis sinuato-crenatis, basi cordatis, supra hispidulis, subtus glabriusculis, floralib. minutis subnullis; racemis brevib. simplicib.; florib. vix secundis sparsis. ⊙? — Herba basi ramosissima vix 4–6-pollicaris. Rami, petioli et nervi foliorum tomento tenuissimo canescentes. Folia ½–1-pollicaria, utrinque viridia, pagina superiore pilis longis sparsis hispida. Racemus 1–2-pollicaris. Calyx fructifer valde auctus membranaceus. Corolla coerulea, circiter 4 lineas longa. Ab affine *Sc. purpurascente* differt corollis minoribus, foliis hispidis, caulibus et racemo brevioribus etc. — Habitat in Brasilia, ad San Miguel da Jequitinhonha provinciae Bahiensis.

19. SC. DISCOLOR Colebr. mss. in Wall. Pl. As. rar. I. 66. † — Bth. l. c. — Caule basi radicante folioso adscendente, superne subnudo; foll. petiolatis ovatis obtusis crenatis, basi rotundato-cuneatis, inferiorib. cordatis, floralib. minutis; racemis elongatis, basi subramosis; florib. secundis sparsis. ♃ — Caules cum racemo 1–1¼-pedales, basi foliosi, superne saepius subnudi. Folia 1½–2-pollicaria, saepius ad basin caulis approximata, rarius secus caulem elongatum disposita, infima et interdum omnia cordata, superiora rarius basi cuneata v. angustata, utrinque tenuissime pubescentia, subtus nervosa, saepius purpurascentia. Racemus subnudus semipollicaris v. ultra, flores numerosi breviter pedicellati. Calyx floriger parvus pubescens, squama vix labium superius excedente, fructifer membranaceus. Corolla extus vix pubescens tenuis, circiter 8 lineas longa. Antherae breviter barbatae. Glandula ovarii parva. Achaenia tuberculoso-hispida. — *Sc. Indica* D. Don, Prodr. fl. Nep. 109. (non Linn.) — Habitat in India orientali, in montibus Nepaliae et Silhet.

Sectio III. STACHYMACRIS Arth. Hamilt. Monogr. 17. — Bth. l. c. 428.

Folia floralia herbacea parva, caulina difformia. Flores racemosi secundi oppositi.

20. SC. INDICA Linn. Spec. plant. 833. — Bth. l. c. † — Caule basi procumbente; ramis adscendentib. villosis; foll. parvis petiolatis rotundatis crenatis, basi cordatis, utrinq. molliter pubescentib., floralib. minutis; racemo subsimplici denso; florib. oppositis secundis; calycib. floriferis pubescentib. pedicello breviorib.; corollae labio inferiore latissimo. ♃ — Rami semipedales v. vix pedales tetragoni, pilis patentibus villosi. Folia vix semipollicaria, forma fere *Glechomae hederaceae*. Racemus densior quam in *Sc. violacea* 3–4-pollicaris. Squama calycis fructiferi valde aucta membranacea. Corolla glabriuscula, 6–7 lineas longa, superne ampliata. Antherae staminum superiorum vix barbatae. — Habitat in China prope Macao, in Japonia, in Java ad sepes circa Tugu provinciae Buitenzorg.

21. SC. JAPONICA Morren et Dcne. Ann. sc. natur. (2. sér.) 1834. II. 315. — Paxton, Magazine of botany X. 123. (c. ic. acn.) — Bth. l. c. 733. — Caule basi prostrato; ramis ascendentib. quadrifariam puberulis; foll. ovatis obtusis grosse crenatis, basi rotundatis glabris petiolatis, floralib. gradatim minorib.; florib. oppositis laxis; calycib. pilosulis; corollis pubescentib. coeruleis. ♃ — Crescit in Japonia.

22. SC. COLEBROOKIANA Wall. Pl. As. rar. I. 67. — Bth. l. c. 429. — Caule erecto ramoso tenuiter pubescente; foll. petiolatis ovato-rotundatis obtusis crenatis, infimis basi cordatis, superiorib. deltoideis, basi rotundato-truncatis, omnib. utrinq. tenuiter pubescentib., floralib. minutis; racemo simplici laxo; florib. oppositis secundis; calycib. florigeris pedicello breviorib. pubescentib., fructiferis auctis glabratis; corollae labio inferiore latissimo. ♃ — Affinis *Sc. violaceae*, sed caule firmiore ramosiore et foliorum forma diversa. Folia vix pollicaria crassiuscula mollia, utrinque tenuiter et brevissime pubescentia, nec hispidula. — Habitat in Indiae orientalis peninsula.

23. SC. VIOLACEA Heyne mss. in Wall. l. c. 66. — Bth. l. c. † — Caule erecto v. adscendente pubescente; foll. petiolatis cordato-ovatis crenatis, supra hispidulis, subtus pubescentib. glabrisve, floralib. sessilib. ovatis pedicello breviorib.; racemo laxo subsimplici; florib. oppositis secundis. ♃ — Herba semipedalis v. fere pedalis subramosa hispida pubescens v. rarius glabriuscula, habitu *Sc. purpurascenti* valde affinis, sed foliis racemisque distincta. Folia saepius exacte cordiformia v. parum elongata, rarius superiora basi rotundata, 1–1½-pollicaria, utrinque viridia tenuia, supra pilis brevibus sparsis magis minusve hispidula, subtus praesertim ad nervos pubescentia v. hispida, rarius fere glabra. Racemus 4–5-pollicaris gracilis laxus, rarius basi ramis 1–2 auctus. Folia floralia pedicello plerumque dimidio breviora v. infima parum longiora. Calyx floriger pubescens, fructifer valde auctus. Corolla semipollicaris, labio inferiore longitudine fere tubi latissimo convexo. Genitalia labio superiore inclusa. Achaenia valde tuberculosa, at non hispida. — *Sc. Indica* Roxb. Hort. Bengh. 45. (non Linn.)

β. hispidior: — *Sc. Wightiana* Bth. in Wall. Pl. As rar. I. 67. — *Sc. nodulosa* Arth. Hamilt. Monogr. 26.? — Habitat in Indiae orientalis peninsula et in Zeylania.

24. SC. OBLONGA Bth. in Lindl. Bot. Regist. adnot. ad t. 1493. et Labiatar. gener. et spec. 429. — Caule adscendente pubescente; foll. petiolatis oblongo-ellipticis acutiusculis, apice subserratis, basi rotundatis integerrimis glabriusculis, floralib. ovatis minutis; racemo laxo simpliciusculo; florib. oppositis secundis; calycib. pedicellum aequantib., fructiferis maximis glabriusculis; corollae labio inferiore latissimo. ♃ — *Sc. violaceae* maxime affinis quoad staturam, inflorescentiam et flores, sed distincta foliis, quae vix pollicem longa et lineas 4–5 lata, oblongo-elliptica nec late ovata, apice vix serrata nec crenata, basi rotundata nec cordata. Caulis basi subprocumbens videtur. — Habitat in Zeylania.

25. SC. INCURVA Wall. Plant. Asiat. rar. I. 67. — Bth. l. c. 430. — Caule adscendente ramoso pubescente; foll. subsessilib. oblongo-ellipticis acutis remote serratis glabriusculis, floralib. minutis; racemis terminalib. simplicib.; florib. oppositis secundis; pedicellis calyce triplo longioribus.; corollarum tubo gracili incurvo, labiis profunde fissis, superiore amplo cucullato, inferiore breviore. ♃ — Species distinctissima, sed specimen unicum in herbario Wallichiano imperfectum. — In India orientali ad Taong Dong montem Avensem habitat.

26. SC. GROSSA Wall. l. c. — Bth. l. c. — Caule basi procumbente; ramis adscendentib. villosis; foll. petiolatis ovatis acuminatis crenatis, basi rotundato-truncatis glabriusculis, floralib. petiolatis, infimis caulinis subconformib., supremis vix calycem excedentib.; racemis laxis simplicib.; florib. oppositis secundis; corollis tenuibus. ♃ — Caules basi sublignosi, rami obtuse tetragoni, pilis brevibus adpressis pubescentes. Folia 1–1½-pollicaria, supra et subtus ad nervos tenuiter pubescentia, acutiuscula. Racemi breves laxi. Corolla 9 lin longa, vix pubescens, tubo tenui, fauce vix dilatata, labiis oblongis erectis, superiore galeato, lobis lateralibus minutis, inferiore convexo. — Habitat in Indiae orientalis montibus Kamaonensibus, in montibus Syen ad Simlah.

27. SC. COLUMNAE All. Flor. Pedem. I. 40. t. 84. fig. 2. — Sweet, Brit. flow. gard. I. t. 32. — Bth. l. c. † — Caule erecto ramoso pubescente; foll. petiolatis ovatis

crenatis, basi late cordatis truncatisve vix rugosis tenuiter pubescentib., floralib. ovatis calyce fructifero breviorib.; racemo elongato laxo subramoso piloso; florib. oppositis secundis; pedicellis calyce fructifero maximo piloso breviorib.; corollis calyce sextuplo longioribus. 4 — Caulis 2–3-pedalis, acute tetragonus, pilis brevibus sursum tendentibus pubescens. Folia inferiora latitudine longitudinem fere aequantia, 2-pollicaria, basi profunde et late cordata tenuia, subtus nervosa, utrinque tenuiter pubescentia, superiora saepe angustiora acutiora et basi truncata, in petiolum subdecurrentia. Racemi semipedales et ultra simplices v. utrinque ramo aucti, pilis longis patentibus subglandulosis hispidi. Folia floralia ovata v. ovato-lanceolata acuminata, basi angustata integerrima herbacea pilosa subviscosa, calyce saepius dimidio breviora, inferiora rarius ei aequalia. Pedicelli etiam calyce florifero breviores. Calyces fructiferi maximi pilosi. Corolla (atropurpurea) fere pollicaris, extus leviter pubescens, tubo basi angustato, fauce dilatata. Achaenia tuberculoso-hispida. — *Sc. peregrina* Sibth. et Sm. Flor. Graec. VI. 66. t. 582. (non Linn.) — *Sc. altissima* Arth. Hamilt. Monogr. 18. — *Cassida racemosa* Moench, Meth. plant. 414? — *Sc. pallida* Guss. Fl. Sic. prodr. II. 137? (non Bieb.) — Habitat in Europae australioris agris sylvaticis, ad Vincennes prope Parisios, an spontanea?, in Sicilia septentrionali, in Italia a Pedemontio ad regnum Neapolitanum, in insula Cypro et ad Byzantium, in Hungaria rarissime, in Bannatu et Dalmatia.

28. SC. TOURNEFORTII Bth. in Lindl. Bot. Regist. adnot. ad t. 1493. et Labiatar. gener. et spec. 431. — Glaberrima: caule erecto ramoso; foll. petiolatis ovatis v. ovato-lanceolatis grosse crenatis, infimis basi late subcordatis, superiorib. rotundato-truncatis, floralib. ovato-lanceolatis, calyce fructifero subbreviorib.; racemo elongato laxo glabro; florib. oppositis secundis; calycib. pedicello longiorib., fructiferis maximis glabris; corollis calyce sextuplo longioribus. 4 — *Sc. commutatae* maxime affinis, differt foliis rarius cordatis et corollis duplo majoribus glabris. — Habitat in Persia, ad mare Caspicum prope Lenkoran.

29. SC. COMMUTATA Guss. Prodr. flor. Sicul. II. 136. — Bth. l. c. 431. † — Caule erecto ramoso glabriusculo; foll. petiolatis ovatis v. ovato-lanceolatis crenatis, basi late cordatis vix rugosis glabris, floralib. ovatis calyce fructifero subbreviorib.; racemo elongato laxo subramoso glabro; florib. oppositis secundis; calycib. pedicello longiorib., fructiferis maximis glabris; corollis calyce quadruplo longioribus. 4 — *Sc. Columnae* affinis sed distincta glabritie et corollis duplo fere minoribus. — *Sc. peregrina* Waldst. et Kit. Plant. rar. Hungar. II. 154. t. 125. (non Linn.) — *Sc. altissima* Linn. Spec. plantar. 636? — Habitat in Europae austro-orientalis et Asiae mediae herbidis nemorosis, in Hungaria, Dalmatia, Tauria et omni Caucaso vulgaris.

30. SC. PEREGRINA Linn. Spec. plant. 836. — Bth. l. c. — Caule procumbente; ramis elongatis glabris v. apice pubescentib.; foll. petiolatis ovatis obtusis crenatis, basi rotundato-truncatis glabris, floralib. bracteaeformib. petiolatis ovato-oblongis, utrinq. acutis integerrimis pubescentib.; racemis elongatis laxis; florib. subsessilib. oppositis secundis; calycib. maximis pilosulis; corollis extus pubescentibus. 4 — Caules et folia saepius glabri atropurpurascentes v. rubicundi. Folia subtus pallida. Racemi longissimi tenues, verticillastri fere pollicem distantes. Folia floralia vix calycem fructiferum superantia, infima glabra, suprema subvillosa. Calyces supremi pilosi. Corolla violacea, vix 5 lineas longa. — *Sc. rubicunda* Hornem. Hort. Hafn. ex Spr. Syst. vegetab. II. 702. — Habitat in Tauria et in Sicilia.

31. SC. ALBIDA Linn. Mantiss. pl. 248. — Arth. Hamilt. Monogr. 21. t. 1. — Sibthrp. et Sm. Flor. Graec. VI. 65. t. 581. — Bth. l. c. 432. — Ramis divaricatis pubescentib.; foll. petiolatis late ovatis obtusis crenatis, basi rotundato-truncatis v. infimis cordatis tenuiter pubescentib., floralib. petiolatis ovato-oblongis, utrinq. acutis integerrimis pilosis, calyces superantib.; racemis elongatis laxis; florib. subsessilib. oppositis secundis; calycib. pilosissimis; corollis extus villosis. 4 —

Rami elongati crassi tetragoni pubescentes. Folia sesquipollicaria, grosse crenata, basi saepius subinaequaliter rotundata, inferiora interdum glabriuscula, superiora villosula. Racemi saepe ultra pedales, rhachi villosa. Folia floralia cum petiolo ½–1-pollicaria. Corollae semipollicares, sordide albae. — *Sc. Cretica* Mill. Dict. et Hortul. — *Sc. nigrescens* Spr. Syst. vegetab. II. 702? [*]) — *Sc. pallida* M. Bieb. Flor. Taur. Cauc. II. 65. (non Guss.) — Habitat in Europae austro-orientalis et Asiae mediae sylvis montosis, in Olympo Bithyno et ad Byzantium, in Creta, in monte Libano, prope Heliopolin, in Tauria meridionali et in Sibiria ad Tomum fluvium.

32. SC. HIRTA Sibthrp. et Sm. l. c. 66. t. 583. — Bth. l. c. — Hirsutissima: foll. petiolatis ovatis obtusis crenatis, basi rotundato-truncatis cordatisve, utrinq. hirsutis vix rugosis, floralib. petiolatis oblongis calycem subaequantib.; racemis laxis; florib. subsessilib. oppositis secundis; calycib. fructiferis inflatis pilosissimis; corollis extus villosis. ♃ — Caules vix pedales ramosi. Folia minora quam in *Sc. peregrina*, obtusiora quam in *Sc. salviaefolia*, nec ut in hac rugosa. Corolla fere *Sc. Columnae*. Calyx fructifer valde auctus squama magna. — *Sc. decumbens* Sieb. ex Spr. Syst. vegetab. II. 702. — *Sc. utriculata* Labill. Icon. plant. Syr. rar. IV. 11. t. 6. — Habitat in Creta et in Libano.

33. SC. SALVIAEFOLIA Bth. l. c. 433. — Caulib. adscendentib. hispidis; foll. petiolatis ovatis, basi subcordatis rugosissimis hispidis, floralib. bracteaeformib. petiolatis oblongis rugosis, calyces subaequantib.; racemis laxis; florib. oppositis secundis; calycib. villosis. ♃ — Species distinctissima, caules numerosi duri adscendentes, vix semipedales. Folia fere *Teucrii Scorodonii*, more *Salviarum* rugosissima, inferiora longe, superiora breviter petiolata. Racemus brevis pauciflorus. Calyces pedicellum subaequantes, squama magna. Corolla pubescens, magnitudine *Sc. peregrinae* v. paullo major. — Habitat in Graecia.

34. SC. VERSICOLOR Nutt. Gen. pl. N. Am. II. 38. — Bth. l. c. † — Caule erecto ramoso pubescente; foll. petiolatis late ovatis crenatis, basi profunde cordatis, utrinq. pubescentib. rugosis, floralib. sessilib. late ovatis integerrimis, calyce sublongiorib.; racemo simplici v. subramoso elongato multifloro; florib. oppositis subsecundis; calycib. hirsutis. ♃ — Tota planta pilis (in racemo viscidis) pubescens. Caules elati, acute tetragoni. Folia subtus nervosissima, vix 2-pollicaria, petiolo ultra pollicari, utrinque pubescentia, (sec. Nuttall) 3–4-pollicaria fere glabra. Racemus 3–5-pollicaris. Folia floralia subimbricata acuta integerrima nervosa herbacea. Calyx ample campanulatus, squama labium superius non excedente. Corolla extus pubescens, tubo elongato tenui, fauce dilatata coerulea, labio inferiore albo. Antherae vix barbatae. A *Sc. Columnae* abunde diversa foliis, racemis et habitu. — *Sc. cordifolia* Mühlenb. Cat. — *β. bracteata:* foliis floralibus majoribus subcoloratis. — Habitat in America boreali, in planitiebus et sylvis apertis in Ohio et Arkansas, ad Lexington provinciae Kentucky, ad Novum Aurelianum, *β.* ad Rio Brazos provinciae Texas Mexicanorum.

35. SC. CANESCENS Nutt. l. c. — Bth. l. c. — Caule elato ramoso pubescente; foll. petiolatis ovatis v. ovato-lanceolatis acutis crenatis, basi angustatis rotundatis v. infimis cordatis, utrinq. pubescentib., subtus incanis, floralib. oblongis calycem superantib.; racemis laxis paniculatis canescentib.; florib. oppositis secundis; calycib. cano-tomentosis; corollis extus pubescentibus. ☉? — Herba erecta pluripedalis, rami obtuse tetragoni, pubescentia molli canescentes. Folia 2–3-pollicaria, supra magis viridia, subtus pallide canescentia. Panicula ampla striata multiflora. Calyces breviter pedicellati. Corollae coeruleae 8–9 lin. longae, tubo basi parum attenuato, fauce subdilatata, galea elongata incurva, lobis lateralibus brevibus ovatis, infimo latissimo convexo galea breviore. — *Sc. serrata* Spr. Syst.

([*] *SC. NIGRESCENS Spr. l. c. — Racemis spicatis secundis; bracteis subsessilib. oblongis calyces villosissimos superantib.; foll. cordato-ovatis crenatis, subtus ramisq. canescentibus.*

vegetab. II. 703. et auct. plur. (non Andr.) — *Sc. pubescens* Mühlenb. Cat.? — *Sc. incana* Spr. in Steud. Nom. bot. 757? (edit. 1.) — Habitat in America boreali, in Canada, in sylvis apertis ad Ohio, prope Lexington in Kentucky et in Louisiana superiore.

36. SC. SERRATA Andrews, Bot. Rep. t. 494. — Bth. l. c. † — Caule elato ramoso glabro; foll. petiolatis ovatis acutiusculis crenato-serratis, basi cuneatis integerrimis, utrinq. glabriusculis, floralib. oblongo-lanceolatis, supremis pedicello vix longiorib.; racemis laxis subsimplicib.; florib. oppositis secundis; calycib. strigoso-pubescentib.; corollis amplis, extus pubescentibus. 4 — Herba erecta pluripedalis, rami obtuse tetragoni glaberrimi v. superne tenuissime pubescentes. Folia utrinque viridia, supra subpurpurascentia, subtus pallidiora at minime canescentia, in petiolum subdecurrentia. Racemus pauciflorus, axi glabro v. tenuiter pubescente nec canescente. Folia floralia glabra, calyces interdum fere glabri. Corolla coerulea ultra pollicaris, tubo amplo, superne dilatato. Galea incurva, lobi laterales late ovati abbreviati, labium ovatum convexum galea longius. — In America boreali, prope Frederikstown habitat.

37. SC. SAXATILIS Riddel, Supplem. Catal. Ohio pl. [1836.] p. 14. ex Hook. Lond. journ. of bot. I. 234. — Pilosiuscula v. subglabra: caule ascendente; foll. petiolatis membranaceis cordato-ovatis grosse crenatis, superiorib. cordato-oblongis obtusis, floralib. ovato-oblongis breviter petiolatis integerrimis pedicellos plerumq. superantib.; racemis laxis; florib. oppositis subsecundis; corolla breviter bilabiata, galea rectiuscula. 4 — A *Sc. serrata* diversa tam floribus quam foliis, ad *violaceam* accedere videtur. Corolla semipollicaris, labio inferiore tubo superne amplissimo triplo breviore, galea vix incurva. Achaenia valde tuberculosa. — In civitate Americae borealis Ohio.

38. SC. PILOSA Michx. Flor. Bor. Amer. II. 11. — Bth. l. c. 434. † — Caule erecto simpliciusculo pubescente; foll. remotis breviter petiolatis ovatis obtusis crenatis, basi infimis rotundatis, superiorib. cuneatis v. angustatis, utrinq. pubescentib. v. pilosis, floralib. obovato-lanceolatis calycem subaequantib.; racemis laxis subramosis paniculatis; florib. oppositis secundis; calycib. villosis; corollis extus tenuiter pubescentib., fauce subdilatata. 4 — Caules elongati acute tetragoni parce foliosi. Folia circiter sesquipollicaria, pollicem lata, utrinque tenuiter pubescentia v. supra et subtus ad nervos piloso-hispida, pallide viridia subconcoloria, obtuse et remote crenata, infima parva rotundata. Racemus v. panicula brevis pauciflora. Pedicelli calyce longiores. Squama calycis brevis. Corollae coeruleae 8–9 lin. longae, vix pubescentes. Faux dilatata, at minus quam in *Sc. integrifolia*. Galea magna erecta, lobi laterales ea paullo breviores ovati, labium latissimum convexum patens. Flores autumnales vix conspicui sunt, at fertiles. — *Sc. Caroliniana* Walt. Fl. Carol. 163. — *Sc. elliptica* Mühlenb. Cat.?

β. tenuiter pubescens nec pilosa. — *Sc. ovalifolia* Pers. Enchirid. II. 136? — Habitat in America boreali, in umbrosis sylvaticis in Pennsylvania, ad West-Chester, in Virginia, Carolina, Georgia et Novo Aurelíano, *β.* ad Princeton in New Jersey.

39. SC. VILLOSA Elliot, Bot. N. Car. et Georg. II. 90. — Bth. l. c. — Caule erecto ramoso villoso; foll. majusculis lanceolatis, utrinq. acutis grosse dentatis, subtus villosis, supra subhispidis; racemis paniculatis confertifloris. 4 — Habitat in America boreali, in Georgia inter fluvia Oakmulgu et Flint.

40. SC. INTEGRIFOLIA Linn. Spec. plant. 836. — Bth. l. c. 435. † — Caule erecto simpliciusculo pubescente; foll. remotis breviter petiolatis oblongo-lanceolatis v. linearib. obtusis integerrimis v. inferiorib. dentatis glabriusculis, floralib. calycem superantib.; racemis laxis subramosis; florib. oppositis secundis; calycib pubescentib.; corollis glabriusculis, tubo superne fauceq. ample dilatatis. 4 — Habitus fere *Sc. pilosae*, sed foliis et floribus distinctissima. Folia infima saepius parva ovata obtusissima dentata, subtus purpurascentia, superiora 1–1½-pollicaria obtusiuscula, pallide viridia v. in locis siccis purpurascentia, nunc glabra

saepius tenuissime pubescentia, integerrima v. rarissime in utroque margine dente uno alterove notata. Inflorescentia *Sc. pilosae*. Corolla ampla pulchre coerulea, labium inferius maculo intensiore notatum, forma fere *Physostegiae*, 8–9 lin. longa. Tubus basi tantum angustatus, superne cum fauce valde dilatatus. Galea incurva, lobi laterales dimidio breviores erecti ovati. Labium amplissimum convexum patens emarginatum. Antherae longe barbatae. — *Sc. polymorpha* Arth. Hamilt. Monogr. 38. — *Sc. hyssopifolia* Linn. Spec. plant. 836. — *Sc. Carolinicae* Lam. Diet. VII. 706., Illustr. t. 515. fig. 3. — *Sc. ovalifolia* Pers. Enchirid. II. 136?

β. hispida: Caulib. hispidis; corollis villosis. — Habitat in America boreali in siccis et humidis, a Pennsylvania et Novo Eboraco ad Carolinam, Georgiam, Novum Aurelianum et prope West-Chester, *β.* in Novo Aureliano.

41.? SC. LINEARIS Bth. in Wall. Plant. Asiat. rar. I. 66. et Labiat gener. et spec. 435. † — Caule procumbente; foll. subsessilib. oblongo-linearib. obtusis subintegerrimis, margine subrevolutis, subtus canescentib., floralib. ovatis concavis, calyce sublongiorib.; racemis simplicib. densis; florib. oppositis subsecundis; calycib. pilosis; corollis glabriusculis. ♃ — Caules e basi crassa subligniosa numerosi, basi procumbentes adscendentes piloso-pubescentes, vix semipedales. Folia 6–9 lin. longa, 2 lin. lata, supra glabriuscula, inferiora interdum paullo latiora et margine utrinque dentibus 1–2 obscure notata, floralia herbacea late ovata obtusa integerrima concava laxa pilosa, calyces superantia. Racemi v. spicae demum 2–3-pollicares. Flores fere *Sc. alpinae*. Corolla ochroleuca fere pollicaris, tubo basi attenuato, fauce dilatata, labiis latis purpurascentibus. Genitalia subexserta. Antherae breviter barbatae. Achaenia tomentosa. Habitus inter *Lupulinarias* et *Stachymacrides angustifolias* medius. — Habitat in Indiae orientalis montibus Kamaonensibus.

42.? SC. VISCIDULA Bnge. Enum. plant. Chin. bor. 52. — Bth. l. c. † — Caulib. decumbentib.; foll. sessilib. lineari-oblongis obtusis integerrimis planis, utrinq. viridib. viscidulis, floralib. ovatis concavis, calyce sublongiorib.; calycib. pilosis; corollis glabriusculis. ♃ — Habitus *Sc. linearis*, cui valde affinis, sed foliis planis utrinque viridibus viscidulis et parum latioribus diversa. Racemi.....?, flores iis *Sc. linearis* fere conformes videntur. Corolla ochroleuca. An cum *Sc. lineari* ad *Lupulinarias* amandanda? — Habitat in China boreali, in glareosis inter Jui-lin et Zsimin-i.

43. SC. MACRANTHA Fisch. ex Rchb. Plant. critic. V. 32. t. 488. — Bth. l. c. 436. † — Caule basi procumbente adscendente glabriusculo; foll. sessilib. lanceolatis obtusis integerrimis, basi rotundatis subglabris ciliatis, floralib. calyce longiorib.; racemis simplicib.; florib. oppositis secundis; calycib. pilosis; corollis amplis extus pubescentib., tubo superne dilatato. ♃ — Species pulchra et characteribus datis distinctissima. Caulis saepe purpurascens, angulis linea pilosa saepius ciliatis, caeterum glaber. Folia supra atroviridia glabra v. pilis raris brevibus obsessa, subtus pallidiora glaberrima, floralia inferiora caulinis conformia, superiora bracteaeformia. Racemi plurimi, floribus internodio longioribus. Corolla pollicaris coerulea, tubo superne valde dilatato, galea incurva, lobis lateralibus dimidio brevioribus, labio lato convexo subpatente galeam aequante. Antherae breviter barbatae. — *Scutellaria etc.* Gmel. Fl. Sib. III. 228. no. 30. — *Sc. grandiflora* Adams. sec. Bnge. (non Sims.) — Habitat in Asia orientali, in Dahuria, in montosis Nertschiae et Argunensium frequens, in China boreali, non rara in montosis Zini-wey-schan et alibi, nec non in ipso muro magno inter Peking et Jehol.

Sectio IV. GALERICULARIA Arth. Hamilt. Monogr. 31. — Bth. l. c. 436.

Folia floralia herbacea caulinis conformia v. gradatim minora. Flores oppositi secundi axillares v. supremi subracemosi.

44. SC. HETEROPHYLLA Monthr. et Auch. Ann. sc. nat. VI. 45. — Caule decumbente, basi ramosissimo; ramis tomentellis; foll. inferiorib. petiolatis ovatis rugosissimis, mediis oblongis longe petiolatis rugosulis, superiorib. floralibq.

sessilib. oblongo-linearib. subintegerrimis, omnib. utrinq. pallidis viridib. subcanescentib.; florib. axillarib. oppositis secundis, supremis approximatis. 4 — Rami purpurascentes. Folia parva. Corolla flava magnitudine *Sc. galericulatae*. — Habitat in Syria.

45. SC. ANGUSTIFOLIA Pursh, Fl. Amer. sept. II. 412. — Bth. Labiat. gen. et spec. 436. (excl. syn.) — Glabriuscula: caule erecto simpliciusculo; foll. infimis petiolatis ovatis dentatis, superiorib. subsessilib. oblongo-linearib. integerrimis, omnib. basi rotundato-cuneatis, floralib. conformib., supremis sterilib.; florib. axillarib. oppositis secundis; calycib. pedicello brevioribus. ⊙? — Herba vix semipedalis, in omni parte glabra v. tenuissime pubescens. Flores pauci folia vix superantes. Calycis squama labium superius breviter excedens. Corolla 8 lin. longa, labiis subaequalibus, lobis lateralibus brevissimis, fauce parum dilatata. — Habitat in America boreali-occidentali secus flumina Kooskoosky et Columbia ab ortu ad arcem Vancouver.

46. SC. CORDIFOLIA Fisch. Indx. semin. hort. Petrop. I. 62. — Treviran. in Nov. act. acad. nat. cur. XIII. 185. — Bth. l. c. † — Glabra: caule ramoso; foll. breviter petiolatis oblongo-lanceolatis obtusis integerrimis v. remote serratis, basi rotundatis v. cuneatis, floralib. conformib. gradatim minoribus.; florib. axillarib. oppositis secundis. ⊙? — Species media inter *Sc. angustifoliam* et *galericulatam*. Caulis videtur erectus v. adscendens. Statura minor quam in *Sc. galericulata*. Caules e basi ramosa erecti, vix semipedales, plerumque glabri. Folia glabra latiora quam in *Sc. angustifolia*, angustiora quam in *Sc. galericulata*, serraturis paucis obtusis remotis plerumque notata et basi rotundato-cuneata nec cordata. Calyces glabri purpurascentes, squama brevi obtusa. Corolla *Sc. angustifoliae* v. etiam parum longior. Var. *β.* habitu simillima et vix characteribus supra notatis distinguitur. — *Cassida etc.* Amman. Stirp. Ruth. 43. t. 55. — *Scutellaria etc.* Gmel. Fl. Sib. III. 239. no. 51. t. 47? — *Sc. Adamsii* Spr. Syst. vegetab. II. 701? — Arth. Hamilt. Monogr. 34. t. 2. fig. 3.

β. Adamsii: foliis minus dentatis, floralib. minoribus.; florib. subracemosis. — Habitat in Rossia orientali ad lacum Baikal, in jugo Altaico, Dahuria, ad Selengany et in Kamtschatka.

47. SC. GALERICULATA Linn. Spec. plantar. 835. — Sm. Engl. bot. VIII. t. 523. — Hook. Flor. Londin. II. c. ic. — Bth. l. c. 437. † et 733. — Caule ramoso divaricato; foll. brevissime petiolatis ovato-lanceolatis acutis, basi rotundato-cordatis, floralib. conformib.; florib. axillarib. oppositis secundis brevissime pedicellatis. 4 — Planta quoad staturam et pubescentiam variabilis, sed foliorum forma et floribus facile distinguenda. Calyx breviter pedicellatus, saepius pubescens, squama labio superiore brevior. Corolla 7–8 lin. longa coerulea, tubo superne fauceque dilatatis. Galea labio subbrevior, lobi laterales breves erecti ovati. Achaenia tuberculoso-rugosa. In var. *γ.* corolla vix ultra 6 lin. longa et uti tota planta glaberrima. — *Cassida galericulata* Moench, Meth. plant. 413. — *Sc. epilobiifolia* Arth. Hamilt. Monogr. 32.

α. pubescens: caule, foliorum pagina inferiore, calycib. corollisq. pubescentibus.

β. vulgaris: caule foliisque glabris, corollis pubescentibus.

γ. glaberrima: corollis minoribus.; caule foliisque glabris. — Habitat in humidis Europae, Asiae et Americae borealis, in Lapponia, Scotia, Anglia, Gallia, Hispania septentrionali, Germania, Italia a Pedemontio ad Calabriam, at in australioribus regionis mediterraneae rarior est, nec in flora Siciliana nec Graeca occurrit, in Rossia a Petropoli et in Caucaso ad jugum Altaicum et Dahuriam, in omni superiore Jenisei regione usque ad Ircutiam et ultra, nec in jugo Himalayensi?, in America ab ora boreali-occidentali ad Canadam et Novum Eboracum, *α.* in America vulgatior occurrit, etiam in jugo Altaico, at vix in Europa, *β.* est Europaea et Asiatica, at rarius in America, *γ.* in America boreali-occidentali.

48. SC. HASTAEFOLIA Linn. l. c. — Bth. l. c. 437. — Caule adscendente simpliciusculo glabro; foll. breviter petiolatis ovato-lanceolatis obtusis, margine integerrimis, basi truncatis hastato-subilobatis, floralib. conformib. gradatim minoribus; florib. oppositis secundis subracemosis; calycib. pubescentib.; corollis elongatis, fauce dilatata, galea labio inferiore breviore. ♃ — A *Sc. galericulata* differt foliis basi hastatis, corollis parum longioribus, in racemo terminali magis approximatis. — *Cassida hastifolia* Scop. Flor. Carn. I. 430. — Habitat in Europae et Asiae occidentalis humidis rarior, in Galliae regione Andegavensi et Aurelianae, in Scania, in Austria et Germania, prope Budam et ad Kumam rivum.

49. SC. RIVULARIS Wall. Plant. Asiat. rar. II. 66. — Bth. l. c. 438. † — Glaberrima: caule basi procumbente; ramis adscendentib. simpliciusculis; foll. infimis petiolatis ovato-rotundatis mediisq. ovato-lanceolatis obtusis crenatis, basi dilatatis cordatis, superiorib. floralibq. minorib., basi angustatis; florib. oppositis secundis subracemosis; calycib. corollisq. glabris. ♃ — Caules basi radicantes, semipedales pedalesve. Folia ramorum sterilium vix semipollicaria subrotunda, caulina inferiora pollicaria, superiora gradatim minora, floralia suprema calycem breviter excedentia. Corolla 4 lin. longa, fauce parum dilatata. Galea brevis, lobi laterales eam subaequantes ovati erecti, labium inferius paullo longius, latum convexum emarginatum subpatens. In speciminibus Chinensibus caeterum omnino conformibus folia fere omnia basi rotundata v. angustata, rarius cordata. — *Sc. peregrina* Roxb. Hort. Bengh. 45. (non Linn.) — *Sc. barbata* D. Don, Prodr. fl. Nepal. 109. — *Sc. squamulosa* Arth. Hamilt. Monogr. 35. — Habitat in Asiae mediae rivulis, in Indiae orientalis vallibus Nepalensibus, in Chinae provinciis To-keen et Kia-nong.

50. SC. RUMICIFOLIA H. B. Kth. Nov. gen. et spec. plant. II. 394. — Bth. l. c. 438. et 733. — Glaberrima: caule humili diffuso ramoso; foll. infimis petiolatis late ovatis, basi hastato-cordatis, mediis lanceolatis acutis, basi hastatis, supremis floralibq. subsessilib. lanceolatis v. linearib., basi rotundatis angustatisve; florib. minutis oppositis secundis. ♃ — Herba pusilla semipedalis v. rarius subpedalis, basi ramosissima radicans, rami acute tetragoni. Folia ramorum sterilium saepe *Rumicis acetosellae* formam aemulantia, caulina inferiora semipollicaria, superiora vix 3 lin. longa. Flores fere *Sc. minoris*. Pedicelli lineas 2, calyces 1 longi. Corolla *(Sc. minoris)* extus tenuissime pubescens vix 3 lin. longa. Faux vix dilatata. Galea parva, lobi laterales breves, labium inferius paullo longius, latum emarginatum patens. Squama calycis brevis. Genitalia subexserta. — *Sc. racemosa* Pers. Enchirid. II. 136. — Habitat in America praesertim meridionali, ad Hacienda de la Llaguna Mexicanorum, Santa Fé di Bogota, Montevideo, Rio Pardo provinciae Brasiliensis Rio Grande do Sul, ad Mendozam et Valparaiso.

51. SC. MINOR Linn. Spec. pl. 835. — Sm. Engl. bot. t. 534. — Hook. Fl. Lond. II. ic. — Bth. l. c. 439. — Humilis glabra: foll. breviter petiolatis, infimis late ovatis mediisq. ovato-lanceolatis, basi cordatis subhastatis, supremis floralibq. lanceolatis, basi rotundatis, omnib. obtusis; florib. parvis axillarib. oppositis secundis; corollis subglabris, fauce vix dilatata. ♃ — Folia *Sc. galericulatae*, sed statura multoties minor. Tota planta vix 4—6-pollicaris. Folia omnia etiam floralia petiolata, inferiora saepius breviter hastato-lobata et hinc inde subdentata, caeterum integerrima, infima subrotunda parva, media 6—9 lin. longa, superiora et floralia vix 4 lin. Pedicelli calycem aequantes. Squama calycis brevissima. Corolla 3 lin. longa, basi vix recurva, galea parva, lobi laterales ei subaequales, labium longius subpatens emarginatum. Genitalia subexserta. — *Sc. breviflora* Turczan. mss. — Habitat in Europae et Asiae mediae palustribus, in Anglia, Gallia praesertim occidentali, Hispania occidentali, Lusitania, in Germania praesertim septentrionali, in Siberia prope Irkutsk.

52. SC. HAVANENSIS Jacq. Obs. II. 5. t. 29. — Bth. l. c. † — Foll. cordato-ovatis crenatis; florib. axillarib., labio corollae utroq trifido. ⊙ - Planta tenella ramosa procumbenti-erecta herbacea. Folia obtusa glabriuscula petiolata opposita, vix

semipollicaria. Pedunculi uniflori solitarii axillares. Flores inodori, fere pollicares coerulei, charactere congenerum, sed calycis bilabiati laciniae subrotundae integerrimae et fere aequales, corollaeq. labium inferius semitrifidum et paullo longius, superioris laciniae subrotundae, media emarginata ac latior, lateralibus integerrimis. — Crescit Havanae in rupestribus maritimis.

53. SC. MICROPHYLLA Moç. et Sessé mss. ex Bth. in Lindl. Bot. Regist. adnot. ad t. 1493. et Labiatar. gener. et spec. 439. — Pubescens: caule diffuso humili ramoso; foll. petiolatis, inferiorib. rotundatis sinuato-crenatis, superiorib. ovatis, supremis subintegerrimis, utrinq. angustatis; florib. parvis axillarib. oppositis secundis; pedicellis calyce longioribus. ♃ — Valde affinis *Sc. humili*, at villosa. Folia superiora basi rotundata, inferiora tantum late cordata. Rami tenues patentim pubescentes. Corolla magnitudine *Sc. minoris*. Calyx basi pubescens, squama post anthesin maxima membranacea glabra. — In Nova Hispania.

54. SC. HUMILIS R. Br. Prodr. flor. Nov. Holl. 507. — Bth. l. c. 439. † — Strigoso-pubescens: caule humili; foll. breviter petiolatis, infimis rotundatis inciso-crenatis, superiorib. ovatis rotundato-dilatatis subhastato-lobatis, omnib. basi cordatis, floralib. supremis calycem vix excedentib.; florib. parvis axillarib. oppositis secundis. ♃ — Statura *Sc. minoris* et *parvulae*, sed parum ramosa. Caulis anguli, foliorum pagina superior et nervi paginae inferioris pilis brevibus strigosis pubescentes. Folia vix 3–4-linearia, inferiora latitudine longitudinem excedentia, obtusissime crenata, superiora basi auriculis rotundatis subcrenatis hastata, versus apicem integerrima. Flores *Sc. minoris* etiam breviores. Calyces glaberrimi, squama labio superiore paullo longiore. Corolla calyce duplo longior subrecta, tubo superne fauceque valde dilatatis. Galea brevissima, lobi laterales lati, labium duplo longius, convexum integrum? Genitalia breviter exserta. Antherae generis. — Habitat in Australia ad Portum Jackson et in terra Van Diemensi.

55. SC. PARVULA Michx. Fl. Bor. Am. I. 12. — Hook. Exot. fl. II. t. 106. — Bth. l. c. 440. † — Caule humili divaricato-ramoso pubescente; foll. infimis breviter petiolatis ovato-rotundatis, mediis, superiorib. floralibq. sessilib. ovatis v. ovato-lanceolatis, omnib. obtusis integerrimis v. rarissime dentatis, basi subcordatis; florib. parvis axillarib. oppositis secundis; corollis subglabris, fauce vix dilatata, calyce vix duplo longioribus. ☉? — Herba vix 4–6-pollicaris subdecumbens ramosa, rami acute tetragoni, dense foliosi magis minusve pubescentes. Folia parva, media vix ultra semipollicem longa, superiora gradatim minora angustiora, infima breviora latiora, inferiora nonnunquam hinc inde subdentata, superiora et floralia constanter integerrima, omnia nervosa pubescentia v. glabriuscula, pallide viridia v. purpurascentia. Calyces breviter pedicellati pubescentes, squama labium superius excedente. Corolla forma corollae *Sc. minoris* et vix longior. Genitalia subexserta. Achaenia tuberculoso-rugosa. — *Sc. ambigua* Nutt. Gen. pl. Americ. II. 37. — Habitat in America boreali, ad ripas fluviorum et in humidis in Canada, Virginia et ad Missouri vulgaris videtur, occurit etiam in regione Illinoënsi, ad Lexington in Kentucky et ad Rio Brazos provinciae Texas Mexicanorum.

56. SC. RESINOSA Torrey, Pl. Rock. Mount. 232. — Bth. l. c. † — Minute glanduloso-pubescens: caule humili erecto ramosissimo; foll. vix petiolatis late ovatis obtusis integerrimis, basi rotundatis, floralib. conformib.; florib. axillarib. oppositis secundis; corollis villosis, calyce plus quadruplo longioribus. ☉? — Habitu *Sc. parvulae* affinis, sed rigidior ramosior. Folia vix 4–5 lin. longa, basi subcuneato-rotundata nec cordata, utrinque viridia, subtus nervosa, oculo nudo glabra videntur, sed sub lente pubescentia resinoso-glandulosa, utrinque uti rami irrorata, superiora minora vix angustiora. Calyx glanduloso-pubescens herbaceus, squama maxima. Corolla magnitudine *Sc. galericulatae* coerulea, dense villosa, basi attenuata. — Habitat in America boreali, ad flumen Canadian inter Rocky Mountains.

57. SC. ANTIRRHINOIDES Bth. in Lindl. Bot. Regist. adnot. ad t. 1493. et Labiatar. gener. et spec. 440. — Caule diffuso ramoso glabro; foll. breviter petiolatis ovatis obtusis integerrimis, basi angustatis crassiusculis glabris v. tenuissime pubescentib., floralib. conformib., supremis sterilib.; florib. axillarib. oppositis secundis; calycib. pedicello brevioribus. ☉? ♃? — Habitus *Antirrhini sempervirentis*. Rami laeves, acute tetragoni glabri v. oculo armato tenuiter pubescentes. Folia semipollicaria, foliis *Antirrhini sempervirentis* simillima. Flores omnino *Sc. angustifoliae*. — Habitat in America boreali, prope arcem Vancouver ad ripas fluminis Columbiae.

58. SC. NERVOSA Pursh, Fl. Amer. sept. II. 412. — Bth. l. c. 411. † — Caule simpliciusculo glabro; foll. infimis petiolatis rotundatis, mediis sessilib. late ovatis dentato-crenatis, basi cordatis, floralib. supremis ovato-lanceolatis integerrimis, omnib. glabris v. supra hispidulis, margine scabris; florib. parvis axillarib. oppositis secundis; corollis glabriusculis calyce duplo triplove longioribus. ☉? — Herba tenera, laete viridis, caule acute tetragono subalato. Foliorum paria 2 infima ut in *Sc. parvula* purpurascentia parva, media 10–12 lin. longa, vix angustiora membranacea nervosa obtusa, crenaturis paucis remotis notata, floralia infima conformia, superiora gradatim minora angustiora integriora, at calyces duplo triplove superantia. Calyces glabri, floriferi pedicello breviores, fructiferi valde aucti, squama latissima membranacea labium superius superante. Corollae parum majores quam in *Sc. parvula* et *minore*, coeruleae, extus tenuiter pubescentes, tubo superne parum dilatato. Galea parva concava, lobi laterales rotundati patentes, cum infimo emarginato labium inferius convexum patens formantes. Stamina longiora subexserta. Achaenia tuberculoso-rugosa. — *Sc. teucriifolia* Sm. in Rees, Cycl. XXXII. no. 15. — *Sc. parviflora* Rafin. Itin. ex Arth. Hamilt. Monogr. 37. — *Sc. gracilis* Nutt. Gen. II. 37. — Habitat in Americae borealis dumosis ad ripas fluminum Schuylkill, Susquehanna, Missouri et Ohio.

59. SC. DRUMMONDII Bth. l. c. † — Caulib. adscendentib. subramosis villosis; foll. petiolatis ovatis obtusis crenatis, basi cuneatis, floralib. integriorib. minorib., omnib. utrinq. villosis; florib. parvis axillarib. oppositis secundis; corollis villosis calyce vix triplo longioribus. ♃ — Rami semipedales tetragoni. Folia semipollicaria, infima ovata, petiolo pollicari, superiora subsessilia, suprema elliptica subintegerrima, omnia flores subsuperantia. Corollae 3–4 lin. longae coeruleae. Habitus *Sc. parvulae*, sed villositate et foliis crenatis distinctissima. Affinis *Sc. molli*, a qua differt foliis basi cuneatis nec cordatis et floralibus supremis majoribus. — Habitat in America boreali, ad Rio Brazos provinciae Texas Mexicanorum.

60. SC. MOLLIS R. Br. Prodr. flor. Nov. Holl. 507. — Bth. l. c. † — Caule simpliciusculo pubescente; foll. petiolatis ovato-rotundatis obtusis grosse crenatis, basi late cordatis, superiorib. floralibq. ovato-lanceolatis acutis, omnib. utrinq. molliter villosis; florib. oppositis secundis axillarib. v. supremis subracemosis; corollis quam calyx pedicello brevior duplo longioribus. ♃ — Caules pedales et ultra, parum ramosi, angulis acutis pubescentibus. Folia infima longe, superiora breviter petiolata, floralia omnia crenata calyces excedentia, juniora dense villosa, vetustiora pilis supra sparsis et subtus secus nervos obsessa. Pedicelli, calyces et corollae villosa. Corollae 3–4-lineares videntur. — Habitat in Nova Hollandia.

61. SC. TUBEROSA Bth. l. c. — Caule humili simplici erecto villoso; foll. petiolatis late ovatis obtusis grosse crenatis, basi rotundato-truncatis, floralib. oblongis, omnib. utrinq. villosis; florib. axillarib. oppositis secundis; corollis villosis calyce plus quadruplo longioribus. ♃ — Caules e radice oblonga tuberosa simplices solitarii, vix 1–3-pollicares. Folia 4–5 lin. longa, floralia gradatim minora floribus breviora, at calyces excedentia, omnia crenata v. rarius integerrima. Corollae magnitudine *Sc. galericulatae*, tubo tenui. — Habitat in California septentrionali.

62. SC. COERULEA Moç. et Sesse mss. ex Bth. in Lindl. Bot. Regist. adnot. ad t. 1493. et Labiatar. gener. et spec. 442. — Caule simpliciusculo pubescente; foll. breviter petiolatis ovato-rhomboideis obtusis crenatis, basi rotundatis, floralib. subconformib. angustiorib., supremis lanceolatis subintegerrimis, omnib.

supra pubescentib.; florib. oppositis secundis axillarib. v. supremis subracemosis; corollis calyce subsessili sextuplo longioribus. ♃ — Caules semipedales padalesve adscendentes tetragoni, interdum subalati. Folia infima parva subrotunda, media pollicaria, floralia gradatim minora et integriora, suprema calyce duplo longiora integerrima v. dente uno alterove notata. Pedicelli calyce breviores. Corolla 8–9 lin. longa, extus pubescens, tubo tenui, superne vix dilatato. Galea brevis, lobi laterales lati subpatentes, infimus galea subduplo longior latus convexus emarginatus, dente parvo in emarginatura auctus. Squama calycis demum labium superius superans.

β. Foliis utrinque pubescentibus. — Habitat in Mexico prope Tlalpuxahua.

63. SC. MOÇINIANA Bth. Labiat. gener. et spec. 442. — Ramis adscendentib.?, basi villosis; foll. petiolatis ovatis subsinuato-crenatis, utrinq. viridib., supra hispidulis, subtus subglabris, floralib. infimis conformib., supremis parvis oblongis; florib. oppositis secundis; corollis calyce pedunculato sextuplo longioribus. ♃ — Rami basi sublignosi videntur, apice glabriusculi. Folia pollicaria. Corollae speciosae coccineae? sesquipollicares incurvae glabriusculae, tubo superne valde dilatato, limbo erecto, lobis lateralibus cum supremo labium superius formantibus, infimus vix emarginatus, labio superiore brevior. — In Nova Hispania.

64.? SC. MALVAEFOLIA H. B. Kth. Nov. gèn. et spec. pl. II. 325. — Bth. l. c. — Foll. subrotundo-ovatis obtusis grosse serrato-crenatis, supra pilis adpressis conspersis, subtus glabris; florib. axillarib. subspicatis. ♃ — Caulis ramosus erectus tetragonus, tenuissime pubescens. Folia petiolata reticulato-venosa, 8–10 lin. longa, 7 lin. lata. Petioli 4–5 lin. longi, tenuissime pubescentes. Flores oppositi pedunculati, 4–5 lin. longi. Pedunculi lineam vix longi pubescentes, medio bracteis duabus minutis subulatis instructi. Calyx tenuissime pubescens. Corolla coerulea? labio superiore extus pubescente. Stamina 4 didynama, in labio superiore latentia. Filamenta glabra. Antherae pubescentes. Stylus glaber, longitudine staminum. Stigma acutum. Achaenia 4 minima, in fundo calycis persistentis clausi, subglobosa fusca. — Haec species cum binis sequentibus forsan ad *Perilomiam* referenda erit. — Habitat in America meridionali, in locis montosis alsis juxta fodinam Sanctae Annae in provincia Mariquitensi, in regno Novae Granatae.

65.? SC. CUMANENSIS H. B. Kth. l. c. † — Bth. l. c. — Fruticosa: foll. ovatis aut ovato-suborbiculatis obtusis, basi rotundatis aut cuneatis crenatis, utrinq. hirto-pubescentib., subtus canescentib.; florib. axillarib. solitariis. ♄ — Rami lignosi tetragoni laeves glabri, angulis incrassatis. Folia petiolata reticulato-venosa, nervo venisque subtus prominentibus, membranacea, subtus canescentia, 8–12 lin. longa, 7–8 lin. lata. Petioli 3–5 lin. longi canaliculati piloso-pubescentes. Flores oppositi pedunculati semipollicares. Pedicelli 1–1½ lin. longi pubescentes. Calyx campanulatus, dorso gibbosus pubescens, labiis aequalibus integris. Corolla extus pubescens, calyce quintuplo longior. Fructus in fundo calycis bipartiti et clausi. Achaenia 4 oblonga convexo-trigona laevia glabra. — Habitat in America meridionali, in locis siccis prope Cumana et Bordones.

66. SC. VOLUBILIS H. B. Kth. l. c. † — Bth. l. c. — Volubilis: foll. ellipticis, utrinq. rotundatis crenatis, supra pubescenti-pilosis, subtus molliter piloso-tomentosis et incanis; florib. axillarib. solitariis. ♄ ∽ — Rami quadrangulares medulla alba referti laeves dense et molliter pilosi. Folia opposita petiolata, basi acuta membranacea, 14–16 lin. longa, 9 lin. lata. Petioli 4–5 lin. longi canaliculati, dense pilosi. Flores oppositi, breviter pedicellati, 7–8 lineas longi. Calyx brevis campanulatus bilabiatus piloso-pubescens, labiis aequalibus rotundatis integris. Corolla generis? extus hirto-pubescens rubra. Stamina 4 didynama exserta. Filamenta superne puberula. Antherae biloculares subdidynamae, loculo altero in staminibus longioribus minore aut abortivo? Ovaria quatuor disco communi imposita glabra. Stylus glaber exsertus. Stigma bifidum? Fructus in fundo calycis bipartiti et clausi. Achaenia 4 oblonga convexo-trigona laevia

fusca glabra, immatura. Flores.....? — Habitat in America meridionali, in sylvis opacis juxta Loxa et Gonzanama Novo-Granatensium.

Sectio V. MASCHALOSTACHYS Bth. l. c. 443.

Folia floralia herbacea, infima caulinis conformia, superiora parva bracteaeformia. Flores oppositi secundi, plerumque in racemis axillaribus terminalibusque dispositi.

67. SC. REPENS Hamilt. in D. Don, Prodr. fl. Nep. 110. — Bth. l. c. † — Cano-pubescens, superne viscosa: ramis scandentib.; foll. petiolatis ovatis crenatis, basi rotundatis subcordatis, supremis acutis, basi subcuneatis, floralib. ovatis obtusis calyces subsuperantib.; racemis numerosis axillarib. terminalibq. abbreviatis laxis; florib. oppositis secundis. ♃ ∪ — Caules longissimi ramosi subtetragoni, tomento cano pubescentes. Folia sesquipollicaria rugulosa, supra viridia pubescentia, subtus cano-tomentosa. Racemi 2-4-pollicares, saepe ramosi, in apice caulis dense paniculati, secus ramos subremoti flexuosi canescentes viscoso-pubescentes. Calyces subsessiles parvi. Coroliae 7-8 lin. longae, basi valde attenuatae, fauce inflata, labiis subaequalibus, superiore elongato falcato galeato, lobis lateralibus ad basin galeae brevibus obtusissimis, labio inferiore valde convexo patente. Achaenia tuberculoso-rugosa glabra. — *Sc. cana* Wall. Pl. As. rar. I. 67. — *Sc. Wallichiana* Arth. Hamilt. Monogr. 28. t. 2. fig. 1. — Habitat in Indiae orientalis montibus Nepalensibus Kamaonensibus et Avensibus.

68. SC. SCANDENS D. Don, Prodr. fl. Nep. 110. — Bth. l. c. 444. † — Caule scandente; ramis glabris acutissime tetragonis; foll. breviter petiolatis ovato-lanceolatis acuminatis crenatis, basi rotundato-cordatis glabris, floralib. late ovatis acuminatis vix calycem superantib.; racemis axillarib. terminalibq. pubescentib.; florib. oppositis secundis. ♃ ∪ — Rami glabri laeves, saepe glaucescentes, angulis acutis callosis. Folia 1-2½-pollicaria, saepius glaberrima, rarius supra pilis raris hispidula, acumine longo integerrimo terminata. Racemi flexuosi, rhachi, calycibus, corollis bracteisque supremis pubescentibus. Corolla fere pollicaris, basi parum attenuata, fauce dilatata, galea valde falcata acuta, lobis lateralibus ovatis erectis galea dimidio brevioribus, lobo medio rotundato patente sublongioribus. — *Sc. angulosa* Bth. in Wall. Pl. As. rar. I. 67. — *Sc. celtidifolia* Arth. Hamilt. Monogr. 27. — Crescit in Indiae orientalis montibus Kamaonensibus et Nepalensibus.

69. SC. LATERIFLORA Linn. Spec. plant. 835. — Bth. l. c. † — Glabra: caule erecto ramoso; foll. petiolatis ovato-lanceolatis acuminatis, basi rotundatis, floralib. superiorib. calycem vix superantib.; racemis axillarib. terminalibq.; florib. oppositis secundis. ♃ — Caulis pedalis ramosissimus, rami tetragoni, uti tota planta glaberrimi. Folia 1-2-pollicaria, superiora gradatim minora. Racemi laterales graciles numerosi, foliis floralibus parvis, terminales elongati, foliis floralibus infimis caulinis conformibus. Flores pedicellati parvi. Calyx glaber campanulatus, fructifer clausus, squama brevi obtusa. Corolla coerulea, vix 3 lin. longa. — *Cassida lateriflora* Mnch. Meth. — Crescit in America boreali, ad fossas et margines aquarum a Novo Eboraco, ad oram boreali-occidentalem et a Canada, ad Carolinam et Novum Aurelianum.

† *Species e genere expellendae.*

SC. CRETICA Linn. — TEUCRIUM ARDUINI.

SC. JAPONICA Burm. — PLECTRANTHUS MENTHOIDES cum MELISSA PARVIFLORA.

3027. PERILOMIA *H. B. Kth.*

(H. B. Kth. Nov. gener. et spec. pl. Americ. II. 326. — Meisn. Gener. plant. vascul. I. 285. II. 194. — Bth. Labiat. gener. et spec. 445.)

1. P. SCUTELLARIOIDES H. B. Kth. Nov. gen. et spec. plant. II. 327. † t. 157. — Bth. l. c. — Glabra: foll. petiolatis ovatis, basi rotundatis subcordatisve, paniculae ramorum floralibq. parvis; racemis gracilib.; florib. secundis; corollis calyce

glabro vix triplo longioribus. ♁ ⌒? — Caules glabri, acute tetragoni subalati. Folia sesquipollicaria, apice breviter acuminata, grosse crenata, subtus venosa, superiora uti floralia acuta, vix 2–3 lin. longa, basi angustata. Panicula fere *Euphrasiae Odontitis* ramis gracilibus simplicibus 3–4-pollicaribus. Flores oppositi, versus apices ramorum approximati, vix majores quam flores *Scutellariae minoris*. Calyx supra gibbus v. brevissime squamatus, omnino glaber. Corolla coccinea? extus rufo-villosa *P. ocymoide* minor, caeterum ei conformis. Achaenia acuta tuberculosa, anguste quadrialata, alis denticulatis. — Habitat in Peruvia.

2. P. OCYMOIDES H. B. Kth. l. c. 328. † — Bth. l. c. — Glabra v. vix pubescens: foll. petiolatis ovatis crenatis, basi rotundato-truncatis, floralib. conformib. gradatim minorib.; racemis elongatis; corollis calyce pubescente quadruplo quintuplove longioribus. ♁ — Caules basi suberecti ramosi, rami elongati divaricati, acute tetragoni v. subalati glabri v. apice et ad nodos leviter pubescentes. Folia ½–1½-pollicaria, in forma typica acutiora et supra subtusque ad nervos hispidula, in var. *β*. glabra, in utraque varietate utrinque viridia. Racemi subsimplices terminales ½–1-pedales. Verticillastri omnes distantes. Folia floralia inferiora caulinis conformia et flores superantia, suprema parva. Bracteae parvae linearisubulatae, interdum nullae. Calyx nutans, breviter pedicellatus. Corolla coccinea, 7–8 lin. longa recurvo-adscendens, extus villosissima. — Crescit in Peruvia, in locis siccis prope Alausi Quitensium, prope Obrajillo et ad Cuesta de Parrochuca.

3. P. FRUTICOSA Schiede et Deppe in Linnaea V. 102. — Bth. l. c. 446. — Rami teretiusculi, juniores cum petiolis et nervis foliorum in inferiori pagina tenuissime adpresse pubescentes. Folia ovata ellipticave acuminata, grosse inaequaliter serrata subintegerrimaque membranacea glabrescentia discolora, pilis subtus et in margine sparsis, lamina in aliis speciminibus 4-pollicari, in aliis pollicari, petiolo tertiam circiter laminae partem longus. Racemi pauci-(3–9-)flori oppositiflori pedunculati, terminales axillaresque oppositi. Pedunculus proprius sesquilinearis. Calyx glabriusculus, 2 lin. circiter longus. Corolla speciosa coccinea, longe tubulosa, 15 circiter lin. longa, valde arcuata, limbo valde obliquo. Genitalia conspicua, dorsalis inferioris tubi pars extus tenuissime pubescens. Fructus non visus. — In Mexico, in dumetis Jalapae et Serro Colorado.

4. P. TOMENTOSA Bth. l. c. — Foll. ovatis, supra pubescentib., subtus albo-tomentosis; corollis calyce villoso-lanato subtriplo longioribus. ♁ — Habitus *P. ocymoidis*, sed ramis foliorum pagina inferiore calycibusque tomento denso albido vestitis diversa. Flores parum minores. Caulis basi durus, an lignosus? — Habitat in Mexico.

† *Species omnino dubia.*

5. P. DUBIA Spr. Syst. vegetab. II. 704. — Foll. ovato-oblongis acutis serratis; calycibus fructibusque pubescentibus. ♁ — Crescit in Brasilia.

Tribus VII. *PROSTANTHEREAE* Bth. Labiat. gener. et spec. 447. — Endl. Gener. plant. pag. 621. — Meisn. Gener. plant. vascul. I. pag. 286.

Calyx campanulatus, nunc bilabiatus, labiis planis integris v. inferiore bidentato bifidove, nunc aequaliter 5-dentatus, faux intus nuda. Corolla tubo brevi amplo, fauce campanulata, limbo bilabiato, labiis subplanis, superiore emarginato v. bifido, inferiore trifido. Stamina 4 didynama, corolla breviora, inferioribus nunc longioribus, nunc abortivis. Achaenia coriacea reticulato-rugosa, stylo subpersistente.

3628. CHILODIA *R. Br.*

(R. Br. Prodr. fl. Nov. Holland. 507. — Meisn. Gener. plant. vascul. I. 286. II. 194. — Bth. Labiat. gener. et spec. 447.)

1. CH. SCUTELLARIOIDES R. Br. l. c. — Bth. l. c. † — Frutex ramis glabris v. tenuiter pubescentibus. Folia perennantia sessilia, vix semipollicaria linearia v. sublanceolata acuta integerrima, margine subrevoluta, utrinque viridia glabra laevia v. juniora subtus tenuissime pubescentia, floralia conformia flores superantia. Pedicelli axillares uniflori, sub calyce bibracteati, bracteis parvis subulatis. Calyx viridis glaber, basi striatus, labiis membranaceis patentibus vix venosis, inferiore margine tenuissime ciliato. Corolla calycem breviter excedens coerulea glabra. — *Prostanthera empetrifolia* Sieb. Fl. Nov. Holl. exs. no. 187. — In Nova Hollandia ad portum Jackson, ibidem rarior prope fluvium Nepean.

3629. CRYPHIA *R. Br.*

(R. Br. Prodr. fl. Nov. Holl. 503. — Meisn. Gener. plant. vascul. I. 286. II. 194. — Bth. Labiat. gener. et spec. 448.)

1. CR. SERPYLLIFOLIA R. Br. l. c. — Bth. l. c. — Foll. oblongo-linearib. planiusculis calycibq. glabris, fructiferis pedunculo vix longiorib.; ramulis glabriusculis, pube tenuissima appressa vestitis. ♄ — In Nova Hollandia ad oram meridionalem.
2. CR. MICROPHYLLA R. Br. l. c. — Bth. l. c. — Foll. ovalib. convexis minutissimis fasciculatis calycibq. pubescentib., fructiferis pedunculo aliquoties longiorib.; ramulis pube patenti-curvata vestitis. ♄ — Praecedenti nimis affinis et forsan ejus varietas. — Habitat in Nova Hollandia ad oram meridionalem.

3630. PROSTANTHERA *Labill.*

(Labill. Fl. Nov. Holl. II. 18. — Meisn. Gener. plant. vascul. I. 286. II. 194. — Bth. Labiat. gener. et spec. 448.)

1. PR. LASIANTHOS Labill. Fl. Nov. Holl. II. 18. t. 157. — Bth. l. c. 450. † — Andrws. Bot. Repos. t. 641. — Bot. Regist. t. 143. — Bot. Magaz. t. 2434. — Fruticosa: foll. oblongo-lanceolatis dentato-serratis glabris; racemis paniculatis; corollis utrinq. hirsutis; antherarum calcari longiore loculum superante, breviore loculo aequilongo adnato. ♄ — Frutex orgyalis, rami glabriusculi. Folia perennantia, breviter petiolata 2—3-pollicaria, irregulariter acute denticulata, utrinque viridia, floralia ramorum paniculae subconformia minora, sub floribus minuta subnulla. Racemi breves, in paniculam oblongam 4—6-pollicarem approximati. Flores oppositi, breviter pedunculati. Bracteae in apice pedunculi subulatae, calyci adpressae et eum subaequantes. Calyx tenuiter pubescens, fructifer apertus, labia subaequalia. Corolla ampla, extus dense villosa. Antherae omnes conformes, loculi paralleli, exterior submuticus, inferior filamento loculum aequante calcaratus. — In Australia ad portum Jackson et in terra Van Diemensi habitat.
2. PR. COERULEA R. Br. Prodr. fl. Nov. Holl. 508. Bth. l. c. — Fruticosa: foll. lanceolatis dentato-serratis glabris; racemis subpaniculatis parum divisis; corollis extus imberbib.; antherarum calcarib. subaequalib. adnatis loculum vix superantibus. ♄ — Habitus *Pr. lasianthi*. Folia plerumque angustiora. Racemi inferiores axillares folio plerumque breviores superiores in panicula brevi laxa dispositi.

Calyces breviter pedicellati. Corolla glabra, magnitudine fere *Pr. lasianthi*. — In Nova Hollandia ad portum Jackson, in umbrosis ad flumen Wollondelly.

3. PR. INCISA R. Br. l. c. — Bth. l. c. † — Ramulis glabriusculis; foll. ovato-oblongis, basi angustatis dentatis incisisve glabris, utrinq. glandulosis; racemis pauciflоris; calycis labio inferiore quam superius angustiore et duplo longiore, calcarib. aequalib. adnatis, loculo brevioribus. ♁ — Ramuli tenues virides, saepe alis angustissimis marginati. Folia ½–¾-pollicaria, subtus pallida, floralia infima parva subconformia, suprema nulla v. decidua. Verticillastri 3–6, ad apices ramulorum biflori. Pedicelli filiformes. Bracteae tenuissimae. Calycis labium inferius breve orbiculatum, superius oblongum obtusum. Corolla calyce duplo longior, fere glabra. Racemi graciliores quam in *Pr. Sieberi*. — Habitat in Nova Hollandia ad portum Jackson.

4. PR. SIEBERI Bth. l. c. 451. † — Ramulis glabriusculis; foll. ovato-oblongis inciso-dentatis, basi longe angustatis glabris; racemis laxis pauciflоris; calycis labiis aequalib.; antherarum calcarib. aequalib. adnatis, loculo brevioribus. ♁ — Frutex sexpedalis. Ramuli elongati rigiduli tenues virides, saepius alis 4 angustissimis marginati. Folia patentia, longe petiolata, limbo fere pollicari, utrinque glandulis subexsertis indnta, subtus pallidiora, floralia minora, suprema minuta. Verticillastri 3–4, ad apices ramulorum biflori. Pedicelli filiformes. Bracteae tenuissimae laxae. Calyces glabri, basi attenuati vix striati, labiis orbiculatis membranaceis, inferiore vix angustiore, nec longiore. Corolla aperta non visa. Valde affinis *Pr. incisae*, sed calycibus constanter diversa. — *Pr. incisa* Sieb. Fl. Nov. Holl. exs. no. 189. (non Br.) — Habitat in Nova Hollandia, in umbrosis ad latus montis Illawarra et alibi secus oram a portu Jackson versus meridiem.

5. PR. PRUNELLOIDES R. Br. l. c. 508. — Bth. l. c. † — Foll. crassis ovatis integris v. grosse dentatis glabris, floralib. bracteaeformib. deciduis; racemis terminalib. subpaniculatis; corollis extus hirsutis; antherarum calcari longiore loculum bis superante. ♁ — Rami virides tetragoni glandulosi, angulis hinc inde denticulatis. Folia petiolata pollicaria et ultra, obtusa v. acutiuscula, basi rotundata v. cordata, utrinque praesertim juniora densissime glandulis obsessa, floralia parva membranacea obtusa ciliata, ante anthesin saepe decidua. Racemi ramis utrinque 1–2 auct 3–4-pollicares. Flores oppositi, fere *Pr. lasianthi*. Pedicelli erecti, tubum calycis aequantes. Calyces demum nutantes glandulosi, basi profunde striati, labiis membranaceis, superiore integro, inferiore breviore, saepe retuso v. emarginato. Corolla calyce duplo longior, extus villosa. — Habitat in Nova Hollandia ad portum Jackson, frequens in collibus saxosis ad fluvium.

6. PR. OVALIFOLIA R. Br. l. c. 509. — Bth. l. c. † — Ramulis tenuiter pubescentib.; foll. ovalib. glabris integris passimq. paucicrenatis; racemis abbreviatis terminalib. axillaribq.; calycib. glabris glandulosis; antherarum calcarib. aequalib. loculo aequilongis adnatis. ♃ — Rami tetragoni pubescentes. Folia breviter petiolata, 4–6 lin. longa obtusissima, basi subangustata crassiuscula subavenia, floralia plerumque conformia minora. Racemuli vix pollicem longi subramosi, dense pauciflori. Pedunculi breves. Pedicelli calyce breviores. Bracteae minutae, calyci adpressae. Calyces basi profunde striati, labiis vix membranaceis crassiusculis enerviis latis, inferiore sublongiore. — Habitat in Nova Hollandia ad oram orientalem intratropicam et in interiore boreali-occidentali.

7. PR. ATRIPLICIFOLIA A. Cunningh. mss. ex Bth. l. c. † — Ramulis tomentosis; foll. ovato-oblongis integerrimis glabris; racemis laxis terminalib.; calycib. glabris; antherarum calcarib. aequalib., loculo aequilongis adnatis. ♁ — Frutex densus odoratissimus, rami vix tetragoni cano-tomentosi. Folia breviter petiolata, 4–6 lin. longa, angustiora quam in *Pr. ovalifolia*, crassiuscula, basi angustata, obscure nervenia, floralia parva bracteaeformia v. infima caulinis subconformia. Racemi 1–2-pollicares graciles pauciflori. Pedunculi calyce vix breviores. Calyces glandulosi, labiis brevibus latis, inferiore parum longiore. Corolla purpurea. *Pr. ovalifoliae* valde affinis, at distincta. — Habitat in Nova Hollandia interiore, in collibus aridis sterilibus ad fluvium Lachlan.

8. PR. COTINIFOLIA A. Cunningh. mss. ex Bth. l. c. 452. † — Ramis tomentosis; foll. orbiculatis crassiusculis glabris integerrimis, apice retusis emarginatisve; racemis elongatis; calycis labiis integerrimis. ♄ — *Pr. rotundifoliae* valde affinis, a qua differt ramis magis tomentosis, foliis (in speciminibus suppetentibus) nunquam crenatis, basi potius rotundatis quam cuneatis et apice saepe profunde emarginatis, racemis terminalibus 2–3-pollicaribus et floribus distantibus. Calycis labium inferius superiore dimidio angustius et parum longius. Corollae.....? — Habitat in Nova Hollandia interiore, in sterilibus rupestribus occidentalibus vallis Wellington.

9. PR. RETUSA R. Br. l. c. 509. — Bth. l. c. — Foll. orbiculatis crenatis glabris, utrinq. glandulosis; florib. axillarib.; calycis labio inferiore retuso; calcari lobum vix superante. ♄ — An revera a *Pr. rotundifolia* distincta? — Habitat in terra Van Diemensi.

10. PR. ROTUNDIFOLIA R. Br. l. c.? — Bth. l. c. † — Ramulis tomentosis; foll. orbiculatis spathulatisve crassiusculis glabris integris crenatisve; florib. subracemosis; calycis glabri labiis integerrimis; antherarum calcarib. aequalib. loculo breviorib. adnatis. ♄ — Folia vix 3–4-linearia, apice obtusissima pauci-crenata, basi cuneata et in petiolum brevem angustata subavenia v. subtus 1-nervia. Racemi breves terminales subsecundi simplices v. compositi. Calyces pedicellati declinati, basi striati glabri, labio superiore latiore, inferiore vix longiore integerrimo. Corolla ampla, calyce plus duplo longior, extus glabriuscula, lobis labii inferioris maximis. Stamina vix e fauce exserta. Calcaria omnino adnata et vix obvia. — Crescit in terra Van Diemensi.

11. PR. NIVEA A. Cunning. mss. ex Bth. l. c. † — Glaberrima: foll. linearib. integerrimis, margine revolutis laevib.; racemis laxis terminalib.; calycib. glabris, labio superiore maximo, inferiore dimidio breviore ciliato; antherarum calcari altero loculum bis superante, altero loculo breviore adnato. ♄ — Frutex elegans tripedalis, rami virgati ramosissimi ramulique glaberrimi laeves teretes v. sub axillis compressi. Folia sessilia ½–1-pollicaria crassiuscula, marginibus revolutis subteretia, floralia subconformia. Racemi numerosi pauciflori. Verticillastri axillares biflori distantes subsecundi. Pedicelli tenues. Bracteae minutissimae subnullae. Calycis tubus lineam longus, profunde striatus, labium superius 3 lin. diametro, orbiculatum membranaceum reticulato-venosum, margine nudum, inferius adpressum calycem claudens, vix sesquilineam latum. Corolla nivea calyce duplo longior, extus pubescens. — Habitat in Novae Hollandiae interioris montibus saxosis sterilibus.

12. PR. BAXTERI A. Cunningh. mss. ex Bth. l. c. † — Ramis albo-tomentosis; foll. linearib. integerrimis, margine revolutis laevib. glabris; florib. subaxillarib.; calycis sericeo-tomentosi labio superiore maximo, inferiore breviore. ♄ — Ramuli numerosi lignosi rigidi teretes, uti calyces pilis albis sericeis adpressis obtecti. Folia semipollicaria subpaniculata enervia, margine revoluta teretia obtusa, basi attenuata. Flores ad axillas foliorum floralium caulinis conformium breviter pedunculati, ramis floriferis apice foliosis. Calyx forma *Pr. niveae*, at labia crassiora, venis sub tomento reconditis. Corolla non visa. — Habitat in Nova Hollandia ad King George's Sound.

13. PR. LINEARIS R. Br. l. c. 509. — Bth. l. c. 453. † — Glaberrima: foll. linearib. integerrimis glabris laevib., margine subrecurvis; racemis terminalib.; calycib. glabris tenuissime ciliatis; antherarum calcari longiore loculum bis superante. ♄ — Frutex elatus glaberrimus, rami virgati tetragoni. Folia subpollicaria subsessilia obtusa uninervia, subtus pallida, floralia breviora, suprema minuta. Verticillastri biflori remoti, in racemis laxis terminalibus dispositi. Bracteae linearес breves. Calyces breviter pedunculati, basi striati glabri, labiis ovatis membranaceis subaequalibus bracteisque saepius tenuiter ciliatis, interdum nudis. Corolla calyce paullo longior, extus pubescens, fauce intus pilosa. Styli lobi breves rotundati, stigmata crassiuscula. — Habitat in Nova Hollandia ad portum Jackson, in rupestribus ad Springwood et alibi.

14. PR. DENTICULATA R. Br. l. c. — Bth. l. c. † — Ramulis tenuiter pubescenti-scabris; foll. linearib. integris glabris, subtus glandulosis, supra juxta marginem recurvum tuberculoso-denticulatis; calycib. ciliatis pilosulis; antherarum calcari longiore loculum subsuperante. ♄ — Frutex habitu fere *Westringiae*. Rami subteretes, pubescentia tenui viscosa? induti. Folia sessilia rigida acuta lucida, pilis brevibus paucis rigidis e tuberculo ortis hinc inde in pagina superiore quasi denticulata, floralia breviora, basi membranaceo-dilatata. Flores breviter pedicellati, in racemis laxis secundis terminalibus dispositi. Calycis labia integerrima, inferiori minori. Corolla calyce vix duplo longior. — Habitat in Nova Hollandia ad portum Jackson, in montibus prope Bathurst versus occidentem.

15. PR. CRYPTANDROIDES A. Cunningh. mss. ex Bth. l. c. † — Glabra: foll. lanceolatis v. linearib. obtusis integerrimis v. denticulatis, ad axillas fasciculatis, floralib. conformib.; florib. paucis axillarib.; calycis glabri labio superiore tridentato; antherarum calcari longiore, loculum bis superante. ♄ — Frutex humilis glandulosus subviscosus glaber v. pilis brevissimis raris conspersus. Folia vix 2–3-linearia, plerumque integerrima v. in ramis, praesertim sterilibus, utrinque denticulis 2–3 brevissimis obtusis notata. Flores secus ramos axillares subsessiles, axillae superiores steriles. Bracteae foliaceae, calycem subaequantes. Calycis striati labium superius recurvo-patens obtuse tridentatum, dente medio lateralibus majore, labium inferius integerrimum, superiore angustius inflexum. Corolla calyce plus duplo longior. — Habitat in Nova Hollandia, in rupibus ad fluvium Hunter.

16. PR. ASPALATHOIDES A. Cunningh. mss. ex Bth. l. c. † — Ramis pubescentib.; foll. parvis linearib. integerrimis, margine revolutis glabriusculis fasciculatis, floralib. conformib.; florib. paucis axillarib.; calycis glabri subsessilis labiis subaequalib. integerrimis. ♄ — Fruticulus humilis decumbens, ramuli pilis brevibus glutinosis pubescentes. Folia 1–2 lin. longa, ad axillas conferta subteretia, juniora pilis brevissimis raris conspersa. Calyces 3–4 lin. longi subsessiles, basi substriati, labiis membranaceis subcoloratis. Corolla coccinea, extus fere glabra, calyce plus duplo longior. — Habitat in Nova Hollandia interiore, in collibus aridis sterilibus ad fluvium Lachlan.

17. PR. CALEYI Bth. l. c. 454. — Ramis pubescentib.; foll. parvis ovato-ellipticis obtusis, margine revolutis, ad axillas fasciculatis, vix pubescentib., floralib. conformib.; florib. paucis axillarib.; calycis pubescentis pedunculati labiis integerrimis; antherarum calcari longiore loculum subaequante. ♄ — Affinis *Pr. aspalathoidi*, sed characteribus datis distincta. Folia 1–2-linearia convexa. Pedunculus calyce longior. Corolla calycem vix excedens. — Habitat in Nova Hollandia.

18. PR. MICROPHYLLA A. Cunningh. mss. ex Bth. l. c. † — Ramis glabriusculis; foll. parvis crassis oblongis obtusis integerrimis patenti-recurvis glabris, floralib. conformib.; florib. paucis axillarib.; calycis pubescentis labiis subaequalib. integerrimis; antherarum calcarib. adnatis, longiore loculum vix superante. ♄ — Fruticulus humilis ramosissimus, rami abbreviati. Folia numerosa vix lineam longa crassa subavenia, floralia et bracteae conformia. Calyces 2½–3-lineares, pubescentia brevi adpressa canescentes, basi vix striati. Corolla coccinea? calyce vix duplo longior, extus pubescens. Antherae potius mucronatae quam calcaratae videntur (calcaribus nempe loculo omnino adnatis, apice non penicillatis). — In Nova Hollandia interiore in deserto prope fluvium Lachlan habitat.

19. PR. SAXICOLA R. Br. Prodr. fl. Nov. Holl. 509? *) — Bth. l. c. † — Foll. lineari-oblongis integerrimis crassis, juniorib. pilosulis, floralib. conformib. flores superantib.; florib. axillarib.; calycib. apice hirsutis; antherarum calcari longiore loculum bis superante. ♄ — Frutex gracilis, rami virgati uti folia pilis brevissimis adpressis oculo nudo vix conspicuis conspersi. Folia sessilia 3–6-linearia obtusa

*) *Foll. lineari-oblongis ovalibq. integerrimis pilosulis; racemo foliato pauciflore; calycib. hirsutis, labiis integerrimis subaequalib.; calcari lobum bis superante; caule diffuso, basi suffruticoso.*

crassa subavenia, floralia caulinis aequilonga. Flores secus apices ramorum axillares, vix racemum formantes. Pedicelli breves tenues. Bracteae lineares adpressae. Calyx junior apice dense hirsutus, demum glabratus. Corolla calyce duplo longior, extus pubescens. — Habitat in Nova Hollandia, in rupibus prope Bathurst ad occidentem montium Coeruleorum et prope portum Jackson.

20. PR. MARIFOLIA R. Br. l. c. — Bth. l. c. † — Ramis hirsutis; foll. ovato- v. elliptico-lanceolatis integerrimis, margine revolutis, utrinq. hispidis; florib. axillaribb. subracemosis; calycib. hirsutis, labiis subaequalib., inferiore retuso; antherarum calcari loculum paullo superante. ♁? ♃? — Rami virgati parum ramosi, 1–1½-pedales. Folia distantia subsessilia 2–4 lin. longa, pilis albidis rigidis ut calyces et ramorum pars superior hispida, floralia calyces subaequantia. Flores versus apices ramorum pauci. Calyces apice coerulescentes. Corollae calyce parum longiores. — Habitat in Nova Hollandia ad portum Jackson et in montibus Coeruleis.

21. PR. THYMIFOLIA A. Cunningh. mss. ex Bth. l. c. 455. † — Ramulis tenuissime pubescentib.; foll. ovato-subrotundis pauci-crenatis, margine recurvis glabris; florib. breviter racemosis; calycis subglabri labiis integerrimis; antherarum calcarib. aequalib. loculo breviorib. adnatis. ♁? — Rami divaricati vix tetragoni, juniores pubescentia brevissima glandulosa tenui canescentes, laxe foliosi. Folia breviter petiolata, vix 1–2-linearia, glabra v. infra ad nervum pilis paucis brevibus ciliata, floralia minuta decidua. Flores ad apices ramulorum 4–8, in racemum brevissimum approximati. Pedicelli breves. Calyx *Pr. violaceae*, sed glaber v. pilis brevissimis paucis ad strias ciliatus. Corolla alba glabra, calycem breviter superans. Affinis *Pr. violaceae* var. *β.* et forsan ejus varietas, sed glabritie, foliis minoribus et floribus albis distincta videtur. — *Pr. retusa* Sieb. Flor. Nov. Holl. exs. (non R. Br.) — Habitat in Nova Hollandia ad Springwood prope portum Jackson.

22. PR. VIOLACEA R. Br. Prodr. flor. Nov. Holl. 509. — Bot. Regist. t. 1072. — Bth. l. c. † — Foll. subrotundis crenatis, margine revolutis, utrinq. ramisq. pubescenti-hirtis; racemis pauciforis densis; calycib. pubescenti-hirtis, labiis integerrimis, inferiore duplo longiore angustiore integerrimo; antherarum calcarib. aequalib. loculo subbrevioribus. ♁ — Rami divaricati tetragoni, uti calyces et foliorum pagina inferior pilis rigidis glandulisque intermixtis vestiti. Folia 3–4-linearia, supra subbullata et tuberculato-rugosa, pilis e tuberculis ortis, subtus pallidiora nervosa, floralia parva, suprema minuta. Verticillastri 3–4, ad apices ramulorum in racemos breves approximati. Pedicelli breves. Bracteae minutae adpressae. Calyx fructifer vix 2 lin. longus, labio inferiore incurvo-concavo adscendente, calycem subclaudente et ideo, etsi superiori longius, vix eum excedit. Corolla calyce subduplo longior, lobo medio lato rotundato vix emarginato. Var. *β.* intermedia inter hanc et praecedentem.

β. glabrior: foliis minoribus. — Habitat in Nova Hollandia ad portum Jackson, *β.* in siccis ad Springwood prope portum Jackson ad ascensum montium Coeruleorum et in ipsis montibus Coeruleis.

23. PR. INCANA A. Cunningh. mss. ex Bth. l. c. — Foll. ovatis obtusis crenatis bullato-rugosis, utrinq. ramulisq. villoso-hispidis; racemis brevissimis densis; antherarum calcarib. aequalib. loculo breviorib. adnatis. ♁ — Frutex 3–6-pedalis divaricato-ramosus, rami juniores uti folia et calyces pilis albis patentibus e tuberculo ortis densissime villosi. Folia semipollicaria, brevissime petiolata mollia concoloria, supra bullata, margine reflexa et nervis subtus valde prominentibus. Glandulae paginae inferioris exsertae subpedicellatae. Folia floralia minora, interdum subcolorata. Flores pauci, in racemos terminales subcapitatos approximati. Bracteae subulatae adpressae. Calyces subsessiles, labio inferiore vix productiore. Corolla purpurea calycem breviter superans, extus vix pubescens. — Habitat in Novae Hollandiae montibus Coeruleis, in rupibus ad junctionem fluviorum Nepean et Warragumba.

24. PR. RUGOSA A. Cunningh. mss. ex Bth. l. c. 456. † — Foll. ovato-rotundatis crenatis bullato-rugosis, utrinq. ramisq. villoso-hispidis; florib. paucis axillarib.; calycis hispidi labio superiore subtridentato, inferiore emarginato; antherarum calcarib. loculo brevioribus. ♃ — Habitus et folia fere *Pr. violaceae*, sed inflorescentia et calyce distinctissima. Corollae magnitudine corollarum *Pr. violaceae*, extus glabriusculae. Calycis labium superius breve latum, dentibus (v. crenis) brevibus latis obtusis, labium inferius longius angustius. — Habitat in Nova Hollandia, in montosis praeruptis ad fluvium Hunter.

25. PR. RHOMBEA R. Br. Prodr. fl. Nov. Holl. 509. — Bth. l. c. — Foll. rhombeo-orbiculatis integerrimis, adultis supra nitidis, subtus glandulosis; ramulis calycibq. pubescentib.; florib. axillarib.; antherarum calcarib. loculo brevioribus. ♁ — Rami divaricati vix tetragoni parce pilosi. Folia subsessilia, supra bullato-convexa, subtus uninervia, 2–4 lin. longa, floralia conformia. Flores axillares oppositi. Calyces breviter pedunculati hispidi, labiis integerrimis abbreviatis, superiore latiore. Corolla vix calycem excedens. — Habitat in Nova Hollandia ad portum Jackson.

† *Species e genere excludendae.*

PR. EMPETRIFOLIA Sieb. = CHILODIA SCUTELLARIOIDES.

PR. LINEARIS Sieb. = WESTRINGIA LONGIFOLIA.

3631. HEMIANDRA *R. Br.*

(R. Br. Prodr. fl. Nov. Holl. 502. — Meisn. Gener. plant. vascular. I. 286. II. 194. — Bth. Labiat. gener. et spec. 456.)

1. H. PUNGENS R. Br. l. c. — Bth. l. c. † — Suffrutex decumbens rigidus, dense foliosus, rami duri glabri v. basi pubescentes. Folia sessilia opposita lanceolata acutissima pungentia integerrima glabra rigida, subtus 1–3-nervia, floralia conformia calyces superantia. Flores in axillis solitarii. Pedunculi calyce breviores, apice bracteas 2 lanceolatas calycem subaequantes ferentes. Calyces glabri, labiis subaequalibus, superiore mucronato-pungente, inferioris lobis acutis. Corolla calyce duplo longior, extus glabra alba purpureo-tincta v. punctata. Odor plantae siccae nullus, nec ut in *Prostantheris* aromaticus. — Habitat in Novae Hollandiae ora meridionali et in collibus prope Swan river.

2. H. EMARGINATA Lindl. Bot. Reg. (New Ser.) XIV. Pl. misc. p. 72. no. 156. — Caule erecto; ramis patulis patentim pubescentib.; foll. lineari-oblongis complicatis pungentib. trinerviis, secus nervos marginemq. pilosis; calycib. subsessilib. villosis, laciniis subaequalib. pungentib.; corollae laciniis superiorib. rotundatis emarginatis. ♃ — Corolla albida carneo-punctulata. A *H. brevifolia* differt segmentis calycinis aequalibus et a *H. hirsuta* foliorum forma laciniisque calycinis pungentibus. — Crescit in Nova Hollandia.

3. H. RUPESTRIS Hügel mss. ex Bth. Enum. plant. Hügel. 285. — Archiv der K. K. Oesterr. Gartenbgesllschft. I. 2. † t. 4. — Caule erecto patentim piloso; foll. late lanceolatis complicatis incurvis, subtus sub-5-nerviis laxe pilosis; calycib. subsessilib., basi pilosis, laciniis longe acuminatis subaequilongis pungentibus. ♃ — Crescit in Nova Hollandia.

4. H. BREVIFOLIA Bth. l. c. 286. — Caule prostrato pubescente; foll. lanceolatis v. linearib. complicatis, subtus 3–5-nerviis pubescentib.; calycib. hispidis, laciniis breviter acuminatis pungentib., superiore dimidio longiore. ♃ — In Nova Hollandia.

5. H. HIRSUTA Bth. l. c. 289. — Caule prostrato (?) hirsuto; foll. oblongo-linearib., basi longe angustatis planis v. vix complicatis, subtus 3-nerviis hispidis; calycib. hispidis, fructiferis amplis, labiis latis brevib. aequilongis acutis submuticis; corolla pubescente. ♃ — Crescit in Nova Hollandia.

6. H. LINEARIS Bth. l. c. 288. — Glaberrima: caule prostrato; foll. linearib., basi longe angustatis complicatis, subtus 1–3-nerviis; calycis ampli laciniis latis longe acuminatis subaequilongis pungentib., pedicellis calyce parum brevioribus. ♃ — Crescit in Nova Hollandia.

7. H. GLABRA Bth. l. c. 287. — Tota glaberrima: caule prostrato; foll. lanceolatis v. linearib. complicatis, subtus 3–5–nervlis; calycis laciniis breviter acuminatis pungentib., superiore dimidio longiore; pedicellis calyce vix brevioribus. ♃ — Crescit in Nova Hollandia.

3632. HEMIGENIA *R. Br.*

(R. Br. Prodr. flor. Nov. Holland. 502. — Meisn. Gener. plant. vascul. I. 266. II. 194. — Bth. Labiat. gener. et spec. 457.)

1. H. PURPUREA R. Br. l. c. — Bth. l. c. † — Foll. ternis; corollis calyce brevioribus. ♁ — Fruticulus gracilis, rami virgati foliosi glabri. Folia sessilia semipollicaria et longiora linearia acuta subteretia glabra, floralia conformia. Flores pauci axillares pedunculati, folio breviores. Bracteae lineares, calyce breviores. Calyx glaber, laciniis angustis acutis. Corolla coeruleo–purpurea, extus glabriuscula, labio inferiore supra villosulo. — In Nova Hollandia ad portum Jackson.
2. H. SIEBERI Bth. l. c. — Foll. quaternis; corollis calyces superantibus. ♁ — Frutex rigidior et major quam *H. purpurea*. Folia crassiora latiora obtusiora, saepius mucronulata. Calyces majores, etsi corolla breviores, laciniis lanceolatis. Corollae labium inferius dense villosum. — *H. purpurea* Sieb. Flor. Nov. Holl. exs. no. 191. — Habitat in Nova Hollandia ad portum Jackson.
3. H. SERICEA Bth. in Hügel, Enum. plant. nov. 290. — Foll. oppositis v. paribus approximatis subquaternis, juniorib. ramisq. sericeo–villosis; florib. sessilib.; corollis calyces superantibus. ♃ — Crescit in Nova Hollandia.
4. H.? LONGIFOLIA Bth. l. c. 291. — Glabriuscula: foll. oppositis elongato–linearib., margine revolutis, subtus albidis; pedicellis calyce longioribus, medio bibracteolatis. ♃? — Crescit in Nova Hollandia.

3632/1. ATELANDRA *Lindl.*

(Lindl. Swan riv. bot. p. XI. — Meisn. Gener. plant. vascul. II. 306. — Endl. Gener. plant. Suppl. I p. 1400.)

1. A. INCANA Lindl. l. c. no. 189 t. 5. fig. a. — Foll. oblongis incanis sericeis; floribus axillarib. solitariis. ♃? — In Nova Hollandia ad „the Swan river Colony".
2. A. POLYSTACHYA Lindl. l. c. no. 190. — Foll. oblongo–lanceolatis tomentosis, subtus venosis; spicis axillarib. imbricatis; filamentis basi villosis. ♃? — Crescit in Nova Hollandia prope „the Swan river Colony".

3633. WESTRINGIA *R. Br.*

(R. Br. Prodr. flor. Nov. Holland. 501. — Meisn. Gener. plant. vascul. I. 266. II. 194. — Bth. Labiat. gener. et spec. 457.)

1. W. ROSMARINIFORMIS Sm. Tracts. 277. t. 3. — Andrws. Bot. Repos. t. 214. — Bth. l. c. 458. ¡ — Foll. quaternis lanceolatis, margine revolutis, supra glabriusculis, subtus argenteis, floralib. calyce subduplo longioribus; calycis argentei dentib. tubo dimidio brevioribus. ♄ — Frutex 1–2–pedalis et ultra, rami divaricati tetragoni, juniores pilis adpressis argentei. Folia fere pollicaria sessilia perennantia rigida patentia acutiuscula integerrima, basi parum angustata, juniora supra pilis adpressis cinerascentia, demum glabrata nitida, subtus uti calyces pilis adpressis cinereo–argentea, nervo medio prominente, caeterum avenia. Flores in axillis solitarii, uti folia quaternatim verticillati, verticillastri pauci ad apices ramorum approximati. Bracteae lineari–subulatae, calyce breviores. Calyces subsessiles, dentibus acutiusculis, margine revolutis, maturatione subinflati. Corollae extus adpresse villosae, intus pilis raris barbatae. Limbi labii superioris lobi latiusculi truncati, inferioris angustiores subaequales. Stamina fertilia exserta, at laciniis corollinis breviora. Filamenta pilis paucis villosa. — Cunila *fruticosa* Willd. Spec. plant. I 132. — Habitat in Nova Hollandia, frequens in collibus arenosis maritimis ad portum Jackson, Botany Bay et versus meridiem.
2. W. DAMPIERI R. Br. Prodr. fl. Nov. Holl. 501. — Bth. l. c. — Hook. Bot. Magaz. t. 3308. — Foll. quaternis linearib., margine revolutis, supra glabriusculis, subtus

cinereis, floralib. calyce duplo longioribus; calycis argentei dentib. tubo dimidio brevioribus. ♁ — Vix a *W. rosmariniformi* distinguitur foliis crebrioribus parum angustioribus longioribusque, subtus minus argenteis. An ejus mera varietas? — Habitat in Nova Hollandia ad portum Jackson, in collibus arenosis ad oras King George's Sound.

3. W. BREVIFOLIA Bth. l. c. 450. — Foll. quaternis elliptico-lanceolatis, margine revolutis, supra nitidis, subtus argenteis, floralib. calyce subbrevioribus; calycis argentei dentib. tubo dimidio brevioribus. ♁ — Affinis *W. rosmariniformi*, at diversa foliis multo minoribus, glabrioribus et floribus minoribus. — Habitat in terra Van Diemensi.

4. W. RIGIDA R. Br. l. c. — Bth. l. c. — Foll. ternis linearibus-lanceolatis, margine revolutis, adultis supra glabris, subtus calycibq. cinereis, dentib. tubo dimidio brevioribus. ♃ — *W. Dampieri* valde affinis, differt foliis ternis nec quaternis brevioribus, saepius breviter mucronatis subpungentibus et florum verticillastris plerumque minus approximatis. Dentes calycini breves subdivaricati. Folia floralia calycibus longiora. Folia interdum mutica. — Habitat in Novae Hollandiae ora meridionali, frequens in rupibus aridis maritimis insulae Rottnest ad ostium fluminis Cygnorum orae meridionalis.

5. W. CINEREA R. Br. l. c. — Bth. l. c. † — Hook. Bot. Magaz. t. 3307. — Foll. ternis linearibus-lanceolatis divaricatis mucronatis pungentib., margine revolutis, utrinq. calycibq. cinereis, dentib. calycinis brevissimis. ♁ — Fruticulus ramosissimus humilis divaricatus. Folia forma foliorum *W. Dampieri*, sed supra, praesertim juniora, tomento tenui cinerea, subtus candidiora tomentosa, floralia conformia, calycibus subduplo longiora. Flores sessiles cum foliis ternatim verticillati, verticillastri distantes. Bracteae minutae adpressae. Corollae labium superius villosum pallide purpurascens, inferius albidum, utrumque purpureo-punctatum. — Habitat in Nova Hollandia ad oram meridionalem, ad King George's Sound in ora austro-occidentali et in insulae Dick Hartog ora occidentali.

6. W. ANGUSTIFOLIA R. Br. l. c. — Bth. l. c. — Foll. ternis linearib. patentib., margine revolutis, adultis supra scabriusculis, subtus calycibq. cinereis, dentib tubo dimidio brevioribus. ♁ — Habitat in terra Van Diemensi.

7. W. EREMICOLA A. Cunningh. mss. ex Bth. l. c. — Foll. ternis linearib., margine revolutis, subtus cinereis; calycib. sericeo-pubescentib., dentib. tubo sublongioribus. ♁ — Rami divaricati foliosissimi. Folia angustiora quam in caeteris speciebus, vix semipollicaria, margine valde revoluta, floralia calycibus longiora. Flores ad apices ramorum approximati. Dentes calycini lanceolato-subulati. Corollae minores quam in sequente. Laciniae labii superioris vix inferioribus latiores, labii inferioris lacinia media bifida. — *W. longifolia* Lindl. Bot. Regist. t. 1481. — Habitat in Nova Hollandia interiore, in desertis prope flumen Lachlan et in rupibus prope Bathurst, ad flumen Macquarie et in vallibus Lushington et Glen Finlass.

8. W. LONGIFOLIA R. Br. l. c. 501. — Bth. l. c. 460. † — Foll. ternis linearib., margine recurvis, utrinq. calycibq. viridib.; dentib. calycinis longitudine tubi. ♁ — Rami elongati hexagoni ramosi foliosi, angulis asperis. Folia internodiis longiora, plerumque pollicaria, breviter setaceo-acuminata, margine parum revoluta, supra scabrella, juniora subtus pilosulâ, floralia conformia calyces longe superantia. Verticillastri 2-3 in apicibus ramorum. Calyx breviter pedicellatus, dentibus lanceolatis acutissimis. Bracteae pilosae, calyce dimidio breviores. — *Prostanthera linearis* Sieb. Plant. Nov. Holl. exs. (non R. Br.) — Habitat in Nova Hollandia ad portum Jackson etc., ibidem ad ripas rivulorum.

9. W. GLABRA R. Br. l. c. — Bth. l. c. — Foll. ternis lineari-lanceolatis planis, utrinq. calycibq. glabris. ♁ — Affinis praecedenti, at foliis latioribus planis jam primo intuitu distincta. Folia fere pollicaria, apice rotundata mucronata, basi in petiolum brevem angustata, utrinque uti tota planta glaberrima uninervia, floralia

conformis. Verticillastri florum pauci distantes. Flores subsessiles folio multo breviores. Dentes calycini tubo parum breviores. Corolla.....? — Habitat in Nova Hollandia tropica.

10. W. RUBIAEFOLIA R. Br. l. c. — Bth. l. c. † — Foll. quaternis ellipticis planiusculis glaberrimis nitidis; calycib. glabriusculis, dentib. tubo sublongioribus. ♁ — A *W. rosmariniformi* differt glabritie, dentibus calycinis acutioribus et foliis brevioribus latioribus, margine vix revolutis. Rami juniores pilis adpressis pubescentes. Verticillastri 6–8-flori, secus ramos dispositi, axillis superioribus sterilibus. E cl. Brown folia elliptico-lanceolata, tamen potius ovata quam lanceolata sunt, an eadem species? — Habitat in terra Van Diemensi.

3034. MICROCORYS *R. Br.*

(R. Br. Prodr. fl. Nov. Holl. 503. — Meisn. Gener. plant. vascular I. 266. II. 194. — Bth. Labiat. gener. et spec. 460.)

1. M. VIRGATA R. Br. l. c.? — Bth. l. c. 461. † — Foll. oblongo-linearib. obtusis calycibq. glabris; bracteis caducis; corollis extus hirsutis. ♁ — Rami elongati virgati, parum ramosi glabri, juniores triangulati, demum subteretes. Folia internodia subaequantia, circiter 3 lin. longa, saepe ad unum latus falcata integerrima, basi angustata crassiuscula avenia v. subtus uninervia, margine subrevoluta, floralia conformia, flores breviter superantia. Flores in axillis foliorum floralium solitarii et cum iis ternatim verticillati, secus ramos dispositi, folia suprema saepe sterilia. Bracteae minutae deciduae. Pedicelli brevissimi. Calyces floriferi lineam, fructiferi sesquilineam longi, obscure 10–13-nervii, dentibus ovatis obtusiusculis, infimo parum longiore. Corollae labium superius dentibus calycinis subbrevius, lobis brevissimis latis acutiusculis, extus hirsutis, inferioris lobi oblongi obtusi patentes subaequales, labio superiore triplo longiores, fere glabri. Stamina subinclusa. Stylus staminibus brevior glaber, lobis brevissimis. Achaenia ovoidea, apice villosa. — Habitat in Novae Hollandiae ora meridionali, in uliginosis ad King George's Sound.

2. M. BARBATA R. Br. l. c. — Bth. l. c. — Foll. linearib. obtusis glabris; calycib. corollisq. extus hirsutis; bracteis caducis. ♁ — Habitus omnino *M. virgatae*, a qua differt calycibus dense villosis. Rami glaberrimi. Folia etiam glaberrima longiora quam in *M. virgata*, basi angustata. — Habitat in Novae Hollandiae ora meridionali, ad King George's Sound.

3. M. PURPUREA R. Br. l. c. — Bth. l. c. — Foll. ovali-oblongis, margine recurvis, utrinq. pube rara brevissima conspersis, subtus punctatis; ramulis sericeis; calycib. cinerascentib.; bracteis setaceis persistentibus. ♁ — Habitat in Novae Hollandiae ora meridionali.

3034/1. PEROVSKIA *Karelin.*

(Karelin, Bullet. de l'acad. des natur. d. Mosq. 1841. p. 15. t. 1. — Endl. Gen. plant. Supplem. III. p. 77.)

1. *P. ABROTANOIDES Karelin l. c. — ♃ — Crescit in Turcomannia media, in montibus Balkanensibus.

Tribus VIII. *NEPETEAE* Bth. Labiat. gener. et spec. 462. — Endl. Gener. plant. p. 622. — Meisn. Gener. plant. vascular. I. 286.

Calyx aequalis v. obliquus subbilabiatusve, dentibus superioribus majoribus. Corolla inclusa v. exserta, fauce plerumque inflata, labio superiore subfornicato, inferiore patente. Stamina 4 didynama, superioribus longioribus, adscendentia v. divergentia.

3635. LOPHANTHUS *Bth.*

(Bth. in Lindl. Bot. Regist. adnot. ad tab. 1282. et Labiat. gener. et spec. 462. et 733. — Meisn. Gener. plant. vascul. I. 286. II. 194.)

Sectio I. CHIASTANDRA Bth. l. l. c. c.

Verticillastri in spicam terminalem aggregati. Stamina superiora declinata, inferiora adscendentia. Folia integra.

1. L. URTICAEFOLIUS Bth. l. l. c. c. † — Glaber: foll. cordato-ovatis crenatis, utrinq. viridib.; spicis densis oblongis; lacinilis calycinis lineari-subulatis; genitalib. longe exsertis. ♃ — Caulis elatus saepe 3–4-pedalis crassus ramosus tetragonus. Folia petiolata, basi lata, apice obtusa v. superiora acutiuscula, floralia sessilia ovata acuta, sub spica caulinis subconformia, in spica flores aequantia integerrima, at omnia viridia v. vix membranaceo-colorata. Bracteae paucae lanceolato-lineares, calyce subbreviores membranaceae coloratae. Verticillastri multiflori densi, in spica crassa 2–4-pollicari imbricati. Calyces semipollicares incurvi glabri membranacei, apice colorati, ore obliquo, dentibus superioribus longioribus. Corolla purpurascens, breviter exserta. — Habitat in America boreali-occidentali ad flumina Lewis et Clark frequens.

2. L. RUGOSUS Fisch. et Mey. Indx. semin. hort. Petropolit. 1835. p. 30. — Bth. Labiat. gener. et spec. 733. † — Subglaber: foll. rugosis cordato-ovatis caudato-acuminatis serrato-dentatis, utrinq. concolorib.; spicis densis oblongis; lobis calycinis lanceolatis acutiusculis; staminib. corolla styloq. multo longioribus. ♃ — Statura *L. urticaefolii*, sed foliis caudato-acuminatis et lobis calycinis brevibus acutiusculis nec longissime acuminatis ab illa optime distincta, a *L. scrophulariaefolio* foliorum forma, floribus majoribus et stylo corolla vix longiore, staminibus breviore differt. Caulis 2–4-pedalis strictus. Folia *Urticae dioicae*. Flores coerulei. Herba odore et sapore *Menthae piperitae* similis. — In hortis Chinensium colitur.

3. L. ANISATUS Bth. in Lindl. Bot. Regist. t. 1282. et Labiat. gener. et spec. 463. † — Glaber: foll. ovatis v. ovato-lanceolatis acutis crenatis, supra viridib., subtus albis; spicis cylindricis, basi interruptis; laciniis calycinis lanceolatis acutis; genitalib. exsertis. ♃ — Caulis bi-tripedalis tetragonus ramosus erectus glaber. Folia 1½–2-pollicaria, supra glabra, subtus (tomento oculo nudo inconspicuo) alba, floralia minora, inferiora conformia, superiora calycibus breviora subintegerrima. Spica plerumque 3-pollicaris, interdum semipedalis densa, verticillastris paucis densissimis subdistinctis. Bracteae paucae parvae lineari-lanceolatae. Flores dimidio minores quam in *L. urticaefolio*. Calyx vix 3-linearis, apice coloratus, ore vix obliquo. Corolla incurva. Stamina *L. urticaefolii*. — *Hyssopus anisatus* Nutt. Gen. pl. N. Amer. II. 27. — *Hyssopus discolor* Desf. Cat. hort. Par. (ed. 3.) 97. — *Stachys Foeniculum* Pursh, Fl. Amer. sept. II. 407. — *Hyssopus Foeniculum* Spr. Cent. pl. min. cogn. 24. — Habitat in America boreali, in dumetis ad flumina Missouri, Saskatchawan, Columbia et Red River.

4. L. SCROPHULARIAEFOLIUS Bth. l. l. c. c. — Caule pubescente; foll. ovatis acutis serrato-crenatis, utrinq. viridib., supra glabris, subtus pubescentib.; spicis cylindricis, basi interruptis; dentib. calycinis lanceolatis acutis. ♃ — Habitus *L.*

anisati, a quo differt foliis latioribus subtus pubescentibus nec albis et floribus parum majoribus. A *L. nepetoide* differt foliis subtus pubescentibus, floribus majoribus et praesertim calycibus apice coloratis acute dentatis. — *Hyssopus scrophulariaefolius* Willd. Spec. plant. III. 48. — *Hyssopus catariaefolius* Hort. Par. — Habitat in America septentrionali, in umbrosis humidis a Pennsylvania ad Virginiam rarior, ad West Chester.

5. L. **NEPETOIDES** Bth. l. l. & c. — Glaber: foll. ovatis acutiusculis serrato-crenatis, utrinq. viridib. glabris v. subtus vix pubescentib.; spicis cylindricis, basi interruptis; dentib. calycinis ovatis obtusiusculis. — Caulis 2–3-pedalis erectus ramosus glaber tetragonus. Folia 1½–2-pollicaria, basi rotundata v. subcordata, subtus oculo nudo glabra, sub lente pubescentia. Racemus 3–6-pollicaris densus viridis, verticillastri multiflori, inferioribus distinctis, superioribus subconfluentibus. Bracteae paucae ovatae virides. Calyces tubuloso-campanulati virides, extus intusque glabri, dentibus brevibus obtusis v. vix acutis, superioribus parum majoribus. Corolla vix dentes calycinos excedens, staminibus breviter exsertis. Stylus saepius corolla brevior, interdum vero exsertus. Achaenia apice villosa. — *Hyssopus nepetoides* Linn. Spec. pl. 796. — Jcq. Hort. Vind. I. 28. t. 60. — Habitat in America boreali, in umbrosis a Pennsylvania ad Virginiam, ad Mississippi prope Saint Louis, prope West Chester.

Sectio II. RESUPINARIA Bth. Labiat. gener. et spec. 464.

Cymae axillares pedunculatae laxae pauciflorae. Flores subresupinati. Stamina inferiora subrecta, superiora adscendentia.

6. L. **CHINENSIS** Bth. in Lindl. Bot. Regist. adnot. ad tab. 1282. et Labiat. gen. et spec. 464. † — Foll. ovatis oblongisve crenatis, floralib. subconformib.; cymis axillarib. pedunculatis laxis pauciforis; florib. subresupinatis. ♃ — Planta subviscosa. Caules 1–1½-pedales erecti ramosi, rami tetragoni glabri v. tenuiter pubescentes. Folia breviter petiolata pollicaria obtusa, basi rotundata truncata v. vix cordata, utrinque viridia glabra v. vix pubescentia, floralia plerumque cymas aequantia v. suprema minora. Pedunculi subsecundi, apice cymam unilateralem 3–5-floram ferentes. Bracteae breves subulatae. Flores torsione pedicelli et calycis partis inferioris plerumque resupinati. Corolla coerulea. — *Hyssopus Lophanthus* Linn. Spec. pl. 796. — Jacq Hort. Vind. II. 85. t. 182. — *Hyssopus resupinatus* Moench. — *Nepeta lophanthа* Fisch. — Habitat in Sibiria circa Peshkova prope Nertscha, in deserto Kirghisorum et in China septentrionali.

3630. NEPETA *Bth.*

(Bth. Labiat. gen. et spec. 461. et 734. — Meisn. Gener. plant. vascul. I. 280. II. 194.

Sectio I. SCHIZONEPETA Bth. l. c. 468.

Verticillastri conferti, supremi in spicam terminalem subinterruptam approximati, cymis omnibus sessilibus. Bracteae variae. Calyx tubulosus rectus v. saepius incurvus, ore aequali v. obliquo. Stamina subexserta, laxe adscendentia. Folia dissecta v. lobata.

1. N. **BOTRYOIDES** Ait. Hort. Kew. II. 287. – Bth. l. c. — Adscendens humilis ramosissima pubescens: foll. petiolatis profunde subbipinnatifidis, segmentis oblongo-lanceolatis v. linearib. obtusis integerrimis v. subpinnatifidis, floralib. lineari-subulatis; spicis cylindricis, basi vix interruptis; racemis simplicib. spiciformib.; bracteis dentibq. calycinis acutis. ☉ — Herba vix semipedalis. Folia saepius bipinnatifida, superiora simpliciter pinnatifida, floralia minuta. Spica densa 2–3-pollicaris. Bracteae minutae. Calyx membranaceus pubescens, ore obliquo. Corolla flavescens villosa. Stamina corolla subbrevora. — *N. multifida* Linn. Suppl. 273. — *N. annua* Pall. in Act. Petrop. 1779. II. 263. t. 12. — *N. bipinnata* Cav. Ic. rar. I. 36. t. 49. — Habitat in Sibiria orientali, in regione Altaica ad fluvios Kutunja et Tschuja et in deserto Soongoro-Kirghisico.

2. N. **TENUIFOLIA** Bth. l. c. — Caule procumbente glabro v. tenuissime pubescente; foll. petiolatis pinnatisectis, segmentis oblongo-linearib. acutis subserratis, basi angustatis, utrinq. glabriusculis, superiorib. floralibq. integris; spica gracili,

basi subinterrupta; corollis minutis calyces breviter superantibus. 2l — A *N. lavandulacea* differt foliis spicisque gracilibus et floribus minutis. — Habitat in China inter Pekin et Jehol.

3. N. LAVANDULACEA Linn. fil. Suppl. 272. — Bth. l. c. † — Adscendens pubescens: foll. petiolatis, basi profunde pinnatifidis, segmentis oblongis ovatisve obtusis, floralib. ovatis acuminatis; spicis cylindricis, basi interruptis; dentib. calycinis brevissimis ovatis; corollis calyce subduplo longioribus. 2l — Caules subsimplices 1–1½-pedales, pilis paucis longiusculis, praesertim basi pubescentes. Folia nunc omnia in segmenta 5–7 dissecta, nunc inciso-pinnatifida v. subintegra. Segmenta forma variabilia, terminale majus incisum, caeterum integerrima, utrinque viridia glabra v. ad venas subtus pilosa. Folia floralia sessilia, latissime ovata integerrima, calyces subaequantia. Calyx subcampanulatus, 1½–2 lin. longus, apice villosus coerulescens, ore vix obliquo, dentibus subaequalibus. Corolla coerulea incurva, limbi laciniae 4 superiores subaequales, infimus duplo major integerrimus v. vix emarginatus. Stamina omnia basi adscendentia, antheris exsertis distantibus, loculis divergentibus. — *N. multifida* Linn. Spec. pl. 799. — Rchb. Plant. critic. VI. 22. t. 530. — *Lophanthus multifidus* Bth. in Bot. Regist. adnot. ad t. 1282. — *N. lobata* Rudolph ex Steud. Nom. bot. 552. — *Saussurea pinnatifida* Moench, Meth. pl. 388. — *Lavandula foliis ovatis etc.* Gmel. Fl. Sib. III. 242. t. 55. — Habitat in Sibiria orientali, in regionis Altaicae occidentalis locis montosis apricis frequens et in Dahuria.

Sectio II. PYCNONEPETA Bth. l. c. 469.

Verticillastri conferti, supremi v. omnes in spicam terminalem aggregati, cymis omnibus sessilibus. Bracteae saltem exteriores imbricatae, calyces aequantes. Calyx tubulosus rectus v. incurvus, ore aequali v. obliquo.

4. N. LINEARIS Royle mss. ex Bth. in Hook. Bot. Misc. III. 377. — Bth. Labiat. gener. et spec. 469. — Caulib. adscendentib. glabriusculis; foll. sessilib. linearib. acutiusculis integerrimis, basi angustatis, utrinq. viridib. glabris; spica ovata pauciflora; bracteis lanceolato-subulatis; calycis elongati dentib. lanceolatis tubo brevioribus. 2l — Caules humiles basi procumbentes, plerumque glabri. Folia 1–2-pollicaria, floralia saepe subconformia, at multo breviora. Spicae breves subinterruptae. Calyces basi glabriusculi, dentibus villosis. Corollae tubus tenuis exsertus. — Habitat in Indiae orientalis montibus Himalayensibus, ad Sabathos et versus vallem Cashmerianum.

5. N. CONNATA Royle ex Bth. in Hook. Bot. Misc. III. 378. et Labiat. l. c. — Caule erecto villoso; foll. sessilib. lanceolatis acutis integerrimis, basi cordato-amplexicaulib. subconnatis, utrinq. viridib. glabris; spica oblonga densa v. basi subinterrupta; bracteis lanceolato-subulatis ciliatis, calycem aequantib.; dentib. calycinis subulatis tubo longioribus. 2l — Species pulcherrima. Caules subsimplices, pilis mollibus albis villosi, folia 2–3-pollicaria, subtus venosa, basi dilatata et saepius magis minusve connata. Spica 2–3-pollicaris crassa pubescens. Folia floralia ovato-lanceolata, longe subulato-acuminata. Bracteae plerumque subulatae, 7–8 lin. longae. Corollae incurvae, dentes calycinos breviter excedentes. — Habitat in valle Cashmeriano.

6. N. NERVOSA Royle ex Bth. l. l. c. c. — Glabra: caule humili erecto ramoso; foll. brevissime petiolatis lanceolatis acutis serratis, basi rotundatis, utrinq. viridib.; spica oblonga densa; bracteis exteriorib. ovatis acutissimis ciliatis, calyce longiorib.; dentib. calycinis longe subulatis tubo subaequalibus. 2l — Herba videtur semipedalis v. vix pedalis, basi ramosa foliosa, rami erecti uti folia glabri. Folia 1–2-pollicaria, subtus venis prominentibus. Spica *N. spicatae*, sed bracteae multo latiores membranaceae venosae, longe ciliatae. Calyces parvi, ore subaequali. Corolla incurva, calyce duplo longior. — Habitat in valle Cashmeriano.

7. N. ERIOSTACHYS Bth. Labiat. gener. et spec. 734. — Caule erecto subsimplici pubescente; foll. subsessilib. ovatis obtusis crenatis, basi rotundato-subcordatis, supra viridib. glabris, subtus incanis; spica oblonga densa; bracteis oblongo-

linearib. subulatisq. calyces aequantib.; dentib. calycinis subulatis tubo sublongiorib. bracteisq. villosissimis. 2. — Spica fere *N. connatae* et *N. nervosae*, at foliis distinctissima. Herba 1–1½-pedalis. Folia 1–1½-pollicaria, floralia late ovata, infima crenata, superiora bracteaeformia integerrima acuta. — Crescit in Cashemeriae vallibus Paspa et Pabêr in herbosis editioribus et ad sylvarum margines.

8. N. CAMPESTRIS Bth. l. c. 734. — Pubescens v. glabriuscula: caulib. ascendentib. subsimplicib.; foll. subsessilib. lanceolatis acutis serratis, basi rotundatis, utrinq. viridib.; spica elongata, basi subinterrupta; bracteis exteriorib. lanceolatis acutissimis ciliatis, calyces subaequantib.; dentib. calycinis subulatis tubo subaequalibus. 2. — Affinis foliorum forma *N. nervosae*, floribus *N. spicatae*. Rami e basi perenni plures 1–1½-pedales, uti folia nunc pubescentia brevi omnino obtecti, nunc fere glabri. Spicae et bracteae omnino *N. spicatae*. — Habitat frequens in Cashemeriae campestribus.

9. N. ELATA Royle ex Bth. in Hook. Bot. Misc. III. 378. et Labiat. gener. et spec. 469. † — Caule erecto glabro; foll. petiolatis oblongo-ovatis v. ovato-lanceolatis crenatis, basi late cordatis, utrinq. viridib. glabris; spicis oblongo-cylindricis subinterruptis, bracteis lanceolato-subulatis calyce subbrevioribus, calycis glabriusculi dentibus subulatis tubum aequantibus. — Herba 2–3-pedalis, ex omni parte glaberrima v. rarius dentibus calycinis breviter pubescentibus, petiolis foliisque floralibus subciliatis. Caulis acute tetragonus, parum ramosus. Folia 2–3-pollicaria, forma fere *N. macranthae*, inferiora obtusa, superiora acutiuscula. Spicae ad apices ramorum 1–1½-pollicares tenues. Verticillastri pauciflori subdistincti. Folia floralia ovato-lanceolata bracteaeformia, uti bracteae acutissima venosa. Corollae incurvae, calyce duplo longiores, tubo exserto. — Habitat in Indiae orientalis montibus Himalayensibus ad Simlah et in valle Cashmeriano.

10. N. SPICATA Bth. in Wall. Plant. Asiat. rarior. I. 64. et Labiat. 470. † — Erecta glabriuscula: foll. petiolatis ovatis obtusis crenatis, basi cordatis, utrinq. viridib.; racemo spiciformi abbreviato denso; bracteis oblongo- v. lanceolato-linearib. subulato-acuminatis, calycem aequantib.; dentib. calycinis longe subulatis tubo subaequalibus. 2. — Herba elata, parum ramosa. Caulis acute tetragonus, angulis pubescentibus, caeterum glaber. Folia 1–1½-pollicaria, inferiora longiuscule, superiora breviter petiolata remota, floralia leat ovata sessilia bracteaeformia acutissima serrulata. Spica sesquipollicaris densa. Calyces sessiles incurvi, ore subaequali. Corolla incurva, calyce duplo longior. Achaenia laevissima. — *Betonica laevigata* D. Don, Prodr. fl. Nep. 110. — Habitat in India orientali, in montibus Himalayensibus provinciae Kamaon et Bhuddrinath, in valle Cashmeriano ad Simlah.

11. N. RAPHANORHIZA Bth. Labiat. gener. et spec. 734. — Caule ascendente, basi pubescente subviscoso; foll. petiolatis ovatis obtusiusculis serrato-crenatis, basi truncatis hispidulis, utrinq. viridib.; spica brevi densa, basi subinterrupta; bracteis exteriorib. oblongis, utrinq. angustatis calyces subaequantib.; calycis dentib. subulatis hispidis inaequalib., tubo subglabro brevioribus. 2. — Radix crassa *N. tuberosae*. Folia fere *N. spicatae*, at minora. Rami superne elongati subnudi. Spica brevior et crassior quam in illa, verticillastro uno alterove longe distante. — Habitat in herbosis Cashemeriae.

12. N. DISCOLOR Royle mss. ex Bth. in Hook. Bot. Misc. III. 378. et Labiatar. gener. et spec. 470. — Caule adscendente, basi villoso; foll. petiolatis ovatis obtusis crenatis, basi subcordatis, supra viridib, subtus incanis; spica oblonga densa v. basi subinterrupta; bracteis oblongo-linearib. acutissimis calycem aequantib.; calycis glabriusculi dentib. subulatis tubum aequantibus. — Caulis basi procumbens, pilis brevibus patentibus villosus, superne adscendens subnudus et fere glaber. Folia fere *N. Mussini*, sed minora. Spica sesquipollicaris. Bracteae et dentes calycini breviter ciliata. — Habitat in Indiae orientalis montibus Himalayensibus ad Syen et Mussooree.

13. N. **MOLLIS** Bth. l. c. 734. — Caule adscendente villoso; foll. breviter petiolatis ovatis obtusis subcrenatis, utrinq. molliter villosis, subtus subcanescentib., superiorib. parvis remotis; spica tenui subinterrupta; bracteis oblongo-linearib. acutissimis calyces aequantib.; calycis tenuiter pubescentis dentib. tubo multo brevioribus. ♃ — Affinis *N. discolori*, sed characteribus datis differt. Verticillastri vix sexflori, fere omnes distincti, etsi approximati. Corolla pallide rosea, labio inferiore purpureo-punctato. — Habitat in valle Cashemeriano.

14. N. **ELLIPTICA** Royle mss. ex Bth. in Hook. Bot. Misc. III. 378. et Labiat. gen. et spec. 470. † — Caule erecto subvilloso; foll. sessilib. ovato-ellipticis obtusis anguste dentatis, basi cordatis, utrinq. viridib. glabris; spica basi interrupta; foll. floralib. bracteisq. ovato-lanceolatis acutissimis ciliatis, calyce sublongiorib.; dentib. calycinis subulatis tubo subaequalibus. ♃ — Species foliis eleganter et regulariter dentatis, primo intuitu distinctissima. Caulis 1-2-pedalis parum ramosus, pilis mollibus albis villosus v. demum glabratus. Folia circiter pollicaria, apice late rotundata, superiora minora acute acuminata, floralia infima subconformia, superiora bracteaeformia. Spica tenuis 1½-2-pollicaris. Calyx et corolla *N. spicatae*. Var. *β.* nonnisi corollis minoribus differt. — *N. polystachya* Bth. in Hook. Bot. Misc. III. 378.

β. parviflora. — Habitat in Indiae orientalis montibus Himalayensibus a Cashmeria ad montes Syen, *β.* ad Simlah.

15. N. **GRATA** Bth. l. c. 735. — Caule erecto ramoso tenuissime pubescente; foll. subsessilib. ovatis obtusis crenatis, basi rotundatis subcordatisve rugosis, utrinq. pubescentib. v. supra glabriusculis, subtus subcanescentib.; spica ovato-oblonga crassa, basi interrupta; calycis ore valde obliquo subbilabiato; corollis calyce vix duplo longioribus. ♃ — *N. supinae* simillima et vix differt superficie potius tomentosa v. glabriuscula quam villosa, caule erecto elatiore (ultra pedali) et corollis parum minoribus. Verticillastri pauci multiflori. Odor gratus *Salviae officinalis*. — Crescit in Cashmeriae lapidosis.

16. N. **SUPINA** Stev. Mém. soc. nat. cur. Mosq. III. 265. — Bth. l. c. 735. et 473. † — Humilis adscendens pubescens: foll. subsessilib. ovatis crenatis, basi rotundatis rugosis, utrinq. viridib. villosis; spica ovata secunda; bracteis oblongo-lanceolatis calyces subaequantib.; calycis ore valde obliquo subbilabiato; corollis calyce plus duplo longioribus. ♃ — Caulis basi ramosus foliosus, ramis semipedalibus, superne subnudis. Folia ½-1-pollicaria, superiora parva remota, floralia infima subconformia, suprema bracteaeformia. Verticillastri pauci, omnes in spica vix pollicari approximati v. uno distante. Calyx magnus viridis membranaceus striatus pubescens, dentibus superioribus multo majoribus, in labio superiore basi subconnatis. Corolla coerulea, fere pollicaris subglabra, fauce valde ampliata. — *N. fissa* Bth. l. c. 471. (nec C. A. Mey.) † — Crescit in Caucaso orientali, in lapidosis ad torrentem Chodjal et in alpibus Tufandhag.

17. N. **GRANATENSIS** Boiss. Elench. plant. nov. Hisp. no. 163. et Voy. bot. dans le midi de l'Esp. 500. no. 1334. † t. 144. — Tota glutinosissima: caulib. simplicib. quadrangularib. erectis; foll. subsessilib. late ovatis obtuse crenatis, basi cordatis puberulis viscosis; racemo spiciformi elongato, verticillastris distantib.; bracteis linearib. acutis calyces subaequantib.; calycis glutinosi dentib. lanceolatis acutis; corollae albae tubo calycem multo superante, labio inferiore rotundato, ad medium valde strangulato, faucem versus violaceo-punctato. ♃ — Caules 3-5-pedales, supra parce ramosi. Folia sessilia v. rarius breviter petiolata glutinosa, puberula. Inflorescentia pedalis v. longior, verticillastris poll. 1-2 distantibus, superioribus approximatis. Corolla alba hirtella viscida. — *N. multibracteata* Luk. et Hffmnnsgg. Flor. Portug. I. t. 5? (nec Dsf.) — Crescit in regione montana superiori in Sierra Nevada Hispaniae meridionalis.

18. N. **MULTIBRACTEATA** Dsf. Fl. Atlant. II. 11. t. 123. — Bth. Labiat. gener. et spec. 471. † — Erecta pubescens: foll. breviter petiolatis ovato-oblongis crenatis, basi cordatis, utrinq. viridib.; racemo spiciformi denso simplici, basi subinterrupto; bracteis linearl-subulatis coloratis calycem aequantib.; corollae tubo den-

tes calycinos aequante. ♃ — Caules elati subsimplices, obtuse tetragoni, tenuiter pubescentes. Folia inferiora 1–2-pollicaria obtusa, basi profunde cordata, utrinque adpresse villosa, superiora longe remota minora sessilia acuta, floralia integerrima, suprema bracteaeformia. Spica oblonga, basi plus pollice diametro, purpurascens, verticillastris dense multifloris, infimo distante. Bracteae numerosae acutissimae pubescentes. Calyx villosus elongatus, dentibus lanceolato-subulatis. Corolla *N. reticulatae*. — Habitat in Atlante prope Tlemsen.

19. N. VAILLANTII Bth. l. c. † — Erecta glabriuscula: foll. petiolatis late ovatis obtusis, basi cordatis, superiorib. subsessilib., utrinq. viridib.; racemo simplici interrupte spiciformi; verticillastris paucifloris; bracteis exteriorib. oblongis obtusiusculis adpressis striatis subcoloratis calycibq. pubescentib.; corollae tubo breviter exserto. ♃ — Caules pedales, acute tetragoni, ad angulos tenuiter pubescentes. Folia pollicaria, late nec profunde crenata, subtus ad venas primarias subpubescentia, caeterum uti pagina superior glabra, superiora sessilia, floralia late ovata integerrima, vix calyce longiora. Spica elongata, vix semipollicem diametro. Bracteae interiores lanceolatae. Dentes calycini lanceolato-lineares, superiores angustiores. Corolla glabra incurva, calyce subduplo longior. — In Oriente habitat.

20. N. APULEI Ucria mss. ex Gussone, Prodr. fl. Sicul. II. 80. — Bth. l. c. 735. et 472. † — Erecta subglabra: foll. sessilib. ovato-lanceolatis crenatis, basi cordatis, utrinq. viridib.; racemo spiciformi denso simplici; bracteis oblongo-lanceolatis subcoloratis calycem subaequantib.; dentib. calycinis lanceolatis, tubo longiorib.; corollae tubo longe exserto. ♃ — Caulis durus simplex v. rarius subramosus pedalis glaber v. tenuissime pubescens. Folia minora et breviora quam in *N. tuberosa*, minus rugosa et glabra v. lana parcissima in parte superiore caulis induta. Spica tenuis 2–3-pollicaris, rarius elongata. Verticillastri inferiores distincti, superiores subimbricati. Folia floralia ovata, basi rotundata, caeterum bracteis conformia. Bracteae imbricatae, calyces floriferos obtegentes, fructiferis breviores acutissimae coloratae striatae pubescentes. — *N. tuberosa* Desf. Fl. Atlant. II. 10. (non Linn.) (cf. no. 22.) — *N. rosea* Sizm. mss. ex Bth. l. c. 471. — Habitat in Africa boreali ad Tanger.

21. N. TUBEROSA Linn. Spec. plant. 798. — Rchb. Plant. critic. V. 23. t. 439. — Bth. l. c. 472. et 735. † — Caule erecto simplici sublanato; foll. infimis petiolatis, superiorib. sessilib. ovato-lanceolatis crenatis, basi dilatatis cordatis, utrinq. viridib. v. subtus sublanatis rugosis; racemo spiciformi denso simplici elongato; bracteis late ovatis reticulatis coloratis, calyces aequantib.; corollae tubo dentes calycinos aequante. ♃ — Radix fasciculato-tuberosa. Caulis crassus 1–2-pedalis, lana laxa subviscosa magis minusve hirsutus. Folia crebra suberecta, inferiora pauca petiolata, reliqua sessilia 2–3-pollicaria, superiora breviora et latiora, suprema subcolorata et gradatim in floralia bracteaeformia abeuntia, caulina omnia rugosa pubescentia, subtus saepe lana laxa canescentia. Spica nunc vix bipollicaris, saepe fere pedalis. Verticillastri saepius omnes distincti, at valde approximati, dense multiflori, 3–4 pollices diametro. Bracteae numerosae late ovatae acutae integerrimae, basi cordatae membranaceae reticulato-venosae pubescentes, plerumque coloratae et calyces excedentes, interdum virescentes calyce subbreviores. Corolla coerulea. — *N. lanata* Jacq. Obs. bot. III. 21. t. 75. — *N. reticulata* Desf. Fl. Atlant. II. 11. t. 124. — Rchb. Plant. critic. V. 23 t. 440. — *N. violacea* Brot. — *N. scabra* Tausch. in Bot. Zeit. 1831. I. 218? — *M. foliosa* Moris, Stirp. Sard. elench. ex Linnaea V. Literaturb. 95. — Bth. Labiat. gener. et spec. 448. — Habitat in Hispania australi, Lusitania, in Atlante prope Tlemsen et in Sicilia.

22. N. ACEROSA B. Webb, Iter Hispaniense 20. † — Caule glabrescente erecto ramoso stricto quadrisulcato; foll. ovatis cordatis irregulariter crenatis; racemo ramoso elongato caudato; bracteis plurimis lanceolatis aut linearib. nervosis moliter ciliatis in mucronem attenuatis, calyces subaequantib.; calycib. costato-nervosis, dentib. elongatis ciliatis acutissimis; corollae tubo calycem excedente. ♃

— *N. tuberosa* Desf. Flor. Atlant. II. 10. (excl. synon.) Cf. no. 20. — Crescit in Hispania meridionali et in agris Algeriensi et Tunetano.

23. N. DENSIFLORA Karel. et Kiril. Bullet. de Mosc. 1842. IV. 725. — Puberula: caule erecto; foll. ovato-lanceolatis in petiolum attenuatis obtusiusculis, inaequaliter crenatis; verticillastris in spicam densam rarius interruptam ad apicem caulis congestis; bracteis lineari-oblongis calycibq. illis aequalib. molliter pilosis, ore obliquo; corollae velutinae labio inferiore obsolete crenulato. ♃ — In alpibus Narymensibus in Soongaria crescit.

24. N. SCORDOTIS Linn. Spec. plant. 798. — Viviani, Fl. Lybic. specim. t. 6. fig. 2. — Bth. l. c. 473. † et 735. — Adscendens tomentoso-lanata: foll. petiolatis ovato-rotundatis obtusis, basi cordatis, utrinq. villoso-lanatis rugosis; racemo simplici subspiciformi; verticillastris distinctis dense multifloris; bracteis ovatis acutis adpressis calycibq. villoso-lanatis. ♃ — Herba pedalis, in exemplaribus sylvestribus ex omni parte lana densa subcanescente villosissima, in cultis basi subglabrata, superne villosissima. Folia vix pollicaria crassiuscula, floralia sessilia, verticillastro vix longiora, caetera caulinis subconformia. Verticillastri in racemo 3–6-pollicari parum distantes, demum fere pollicem diametro. Calyces ovati, fructiferi inflati, dentibus subaequalibus lanceolato-subulatis. Corolla glabra, tubo tenui incurvo breviter exserto, fauce dilatata. Achaenia ovato-triquetra laevia.

N. tomentosa Sieb. Pl. exs.

β. viridis: basi subglabrata, superne villosissima: follis utrinque viridibus. — *N. hirsuta* Linn. Spec. plant. 798. non aliorum. — *N. Scordotis* Linn. l. c. — *N. procumbens* Mill. Dict. no. 10. — Habitat in Creta, *β.* in Sicilia, at dubia civis, verosimiliter plantae Cretensis varietas hortensis.

25. N. CIRCINNATA Willd. Enum. plant. hort. Berol. 602. — Bth. l. c. 473. — Spica terminali ovata; foll. ovatis cordatis crenatis petiolatis. ♃ — Caules simplices erecti tripollicares. Folia petiolata tripollicaria ovata, profunde cordata crenata. Spica ovata solitaria terminalis. Bracteae ovatae acutae. — In Cappadocia.

26. N. GLUTINOSA Bth. l. c. 735. — Caule erecto ramoso glutinoso-pubescente; foll. sessilib. ovatis lanceolatisve inciso-dentatis, utrinq. viridib. viscosis tenuissime pubescentib.; racemo simplici; verticillastris distantib. v. supremis subspicatis; bracteis linearib. acutissimis, exteriorib. calyce parum breviorib.; calycib. elongatis striatis, dentib. brevib. acutis; corollae tubo longe exserto. ♃ — Caulis 1–1½-pedalis strictus. Folia supra subbullata ½–¾-pollicaria, nervis subtus valde prominentibus. Inflorescentia fere *N. Italicae* v. *N. distantis*, sed cymae etiam infimae plerumque sessiles. Calyces viscoso-pubescentes. Corolla violacea. — Habitat in Indiae orientalis jugo Himalayensi inter Poyé et Rici.

Sectio III. STEGIONEPETA Bth. l. c. 474.

Cymae in verticillastris multifloris condensatae, inferiores saepe pedunculatae, superiores subspicatae. Racemi simplices v. rarius ramosi. Bracteae calycem subaequantes v. superantes. Calyx nunc elongatus incurvus, ore obliquo, dentibus lanceolatis subulatisve, superioribus majoribus, nunc fere rectus, dentibus subaequalibus. Corolla tubo vix v. breviter exserto, fauce inflata.

27. N. SIBTHORPII Bth. l. c. † — Adscendens v. erecta, basi ramosa tomentosa v. lanata: foll. petiolatis ovatis obtusis crenatis cordatis rugosis molliter cano-tomentosis lanatisve; verticillastris densis multifloris, inferiorib. distantib., superiorib. in spicam oblongam condensatis; bracteis ovatis oblongisve subulato-aristatis calyces aequantib.; calycis ovati dentibus subaequalib. aristatis, tubo aequilongis; corollis calyce vix duplo longioribus. ♃ — Caules basi duri decumbentes sublignosi ramosi, rami nunc erecti 1–2-pedales, nunc adscendentes vix pedales ramosi tetragoni cano-tomentosi. Spicae ad apices ramorum densae 1–1½-pollicares, verticillastri pauci, sub spica distincti. Folia breviter petiolata ½–1-pollicaria, more *Marrubii* rugosa et saepius lana laxa utrinque indata, floralia sessilia calyces aequantia, caeterum caulinis conformia. Bracteae nervosae

membranaceae. Calyx ut in *M. Italica* fere aequalis, at dentes profundius fissi. Species inter *Oxynepetas*, *Stegionepetas* et *Pycnonepetas* media. — *N. Italica* Sibthrp. et Sm. Flor. Graec. VI. t. 548. (non Linn.) — Habitat in montibus circa Athenas, prope Zara in Dalmatia.

28. N. ITALICA Linn. Spec. plant. 798. — Jeq. Hort. Vindobon. II. 81. t. 182. — Rchb. Plant. critic. V. 30. t. 483. — Bth. l. c. 474. † et 736. — Erecta elata, tenuiter cano-pubescens: foll. petiolatis ovatis crenatis cordatis, utrinque tenuiter canescentibus; racemis subsimplicib.; bracteis linearib. lanceolatisve rigidis calyce sublongiorib.; calycis elongati subincurvi ore vix obliquo, dentib. lanceolatis acutis, superiorib. submajorib.; corollis calyce vix duplo longioribus. ♃ — Caules 2–3-pedales rigidi, parum ramosi. Folia vix pollicaria obtusa v. acutiuscula, basi late cordata, interdum subhastata, leviter rugosa, floralia infima conformia, suprema bracteaeformia. Verticillastri omnes distincti, inferiores distantes, superiores approximati, omnes densi multiflori, cymae sessiles v. breviter pedunculatae. Bracteae numerosae 1–3-nerviae, margine saepe submembranaceae, tenuiter pubescentes, nunc lanceolatae calyce subbreviores, nunc lineares rigidae, calyces superantes. Corolla purpurascens. — *N. teucrioides* Lam. Dict. Suppl. I. 711. — *N. marrubioides* Willd. Enum. plant. hort. Berol. II. 603. — *N. imbricata* Lag. ex Spreng. Syst. vegetab. II. 729. — *N. Orientalis* Mill. Dict. no. 9. — *N. Calaminthe* Tausch in Bot. Zeit. 1831. I. 219? — *N. macrostachya* Jeq. Plant. exsicc. — *Cataria canescens* Moench, Meth. plant. 388. — Crescit in Hispania, in Italia, sed in floris Italicis etiam Neapolitana et Siciliana deest.

29. N. DISTANS Royle mss. ex Bth. in Hook. Bot. Misc. III. 379. et Labiat. gener. et spec. 475. — Erecta elata: caule basi villoso; foll. petiolatis ovato-lanceolatis obtusis crenatis, basi profunde cordatis rugosis, subtus villosis; verticillastris densis, inferiorib. remotis, supremis approximatis; bracteis lineari-lanceolatis calycem subaequantib.; calycis elongati incurvi ore obliquo, dentib. superiorib. lanceolatis, inferiorib. subulatis, omnib. setaceo-acuminatis; corollis calyce subduplo longioribus. ♃ — Affinis *N. Italicae*, differt racemo simplici depauperato, foliis inferioribus valde rugosis, subtus dense villosis et dentibus calycinis omnibus apice setaceis. Folia superiora pauca remota minora. — Habitat in Indiae orientalis montibus Himalayensibus ad Mussooree et Syen.

30. N. CRINITA Montbr. et Auch. Ann. sc. nat. (2. Sér.) VI. 46. — Erecta: caule tomentoso pubescente; foll. breviter petiolatis ovatis obtusis grosse crenatis, basi cordatis, utrinq. molliter pubescentib.; verticillastris densis paucifloris, inferiorib. remotis, superiorib. approximatis; bracteis calyces aequantib. dentibq. calycinis longe subulatis; corolla tubo dentibus calycinis vix longiore. ♃ — Habitat in Tauro.

31. N. CILIARIS Bth. in Wall. Plant. Asiat. rarior. I. 64. et Labiat. l. c. † — Erecta cano-pubescens: foll. petiolatis late ovatis obtusis crenatis, basi cordatis, subtus v. utrinq. cano-tomentosis; racemis subsimplicib; bracteis ovatis v. late lanceolatis, exteriorib. calycem subaequantib.; calycis elongati pubescentis incurvi ore obliquo, dentib. lanceolato-subulatis subpatentib.; corollis calyce subduplo longioribus. ♃ — Habitus et inflorescentia *N. ruderalis*, a qua differt foliis ramisque saepius canescentibus, floralibus ovatis membranaceis, ante anthesin subimbricatis et praesertim bractearum forma. Racemus fere semper simplex et cymae subsessiles. Folia caulina superiora parva remota in exemplaribus Royleanis, majora et cum floralibus infimis caeteris conformia in speciminibus cultis ex Nepalia. — Crescit in India orientali, in Nepalia, versus Cashemeriam.

32. N. RUDERALIS Hamilt. mss. ex Bth. l. l. c. c. — Suberecta, tenuiter pubescens: foll. petiolatis ovatis obtusis crenatis, basi cordatis, utrinq. pubescentib. subviridib.; racemis subsimplicib. secundis; cymis densis, inferiorib. pedunculatis; bracteis subulatis, exteriorib. calyces aequantib.; calycis ovati pubescentis ore obliquo, dentib. subulatis, superiorib. longiorib.; corollis calyce dimidio longioribus. ♃ — Caulis 1–2-pedalis ramosus, obtuse tetragonus, pubescentia brevi

subcanescens. Folia sesquipollicaria, utrinque molliter pubescentia nec tomentosa, basi late et profunde cordata. Cymae subglobosae multiflorae. Pedunculi inferiores pollicares, superiores brevissimi, verticillastris superioribus in racemo denso unilaterali approximatis. Calyces membranacei, vix 2 lin. longi, molliter pubescentes. Corollae parvae purpurascentes. Specimina Hurduarensia diversa videntur, foliis minoribus, cymis laxioribus. — *Glechoma erecta* Roxb. Fl. Ind. III. 7. — *Thymus nepetoides* D. Don, Prodr. fl. Nep. 113. — *Glechoma Hindostana* Roth, Nov. pl. spec. 258? — *Glechoma Indicum* Spr. Syst. vegetab. II. 737. — Habitat in India orientali, ad radices montium Nepalensium, in Nepalia, Hurdwar et Rajemahl, in Hindustania.

33. N. GLOMERATA Montbr. et Aucher, Ann. sc. nat. (2. Sér.) VI. 46. — Adscendens pubescens: foll. breviter petiolatis ovato-rotundis crenatis, basi cordatis, inferiorib. subauriculato-lobatis, superiorib. sessilib. remotis; verticillastris densis remotis; bracteis calyce dimidio brevioribus.; calycis ovati pubescentis ore obliquo, dentib. lanceolatis acutis; corollis calyce subtriplo longioribus. ♃ — In Cappadocia.

34. N. CLINOPODIOIDES Royle mss. ex Bth. in Hook. Bot. Misc. III. 379. et Labiat. gener. et spec. 475. — Adscendens, tenuiter pubescens: foll. petiolatis ovatis obtusis crenatis, basi late subcordatis, utrinq. viridib. tenuiter pubescentib.; racemis subsimplicib.; verticillastris laxiusculis multifloris subsecundis; bracteis subulatis calyce subbrevioribus.; calycis tubulosi pubescentis ore obliquo, dentib. superiorib. lanceolatis, inferiorib. subulatis; corollis calycem vix excedentibus. ♃ — Affinis *N. ruderali*, differt praecipue calycibus minoribus tenuioribus et corollis minimis vix calycem excedentibus. Flores *Clinopodio repenti* non dissimiles, sed characteres omnino *Nepetae*. — Habitat in India, ad ripas fluminis Jumna.

35. N. LEUCOPHYLLA Bth. l. c. 476. — Adscendens v. suberecta: ramis cano-tomentosis; foll. petiolatis ovatis rotundatisve crenatis, basi truncatis v. cordatis, supra viridib. rugosis, subtus albo-tomentosis; racemis subsimplicib. secundis; cymis subsessilib. densis multifloris; bracteis subulatis calyce subbrevioribus.; calycis tubulosi cano-pubescentis ore obliquo, dentib. lanceolato-subulatis, superiorib. longioribus.; corollis calyce dimidio longioribus. ♃ — Ab affini *N. ruderali* differt praecipue foliis parvis rugosis subtus albis. — Habitat in India orientali ad Mussooree.

36. N. FLOCCOSA Bth. l. c. 736. † — Erecta divaricato-ramosa, lana alba floccosa vestita: foll. petiolatis subrotundis, basi cordatis; racemis laxissimis subramosis; cymis capituliformib. paucis multifloris longe pedunculatis; bracteis lineari-subulatis calyces aequantibus. ♃ — Affinis *N. ruderali*. Radix crassa. Petioli limbo longiores, inferiorum limbus 3 poll. longus et latus sublobato-crenatus crassus subcarnosus, utrinque dense lanatus. Folia ramealia multo minora, floralia minima. Cymae paucae distantes. Flores *N. ruderalis*. Corolla parva vix calyce longior. — Crescit in Indiae septentrionalis lapidosis saxosisque inter Nako et Chango.

Sectio IV. CATARIA Bth. l. c. 476.

Cymae in verticillastris multifloris plerumque condensatae, inferiores pedunculatae. Racemi simplices v. paniculati. Bracteae calyce breviores, plerumque brevissimae. Calyx elongatus incurvus, ore obliquo, rarius subrecto, dentibus lanceolatis, superioribus plerumque majoribus. Corolla tubo breviter exserto, fauce inflata.

37. N. GRACILIFLORA Bth. in Wall. Plant. Asiat. rarior. I. 65. et Labiat. gener. et spec. 476. — Adscendens glabra v. tenuiter pubescens: foll. petiolatis ovatis lanceolatisve obtusis crenatis, basi cordatis, utrinq. tenuiter pubescentib., subtus subcanescentib.; racemis ramosis; cymis laxissimis dichotomis; pedunculis utrinq. ramisq. elongatis filiformib.; bracteis subulatis calyce breviorib.; calycis ovato-tubulosi ore obliquo, dentib. subulatis, superiorib. longiorib.; corollis calyce vix duplo longioribus. ♃ — Caules 1-2-pedales, basi ramosi, rami tenuissimi. Folia pauca, longe petiolata, vix pollicaria, tenuia vix rugosa. Racemi ultra pedales laxissimi secundi. Cymarum rami eleganter incurvi. Bracteae setaceae,

1–2 v. rarius inferiores (cymae ramorum), fere 3 lin. longae. Calyces pedicellati, 2½ lin. longi. Corollae parvae coeruleae. Species gracillima, inter *Cataria* et *Stegionepetas* media. — In India orientali, in provincia Hurdwar, Deyra Dheea.

38. N. MICRANTHA Bunge mss. in Ledeb. Flor. Alt. II. 401. — Ledeb. Icon. flor. Ross. Altaic. illustr. t. 412. — Bth. l. c. † — Adscendens humilis pubescens v. glabra: foll. petiolatis ovatis obtusis crenatis, basi rotundatis, utrinq. pallidis; racemis laxis ramosis; bracteis pedicello vix longioribus; calycis tubulosi incurvi pubescentis ore obliquo, dentib. lanceolatis, superioribus submajoribus.; corollis calycem vix excedentibus. ♃ — Statura *N. micranthae*, sed foliis longe petiolatis, cymis longe pedunculatis pauciforis, habitu graciliore, superficie glabriore, floribusque minoribus sat distincta videtur. — Habitat in Sibiriae jugo Altaico, in montibus Arkaul et Dolentara.

39. N. CATARIA Linn. Spec. plant. 796. — Bth. l. c. 477. — Erecta elata cano–pubescens: foll. petiolatis ovatis acutis, profunde crenatis, basi cordatis, supra viridib., subtus cano–tomentosis; racemis subramosis; verticillastris densis multifloris; bracteis pedicello vix longioribus.; calycis ovati pubescentis subincurvi ore obliquo, dentib. e basi lanceolata subulatis subpatentib., superioribus longioribus.; corollis calyce dimidio longioribus. ♃ — Caules 2–3–pedales, tenuiter pubescentes v. tomentoso–canescentes. Folia sesquipollicaria rugosa, floralia infima subconformia, suprema parva bracteaeformia. Verticillastri subglobosi, superiores approximati, inferiores remoti. Cymae inferiores breviter pedunculatae. Calyces molliter pubescentes, breviores quam in praecedentibus. Corollae albidae. — *Cataria vulgaris* Moench, Meth. plant. 387. — *N. vulgaris* Lam. Fl. Fr. II. 398. — *N. citriodora* Becker, Fl. Francof. 218. — *N. minor* Mill. Dict. no. 2. — *N. Americana* Raeusch mss. ex Steud. Nom. bot. 552? (edit. 1.)

β. candida: foliis inciso–crenatis, supra pallidis, subtus candidis. — Habitat in Europa fere tota, praesertim australiori, et Asia media ad muros et sepes in ruderatis, in regione Tauro–Caucasica et Caspica, in Sibiria; occurrit etiam in America septentrionali, verosimiliter ex Europa allata.

40. N. NEPETELLA Linn. l. c. 797. — All. Flor. Pedem. I. 37. t. 2. fig. 1. — Rchb. Plant. critic. III. 55. t. 261. — Bth. l. c. — Erecta pubescens v. cano–tomentosa foll. breviter petiolatis lanceolatis crenatis, basi rotundatis cordatisve, utrinq. cano–pubescentib. tomentosisve; racemis multifloris subsimplicib.; bracteis pedicello vix longioribus.; calycis tubulosi incurvi ore obliquo, dentib. lanceolatis, superioribus majoribus.; corollis calyce duplo longioribus. ♃ — Species, praesertim in hortis, valde variabilis. Caules in var. *α.* saepe 3–4–pedales, verticillastri ut in *N. Cataria* magni densi multiflori, in racemo longo dispositi; in var. *β.* racemus humilis vix 2–3–pollicaris. Folia in omnibus varietatibus conformia, caulina pollicaria, ramealia minora, nunc utrinque molliter cano–tomentosa, nunc, praesertim in var. *β.*, subviridia, tenuiter pubescentia, in omnibus varietatibus rugosa. Corolla saepius duplo major quam in *N. Cataria* albida purpurascens v. coerulea.

α. major: racemo elongato multifloro, floribus albidis v. purpurascentibus. *Cataria Nepetella* Moench, Meth. plant. 388. — *N. amethystina* Desf. — Poir. Dict. Suppl. III. 206. — *N. paniculata* Mill. Dict. no. 4.

β. humilis: racemo brevi denso, floribus albidis v. purpurascentibus. — *N. lanceolata* Lam. Dict. I. 710. — Rchb. Plant. critic. VI. 20. t. 586. — *N. angustifolia* Vahl, Symbol. bot. I. 41. — *N. graveolens* Vill. Fl. Delph. II. 306. — *N. Arragonensis* Lam. Dict. I. 703.

γ. incana: foliis rugosioribus cano–tomentosis. — *N. incana* Ait. Hort. Kew. II 285. — Habitat in Europa australi, praesertim in montibus, in Hispania, Galloprovincia, Helvetia australi et Italia a Pedemontio et Liguria ad regnum Neapolitanum, *α.* in umbrosis montosis, *β.* in siccioribus calidioribus.

41. N. CYANEA Stev. in Mém. soc. nat. cur. Mosq. III. 265. — Bth. l. c. 478. — Adscendens humilis paniculato–ramosa: ramis cano–tomentosis; foll. petiolatis par-

vis ovatis oblongisve crenatis rugosis, utrinq. cano-tomentosis; racemis numerosis brevib. secundis; bracteis brevissimis; calycis tubulosi incurvi cano-tomentosi dentib. sublanceolatis, superiorib. longiorib.; corollis calyce vix longiorib., tubo incluso. 4. — Caules ut in *N. Ucranica* trichotomo-paniculati, sed rami racemulis brevibus unilateralibus nec corymbulis terminati. Tota planta, praesertim calyces, tomento molli incana. Folia ut in *Marrubiis* nonnullis v. *Stachyde Palaestina* rugosa et incana. Cymae pauciflorae laxiusculae. Racemuli pollicares numerosissimi. Calyces 3–4 lin. longi, valde incurvi, dentibus muticis mollissimis. Corolla parva cyanea v. albida? — *N. incana* M. Bieb. Fl. Taur. Cauc. II. 40. et III. 302. — Rchb. Plant. critic. IV. 4. t. 305. — *N. acinifolia* Spr. Pug. pl. I. 41. et Syst. veget. II. 727. — *N. mollissima* Tausch in Bot. Zeitng. 1831. I. 219? — Habitat in Caucaso orientali, in glareosis ad torrentem Chodjal, ad torrentem Terek et in locis lapidosis montosis prope acidulam Nartzana.

42. N. MEYERI Bth. l. c. — Humilis adscendens: ramis tenuissime pubescentib.; foll. petiolatis ovatis obtusis crenatis, basi cordatis, utrinq. subviridib., subtus pubescentib.; racemis subsimplicib. multifloris; bracteis calyce multo brevioribus; calycis elongati incurvi pubescentis ore obliquo, dentib. lanceolatis, superiorib. longiorib.; corollis calyce vix dimidio longiorib., tubo incluso. 4. — Inter *N. Mussini* et *Catariam* media. Caules semipedales. Folia caulina pollicaria, floralia infima subconformia, suprema minuta. Verticillastri numerosi densi multiflori vix secundi, cymae inferiores breviter pedunculatae. Calyx *N. Mussini*, sed breviter pubescens nec lanatus. Corolla *N. Catariae*, a qua differt statura humili, foliis obtusioribus subtus vix pubescentibus et dentibus calycinis lanceolatis. — *N. micrantha* C. A. Meyer, Enum. pl. Cauc. Casp. 92. (non Bunge.) — Habitat in Caucaso, in locis siccis lapidosis montium Talysch prope pagum Swant.

43. N. AGRESTIS Lois. Nouv. Not. 25? *) — Bth. l. c. 479. — Erecta glabriuscula: foll. petiolatis ovato-lanceolatis inciso-dentatis, basi subcordatis nervoso-rugosis, utrinq. viridib.; racemo elongato subsimplici; bracteis pedicello vix longioribus; calycis elongati incurvi villosi ore obliquo, dentib. late lanceolatis, superiorib. majorib.; corollis calyce vix duplo longioribus, tubo breviter exserto. 4. — Caulis bipedalis, parum ramosus, basi foliosus viscosus. Folia 1/2–1-pollicaria subviscosa, caeterum glabra, floralia minuta. Verticillastri secundi distantes, cymae 5–7-florae, breviter pedunculatae densae. Calyces 3–4 lin. longi virides, lana laxissima viscosa villosi. Corolla albida paullo major quam in *N. Cataria*. — Habitat in Corsicae arvis, in monte d'Oro.

44. N. AZUREA R. Br. in App. to Salt's Abyss. ex Bth. l. c. — Erecta: foll. sessilib. ovatis v. ovato-oblongis crenatis, basi subcordatis rugosis, subtus canescentib.; racemis simplicib.; cymis subsessilib.; verticillastris densis, superiorib. subspicatis; bracteis minutis; calycis subovati incurvi pubescentis ore obliquo, dentib. lanceolatis acutis, superiorib. longioribus.; corollis calyce duplo longioribus. 4. — Exemplaria Saltiana pedalia, caule tenuiter tomentoso. Folia supra viridia, tenuissime pubescentia, juniora utrinque canescentia, floralia infima subconformia, superiora linearia bracteaeformia. Cymae utrinque 6–12-florae, dense dichotomae. Calyces 2 lin. longi striati coerulescentes. Corolla coerulea?, tubo breviter exserto, basi attenuato. — Habitat in Abyssinia.

45. N. RACEMOSA Lam. Dict. I. 711. — Bth. l. c. 480. — Rchb. Plant. critic. VI. 19. t. 585? — Erecta pubescens: foll. petiolatis ovatis obtusis crenatis, basi cordatis, supra viridib. rugosis, subtus canescentib.; racemis laxis subsimplicib.; cymis subsessilib. v. inferiorib. pedunculatis paucifloris; bracteis calyce multo brevioribus.; calycis elongati incurvi molliter lanati ore obliquo, dentib. lanceolatis, superiorib. longiorib.; corollis calyce duplo longioribus., tubo breviter exserto. 4. —

*) *NEPETA AGRESTIS Lois. l. c. — Foll. cordato-oblongis crenatis glabris; cymis paucifloris axillarib. racematim digestis; bracteis linearib. calyce villoso dimidio brevioribus.*

A *N. Mussini* differt caule erecto, an ejus varietas? An huc referenda synonyma plura hortensia sub *N. Mussini* enumerata? — Habitat in Oriente.

48. N. MUSSINI Henkel, Adumbr. plant. 15. — Rchb. l. c. 20. t. 567. — Bth. l. c. † — Diffusa: ramis adscendentib. cano-pubescentib.; foll. petiolatis ovatis obtusis crenatis, basi cordatis, supra viridib. rugosis, subtus canescentib.; racemis laxis simplicib. secundis; cymis subsessilib. pauciforis; bracteis calyce multo brevioribus.; calycis elongati incurvi molliter lanati ore obliquo, dentib. lanceolatis, superiorib. longioribus.; corollis calyce duplo longioribus., tubo breviter exserto. ♃ — Folia in exemplaribus cultis fere *N. coloratae*, in sylvestribus multo minora rugosiora et subtus magis incana. Cymae saepius utrinque 3–7-florae, interdum multiflorae. Calyx magnitudine calycis *N. coloratae*, at dentes minus acuti et semper magis minusve lana brevi molli alba v. coerulescente indutus. Corolla *N. coloratae* paullo minor, pallide coerulescens. — *N. longiflora* Sims, Bot. Mag. t. 923? (male) non Vent. — *N. salviaefolia* Pers. Enchir. II. 115. — *N. cyanostricha* Tausch in Bot. Zeit. 1831. I. 218? — *N. argentea, diffusa, incana, lamiifolia, teucrioides, violacea, Willdenowiana etc.* Hortul. — Habitat in regione Caucasico-Caspica, in Iberiae collibus sterilibus lapidosis.

47. N. GRANDIFLORA M. Bieb. Fl. Taur. Caucas. II. 42. — Rchb. Plant. critic. III. 66. t. 279. — Bth. l. c. † — Erecta glabriuscula: foll. breviter petiolatis ovatis obtusis crenatis, basi cordatis, supra viridib., subtus pallidis v. canescentib.; racemis basi subramosis; cymis pedunculatis multifloris; bracteis calyce multo brevioribus.; calycis elongati incurvi glabriusculi ore obliquo, dentib. lanceolatis acutissimis, superiorib. longioribus.; corollis calyce duplo longioribus., tubo breviter exserto. ♃ — Caules pluripedales ramosi, nunc glabri, saepius versus apicem tenuiter pubescentes. Folia caulina obtusa, subtus, praesertim juniora, tomento tenui saepe canescentia, rarius concoloria. Racemi plurimi subramosi, semipedales pedalesve. Pedunculi cymarum inferiorum pollicares, superiorum 3–4-lineares. Cymae laxae. Flores, praesertim in racemis mediis, numerosi. Bracteae subulatae, exteriores saepe calycis dimidium fere attingentes, interiores minutae. Corolla coerulea. — *N. melissaefolia* Pers. Enchirid. II. 115. — *N. lamiifolia* Hoffm. Hort. Mosq. ex Bieb. — *N. colorata* Willd. Enum. plant. hort. Berol. II. 602. — *N. argentea, grandis, incana, teucrioides, violacea etc.* Hortul. — Habitat in Caucasi totius graminosis montosis sylvaticis et in insula Melos.

48. N. BETONICAEFOLIA C. A. Meyer, Enum. pl. Cauc. Casp. 92 — Bth. l. c. 481. — Erecta subsimplex villoso-tomentosa: foll. infimis petiolatis, superiorib. sessilib. ovato-lanceolatis crenatis, basi cordatis, utrinq. viridib. molliter pubescentib.; racemis brevib. simplicib.; verticillastris omnib. densis; bracteis calyce multo brevioribus.; calycis elongati villosi ore vix obliquo dilatato, dentib. lanceolatis subaequalib.; corollis calyce duplo longioribus., tubo exserto basi attenuato. ♃ — A *N. grandiflora* differt caulis parte superiore, foliis, calycibus corollisque pubescentia molli tomentosis et racemo brevi subspiciformi. — Habitat in Caucasi montium altiorum Talysch graminosis.

49. N. SALVIAEFOLIA Royle mss. ex Bth. in Hook. Bot. Misc. III. 370. et Labiat. l. c. — Erecta cano-tomentosa: foll. petiolatis ovatis v. ovato-lanceolatis obtusis crenulatis, basi rugosis, utrinq. molliter tomentosis, supra canescentib., subtus albis; racemis laxis subsimplicib.; cymis pedunculatis elongatis multifloris; bracteis brevissimis; calycib. oblongis erectis subrectis pubescentib., ore obliquo, dentib. lanceolatis, superiorib. majoribus.; corollis calyce plus duplo longioribus. ♃ — Caulis cano-tomentosus. Racemus viridior pubescens. Folia vix pollicaria, breviter petiolata, floralia parva oblongo-cuneata. Verticillastri remoti. Cymae utrinque 12–20-florae, pedunculo communi circiter semipollicari, breviores quam in *N. grandiflora*. Corolla tenuis 6–7 lin. longa. — Habitat in valle Cashmeriano.

50. N. MELISSAEFOLIA Lam. Dict. I. 711. (non M. Bieb.) — Desf. Ann. mus. Paris. X. 301. t. 23. — Bth. l. c. † — Erecta pubescens: foll. petiolatis ovatis obtusis crenatis, basi cordatis, utrinq. viridib. villosis, superiorib. sessilib. acutis; racemis

laxis subsimplicib.; bracteis calyce breviorib.; calycis elongati incurvi pubescentis ore obliquo, dentib. lanceolatis, superiorib. majorib.; corollis calyce vix duplo longioribus. 4. — *N. grandiflorae* affinis. Caules circiter pedales, pilis subglandulosis pubescentes. Folia inferiora longe petiolata, limbo vix pollicari, basi profunde cordato, utrinque pilis subadpressis villoso, floralia lanceolata acuta. Verticillastrorum infimorum cymae longe pedunculatae. Bracteae exteriores lanceolato-lineares calycem subaequantes, superiores minutae. Calyx *N. grandiflorae* subcoloratus pubescens, minime canescens. Corolla multo minor quam in *N. grandiflora*. An ad *Macronepetas* referenda? — Habitat in Archipelagi Graeci collibus aridis, in Creta et Melos.

8 sectio V. MACRONEPETA Bth. l. c. 482.

Cymae pedunculatae pauciflorae. Racemi terminales laxissimi subramosi. Folia floralia superiora v. omnia bracteaeformia. Calyx elongatus, ore obliquo, dentibus lanceolatis ovatisve, superioribus sublatioribus. Corollae longe exsertae tubus tenuis exsertus, faux inflata.

51. N. MACRANTHA Fisch. Hort. Gorenk. ex Bth. l. c. 482. † — Erecta ramosa subglabra: foll. breviter petiolatis ovato-lanceolatis serrato-crenatis, basi truncatis subcordatisve, utrinq. viridib.; racemis elongatis laxiusculis; bracteis minutis; calycis elongati subincurvi ore obliquo, dentib. lanceolatis, superiorib. majorib.; corollis calyce plus triplo longiorib., tubo longe exserto, basi attenuato. 4. — Caules 2–3-pedales glabri v. superne tenuiter pubescentes. Folia 2–4-pollicaria, utrinque viridia, superiora minora subsessilia, floralia infima subconformia, suprema parva bracteaeformia integerrima lanceolata. Racemi pulchri secundi simplices. Cymae breviter pedunculatae 3–7-florae. Corolla speciosa coerulea 1¼– v. fere 1½-pollicaris. — *Dracocephalum Sibiricum* Linn. Spec. plant. 830. — Pall. Fl. Ross. III. t. 13. — Bot. Mag. t. 2185. — *Moldavica elata* Moench, Meth. pl. 410. — *Moldavica Sibirica* Moench ex Steud. Nom. bot. 285. (edit. 1.) — *Dracocephalum etc.* Gmel. Fl. Sib. III. 234. t. 51. — Habitat in jugo Altaico frequens.

52. N. GOVANIANA Bth. l. c. — Erecta ramosa, tenuiter pubescens: foll. breviter petiolatis amplis oblongo-ellipticis crenatis, basi rotundatis; racemis elongatis laxis subramosis; bracteis minutis; calycis elongati subincurvi ore obliquo, dentib. lanceolatis, superiorib. majorib.; corollis calyce quadruplo longiorib., tubo tenuissimo longe exserto. 4. — Valde affinis *N. macranthae*, a qua vix differt foliis obtusioribus, basi rarius truncatis, racemis subramosis, cymis inferioribus longius pedunculatis et corollis tenuioribus, proportione calycis longioribus. — *Dracocephalum Govanianum* Wall. Plant. Asiat. rar. II. 65. — Habitat in Indiae orientalis montibus Himalayensibus, in Cashmeria, Kidarkonta, Kanaour, Sirmore et Kamaon.

53. N. ERECTA Bth. l. c. — Caule erecto pubescente; foll. petiolatis ovato-lanceolatis obtusis crenatis rugosis, basi cordatis, subtus subcanescentib.; racemis elongatis laxiusculis; bracteis minutis; calycis elongati subincurvi ore obliquo, dentib. superiorib. latiorib.; corollis calyce plus duplo longiorib., tubo longe exserto, basi attenuato. 4. — Affinis *N. macranthae*, differt foliis rugosis, subtus canescentibus et floribus paullo minoribus. An cum *N. Govaniana N. macranthae* varietas? — *Dracocephalum erectum* Royle mss. ex Bth. in Hook. Bot. Misc. III. 380. — Habitat in Indiae orientalis montibus Kanaourensibus.

54. N. GLABRA Bth. l. c. 483. — Adscendens glaberrima: foll. petiolatis ovatis acutis, basi cuneatis, inferiorib. serratis, superiorib. integerrimis, utrinq. viridib.; bracteis ovatis laxis calyce breviorib.; racemis laxissimis pauciforis subpaniculato-ramosis; calycis elongati incurvi glabri ore obliquo, dentib. lanceolatis, superiorib. majorib.; corollis calyce plus duplo longiorib., tubo tenuissimo longe exserto. 4. — A *N. longiflora* differt glabritie et racemis gracilibus elongatis ramosis, ab omnibus sequentibus foliorum forma. — Habitat in Oriente.

55. N. FISSA C. A. Meyer, Enum. pl. Cauc. Casp. 33. — Bth. l. c. 737. — Suberecta glaberrima: foll. petiolatis ovato-rotundatis, basi late subcordatis inciso-crenatis, utrinq. viridib.; racemis laxissimis pauciforis subramosis; calycis elongati incurvi

subglabri ore obliquo, dentib. oblongis, superiorib. subistiorib.; corollis calyce triplo longiorib., tubo tenuissimo longe exserto. ♃ — Caules 2–3-pedales, basi subdecumbentes, superne subnudi. Folia pauca, inferiora longe petiolata vix pollicaria, superiora parva subsessilia, floralia minuta oblongo-linearia, omnia crassiuscula, subtus venosa. Cymae remotae, inferiores longissime, superiores breviter pedunculatae, omnes 3–5-florae v. rarius subdichotomae v. in racemos abeuntes. Bracteae calyce multo breviores subcoloratae laxae. Corolla coerulea 10–12 lin. longa. — *N. laxa* Bth. l. c. 483. — *N. longiflora* C. A. Meyer, Enum. pl. Cauc. Casp. 92? — Habitat in Caucaso, in locis lapidosis siccis montium Talyscb?

56. N. LONGIFLORA Vent. Hort. Cels. 66. t. 66. — Bth. l. c. 483. † — Adscendens subcanescens: foll. breviter petiolatis, superiorib. sessilib., omnib. ovatis crenatis, basi cordatis rugosis, utrinq. pallidis; racemis elongatis pauciflоris; bracteis pedicellum vix aequantib.; calycis elongati subincurvi pubescentis ore obliquo, dentib. lanceolatis, superiorib. latiorib.; corollis calyce subtriplo longiorib., tubo tenuissimo longe exserto. ♃ — Caules basi decumbentes foliosi ramosi, superne nudi, uti foliorum pagina utrinque tomento tenuissimo subcanescentes. Folia pollicaria, ramealia minora, caulina superiora remota parva sessilia, floralia minuta bracteaeformia. Verticillastri pauci remoti. Cymae utrinque pedunculatae 3–5-florae. Calyx saepe coerulescens, caeterum uti corolla omnino *N. septemcrenatae*. — Habitat in Persia inter Teheran et Ispahan.

57. N. BREVIFOLIA C. A. Meyer, Enum. pl. Cauc. Casp. 93. — Bth. l. c. — Decumbens pubescens: foll. longe petiolatis subrotundis crenatis, late cordatis, subtus v. utrinq. subcano-pubescentib.; racemis pauciflоris laxis; bracteis calyce brevioribus.; calycis elongati incurvi pubescentis ore obliquo, dentib. lanceolatis, superiorib. latiorib.; corollis calyce plus duplo longiorib., tubo tenui longe exserto. ♃ — Habitu *N. longiflorae* affinis, sed humilior, nec saepius superne nuda. Folia inferiora vix semipollicem longa et parum latiora petiolo pollicari, superiora et floralia inferiora conformia magis sessilia, suprema subsessilia bracteaeformia. Cymae inferiores longe pedunculatae, superiores subsessiles 3–5-florae. Bracteae lanceolatae acutae, exteriores interdum calyces subaequantes. Calyces sessiles, fere 4 lin. longi, pilis pauris hispido-pubescentes, apice colorati, ore valde obliquo subbilabiato. Corolla coerulea incurva, 8–9 lin. longa, forma omnino *N. longiflorae*. — *N. longiflora* Fisch. ex Hortul. — Habitat in alpibus Caucasicis orientalibus Tufandagh.

58. N. CRISPA Willd. Spec. plant. III. 50. — Bth. l. c. 479. et 737. — Erecta? pubescens: foll. petiolatis ovatis obtusis inciso-crenatis, basi cordatis, utrinq. canepubescentib.; racemo subsimplici; bracteis pedicello vix longiorib.; calycis elongati incurvi villosi ore obliquo, dentib. lanceolatis, superiorib. majorib.; corollis calyce duplo longiorib., tubo breviter exserto tenui. ♃ — Affinis videtur *N. Catariae*, sed diversa est statura minore, foliis utrinque canis et corollis fere duplo longioribus, a *N. Mussini* differt racemis vix secundis, calycibus villosis nec lanatis et cymis subsessilibus. — Habitat in Oriente.

59. N. SEPTEMCRENATA Ehrenb. mss. ex Bth. l. c. 484. † — Erecta subviscoso-villosa: foll. inferiorib. petiolatis, superiorib. sessilib., omnib. rotundatis obtusis crenatis, basi cordatis, utrinq. viridib.; racemo elongato pauciflоro; bracteis pedicello vix longiorib.; calycis elongati subincurvi ore obliquo, dentib. lanceolatis, superiorib. latiorib.; corollis calyce plus duplo longiorib., tubo tenuissimo longe exserto. ♃ — Caules pedales, basi foliosi. Folia *N. Glechomae*, at tenuiora, uti caules et calyces pubescentia viscosa tenui induta, floralia infima caulinis subconformia, suprema minuta integerrima. Verticillastri valde remoti. Cymae inferiores pedunculatae 3–7-florae. Bracteae plerumque brevissimae. Corolla 7–8 lin. longa coerulea gracilis. — Habitat in Africa orientali, in Aegypto et in deserto Sinaico.

60. N. TEUCRIIFOLIA Willd. Enum. plant. hort. Berol. 609. — Bth. l. c. — Cymis pedunculatis pauciflоris racemosis; foll. ovatis cordatis obtusis petiolatis dentatis pubescentibus. ♃ — Folia longissime petiolata non serrata, sed utroque latere

dentibus 4–6 grossis instructa, pubescentia, semipollicaria. Racemus e cymis pauciforis dissitis compositus. — Habitat in Armenia.

61. N. LAMIIFOLIA Willd. l. c. — Bth. l. c. — Cymis pedunculatis multifloris; corollae tubo filiformi curvato; foll. ovatis cordatis obtusis petiolatis serratis pubescentibus. ♃ — Planta facie *Lamii amplexicaulis* tota pubescens. Folia petiolata 4–linearia. Caules 4–5–pollicares adscendentes. Cymae axillares pedunculatae multiflorae. Flores in apice caulis verticillato–capitati. Corollae tubus longissimus filiformis curvatus, superne dilatatus. — Habitat in Armenia.

Sectio VI. GLECHOMA Linn. Gener. plant. no. 743. — Bth. l. c. 484.

Verticillastri axillares pauciflori, foliis floralibus caulinis conformibus. Calyces tubulosi subincurvi, ore obliquo, dentibus lanceolatis aristatis, superioribus productioribus. Corollae exsertae tubo extra calycem dilatato. — Herbae prostratae v. repentes.

62. N. GLECHOMA Bth. l. c. 485. † — Procumbens: foll. petiolatis rotundatis crenatis, basi cordatis, utrinq. viridib., floralib. conformib.; verticillastris axillarib. pauciforis; bracteis pedicellum vix aequantib.; calycis elongati subincurvi villosi ore obliquo, dentib. lanceolato–subulatis, superiorib. majorib.; corollis calyce triplo longioribus. ♃ — Caules elongati prostrati, basi radicantes, rami floriferi adscendentes, magis minusve villosi. Folia circiter pollicaria, suprema minora, at conformia. Verticillastri omnes distantes. Flores folio plerumque breviores. Pedicelli breves. Calyces 3–4 lin. longi, fructiferi reflexi. Corollae coeruleae 6–7 lin. longae v. in var. γ. vix lin. Antherarum loculi divergentes, nec omnino divaricati et idcirco antherae cruciatae dicuntur, quae porro in pluribus aliis speciebus occurrunt. Var. β. hirsutior est, var. γ. omnibus partibus minor et glabrior. — *Glechoma hederacea* Linn. Spec. plant. 807. — Hook. Fl. Lond. II. ic. — *Chamaeclema hederaceum* Moench, Meth. pl. 393. — *Chamaeclema vulgare* Vaill. Bot. Paris. t. 6. fig. 4. 5. 6. — *Calamintha hederacea* Scop. Flor. Carn. no. 730. — *Glechoma micrantha* Bönningh. ex Rchb. Fl. Germ. excurs. 316.

β. *hirsuta:* — *Glechoma hirsuta* Waldst. et Kit. Pl. rar. Hung. II. 194. t. 119. — *Glechoma magna* Merat, Fl. Par. 225.

γ. *parviflora:* — *Glechoma heterophylla* Opiz ex Rchb. Fl. Germ. excurs. 316 — *Glechoma intermedia* Schrader. — Habitat in Europa omni et Asia boreali ad sepes et fossas, in sylvestribus et ruderatis, occurrit etiam in America septentrionali, at verosimiliter ex Europa allata.

63. N. NIVALIS Bth. l. c. 737. † — Radice repente; caule humili; foll. sessilib. rotundatis rugosis, utrinq. viridib., floralib. conformib.; verticillastris axillarib.; bracteis pedicellum vix aequantib.; calycis elongati subincurvi pubescentis ore obliquo, dentib. lanceolatis; corollis tubo torto resupinatis; staminib. superiorib. exsertis. ♃ — Caules basi ramosi, floriferi simplices suberecti 4–6–pollicares. Corolla dilute coerulea, more *Lophanthi Chinensis* resupinata. — *Glechoma nivalis* Jcquem. mss. — Crescit in Indiae septentrionali–orientalis montium glareosis altissimis circa Yurpo.

64. N. THIBETICA Bth. l. c. — Caule diffuso humili ramosissimo; foll. breviter petiolatis rotundatis, basi truncato–cuneatis subcoriaceis pubescenti–sublanatis, floralib. conformib.; verticillastris axillarib.; bracteis pedicello longiorib.; calycis elongati subincurvi dentib. lanceolatis subulatisve; corollis rectis, fauce dilatatis; genitalib. corolla brevioribus. ♃ — A praecedente differt corollis majoribus, calycibus bracteisque molliter villosis. — *Glechoma Thibetica* Jacquem. mss. — In Indiae orientali–septentrionalis schistosis aridis juxta Koo–khio–ghang et Lari.

65. N. LONGIBRACTEATA Bth. l. c. † — Caule diffuso humili ramosissimo; foll. petiolatis ovato–rotundatis, basi truncato–cuneatis molliter villosis, floralib. subconformib.; verticillastris densis ad apices ramorum congestis; bracteis linearib. corollas aequantib.; calycis tubulosi subaequalis dentib. tubo subaequilongis; corollis rectis, fauce parum dilatata; genitalib. corolla brevioribus. ♃ — Rami purpurascentes tomentelli. Folia inferiora saepe squamaeformia, superiora

semipollicaria longiuscule petiolata, floralia angustiora acutiora, suprema bracteaeformia. Bracteae et calyces villosissimi. Corolla azurea. — Crescit in Indiae orientali-septentrionalis montibus, in arenosis mobilibus Kang-rang-ghan-ti.

Sectio VII. ORTHONEPETA Bth. l. c. 485.

Florum cymae densae, breviter pedunculatae. Verticillastri distantes racemosi. Racemi simplices v. saepius paniculato-ramosi. Calyces ovato-tubulosi subrecti, dentibus subaequalibus subulatis rigidis, nec pungentibus. Corollae exsertae. — Herbae elatae, foliis subsessilibus.

66. N. LATIFOLIA DC. Flor. Franc. III 528. — Bth. l. c. — Erecta elata pubescens: foll. sessilib. ovatis obtusis crenatis, basi subcordatis, utrinq. viridib.; racemo elongato multifloro; bracteis lanceolato-subulatis, calyce breviorib.; calycis ovati pubescentis ore dentibq. strictis subaequalib.; corollis calyce duplo longioribus. ♃ — *N. nudae* affinis, sed certe distincta. Pubescentia, praesertim in exemplaribus sylvestribus, saepe viscosa. Folia fere duplo majora rugosiora et proportione latiora quam in *N. nuda*. Racemi longi densi, parum ramosi. Cymae dichotomae. Bracteae interdum calycibus subaequales. Calyces fructiferi 3 lin. longi, uti bracteae saepe coerulescentes. Corolla coerulea, extus pubescens. — *N. grandiflora* Lapeyr. Hist. abr. pl. Pyr. 339. — *N. coerulea* Ait. Hort. Kewens. II. 285. — Habitat in Europa austro-occidentali, in Hispania et in Pyrenaeis versus orientem spectantibus.

67. N. NUDA Linn. Spec. plant. 797. — Bth. l. c. 486. † — Erecta elata glabriuscula: foll. sessilib. v. vix petiolatis oblongis crenatis, basi subcordatis, utrinq. viridib.; racemis multifloris paniculatis; bracteis pedicello vix longioribus.; calycis fructiferi ovati pubescentis ore dentibq. strictis subaequalib.; corollis calyce dimidio v. duplo longioribus. ♃ — Caules 2–4-pedales, obtuse tetragoni glabri v. tenuissime pubescentes. Folia 1½–2-pollicaria subrugosa, subtus reticulato-venosa, saepius glabra v. subtus tenuissime pubescentia, floralia infima conformia gradatim minora, superiora bracteaeformia linearia acuta integerrima, vix pedunculo longiora, ramealia interdum breviter petiolata. Panicula saepe sesquipedalis, rarius semipedalis. Cymae multiflorae, pedunculi inferiores fere 2–6 lin., superiores vix semilineam longi, rami et pedicelli nunc brevissimi, nunc elongati. Bracteae vix calycis tertiam partem aequantes subulatae rigidae. Calyces floriferi tenues tubulosi, fructiferi inflati ovati 2 lin. longi pubescentes. Corolla alba v. coerulescens 4–6 lin. longa, tubus inclusus, faux ampla, labium superius breve erectum concavum, inferioris lobi laterales patentes subreflexi integerrimi, infimus maximus emarginatus crenatus concavus.

α. grandiflora: corollis saepius purpurascentibus v. coerulescentibus. — *N. Pannonica* Jacq. Flor. Austr. II. 18. t. 129. — *N. paniculata* Crantz, Stirp. Austr. 270. — *N. violacea* Vill. Fl. Delph. II. 367. — *Calaria nuda* Moench, Meth. pl. 388. — *Calaria violacea* Moench ex Steud. Nom. bot. 553. (edit. 1.)

β. parviflora: corollis saepius albis. — *N. Pannonica* Linn. Spec. plant. 797? — *N. nuda* Jacq. Fl. Austr. I. 17. t. 24. — *N. Uranica* M. Bieb. Fl. Taur. Cauc. II. 41. — *N. alba* Desf. ex Steud. Nom. bot. 552. (edit. 1.) — *Calaria paniculata* Moench ex Steud. Nom. bot. 553. (edit. 1.) — Habitat in Europae australis praesertim orientalis et Asiae Sibiricae apricis caeduis graminosis sylvaticisque praesertim montosis.

Sectio VIII. OXYNEPETA Bth. l. c. 486.

Flores distincti v. ad apices ramorum glomerati corymboso-paniculati. Calyces tubulosi subrecti, dentibus subaequalibus subulatis subpungentibus. Corollae dentes calycinos aequantes v. vix superantes. — Herbae humiles. Folia plerumque petiolata.

68. N. PARVIFLORA M. Bieb. Fl. Taur. Cauc. II. 41. — Bth. l. c. — Suberecta paniculata villosa: foll. petiolatis ovatis v. ovato-lanceolatis obtusis serrato-crenatis, basi rotundatis cordatisve, utrinq. viridib.; cymis laxis trichotome paniculatis; bracteis linearib. calycem aequantib.; calycis ovato-tubulosi pubescentis ore

aequali, dentib. linearib. rigidis corollam superantibus. ♃ — Caulis pedalis, rami divaricati tetragoni, basi pilis patentibus villosi, sub floribus tenuiter pubescentes. Folia inferiora 1–1½-pollicaria, grosse serrato-crenata rugosa, supra tenuiter pubescentia v. fere glabra, subtus laxe villosa, superiora gradatim magis sessilia integriora minora angustiora et acutiora glabriora, suprema bracteaeformia, uti bracteae calyces subaequantia linearia acutissima integerrima uninervia, vix pubescentia. Flores 3–5 ad apices ramulorum paniculae subsessiles. Calyces 3 lin. longi erecti, profunde striati. Dentes tubum subaequantes acutissimi subpungentes. Corollae minutae coeruleae?, extus pubescentes. — Habitat in Tauriae et Caucasi etiam Iberiae campis collibusque siccis, prope Cherson, Odessa et in montibus Talysch.

69. N. UCRANICA Linn. Spec. plant. 797. — Bth. l. c. 487. † — Erecta paniculata subglabra: foll. caulinis subsessilib. oblongo-lanceolatis obtusis subdentatis, basi rotundato-cuneatis, utrinq. viridib.; cymis laxis trichotome paniculatis; bracteis linearib.; calycis elongati hispidi ore subaequali, dentib. lanceolato-linearib. acutis corollam subaequantibus. ♃ — Habitu *N. parviflorae* similis, sed distincta caule foliisque glabris v. tomento tenuissimo subcanescentibus, foliis tenuibus nec rugosis et calycibus fere duplo longioribus, saepius hispidulis. Tota planta saepe in parte superiore purpurascit. Corollae coeruleae tubus tenuis inclusus, faux inflata vix incurva, limbi labium superius subrectum, inferioris lobi laterales integerrimi, vix patentes, dentes calycinos aequantes, lobus medius duplo major orbiculatus concavus crenatus. — *Teucrium Sibiricum* Linn. Spec. plant. 788. — *N. Sibirica* M. Bieb. Fl. Taur. Cauc. II. 41. — Habitat in Sibiria circa Orenburg, in deserto Soongoro-Kirghisico, ad Irtim in jugo Altaico.

70. N. HELIOTROPIIFOLIA Lam. Dict. I. 711. — Bth. l. c. — Erecta paniculata canescens: foll. brevissime petiolatis oblongis subintegerrimis, basi angustatis, utrinq. canescentib.; cymis laxis trichotome paniculatis; bracteis linearib.; calycis elongati hispidi ore subaequali, dentib. lanceolato-linearib. acutis corollam subaequantibus. ♃ — *N. Ucranicae* simillima, sed vix differt foliis subintegerrimis, basi angustatis et ramis, foliis calycibusque pubescentia v. tomento brevi canescentibus. — *Satureja stricta* Russ. Nat. Hist. Alep. — Habitat in Oriente, in Syria prope Aleppo.

71. N. PUNGENS Bth. l. c. — Erecta glabriuscula: foll. petiolatis ovatis acutis, basi angustatis subcarnosis, utrinq. subcanescentib.; racemis subsimplicib.; bracteis foliaceis subspinosis calyce longiorib.; calycis elongati ore subaequali, dentib. linearib. rigidis; corollis calycem vix superantibus. ♃ — Caulis erectus herbaceus, basi ramosus, vix pubescens semipedalis. Folia (*Chenopodii*) acute dentata, basi attenuata, in petiolum decurrentia carnosula glabra subcanescentia, petioli basi dilatati, floralia conformia minora. Verticillastri distincti (30-flori et ultra), inferiores remoti, supremi approximati spicati. Bracteae nervosae acutissimae rigidae. — Habitat in Persia inter Bagdad et Kermancha.

72. N. PUSILLA Bth. l. c. 488. † — Pumila erecta, tenuiter pubescens: foll. paucis parvis ovatis acute serratis, floralib. supremis bracteisq. lanceolato-linearib. acutissimis pungentib.; florib. cymoso-capitatis subcorymbosis; calycis tubulosi pubescentis dentib. subaequalib. acutissimis, corollam superantibus. ♃ — Caules filiformes subsimplices 3–4-pollicares, apice ramis paucis corymbosi. Folia 3–4-linearia subglabra, utrinque viridia, serraturis hinc inde aristulatis, floralia infima conformia, interiora v. bracteae integerrima basi angustata, at sessilia, calyces aequantia. Cymae 3–5 irregulares densae capituliformes pauciflorae. Calyces sessiles, 3 lin. longi, basi subinflati. Corolla minuta tenuis, at omnino *Nepetarum* hujus sectionis. Stamina certe didynama, inferiora breviora. — *Zizyphora pungens* Bnge. mss. in Ledeb. Fl. Alt. I. 23. — Ledeb. Icon. fl. Ross. Alt. illustr. t. 124. — Habitat in Altaico monte Arkaul.

† *Species dubiae.*

73. N. JAPONICA Willd. Spec. plant. III. 52. — Bth. l. c. † — Florum paniculis axillarib.; foll. pedunculatis ovatis serratis tomentosis. ♃ — Caulis herbaceus,

inferne teretiusculus decumbens nudus, superne obtuse tetragonus erectus tomentosus indivisus spithamaeus v. paullo ultra. Folia opposita petiolata ovata acuta serrata, utrinque tomentosa, sed subtus magis albida patentia semipollicaria, superiora sensim minora. Petioli tomentosi, lineam longi. Flores paniculati. Paniculae in supremis foliorum axillis oppositae trifidae fastigiatae. Pedunculus lineam longus, pedicelli axillares. Stamina flore duplo longiora. — *N. incana* Thnbrg. Fl. Jap. 244. — Habitat in Japoniae summis montibus magnae Kosido.

74. N. MACRURA Ledeb. ex Spr. Syst. vegetab. II. 729. — Bth. l. c. — Cymis multifloris patentib., paniculatis subaphyllis; calycib. incanis striatis; foll. subcordato-triangularib., longe petiolatis serratis canescentib., summis integerrimis. ♃ — In Flora Altaica deest. — Habitat in Sibiria.

75. N. NEPALENSIS Spr. l. c. 730. — Bth. l. c. 489. — Spicis compositis subsecundis; calycib. incanis; foll. lanceolatis medio serratis petiolatis subreflexis, utrinq. attenuatis integerrimis. ♃ — Habitat in Nepalia.

76. *N. CANESCENS Raeusch ex Steud. Nom. bot. 552. — An *Hyptis canescens?*

77. *N. PATAVINA Fisch. ex Steud. l. c. — An *Melissa Patavina?*

78. *N. PAUCIFLORA Spr. ex Steud. l. c. — In systemate Sprengelii omissa.

79. *N. SIDAEFOLIA Raeusch ex Steud. l. c. 553. — An *Hyptis polyantha?*

80. *N. SUAVEOLENS Roemer ex Steud. l. c. — An *Hyptis suaveolens?*

†† *Species e genere excludendae.*

N. AMBOINICA Linn. — ANISOMELES OVATA.
N. ARISTATA Rich. — HYPTIS PECTINATA.
N. CRETICA Dietr. — MICROMERIA MARIFOLIA.
N. CROATICA Spr. — SATUREJA RUPESTRIS.
N. DISTICHA Blume. — ANISOMELES OVATA.
N. INDICA Burm. — LEUCAS DECUMBENS.
N. INDICA Linn. — ANISOMELES OVATA.
N. LOPHANTHA Fisch. — LOPHANTHUS CHINENSIS.
N. MADAGASCARIENSIS Lam. — PLECTRANTHUS ROTUNDIFOLIUS?
N. MALABARICA Linn. — ANISOMELES MALABARICA.
N. MARIFOLIA Cav. — MICROMERIA MARIFOLIA.
N. MUTABILIS Rich. — HYPTIS SPICATA.
N. PECTINATA Linn. — HYPTIS PECTINATA.
N. PERSICA Poit. — HYPTIS PECTINATA.
N. PINNATIFIDA Fisch. — DRACOCEPHALUM BOTRYOIDES.
N. SCORDITIS Viv. — BALLOTAE SP.
N. SERPYLLIFOLIA M. Bieb. — MICROMERIA MARIFOLIA.
N. VERSICOLOR Trev. — CRANIOTOME VERSICOLOR.
N. VIRGINICA Linn. — PYCNANTHEMUM LANCEOLATUM.
GLECHOMA GRANDIFLORA DC. — STACHYS CORSICA.

3037. MARMORITIS *Bth.*

(Bth. in Hook. Bot. Misc. III. 377. — Meisn. Gener. plant. vascul I. 268. II. 194. — Bth. Labiat. gener. et spec. 489)

1. M. ROTUNDIFOLIA Royle ex Bth. in Hook. Bot. Misc. III. 377. et Labiat. 490. † — Caulis basi crassus ramosus. Rami herbacei procumbentes semipedales subsimplices tomentoso-villosi, apice dense foliosi. Folia fere *Lamii amplexicaulis*, reniformia, omnia petiolata rugosa crenata et utrinque, praesertim ad paginam inferiorem, tomento albo laxiusculo lanata. Verticillastri pauciflori secundi, in axillis foliorum superiorum dispositi et plerumque petiolis breviores. Bracteae lanceolatae calyce subbreviores. Calyces tomentoso-pubescentes, dentes tubo aequales acuti, sed non spinosi. Planta habitu *Lamium amplexicaule* et quodammodo *Nepetam Glechomam* refert, characteribus *Dracocephalis palmatifolius* affinis. ♃ — Habitat in India orientali in montibus provinciae Kanaour.

3637/1. CHAMAESPHACOS *Schrenk.*

(Schrenk, Enumer. plant. nov. 27. — Endl. Gener. plant. Supplem. II. Addend. p. 105. — Meisn. Gener. plant. vascul. II. 366.)

1. CH. ILICIFOLIUS Schrenk l. c. 28. — Herba pusilla glabriuscula: foll. petiolatis oblongis v. ovato-oblongis acutis; florib. in foliorum axillis solitariis subsessilib., bracteis brevib. setaceis fultis; calycis (*Lamiorum*) dentib. subaequalib. setaceo-acuminatis inermib., fauce villosa, sed nunquam clausa; corollae (violaceae?) tubo elongato filiformi longe exserto, labio superiori longiori, labii inferioris brevioris lobis suborbiculatis; staminib. tubo longiorib., limbo breviorib., antheris atro-violaceis; carpidiis nigricantib. elongatis trigonis, dorso rotundatis, vertice alis tribus angustis apice confluentib. cristato. ⊙ — Ad lacum Balchasch in Soongaria.

3638. DRACOCEPHALUM *Linn.*

(Linn. Gener. pl. no. 729. — Meisn. Gener. plant. vascul. I. 286. II. 194. — Bth. Labiat. gener. et spec. 490. et 738.)

Sectio I. KEIMODRACON Bth. l. c. 492.

Caules procumbentes ramosissimi. Folia suborbiculata inciso-crenata v. subpalmato-pinnatifida. Flores capitato- v. oblongo-spicati. Antherae glabrae.

1. DR. PALMATUM Steph. in Willd. Spec. plant. III. 151. — Bth. l. c. † — Caule procumbente villoso; foll. petiolatis ovato-rotundatis palmato-pinnatifidis, utrinq. viridib. villosis; verticillastris capitato-spicatis; bracteis parvis cuneatis setaceo-dentatis; calycis dente supremo lato truncato; corollis calyce subtriplo longiorib., labio superiore elongato incurvo. 4 — Rami floriferi adscendentes 2–3-pollicares, uti folia molliter villosi. Folia 3–4 lineas longa et lata, petiolo semipollicari, supra rugosa, subtus nervosa, lobis ad medium folii attingentibus oblongis obtusis integerrimis, sinubus acutis, floralia magis sessilia angustiora, obtuse dentata, at viridia et rugosa, nec membranacea. Verticillastri pauci 2–6-flori approximati. Bracteae calyce multo breviores subpalmato-dentatae membranaceae villosae. Corolla speciosa purpurascens, fere glabra. — Habitat in Sibiria orientali prope Ishiginsk.
2. DR. BOTRYOIDES Stev. in Mém. Soc. nat. cur. Mosq. III. 266. — Bth. l. c. — Caule procumbente villoso; foll. petiolatis ovato-rotundatis palmato-pinnatifidis, utrinq. subviridib. villosis; verticillastris capitato- v. oblongo-spicatis; bracteis cuneatis incisis villosis; calycis dente supremo ovato acuto; corollis calyce dimidio longiorib., labio superiore brevi recto. 4 — A *Dr. palmato* differt foliis parum majoribus, verticillastris 6–10-floris, densius spicatis, bracteis calycem subaequantibus, calycis dente supremo minus dilatato et praesertim corollis extus villosis, galea labio inferiore dimidio breviore. — *Nepeta pinnatifida* Fisch. Cat. hort. Gorenk. 1812. 22. — Habitat in Caucaso orientali, sub alpe Tysendagh in ripa glareosa torrentis Chodjal, in alpibus Tufandagh inter fragmenta schisti.
3. DR. DISCOLOR Bunge mss. ex Bth. l. c. † — Caule procumbente ramoso; foll. petiolatis ovatis profunde pinnatifidis, laciniis margine revolutis, supra viridib. glabriusculis, subtus albis; verticillastris oblongo-spicatis; bracteis exteriorib. cuneatis setaceo-dentatis; calycis dente supremo lato truncato aristato; corollis calyce duplo longioribus. 4 — Caules prostrati radicantes, rami floriferi adscendentes 2–4-pollicares, tenuiter pubescentes v. canescentes. Folia 3–4 lin. longa, regulariter, ut in *Scutellariae orientalis* var. *β*, profunde pinnatifida v. subpalmata, supra rugulosa, subtus tomento tenuissimo alba, laciniis linearibus oppositis 3–4-jugis integerrimis v. inferioribus bifidis, sinubus obtusis, floralia infima conformia, superiora bracteaeformia. Spica 1–1½-pollicaris densa v. basi laxa subinterrupta. Bracteae exteriores sessiles semipollicares, calyces excedentes membranaceae subcoloratae ciliatae, apice pinnatim 3–5-dentatae, interiores subintegrae lanceolatae, omnes aristatae. Verticillastri subsexflori. Corolla coerulea. — *Dr. origanoides* Ledeb. Fl. Alt. II. 383. (non Steph.) — Habitat in Sibiriae jugo Altaico, in subsalsis asperis montium calcareorum et schistosorum ad fl. Tschyarysch versus ostium fl. Keriyk et Kan.

4. DR. PINNATUM Linn. Spec. plant. 839. — Ledeb. Ic. pl. fl. Ross. Alt. illustr. t. 445. — Bth. l. c. 493. † — Caule procumbente ramoso; foll. petiolatis ovato-rotundatis subpalmato-pinnatifidis, utrinq. viridib. subvillosis; verticillastris capitato-spicatis; bracteis exteriorib. cuneatis inciso-dentatis; calycis dente supremo ovato aristato; corolla calyce dimidio longiore bracteas subaequante. ♃ — Caulis prostratus ramosissimus, rami floriferi breves adscendentes pubescentes. Folia longe petiolata, 3–4 lin. longa et lata, basi subcordata, lacinüs obtusis ad medium limbi vix attingentibus, supra rugosa, subtus paucinervia, margine subrevoluta, floralia infima sessilia oblonga obtusiuscula, suprema bracteis conformia. Spica densa sesquipollicaris ovata. Bracteae 6–8 lin. longae, exteriores flores superantes membranaceae ciliatae, apice acutissime 3–5-fidae. — *Dr. pinnatifidum* Lam. Dict. II. 319. — Habitat in Sibiria, in lapidosis asperis alpinis Altaicis ad fl. Tschuja, rarior in monte Tarbagatai deserti Soongoro-Kirghisici et in insula Oichon ad lacum Baical.

5. DR. ORIGANOIDES Steph. in Willd. Spec. plant. III. 151. — Bth. l. c. † — Caule procumbente; ramis villosis; foll. petiolatis ovato-rotundatis inciso-crenatis, utrinq. viridib. pubescentib.; verticillastris capitato-spicatis; bracteis maximis late cuneatis inciso-dentatis; calycis dentib. omnib. lanceolatis membranaceis, supremo vix latiore; corollis calyces vix excedentibus. ♃ — Folia latiora et minus incisa quam in *Dr. pinnato*, floralia maxima, infima basi membranacea, apice foliacea cuneata, suprema bracteis conformia. Spica globosa, fere sesquipollicem diametro. Bracteae numerosae, 8–9 lin. longae membranaceae purpureae villosae, dentibus lanceolatis ovatisve aristatis, interiores angustiores. Calyces membranacei, bracteis breviores. Corollae coeruleae bracteas subaequantes, caeterum floribus *Dr. pinnati* conformes. — Habitat in Sibiria, in summis alpibus Altaicis ad fl. Tschuja.

Sectio II. CALODRACON Bth. l. c. 494.

Caules basi crassi. Rami floriferi erecti paucifoliati. Folia subradicalia, longe petiolata crenata. Verticillastri capitato- v. oblongo-spicati. Antherae glabrae.

6. DR. IMBERBE Bunge mss. ex Bth. l. c. † — Subglabrum: caule erecto humili; foll. radicalib. longe, caulinis paucis breviter petiolatis, omnib. reniformib. profunde crenatis, utrinq. viridib.; verticillastris capitato-spicatis; bracteis cuneatis incisis glabris; calycis dentib. superiorib. oblongis; corollis calyce duplo longioribus. ♃ — Caules basi caespitosi, foliorum emarcidorum rudimentis obtecti. Rami floriferi erecti semipedales glabri v. tenuiter pubescentes. Foliorum radicalium petioli 3-pollicares, limbo vix pollicari, utrinque glabriusculo, caulinorum paria unici multo minora, floralia sessilia subcolorata. Bracteae semipollicares coloratae, margine interdum subpubescentes, calyces subaequantes. Calyces colorati glabriusculi subincurvi, dentibus superioribus parum latioribus longioribusque. Corolla coerulea pollicaris, tubo apice dilatato, basi parum attenuato, labia subaequalia. — Habitat in Sibiriae summis alpibus Altaicis ad fl. Tschuja.

7. DR. GRANDIFLORUM Linn. Spec. plant. 830. — Bth. l. c. † — Bot. Magaz. t. 1009. — Caule erecto, superne piloso; foll. radicalib. longe petiolatis oblongis obtusis crenatis, basi cordatis, caulinis paucis breviter petiolatis ovatis, omnib. utrinq. viridib. subglabris, floralib. orbiculatis pilosis, supremis bracteaeformib.; verticillastris oblongo-spicatis; bracteis maximis orbiculato-cuneatis inciso-dentatis; calycis dentib. superiorib. oblongis; corollis amplis calyce triplo longioribus. ♃ — Caules e basi crassa perenni foliorum emarcidorum rudimentis nigris obtecta complures erecti, nunc 3–4-pollicares nunc pedales, superne sub axillis et ad angulos pilosi, basi glabrati. Folia radicalia (*Stachydis Betonicae*), 1–2-pollicaria, caulina pauca petiolis brevibus dilatatis ciliatis subconnatis, superiora sessilia rotundata, floralia bracteis subconformia. Spica 2–3-pollicaris, verticillastro infimo saepius distincto. Bracteae fere pollicares, interiores angustiores, omnes magis minusve coloratae. Corolla coerulea fere bipollicaris. — Haec species et *Dr. imberbe* a *Nepeta* non nisi bracteis differunt. — *Dr. Altaiense* Laxm.

in Nov. comm. Petrop. XV. 556. t. 29. fig. 5. — Rchb. Icon. plant. cult. et colend. I. t. 96. — In Sibiria frequens, in jugo Altaico ubique in alpinis et subalpinis.

8. DR. SPECIOSUM Bth. in Wall. Plant. Asiat. rarior. II. 65. et Labiat. gener. et spec. 494. — Caule erecto pubescente; foll. radicalib. longe petiolatis late cordiformib., caulinis paucis breviter petiolatis, omnib. rugosis, utrinq. viridib., subtus pubescentib., floralib. orbiculatis subbracteaeformib.; verticillastris oblongospicatis; bracteis orbiculatis inciso-crenatis, calyce multo breviorib.; calycis dente supremo ovato; corollis calyce subduplo longioribus. 4 — Radix fasciculata, fibris incrassatis. Caules simplices 1–1½-pedales, sub floribus molliter villosi. Petioli foliorum radicalium 3–5-pollicares, limbo vix pollicem longo, fere 2 poll. lato, supra glabriusculo, subtus ad venas pubescente. Foliorum caulinorum paria 2–3 inferiora radicalibus conformia, at minora, brevius petiolata, superiora subsessilia ovata, floralia omnia orbiculata, infima calyces superantia, superiora breviora. Verticillastri 2–4 densi subsecundi, infimus saepe distinctus. Bracteae 3 lin. longae. Calyces simplices 6-lineares ampli incurvi, dente supremo ovato, lateralibus oblongis, inferioribus lanceolatis. Corolla extus villosissima purpurea? — Habitat in Indiae orientalis jugo Himalayensi, in Gossain Than.

9. DR. FRAGILE Turczan. mss. ex Bth. l. c. 495. † — Caulib. decumbentib. articulatis pilosiusculis; foll. petiolatis oblongis obtusis obscure crenatis, basi rotundatis, utrinq. viridib. pilosis glabratisve, floralib. bracteisq. sessilib. ellipticis integerrimis mucronatis membranaceis pilosis; verticillastris oblongo-spicatis calyces aequantib.; calycis dente supremo maximo ovato; corollis calyce subduplo longioribus. 4 — Caulis crassus procumbens fuscus, rami pedales?, ad nodos articulati fragiles tetragoni, saepius, praesertim in parte superiore, pilis reflexis induti. Folia 1–1½-pollicaria, leviter et late crenata et fere glabra, interdum (ramorum sterilium?) angustiora integerrima pilosa. Spica 2–3-pollicaris, verticillastro infimo subdistincto. Bracteae maximae, pallide virentes, tenuissime reticulato-venosae, margine et ad venas pilis longis ciliatae. Calyces 6–8 lin. longi, basi purpurascentes striati hispiduli, apice pallidi membranacei, dente supremo caeteris subtriplo latiore. Corolla flavescens? incurva, extus pubescens, tubo breviter exserto, basi attenuato, fauce dilatata, labiis subaequalibus. — Species calyce et habitu *Dracocephali*, etsi bracteis integerrimis ab hoc genere recedit. — Crescit in Dauria ad lacum Nossogol.

10. DR. LAMIIFOLIUM Dsf. Ann. mus. Par. X. 305. t. 26. — Bth. l. c. — Foll. ovatis obtusis crenatis; florib. terminalib.; corollae labio superiore bifido, laciniis dentatis. 4 — Caules simplices tetragoni 6–12-pollicares caespitosi. Folia petiolata, uti caulis pilis brevissimis conspersa. Flores ad apices caulium capitati. Calyx dilatatus, laciniis 5 profundis acutis rectis subaequalibus. Corolla magna rosea 1½-pollicaris, tubo recto villoso, a basi ad apicem dilatato, fauce inflata, labium superius elongatum concavum, lacinilis 2 obtusis oblique truncatis, irregulariter dentatis, labium inferius trifidum, lobis lateralibus brevissimis, inferiore profunde emarginato subbifido crenato purpureo-maculato. — An *Nepetae* species? — Habitat in Cretae fissuris rupium.

Sectio III. CRYPTODRACON Bth. l. c. 495.

Caules erecti ramosi foliosi. Verticillastri capitato-spicati. Antherae glabrae.

11. DR. PARVIFLORUM Nutt. Gen. pl. N. Am. II. 35. — Bth. l. c. — Caule erecto ramoso pubescente; foll. petiolatis lanceolatis inciso-crenatis serratisve, utrinq. viridib., subtus pubescentib.; verticillastris capitato-spicatis; bracteis ovato-cuneatis aristato-dentatis; calycis dente supremo late ovato; corollis calycem vix excedentibus. 4? ☉? — Caules herbacei pedales v. vix semipedales. Folia *Dr. Moldavicae*, at eglandulosa, subtus pubescentia. Spicae globosae v. oblongae densae ad apices caulis et ramorum. Folia floralia exteriora caulinis subconformia sessilia acuta, serraturis breviter aristatis, interiora bracteis subconformia. Bracteae uti calyces virides venosae glabrae v. ciliatae, aristis brevibus rigidis subpungentibus. Corollae parva coerulescens, extus pubescens. — Habitat in

America septentrionali ad flumen Missouri prope arcem Mandan, ad Red River et prope arcem Cumberland House ad flumen Saskatchawan.

Sectio IV. MOLDAVICA Bth. l. c. 496.

Caules erecti v. adscendentes foliosi. Verticillastri distantes subracemosi. Antherae glabrae.

12. **DR. STAMINEUM** Karelin et Kirilow, Bullet. de la soc. impér. des naturalist. de Moscou XV. 423. † — Perenne pubescens multicaule: caulib. ascendentib. ramosis; foll. cordato-orbiculatis v. reniformib. obtuse inciso-crenatis; bracteis parvis cuneato-oblongis integris 2-3-dentatisve, dentib. aristatis calycibq. bilabiatis villoso-lanatis, labio superiore late trifido, inferiore bipartito, lobo medio labii inferioris corollae vix emarginato; genitalib. longe exsertis. ♃ — Habitu *Dr. imberbis*, at minor follisque minoribus instructum. Bracteae absque arista calyce triplo breviores integrae muticae aut aristatae v. ad latera dentibus 1-2 aristatis auctae. Corolla intense azurea. — Ambigit inter *Kaimodracones*, *Kalodrakones* et *Moldavicam*. — In glareosis summarum alpium Alatau ad fl. Sarchan.

13. **DR. MOLDAVICA** Linn. Spec. plant. 830. — Bth. l. c. † — Caule erecto ramoso; foll. petiolatis lanceolatis inciso-crenatis, floralib. angustiorib., basi aristato-serratis; verticillastris distinctis longe racemosis; bracteis lanceolatis aristato-serratis; calyce bilabiato, labio superiore late semitrifido, inferiore bipartito; corollis calyce plus duplo longioribus. ♃ — Herba 1-1½-pedalis glabra v. tenuissime pubescens. Folia pollicaria, inferiora late lanceolata obtusa, grosse crenata, basi subincisa, crenaturis et lobis omnibus muticis, superiora et floralia angustiora, apice obtusa et obtuse subcrenata, basi angustata serrata, serraturis longe aristatis, omnia utrinque viridia glabra et subtus glandulosa. Verticillastri 6-10-flori, racemum semipedalem v. pedalem formantes. Bracteae foliis floralibus dimidio breviores et iis subconformes, sed acutae, apice serraturisque omnibus aristatis. Corolla coerulea v. alba, fauce amplissima. — *Moldavica punctata* Moench, Meth. plant. 410. — Crescit in Sibiria orientali, etiam in India orientali, America meridionali etc. e hortis dispersum.

14. **DR. HETEROPHYLLUM** Bth. l. c. 738. — Caulib. ascendentib.; foll. petiolatis obtusis crenatis, infimis rotundatis subreniformib., basi cordatis, superiorib. oblongis, floralib. basi angustatis bracteisq. oblongis aristato-dentatis; calyce bilabiato, labio superiore late semitrifido, inferiore bipartito; racemo subspicato. ♃ — A *Dr. Moldavica* differt statura humili, ramis subsimplicibus, spica densa et foliorum forma. Folia etiam supra rugosa, subtus nervosa, superiora saepe pubescentia, caulina nunquam aristata. Flores *Dr. Moldaricae*, sed parum majores. Corolla puberula. — Habitat in Indiae orientali-septentrionalis montibus Koo-khio-ghang.

15. **DR. FOETIDUM** Bunge mss. in Ledeb. Fl. Alt. II. 386. — Bth. l. c. 496. — Caule humili divaricato ramosissimo; foll. petiolatis ovato-oblongis obtusis crenatis, floralib. angustiorib., basi aristato-serratis; verticillastris distinctis breviter racemosis; bracteis oblongis aristato-serratis; calyce bilabiato, labio superiore late semitrifido, inferiore bipartito; corollis calyce plus duplo longioribus. ♃ — Valde affine *Dr. Moldavicae* et forsan ejus varietas. Differt statura vix 2-3-pollicari follisque brevibus longe petiolatis. Rami et calyces pubescentes. — Habitat in Sibiriae collibus arenosis ad latus dextrum deserti editi juxta fl. Tschuja extensi.

16. **DR. INDERIENSE** Karelin et Kirilow, Bullet. de la soc. impér. des natur. de Moscou XV. 423. — Pubescens: caule erecto ramoso; foll. petiolatis obovato-ellipticis, basi attenuatis crenatis, floralib. angustiorib. oblongis serratis, serraturis praesertim superiorum setiferis; verticillastris distinctis longe racemosis; bracteis oblongis serrato-setiferis; calyce subbilabiato, labio superiore late semitrifido, inferiore bipartito; corollis calyce paullo longiorib., labio galeam duplo fere superante. ⊙ — Pedicelli post anthesin valde dilatati. Corolla tenuis alba, fauce parum ampliata, tubo post anthesin elongato. — Crescit in arenosis Soongariae ad lacum Inderiensem et inter montes Arganaty et fl. Lepsam.

17. DR. ROYLEANUM Wall. mss. ex Bth. in Wall. Plant. Asiat. rarior. I. 65. et Labiat. gener. et spec. 497. † — Caule erecto stricto; foll. petiolatis ovatis crenatis, floralib. angustiorib., superiorib. basi aristato-serratis; verticillastris distinctis interrupte spicatis; bracteis oblongis aristato-dentatis; calyce vix bilabiato, dentib. superiorib. latiorib.; corollis calycem vix excedentibus. 2. — Caulis semipedalis v. in cultis ultra pedalis, basi glabratus, apice pubescens. Folia distantia, utrinque viridia, basi glabriuscula, inferiora cuneata, superiora angustata, floralia calycibus sublongiora. Verticillastri 6-flori, in racemo v. spica interrupta longa striata terminali dispositi, inferiores distantes, superiores approximati, at omnes distincti. Pedunculi breves erecti rigidi complanati. Bracteae petiolatae, calyces aequantes virides, aristis longis divaricatis. Calyces 3 lin. longi striati, tenuissime pubescentes, dentibus convolutis clausi. Corolla tenuissima flavescens? — Habitat in Indiae orientalis provincia Kunawur.

18. DR. PEREGRINUM Linn. Spec. plantar. 829. — Bot. Magag. t. 1084. — Bth. l. c. 498. † — Decumbens: ramis adscendentib. glabriusculis; foll. glaberrimis breviter petiolatis lanceolatis, plerumq. paucidentatis, dentib. aristatis, floralib. v. interdum fere omnib. integerrimis; verticillastris distinctis paucifloris secundis breviter racemosis; bracteis oblongis lanceolatisve aristatis subdentatis; calyce bilabiato, labio superiore late tridentato, inferiore anguste bifido; corollis amplis calyce subtriplo longioribus. 2. — Caules basi laxe ramosi procumbentes, rami tenues tetragoni rigidi semipedales v. vix pedales. Folia plerumque pollicaria, nunc omnia dentata, rarius omnia integerrima, floralia plerumque calyces aequantia v. suprema dimidio breviora, omnia obtusiuscula, magis minusve mucronata paucivenia. Bracteae calyce multo breviores, nunc minutae ovatae oblongae v. lineares integerrimae v. pauci-dentatae. Verticillastri pauci, nunc distantes nunc approximati. Pedunculus communis pedicellos subaequans et cum iis rigidus subcomplanatus. Corolla 15–18 lin. longa purpurascens v. coerulea. — *Ruyschiana verticillata* Mill. Dict. no. 3? — Habitat in Sibiria fere omni, in apricis montium Altaicorum frequens.

19. DR. THYMIFLORUM Linn. l. c. 831. — Bth. l. c. † — Caule erecto?; foll. breviter petiolatis ovato-lanceolatis lanceolatisve crenatis, floralib. angustiorib. integriorib.; verticillastris distinctis multifloris longe racemosis; bracteis ovato-oblongis subintegerrimis; calycis dente supremo late ovato, inferiorib. lanceolatis; corollis vix calycem excedentibus. — Caulis 1–1½-pedalis, parum ramosus, tenuiter pubescens. Folia caulina parva, vix 6–9 lin. longa, floralia inferiora fere duplo longiora, flores longe superantia, gradatim breviora, omnia viridia vix pubescentia. Verticillastri plerumque 10–12-flori. Bracteae foliaceae, calyces aequantes v. breviores, rarissime dentatae. Pedunculi breves erecti subteretes. Corolla tenuissima purpurascens. — *Zornia parviflora* Moench, Meth. plant. 411. Habitat in Europa orientali, Upsaliae, Mosquae, in Podolia australi.

20. DR. MULTICAULE Montbr. et Aucher, Ann. sc. nat. VI. (2. Sér.) 27. — Ramis e basi fruticosa numerosis adscendentib. basi pubescentib.; foll. breviter petiolatis lanceolatis (omnib.?) integerrimis, juniorib. cano-pubescentib., floralib. conformib.; verticillastris paucifloris secundis racemosis; bracteis lanceolatis integerrimis aristatis; calyce bilabiato, labio superiore late tridentato, inferiore bifido; corollis amplis pubescentibus calyce plus duplo longioribus. ♄ — Habitat in Armenia.

21. DR. NUTANS Linn. Spec. plant. 831. — Bth. l. c. 499. — Bot. Regist. t. 841. — Caule erecto?; foll. petiolatis ovatis crenatis, floralib. oblongo-lanceolatis integriorib.; verticillastris distinctis multifloris longe racemosis; bracteis ovatis oblongisve subintegerrimis; calycis dente supremo late ovato, inferiorib. lanceolatis; corollis calyce plus duplo longioribus. 2. — Habitus folia, et calyces *Dr. thymiflori*, differt corollis fere 8 lin. longis, tubo breviter exserto tenui, fauce ampliissima. — *Zornia nutans* Moench, Meth. plant. 411.

β. alpinum Karel. et Kiril. Bulletin de Mosc. XV. 424. — Humile: caulib. subdiffusis; foll. minutis; bracteis saepe crenatis; florib. parvis. — Habitat in Sibiria fere omni, in apricis montium Altaicorum frequens.

22. DR. FRUTICULOSUM Steph. in Willd. Spec. plant. III. 152. — Bth. l. c. — Suffruticosum glabrum: foll. subsessilib. ellipticis mucronatis integerrimis v. superiorib. floralibq. aristato-dentatis; verticillastris pauciflоris, superiorib. subspicatis; bracteis ovatis aristato-dentatis; calycis dentib. omnib. lanceolatis, supremo latiore; corollis calyce vix duplo longioribus. ♃ — Rami vix 4-pollicares subtetragoni ramosi glabri. Folia 4 lin. longa v. vix sempollicaria, basi rotundata, inferiora breviter petiolata et plerumque integerrima, superiora sessilia, basi dentibus 1-2 instructa, omnia apice mucronata. Flores in apice caulis breviter subspicati. Bracteae forma foliorum, sed basin versus dentibus utrinque 3-4 apice aristatis instructae. Calyx coloratus aristatus. Corolla *Dr. integrifolii* a quo calycibus, foliis, etc. diversum. — Habitat in Sibiria circa Kiachta.

23. DR. INTEGRIFOLIUM Bunge mss. in Ledeb. Fl. Alt. II. 367. — Bth. l. c. † — Suffruticosum glabrum: ramis suberectis; foll. subsessilib. lanceolatis obtusis integerrimis, floralib. bracteaeformib.; verticillastris racemosis secundis; bracteis ovatis aristato-dentatis; calycis dente supremo late ovato, inferiorib. lanceolatis; corollis calyce subduplo longioribus. ♃ — Habitus *Dr. nutantis* sed foliis distinctissimum. Caules basi lignosi ramosi subpedales. Folia pollicaria, utrinque viridia, ad axillas subfasciculata, floralia infima subconformia, basi dentibus paucis aristatis instructa, superiora omnino bracteis conformia. Racemi 3-4-pollicares. Verticillastri omnes distincti, infimi distantes, plerumque sub-10-flori laxi. Pedunculi uti pedicelli lineam longi subteretes. Bracteae exteriores calycem subaequantes, interiores breviores, dentibus longe aristatis. Calyx purpurascens, 4-5 lin. longus striatus incurvus, dente supremo inferioribus triplo latiore. Corolla *Dr. nutantis*. — Habitat in jugo Altaico in praeruptis montium Kurtschum prope Baty et in rupestribus prope ruinas Ablakit, in Dahuria.

24. DR. SPINESCENS Wndrth. Index semin. h. Marburg. 1841. p. 5. — Pedunculis oppositis corymboso-trifloris; bracteis oblongis spinescenti-denticulatis; calycib. coloratis inaequaliter dentatis spinescentib.; foll. petiolatis oblongis inciso-dentatis, dentib. longe spinulosis. ♃? — Crescit.....?

Sectio V. RUYSCHIANA Bth. l. c. 499.

Caules erecti foliosi. Verticillastri subinterrupte spicati. Antherae villosae.

25. DR. ARGUNENSE Fisch. mss. ex Link, Enum. hort. Berol. II. 118. — Bth. l. c. — Rchb. Ic. flor. cult. et colend. I. t. 1. — Sweet, Brit. flow. gard. I. t. 47. — Glabrum: caule erecto; foll lineari-lanceolatis integerrimis glabris; verticillastris subspicatis; bracteis cuneato-ellipticis acutis; calyce glaberrimo bilabiato, labio superiore late semitrifido, inferiore anguste bipartito; corollis amplis calyce subtriplo longioribus. ♃ — Affine *Dr. Ruyschianae*, differt praecipue calycibus glabris et floribus majoribus. Rami sesquipedales subsimplices. Folia subsessilia, 2-3 poll. longa, margine vix revoluta, juniora in axillis fasciculata. Verticillastri pauci, 2-6-flori. Bracteae calyce breviores, basi longe angustatae, margine brevissime ciliatae. Calyx 8 lin. longus subcampanulatus, dentibus profundis acutis. Corolla tenuiter pubescens coerulea speciosa, ultra sesquipollicaris, fauce amplissima. — Habitat in Dahuria.

26. DR. RUYSCHIANA Linn. Spec. plant. 830. — Bth. l. c. 500. † — Caulib. erectis tenuiter pubescentib.; foll. lineari-lanceolatis integerrimis glabris; verticillastris subspicatis; bracteis ovato-lanceolatis integerrimis; calycis pubescentis dente supremo ovato, infimis lanceolatis; corollis calyce plus duplo longioribus. ♃ — Rami e basi ramosa plures pedales subsimplices. Folia 1-1½-pollicaria subsessilia, margine plerumque revoluta, juniora in axillis fasciculata. Verticillastri pauci approximati subsexflori. Bracteae paucae, superiores minutae. Calyx 4 lin. longus, pedicello brevi tereti, basi striatus canescens. Corolla purpurascens pollicaris, fauce ampla, labio superiore lato inferius excedente. — *Dr. hyssopifolium* F. Mart. ex Steud. Nom. bot. 285. (edit. 1.) — *Ruyschiana spicata* Mill. Dict. no. 1. — *Zornia linearifolia* Moench ex Steud. Nom. bot. 285. edit. 1. — Habitat in Europae et Asiae Rossicae montosis, in Norwegiae collinis apricis

Guldbranslandiae, in Galloprovincia, Delphinatu et Helvetia, in Franconia, Borussia et Galicia, in Rossia circa Rezan, in Caucaso et monte Beschtau, in jugo Altaico frequens.

27. DR. AUSTRIACUM Linn. l. c. 839. — Jcq. Icon. pl. rar. I. t. 112. — Bth. l. c. † — Caulib. erectis pilosulis; foll. 3–5-fidis v. ramealib. subintegerrimis, laciniis linearib., margine revolutis; verticillastris subinterrupte spicatis; bracteis 3–7-fidis aristatis; calycis dente supremo ovato, inferiorib. lanceolatis; corollis calyce subtriplo longioribus. ♃ — Habitus *Dr. Ruyschianae*, sed foliis divisis et margine revolutis distinctissimum. Folia ramorum sterilium rarius integra. Verticillastri 6–10-flori, omnes saepius distincti. Folia floralia et bracteae hispida. Calyces crassi, 8–9 lin. longi, dente supremo lateralibus duplo, infimis triplo latiore. Corolla speciosa, ultra sesquipollicaris. — *Zornia partita* Moench mss. ex Steud. Nom. bot. 285. (edit. 1.) — *Ruyschiana laciniata* Mill. Dict. no. 2. — Habitat in Europae et Asiae Rossicae montosis, in Pyrenaeis, in alpibus Delphinatus et Helvetiae, in Germania australi, Galicia, Transsylvania, Podolia, Caucaso et in monte Beschtau.

† *Species dubiae.*

28. DR. ODORATISSIMUM Poir. Dict. Suppl. II. 521. — Bth. 501. † — Florib. spicatis; bracteis anguste lanceolatis ciliatis, flore longiorib.; foll. ovato-oblongis integerrimis. ♃? ☉? — Vix 4–5 poll. altum. Caules tenues. Rami divaricati cinerei subrubescentes, angulis pubescentibus. Folia mediocriter petiolata parva ovato-oblonga integerrima, utrinque angustata glabra, 4–5 lin. longa, superiora angustiora lanceolata sublongiora. Flores sessiles, approximati in spica brevi terminali, subimbricati. Bracteae angustae lanceolatae acutissimae 7 lin. longae, margine ciliatae, floribus sublongiores. Calyx tenuis tubulosus striatus, striis subciliatis, dentibus 5 rectis brevissimis. Corolla albida subpurpurascens, extus pilosula, tubo tenui calyce vix longiore, fauce amplissima. — Habitat in Crimea.

29. DR. COCHINCHINENSE Lour. Fl. Cochinch. 371. — Bth. l. c. — Florib. spicatis; bracteis subrotundis acutis; foll. ovato-lanceolatis integerrimis. ☉? — Caulis herbaceus 10-pollicaris erectus tetragonus sulcatus villosus. Folia ovato-lanceolata integerrima villosa, pauca, opposita. Flores violacei spicati terminales; bracteis subrotundis acutis multifloris. Corolla fauce inflata, labio superiore concavo. Filamenta didynama pilosa. Stigma acutum bifidum, laciniis inaequalibus mutuo inflexis. Semina 4. — Habitat in Cochinchina.

†† *Species e genere excludendae.*

DR. CANARIENSE Linn. — CEDRONELLA CANARIENSIS.
DR. CANESCENS L. — LALLEMANTIA CANESCENS.
DR. CHAMAEDRYOIDES Balb. — SPHACELE CAMPANULATA.
DR. CORDATUM Nutt. — CEDRONELLA CORDATA.
DR. DENTICULATUM Ait. — PHYSOSTEGIA VIRGINIANA.
DR. ERECTUM Royle. — NEPETA ERECTA.
DR. GOVANIANUM Wall. — NEPETA GOVANIANA.
DR. IBERICUM M. B. — LALLEMANTIA IBERICA.
DR. INTERMEDIUM Nutt. — PHYSOSTEGIA VIRGINIANA.
DR. LANCIFOLIUM Moench. — PHYSOSTEGIA VIRGINIANA.
DR. MEXICANUM H. B. Kth. — CEDRONELLA MEXICANA.
DR. OCYMIFOLIUM Milb. — LALLEMANTIA PELTATA.
DR. PELTATUM Linn. — LALLEMANTIA PELTATA.
DR. SIBIRICUM Linn. — NEPETA MACRANTHA.
DR. SPECIOSUM Sweet. — PHYSOSTEGIA VIRGINIANA.
DR. VARIEGATUM Vent. — PHYSOSTEGIA VIRGINIANA.
DR. VIRGINIANUM Linn. — PHYSOSTEGIA VIRGINIANA

3638/1. LALLEMANTIA *Fisch. et Mey.*

(Fisch. et Mey. Indx. semin. hort. Petropolit. VI. 53. — Endl. gener. plant. Suppl. I. p. 1400. — Meisn. gener. plant. vascul. II. 366.)

1. L. (DRACOCEPHALUM Linn. Spec. plant. 831. — Sweet, Brit. Flow. gard. I. t. 38. — Bth. Labiat. gen. et spec. 497. † — ZORNIA Mnch. Method. plant. 411.) CANESCENS Fisch. et Mey. l. c. ex Linnaea XIV. Literatb. 151. — Caule suberecto ramoso tenuissime cano-tomentoso; foll. petiolatis, infimis ovatis oblongisve subinciso-crenatis, floralib. lanceolatis subintegerrimis, omnib. tomento tenui subcanescentib.; verticillastris distinctis longe racemosis subsexfloris; bracteis ovato-cuneatis aristato-dentatis; calycis incani dente supremo ovato, infimis lanceolatis; corollis calyce duplo longioribus. ♃ — Caulis pedalis, obtuse tetragonus. Folia infima in petiolum longe angustata, superiora uti floralia sessilia, basi breviter angustata, omnia obtusa, inferiora venoso-rugosa, superiora crassiuscula paucivenia, omnia calyces excedentia. Bracteae calyce dimidio breviores petiolatae, basi angustatae, tenuiter pubescentes, nervis elevatis in aristas rigidas excurrentibus. Pedunculi breves erecti rigidi complanati. Corolla coerulea. — Habitat in Oriente, in Syria prope Aleppo.
2. L. IBERICA Fisch. et Mey. l. l. c. c. — Caule decumbente?; foll. petiolatis ovato-oblongis, basi longe angustatis subdentatis, floralib. lanceolatis subintegerrimis, omnib. glabris; verticillastris distinctis longe racemosis subsexfloris; bracteis lineari-cuneatis, apice aristato-dentatis; calycis glabriusculi dente supremo ovato, inferiorib. lanceolatis; corollis calycem vix excedentibus. ♃ — Corolla coerulea tenuis. — *Dracocephalum Ibericum* M. Bieberst. Flor. Taur. Cauc. II. 64. — Bth. l. c. † — Crescit in Iberia.
3. L. PELTATA Fisch. et Mey. l. l. c. c. — Caule erecto; foll. petiolatis ovatis obtusis crenatis, floralib. oblongo-lanceolatis integriorib.; verticillastris distinctis multifloris longe racemosis; bracteis orbiculatis aristato-dentatis; calycis dente supremo ovato, lateralib. oblongis, infimo lanceolato; corollis calycem vix excedentibus. ♃ — Caules subsimplices ultra pedales, glabri v. tenuissime tomentosi. Folia sesquipollicaria, basi cuneata tenuia, utrinque viridia glabra, floralia gradatim angustiora, omnia flores superantia. Verticillastri plerumque 10–12-flori. Bracteae petiolatae latissimae, calyce breviores, nervis elevatis reticulatae virides glabrae. Pedunculi breves rigidi erecti complanati. Corolla parva coerulea subglabra. — *Dracocephalum peltatum* Linn. l. c. — Bth. l. c. † — *Dracocephalum ocymifolium* Mill. Dict. no. 4. — *Zornia peltata* Mnch. Method. pl. 411. — Crescit in Oriente.

3639. CEDRONELLA *Bth.*

(Bth. Labiat. gener. et spec. 501. — Meisn. gener. plant. vascular. I. 286. II. 194.)

1. C. CORDATA Bth. l. c. 502. † — Herbacea stolonifera: foll. cordato-ovatis crenatis; verticillastris paucifloris secundis in spicam v. racemum brevem approximatis. ♃? — Caules basi repentes radicantes, rami floriferi erecti semipedales simplices villosi. Folia 1–1½-pollicaria, forma fere *Lamii* obtusa rugosa pubescentia v. glabriuscula, floralia calyce breviora petiolata, basi rotundata, inferiora crenulata, superiora integerrima. Cymae breviter pedunculatae, 1–3-florae. Calyx semipollicaris amplus viridis, vix pubescens striatus, ore obliquo, dentibus late lanceolatis acutis, superioribus longioribus. Corolla pallide coerulea speciosa, fere sesquipollicaris, tubus basi tenuis, intus pubescens, faux amplissima, labium superius latum concavum, apice bilobum, lobis rotundatis, labii inferioris lobi laterales ovato-rotundati, medius latus subplanus, supra pilosus emarginatus. Stamina labio superiore breviora. Antherae parvae. – *Dracocephalum cordatum* Nutt. Gen. pl. N. Amer. II. 35. — Habitat in America septentrionali ad flumen Ohio infra Pittsburgh.
2. C. MEXICANA Bth. l. c. † — Elata: foll. ovato-lanceolatis, basi cordatis dentatis; verticillastris multifloris in racemum v. spicam interruptam teretem approximatis. ♃? — Herba 2–3-pedalis, glabra v. tenuiter pubescens. Folia breviter petiolata.

1½–2–pollicaria, longe acuminata acuta, grosse dentata, subtus glandulosa. Verticillastri laxi 20–40–flori. Cymarum inferiorum pedunculi communes saepe semipollicares; cymae superiores subsessiles. Pedicelli breves erecti. Calyx tenuis, fere glaber, dentibus acutissimis. Corolla purpurascens, calyce triplo longior, tubo tenui incurvo, fauce vix dilatata, limbi lobis brevibus. Genitalia exserta. — *Dracocephalum Mexicanum* H. B. Kth. Nov. gen. et sp. Amer. II. 332. t. 160. — Habitat in Mexico inter segetes et in pratis regionis alsae prope Valladolid, Patzcuara et Chalco, prope Tlalpuxahua.

3. C. TRIPHYLLA Mnch. Meth. pl. 411. — Bth. l. c. † — Fruticosa elata: foll. pinnatim trisectis, segmentis oblongo–lanceolatis; verticillastris laxis in spicam oblongam teretem aggregatis. ♁ — Caulis 2–3–pedalis, rami floriferi herbacei tetragoni glabriusculi, ad nodos pilosi. Foliorum petiolus ¼–1–pollicaris, segmenta lateralia subsessilia pollicaria, basi obliqua, terminale petiolulatum sesquipollicare, basi rotundatum, omnia apice angustata, margine crenata, utrinque viridia, glabriuscula v. saepius, praesertim in pagina inferiore, pubescentia. Verticillastri 10–12–flori. Calyx ample tubulosus, 5 lin. longus, 13–15–striatus pubescens, dentibus e basi lanceolata subulato–acuminatis aequalibus. Corolla albida, calyce vix duplo longior, fauce parum dilatata. — *Dracocephalum Canariense* Linn. — *Cedronella Canariensis* Comm. Hort. Amst. II. 81. t. 41. — Habitat in America et forsan in Canariis.

Tribus IX. *STACHYDEAE* Bth. Labiat. gener. et spec. 503. — Endl. Gener. plant. p. 623. — Meisn. Gener. plant. vascular. I. 286.

Calyx irregulariter venosus v. 5–10–nervius aequalis, obliquus v. rarius subbilabiatus 3–10–dentatus. Corollae tubus inclusus v. exsertus, intus saepe annulatus, limbus bilabiatus, labio superiore galeato v. plano integro v. emarginato, inferiore varie trifido. Stamina 4 adscendentia didynama, superiora breviora, omnia fertilia v. inferiorum antherae rarissime cassae v. dimidiatae. Achaenia sicca.

Subtribus I. MELITTEAE Endl. Gener. plant. p. 623.

Calyx post anthesin inflatus bi- v. quadrilobus. Corolla longe exserta.

3640. MELITTIS *Linn.*

(Linn. Gener. plant. no. 731. — Meisn. Gener. plant. vascul. I. 286. II. 195. — Bth. Labiat. gener. et spec. 503.)

1. M. MELISSOPHYLLUM Linn. Spec. plantar. 832. — Jacq. Flor. Austr. I. t. 26. — Engl. bot. t. 577. — Reichb. Plant. critic. III. 41. t. 241. — Bth. l. c. † — W. Ebel, Zwölf Tage auf Montenegro II. 40. t. 1. fig. 3. a–h. — Caules herbacei erecti subsimplices 1–1½–pedales tetragoni, magis minusve pilis patenti–reflexis hirsuti. Folia breviter petiolata 1½–2–pollicaria ovata crenata, basi cordata v. suprema rotundata rugosa villosa, utrinque viridia, floralia conformia v. suprema angustiora, omnia flores excedentia. Verticillastri subsexflori axillares. Bracteae subnullae. Pedicelli calyce subbreviores. Calyx semipollicaris viridis glaber v. magis minusve villosus, labio v. lobo supremo in eodem exemplari saepe integro et emarginato v. subtridentato. Corolla 1¼–pollicaris rubra v. roseo–alba, tubo a basi amplo, extus glabra, labium superius saepius patens et integrum, rarius emarginatum, inferius subduplo longius, lobis lateralibus ovato–subrotundis, medio maximo late rotundato integro. Stamina e tubo breviter exserta, limbo breviora. Filamenta dilatata, margine pilosa, basi cum corolla confluentia, nec appendiculatim producta. Variat foliis etiam floralibus profunde cordatis v. superioribus etiam caulinis basi rotundatis, corollis nunc vix pollicaribus, saepius 15– v. interdum 16–17–linearibus albidis rubris v. variegatis, hirsutie totius plantae et calycis lobo supremo integro v. 2–3–dentato, interdum fere

bifido, sed nec in species nec in varietates distinctas dividenda videtur. — *M. grandiflora* Sm. Fl. Brit. II. 644. — Engl. bot. t. 636. — Hook. Fl. Lond. II. ic. — Rchb. l. c. t. 242. — *M. albida* Guss. Prodr. fl. Sic. II. 140. — *Melissa sylvestris* Lam. Fl. Fr. II. 401. — Habitat in Europae umbrosis, in Anglia, Gallia, Germania, Lusitania, Hispania, Sicilia, Italia, Graecia.

† *Species e genere excludenda.*

M. CAROLINIANA Spr. — MACBRIDEA PULCHELLA.

M. JAPONICA Thunb. — SCROPHULARINEA QUAEDAM?

3641. PHYSOSTEGIA *Bth.*

(Bth. Labiat. gener. et spec. 504. — Meisn. Gener. plant. vascul. I. 286. II. 195.)

1. PH. VIRGINIANA Bth. l. c. 504. † et 738. — Calycib. acute quinquedentatis. ♃ — Herba 2–3-pedalis, saepius omnino glabra, rarius pubescentia tenuissima in parte superiore induta. Caules parum ramosi tetragoni laeves. Folia sessilia, plerumque lanceolata, interdum oblongo-ovata v. obovata, saepius acuta, irregulariter et acute serrata, basi angustata, utrinque viridia laevia crassiuscula, nervo medio subtus prominulo, caeterum subavenia, floralia infima subconformia, caetera omnia bracteaeformia, calycibus breviora ovata lanceolata v. linearia acuta sessilia integerrima. Racemus terminalis simplex v. subpaniculato-ramosus ½–1-pedalis. Flores oppositi approximati v. distantes subsessiles v. breviter pedicellati. Corolla incarnata v. purpurea speciosa, 10–11 lineas longa v. interdum ultra pollicaris. — *Physostegia imbricata* Hook. Bot. Magaz. t. 3386. — *Dracocephalum Virginianum* Linn. Spec. pl. 886. — Bot. Mag. t. 467. — *Dracocephalum intermedium* Nutt. Transact. of the Americ. Philos. Soc. V. 187. — *Dracocephalum lanceolatum* Moench, Meth. plant. 410. — *Dracocephalum variegatum* Vent. Hort. Cels. t. 44. — *Dracocephalum denticulatum* Ait. Hort. Kew. II. 317. — Bot. Mag. t. 214. — *Dracocephalum speciosum* Sweet, Brit. flow. gard. I. t. 93. — *Dracocephalum obovatum* Elliot, Bot. of S. Carol. and Georg. II. 66. — *Prasium purpureum* Walt. Fl. Carol. 166. — *Prasium coccineum* Walt. l. c. — Habitat in Americae borealis montosis a Canada, humidisque Virginiae et Carolinae ad Novum Aurelianum et provinciam Texas Mexicanorum et ad fl. Columbiae orae boreali-occidentalis.

2. PH. TRUNCATA Bth. l. c. 505. † — Calycib. truncatis obscure 3–5-lobis, lobis latissimis denticulatis. ♃ — Herba erecta subsimplex 1–1½-pedalis, caule pubescente. Folia et inflorescentia *Ph. Virginianae*. Folia floralia basi late ovata, calyces aequantia. Calyx magnitudine *Ph. Virginianae*, sed late campanulatus, apice venosus membranaceus, margine sublacero-denticulatus, lobis plerumque 5 obscuris latissimis mucronulatis. Corolla parum brevior quam in *Ph. Virginiana*, labio superiore breviter bifido. — Habitat in America boreali, in provincia Texas Mexicanorum.

3642. MACBRIDEA *Elliott.*

(Elliott, Bot. of S. Carol. and Georg. II. 66. — Meisn. Gener. plant. vascul. I. 286. II. 195. — Bth. Labiat. gener. et spec. 505.)

1. M. PULCHELLA Elliott l. c. — Bth. l. c. † — Caulis herbaceus erectus pedalis, obtuse tetragonus sulcatus glaber. Folia petiolata oblongo-elliptica obtusiuscula, obscure serrata v. sinuata, basi rotundata v. cuneata tenuia, vix venosa, utrinque glaberrima v. supra pilis raris conspersa, floralia sessilia ovata obtusa integerrima, calycem vix aequantia. Verticillastri 1–2 ad apices caulis subcapitati. Bracteae nullae. Calyces semipollicares glabri membranacei virides, lobis obtusis. Corolla sesquipollicaris glabra, tubo basi angustato, superne in faucem amplam dilatato. Filamenta villosa. Antherarum valvulae margine breviter dentato-ciliatae, intus filamentis polline commixtis pilosae. — *Thymbra Caroliniana* Walt. Fl. Carol. 162. — *Melittis Caroliniana* Spr. Syst. vegetab. II. 700. — *Prasium incarnatum* Walt. Fl. Carol. 165. — Habitat in America boreali, in Carolinae mediae uliginosis, prope Augustam.

3643. SYNANDRA *Nutt.*

(Nutt. Gener. pl. N. Am. II. 29. — Meisn. Gener. plant. vascul. I. 286. II. 194. — Bth. Labiat. gener. et spec. 506

1. S. GRANDIFLORA Nutt. l. c. — Bth. l. c. † — Habitus fere *Lamii*. Caulis subsimplex pedalis, pilis longis sparsis hispidulus. Folia pauca, inferiora longe petiolata late ovata subacuminata crenata, basi cordata tenuia, utrinque viridia, pilis raris hispidula, floralia sessilia, inferiora caulinis subconformia, superiora ovata lanceolata integerrima, suprema calycibus vix longiora. Verticillastri pauci distantes biflori. Bracteae subnullae. Calyces sessiles, e sepalis 4 connatis constantes, 2 lateralia majora, nervis lateralibus superioribus distinctis, inferioribus cum nervis supremis sepalorum inferiorum confluentibus, 2 inferiora parum minora, nervis lateralibus inferioribus subdistinctis, sepalum quintum supremum omnino a basi calycis abortivum. Corolla speciosa albo-flavescens, fere sesquipollicaris, tubo basi tenui, dein valde dilatato in faucem amplissimam, extus glabra. Filamenta, praesertim in parte superiore, longe barbata. — *Lamium hispidulum* Michx. Fl. Bor. Am. II. 4. — Habitat in America boreali, in Kentucky, in sylvis Tenessee, in umbrosis ad Ohio prope Cincinnati.

Subtribus II. LAMIEAE Endl. Gener. plantar. p. 624.

Calyx quinquedentatus, limbo haud dilatato. Corolla subplana v. fornicata. Stamina e tubo exserta.

3644. WIEDEMANNIA *Fisch. et Mey.*

(Fisch. et Mey. Indx. semin. hort. Petropolit. IV. 52. — Meisn. Gener. plant. vascul. I. 287. II. 195.)

1. W. ORIENTALIS Fisch. et Mey. l. c. et Linnaea XII. Literaturb. 175. — Herba annua habitu omnino referens *Lamium purpureum*, foliis petiolatis ovatis acutiusculis dentatis, superioribus sessilibus, basi cuneatis; floribus sordide purpureis in verticillastris capitatis distantibus positis. — Habitat in Asia minore.

3645. LAMIUM *Linn.*

(Linn. Gener. plant. 716. — Meisn. Gener. plant. vascul. I. 287. II. 195. — Bth. Labiat. gener. et spec. 507. et 738.)

Sectio I. ORVALA Linn. gener. plant.

Corollae tubus rectus, intus transverse annulatus, faux amplissima, galea ovata. Antherae glabrae.

1. L. ORVALA Linn. Spec. plant. 808. — Bot. Magaz. t. 172. — Bth. l. c. 508. — Foll. amplis late ovatis, basi truncatis cordatisve rugosis subvillosis; corollae tubo recto exserto, intus piloso-annulato, fauce amplissima, galea ovata integra, lobis lateralibus brevissimis muticis; antheris glabris. ♃ — Folia latiora, majora quam in *L. Garganico*, pilis brevibus villosa v. fere glabra. Caulis fere glaber. Folia floralia flores longe superantia. Verticillastri sub-10-flori. Bracteae paucae lineares breves. Calyx coloratus, fere glaber. Corolla rubra v. purpurascens, 15 lin. v. fere sesquipollicem longa. Galea extus pubescens, margine ciliata. — *L. Pannonicum* Scop. Fl. Carn. t. 27. — *Orvala lamioides* DC. Fl. Fr. 539.

   β. Foliis inciso-dentatis. — *Orvala Garganica* Linn. l. c. III. 807. — Crescit in Italia, Pannonia et in Istria, in Pedemontio, in Foro Julii, prope Nannetem in Gallia.

Sectio II. LAMIOPSIS Dumort. Florul. Belg. 45.

Corollae tubus rectus, intus nudus v. transversim piloso-annulatus, faux amplissima. Antherae extus hirsutae.

2. L. MULTIFIDUM Linn. l. c. 809. — Bth. l. c. 509. et 738. — Foll. superiorib. inciso-lobatis, utrinq. glabris; corollae tubo recto exserto, intus annulato (?), galea oblonga, fauce amplissima, lobis lateralib. brevissimis muticis, antheris glabris. ♃ — Caulis erectus semipedalis v. vix pedalis pubescens. Folia inferiora ovalia

obtusissima, apice integerrima, medio crenata, basi cuneata, superiora 1¼—pollicaria obtusa, profunde et obtuse lobata, floralia acutiora angustiora, floribus subbreviora, omnia incisa. Bracteae breves ovatae acutae. Verticillastri multiflori distantes. Calyces sessiles, adpresse villosi. Corollae pollicares v. parum longiores. Galea basi valde angustata, extus lanata. Labium substipitatum bifidum? — Habitat in Oriente.

3. L. RENIFORME Montbr. et Aucher, Ann. sc. nat. (2. Sér.) VI. 47. — Glabrum: foll. longe petiolatis reniformib. inciso-crenatis, basi late subcordatis; verticillastris 2—6-floris; calycib. glabris, dentib. lanceolatis acutis; corollis calyce quadruplo longiorib., tubo recto v. basi vix recurvo adscendente, intus nudo, galea ovata pubescenti, apice bifida, fauce amplissima, lobis lateralib. dente brevi apiculatis, antheris hirsutis. ♃ — Habitat prope Trebizondam.

4. L. RHOMBOIDEUM Bth. l. c. 509. — Humile simplex: foll. rhomboideis rugosis, utrinq calycibq. velutino-lanatis; corollis amplis calyce triplo longiorib., tubo recto intus nudo, fauce ampla, galea lata, lobis lateralib. ovatis integris; antheris hirsutis. ♃ — Caulis humilis vix semipedalis simplex adscendens tomentoso-villosus. Folia caulina parva pauca, floralia numerosa petiolata rhomboidea, infima subintegerrima, superiora profunde crenata, omnia obtusissima, basi cuneata rugosa, utrinque lanato-villosa. Verticillastri subbiflori. Bracteae subulatae, molliter lanatae, calycem aequantes. Calyx semipollicaris, molliter villosus, dentibus lanceolato-linearibus. Corolla fere sesquipollicaris, extus pubescens, magnitudine corollae *L. Garganici*. Labia longitudine subaequalia, lobi laterales oblongi, paullo majores quam in caeteris *Lamiis*. Achaenia immatura subcarnosa videntur. — *Erianthera rhomboidea* Bth. in Hook. Bot. Misc. III. 360. — Crescit in Indiae orientalis provincia Kanaour.

5. L. GARGANICUM Linn. l. c. 808. — Sm. Exotic. bot. I. t. 48. — Bth. l. c. — Foll. cordatis rugosis, utrinq. molliter villosis; calycib. villosis; corollis calyce quadruplo longiorib., tubo recto, intus nudo, fauce amplissima, galea lata, lobis lateralib. angulatis v. dente brevissimo appendiculatis; antheris hirsutis. ♃ — Caulis adscendens pedalis uti folia et calyces pilis longis albidis dense et molliter villosus. Folia forma fere *L. vulgati*, plerumque parum minora, floralia floribus plerumque breviora. Verticillastri 10—20-flori densi. Bracteae brevissimae. Calyces sessiles, parum obliqui, dentibus tubo brevioribus lanceolatis acuminatis, vix apice subulatis. Corolla 15 lin. longa rubra, extus villosa, intus glaberrima, loborum lateralium dens obtusus, rarius bifidus, labium basi contractum, latissime obcordatum subbifidum. Antherae hirsutissimae. — *L. Michelianum* Tausch in Bot. Zeit. 1831. I. 215? — Habitat in Europa mediterranea, in Pedemontio, in Gargano monte ad castrum Angeli, in Graeciae monte Hymetto, in Laconiae et Cretae montibus, tum in Olympi Bithyni summitate.

6. L. LONGIFLORUM Ten. Fl. Neap. prodr. 34. — Bth. l. c. 510. — Caule glabriusculo; foll. cordatis subrugosis glabris subvillosisve; verticillastris multifloris; calycib. glabratis; corollis calyce subquadruplo longiorib., tubo recto intus nudo, fauce amplissima, galea lata, lobis lateralib. angulatis v. dente brevissimo appendiculatis; antheris hirsutis. ♃ — A *L. Garganico* vix ac ne vix glabritie differt. — *L. laevigatum* DC. Fl. Fr. III. 541. — *L. Pedemontanum* Rchb. Fl. Germ. exc. 382? *) — Habitat in Europae australis montosis, in Pyrenaeis, Galloprovinciae monte Ventoso, Pedemontio et Apenninis superioribus, in regno Neapolitano, in Sicilia et Graecia.

7. L. GLECHOMOIDES Sm. in Rees, Cyclop. XX. ex Bth. l. c. 738. — Glabriusculum: foll. parvis longe petiolatis cordatis crenatis v. superiorib. subincisis; verticillastris 6—10-floris; calycib. glabriusculis, dentib. brevib. acutis; corollis ca-

*) *Caule laevigato pruinoso, foliis cordatis inciso-serratis acuminatis calycibusque nitidulis dentibusque tubo brevioribus lanceolatis ciliatis; corollae maximae galea emarginata, faucis dente laterali abbreviato obtuso.*

lyce subquintuplo longiorib., tubo recto, intus nudo, fauce amplissima, galea oblonga, lobis lateralib. angulatis, dente brevi appendiculatis; antheris hirsutis. ♃ — A *L. longiflоro* differt foliis parvis dentibusque calycinis brevibus latis, nec elongatis subulatis, a *L. veronicaefolio* foliorum forma, verticillastris multifloris calycibusque proportione corollae brevioribus breviterque dentatis. — In Oriente.

8. L. VERONICAEFOLIUM Bth. l. c. † — Glabrum: foll. parvis longe petiolatis reniformib. inciso-crenatis v. digitato-lobatis, basi late subcordatis; verticillastris bifloris; calycib. glabris, dentib. lanceolatis acutis; corollis calyce quadruplo longiorib., tubo recto v. basi subrecurvo adscendente, intus nudo, galea ovata basi angustata, fauce amplissima, lobis lateralib. dente brevi appendiculatis; antheris hirsutis. ♃ — Foliis inferioribus *L. amplexicauli*, corolla *L. longiflоro* affinis. Herba humilis, caulibus adscendentibus 4–6-pollicaribus. Folia fere *Veronicae hederaceae*, petiolo 6–12-lineari, limbo vix 4-lineari, utrinque glabra v. pilis rarissimis pubescentia, crenaturis profundis paucis, floralia conformia, uti caulina longe petiolata. Corolla sesquipollicaris, fauce amplissima, labio superiore late ovato acutiusculo villoso. Antherae pilis longis numerosis hispidae. — Graecia.

9. L. STRIATUM Sibthrp. et Sm. Flor. Graec. VI. 46. t. 557. — Foll. ovatis profunde crenatis, basi late subcordatis, supremis approximatis flores superantib. v. iis vix breviorib.; corollis calyce glabro triplo longiorib., tubo recto tenui, fauce dilatata, galea longissima, apice bifida, lobis lateralib. angulatis, dente brevi obtuso appendiculatis; antheris hirsutis. ♃ — Habitus fere *L. vulgati*, sed folia tenuiora minora et basi minus cordata, floralium petioli calyce breviores. Corolla sesquipollicaris, labio superiore 7–8 lin. longo oblongo-lineari, extus villoso. Stamina vix ad dimidium labii superioris attingentia. Affine *L. bifido*, at diversum foliorum forma, calycibus rectioribus longioribus, corollis majoribus. — Habitat in Graeciae et Archipelagi Graeci ruderatis copiose.

10. L. BIFIDUM Cyr. Pl. rar. fasc. I. 22. t. 7. — Ten. Flor. Neapolit. t. 153. fig. 2. — Bth. l. c. 511. † — Foll. ovatis, superiorib. acuminatis, omnib. inciso-lobatis crenato-dentatis, supremis approximatis, flores superantib. v. vix breviorib.; corollae tubo recto intus nudo, fauce dilatata, galea elongata apice divaricato-bifida, lobis lateralib. dente brevi lineari appendiculatis; antheris hirsutis. ♃ — Habitus *L. purpurei*. Folia petiolata, infima profunde crenata, superiora pollicaria, apice obtusiuscula, late et profunde crenata, basi irregulariter incisa, utrinque viridia v. supra albo-lineata, magis minusve villosa. Verticillastri multiflori, inferiores remoti, supremi subcapitati. Bracteae paucae, subulatae v. nullae. Calyx pubescens ovatus, apice incurvus, ore valde obliquo, dentibus lanceolatis acutis, apice subulatis, tubo brevioribus v. vix longioribus. Corolla alba, plerumque dimidio longior quam in *L. purpureo*. Var. β. non differt nisi corollis, ut in *Labiatis* plurimis occurrit, abortu brevissimis.

β. *clandestinum:* corollis minutis. — *L. cryptanthum* Guss. Prodr. fl. Sic. II. 97. — Reichb. Plant. critic. VIII. 3. t. 707. — Habitat in regione mediterranea, in Corsica, Sicilia et in regno Neapolitano.

11. L. AMPLEXICAULE Linn. Spec. plant. 809. — Rchb. Plant. critic. III. 22. t. 224. fig. 373. — Hook. Flor. Londin. II. (ic.) — Engl. botan. t. 770. — Bth. l. c. 511. † et 738. — Foll. orbiculatis, caulinis petiolatis, floralib. amplexicaulib., omnib. subinciso-crenatis; corollae tubo recto tenui, intus nudo, fauce dilatata, galea oblonga integra, lobis lateralibus muticis; antheris hirsutis. ☉ — Herba decumbens, basi ramosissima, rami semipedales v. vix pedales, apice adscendentes glabriusculi. Folia caulina pauca, longe petiolata, vix semipollicaria, forma *Veronicae hederaefoliae*, utrinque glabriuscula v. hispidula, floralia latissima calyces amplectentia et ea superantia, subtus in venis elevatis hispidula, supra plerumque villosa. Verticillastri dense multiflori, omnes distincti, inferiores remoti, supremi saepe approximati. Bracteae subnullae. Calyces sessiles campanulati, ore vix obliquo, dentibus lanceolato-subulatis tubum subaequantibus v. longioribus, molliter villosis. Corolla purpurea pubescens, tubo longe exserto. Antherae pilis

paucis hirsutae. — *L. palmatum* Sm. in Rees's Cyclop. XX. — *Galeobdolon amplexicaule* Moench, Meth. pl. 393. — *Pollichia amplexicaulis* Willd. Fl. Berol. 186.

β. clandestinum Reichb. l. c. VIII. 3. t. 708. — Corollis abortu minutis. — Habitat in Europae, Africae borealis, et Asiae mediae necnon Americae borealis ruderatis.

12. L. RECTUM A. Schenk, Plant. spec. Aeg. Arab. 19. † — Foll. inferiorib. orbiculatis, reliquis ovatis, omnib. cordatis obtusis crenulatis rugosis pilosis; florib. folia duplo superantib.; corollae tubo recto cylindrico tenui, calyce triplo longiore intus nudo, fauce ampla, galea lineari-oblonga erecta, apice bifida, lobis lateralib. dente brevi appendiculatis; antheris extus hirsutis. ♃ — Herba semipedalis, basi decumbens simplex. Folia inferiora parva longe petiolata, omnia basi cordata. Bracteae lineari-lanceolatae acutae ciliatae calyce breviores. Verticillastri 10–12-flori, inferiores distantes, superiores approximati. Corolla purpurea. — Affine *L. striato*, sed foliis floralibus flore duplo brevioribus et staminibus labium superius subaequantibus satis differre videtur. — Crescit in cedreto montis Libani.

13. L. INTERMEDIUM Fries, Nov. fl. Suec. [ed. 1.] 105. [ed. 2.] 102. — Bth. l. c. 512. — Rchb. Plant. critic. III. 22. t. 224. fig. 372. et VIII. 9. t. 721. — Foll. orbiculatis, caulinis petiolatis, floralib. amplexicaulib., omnib. subinciso-crenatis; calycis dentib. subulatis tubo longiorib.; corollae tubo recto tenui intus nudo, fauce dilatata, galea oblonga integra, lobis lateralib. dente brevi appendiculatis; antheris hirsutis. ☉ — Habitu foliisque *L. amplexicauli* simillimum, et vix diversum dentibus calycinis elongatis et corollae lobis lateralibus dente brevi lanceolato acuto appendiculatis. Caeterum *L. amplexicauli* multo affinius quam *L. purpureo*. — *L. moluccellaefolium* Fries, Nov. fl. Suec. 72. ex Reichb. l. c. — Habitat in Scania et Germania septentrionali.

14. L. PURPUREUM Linn. Spec. plant. 809. — Engl. bot. t. 709. — Hook. Flor. Lond. II. (ic.) — Flor. Danic. t. 523. — Bth. l. c. 512. † et 739. — Foll. inferiorib. orbiculatis, floralib. ovatis, omnib. crenatis, supremis approximatis flores superantib.; corollae tubo recto tenui, basi intus piloso-annulato, fauce dilatata, galea oblonga integra, lobis lateralib. dente brevi lineari appendiculatis; antheris hirsutis. ☉ — Herba basi decumbens, superne adscendens foliosa, apicibus saepe purpurascentibus, foliis parvis distantibus longe petiolatis. Caules semipedales v. rarius vix pedales. Folia omnia rugosa, utrinque villosa. Verticillastri multiflori, ad apices caulis dense approximati subcapitati v. infimus remotus. Folia floralia e capitulo eminentia, caulinis conformia, at gradatim minora. Calyces petiolo breviores v. vix eum superantes. Corolla plerumque semipollicaris rubra, rarius alba. Galea extus villosa. Antherae pilis paucis hirsutae. — *L. nudum* Moench, Meth. plant. 393. — *L. ocimifolium* Sm. in Rees's Cyclopaed. XX.

β. molle Ait. Hort. Kew. II. 297. — Foliis minus rugosis obtusioribus pauci-crenatis. — Habitat in Europae omnis necnon Asiae ruderatis.

15. L. INCISUM Willd. Spec. plant. III. 89. — Engl. bot. t. 1933. — Rchb. Plant. critic. III. 21. t. 223. fig. 370. 371. — Bth. l. c. 512. — Koch, Synops. flor. Germ. (edit. 1.) p. 564. — Foll. inferiorib. orbiculatis, floralib. late ovatis, omnib. inciso-dentatis lobatis, supremis approximatis, flores superantib.; corollae tubo recto, basi intus piloso-annulato, fauce dilatata, galea oblonga integra, lobis lateralib. dente brevi lineari appendiculatis; antheris hirsutis. ☉ — Folia ut in *L. bifido* incisa. Flores *L. purpurei*. Forsan hujus varietas, at constanter diversum videtur. Variat uti *L. purpureum* corollis nunc breviter, nunc longe exsertis, verticillastris nunc omnibus approximatis, nunc inferioribus longe remotis. — *L. hybridum* Vill. Flor. Delph. I. 251. — *L. dissectum* With. Brit. Pl. 527. — *L. urticaefolium* Weihe ex Reichb. Fl. Germ. exc. 321. — *L. Westphalicum* Weihe ex Reichb. l. c. — *L. Coesfeldiae* Weihe ex Reich. l. c. — Habitat in Europae praesertim septentrionalis arvis in Scotia, Anglia, Suecia, Gallia, Germania.

Sectio III. LAMIOTYPUS Dumort. Florul. Belg. 45.

Corollae tubus intus transversim annulatus, sub annulo contractus, supra annulum dilatatus subventricosus subrecurvo-porrectus, faux parum dilatata. Antherae extus hirsutae.

16. L. CRINITUM Montbr. et Aucher, Ann. sc. nat. (2. Sér.) VI. 48. — Foll. ovatis cordatis rugosis villosis; dentib. calycinis subulatis plumosis corollae tubo longiorib.; corollae tubo intus piloso-annulato recurvo-adscendente, fauce subdilatata, galea oblonga, lobis lateralib. dente brevi subulato appendiculatis; antheris hirsutis. 4 — Habitat in Cappadocia.

17. L. MOSCHATUM Mill. Dict. no. 4. — Bth. l. c. 513. † — Foll. ovatis cordatis glabriusculis; dentib. calycinis longe lanceolato-subulatis; corollae tubo amplo brevi, intus piloso-annulato subrecurvo-porrecto, fauce amplissima, galea tubo longiore, lobis lateralib. breviter obtuse acuminatis vix appendiculatis; antheris hirsutis. 4 — Habitus *L. vulgati*, sed corolla distinctissimus. In exemplari unico suppetente, caulis et calyces glaberrimi sunt, folia pilis brevibus sparsis hirtella. Folia floralia flores superant. Corollae albae? tubus dentibus calycinis brevior glaber, galea extus apice dense villosa, basi longe angustata, lobi laterales potius angulati quam appendiculati, lobus infimus maximus stipitatus. — *L. calycinum* d'Urv. Mém. soc. Linn. Par. 323.?*) — Habitat in regione mediterranea orientali, in Archipelagi Graeci insulis, Epidauro, Samo et Smyrnae.

18. L. GUNDELSHEIMERI C. Koch, Linnaea XVII. 297. — Caule stricto erecto pilis horizontalib. aut reversis obsito; foll. petiolatis adpresse pilosis ovato-acuminatis serratis longe petiolatis; verticillastris multifloris, supremis folia excedentib.; calyce campanulato-tubuloso, dentib. ciliatis subulatis, inferiori longiori; corollae tubo subrecurvo ampliato, ad basin annulato, labio superiori subtruncato, inferioris dimidio brevioris lacinia media bifida, lateralib. 2-3-dentatis; filamentis ex parte connatis, antheris villosissimis. 4 — Herba tripedalis. — Crescit in Armenia et Cappadocia.

19. L. PETIOLATUM Royle mss. ex Bth. in Hook. Bot. Misc. III. 381. — Bth. Labiat. gener. et spec. 513. † — Foll. ovato-lanceolatis acuminatis, basi vix cordatis; dentib. calycinis longe subulatis; corollae tubo amplo, intus piloso-annulato recurvo-porrecto, fauce vix dilatata, galea elongata, lobis lateralib. muticis v. breviter setaceo-appendiculatis, labio brevissimo; antheris hirsutis. 4 — Affine *L. vulgato*, sed foliis et corolla diversum. Habitus *L. flexuosi*, a quo differt antheris hirsutis etc. Herba tenerior quam *L. vulgatum*. Caules pilis reflexo-patentibus hirsuti. Folia inferiora longe petiolata, floralia sessilia, omnia basi saepius rotundata v. truncata v. infima cordata, superiora longe acuminata, grosse subduplicato-serrata, utrinque viridia hispidula. Bracteae lineari-subulatae, calycis tubum subaequantes. Verticillastri plerumque multiflori. Dentes calycini molliter hispidi, tubum corollae aequantes. Corolla alba, tubo ventricoso, superne et basi contracto, fauce obliqua plerumque nuda, interdum dentibus utrinque 1-2 instructa. Galea extus villosa. Labium galea dimidio brevius. Antherae pilis paucis hirsutae. — Habitat in Indiae orientalis jugo Himalayensi vulgare, in Kamaon.

20. L. PARIETARIAEFOLIUM Bth. l. c. 739. — Foll. inferiorib. ovatis, superiorib. ovato-lanceolatis acutis, basi truncatis, rarissime cordatis; dentib. calycinis longe subulatis; corollae tubo amplo intus piloso-annulato subrecurvo-porrecto, fauce subdilatata, galea oblonga, lobis lateralib. dente subulato appendiculatis; antheris hirsutis. 4 — A sequente differt foliis etiam infimis rarissime cordatis, supremis

*) *Caule suberecto ramoso glaberrimo fistuloso; foll. cordatis rugosis lanatis pubescentib., summis etiam subpetiolatis; calycib. laevib. reticulatis flori subaequalib.; dentib. calycinis longissimis arcuatis subulatis vix ciliatis; florib. confertis sessilib.; verticillastris numerosis, inferne remotis. — Flores albidi. Corolla extus villosa.*

multo angustioribus saepius integerrimis et corollis minoribus. — *Lamium Parietariae facie* Moris. Blaes. 278. — *Lamium molle* Ait. Hort. Kewens. II. 297? (ex p.) — In horto botanico Parisiensi coltur.

21. L. VULGATUM Bth. l. c. 514. † et 730. — Foll. ovatis cordatis v. basi truncatis rugosis, plerumq. villosis; dentib. calycinis longe subulatis glabris v. villosulis; corollae tubo amplo, intus piloso-annulato recurvo-porrecto, fauce subdilatata, galea oblonga, lobis lateralib. dente longo subulato appendiculatis; antheris birsutis. ♃ — Planta villositate foliorum, dentibus, numero et colore florum valde variabilis, at constanter corollae forma recognoscenda. Caules plerumque basi decumbentes ramosi, ramis simplicibus adscendentibus, plerumque subpedalibus. Folia infima parva, saepe vix semipollicaria, longe petiolata, media 1–3-pollicaria, apice obtusa, acuta v. longe acuminata, margine crenata, duplicato-dentata v. subincisa, basi late cordata, sinubus profundis obtusis, v. rarius tantum truncata, utrinque viridia v. in utraque varietate supra magis minusve albo-lineata v. maculata, magis minusve rugosa et villosa, floralia conformia v. basi minus cordata, apice longius acuminata, brevius petiolata, saepius flores excedentia, interdum vero iis subbreviora. Bracteae minutae. Flores in verticillastro 10–20, nec in speciminibus albifloris crebriores quam in purpureis. Calyces nunc fere glabri, saepius praesertim dentibus ciliato-hirsutis. Corollae vix cum galea pollicaris.

α. rubrum: L. maculatum Linn. Spec. plant. 809. — Reichb. Plant. critic. III. 12. t. 215. — Sibth. et Sm. Fl. Gr. VI. 46. t. 556. — Sm. Eng. Bot. t. 2539. — *L. rugosum* Ait. Hort. Kew. II. 296. — Reichb. l. c. 14. t. 217. (nec alior.) — *L. rubrum* Wallr. Sched. crit. 300. — *L. mutabile* Dumort. Florul. Belg. 45.? — *L. hirsutum* Lam. Dict. III. 410. — *L. stoloniferum* Lap. Abr. Pyr. 333. — *L. grandiflorum* Pourr. Act. acad. Tolos. III. 322. — *L. laevigatum* Linn. l. c. 808. — Reichb. l. c. 14. t. 216. (non alior.) — *L. melissaefolium* Mill. Dict. no. 5?

β. album: L. album Linn. l. c. 809. — Hook. Fl. Lond. II. ic. — Sm. Engl. Bot. t. 768. — *L. capitatum* Sm. in Rees, Cyclop. XX. — *L. niveum* Hortul. — *L. foliosum* Crantz, Stirp. Austr. 258. — Habitat in Europae, Africae borealis, et Asiae mediae arvis ruderatis umbrosis montanis etc. a Scotia, Suecia et Petropoli ad Lusitaniam, Hispaniam, Siciliam, regnum Neapolitanum et Graeciam usque, in Barbaria, regione Tauro-Caucasica, Caspica et Altaica.

22. L. TOMENTOSUM Willd. Spec. plant. III. 90. — Bth. l. c. 514. — Foll. ovatis cordatis rugosis villosissimis; dentib. calycinis subulatis plumoso-ciliatis; corollae tubo amplo, intus piloso-annulato recurvo-porrecto, fauce subdilatata, galea oblonga, lobis lateralib. dente longo subulato appendiculatis; antheris hirsutis. ♃ — Vix ac ne vix a *L. vulgato* differt foliis minoribus villosioribus et dentibus calycinis villosissimis. Verosimiliter *L. vulgati* varietas. — *L. Columnae* Ten. Indx. semin. hort. Neap. 1837. — Habitat in Europa austro-orientali et Asia media, in Italia australi, in Armenia, in regione Tauro-Caucasica et Caspica vulgare.

Sectio III. GALEOBDOLON Hudson, Flor. Anglic. 258.

Corollae tubus intus oblique annulatus, sub annulo contractus, supra annulum dilatatus subventricosus subrecurvo-porrectus, faux parum dilatata, galea oblonga, basi longa angustata. Antherae glabrae.

23. L. PUBESCENS Sibthrp. mss. ex Bth. l. c. 515. — Foll. ovatis, basi truncatis subcordatisve, superiorib. acuminatis, omnib. rugosis villosis; corollae (rubro-purpureae) tubo basi contracto, intus oblique annulato, superne ventricoso-ampliato subrecurvo-porrecto, fauce subdilatata, galea elongata integra, lobis lateralib. angulatis, angulo mutico v. breviter setaceo-appendiculato; antheris glabris. ♃ — Vix ac ne vix a *L. flexuoso* differt corollis dimidio majoribus villosioribus purpureo-rubris et foliis villosioribus. Dentes calycini ut in *L. flexuoso* longitudine et villositate variant. Bracteae plerumque latiores sunt. — *L. rugosum* Sibth. et Sm. Flor. Graec. VI. 45. t. 555. — In Sicilia, regno Neapolitano et in Graecia??

24. L. FLEXUOSUM Ten. Fl. Nap. II. 19. t. 52, Syll. 287. — Bth. l. c. † — Rchb. Plant. critic. VIII. 3. t. 706. — Foll. ovatis acuminatis, basi truncatis subcordatisve glabriusculis v. vix villosis; corollae (albae) tubo basi contracto, intus obliique annulato, superne ventricoso-ampliato subrecurvo-porrecto, fauce subdilatata, galea elongata integra, lobis lateralibus angulatis, angulo mutico v. setaceo-appendiculato; antheris glabris. ♃ — Caules basi procumbentes, saepe radicantes, rami adscendentes v. erecti subsimplices, saepius debiles subpedalas, pilis reflexis magis minusve villosi. Folia omnia petiolata, inferiora minora obtusiora, superiora saepius acuminata, omnia grosse subduplicato-dentata, viridia v. linea alba notata, nunc fere glabra, nunc pilis paucis hispidula, floralia saepe subincisa. Verticillastri 6–20-flori. Bracteae lanceolatae v. lineares, tubum calycis saepe aequantes. — *L. Petitianum* Gay ined. — Habitat in regione mediterranea, in Galliae agro Ruscinonensi, Sicilia, regno Neapolitano et in Barbaria.

25. L. GALEOBDOLON Crantz, Stirp. Austr. 262. — Bth. l. c. 516. † — Foll. ovatis acuminatis, basi truncatis subcordatisve glabriusculis pilosisve; corollae (luteae) tubo basi contracto, superne subventricoso ampliato subrecurvo porrecto, intus obliique annulato, fauce subdilatata, galea elongata integra, lobis lateralib. oblongis muticis v. brevissime appendiculatis labio vix brevioribus. ♃ — Herba erecta, pedalis v. sesquipedalis, saepius fere glabra, interdum, praesertim in foliis inferioribus cauleque pilis longis induta. Verticillastri numerosiores quam in caeteris speciebus, 6–15-flori. Folia floralia superiora lanceolata, basi in petiolum angustata subinciso-dentata. Bracteae lanceolatae calycis tubo breviores. Dentes calycini breves, e basi lanceolata subulati, tubum corollae aequantes. Corolla 8–9 lin. longa, galea tubo aequilonga glabriuscula, margine ciliata, lobo infimo basi angustato. — *Galeopsis Galeobdolon* Linn. Spec. pl. 810. — *Pollichia Galeobdolon* Roth, Fl. Germ. I. 254. — *Leonurus Galeobdolon* Scop. Fl. Carn. no. 705. — *Galeobdolon luteum* Huds. Fl. Angl. 258. — Hook. Fl. Lond. II. ic. — Sm. Engl. Bot. t. 787. — *Cardiaca sylvatica* Lam. Fl. Fr. II. 384. — *Pollichia vulgaris* et *montana* Pers. Ann. bot. 14. 39. — *Galeobdolon vulgare* Pers. Enchirid. II. 122. — Habitat in Europae, et praesertim septentrionalis, umbrosis, sylvaticis, sepibus etc. in Scotia, Anglia, prope Petropolim, in Gallia, Hispania, Italia, Germania.

† *Species dubiae.*

26. L. HIRTUM Poir. Dict. Suppl. 296. — Bth. l. c. — Foll. ovato-cordatis pubescenti-hirsutis subincanis; caule calycibq. hirsutissimis; corolla parva subglabra. ♃ — Flores *L. albi* sed multo minores, fere glabri. Caulis hirtus *L. hirsuti*, sed corolla alba et calyces hirsutissimi. Folia mollia *L. mollis*, sed distincta crenaturis obtusis subregularibus, canescentia pubescentia, margine pilis albis numerosis ciliata, inferiora longe petiolata. Verticillastri pauciflori. Calyces breves villosissimi, dentibus 5 brevibus. Corolla alba parva erecta glaberrima v. oculo armato versus medium galeae villosula. — In horto Parisiensi cultum.

27. L. MICRANTHUM Weinm. in Syll. pl. soc. Ratisb. I. 68. — Bth. l. c. — Foll. oppositis, inferiorib. petiolatis, superiorib. sessilib. cordato-ovatis obtusis serratis; verticillastris sexfloris. ☉ — Caulis tetragonus pedalis et cum omnibus plantae partibus pilosus, pilis patentibus reflexisve. Calyx 5-partitus, dentes aequales ciliati, seta terminati. Corolla parva, dentes calycis fere adaequans incarnata, labium superius fornicatum integrum, inferius emarginatum involutum edentulum. Primo intuitu *L. purpureum* refert, sed pilositate et corolla parva praecipue differt. — An *L. purpureum* v. forsan *Stachys arvensis?* — Habitat in Brasilia.

† *Species e genere excludenda.*

L. HISPIDULUM Michx. = SYNANDRA GRANDIFLORA.

3046. LAGOCHILUS *Bnge.*

(Bnge. mss. ex Bth. Labiat. gener. et spec. 640. — Meisn. Gener. plant. vascular. I. 287. II. 195. — Fisch. et Mey. mss. in Schrenk, Enum. plant. novar. 28. adnot. — *Moluccellae* spec. Pall. — *Yrmeloffia* Belanger, Voyage aux Indes orientales tab. aen. fasciculi 4ti.)

§. 1. *Spinosi Fisch. et Mey. l. c. — Spinae v. bracteae spinosae in foliorum (praesertim inferiorum sterilium) axillis. Carpidia apice glandulosa.*

1. L. DIACANTHOPHYLLUS Bth. l. c. 641. † — Fisch. et Mey. l. c. † — Spinis hirtis; caule pubescente; foll. cuneiformib. trifidis incisis, lobis acutis mucronatis; calycis hinc hirti dentib. oblongis acuminatis mucronatis, tubo longiorib.; galea bifida. ♃ — Caules albidi pube tenui vestiti et interdum ad genicula hirti. Folia viridia glabriuscula, lobis saepissime acutis mucroneque armatis, in foliis infimis apice rotundatis et mucrone apiculatis. Calyces latere exteriori hirti, caeterum glabri, fructiferi maximi, tubo 6 lin. longo, dentibus margine ciliatis in mucronem acuminatis, 6–7 lin. longis, interdum calyces sunt paullo minores. Corolla magna, dilute rosea, galea bifida, lobis bilobis. Filamenta (ut in omnibus speciebus) villo cohaerentia. — *Moluccella diacanthophylla* Pall. Nov. act. acad. Petropolit. X. 380. t. 11. (icon rudis.) — *Moluccella Marrubiastrum* Stephan, Mém. de la soc. impér. des natur. de Mosc. II. t. 4. (excl. descript. et patr.) — *M. grandiflora* Stephan mss. in Willd. Spec. plantar. III. 131? — Crescit in Soongariae monte Sarbagatai.

2. L. LEIACANTHUS Fisch. et Mey. Mém. de l'acad. impér. des sc. de St. Ptrsbrg. (VI. Sér.) II. 246. et in Schrenk, Enumer. plant. novar. 29. † — Spinis glabris; caule pubescente; foll. cuneiformib. trifidis incisis, lobis obtusis mucronatis; calycis glabri dentib. oblongis obtusis mucronatis, tubo paullo breviorib.; galea bifida v. indivisa. ♃ — Folia coriacea glaberrima et nonnisi margine setulis minutis raris scabra. Spinae et bracteae spinosae patentes glabrae. Calyces glabri, fructiferi minores quam praecedentis, tubus 4½ lin. longus, dentes 2–2½ lin. longi v. vix paullo longiores. Corolla calyce triplo longior, primo dilutissime rosea, dein colore saturatiore insignis, galea apice saepissime bifida, lobis bidentatis, interdum indivisa apiceque obsolete dentata. — Differt a praecedente caule, spinis calycibusque non hirtis, foliorum lobis dentibusque calycinis apice rotundatis mucronatis nec non calycis tubo dentibus certe longiore. — Crescit in Soongaria versus lacum Saisang-Noor.

3. L. MACRACANTHUS Fisch. et Mey. l. c. 30. † — Spinis glabris; caule pubescente; foll. cuneiformib. trifidis, inferiorib. incisis, lobis acutis spinosis; calycis puberuli dentib. oblongis acutis mucronatis tubum subaequantibus; galea indivisa. ♃ — Fruticulus gracilis, spinis elongatis 6–9 lin. longis flavidis glabris v. vix puberulis fere usque ad basin armatus, cortice niveo tenuissime pubescente tectus. Folia pubescenti-scabra cuneata trifida, foliorum inferiorum lobis lateralibus bifidis, lobo medio tridentato, omnibus acutis mucroneque elongato albido armatis, folia summa non raro indivisa lanceolata trifida v. integerrima spinoso-mucronata. Calycis floriferi tubus 4 lin. longus, dentes acuti atque mucronati, longitudine tubum aequantes v. illo vix breviores, linea paullo latiores. Corolla rosea, calyce sesquilongior, galea pilosissima indivisa, apice truncata saepeque crenis quatuor obsoletis notata. Ovaria apice glandulosa. — Proximus *L. insigni*, a quo foliorum lobis mucrone elongato spinosis satis differre videtur. — In Persia prope Teheran.

4. L. YRMELOFFIA Belanger l. c. fig. A.) INSIGNIS Fisch. et Mey. l. c. 33. — Spinosus: caule glabro; foll. cuneiformib. tripartitis incisis, lobis sublinearib. acutis muticis; calycis glaberrimi dentib. oblongis mucronulatis, longitudine tubi; galea indivisa. ♃ — [Caules e rhizomate crasso lignoso plurimi simplicissimi semipedales v. parum altiores glabri, e basi apicem usque spinosi, spinae rigidae in foliorum axillis per paria geminatae, folio ipso parum longiores, folia inferiora majora sessilia trifida, lobis lateralibus apice bifidis, intermedio profunde trifido.

laciniis late sublinearibus acutis muticis, folia superiora simpliciter trifida v. suprema tridentata. Flores axillares sessiles solitarii. Calycis dentes oblongi, tres superiores parum productiores, omnes mucronati, tubo corollino multo longiores. Corolla tubulosa profunde bilabiata, tubo parum infra labia pilorum annulo cincto, labium superius (galea) obtusissime emarginatum piloso-ciliatum, labium inferius subreflexo-complicatum trifidum, dentibus lateralibus brevibus acutis, lobo intermedio longe producto suborbiculato profunde emarginato. Filamenta quatuor didynama in vaginam membranaceam infra fissam longitudinaliter coalita?? Antherae per paria approximatae glabrae? Stylus exsertus apice bifidus. Caetera omnia ignota!] — Crescit in India orientali-septentrionali?

5. L. HISPIDUS Fisch. et Mey. l. c. 33. — Spinosus: caule hirto; foll. cuneiformib. tripartitis, laciniis incisis linearib. muticis; calycis pilosi dentib. linearib. mucronatis, tubo longiorib.; galea indivisa. ♃ — [Caulis ramosus hispido-pilosus, spinae axillares geminatae longae rigidae. Folia anguste linearia trifida v. pinnatifida v. interdum subbipinnatisecta, laciniis linearibus angustis mucronatis. Flores in apice ramorum sessiles verticillato-congesti. Calycis laciniae subaequales lineares mucronatae, tubo ipso piloso-hirto duplo triplove longiores. Caetera omnia mihi prorsus ignota sunt.] — *Yrmeloffia hispida* Belanger l. c. fig. B. — Crescit in India orientali-septentrionali??

§. 2. *Inermes Fisch. et Mey. l. c.* 30. — *Spinae in foliorum axillis nullae. Carpidia eglandulosa.*

6. L. ILICIFOLIUS Bnge. mss. ex Bth. Labiat. gener. et spec. 641. † — Fisch. et Mey. l. c. 31. — Caule pubescente; foll. cuneiformib. spinoso-dentatis; calycis glabriusculi dentib. sublinearib. acutis spinosis, longitudine tubi; galea bifida. ♃ — Suffrutex pumilus rigidus. Caules sub axillis villosuli, caeterum glabri. Folia crebra semipollicaria rigida coriacea glabra laevia viridia, dentibus ovatis brevissime spinescenti-mucronatis, floralia conformia. Verticillastri axillares pauciflori. Calyx vix 3 lin. longus glaber laevis, dentibus subaequalibus. Corolla 6-7 lin. longa, tubus inclusus, intus oblique annulatus, galea ovata bifida, extus pilosa, labii inferioris lobi laterales breves oblongi aucti, medio profunde bifido. — In Mongholiae australis lapidosis subsalsis crescit.

7. L. PLATYCALYX Fisch. et Mey. Supplem. ad Indic. semin. hort. bot. Petropolit. IX. 13. — Bracteis spinosis subhirtis; caule pubescente; foll. trifido-multifidis, lobis sublinearib. spinoso-mucronatis; calycib. glabriusculis, limbo dilatato membranaceo angulato-quinquelobo, lobis mucronatis. ♃ — Species calycibus amplis illis *Moluccellae laevis* similibus in genere distinctissima. — Crescit in (Soongaria?) vallibus montium Chantau, locis aridis.

8. L. ACUTILOBUS Fisch. et Mey. mss. in Schrenk, Enumer. plant. novar. 31. † — Glaberrimus: foll. cuneiformib. 3-5-fidis incisis acute spinoso-dentatis; calycis dentib. triangularib. spinosis, tubo triplo quadruplove minorib.; galea bifida v. indivisa. ♃ — Caules glaberrimi albi. Folia magis minusve divisa, semper acute dentata, dentibus spinosis. Flores bracteis subulatis spinosis patentibus fulti. Calycis tubus circiter 6 lin. longus, dentes triangulares praeter spinam fere 1½ lin. longi atque totidem lati. Corolla calyce duplo circiter longior, galea bifida v. indivisa. — *Moluccella acutiloba* Ledeb. mss. in Eichwald, Plant. nov. v. minus cognit. II. 39. † t. 35. — Crescit in littore orientali maris Caspici in collibus siccis.

9. L. PUNGENS Schrenk, Bulletin de la classe physico-mathématique de l'academie des sc. impér. de St. Ptrsbrg. II. no. 11. (no. 37.) p. 195. — Inermis: caule bracteisq. hirtis; foll. cuneiformib. quinquelobis dentatis, lobis dentibq. acuminatis spinosis; calycis glabriusculi dentib. ovato-lanceolatis spinosis, tubo duplo breviorib.; galea bifida. ♃ — *L. Bungei β. minor* Schrenk, Enumer. plant. lectar. 32. — Fisch. Mey. et Lallem. Indx. semin. hort. Petropol. IX. no. 1123. — Herba 2-4-pollicaris, vix altior. Calyces et bracteae interdum pilis elongatis raris adspersi, saepissime glabri. — Crescit in collibus aridis Soongariae ad fl. Karakingir et Dschilantschick-basch.

10. L. BUNGEI Bth. Labiat. gener. et spec. 641. † — Fisch. et Mey. mss. in Schrenk, Enumerat. plant. novar. 31. (excl. var. β.) — Caule pubescente; foll. cuneiformib. 3–5–fidis incisis, lobis obtusis mucronulatis; bracteis calycibq. glabris; dentib. calycinis ovato–lanceolatis spinosis, tubo duplo breviorib.; galea bifida. ♃ — Caulis basi lignosus ascendens pedalis obtuse tetragonus laevis glaber. Folia pollicaria, basi cuneata, lobis latis, apice breviter spinescenti–mucronatis v. muticis, rigida, utrinque glabra laevia viridia, minutissime punctata, floralia subconformia, magis sessilia minusque incisa. Verticillastri axillares remoti. Bracteae subulatae rigidae subspinescentes virescentes glabrae, calycibus breviores. Calyces semipollicares, forma fere *Lamii longiflori*, at rigidi glabri virides v. basi albidi, ore obliquo, dentibus lanceolatis, superioribus majoribus. Corolla fere sesquipollicaris pallide rosea, extus glabra, tubus tenuis, intus breviter oblique annulatus, fauce non inflata, galea elongata subplana, apice bifida, basi angustata, labium inferius fere *Leonuri lanati*, lobis lateralibus erectis acutis fereque ut in *Lamiis* in dentes mutatis, medio deflexo profunde bifido. Antherarum loculi bivalves, valvulis pilis albis dense fimbriatis. Achaenia oblonga acute triquetra truncata. — *Moluccella grandiflora* Bunge. mss. in Ldb. Flor. Altaic. II. 418. (excl. syn.) — Ldb. Icon. flor. Ross. Altaic. illustr. t. 436. — Crescit in rupestribus Soongariae ad fluvium Irtim et ad lacum Saisang–Noor.

11. L. HIRTUS Fisch. et Mey. l. c. 32. — Caule hirto; foll. cuneiformib. 3– v. 5–fidis partitisve incisis, lobis obtusis submucronulatis; bracteis calycibq. hirsutissimis; dentib. calycinis ovato–lanceolatis spinosis, tubo suo duplo breviorib.; galea bifida. ♃ — Antecedenti valde affinis, sed jam hirsutie diversus. — Crescit in Soongariae montibus ad lacum Saisang–Noor jacentibus.

3647. LEONURUS *Linn.*

(Linn. Gener. plant. no. 722. — Meisn. Gener. plant. vascul. I. 296. II. 191. — Bth. Labiat. gener. et spec. 517.)

Sectio I. CARDIACA Moench, Meth. plant. 401. — Bth. l. c. 518.

Corollae tubus intus oblique annulatus, supra annulum subventricosus. Labium superius subplanum, basi angustatum, inferius patentissimum, lobo medio integro.

1. L. PUBESCENS Bth. in Wall. Plant. Asiat. rar. I. 63. et Labiat. gener. et spec. 518. — Tenuissime pubescens: foll. omnib. ovatis acuminatis subinciso–dentatis; corollis calyce subtriplo longioribus, tubo annulato, galea subplana, labio patente, lobo medio integro. ♃ — A caeteris speciebus recedit foliis potius dentatis quam lobatis, at infima non suppetunt. Verticillastri 20–30–flori, omnes remoti. Petioli foliorum floralium floribus longiores. Limbus 2–4–pollicaris, utrinque tenuissime pubescens v. fere glaber, dentes profundi acuti dentati. Bracteae subulatae, calycem aequantes, glabrae. Calyces glabri, tubi nervi vix conspicui dentesque glabri. Corolla major quam in *L. Cardiaca*. — Habitat in Indiae orientalis montibus Kamaonensibus, Choor et Kanaouremsibus.

2. L. ROYLEANUS Bth. l. l. c. c. — Caule erecto tenuiter tomentoso; foll. ovatis acuminatis inciso–serratis v. 3–5–lobatis, supra villosis, subtus cano–tomentosis; calycib. cano–tomentosis. ♃ — Caulis ramosus, ad axillas pilosus. Folia magis incisa quam in *L. Marrubiastro* et *pubescente*, angustiora et integriora quam in *L. Cardiaca*. Verticillastri multiflori, inferiores remoti, superiores approximati spicati. Bracteae subulatae glabrae, calyces aequantes. Dentes calycini subulati rigidi subpatentes. — Specimen unicum in herbario Anglo–Indico servatum mancum est, corollae non visae et ideo species incerta, forsan *L. pubescentis* varietas. — Habitat in Indiae orientalis monte Choor.

3. L. CARDIACA Linn. Spec. plant. 817. — Engl. bot. t. 296. — Bth. Labiat. gen. et spec. 519. † — Pubescens: foll. caulinis inferiorib. palmatifidis, superiorib. ovatis lobatis, floralib. oblongis subtrifidis, basi longe angustatis, lobis omnium ovatis lanceolatisve; calycib. glabris villosisve; corollae tubo annulato, galea subplana, labio patente, lobo medio integro. ♃ — Caulis 2–4–pedalis, basi ramosus erectus,

rami tetragoni rigidi foliosi, pilis brevibus reflexis magis minusve pubescentes. Folia caulina infima circumscriptione fere orbicularia, superiora acuminata, basi subrotundo-truncata, floralia gradatim angustiora integriora, supremis subintegerrimis, petiolo flores superante, omnia pubescentia villosa v. rarius glabra, supra subrugosa, subtus palmatim 3-9-nervia, nervis venisque secundariis reticulatis prominentibus. Lobi foliorum caulinorum ovato-lanceolati, grosse dentati, floralium subintegerrimi. Verticillastri 6-15-flori, omnes distantes, racemum 1-1½-pedalem formantes. Bracteae subulatae glabrae. Calyces rigidi sessiles, dentibus patentibus e basi lanceolata acutissimis pungentibus. Corolla extus villosissima. Galea basi substipitata oblonga. — *L. Illyricus* Hortul. — *Cardiaca vulgaris* Moench, Meth. plant. 401. — *Cardiaca trilobata* Lam. Flor. Franc. II. 383.

β. villosus: foliis rugosioribus cauleque villoso, calycibus subvillosis. — *L. villosus* Desf. Cat. hort. Par. 73. — *L. condensatus* Hornem. Hort. Hafn. — *L. lacerus* Lindl. Hort. Trans. VI. 296. — *L. canescens* Dumort. Florul. Belgic. 46. — *L. neglectus* Schranck in Syll. pl. soc. Ratisb. II. 61.

γ. crispus: foliis margine undulato-crispis lacero-dentatis. — *L. crispus* Murr. Comm. hort. Götting. 8. t. 4 — *Cardiaca crispa* Moench, Meth. plant. 401. — Sabb. Hort. Rom. III. t. 43. — Habitat in Europae totius et Asiae mediae dumetis, ruderatis etc., a Scotia, Suecia et Petropoli ad Hispaniam, Siciliam, Italiam, Thessalonicam et Byzantium usque, in regione Tauro-Caucasica et Caucasico-Caspica, frequens prope Theodosiam.

4. L. GLAUCESCENS Bunge mss. in Ledeb. Flor. Alt. II. 409. — Ledeb. Icon. flor. Ross. Alt. illustr. t. 179. — Superne pubescentia glaucescenti canescens: foll. caulinis palmato-partitis incisis, lobis oblongo-lanceolatis, floralib. subtrifidis, laciniis follq. supremis lanceolato-linearib. subintegerrimis; calycib. cano-pubescentib.; corollae tubo annulato, galea subplana, labio patente, lobo medio integro. ♃ — Habitus fere *L. Sibirici*, flores *L. Cardiacae*. Folia ampla, profunde incisa, floralia multo angustiora et profundius incisa quam in *L. Cardiaca*. Glaucescentia primo intuitu recognoscitur. — In jugi Altaici occidentalibus frequens.

5. L. TATARICUS Linn. Spec. plantar. 818. — Rchb. Plant. critic. IV. 31. t. 338. — Bth. l. c. — Glaber v. apice pubescens: foll. caulinis palmato-partitis incisis, floralib. subtrifidis, lobis omnib. foliisq. supremis lanceolato-linearib. v. linearib.; calycib. glabris villosisve; corollae tubo annulato, galea subplana, labio patente, lobo medio integro. ♃ — Affinis *L. glaucescenti*, sed gracilior, statura humilior, folia tenuius incisa, flores minores. An species omnes hujus sectionis (excepto forsan *L. pubescente*) unius speciei varietates? — *L. Altaicus* Spr. Syst. vegetab. II. 738. — Habitat in Tataria, Sibiria circa Kolywan, in rupestribus regionum Altaicarum orientalium frequens.

Sectio II. CHAITURUS Moench, Method. plant. 401. — Bth. l. c. 520.

Corollae tubus rectus, intus nudus. Labium superius subfornicatum, inferius erectiusculum, lobis subaequalibus, medio subintegro. Stamina tubo vix longiora, antherarum loculis divergentibus. Flores minuti.

6. L. MARRUBIASTRUM Linn. Spec. plant. 817. — Jacq. Flor. Austriac. V. 3. t. 405. — Bth. l. c. † — Ramis elongatis pubescentib.; foll. oblongo-ovatis subinciso-dentatis, utrinq. angustatis; calycib. glabriusculis; corollis dentib. calycinis brevioribus, tubo intus nudo, labio superiore subfornicato, inferiore erectiusculo, lobis subaequalib.; staminib. tubo vix longioribus. ♃ — Rami adscendentes 1-3-pedales, obtuse tetragoni, saepe pubescentia brevissima canescentes. Folia petiolata 1-1½-pollicaria, supra glabriuscula viridia, subtus pallida v. canescentia tomentoso-pubescentia, floralia subconformia, gradatim minora angustiora, omnia calyces superantia. Verticillastri densi multiflori numerosi distantes. Bracteae numerosae subulatae, calyces aequantes. Calyces 3 lin. longi, dentibus subulatis spinosis divergentibus. Corollae parvae albidae glabriusculae. — *Chaiturus leonuroides* Willd. Fl. Berol. 201. — *Chaiturus Marrubiastrum* Ehrh. — *Cardiaca*

Marrubiastrum Schreb. — Habitat in Europae praesertim orientalis et Asiae Rossicae dumetis ruderatis, in Gallia circa Etampes, Nannetem et in Arvernia, in Germania praecipue australiori, in Pedemontio, Hungaria, in regione Caucasico-Caspica, Rossia Europaea australi, in Sibiria et jugo Altaico, etiam in Americe septentrionali verosimiliter ex seminibus Europaeis.

Sectio III. PANZERIA Moench, Meth. plant. 402. — Bth. l. c.

Corollae tubus rectus, intus nudus. Labium superius fornicatum, inferius erectiusculum v. lobo medio tantum patente obcordato v. bifido. Stamina e tubo exserta.

7. **L. SIBIRICUS** Linn. l. c. 818. — Rchb. Plant. critic. IV. 30. t. 337. — Sm. Exot. bot. II. 67. t. 94. — Sweet, Brit. flow. gard. III. t. 204. — Bth. l. c. † — Erectus elatus glaber v. tenuissime pubescens: foll. pinnati- v. palmati-partitis subincisis, floralib. supremis subintegerrimis; calycib. glabris v. tenuiter tomentosis; corollae tubo intus nudo, galea fornicata, labio erectiusculo, lobo medio patente. ♃ — Caules 2–6-pedales ramosi, rami obtuse tetragoni, tomento brevissimo adpresso saepe canescentes, demum glabrati virides. Folia omnia longe petiolata, inferiora latiuscula subrotunda incisa, lobis latis vix ultra medium limbi attingentibus, caulina pleraque tripartita, laciniis oblongo-linearibus parum incisis v. medio iterum tripartito, floralia inferiora conformia, suprema oblongo-linearia integerrima, flores multo superantia, omnia supra viridia subglabra, subtus pallidiora, juniora pubescentia. Verticillastri densi multiflori, inferiores remoti, supremi saepius approximati, in racemo saepe ultra pedali dispositi. Bracteae numerosae calyces subaequantes subulatae, apice subspinescentes glabrae v. pilosulae. — *L. Tataricus* Burm. Fl. Ind. 127. (nec alior.) — *L. occidentalis* Hortul. — *L. heterophyllus* Sweet, Brit. flow. gard. II. t. 197. — *L. altissimus* Bunge mss. — *Panzeria multifida* Moench, Meth. plant. Suppl. 137. — *Panzeria tripartita* Moench, Meth. plant. 402? — *Stachys Artemisiae* Lour. Flor. Cochinch. 365. — Habitat in Asia, Africa et America calidiore, in Indiae orientalis provincia Deyra Dhoon, Bengalo et Silhet, in Cochinchina et China prope Canton, in China boreali et Dahuria, in Japonia, Java et in insula Timor, in Senegambia Africae occidentalis, in Indiae occidentalis insulis frequens in Jamaica, Cuba, Demerara, in insulis Sancti Thomae, Trinitatis etc., in Brasilia circa Rio Janeiro et in insula Sanctae Catherinae.

8. **L. LANATUS** Spr. Syst. vegetab. II. 738. — Rchb. Plant. critic. VIII. 15. t. 736. — Bth. l. c. 521. † — Caule humili albo-lanato; foll. omnib. palmati-partitis v. palmatifidis, imis subtus cano-villosis lanatisve; calycib. albo-lanatis; corollae elongatae tubo intus nudo, galea fornicata, labio erectiusculo, lobo medio patente. ♃ — Caules e basi crassa perenni sublignosa erecti duri simplices v. rarius ramosi, vix pedales tetragoni, uti petioli, calyces, bracteae, corollarum labium superius et saepius foliorum pagina inferior, lana alba densa demum subfloccosa vestiti. Folia omnia petiolata, laciniis nunc angustis, fere ad basin limbi attingentibus, nunc latiusculis ad medium tantum attingentibus, apice sinubusque obtusis, floralia conformia minora. Verticillastri densi multiflori approximati. Bracteae subulatae spinosae, calyce breviores. — *Ballota lanata* Linn. Spec. plant. 815. — *Panzeria lanata* Pers. Enchirid. II. 126. — *Panzeria tomentosa* Moench, Meth. plant. 402. — Habitat in Sibiriae siccis sterilibus inter fluvios Kan et Jebagan, ad fluvios Katunja et Tschuja, prope Slimon et in Dahuria.

† *Species non satis notae.*

9. **L. JAVANICUS** Blume, Bijdragen 823. — Bth. l. c. 522. — Foll. ovato-oblongis inaequaliter dentatis; calycib. strigoso-puberulis, dentib. calycinis acuminatis patentib.; labio corollae superiore concavo emarginato, lacinia intermedia labii inferioris rotundato-crenulata, lateralib. acutiusculis. ♃ — Habitat in Javae occidentalis umbrosis montanis.

10. **L. OBLONGIFOLIUS** Blume l. c. — Bth. l. c. — Foll. oblongis acuminatis inaequaliter denticulatis; calycib. pilosissimis; dentib. calycinis subulatis; lacinia

intermedia corollae labii inferioris rotundato-crenulata, lateralib. acutis. 2. — Habitat in Java ad ripas fluvii Tjapus in montosis Salak.

11. L. CAPITATUS Fresen. ex Linnaea XV. Literb. 91. — Ramis omnib. capitulo nec coma foliorum terminatis; verticillastris tribus tantum v. quatuor instructis, quorum infimus 1½-2-plures pollices a proximo superiori distat. 2. — Habitat in America boreali.

†† *Species e genere excludendae.*

L. AFRICANUS Mill. = LEONOTIS LEONURUS.
L. ERIOSTACHYS Turcz. = MARRUBIUM ERIOSTACHYS.
L. GALEOBDOLON Willd. = LAMIUM GALEOBDOLON.
L. GLOBOSUS Moench. = LEONOTIS NEPETAEFOLIA.
L GRANDIFLORUS Moench. = LEONOTIS LEONURUS.
L. INDICUS Linn. = LEUCAS LINIFOLIA.
L. MARRUBIASTRUM Burm. LEUCAS ZEYLANICA.
L. NEPETAEFOLIUS Mill. = LEONOTIS NEPETAEFOLIA.
L. PARVIFLORUS Moench. = LEUCAS ASPERA?
L. SUPINUS Willd. = MARRUBIUM INCISUM.

3648. GALEOPSIS *Linn.*

(Linn. Gener. plant. no. 171. — Meisn. Gener. plant. vascul. I. 287. II. 195. — Bth. Labiat. gener. et spec. 522.)

1. G. OCHROLEUCA Lam. Dict. II. 600. — Rchb. Plant. critic. I. 40. t. 46. — Bth. l. c. 523. — Caule pubescente; foll. oblongis v. oblongo-lanceolatis, utrinq. molliter villosis; calycib. glanduloso-villosis. ⊙ — Caulis basi decumbens divaricato-ramosus. Rami, folia et calyces pilis mollibus apice saepe glandulosis vestita. Folia latiora crassiora molliora quam in *G. Ladano*, venis subtus prominentibus, supra depressis. Verticillastri numerosiores 10–30-flori. Calyces parum longiores, dentibus brevibus vix spinosis. Corolla ultra pollicaris ochroleuca, tubo longo tenui. — *G. villosa* Sm. Fl. Brit. II. 629. — Engl. Bot. t. 2353. — *G. grandiflora* Gmel. Syst. 905. — *G. prostrata* Vill. Fl. Delph. II. 388. — *G. dubia* Leers. — *Tetrahit longiflorum* Moench, Meth. pl. 395. — *G. segetum* Rchb. ex Steud. Nom. bot. 351. (edit. 1.) — Crescit in Europa media, in Anglia, Gallia, et Germania, in Gallia media perfrequens, in floris Italicis, Graecis et Caucasicis non occurrit.

2. G. LADANUM Linn. Spec. plant. 810. — Engl. bot. t. 884. — Caule glabro v. pubescente; foll. oblongo-lanceolatis, utrinq. breviter tomentoso-pubescentib.; calycib. adpresse pubescentib. pilis eglandulosis. ⊙ — Caulis erectus divaricato-ramosus, circiter pedalis, rami glabri v. pubescentes, saepe purpurascentes. Folia 1–1½-pollicaria distantia petiolata, in locis siccis angustiora integriora, in umbrosis humidisve oblonga, remote serrato-crenata nervosa glabra v. pubescentia, floralia subconformia minora, calyces excedentia. Verticillastri 1–3, ad apices ramorum glomerati 6–10-flori, uno alterove pauciflore, saepe remoto. Bracteae paucae lineares v. lanceolatae acutissimae subpungentes, calycem aequantes. — *G. canescens* Schult. Obs. 108? (fide Rchb. Fl. Germ. exc. 322.) — *G. angustifolia* Ehrh. — *Tetrahit Ladanum* Moench, Meth. pl. 394.

β. parviflora: — *G. parviflora* Lam. Dict. II. 600. — *G. intermedia* Vill. Fl. Delph. II. 387. t. 9. — Rchb. Plant. critic. I. 40. t. 46. — *G. latifolia* Hoffm. Fl. Germ. IV. 8.

γ. spinosa: calycis dentibus longioribus spinosis. — *G. angustifolia* Hoffm. l. c. — Crescit in Europa omni, a Scotia, Suecia et Petropoli ad Hispaniam, Italiam, Rossiam australem et Caucasum.

3. G. TETRAHIT Linn. Spec. plant. 810. — Bth. l. c. 524. † — Caule pilis rigidis saepius hirto, sub axillis tumido; foll. ovatis; calycib. glabris hirsutisve. ⊙ — Caulis erectus 1–3-pedalis tetragonus, laxe ramosus. Rami sub geniculis parum inflati (in siccitate saepius contracti) magis minusve, praesertim in parte superiore, saepius pubescentia brevi adpresso-reflexa et pilis longis rigidis patentibus v.

subreflexis induti, nonnullis etiam apice glandulosis interdum interjectis, nunc pubescentia, nunc pilis patentibus fere omnino deficientibus. Folia 1–3-pollicaria acuminata, basi rotundata, supra pilis sparsis brevibus hispidula, venis subtus adpresse pubescentibus v. pilis nonnullis longis ciliatis. Bracteae lanceolato-subulatae, calycem subaequantes. Verticillastri 6–30-flori distincti v. supremi approximati. Calyces ovato-campanulati sessiles 10-nervii, nervis 5 eminentioribus, basi fere glabri, ore truncato ciliato, nervo transversali prominente. Dentes e basi sublanceolata subulato-spinosi subpatentes, tubo saepius longiores. Corolla nunc dentibus calycinis brevior, nunc calyce quadruplo longior purpurascens flavescens v. coloribus binis maculata, tubus amplior quam in *G. Ladano* et *ochroleuco*. Labium superius saepius brevissime denticulatum, nonnunquam integrum. Achaenia magna subrotundo-compressa, tenuissime subreticulata. — *Tetrahit nodosum* Moench, Meth. pl. 395.

α. parviflora: corollis calyce 1½–3-plo longioribus. — *G. Tetrahit* Hook. Fl. Lond. V. t. 191. — Rchb. Plant. critic. IX. 28. t. 877. — Sm. Engl. bot. t. 207. — *G. bifida* Bönning. ex Lej. et Court. Fl. Belg. 241. — Rchb. Fl. Germ. exc. 323. — *G. acuminata* Rchb. l. c.

β. pubescens: caulibus vix hirtis. — *G. pubescens* Besser, Prim. fl. Gal. II. 27. — Rchb. Plant. critic. I. 40. et 41. t. 47. et 48. — *G. Wallerina* Schlechtd. Fl. Berolin.

γ. grandiflora: corollis calyce 3–4-plo longioribus. — *G. versicolor* Curt. Fl. Lond. II. ic. — Rchb. Plant. critic. I. 47. t. 57. — Sm. Engl. bot. t. 669. — *G. cannabina* Willd. Spec. pl. III. 393. — *G. speciosa* Mill. Dict. no. 3. — Habitat in Europa tota et Asia media ad vias, in dumetis, sylvis etc., occurrit etiam in America boreali.

† *Species e genere expellendae.*

G. FUSCA Moench. = STACHYS ALPINA.
G. GALEOBDOLON Linn. = LAMIUM GALEOBDOLON.
G. HIRSUTA All. = STACHYS HIRTA.
G. HISPANICA Mill. = STACHYS HIRTA?
G. HISPIDA Thunb. = STACHYS THUNBERGII.
G. MACULOSA Lam. = PLECTRANTHUS PUNCTATUS.
G. ORIENTALIS Mill. = STACHYS SPINULOSA.

3649. ANISOMELES *R. Br.*

(R. Br. Prodr. fl. Nov. Holl. 503. — Meisn. Gener. plant. vascular. I. 287. II. 195. — Bth. Labiat. gener. et spec. 701.)

1. A. MOSCHATA R. Br. l. c. 503. — Bth. l. c. 702. — Foll. ellipticis cauleq. cinereo-pubescentib.; verticillastris paucifloris; calycib. cinereo-viridib., glandulis manifestis. ♃ — Habitat in Nova Hollandia tropica.

2. A. INODORA R. Br. l. c. — Bth. l. c. — Foll. ellipticis glabriusculis, subtus punctatis; verticillastris remotis; calycib. viridib., glandulis manifestis. ♃ — Habitat in Nova Hollandia tropica.

3. A. HEYNEANA Bth. in Wall. Plant. Asiat. rarior. I. 50. et Labiat. 702. — Glabra v. tenuissime pubescens: foll. remotis oblongo-lanceolatis, basi angustatis, florum cymis longe pedunculatis secundis paucifloris; dentib. calycinis lanceolatis acutis. ♃ — Rami elongati tenues, acute tetragoni. Folia minora et tenuiora quam in caeteris speciebus, basi apiceque angustata serrato-crenata, utrinque pallide viridia, nervis saepius tenuissime pubescentibus, floralia minora, suprema minuta. Pedunculi inferiores ultra pollicares, superiores breviores. Cymae ad apices pedunculorum unilaterales 6–10-florae. Bracteae parvae subulatae. Calyces erecti, 4 lin. longi subsessiles, forma fere *A. ovatae*, sed tenuiores subglabri. — Habitat in Indiae orientalis peninsula? in insulae Salcette montium excelsiorum sylvis umbrosis ad Templa Kennerg.

4. A. SALVIAEFOLIA R. Br. l. c. 503?*) — Bth. l. c. — Villosa: foll. oblongo-ellipticis lanceolatisve; verticillastris densis plurifloris; dentib. calycinis brevib. late lanceolatis acutis. ♃ — Valde affinis *A. intermediae* et *A. ovatae mollissimae*, differt statura minore, ramis tenuioribus, calycibus minoribus, dentibus tubo quadruplo brevioribus. — In Nova Hollandia tropica, ad Port Essington et prope Cupang in insula Timor, ad flumen Brisbane habitat.

5. A. OVATA R. Br. in AR. Hort. Kew. (ed. 2.) II. 364. — Bth. l. c. † — Jcq. fil. Eclog. pl. I. t. 86. — Hook. Bot. Miscell. II. 353. t. 19. — Hirsuta, rarius subglabra: foll. ovatis acuminatis rotundatisve, basi rotundatis v. truncato-subcordatis; verticillastris multifloris densis; dentib. calycinis lanceolatis acutis. ♃? ☉? — Caules erecti 2–3-pedales ramosi, acute tetragoni, pilis reflexis, praesertim ad angulos villosi. Folia inferiora longiuscula, superiora brevius petiolata, forma valde variabilia, nunc fere rotunda obtusissima, late crenata, saepius ovata, magis minusve acuminata, omnia molliter rugosa, utrinque viridia et magis minusve villosa, suprema minora, floralia bracteaeformia v. infima caulinis subconformia. Verticillastri saepius ultra 10-flori, interdum 30–40-flori secundi v. subaequales, inferiores distantes, supremi interrupte spicati. Bracteae parvae oblongae lanceolatae v. subulatae. Calyx 3–5 lin. longus erectus tubulosus hirsutus, dentibus vix tertiam partem longitudinis occupantibus. Corolla purpurascens, labio intensiore, tubus calycem aequans, intus transverse annulatus, labium inferius supra pilosum. Filamenta pilosa. Odor *Stachydis sylvaticae*. — *A. disticha* Heyne in Roth, Nov. pl. sp. 254. — *Nepeta Amboinica* Linn. Suppl. 273. — *Ballota disticha* Linn. Mant. 83. — *Ajuga disticha* Roxb. Fl. Ind. III. 2. — *Nepeta disticha* Blume, Bijdragen 823. — *Marrubium Indicum* Burm. Fl. Ind. 127. et Thes. Zeyl. t. 71. — *Monarda Zeylanica* Burm. Fl. Ind. 12. — *Ballota Mauritiana* Pers. — *Tsjadaen* Rheede, Hort. Malab. X. 175. t. 88.

   β. *mollissima:* villosior, foliis magis acuminatis, floralibus inferioribus ovatis flores superantibus. — *A. mollissima* Wall. Cat. herb. Ind. no. 2039. — *Nepeta Indica* Linn. Spec. plant. 799. — Habitat in Asiae calidioris ruderatis praesertim humidis, ad vias, in India orientali fere omni vulgaris, in insulis Zeylania, Mauritio, in regno Burmannico, China, insulis Java, Timor.

6. A. CANDICANS Bth. in Wall. Plant. Asiat. rarior. I. 50. et Labiat. 703. — Canescenti-pubescens: foll. ovato-oblongis lanceolatisve, basi angustatis; verticillastris multifloris laxiusculis; dentib. calycinis lanceolatis acutis. ☉? — Habitus *A. Malabaricae*. Folia parum latiora, utrinque uti caules et calyces pubescentia brevissima candicantia. Cymae ut in *A. Malabarica* saepe elongatae. Flores minus numerosi. Calyx elongatus, dentibus *A. ovatae*. — Habitat in regno Burmannico ad ripas fluminis Irawaddi prope Yenanghuen.

7. A. INTERMEDIA Wght. mss. ex Bth. l. c. — Tomentoso-pubescens v. subvillosa: foll. ovato-lanceolatis, basi cuneatis; verticillastris multifloris densis v. cymis amplis, demum elongatis; bracteis subulatis; calycis hirsuti dentib. basi lanceolatis, apice subulatis mollissimis. ☉? — Exemplaria perpauca habitu et characteribus inter *A. ovatam* et *Malabaricam* quasi media, huic tamen propinquiora, differunt foliis latioribus, superficie minus tomentosa et dentibus calycinis latioribus. An *A. Malabaricae* varietas? v. forsan inter hanc et *A. ovatam* hybrida? — Habitat in Indiae orientalis peninsulae montibus Madurensibus et ad Perademia insulae Zeylaniae.

8. A. MALABARICA R. Br. in Bot. Mag. t. 2071. — Hook. Journ. of bot. I. 225. t. 127. — Bth. l. c. 704. † — Tomentoso-villosa: foll. oblongo-lanceolatis, basi angustatis; verticillastris multifloris densis v. cymis amplis demum elongatis; foll. floralib., bracteis dentibq. calycinis subulatis mollissimis. ♃? — Caulis erectus, basi fruticosus(?) 2–3-pedalis, rami numerosi obtusi tetragoni, nunc tomento

*) *Incano-tomentosa: foll. lanceolatis, supra mollib. laevib., subtus rugosis; verticillastris multifloris; calycis glandulis tomento sepultis.* ♃

brevi canescentes, saepius lana densa obtecti. Folia breviter petiolata 2–4-pollicaria obtusa, in parte superiore serrato-crenata, basi integerrima, in pagina inferiore (uti rami) tomentosa v. lanata, superiore brevius tomentosa v. molliter pubescente, floralia saepius bracteaeformia. Verticillastri ampli parum distantes, in racemo simplici semipedali dispositi. Cymae fructiferae saepe laxe dichotomae 20–30-florae. Bracteae calyces fere aequantes. Calyces subsessiles erecti, molliter pilosissimi v. lanati. Corolla *A. ovatae* rosea v. purpurascens, fauce intus pilosa. Filamenta pilosa. Odor *Stachydis sylvaticae*. — *Nepeta Malabarica* Linn. Mant. 566. — *Ajuga fruticosa* Roxb. Fl. Ind. III. 1. — *Stachys Mauritiana* Sieb. Fl. Maur. exs. — Habitat in Asiae calidioris pratis humidis ad rivulos, etc., in Indiae orientalis peninsula, in regno Burmannico, in insulis Mauritio, Penang et in Java.

3650. STACHYS *Bth.*

(Bth. Labiat. gener. et spec. 325. et 730. — Meisn. Gener. pl. vascul. I. 287. II. 195.

Sectio I. ALOPECUROS Bth. Labiat. gen. et spec. 531.

Herba perennis villosa viridis. Verticillastri fasciculato-multiflori, in spicam subinterruptam approximati. Bracteae exteriores calycem subaequantes. Corollae flavescentes, tubo incluso. Antherarum loculi paralleli.

1. ST. ALOPECUROS Bth. l. c. † — Adscendens villosa: foll. petiolatis late ovatis obtusis crenatis, basi late cordatis, floralib. infimis sessilib. subconformib. latioribus, supremis bracteisq. late ovatis acutis calycem subaequantib.; verticillastris multifloris in spicam crassam oblongam v. cylindricam basi subinterruptam approximatis; corollis calyce ample campanulato dimidio longioribus. ♃ — Caules complures, 1–1½-pedales, uti folia pilis mollibus villosi. Folia rugosa, floralia infima verticillastros subamplectantia. Spica pollicem diametro, 1–4 pollices longa. Verticillastri 20–30-flori. Calyx semipollicaris, fructifer inflato-campanulatus membranaceus venosus, apice villosus, dentibus lanceolato-subulatis acutissimis subspinosis. Corolla ochroleuca, extus pubescens, tubo vix exserto intus oblique annulato, labio superiore emarginato, inferiore parum longiore patente, lobis lateralibus ovatis. Stamina didynama. Antherarum loculi paralleli. — *Sideritis Alopecuros* Scop. Fl. Carn. (ed. 2.) no. 711. t. 28. — *Betonica Alopecuros* Linn. Spec. plant. 811. — Jacq. Fl. Austr. I. 50. t. 78. — Reichb. Plant. critic. VIII. 4. t. 719. — *Betonica lutea* Mill. Dict. no. 7. — Habitat in Europae mediae et australioris montibus, in Pyrenaeis, Cebennis, Alpibus Helveticis, Salisburgensibus et Austriacis, in montibus Galloprovinciae, Pedemontii et Italiae usque ad regnum Neapolitanum, in monte Parnasso.

Sectio II. BETONICA Bth. l. c. 532.

Herbae perennes, piloso-pubescentes v. villosae. Verticillastri fasciculato-multiflori, in spicam subinterruptam approximati. Bracteae saltem exteriores calycem aequantes. Corollae purpurascentes, rarius ochroleucae, tubo saepius exserto. Antherarum loculi subparalleli.

2. ST. DENSIFLORA Bth. l. c. † — Perennis erecta hirsuta: foll. petiolatis ovato-oblongis obtusis crenatis, basi cordatis, floralib. infimis cordato-ovatis breviter petiolatis, superiorib. bracteaeformib. bracteisq. ovato-lanceolatis mucronatis calycem aequantib.; verticillastris in spicam densam oblongam approximatis v. infimo remoto; corollis calyce duplo longioribus. ♃ — Caules erecti, 1½-pedales subsimplices crassi, uti folia pilis mollibus magis minusve villosi. Folia 2–3 pollices longa 1–1½ lata rugosa, floralia infima constanter ovata et vix sessilia. Spica densa crassa 1½–2 poll. longa, pollicem diametro. Calyx campanulatus, basi glaber, apice magis minusve hirsutus, dentibus spinosis, superioribus parum majoribus. Corolla extus villosa, tubo incurvo, intus exannulato, sed lineis pilorum longitudinaliter pubescente, labia patentia subaequalia. — *Betonica Monieri* Gou. Illustr. 36. — *Betonica hirsuta* Linn. Mant. 248. — Reichb. Plant. critic. VIII. 3. t. 714. — *Betonica Danica* Mill. Dict. no. 2. — *Betonica incana* Ait.

Hort. Kew. II. 293. — Bot. Mag. t. 2125. — Reichb. l. c. 5. t. 713. — *Betonica macrostachys* Wender. in Bot. Zeit. 1826. I. 353? — *Betonica rubicunda* Wender. Ind. semin. hort. Marb. — Habitat in Europae australioris subalpinis, in Hispania, Pyrenaeis, alpibus Helveticis, Appenninis, regno Neapolitano, Hungaria et in Caucaso.

3. ST. BETONICA Bth. l. c. 532. † et 730. — Herbacea erecta pilosula: foll. infimis longe petiolatis ovato-oblongis obtusis crenatis, basi cordatis, superiorib. remotis floralibq. infimis sessilib. oblongo-lanceolatis acutis dentatis, supremis linearib. integerrimis calycem aequantib.; verticillastris multifloris, omnib. in spicam oblongam subinterruptam approximatis v. infimo distincto; bracteis ovatis mucronatis calycem aequantib.; corollis calyce duplo longioribus. 2. — A *St. densiflora* differt caule tenuiore, petiolis longioribus, foliis remotis dimidio minoribus, superioribus floralibusque constanter anguste lanceolatis, spica saepius depauperata, vix semipollicem diametro, subinterrupta. Caeterum statura et hirsutie valde variabilis. Calyx et corolla omnino *St. densiflorae*. Var. *β.* spica elongata et crassiore, et habitu *St. densiflorae* proxima, sed folia superiora lanceolata nec ovata. — *Betonica officinalis* Linn. Spec. plant. 810. — Hook. Fl. Lond. II. ic. — Sm. Engl. Bot. t. 1142. — Fl. Dan. t. 726. — Reichb. Plant. critic. VIII. 4. t. 710. — *Betonica hirta* Leyss. — Reichb. l. c. 4. t. 711. — *Betonica legitima* Link, Handb. 476. — *Betonica stricta* Ait. Hort. Kew. II. 299. — Reichb. l. c. 5. t. 712. — *Betonica alpina* Mill. Dict. no. 3. — *Betonica foliosa* Presl. Fl. Sicul. I. XXXVII?*) — *Betonica affinis* Wender. in Bot. Zeit. 1826. I. 353. — *Betonica serotina* Host, Fl. Austr. II.....? — *Betonica divulsa* Ten. Syllog. fl. Neapol. App. 614?

β. major: — Habitat in Europae totius et Asiae Rossicae pascuis sylvaticis.

4. ST. (BETONICA Griseb. Spicileg. flor. Rumel. II. 136. †) SCARDICA Griseb. Reise durch Rumelien II. 189. et 263. — Caule stricto piloso; foll. cordato-lanceolatis grosse crenatis discolorib., subtus canescentib., inferiorib. petiolatis; bracteis imis conformib.; verticillastris multifloris spicatis, imis remotis; bracteolis ovato-lanceolatis calycem aequantib.; corolla incarnata pubescente, tubo exserto, galea integra stamina excedente. 2. — Caulis 1½–3-pedalis simplex obsolete tetragonus virens molliter pilosus. Folia 4–2 poll. longa, 14–10 lin. lata, superiora minora, suprema basi rotundata sessilia. Spica basi interrupta. — Crescit in Scardo et Bertisco.

5. ST. LONGIFOLIA Bth. l. c. 533. † — Perennis erecta villosa: foll. petiolatis oblongo-lanceolatis obtusis crenatis, basi profunde cordatis, floralib. infimis conformib. sessilib., supremis bracteaeformib. bracteisq. ovato-lanceolatis acuminatis calyce breviorib.; verticillastris multifloris, infimis remotis, supremis in spicam cylindricam approximatis; corollis calyce tubuloso duplo longioribus. 2. — Caules elati crassi dense villosi. Folia 4–6 pollices longa, semipollicem v. vix pollicem lata, basi parum latiora, et auriculis subrotundis crenatis profunde hastato-cordata rugosa, venis valde prominentibus. Spica laxiuscula, basi interrupta, semipedalis. Calyces semipollicem longi, pubescentia brevi villosi, ore truncato ciliato, nervis 5 prominentibus, dentibus subulatis rigidis strictis. Corolla rubro-purpurea, extus glabra, tubus subrectus, intus exannulatus. Faux subaequalis. Labia patentia subaequalia. — *Betonica orientalis* Linn. Spec. plant. 811. — Habitat in Caucaso.

6. ST. GRANDIFLORA Bth. l. c. † — Perennis erecta villosa: foll. petiolatis late ovatis obtusis crenatis, basi late cordatis, floralib. sessilib. amplexicaulib. subconformib., gradatim minorib., supremis subbracteaeformib.; verticillastris multifloris distinctis, infimis remotis; bracteis ovato-lanceolatis acutis, calyce longiorib.; corollis calyce tubuloso-campanulato triplo longiorib., fauce dilatata. 2. — Caules compleres pedales, pilis subreflexis villosi. Folia inferiora longe petiolata, omnia rugosa, utrinque villosa, floralia verticillastros amplectentia. Verti-

*) *Spica interrupta basi foliosa; bracteis calycesque hirsutis; corolla pubescente, galea emarginata*

cillastri 10–20-flori pauci, omnes distincti, infimi remoti, supremi parum distantes. Bracteae exteriores saepe foliis floralibus subconformes, interiores angustiores integerrimae. Calyx 6–7 lin. longus, basi glaber, apice purpurascens villosus, dentes subulati rigidi subspinosi. Corolla pulchra violacea, 12–14 lin. longa glabra, tubo intus exannulato, extra calycem parum incurvo, superne in faucem amplam dilatato. Labia patentia. Stamina subdidynama. Antherarum loculi demum divaricati. — *Betonica grandiflora* Willd. Spec. pl. III. 98. — Bot. Mag. t. 700. — Reichb. Plant. critic. VIII. 6. t. 715. — *Betonica orientalis* Thunb. Fl. Par. 293. — Habitat in Sibiria ad fluvium Tereck et in Caucaso.

7. ST. DISCOLOR Bth. l. c. — Perennis adscendens villosa: foll. petiolatis oblongo-lanceolatis obtusis profunde crenatis, supra rugosis hirtis, subtus albo-lanatis, floralib. infimis conformib. sessilib., supremis bracteisq. lanceolatis calycem aequantib.; verticillastris multifloris subdistinctis paucis; corollis calyce tubuloso-campanulato plus duplo longioribus, fauce dilatata. ♃ — Planta elegantissima, magnitudine et floribus *B. grandiflorae*. Caulis pedalis, obtuse quadrangulus albo-villosus, superne tomentosus. Folia aequaliter grosse crenata, quoad formam proxima ad *B. hirsutae* folia accedentia, supra viridia, subtus tomento niveo mollissimo vestita, radicalia et caulina inferiora longe petiolata, basi inaequaliter cordata, floralia summa in petiolum angustata. Bracteae villis incumbentibus mollibus albis sublanatae. Calyx lanuginoso-villosus, dentibus lanceolatis acutis inermibus. Corolla magna villosa, tubo curvulo calyce paullo longiore, galea lata rotundata integra, labio galea paullo longiore trilobo, lacinia intermedia lata emarginata. — *Betonica nivea* Stev. in Mém. soc. nat. cur. Mosq. III. 266. — Habitat in Caucasi orientalis lapidosis, *α.* flore roseo circa thermas Dschiwit, *β.* flore ochroleuco circa pagum Chinalug.

Sectio III. ERIOSTACHYS Bth. l. c. 534.

Herbae biennes v. perennes, molliter villosae v. lanatae. Verticillastri multiflori. Bracteae saltem exteriores calycem aequantes, v. vix eo dimidio breviores.

8. ST. MONTBRETII Bth. Ann. sc. nat. (2. Sér.) VI. 48. — Herbacea erecta, molliter villosula: foll. ovatis v. ovato-lanceolatis crenatis, utrinq. viridib. villosis, floralib. basi dilatatis lanceolato-acuminatis flores superantib.; verticillastris dense multifloris distantib.; bracteis lanceolatis subulatisve calyces aequantib.; calycis tubulosi molliter villosi dentib. rigidis lanceolato-subulatis subspinosis, vix inaequalibus. ♃ — Habitat in Olympo.

9. ST. HERACLEA All. Fl. Ped. I. 31. t. 84. fig. 1. — Bth. l. c. † — Herbacea erecta, pilis longissimis lanata: foll. petiolatis oblongis obtusis crenatis, basi subcordatis, floralib. latissime ovatis integerrimis, basi late cordatis, calyces subsuperantib.; verticillastris multifloris distinctis; bracteis ovatis oblongisve, exteriorib. calyces aequantib.; calycis lanati dentib. ovatis acutissimis subspinosis. ♃ — Caules e basi crassa perennі plures erecti, vix pedales subsimplices. Folia caulina 2–3 pollices longa, vix ultra pollicem lata, basi saepe inaequaliter cordata. Racemus simplex semipedalis. Bracteae exteriores acutae, medio dilatatae, basi angustatae. Calyx *St. Germanicae*, sed saepius minus lanatus. Corolla calyce subduplo longior, forma *St. Germanicae* purpurea v. in var. *β.*, quae omnibus aliis characteribus varietati *α.* simillima, lutea. — *Sideritis Heraclea* Col. Ecphr. I. t. 131. ex All. — *Stachys intermedia* Ten. Fl. Neap. prodr. XXXVI. — *St. barbata* Lapeyr. Hist. abr. pl. Pyr. 336. — *St. phlomoides* Willd. Enum. plant. hort. Berol. Suppl. 41.

β. lutea: floribus luteis — *St. obliqua* Waldst. et Kit. Ic. pl. Hung. rar. II. 162. t. 134. — *St. Cretica* Forsk. Fl. Const. 28. (non Linn.) — *St. orientalis* Vahl, Symb. II. 64. — Sibth. et Sm. Flor. Graec. VI. 48. t. 560. — Habitat in Europae mediterraneae siccis incultis, in Hispania, Pyrenaeis orientalibus, Gallia centrali prope Rhodez et in montibus Lozère, in Galloprovincia, Pedemontio, Romania, regno Neapolitano, Sicilia, *β.* in Croatia, Dalmatia et prope Byzantium.

10. ST. MOLLISSIMA Willd. Hort. Berol. 60. t. 60. — Bth. l. c. † — Humilis erecta, molliter villosa: foll. petiolatis late ovatis crenatis, basi cordatis rugosis, utrinq. subviridib. villosissimis; verticillastris multifloris; bracteis linearib. calycem aequantib.; calycis campanulati villosi dentib. acutis subspinosis; corollis extus pubescentib., calyce dimidio longioribus. ♂? — Herba vix semipedalis. Folia fere *St. alpinae*, at minora, floralia calyces breviter superantia. Calyces 5–6 lin. longi, ample campanulati, dentibus omnibus fere aequalibus lanceolatis. Species statura et calycibus distinctissima. — Habitat in insula Corfu et in Hispania.

11. ST.? PUMILA Russell, Nat. Hist. Alep. II. 255. t. 10. — Bth. l. c. 535. † — Perennis v. suffruticosa humilis: foll. subradicalib. petiolatis ovatis obtusis, basi cordatis rugosis, utrinq. cano-tomentosis; verticillastris paucis multifloris; bracteis exteriorib. calyces subaequantib.; calycib. glabriusculis, dentib. lanceolato-subulatis, tubo subaequalibus. ♃ — Caules e basi dura sublignosa brevissimi. Folia radicalia fere *Salviae pomiferae*. Rami floriferi 2–4-pollicares, verticillastros 2–4 ferentes. Folia floralia rotundata rugosa, calyces aequantia. Verticillastri 15–20-flori. Bracteae oblongo-lineares. Calyces tubuloso-campanulati. Corollae.....? An revera hujus generis? — Habitat in Syria prope Aleppo.

12. ST. RUPESTRIS Montbr. et Aucher, Ann. sc. nat. (2. Sér.) VI. 40. — Suffruticosa humilis viscosa: ramis pilosis; foll. ad basin ramorum approximatis petiolatis late ovatis obtusis crenatis, basi cordatis rugosis, utrinq. viridib. villoso-pubescentib.; verticillastris 6–10-floris; bracteis linearib. calyce parum breviorib.; calycis tubuloso-campanulati subincurvi dentib. acutissimis in labiis 2 irregulariter dispositis; corollis vix pubescentib. calyce dimidio longioribus. ♃ — In Tauro.

13. ST. SWAINSONI Bth. l. c. † — Herbacea? perennis piloso-lanata, basi procumbens ramosissima: foll. petiolatis ovatis obtusis crenatis, basi rotundatis rugosis mollissimis; verticillastris 2–10-floris; bracteis calyce dimidio breviorib., rarius minutis; calycib. campanulatis molliter villosis, dentib. lanceolatis acutissimis subspinosis; corollis calyce duplo longioribus. ♃ — Species quoad affinitates dubia, et inter *Zietenias*, *Stachyotypos* et *Eriostachydes* fere media. Caules vix semipedales, rami, petioli et folia pilis longis albidis subsericeis mollissime vestita. Folia semipollicaria v. parum longiora. Racemi ramorum primariorum 3–4-pollicares densi; verticillastri sub-10-flori, bracteae calycis dimidium fere aequantes. In ramulis lateralibus et nonnunquam in omnibus verticillastri biflori, bracteis subnullis. Calyces subsessiles 4–5-lineares, dentibus tubum corollae subaequantibus. Corollae extus parum villosae, labio inferiore superiori duplo longiore. Annulus tubi subobliquus. — *Prasium hirsutum* Poir. Dict. V. 611. — *Prasium minus* Vahl Hb. — Habitat in Graecia ad montem Parnassum et in Ithaca.

14. ST. ZUCCARINII Bth. l. c. — Herbacea? perennis, pilis adpressis sericeo-lanata: ramis elongatis erectis subramosis; foll. paucis linearib. integerrimis; verticillastris bifloris; bracteis calyce breviorib.; calycib. tubuloso-campanulatis, dentib. spinosis tubum corollae superantibus. ♃ — Rami 2–3-pedales subnudi, uti folia, calyces et corollae pilis albis sericeis longis adpressis lanati. Folia vix pollicaria mollia acutiuscula, floralia parva sessilia lanceolata. Racemus simplex pauciflorus. Bracteae lanceolatae, calyce breviores. Calyces sessiles, 5 lin. longi. — Habitat in Graecia ad Acrocorinthum.

15. ST. LANATA Jacq. Ic. pl. rar. I. 11. t. 107. — Bth. l. c. † — Densissime sericeo-lanata: foll. oblongo-ellipticis, utrinq. angustatis, vix crenulatis rugosis, floralib. minoribus, supremis verticillastro breviorib.; verticillastris multifloris, supremis in spicam approximatis; bracteis lineari-lanceolatis calycem subaequantib.; calycis subincurvi dentib. vix inaequalib. acutis muticis, intus lanatis, tubo incluso. ♃ — Caules pedales v. rarius sesquipedales, uti folia et calyces lana densissima vestiti. Folia crassissima mollissima, minute crenulata. Verticillastri plus 30-flori. Calyces *St. Germanicae* sed densius lanati, dentibus latioribus patentibus. Corolla minor quam in *St. Germanica*. — *Eriostomum lanatum* Hoffmnsgg. Nachtr.

I. 60. — Habitat in Tauriae campis apricis copiose et in locis herbidis siccis subalpinis totius Caucasi, etiam in monte Beschtau.

16. ST. ITALICA Mill. Dict. no. 3. — Bth. l. c. 538. — Herbacea erecta cano-tomentosa: foll. subsessilib. v. breviter petiolatis oblongo-lanceolatis angustis obtusis crenulatis, basi angustatis v. rarius subcordatis rugosis, molliter albo-tomentosis, floralib. ovato-lanceolatis integerrimis, verticillastro sublongiorib.; verticillastris multifloris distinctis, supremis approximatis; bracteis lineari-lanceolatis calycem aequantib.; calycib. subincurvis, dentib. acutis spinosis, intus densissime lanatis; corollis extus lanatis, tubo incluso. ♂? — A *St. Germanica* differt statura humiliore, foliis angustis, basi rarissime cordatis, more *Salviae* rugosis et potius tomentosis quam lanatis. Racemi tenuiores. — *St. salviaefolia* Ten. Fl. Nap. II. 23. t. 53. — *Eriostomum salviaefolium* Presl, Fl. Sic. I. XXXVII.

β. pungens: humilior, folia pauciora, verticillastri pauci ad apices caulis subspicati. — *St. pungens* Russ. Nat. hist. Alep. — *St. salviaefolia* Hochst. et Steud. Pl. Dalm. exs. — *Sideritis hirsuta* Sieb. Pl. Cret. exs. — Habitat in Europa mediterranea, in Italia ad Paestum et in Etruria, prope Parmam, *β.* ad Zara Dalmatiae et in Syria prope Aleppo.

17. ST. GERMANICA Linn. Sp. pl. 812. — Jcq. Flor. Austriac. IV. 16. t. 329. — Sm. Engl. bot. t. 829. — Bot. Regist. t. 1289. — Flor. Danic. t. 664. — Rchb. Plant. critic. X. 18. t. 930. — Bth. l. c. † — Herbacea elata, lana alba laxa vestita: foll. caulinis petiolatis ovatis v. ovato-lanceolatis obtusis, basi plerisq. cordatis crenatis, floralib. inferiorib. sessilib. subamplexicaulib. crenatis, supremis lanceolatis acutis integerrimis, verticillastro sublongiorib., omnib. albo-lanatis; verticillastris multifloris distinctis racemosis, supremis approximatis; bracteis lineari-lanceolatis calycem aequantib.; calycib. subincurvis, dentib. acutis subspinosis, intus lanatis, supremis majorib.; corollis extus lanatis, tubo incluso. ♂ — Species quoad villositatem et magnitudinem florum valde variabilis. Caules, petioli, foliorum pagina inferior et praesertim calyces et bracteae lana alba laxa mollissima nunc subsericea vestiti. Caules erecti firmi 1-4-pedales. Folia basi saepissime cordata, supra molliter rugosa birta v. saepius lanata, subtus constanter lanata crassa mollia, floralia angustiora, inferiora verticillastro subduplo longiora, superiora gradatim minora, suprema vix calyces excedentia. Verticillastri 15-20-flori et ultra, inferiores remoti, supremi approximati, racemum simplicem formantes. Bracteae lineares, exteriores calyces aequantes. Calyces obliqne campanulati lanati, dentibus inaequalibus ovatis acutissimis spinosis. Corolla roseo-purpurea v. albida, magnitudine varians, saepius calyce subduplo longior, extus dense lanata, nunc vix calycem aequans et pubescens. Tubus dentibus calycinis brevior, intus oblique annulatus. Labia patentia, superius integerrimum, inferius parum longius, saepius maculatum, lobis lateralibus parvis oblongis. Achaenia ovato-triquetra subcompressa nigra laevia. — *Eriostomum Germanicum* Hoffm. et Link. Fl. Port. — *St. tomentosa* Gat. Fl. Mont. 167. — *St. Cretica* Linn. Spec. pl. 812? — Sibth. et Sm. Flor. Graec. VI 47. t. 558. — *St. speciosa* Cholsy in DC. Pl. rar. hort. Gen. I. 27. — *St. dasyantha* Raffn. Prèc. des découv. 39. — *St. biennis* Roth ex Reichb. Plant. critic. X. 17. t. 949. — *St. polystachya* Ten. Fl. Nap. II. 23. t. 53. — *Eriostomum polystachyum* Presl, Fl. Sicul. I. XXXVII. — *Eriostomum Lusitanicum* Hoffm. et Link. — *St. Lusitanica* Steud. Nom. bot. 806. (edit. 1.) — *St. Pannonica* Lang. Pl. exs. — *St. argentea* Tausch in Bot. Zeit. 1831. I. 217. — *St. alba* Mill. Dict. no. 4.? — *St. heterophylla* Moench ex Steud. Nom. bot. 806. (edit. 1.) — *St. cinerea, elongata, excelsa, intermedia, orientalis, Sibirica, verbascifolia* etc. Hortul. — *St. acutifolia* Bory et Chaubard, Expedition scientifique de Morée (Bot.) 168. et Flore du Peloponn. 922. †

β. subalpina: Griseb. Spicileg. flor. Rumel. II. 137. — Caule villoso; foll. supra virentib.; calycis dentib. aequalib., tubo colorato vix lanato; corolla purpurascente. — *St. sericea* Griseb. Reise durch Rumelien II. 180. — Habitat in Europae, Asiae mediae et Africae borealis siccis aridis lapidosis.

18. ST. FLOCCOSA Bth. l. c. 730. — Herbacea: caule elato, lana densa floccosa vestito; foll. caulinis petiolatis ovato-lanceolatis obtusis crenatis, basi cordatis, supra molliter villosis, subtus dense albo-lanatis floccosis, floralib. infimis crenulatis, superiorib. lanceolatis integerrimis pungentib., calyce subbrevierib.; verticillastris multifloris distinctis racemosis, supremis approximatis; bracteis lanceolatis calycem aequantib.; calycis subincurvi dentib. acutis pungentib., intus sublanatis, supremis majorib.; corollae tubo incluso. ♂ — A *St. Germanica* et *lanata* differt praecipue foliis basi profunde cordatis et lana caulis et foliorum paginae inferioris densa floccosa nec longa sericea. — Crescit in Indiae orientali-borealis montibus, in pratis prope Hispour.

19. ST. ALPINA Linn. Spec. plant. 812. — Lapyr. Fl. Pyren. t. 14. t. 8. — Bth. l. c. 537. † — Herbacea elata: caule erecto piloso sublanato; foll. petiolatis ovatis serrato-crenatis, basi cordatis, utrinq. viridib. villosis, floralib. angustiorib., gradatim minorib. acutis serratis; verticillastris omnib. remotis multifloris; bracteis linearib. calycem subaequantib.; calycis pilosuli dentib. lanceolato-ovatis acutis spinosis; corollis extus lanatis calyce subduplo longioribus. ♂? — Planta, praesertim in hortis, valde variabilis, sed constanter a *St. Germanica* foliis utrinque viridibus, verticillastris plerumque paucioribus remotioribus et racemo multo minus lanato distinguenda. Caules et petioli nunc pilis longis mollibus vestiti, nunc breviter tantum et laxe villosi. Folia utrinque villosa, sed viridia tenuia, vix rugosa, nunc obtusa, saepius acutiuscula. Racemi saepe purpurascentes. Verticillastri 15-20-flori. Calyces late campanulati, multo minus lanati quam in *St. Germanica*. Corollis *St. Germanicae*, obscure purpurea v. rubro-fusca. — *Eriostomum alpinum* Hoffm. et Link. Fl. Port.

β. intermedia: major, foll. rugosiorib. subtus interdum sublanatis. — *St. intermedia* Ait. Hort. Kew. II. 201. — *St. Cretica* Linn. Spec. pl. 812. — *St. orientalis* Linn. l. c. 813. — *St. Sibirica* Link, Enum. hort. pl. Berol. II. 109. — Sw. Brit. fl. gard. I. t. 100. — *St. urticaefolia* Tausch in Bot. Zeit. 1831. I. 216. — *St. curviflora* Tausch l. c. — *St. fusca* Moench? — Habitat in Europae umbrosis praesertim montosis, in Pyrenaeis, Gallia centrali, alpibus Helveticis, in montibus Italiae superioris et Lucaniae, in Germania, *β.* in Caucaso et Sibiria.

20. ST. SERICEA Wall. Pl. As. rar. I. 64. — Bth. l. c. — Herbacea elata: caule erecto pilosissimo; foll. petiolatis ovatis v. ovato-oblongis obtusiusculis crenatis, basi cordatis, utrinq. villosis, supra viridib., subtus pallidis v. incanis, junioribus sericeo-lanatis; verticillastris omnib. distantib. 10-15-floris; bracteis linearib. calycem subaequantib.; calycis lanati dentib. ovato-lanceolatis acutissimis spinosis. ♃? — Vix a *St. alpina* distinguenda, villosior tamen, flores in verticillastro pauciores. Racemi elongati multiflori, pilis longis laxe lanati. Folia rugulosa, subtus in exemplaribus sylvestribus albo-lanata, in cultis virentia. Calyces obliqui, nec vere bilabiati. — *St. Persica* Gmel. jun. ex C. A. Meyer, Enum. pl. Cauc. Casp. 94. — Habitat in Asiae centralis montibus, in Caucasi montium altiorum Talysch sylvis, in montibus Ghilan Persiae, in montibus Nepaliae et Kamaon, in Mussooree et toto jugo Himalayensi frequens.

21. ST. SETIFERA C. A. Meyer, Enum. pl. Cauc. Casp. 94. — Bth. l. c. 538. — Herbacea elata: caule erecto piloso sublanato; foll. breviter petiolatis oblongis v. oblongo-lanceolatis, basi rotundatis, floralib. gradatim minorib., omnib. utrinq. viridib. rugosis, molliter villosis, apice aristato-mucronatis; verticillastris multifloris distantib.; bracteis lanceolatis aristatis; calycis villosi dentib. lanceolatis acutis spinosis; corollis extus pubescentib., calyces parum excedentibus. ♃ — Affinis *St. sericeae*, sed foliis subsessilibus angustis aristatis et corollis glabrioribus satis distincta videtur. — Habitat in Caucasi montium Talysch locis subhumidis prope pagum Swant.

22. ST. VESTITA Bth. l. c. † — Herbacea erecta, molliter albo-villosa: foll. subsessilib. ovato-lanceolatis obtusis crenulatis, basi cordatis crassis rugosis, subtus

dense albo-lanatis, floralib. lanceolatis acutis reflexis, supremis calycem vix excedentib.; verticillastris sub-10-floris, omnib. distantib.; bracteis linearib. calyce dimidio breviorib.; calycis villosi dentib. lanceolatis acutis subspinosis; corollis extus pubescentib., calyce subduplo longioribus. ♃? — Affinis *St. oblongifoliae*, a qua differt foliis crassis lanatis et bracteis saltem in verticillastris superioribus calycis dimidium aequantibus. Caules erecti subsimplices, pedales v. demum fere sesquipedales. Folia 1–1½-pollicaria, supra subviridia rugosissima, subtus lana alba densissima, sed multo breviore quam in *St. Germanica* vestita. Racemi elongati stricti. Calyx fere 4 lin. longus. Corollae tubus vix exsertus, intus prope basin oblique annulatus, labia patentia, inferius superiore dimidio longius. — Habitat in Indiae orientalis montibus Nepalensibus.

23. ST. MELISSAEFOLIA Bth. l. c. — Herbacea: ramis divaricatis, pilis obversis mollib. pubescentib.; foll. petiolatis late ovatis obtusis crenatis rugosis, utrinq. viridib. glabriusculis v. pubescentib., floralib. superiorib. calyce breviorib.; verticillastris sub-10-floris remotiusculis v. supremis approximatis; bracteis linearib. calyce dimidio breviorib.; calycib. ovato-campanulatis pubescentib., dentib. acutis non spinosis; corollis extus pubescentib., calyce duplo longioribus. ♃ — Affinis *St. splendenti*, sed glabrior, et flores pauciores duplo minores. Folia remota, 1½–2 poll. longa, pollice latiora tenuia. Racemi subramosi. Calyces fructiferi vix 3 lin. longi, late campanulati, dentibus late lanceolatis ovatisve patentibus. Corolla purpurascens, tubo tenui incurvo, intus annulato, labia patentia. — Habitat in Indiae orientalis montibus Nepalensibus.

24. ST. SPLENDENS Wall. Pl. As. rar. I. 64. — Bth. l. c. — Herbacea elata: caule erecto piloso; foll. petiolatis ovatis serrato-crenatis, basi cordatis rugosis villosis, utrinq. viridib., floralib. conformib. sessilib. gradatim minoribus.; verticillastris sub-10-floris remotis; bracteis linearib. calyce breviorib.; calycis pubescentis dentib. obtusiusculis muticis inaequalib.; corollis calyce plus duplo longioribus, tubo exserto incurvo. ♃ — *St. alpinae* affinis, sed minus villosa, flores in verticillastro pauciores. Bracteae breviores. Calyces pubescentia brevi nec pilis longis villosi, dentibus minime spinosis et corollae tubus calyce subdimidio longior. — — Habitat in Indiae orientalis montibus Gossain Than, in montibus Mussooree et in toto jugo Himalayensi frequens.

Sectio IV. CALOSTACHYS Bth. l. c. 539.

Herbae perennes glabrae v. villosae, caulibus saepe ad angulos obverse pilosis aculeatisve. Verticillastri subsexflori. Bracteae minutae. Dentes calycini acutissimi v. subspinescentes. Coroliae coccineae v. purpureae, tubo longe exserto. Antherarum loculi divergentes v. divaricati.

25. ST. COCCINEA Jacq. Hort. Schoenbr. III. 18. t. 284. — Bot. Magaz. t. 668. — Andrws. Bot. Reposit. t. 310. — Bth. l. c. † — Herbacea erecta, molliter villosa: foll. petiolatis ovato-lanceolatis obtusiusculis crenatis, basi cordatis; racemis elongatis; verticillastris sexfloris, omnib. distantib.; bracteis subnullis; corollis pubescentib., calyce subtriplo longioribus., tubo longe exserto. ♃ — Rami obtuse tetragoni, pilis brevibus villosi. Folia 2-pollicaria, basi pollicem lata, infima longe petiolata, obtuse crenata rugosa, utrinque villosa, floralia sessilia, infima conformia, crenaturis submucronatis, suprema calyce vix longiora oblonga, apice spinoso-mucronata. Calyces subsessiles 3–4 lin. longi pubescentes virides, dentibus lanceolatis spinoso-acuminatis. Corolla pulchre coccinea, pollicem longa, tubo incurvo calyce duplo longiore, prope basin intus pilis transversim annulato. — Habitat in Mexico.

26. ST. CILIATA Dougl. mss. ex Bth. l. c. † — Herbacea erecta subglabra: caulis angulis obverse ciliatis; foll. petiolatis ovatis breviter acuminatis crenatis, basi cordatis glabris v. supra pilis raris hispidulis; verticillastris sexfloris, supremis subapproximatis; bracteis subnullis; corollis glabriusculis calyce triplo quadruplove longioribus, tubo longe exserto. ♃ — Caulis 3–4-pedalis parum ramosus,

angulis acutis, pilis brevibus rigidis obversis saepius angulatus, caeterum glaberrimus. Petioli pilis longis ciliati. Folia 2–3-pollicaria vix rugosa, subtus venosissima, nunc glaberrima, floralia minora, suprema calyce subbreviora ovata membranacea ciliata. Verticillastri inferiores remoti, supremi subapproximati. Calyx vix 2 lin. longus campanulatus glaber, dentibus ovatis subspinoso-acuminatis. Corolla glabriuscula purpurea, fere pollicem longa, tubo parum incurvo v. subrecto calyce triplo longiore, prope basin intus piloso-annulato, labium superius suberectum tenuiter pubescens, inferius plus duplo longius patens. Antherarum loculi ante anthesin paralleli, demum subdivaricati. — Habitat in America boreali-occidentali ad ripas fluminis Columbiae.

27. ST. THUNBERGII Bth. l. c. 540. † — Herbacea erecta?: caulis angulis obverse aculeatis; foll. petiolatis ovatis acuminatis crenatis, basi cordatis rugosis coriaceis, nervis subtus aculeatis, utrinq. glabris v. pilis longis hispidis; verticillastris sexfloris distantib.; bracteis subnullis; corollis calyce glaberrimo plus duplo longiorib., tubo longe exserto. ♃ — Planta in speciminibus nonnullis procumbens videtur, in aliis erecta, caeterum *St. borraginoidi* similis. Caules ut in illa, nervi petiolique foliorum tuberculoso-aculeati. Foliorum pagina superior nunc pilis sparsis hispida, nunc, uti tota planta, aculeis exceptis, glaberrima laevis. Folia siccitate supra bullata nigricantia, subtus elevato-reticulata, saepe rufescentia. Calyces pedicellati, fere semipollicares laeves, dentibus tubo aequilongis acutis, vix spinescentibus. Corolla *St. ciliatae* glabra rubra. — *Galeopsis hispida* Thunb. Prodr. fl. Capens. — Habitat in Africa australi ad Promontorium bonae spei.

28. ST. BORRAGINOIDES Cham. et Schlchtd. Linnaea V. 100. — Bth. l. c. † — Herbacea erecta: caulis angulis obverse aculeatis; foll. petiolatis ovatis acutis crenatis, basi cordatis, utrinq. viridib. piloso-hirsutis et subtus ad nervos aculeatis; verticillastris sexfloris distantib.; bracteis subnullis; calycib. pubescenti-pilosis; corollis calyce subquadruplo longiorib., tubo longe exserto. ♃ — Habitus *St. ciliatae*. Caulis 3-pedalis, parum ramosus tetragonus, ad angulos pilis reflexis asperrimus, quorum basis conica aculeiformis demum persistit, facies glabra v. pilis paucissimis brevibus pubescens. Folia 1–2-pollicaria rugosa, pilis sparsis paginae superioris longis numerosis, inferioris paucis, subtus reticulato-nervosa, nervis fere omnibus pilis caulinis similibus aculeatis. Calyces et corollae forma et magnitudine *St. coccineae*. Antherarum loculi divergentes. — Habitat in Mexico, in umbrosis montis Maculteper et versus San Andres.

29. ST. CHAMISSONIS Bth. in Linnaea VI. 80. et Labiatar. gener. et spec. 540. — Herbacea erecta: caulis angulis obverse ciliatis; foll. petiolatis ovatis obtusis crenatis, basi cordatis, utrinq. velutino-lanatis; verticillastris sexfloris distantib.; bracteis subnullis; corollis extus villosis calyce triplo longiorib., tubo longe exserto. ♃ — Affinis *St. ciliatae*, sed diversa foliis corollisque villosissimis et calycibus longioribus hispido-pilosissimis. — Habitat in California.

30. ST. RIEDERI Chamisso in Linnaea VI. 570. † — Bth. Labiat. gen. et spec. 540. — „Habitus gracilescens plantae in sylvis opacis et humidis crescentis. Caulis 2½ pedes altus, simplicissimus fistulosus, ad angulos pilis subulatis retrorsis albis munitus, internodiis inferioribus 2–2½-pollicaribus, medii caulis 4–5-pollicaribus, summis inflorescentiae decrescentibus, unico ornatus pseudo-verticillastro sexfloro, superiori nodo unifloro, summis foliorum paribus 2 approximatis sterilibus. Folia membranacea internodiis breviora, inferiora breviter sed distincte petiolata angusta, ex ovata basi oblonga, jam emarcida, superiora latiora simul et breviora evadunt, brevius petiolata, ex ovata basi lanceolata, floralia ovato-subcordata, cum petiolari parte 1¼ poll. longa, ¾ poll. lata, summa decrescentia, omnia acuta, margine scabro obsolete depresso serrata, serraturis obtusis, basi et in petiolo pilis similibus caulinis ciliata, in superiore pagina omnino glabra, subtus in nervo tenui et venis obliquis similium pilorum rudimentis vix conspicuis instructa. Flores semipollicares sessiles. Calyces pilis descriptis horridi, dentes angusti elongato-triangulares, nervo medio crasso excurrente subspinescentes. Corolla

rubra? calyce ter longior, bis cum superans, labium superius integrum pilosum.* — Habitat in Kamtschatka.

31.? ST. HIRSUTA H. B. Kth. Nov. gen. et spec. plant. II. 308. — Bth. l. c. 541. — Caule adscendente hispido; foll. petiolatis ovato-oblongis acutis cordatis, utrinq. hirsutis; verticillastris subsexfloris; galea emarginata. 4. — Herba subsexpollicaris. Caulis subramosus tetragonus. Folia crenata reticulato-venosa subpollicaria, petioli semipollicares hispidi. Flores pedunculati verticillati, 9 lin. longi, verticillastris subsexfloris distantibus. Calyx tubulosus quinquefidus 10-striatus pilosus, laciniis acuminato-subulatis. Corolla coccinea?, extus pubescens, tubus cylindraceus, calyce duplo longior, limbus bilabiatus, labium superius ovato-concavum, inferius trifidum, lacinia intermedia major subcrenulata. — Habitat in Mexico, in locis alsis montium inter Actopan et Totonilco.

Sectio V. STACHYOTYPUS Bth. l. c. 541.

Herbae annuae v. perennes piloso-hispidae v. glabratae, rarius lanatae. Verticillastri plerumque subsexflori, rarius 2–4- v. 10-15-flori. Bracteae minutae. Calyces saepius subspinescentes. Corollae purpurascentes rubrae v. roseo-albae, nec ochroleucae, tubo incluso v. breviter exserto.

§. 1. *Genuinae Bth. l. c. — Caules erecti elati, angulis saepius pilis longis patentibus obversisve ciliatis, rarius glabri. Folia ovato- v. oblongo-lanceolata, rarius ample ovata. Verticillastri 6-10-flori. Corollae majusculae, tubo nonnunquam exserto.*

32. ST. MEXICANA Bth. l. c. 541. — Herbacea erecta elata: caule pilis rigidis hirsuto; foll. amplis petiolatis ovato-oblongis crenatis, basi cordatis, utrinq. hispidis, floralib. sessilib. flores excedentib.; verticillastris 6–8-floris distantib.; calycis campanulati hispidi dentib. lanceolatis acutis subspinosis; corollis glabriusculis calyce duplo longioribus, tubo exserto. 4? ☉? — Affinis *St. cyclaticae*, sed folia brevius petiolata angustiora longiora. Corollae majores, tubo ampliore, labium superius emarginatum. — Habitat in Nova Hispania.

33. ST. SYLVATICA Linn. Spec. plant. 811. — Engl. bot. t. 416. — Bth. l. c. — Herbacea erecta hispida: foll. longe petiolatis ovatis acuminatis serratis, basi cordatis, floralib. bracteaeformib. vix calyce longioribus; verticillastris sub-6-8-floris distantib.; calycis campanulati hispidi dentib. lanceolatis acutis subspinosis divaricatis; corollis glabriusculis calyce duplo longioribus, tubo exserto. ☉ — Herba pluripedalis ramosa. Rami tetragoni, uti petioli pilis longis patentibus hispidi. Folia ampla, grosse et acute dentata viridia, utrinque pilis longis sparsis hispida, floralium par infimum subconforme, suprema parva. Verticillastri saepissime 6-, rarius 8-flori. Bracteae minutae. Calyx 3 lin. longus. Corolla purpurea, 6 lin. longa, tubo incurvo, calyce dimidio longiore, labia patentia, superius integrum, inferius duplo longius albo-maculatum, lobo medio breviter emarginato. Annulus internus prope basin tubi breviter pilosus. Achaenia ovoideo-triquetra laevia. — *St. Canariensis* Jacq. Icon. plant. rar. I. II. t. 108. — Habitat in Europae et Asiae mediae umbrosis.

34. ST. PALUSTRIS Linn. l. c. — Engl. bot. t. 1675. — Hook. Flor. Londin. II. t. [illegible] — Bth. l. c. 542. † — Herbacea erecta: caule pubescente, angulis patentim v. subretrorsum pilosis; foll. subsessilib. oblongo- v. ovato-lanceolatis serrato-crenatis, basi rotundatis cordatisve rugosis hispidis v. inferiorib. glabratis; verticillastris 6- v. sub-10-floris distinctis, supremis subapproximatis; calycib. campanulatis hispidis, dentib. lanceolatis acutis subspinosis; corollis calyce duplo longioribus. 4. — Magnitudine varians, nunc vix sesquipedalis, saepius 2–3-pedalis et ultra. Caules superne semper pubescentes, inferne interdum glabrati. Pili angulorum patentes, rarius reflexi, vix rigidi. Folia 2–3- v. interdum 4–6-pollicaria, latitudine variabila, obtusiuscula, utrinque pubescentia v. hispida, inferiora nonnunquam glabrata et vix rugosa, floralia infima caulinis conformia, at minora,

superiora calyce vix longiora ovata acuta subintegerrima. Racemus 4–8-pollicaris simplex, constanter villosus. Verticillastri infimi remoti, supremi subcontigui. Bracteae minutae. Calyces irregulariter sub-10-nervii, dentibus divaricatis. Corolla purpurascens, tubus calycem subaequans, intus annulo obliquo pilorum brevium notatus, labium superius erectum truncatum, extus glabrum v. pilis paucis villosum, inferius majus, lobo medio maximo rotundato. Achaenia obovoidea laeviuscula. Variat altitudine, foliis latioribus angustioribusve, spica densa v. laxa elongata, hirsutie, dentibus calycinis ovatis lanceolatisve. — *St. segetum* Hagen. et ex Rchb. Fl. Germ. excurs. 319. — *St. affinis* Bnge. Enum. pl. Chin. bor.

β. angustifolia: floribus minoribus, calycibus submuticis.

γ. hybrida: foliis longius petiolatis, corollis subexsertis. — *St. ambigua* Sm. Engl. bot. t. 2089. — Reichb. Plant. critic. III. 20. — In Europae omnis et in Asiae et Americae borealis humidis, umbrosis, paludibus et ad ripas fluviorum.

35. ST. BAIKALENSIS Fisch. mss. ex Bth. l. c. 543. † — Herbacea erecta: caule retrorsum hispido; foll. subsessilib. oblongo-linearib. acutiusculis serratis, basi rotundatis hispidis, floralib. calyce vix longiorib.; verticillastris sexfloris, infimis remotis, supremis in spicam densam oblongam approximatis; calycis campanulati hispidi dentib. lanceolatis acutissimis subspinosis; corollis calyce duplo longioribus. ♃ — Caulis erectus subsimplex 1–1½-pedalis, faciebus glaberrimis, angulis acutis, uti petioli pilis longis obversis ciliatis. Folia bipollicaria angusta subrugosa, utrinque, praesertim in pagina superiore pilis longis subadpressis hispida, floralia sub spica conformia, in ipsa spica parva acuta. Spica 1–1½-pollicaris, dense hispida, verticillastro infimo saepius axillari a spica remoto. Calyces hispidissimi. Corolla *St. palustris*, a qua haec species differt statura humiliore, foliis multo angustioribus et spica brevi tenui. — *St. angustifolia* Pall. Herb. — Habitat in Dahuria et in Sibiria orientali.

36. ST. ASPERA Michx. Fl. Bor. Amer. II. 5?*) — Bth. l. c. † — Herbacea erecta: caule retrorsum hispido, rarius nudo; foll. breviter petiolatis ovato-oblongis v. ovato-lanceolatis acutis serratis, basi rotundatis glabris v. supra pilis sparsis hispidulis, floralib. lanceolatis acutis, calyce longiorib.; verticillastris 6–10-floris distantib.; calycis tubuloso-campanulati glabri ciliati dentib. lanceolatis acutis subspinosis divaricatis; corollis calyce subduplo longioribus. ♃ — Herba erecta 2–3-pedalis, habitu *St. palustri* proxima. Caules acute tetragoni, faciebus glaberrimis, angulis petiolis nervisque primariis foliorum pilis longis rigidis obversis hispidis. Folia 3–4-pollicaria, sesquipollicem lata, utrinque viridia laevia, pilis supra sparsis et raris, caeterum glaberrima, floralia gradatim minora, suprema longe ciliata. Racemus semipedalis simplex. Verticillastri laxiusculi, omnes distincti. Bracteae minutissimae. Calyces sessiles, irregulariter venosi, dentibus et interdum tubi nervis primariis ciliatis, caeterum glaberrimi. Dentes longitudine tubum aequantes. Corolla violacea glabra. Annulus internus pilosus. — *St. arvensis* Walt. Fl. Carol. 162. (non Linn.) — *St. hispida* Pursh. Fl. Amer. sept. II. 407.

β. glabrata: caulis angulis subnudis v. omnino glabris. — *St. aspera* Nutt. Gen. pl. N. Am. II. 30? — Habitat in Americae borealis pascuis, ad ripas fluviorum, a Canada ad Carolinam, *β.* in Carolina et in Chinae provincia Tokeen.

37. ST. HYSSOPIFOLIA Michx. l. c. 4?**) — Bth. l. c. — Herbacea ascendens glaberrima v. caulib. retrorsum pilosis; foll. subsessilib. oblongo-lanceolatis acutiusculis subserratis, basi parum angustatis, floralib. acutissimis calyce sublongiorib.; verticillastris subsexfloris distinctis in racemum brevem approximatis; calycis late campanulati glaberrimi dentib. lanceolatis acutissimis subspinosis divaricatis; corollis glabris calyce 2–3-plo longioribus. ♃ — Caules basi pro-

*) *Caulib. erectis retrorsum hispidissimis; foll. subpetiolatis lanceolatis argute serratis; spicae verticillastris subsexfloris; calycibus rigide spinescentibus.*

**) *Glabriuscula gracilis erecta: foll. sessilib. lineari-lanceolatis, raritor subdentatis; verticillastris spicae subquadrifloris.*

cumbentes, rami adscendentes 1–1½-pedales glabri laevesque, exceptis angulis et axillis magis minusve pilis longis reflexis hispidis. Folia 1–2-pollicaria glaberrima venosa, nunc sessilia, nunc breviter petiolata. Racemi breves simplices pauciflori. Bracteae minutae. Calycis tubus 1½ lin. longus, dentes tubo aequales. Corolla violacea, tubus breviter exsertus, annulus internus pilosus incompletus v. evanidus, labium superius erectum, basi angustatum, tubo aequale, inferius parum longius patens, lobis lateralibus ovatis, medio rotundato breviter emarginato. — *St. tenuifolia* Willd. Spec. pl. III. 100? — *St. palustris* Walt. Fl. Carol. 102. (non Linn.) — Habitat in Americae borealis pratis humidis, prope Saint Louis et in Carolina.

38. ST. CHINENSIS Bunge mss. ex Bth. l. c. 544. † — Herbacea erecta elata glabriuscula: caulis angulis obverse pilosis; foll. subsessilib. oblongo-lanceolatis subserratis, supra hispidulis, subtus glabris; verticillastris paucis sexfloris; bracteis minutis, calycis elongati campanulati pilosi dentib. lanceolatis acutissimis subspinosis; corollis calyce vix duplo longioribus. ♃ — Ab affinibus *St palustri*, *aspera* et *hyssopifolia* foliis longis et calycibus magnis primo intuito differt. Tota planta viridis et exceptis pilis quibusdam longis ad angulos caulis et nervos calycis et aliis brevibus sparsis in pagina superiore foliorum, tota glabra laevis. Folia distantia, 3–4 poll. longa, 4–5 lin. lata, basi rotundata, apice obtusiuscula, floralia breviora lanceolata acutiora. Calyces sessiles, 5 lin. longi colorati, dentibus profundis e basi lanceolata acutissimis. Corolla rubra, labium inferius dentes calycinos breviter excedens, extus pilosum, superius duplo longius, lobo medio emarginato, tubus intus transverse annulatus. — Habitat in China boreali.

§. 2. *Ruderales Bth. l. c.* 544. — *Herbae saepius perennes erectae v. adscendentes, rarius procumbentes hispidae villosae v. lanatae, rarius glabrae. Verticillastri* 6-, *rarius sub*-10-*flori. Corollae majusculae (cum labio inferiore semipollicares), tubo semper incluso.*

39. ST. ALBICAULIS Lindl. Bot. Reg. t. 1338. — Bth. l. c. † — Herbacea erecta, basi albo-lanata, superne subviscido-pubescens: foll. infimis petiolatis, superiorib. sessilib., omnib. lanceolatis grosse dentatis, basi rotundato-cuneatis angustatisve, floralib. calyce breviorib.; verticillastris 6-floris remotis; calycib. ovato-campanulatis viscido-pubescentib., dentib. late lanceolatis acutis subspinosis; corollis glabris calyce duplo longioribus. — Species primo intuitu distinctissima ob caulis partem inferiorem, uti folia inferiora, lana densissima alba floccosa vestitam, racemi pubescentia viridi saepissime viscosi. Caules erecti ramosi 2–3-pedales, obtuse tetragoni. Folia remota 1–3-pollicaria. Racemus elongatus subramosus. Calyces leviter 10-nervii venosi. Corolla violacea glabra, tubo breviter exserto, supra annulum internum pilosum obliquum incurvo dilatato. Labium superius breve dilatatum subpatens, inferius subduplo longius patens, lobo medio maximo. Achaenia magna ovato-triquetra subcompressa nigra laevia. — Crescit in Andibus Chilensibus.

40. ST. OBLONGIFOLIA Bth. in Wall. Plant. Asiat. rarior. I. 64. et Labiat. 545. † — Herbacea erecta v. adscendens, pubescens v. villosa: foll. breviter petiolatis oblongo-lanceolatis acutiusculis serratis, basi subcordatis villosis, floralib. calyce longiorib.; verticillastris subsexfloris distantib.; calycis tubuloso-campanulati pubescentis dentib. lanceolatis acutissimis vix spinulosis; corollis calyce dimidio longioribus. ♃ — Caules elati, basi subglabri, racemi molliter pubescentes. Folia 1–2-pollicaria, subtus dense villosa v. sublanata. Racemi elongati. Bracteae minutae. Dentes calycini angustati molles. Corolla violacea, tubo incluso subincurvo, labiis breviter exsertis, extus tenuiter pubescentibus, inferiore duplo longiore. — Crescit in India orientali, in montibus Silhet.

41. ST. AJUGOIDES Bth. in Linnaea VI. 80. et Labiat. l. c. — Herbacea erecta hirsutissima: foll. petiolatis oblongis obtusis crenatis, basi rotundatis cuneatisve rugosis, floralib. conformib.; verticillastris paucis 6-floris remotis; calycib. ovato-campanulatis hispidis, dentib. ovatis acutis subspinosis; corollis glabris calyce

duplo longioribus. 2 — Herba nunc 3–4-pollicaris subsimplex, nunc basi ramosa 8–10-pollicaris. Folia crassa 1–2-pollicaria, uti tota planta pilis longis rigidis hirsutissima. Calyces magnitudine *St. Macraei*, sessiles crassi, dense hirsutissimi. Corolla *St. Macraei*. — Habitat in California.

42. ST. SIDERITOIDES Gill. mss. ex Bth. l. c. 740. — Herbacea ascendens sericeo-pilosa: foll. oblongo-lanceolatis serratis, basi longe angustatis rugosis molliter sericeo-villosis, floralib. ovato-lanceolatis, supremis calyce breviorib.; verticillastris sexfloris remotis; calycib. campanulatis hispidis, dentib. lanceolatis acutis subspinosis; corollis pilosulis, calyce vix duplo longioribus. 2 — Habitu *St. arenariae* simillima, sed corollae tubus intus exannulatus, forsan *St. grandidentatae* varietas, sed villositate, calycib. longiorib. et statura humili distinguitur. — In Andibus circa Mendozam in America meridionali crescit.

43. ST. GRANDIDENTATA Lindl. Bot. Reg. t. 1080. — Bth. l. c. 545. — Herbacea erecta piloso-pubescens, superne hispida: foll. petiolatis oblongo-lanceolatis grosse dentatis, omnib. basi rotundato-cuneatis angustatisve, floralib. supremis calyce breviorib.; verticillastris 6-floris remotis; calycib. ovato-campanulatis hispidis, dentib. lanceolatis acutis subspinosis; corollis glabris calyce duplo longioribus. 2 — Caules erecti, nunc vix pedales, saepius 2–3-pedales. Foliorum forma et inflorescentia *St. albicaulis*, a qua differt caule viridi pubescente v. piloso, foliis hispidis v. glabriusculis nec lanatis et racemo pilis longis numerosis hispido. — Crescit in Chili ad Valparaiso.

44. ST. MACRAEI Bth. in Linnaea VI. 78. et Labiat. 545. — Herbacea erecta v. adscendens piloso-hispida: foll. petiolatis ovatis v. ovato-lanceolatis obtusis crenatis, inferiorib. basi cordatis, supremis rotundato-cuneatis, floralib. sessilib., supremis calyce breviorib.; verticillastris 6-floris remotis; calycib. ovato-campanulatis hispidis, dentib. lanceolatis acutis subspinosis; corollis glabris calyce duplo longioribus. 2 — *St. grandidentatae* affinis, sed humilior et minus erecta, pilis numerosioribus rigidioribus. Folia inferiora longe petiolata, limbo 1–1½-pollicari, ½–1-pollicem lato, basi magis minusve cordato, auriculis rotundatis. Racemus *St. grandidentatae*. Calyx 3 lin. longus, corolla violacea (cum labio inferiore) 6–7 lin. longa. Variat foliis acutis v. apice rotundatis et hirsutie. — *St. Chamissonis* Hook. et Arn. Bot. Beech. voy. 155. (non Bth.) — Crescit in America occidentali, in Chili ad Valparaiso et in California.

45 ST. GRANDIFOLIA E. Mey. Comment. pl. Afric. austr. I. 230. — Caule herbaceo adscendente ramoso piloso; foll. petiolatis ovatis obtusis crenatis, basi late cordatis, utrinq. molliter villosis, subtus canescentib., floralib. sessilib. calycem aequantib. v. superantib.; verticillastris 6-floris remotis; calycib. campanulatis hispidis, dentib. lanceolatis acutissimis spinosis; corollis pubescentib., calyce dimidio v. vix duplo longioribus. 2 — Habitat in Promontorio bonae spei.

46. ST. SESSILIFOLIA E. Mey. l. c. — Herbacea adscendens, tota molliter albo-villosa: foll. inferiorib. breviter petiolatis, superiorib. sessilib. ovatis obtusis crenatis, basi subcordatis, floralib. supremis calyce vix breviorib.; verticillastris sub-6-floris; calycib. molliter villosissimis, dentib. longe subulato-acuminatis subspinosis; corollis calyce vix duplo longioribus. 2 — In Promontorio bonae spei habitat.

47. ST. BRIDGESII Bth. Labiat. 546. — Herbacea erecta, tota molliter albo-villosa v. lanata: foll. petiolatis ovatis obtusis crenatis, basi subcordatis rugosis, floralib. sessilib., supremis calyce subbreviorib.; verticillastris sexfloris remotis; calycib. ovato-campanulatis mollissime villosis, dentib. muticis; corollis calyce duplo longioribus. 2 — Affinis *St. Macraei*, sed folia minora crassiora, uti tota planta lana molli canescentia, nec pilis rigidulis villosa. — In Chili meridionali.

48. ST. GILLIESII Bth. l. c. 740. — Herbacea ascendens villosa: foll. petiolatis obtusis crenatis, basi cordatis, infimis rotundatis glabriusculis, superiorib. ovatis pubescentib., floralib. ovatis integerrimis, calyce breviorib. villosis; racemo villoso-hispido; verticillastris sexfloris distantib.; calycib. ovato-campanulatis hispidis, dentib. ovato-lanceolatis acutis subspinosis; corollis glabris calyce triplo

longiorib., tubo exserto. 2. — Media inter *St. Macraei* et *circinnatam*, a priore differt caulibus brevibus rigidis, foliis latis et corollis majoribus, a posteriore caule foliisque minus hispidis, foliis minus crenatis et corollae tubo exserto. — Habitat in Andibus Chilensibus prope Mendozam.

49. ST. CIRCINNATA L'Hér. Stirp. I. 31. t. 28. — Bth. l. c. 546. — Herbacea procumbens hispida: ramis floriferis erectis; foll. petiolatis rotundatis obtusis crenatis, basi late cordatis, floralib. minorib., supremis ovatis integerrimis, calyce subbreviorib.; verticillastris sexfloris distinctis, infimis remotis; calycis campanulati hispidi dentib. ovatis acutis subspinosis; corollis pubescentib. calyce vix duplo longioribus. 2. — Rami steriles procumbentes subrepentes, floriferi ascendentes, pilis patentibus dense hispidi. Folia rugosa, omnia utrinque hispida, floralia gradatim minora, suprema bracteaeformia, ante anthesin decussatim imbricata. Bracteae minutae. Calyx 4-linearis. Corolla 7-8-linearis, pallide purpurascens v. albida. Annulus internus breviter pilosus. — *St. velutina* Willd. Enum. pl. hort. Berol. Suppl. 41. — *St. latifolia* Ait. Hort. Kew. II. 303. — Habitat in Hispania australi et Africa boreali, Gibraltariae, in montibus plumbeis Tuneti inque rupium fissuris Atlantis.

50. ST. NEPETAEFOLIA Desf. Cat. hort. Par. 58. — Bth. l. c. — Herbacea adscendens canescens: foll. petiolatis ovatis obtusis crenatis, basi cordatis rugosis; verticillastris distantib. 6-floris; calycib. tubulosis canescentib., dentib. lanceolatis acutis subspinosis; corollis pubescentib. calyce dimidio longioribus. 2. — Caules, folia et calyces tomento brevi canescentia. Folia semipollicaria v. vix pollicaria, fere *Nepetae Mussini*. Calyces incurvi, 3 lin. longi. Corollae purpurascentes, tubus calycem aequans incurvus, extus tomentoso-pubescens, intus exannulatus, labia brevia, superius emarginatum. Species habitu a genere recedit, sed characteres omnino *Stachydis*. — Habitat in Hispania?

51. ST. ARABICA Hornem. Hort. Hafn. 554. — Bth. l. c. — Herbacea erecta divaricato-ramosa: ramis glabris v. patentim pilosis; foll. petiolatis ovato-lanceolatis acutiusculis serrato-crenatis, basi rotundatis cuneatisve glabris v. pubescentib., floralib. sessilib. ovatis acutis, basi cordatis; verticillastris sexfloris remotis; calycib. maximis campanulatis pilosis, dentib. ovatis acutis subspinosis; corollis pubescentib. calyce dimidio longioribus. 2. — Species calycibus maximis 6-8 lineas longis distinctissima. Caulis pars inferior glaber. Racemi et folia floralia piloso-pubescentes v. hispidi. Bracteae minutae. Corolla violacea, tubus subrectus calyce brevior, annulus internus subevanidus, labium superius subplanum emarginatum, inferioris lobi crenulati, medius emarginatus. Achaenia maxima laevia. — Habitat in Arabia?

52. ST. BULLATA Bth. l. c. 547. † — Herbacea erecta villosa: foll. breviter petiolatis late ovatis grosse crenatis bullato-rugosissimis, subtus subcanescentib., utrinq. hispido-villosis, floralib. calyce breviorib.; verticillastris sexfloris; calycis turbinato-campanulati hispidi dentib. ovatis acutis subpungentib.; corollis calyce subduplo longioribus. 2. — Caules firmi tetragoni, pilis rigidis dense villosi. Folia 1½-2-pollicaria, petiolo vix 3-4-lineari, superiora minora subsessilia, floralia sessilia rotundata rugosa bracteaeformia v. infima majora, caulinis conformia. Racemus terminalis semipedalis, laterales breviores. Verticillastri approximati. Calyces sessiles 3 lin. longi et totidem lati, basi attenuati, dentes breves lati. Corolla pubescens, tubo incurvo calycem aequante, intus prope basin transversim annulato, labio superiore integro, inferiore eo vix duplo longiore. — *St. coccinea* Hook. et Arn. Bot. of Beech. voy. 156. (non Jacq.) — Habitat in California.

53. ST. BRACHIATA Boj. mss. ex Bth. l. c. † — Herbacea procumbens? tenuiter tomentoso-pubescens: foll. sessilib. oblongo-lanceolatis obtusiusculis dentatis, basi rotundatis rugosis; verticillastris subsexfloris remotis; calycis ovato-campanulati pubescentis dentib. ovatis acutissimis subspinosis; corollis parvis, extus pubescentib., calyce subduplo longioribus. 2. — Caules procumbentes duri sublignosi, rami fere pedales obtusi, pilis brevissimis subglandulosi rufescenti-tomentosi. Folia 1-1½-pollicaria, grosse dentata, floralia gradatim minora, omnia

calyce longiora. Bracteae minutae. Corolla fere *St. Grahami*, vix plus 3 lin. longa, tubo dentes calycinos aequante, parum incurvo, intus prope basin pilis brevissimis subannulato, labium superius breve, extus pubescens integrum, inferius plus duplo longius, lobis ovatis, medio lateralibus duplo majore, margine crenulato. Species habitu inter *Oliganthas* et *Ruderales* media, corollis *Agrestibus* affinis. — Habitat in Madagascaria.

54.? ST. CANDIDA Bth. l. c. † — Herbacea? procumbens?, tota albo-lanata: foll. subsessilib. oblongo-lanceolatis grosse dentatis crenatisve, basi angustatis, floralib. calyce subbreviorib.; verticillastris sexfloris remotis; calycib. ovato-campanulatis lanatis, dentib. lanceolatis acutissimis subspinosis; corollis extus lanatis calyce dimidio longioribus. 4. — Species distinctissima, tota lana densa sordide alba vestita. Rami obtuse tetragoni, ad nodos fere articulati. Folia pauca parva ½ pollicem v. vix pollicem longa crassa rugulosa, molliter lanata, dentibus paucis grossis notata v. crenata, floralia obtusa integerrima. Bracteae minutae. Corollae labium inferius vix superiore longius. — In Oriente et in Macedonia.

55. ST. HUMIFUSA Burch. Cat. Georg. 3794. — Bth. l. c. † — Herbacea procumbens glabra: foll. subsessilib. oblongo-lanceolatis, basi cordatis; verticillastris subsexfloris; calycib. glabris, dentib. subspinosis; corollis calyce duplo longioribus. 4. — Species distinctissima, habitu (exemplaria majora) *St. Aethiopicae* affinis. Caules et rami laeves angulosi. Folia acutiuscula subpollicaria, margine late crenulata, floralia infima conformia, superiora integerrima vix calyces aequantia. Flores *St. Aethiopicae*. — Habitat in Africa australi extratropica.

56. ST. NIGRICANS E. Mey. Comment. plant. Afric. austr. I. 238. — Caule herbaceo erecto, pilis longis hispido; foll. sessilib. oblongo-lanceolatis obtusis crenatis, basi subcordato-amplexicaulib., floralib. acutis calyce breviorib.; verticillastris subsexfloris remotis; calycis campanulati hispidi dentib. lanceolatis subulato-acutissimis subspinosis; corollis leviter pilosis calyce 2-3-plo longioribus. 4. — Habitat in Promontorio bonae spei.

§. 3. *Oliganthae Bth. l. c.* 542. — *Herbae annuae rarius perennes debiles, basi procumbentes. Verticillastri* 2-4-, *rarius sub*-6-*flori.*

57. ST. AETHIOPICA Linn. Mant. pl. 82. — Jacq. Observ. bot. IV. 2. t. 77. — Bth. l. c. 548. † — Herbacea villosa procumbens: foll. petiolatis rigidis ovato-deltoideis crenatis, basi profunde et late cordatis, floralib. basi angustatis, calyce subbreviorib.; verticillastris 2-4-floris racemosis; calycib. campanulatis hispidis, dentib. aequalib. acutis subspinosis; corollis calyce duplo longioribus. 4. — Rami elongati ramosi, pilis rigidis subpatentibus magis minusve hispidi. Folia inferiora semipollicaria, superiora minora, omnia supra pilis sparsis dense hispida, subtus venosa, venis hispidis, rarius subglabrata, floralia ovato-lanceolata parva subintegerrima. Calyces 2 lin. longi subsessiles, profunde quinquedentati, extus villosi v. pubescentes, intus glabri. Corolla calyce subtriplo longior, extus fere glabra, tubus breviter exsertus subincurvus, intus annulatus, labia patentia, inferius superiore plus duplo longius, lobis lateralibus ovatis, medio maximo rotundato emarginato. Planta hirsutie et magnitudine florum valde variabilis. — Habitat in Africa australi ad Promontorium bonae spei.

58. ST. SUBSESSILIS Burch. Cat. Geogr. no. 4326. — Bth. l. c. — Herbacea decumbens: caule glabriusculo; foll. subsessilib. ovatis subintegerrimis profunde cordatis, margine nervisq. piloso-hispidis, floralib. glabriusculis, calyce breviorib.; verticillastris bifloris racemosis; calycib. campanulatis hispidis, dentib. aequalib. lanceolatis acutissimis subspinosis; corollae glabriusculae tubo breviter exserto. 4. — Rami teneri elongati, parum ramosi. Folia vix ultra 2 lin. longa, superiora pauca, floralia calyce dimidio breviora sessilia, basi rotundata. Racemi basi subramosi. Verticillastri parum distantes. Calyces fructiferi globoso-campanulati 2 lin. longi, usque ad medium fissi. Corolla calyce duplo longior, labium superius ovatum, inferius eo subduplo longius, lobo medio maximo.

Achaenia ovoideo-subtriquetra nigra, sub lente tenuiter rugulosa. — Habitat in Africa australi, ad Caput bonae Spei, ad sinum Algoa.

59. ST. LYALLII Bth. l. c. — Herbacea diffusa hispida: foll. petiolatis parvis orbiculatis, basi rotundatis cordatisve rugosis, floralib. conformib.; verticillastris bifloris; calycib. campanulatis, ore obliquo, dentib. lanceolatis acutis, supremis longiorib.; corollis calyce dimidio longioribus. ⊙ — Herba pusilla, habitu *Veronicae agrestis*, tota pilis brevibus hispida. Folia vix 4 lin. longa, totidem late crenata, utrinque hispida. Calyces secundi subreflexi, ore valde obliquo, dente supremo maximo. Corolla roseo-alba, forma corollae *St. Corsicae*, sed multoties minor. Achaenia subglobosa laevia. — Habitat in Madagascaria.

60. ST. ROTUNDIFOLIA Moç. et Sessé mss. ex Bth. l. c. — Herbacea adscendens. foll. petiolatis ovato-rotundatis crenatis, basi cordatis, floralib. conformib.; verticillastris axillarib. bifloris; calycib. campanulatis pilosissimis, dentib. subaequalib. lanceolatis acutis vix spinescentib.; corollis calyce triplo longioribus, tubo breviter exserto, labio inferiore maximo. ⊙ — Affinis *St. Corsicae*. Herba tenera. Caulis basi procumbens ascendens semipedalis subsimplex, pilis longis mollibus villosus. Folia remota, longe petiolata, fere *St. arvensis*, sed basi latiora, profundius cordata, suprema parum minora. Calyces subsessiles, demum nutantes, petiolo saepius breviores. Corolla fere *St. Corsicae*, at major. — Habitat in Nova Hispania.

61. ST. CORSICA Pers. Enchirid. II. 36. — Rchb. Plant. critic. VII. 24. t. 668. — Bth. l. c. 549. † — Herbacea procumbens pilosa: foll. petiolatis ovatis obtusissimis late crenatis, basi rotundatis subcordatisve, floralib. minorib., supremis calyce breviorib.; verticillastris 2–4-floris remotis; calycib. campanulatis hispidis, dentib. subaequalib. lanceolatis acutis subspinescentib.; corollis calyce plus duplo longioribus, tubo breviter exserto, labio inferiore maximo. ⊙ — Habitu *St. arvensi* similis, sed magis diffusa. Folia semipollicaria, crenaturis utrinque 2–3 latissimis notata, suprema multo minora, omnia petiolata tenera viridia, pilis longis sparsis hispida, floralia superiora parva integerrima. Verticillastri saepissime biflori, rarius subquadriflori. Calyces pedicellati nutantes subsecundi, magnitudine calycum *St. arvensis*, sed basi magis attenuati, dentibus acutioribus, maturatione patentibus. Corolla extus pubescens, 7–8 lineas longa roseo-alba, tubo parum incurvo dentibus calycinis parum longiore, labio superiore tubo aequali emarginato patente, inferiore duplo longiore late ovato, lobo medio rotundato vix emarginato, lateralibus parvis ovatis. Annulus internus horizontalis pilosus. Filamenta basi breviter pilosa. Antherarum loculi divaricati. Achaenia ovato-triquetra subcompressa nigrescentia, maculis pallidis conspersa. — *Glechoma grandiflora* DC. Fl. Fr. III. 538. — Habitat in Europae regione mediterranea, in arvis Corsicae et in Sardinia.

62. ST. MARRUBIIFOLIA Viviani, Flor. Corsic. app. 2. — Bth. l. c. 740. — Suberecta pilosa: foli. petiolatis late ovatis obtusis crenatis, basi late cordatis, floralib. supremis sessilib. calyce breviorib.; verticillastris sexfloris; calycib. tubuloso-campanulatis pilosis, dentib. lanceolatis acutis, supremis majorib.; corollis calyce duplo longioribus, tubo incluso calycem aequante, labiis subaequalibus. ⊙ — Habitus *St. arvensis*, sed calycibus latius campanulatis obliquis et corollis pluries majoribus abunde diversa. — *St. arvensis* γ. *purpurea* Poir. Diction. VII. 373. — *St. Poiretii* Tenore, Syllog. fl. Neap. App. 538. — Crescit in Barbaria, Corsica et in regno Neapolitano ad Posilippo.

63. ST. SERRULATA Burch. Cat. Geogr. no. 5155. — Bth. l. c. 549. — Herbacea decumbens pilosa: foli. petiolatis late ovatis acutiusculis, basi late cordatis, floralib. supremis sessilib. calyce breviorib.; verticillastris subquadrifloris; calycib. tubuloso-campanulatis hispidis, dentib. subaequalib. lanceolatis acutis subspinosis; corollis calyce subduplo longioribus. ⊙ — Ab affini *St. arvensi* differt praecipue corollis duplo majoribus. Folia latiora, apice acutiora. Flores pauciores. — *St. arvensis*, γ. *purpurea* Poir. Dict. VII. 373? — Habitat in Africa australi extratropica.

§. 4. *Agrestes Bth. l. c.* 549. — *Herbae annuae debiles. Verticillastri* 6-, *rarius* 10-15-*flori. Corollae parvae calyces breves parum superantes.*

64. ST. ERIANTHA Bth. l. c. — Herbacea prostrata subreptans: foll. petiolatis ovato-oblongis obtusis crenatis, basi truncatis rotundatisve villosulis, floralib. superiorib. sessilib. calyce vix longiorib.; verticillastris sexfloris; calycib. campanulatis molliter rufo-villosis, dentib. brevib. acutiusculis muticis; corollis calycem parum excedentibus. ⊙ — Affinis *St. arvensi.* Folia fere *St. Grahami,* ab utraque affinibusque distincta habitu calycibusque. Folia 6-9 lin. longa, subtus subrufescentia, suprema uti calyces molliter villosa. Corolla *St. arvensis.* — Habitat in Mexico.

65. ST. ARVENSIS Linn. Spec. plant. 814. — Sm. Engl. bot. t. 1154. — Hook. Flor. Londin. II. ic. — Flor. Danic. t. 587. — Rchb. Plant. critic. X. 24. t. 967. — Bth. l. c. 550. † — Decumbens pilosa: foll. petiolatis ovatis obtusis crenatis, basi cordatis, floralib. angustiorib., supremis basi cuneatis sessilib. calyce subbreviorib.; verticillastris 4-6-floris distantib.; calycib. tubuloso-campanulatis hispidis, dentib. subaequalib. lanceolatis acutis vix spinulosis; corollis calycem vix excedentib., tubo incluso, labiis abbreviatis. ⊙ — Herba tenera, in siccis aridis suberecta, vix 2-3-pollicaris, in cultis humidioribusque decumbens elongata ramosa, 1-2-pedalis. Caules et petioli pilis longis patentibus hispidi. Folia ¼-1-pollicaria, infima subrotunda, caulina omnia basi profunde cordata, utrinque pilis longis sparsis magis minusve hispida, floralia superiora cuneiformia, spice acutiuscule crenata, basi integerrima. Calyces 3 lin. longi, saepius declinati et parum incurvi, magis minusve pilosi, irregulariter 10-nervii, profunde 5-dentati, dentibus mollibus acutissimis muticis v. spinula brevissima auctis, fructiferi basi subinflati. Corolla extus pilosula, tubus calyce brevior, annulus internus prope basin tubi, labia subaequalia dentes calycinos parum excedentia. Achaenia obovoideo-triquetra nigra, sub lente punctato-rugosa. — *Glechoma Marrubiastrum* Vill. Fl. Dauph. II. 371. — *Cardiaca arvensis* Lam. Fl. Fr. II. 383. — *Trixago arvensis* Hoffm. et Lnk. Fl. Port. — *Trixago cordifolia* Mnch. Meth. pl. 398. — *Trixago colorata* Presl, Fl. Sicul. I. XXXVII. — *Stachys Brasiliensis* Hortul. — Habitat in Europae totius, Africae borealis et Asiae mediae? arvis et in America tropica e seminibus Europaeis verosimiliter allata.

66. ST. AGRARIA Cham. et Schlchtd. Linnaea V. 100. — Bth. l. c. — Suberecta pilosa: foll. petiolatis ovalib. obtusis crenatis, basi cordatis, floralib. angustiorib., omnib. calyce longiorib.; verticillastris subsexfloris distantib.; calycib. campanulatis pubescentib., dentib. subaequalib. acutissimis subspinosis; corollis calycem vix excedentibus. ⊙ — Affinis *St. arvensi,* sed distincta. Caules erectiores. Calyces minores, magis spinescentes, brevius ciliati, omnes foliis floralibus breviores. Flores dimidio minores quam in *St. arvensi,* omnium hujus generis minimi. Corollae pallide violaceae. — Habitat in Mexico prope Jalapam, in provincia Texana ad Rio Brazos.

67. ST. TRUNCATA Kunze in Herb. Pöppig. mss. ex Bth. l. c. † — Erecta pubescens: foll. petiolatis ovatis obtusis crenatis, basi rotundatis, floralib. acutis, basi cuneatis verticillastro longiorib.; verticillastris 4-6-floris distantib.; calycib. late campanulatis, dentib. aequalib. late ovatis acutissimis subspinosis, tubo multo breviorib.; corollis calycem vix excedentib., tubo incluso, labiis brevissimis. ⊙ — Habitu quodammodo *St. arvensem* refert, sed erectior et minus pilosa, et floribus distinctissima. Foliorum inferiorum petiolus semipollicaris subalatus, limbus ejusdem longitudinis, floralia subsessilia, gradatim angustiora et acutiora. Verticillastri infimi longe remoti, supremi magis approximati. Bracteae minutissimae. Pedicelli vix semilineam longi. Calyces 2 lin. longi, totidem lati virides, tenuiter pubescentes, 10-nervii. Corolla rubella glabra. Labium superius dentibus calycinis brevius, inferius parum exsertum. Achaenia obovoideo-triquetra nigra laeviuscula. — Habitat in Chili prope Valparaiso.

68. ST. PERUVIANA Dombey mss. ex Bth. l. c. 551. — Decumbens: ramis pilosis; foll. petiolatis ovato-rotundatis obtusis crenatis, basi cordatis glabris pilosisve, floralib. sessilib. calyces superantib.; verticillastris sub-6-floris distantib.; calycib. late campanulatis hispidis, dentib. tubo breviorib. latis acutis subspinosis; corollis calycem vix superantib., labio superiore brevissimo, inferiore triplo longiore. ⊙ — Statura major quam in *St. arvensi*. Folia latiora glabriora, floralia majora. Calyx amplior. Corolla fere duplo longior, tubo incluso, labio superiore dentibus calycinis subbreviore. — Habitat in Peruviae uliginosis prope Limam.

69. ST. KEERLII Bth. l. c. — Erecta villosa: foll. petiolatis ovatis crenatis, basi cordatis pilosis, superiorib. oblongis, floralib. cuneatis angustis reflexis, calycib. vix longioribus; racemis elongatis; verticillastris sexfloris; calycib. fructiferis campanulatis patentib., dentib. acutis spinescentib., tubo subbreviorib.; corollis calyce duplo longioribus, labio superiore brevi, inferiore triplo longiore. ⊙ — Habitus *St. Grahami*, sed pilosior, verticillastri sexflori, et flores majores. Racemus elongatus gracilis hispidus. Verticillastri numerosi. Calyces breviter pedicellati, floriferi tubulosi, fructiferi globoso- v. depresso-campanulati. Folia floralia superiora pilis paucis longis rigidis ciliata. — In Mexico prope Tlalpuxahua.

70. ST. GRAHAMI Bth. l. c. — Procumbens? piloso-pubescens: foll. petiolatis ovato-oblongis obtusis crenatis, basi subcordatis hispidulis v. demum glabratis; verticillastris 10-15-floris remotis; calycib. globoso-campanulatis glabriusculis, dentib. ovatis acutis subspinosis; corollis parvis glabris calyce subduplo longioribus. ♃? — Species verticillastris multifloris in hac sectione distinctissima. Racemus elongatus simplex. Verticillastri inferiores longe remoti, supremi magis approximati. Bracteae minutissimae. Calyces breviter pedicellati, tubus lineam longus, vix venosus. Corolla vix 3 lin. longa, fere *St. arvensis*, labium inferius superiore duplo longius. Stamina labium superius subaequantia. Achaenia ovoidea nigra laevia. — Habitat in Mexico prope Tlalpuxahua.

71. ST. DRUMMONDII Bth. l. c. — Erecta piloso-hispida: foll. petiolatis ovalib. obtusis, basi late cordatis rotundatisve, floralib. lanceolatis, superiorib. quam calyces subbreviorib.; verticillastris sexfloris; calycib. campanulatis, dentib lineari- v. lanceolato-subulatis, tubum aequantib.; corollis calyce duplo longioribus, labio superiore brevi, inferiore triplo longiore. ⊙ — Herba subbipedalis, habitus exemplarium majorum *St. agrariae*, folia et hirsuties *St. arvensis*, sed statura elatior erectior, ab utraque calycibus campanulatis semi-5-fidis et corollis (cum labio inferiore) 4-5 lin. longis, extus villosioribus differt. — Habitat in Mexici provincia Texas ad Rio Brazos.

72. ST. BOGOTENSIS H. B. Kth. Nov. gen. et spec. pl. II. 309. † — Bth. l. c. 552. — Caule erecto piloso; foll. petiolatis ovatis, apice rotundatis obsolete cordatis crenatis, utrinq. molliter pilosis, subtus subcanescentib.; verticillastris 4-6-floris, galea integra. ⊙? — Folia reticulato-venosa membranacea pollicaria, 9 lin. lata. Petioli 4-5 lin. longi pilosi. Flores verticillato-spicati pedunculati, magnitudine florum *Ballotae vulgaris*, verticillastri fructiferi parum remoti. Calyx turbinato-campanulatus 5-fidus pilosus, laciniis ovato-oblongis acute mucronatis subaequalibus, 2 superioribus approximatis. Corolla violacea?, tubo calycem vix superante, fauce ampliata compressiuscula, labio superiore galeato, apice rotundato et integro, extus pubescente, labio inferiore trifido plano superius longitudine paullo superante, lacinilis lateralibus oblique oblongis obtusis, intermedia multo majore subrotunda integra. A *St. Drummondii* differe videtur foliis villosioribus subtus canescentibus et calycis forma. — In America aequinoctiali juxta Santa Fé di Bogota.

73. ST. DEBILIS H. B. Kth. l. c. † — Bth. l. c. — Caule erecto? puberulo; foll. petiolatis ovatis obtusis profunde cordatis crenatis glabriusculis, venis margineq. hirtellis; verticillastris sub-10-floris, galea bifida. ⊙? — Caules debiles ramique quadrangulares laeves puberuli. Folia reticulato-venosa membranacea glabriuscula, subtus pallidiora, in venis et margine hirtella, 10-11 lin. longa, 7 lin. lata. Petioli 3 lin. longi canaliculati pubescentes. Flores verticillato-spicati pedunculati, magnitudine floris *Ballotae vulgaris*, verticillastri fructiferi remoti. Calyx

turbinato-campanulatus striatus pilosulus, laciniis lanceolatis aristato-subulatis subaequalibus. Corolla pallide violacea, tubo calycem paullo superante, galea recta bifida, extus pubescente, labio inferiore triplo longiore trifido plano patente, laciniis rotundatis, intermedia duplo latiore emarginata, palato purpureo-maculato. — Habitat in America aequinoctiali, in montibus temperatis regni Quitensis inter Cachapamba et Chillo.

74. ST. ELLIPTICA H. B. Kth. l. c. 308. † — Bth. l. c. — Caule erecto folliisq. hirsutis petiolatis ellipticis, apice rotundatis, cordatis crenatis; verticillastris sexfloris; galea integra. ⊙ — Herba subpedalis. Caulis simplex tetragonus hirsutus. Folia reticulato-venosa, utrinque hirsuta, semipollicaria, 4 lin. et paullo latiora. Petioli 4 lin. longi pilosi. Flores subsessiles. Calyx tubuloso-campanulatus 5-fidus striatus hirsutus, laciniis ovatis acuminato-mucronatis, 2 inferioribus minoribus approximatis. Corolla rosea, extus pubescens, tubo calycem duplo superante, limbo bilabiato, labio superiore integro subconcavo, inferiore trifido, laciniis lateralibus reflexis, intermedia majore, basi maculis purpureis notata. — Habitat in America aequinoctiali, in alta planitie Quitensi juxta Turubamba et Chillo.

Sectio VI. OLISIA Bth. l. c. 553.

Herbae annuae v. perennes glabrae pubescentes v. pilosae, nec lanatae. Folia ovata. Verticillastri subsexflori. Bracteae minutae. Calyces saepius subspinescentes, nonnumquam bilabiati. Corollae ochroleucae.

75. ST. HIRTA Linn. Spec. plant. 813. — All. Flor. Pedem. I. 31. t. 2. fig. 3. — Bth. l. c. † — Erecta v. adscendens ramosa piloso-hirta: foll. petiolatis late ovatis crenatis, basi late truncato-cordatis, floralib. sessilib., basi rotundato-cuneatis, supremis ovatis acutis integerrimis; verticillastris sexfloris distantib. v. supremis approximatis; calycib. campanulatis pilosis, dentib. lanceolato-subulatis acutissimis spinescentib.; corollis extus pubescentib., calyce vix dimidio longiorib., tubo incluso, labio superiore emarginato-bifido. ⊙ — Herba semipedalis v. vix pedalis, pilis longis mollibus patentibus hirta, praesertim caules, petioli, calyces et folia floralia. Folia 1-1½-pollicaria, in locis siccis rugulosa, pilis utrinque sparsis, inferiora obtusa mutica, superiora spinula breviter mucronata, floralia suprema calyce breviora v. longiora. Racemi 4-6-pollicares. Verticillastri infimi vix pollicem remoti. Folia floralia saepe reflexa. Bracteae minutissimae. Calyces 3-4 lin. longi, dentes aequales v. supremus parum longior, tubo breviores v. longiores, corollae tubum plerumque superantes. Corolla ochroleuca. — *Sideritis Ocymastrum* Gou. Hort. Monsp. 278. — *Galeopsis hirsuta* Linn. Spec. plant. (edit. 1.) 580. — *Tetrahitum hirtum* Hoffm. et Lnk. Flor. Portug. — *Stachys divaricata* Viv. Fl. Cors. App. 2. — *St. inscripta* Rchb. Icon. bot. exot. I. 28. t. 40. — *Galeopsis Hispanica* Mill. ex Steud. Nom. bot. 351. (edit. 1.) — Habitat in Europae austro-occidentalis et in Africae borealis siccis rupestribus maritimis et in insulis Madera et Teneriffa.

76. ST. PLUMOSA Griseb. Spicileg. flor. Rumel. II. 139. † — Caule erecto longe piloso; foll. elliptico-lanceolatis serratis subsessilib., inferiorib. basi attenuatis; verticillastris subdecemfloris; calycis dentib. lanceolato-acuminatis aristatis; corollae tubo incluso, galea integra, extus pubescente. ⊙ — Proxime affinis *St. hirtae* pube habituque conformis, sed differre videtur foliis ovatis crenatis, basi rotundatis truncatisque, verticillastris paucifloris, calycis dentibus brevius aristatis et galea bifida. — Crescit in Macedonia boreali inter Komanova et Strazin.

77. ST. ANNUA Linn. Spec. plant. 813. — Jacq. Flor. Austriac. IV. 31. t. 360. — Bth. l. c. 551. † — Erecta glabriuscula v. superne pubescens: foll. petiolatis ovatis obtusiusculis crenatis, basi rotundatis cuneatisve, floralib. lanceolatis calyce longiorib. acutis subintegerrimis; verticillastris subsexfloris distinctis, supremis approximatis; calycib. tubuloso-campanulatis villosis subincurvis, dentib. lanceolatis acutissimis subspinosis; corollis pubescentib., calyce subduplo longioribus. ⊙ — Herba semipedalis v. vix pedalis divaricate-ramosa, caulis inferne glabratus v.

parce pubescens, racemi rhachis pubescens. Folia caulina glabra sesquipollicaria, 8–10 lin. lata, floralia inferiora glabra, 1½ poll. longa, sed vix 3–4 lin. lata, suprema multo minora pubescentia. Verticillastri infimi remoti, supremi in spicam approximati. Bracteae minutissimae. Calyces 4 lin. longi. Annulus internus omnino nullus. Achaenia laevia. — *Betonica annua* Linn. Spec. plant. (edit. 1.) 573. — *Stachys nervosa* Gat. Fl. Mont. 107. — *St. Betonica* Crantz, Stirp. Austr. 265. — Habitat in Europae arvis cultis et ad vias.

78. ST. PUBESCENS Ten. Fl. Neap. prodr. 34. — Bth. l. c. (excl. syn. Vis.) — Adscendens, basi glabriuscula, superne pubescens: foll. petiolatis ovatis obtusis crenatis, basi cuneatis, floralib. ovatis calyce longiorib. acutiusculis subintegerrimis; verticillastris subsexfloris distantib.; calycib. tubuloso-campanulatis villosis subincurvis, dentib. lanceolatis acutissimis subspinosis; corollis pubescentib., calyce duplo longioribus. ♃ — Ab affini *St. annua* differt caulibus longioribus, basi procumbentibus perennantibus, verticillastris distantibus magis villosis et foliis floralibus latioribus brevioribus. Calyces pilis mollibus albis villosi, dentes tubum corollae aequantes. Corolla extus tenuiter pubescens. Annulus intra tubum incompletus transversalis, brevissime pilosus. A *St. maritima* vix differt caulibus elongatis decumbentibus, verticillastris distantibus et foliis minus rugosis. — *St. decumbens* Willd. Enum. hort. Berol. Suppl. 41? — *St. Balbisii* Lnk. Enum. pl. II. 110. — Habitat in Europae mediterraneae arvis siccis, in Hispania, Lucania et Dalmatia.

79. ST. FRAGILIS Visiani, Flora Dalmatica I. t. 16. fig. 1. — Rchb. Fl Germ. exc. 319? — Glabriuscula: caule erecto ramoso fragili; foll. oblongo-lanceolatis obtusis, inferiorib. subcrenatis latiorib., superiorib. linearib. integris; spicis terminalib. solitariis ternisve aggregatis; verticillastris contiguis 6–7-floris; bracteis ovato-cordatis acuminatis bracteolisq. setaceis integris canescentib.; calycib. campanulatis pubescentib. aristatis; corollae labio superiore fornicato integro pubescente, inferioris lacinia media obcordata. ♃ — Crescit in Dalmatia.

80. ST. MARITIMA Linn. Mant. 82. — Jcq. Hort. Vindob. I. 29. t. 70. — Rchb. Plant. critic. V. 31. t. 494. — Bth. l. c. † — Tomentoso-hirsuta adscendens: foll. breviter petiolatis oblongo-lanceolatis obtusis crenatis, basi angustatis subrugosis, floralib. sessilib. ovatis obtusis, supremis calyce subbreviorib.; verticillastris subsexfloris, infimis distantib., superiorib. in spicam approximatis; calycib. tubuloso-campanulatis villosis, dentib. lanceolatis acutis muticis; corollis pubescentib., calyce dimidio longioribus. ♃ — Caules numerosi semipedales v. vix pedales, pilis brevibus patentibus hirsuti. Folia circiter pollicaria, saepius rugosa et tomentosa. Spicae breves densae, pilis numerosis albicantes. Verticillastri inferiores semipollicem distantes, supremi in spicam brevem oblongam approximati, saepius sexflori, nunc vero 2–4-flori. Bracteae subnullae. Calyces 3 lin. longi, dense tomentoso-hirti, dentibus acutis at rarissime subspinosis. Corolla ochroleuca, labium inferius punctis purpureis basi notatum. Annulus intra tubum incompletus, vix conspicuus. Labii inferioris lobi laterales medio vix minores. Achaenia obovato-triquetra laevia. — *St. betonicaefolia* Pers. Enchirid. II. 134? (non Desf.) — Habitat in regionis mediterraneae arenosis maritimis, in Oriente, Colchide prope arcem Soukoum, etiam ad littora Oceani prope La Rochelle.

81. ST. SPINULOSA Sibthrp et Sm. Prodr. flor. Graec. I. 410. — Bth. l. c. 555. † — Ramorum angulis hispidis; foll. petiolatis late ovatis, inferiorib. basi cordatis, floralib. sessilib. ovato-lanceolatis; verticillastris 6–10-floris distinctis; bracteis minutis; calycib. ample campanulatis, dentib. latis acutis subspinosis aequalib., tubum corollae subaequantib.; corollae labio inferiore maximo. ☉? — Caulis erectus v. adscendens, 1–1½-pedalis, acute tetragonus, angulis pilis patentibus v. obversis rigidis magis minusve ciliatis, caeterum glaber. Folia inferiora longe petiolata, limbo 1–2-pollicari crenato, utrinque viridia, sparse pilosa, superiora brevius petiolata et basi truncata v. cuneata, floralia plerumque calyce breviora. Calyces magnitudine et colore *St. menthaefolius*, sed dentes omnes aequales

Corolla fere *St. menthaefoliae*, tubus parum longior, intus oblique annulatus, labium superius erectum oblongum integrum, lobo medio latissimo. — *Galeopsis orientalis* Mill. — Habitat in regione mediterranea orientali, in Dalmatia et Istria, in Creta, Corfu, circa Byzantium frequens et in littore Asiatico.

82. ST. VISCOSA Montbr. et Auch. Ann. sc. nat. (2. Sér.) VI. 49. — Herbacea perennis decumbens viscoso-pubescens: foll. late ovatis grosse crenatis, basi cordatis, utrinq. viridib.; verticillastris 4-10-floris distantib. subsecundis; bracteis minutis; calycib. campanulatis, dentib. lanceolatis acutissimis, tubum corollae superantib.; corollae labio inferiore maximo. 4 — Crescit in convalle Euphratis superioris.

83.? ST. MENTHAEFOLIA Visiani in Bot. Zeit. 1829. I. Ergnzngsbl. 14. et Flora Dalmatica I. t. 17. — Bth. l. c. † — Herbacea adscendens v. erecta hirsuta: foll. breviter petiolatis oblongo-ovatis serratis, basi rotundatis subcordatisve, floralib. sessilib. acutis calyces vix superantib.; verticillastris 6-10-floris, superiorib. approximatis; calycib. ample campanulatis bilabiatis, dentib. latis acutissimis submuticis; corollae labio inferiore maximo. 4 — Rami tetragoni, angulis obtusis subcallosis, pilis patentibus reflexisve hirsuti. Folia 2-3-pollicaria, siccitate nigra, utrinque hispida, superiora subamplexicaulia. Verticillastri inferiores distantes, superiores in spicam 3-4-pollicarem approximati. Calyces semipollicares virides hirsuti, ore obliquo, labio superiore nunc semitrifido, nunc brevissime tridentato, inferiore bifido. Corolla ochroleuca, labio superiore pubescente oblongo integro, inferiore plus duplo longiore, lobis lateralibus oblongis, medio rotundato emarginato. Annulus tubi obliquus. — *St. grandiflora* Host, Fl. Austr. II. 169. — In Dalmatia prope Ascrivium habitat.

Sectio VII. CHAMAESIDERITIS Rchb. Fl. Germ. excurs. 318. — Bth. l. c. 556.

Herbae perennes glabrae v. pilosae, nec lanatae. Folia oblonga lanceolata v. linearia. Verticillastri 2-6-flori. Bracteae minutae. Calyces aequales subspinescentes. Corollae ochroleucae v. purpureae.

84. ST. PATULA Griseb. Spicileg. fl. Rumel. II. 142. † — Caule suffrutescente erecto diffuse ramoso villoso-lanato; foll. oblongo-linearib. acutiusculis sessilib. integerrimis v. apice subserratis, bracteantib. mucronatis; verticillastris 6-10-floris approximatis; calycis campanulati pilosi dentib. aequalib. lanceolato-aristatis, tubum aequantib.; corollae flavae pubescentis tubo incluso annulato, limbo parum exserto. 4 — Crescit in Macedonia boreali.

85. ST. SUBCRENATA Vis. in Bot. Zeit. 1829. I. Ergnzngsbl. 15. et Flora Dalmatica I. t. 16. fig. 2. — Bth. l. c. — Herbacea adscendens piloso-pubescens: foll. subsessilib. oblongo-lanceolatis obtusis vix crenatis, basi angustatis integerrimis, floralib. ovato-lanceolatis acutis, supremis calyce breviorib.; verticillastris dense 6-10-floris distantib.; calycib. tubuloso-campanulatis pilosulis, dentib. ovatis acutissimis subspinosis subaequalib.; corollis glabriusculis calycis tubo duplo longioribus. 4 — Affinis *St. rectae*, differt superficie parce piloso-pubescente, foliis angustioribus integrioribus non rugosis et calycibus majoribus. Corollae tubus intus oblique annulatus. — *St. recta β.* Bert. Amoen. Ital. 378. — Habitat in Dalmatiae montanae collibus, in alpibus Apuanis prope i Fanti Scritti, Rascetto et Fornole.

86. ST. RECTA Linn. Mant. 82. — Jcq. Flor. Austriac. IV. 31. t. 359. — Bth. l. c. † — Herbacea erecta v. adscendens piloso-hirta: foll. breviter petiolatis oblongo-ovatis lanceolatisve obtusis crenatis, basi rotundatis angustatisve rugosis hirtis, floralib. sessilib. acutis, superiorib. calyce breviorib.; verticillastris sub-10-floris distantib.; calycib. ovato-campanulatis hirtis, dentib. ovatis acutissimis subspinosis aequalib.; corollis glabris calyce duplo longioribus. 4 — Herba saepius adscendens v. suberecta, nunc procumbens v. etiam omnino erecta. Folia 1-1½-pollicaria, latitudine et hirsutie variabilia, rarius fere glabra. Racemi elongati, verticillastri omnes distantes. Bracteae minutisssimae. Calyces subsessiles 2½ v. 3 lin. longi. Corolla calyce duplo longior ochroleuca, fauce purpurascente, tubus

dentes calycinos subaequans. Annulus internus obliquus, pilis brevibus subaequamosis. Labii inferioris lobus medius breviter emarginatus. Achaenia obovoideo-triquetra laeviuscula. — *Sideritis hirsuta* Gou. Fl. Monsp. 85. — *Betonica hirta* Gou. Hort. Monsp. 276. — *Betonica decumbens* Moench, Meth. plant. 396. — *Tetrahit herbariorum* Ger. Fl. Gallopr. 272. — *Stachys betonica* Crantz, Stirp. Austr. 264. — *St. bufonia* Thuill. Fl. Par. I. 295. — *St. procumbens* Lam. Flor. Franc. II. 385. — *St. Sideritis* Vill. Flor. Dauph. II. 375. — *St. sylvestris* Forsk. Flor. Const. XXVIII. — *St. annua* Sm. Prodr. flor. Graec. I. 410. — *St. glutinosa* Sm. l. c. 411. — *St. decumbens* Rchb. Flor. Germ. excurs. 318? (vix Willd.) — Habitat in Europae praesertim australioris siccis et ad vias, in Tauria, Caucaso, in montibus Beschtau et Talysch, agro Byzantino, Asia minore et in insula Creta.

87. ST. SUBNUDA Montbr. et Aucher, Ann. sc. nat. (2. Sér.) VI 30. — Herbacea pubescens v. glabriuscula: caulib. erectis virgatis ramosis; foll. parvis remotis petiolatis, caulinis oblongis subcrenatis, floralib. calyce breviorib.; verticillastris 2–6-floris remotis; bracteis minutis subnullis; calycib. breviter campanulatis, dentib. lanceolatis subspinosis erectis subaequalib.; corollis leviter pubescentib., tubo dentes calycinos parum excedente. ♃ — Rami juncei tetragoni virides Folia caulina vix 3–4 lin. longa v. perpauca subpollicaria, radicalia et inferiora late ovata 3–4 lin. longa. Corolla ochroleuca. — Ad ripas Euphratis crescit.

88. ST. PAUCIFLORA Visiani, Illustr. di alc. piante 10. † t. 2. fig. 2. — Herbacea lanuginoso–canescens: caule erecto ramoso; foll. oblongis obtusis crenatis rugosis, inferiorib. basi subcordatis petiolatis, superiorib. floralibq. ovato-oblongis sessilib.; verticillastris 4–6-floris; bracteis oblongo–linearib. integris calyce dimidio breviorib.; calycis nervosi lanati dentib. lanceolatis spinosis, corollae tubo subaequalib.; galea ovali acuta integra, extus lanata. ♃ — Circa Lepanto.

89. ST. PAROLINII Visiani l. c. † t. 4. — Herbacea: caule erecto ramoso gracili, pilis reflexis scabro; foll. ovato–lanceolatis petiolatis serratis adpresse strigosis acutis, petiolis pilosis, floralib. conformib. sessilib.; racemi verticillastris 4–6-floris, basi distantib.; bracteis linearib. calyce multo breviorib.; calycib. subsessilib. campanulatis villosis, dentib. lanceolatis aristatis nervoso–reticulatis, corollae tubo breviorib., sinubus corollaeq. galea barbatis. ♃ — Habitat in Troade.

90. ST. LEUCOGLOSSA Griseb. Spicileg. flor. Rumel. II. 140. — Caule herbaceo erecto diffuso ramoso piloso; foll. lineari–lanceolatis subsessilib., inferiorib. serratis, superiorib. integerrimis; verticillastris sexfloris, superiorib. approximatis; calycis campanulati scabrelli dentib. aequalib. subulato–aristatis tubum aequantib.; corollae albae ad faucem purpureo–lineatae tubo incluso annulato, galea dorso puberula. ♃ — Proxima *St. arenariae*, quae corolla purpurascente, extus pilosa, annulo pilorum obsoleto, calycis tubo dentes duplo superante et foliis latioribus, plerisque integerrimis differt. — Crescit in peninsula Hagion-oros et in monte Athos.

91. ST. ARENARIA Vahl, Symb. bot. II. 64. — Bot. Magaz. t. 1959. — Dsf. Flor. Atlant. II. 21. t. 130? — Bth. l. c. 557. † — Herbacea decumbens canescenti–pubescens: foll. subsessilib. oblongo–linearib. lanceolatisve acutis subserratis, basi longe angustatis integerrimis, floralib. minoribus, supremis calyce breviorib.; verticillastris laxe 6–10-floris remotis; calycib. tubuloso–campanulatis pilosis, dentib. lanceolatis acutissimis subspinosis, supremo parum majore; corollis extus pubescentib., calycis tubo duplo longioribus. ♃ — Rami elongati tetragoni, pilis longis mollibus suberectis magis minusve canescentes. Folia 1–1½-pollicaria, mollia, utrinque pilis longis mollibus adpressis canescentia, infima latiora, floralia integriora minora, suprema minuta ovato–lanceolata integerrima acutissima. Racemi laxi adscendentes, fere pedales. Verticillastri laxiusculi, saepius sexflori, nonnunquam vero 8–10-flori. Bracteae vix pedicello longiores setaceae. Corollae purpurascentes, extus pilosae. — *St. iberica* M. Bieb. Fl. Taur. Cauc. II. 51. — Reichb. Flor. exotic. I. 43. t. 58. — *St. prostrata* Lag. Cat. hort. Matr. — *St. scordifolia* Willd. Enum. pl. hort. Berol. II. 616. — *St. purpurea* Poir.

Dict. Suppl. V. 227. — *St. rubra* Donn, Hort. Cant. — *St. congesta* d'Urville, Mém. soc. Linn. de Paris 324. — Bth. l. c. 557. — *St. canescens* Bory et Chaub. Flore du Peloponn. 916. † t. 19? — Habitat in regione australiore mediterranea et Pontica, in regno Tunetano ad urbem Raf et prope Biserte, in Sicilia, regno Neapolitano, in incultis circa Trapezum communis, in Iberiae apricis asperis.

92. St. RAMOSISSIMA Montbr. et Aucher, Ann. sc. nat. (2. Sér.) VI. 50. — Humilis divaricato-ramosissima, molliter cano-villosa: foll. oblongis obtusis, basi angustatis integerrimis v. inferiorib. petiolatis subdentatis, floralib. conformib., flores superantib.; verticillastris subsexfloris distinctis; calycib. tubulosis molliter villosis, dentib. 5–10 subulatis recurvis spinosis corollam subaequantibus. ☉ — Herba 4–6-pollicaris, rami jam a basi floriferi. Corolla purpurascens. — Crescit in Cappadocia orientali.

93. ST. SATUREJOIDES Montbr. et Auch. l. c. 51. — Humilis ramosa, glaberrima v. apice pubescens: foll. oblongis linearib., basi angustatis integerrimis paucidentatisve, floralib. conformib., supremis flore breviorib.; verticillastris 2–6 floris distantib.; calycib. tubulosis glabriusculis, dentib. subulatis acutissimis subspinosis, demum recurvis; corollis extus leviter pubescentib., tubo breviter exserto. ☉ — Corolla purpurea. — Habitat in Syria.

94. ST. ANGUSTIFOLIA M. Bieb. Fl. Taur. Cauc. II. 51. — Sweet, Brit. flow. gard. II. t. 180. — Bth. l. c. 558. † — Herbacea glabra: ramis virgatis diffusis; foll. linearib. integerrimis serratis v. inferiorib. pinnatifidis; racemis elongatis; verticillastris remotis bifloris; calycib. tubuloso-campanulatis glabris, dentib. subaequalib. acutissimis subspinosis; corollis extus pubescentib., tubo breviter exserto. ♃ — Rami elongati pluripedales teneri glaberrimi virides. Folia inferiora hinc inde laciniis linearibus pinnatifida, omnia perangusta acuta, floralia superiora calyce breviora. Racemi ultra pedales subsimplices. Verticillastri inferiores ultra pollicem remoti. Calyces breviter pedicellati, fructiferi 3 lin. longi, 10-nervii, inter nervos subaveoli. Corolla purpurascens, glabra v. tenuiter pubescens. — *St. tenuifolia* Pall. in Link, Enum. pl. hort. Berol. II. 109. — Rchb. Flor. exotic. I. 20. t. 28. (non Willd.) — *St. recta* D'Urv. Enum. pl. Archip.? (non Linn.) — Habitat in Tauriae meridionalis petrosis sylvaticis circa pagum Temirdschi et prope Cherson.

Sectio VIII. AMBLEIA Bth. l. c. 558.

Suffrutices fruticesve tomentosi, rarius glabrati, nec pilosi. Verticillastri 2–6-rarius sub-10-flori. Bracteae parvae v. paucae. Calyces tomentosi v. lanati, dentibus mollibus muticis.

95. ST. HYSSOPOIDES Burch. Cat. geogr. no. 2653. — Bth. l. c. — Suffruticosa? glaberrima: foll. linearib. integerrimis, floralib. supremis oblongis calycem aequantib.; verticillastris bifloris; calycis tubuloso-campanulati glabri v. levissime tomentosi dentib. brevib. acutis muticis; corollis calyce duplo longioribus. ♃ — Rami tetragoni laeves. Folia pollicaria, basi longe angustata obtusiuscula, utrinque viridia uninervia, floralia gradatim latiora et breviora. Calyces juniores interdum tomento tenuissimo conspersi. Corollae extus sericeae. — Habitat in Africa australi extratropica.

96. ST. MACILENTA E. Mey. Comment. pl. Afric. austr. I. 240. — Perennis v. suffruticosa?: ramis adscendentib. glabris, basi foliosis; foll. linearib. oblongisve integerrimis v. apice denticulatis, basi longe angulatis, utrinq. glabris, floralib. supremis calyce breviorib.; verticillastris 6-floris remotis; calycis subcanescentis dentib. breviter setaceo-mucronatis; corollis calyce subduplo longioribus. ♃ — Crescit in Promontorio bonae spei.

97. ST. COERULEA Burch. l. c. no. 1775. — Bth. l. c. — Suffruticosa?: ramis elongatis laxe subtomentosis; foll. linearib. oblongisve integerrimis v. apice subdenticulatis, basi longe angustatis, utrinq. glabris v. vix tomentosis, floralib. superiorib. calyce breviorib.; verticillastris bifloris; calycis cano-tomentosi dentib. late lanceolatis muticis; corollis calyce subduplo longioribus. ♃ — Rami tetragoni, apice saepe glabrati. Folia 2–4-pollicaria subviridia, v. tomento tenui,

praesertim in pagina inferiore conspersa. Flores pauci remoti. Corolla extus sericea. — Habitat in Africa australi extratropica.

98. ST. SPATHULATA Burch. Cat. geogr. no. 1738. ex Bth. l. c. 559. — Suffruticosa tota cano-tomentosa: foll. lineari-spathulatis integerrimis, floralib. superiorib. calycem vix superantib.; verticillastris bifloris; bracteis parvis; calycis tubuloso-campanulati dentib. late lanceolatis tubum corollae aequantibus. ♃ — *St. lineari* valde affinis, differt foliis latioribus basi longe angustatis, floribus subracemosis, foliis floralibus superioribus parvis, et corollis calyces parum superantibus, tubo incluso. — Habitat in Africa australi extratropica.

99. ST. LINEARIS Burch. l. c. no. 2717. — Bth. l. c. — Suffruticosa, tota cano-tomentosa: foll. sessilib. linearib. integerrimis, floralib. flores superantib.; verticillastris subbifloris; bracteis minutis; calycis tubuloso-campanulati dentib. lanceolatis acutis muticis, tubo corollae brevioribus. ♃ — Rami obtuse tetragoni, tomento subfloccoso dense vestiti. Folia pollicaria angusta, utrinque candida. Flores pauci. Axillae superiores steriles. Calyces breviter pedunculati. Corollae calyce subduplo longiores, extus sericeae. — Habitat in Africa australi extratropica.

100. ST. ROSMARINIFOLIA Bth. l. c. † — Suffruticosa cano-tomentosa: foll. subsessilib. oblongo-linearib. integerrimis, basi rotundatis, utrinq. tomentosis, subtus albis; verticillastris sub-6-floris distantib.; bracteis subulatis calyce brevioribus.; calycib. campanulatis cano-tomentosis, dentib. lanceolato-subulatis acutis muticis; corollis dentes calycinos vix excedentib., extus tomentosis. ♃? ♁? — Fruticulus humilis, rami teretes tomento brevi omnino vestiti. Folia petius *Rosmarini* v. *Lavandulae* quam *Hyssopi*, circiter pollicaria acutiuscula, supra viridia, tenuiter tomentosa, non rugosa, subtus venosa, tomento densiore candida, floralia calyces superantia. Verticillastri pauci versus apices ramorum, supremi approximati. Bracteae 2-3 calycis tubum fere aequantes, caeterae minutae. Corollae labia subaequalia patentia, superius subintegerrimum, inferioris lobi laterales parvi. — *St. hyssopifolia* Vahl Herb. non Michx. — *Sideritis pallida* Thunb. Prodr. fl. Cap. 95? — Habitat ad Caput bonae spei?

101. ST. RUGOSA Ait. Hort. Kew. II. 303. — Bth. l. c. — Jeq. Icon. pl. rar. III. 7. t. 403. — Suffruticosa cano-tomentosa: foll. subsessilib. oblongo-linearib. lanceolatisve, basi longe angustatis integerrimis rugosis, utrinq. tomentosis; verticillastris 6-10-floris distantib.; bracteis subulatis, exteriorib. calyces subaequantib.; calycib. campanulatis cano-tomentosis, dentib. lanceolato-subulatis acutis muticis; corollis calyce subduplo longioribus. ♃ — Affinis *St. rugosae* et *St. rosmarinifoliae*, a priori differt foliis angustioribus, calycibus tomentosis nec lanatis, dentibus longioribus, a *St. rosmarinifolia* foliis rugosis, basi longe angustatis subpetiolatis et corollis majoribus. A *St. jugali* differt calycibus sessilibus corollisque minoribus. — Habitat in Africa australi ad Caput bonae spei.

102. ST. DRÉGEANA E. Mey. Comment. pl. Afric. austr. I. 240. — Suffruticosa floccoso-tomentosa: foll. oblongo-linearib. spathulatisve, apice subdentatis rugosis crassis, utrinq. floccoso-tomentosis, floralib. inferiorib. conformib., supremis calycem subaequantib.; verticillastris plerisq. bifloris; bracteis parvis; calycib. tubuloso-campanulatis, dentib. lanceolatis acutis tubo ejus vix brevioribus.; corollis dentes calycinos breviter excedentib., tubo incluso. ♃ — Habitat in Promontorio bonae spei.

103. ST. DENTICULATA Burch. Cat. geogr. no. 1360. — Bth. l. c. 560. — Suffruticosa: ramis cano-tomentosis; foll. petiolatis obovatis oblongisve obtusis crenatis undulato-crispis rugosissimis, subtus subfloccoso-tomentosis; verticillastris bifloris; bracteis parvis subulatis; calycib. tubuloso-campanulatis laxe tomentosis, dentib. ovato-lanceolatis acutis muticis; corollis calyce vix duplo longioribus. ♃ — Rami et folia fere *Marrubii vulgaris*. Folia ½-¾-pollicaria, floralia calycibus subduplo longiora. Calyces breviter pedicellati. Corollae extus sericeae. — Habitat in Africa australi extratropica.

104. ST. CUNEATA Banks mss. ex Bth. l. c. — Suffruticosa tomentoso-lanata: foll. petiolatis obovato-cuneatis subrotundatis obtusis crenatis undulato-crispis rugosissimis, utrinq. subfloccoso-tomentosis; verticillastris bifloris; bracteis parvis subulatis; calycib. campanulatis dense tomentosis, dentib. ovato-lanceolatis acutiusculis muticis; corollis calyces breviter superantibus. ♃ — Rami et folia fere *Marrubii Alyssi*. Folia vix semipollicaria, floralia calyces superantia. Flores ad apices ramorum approximati decussati. Calyces 3–4 lin. longi. Corollae parvae, extus sericeae. — Habitat in Africa australi in Promontorio bonae spei.

105. ST. PAUCIFLORA Bth. l. c. † — Suffruticosa floccoso-lanata: foll. subsessilib. oblongo-lanceolatis obtusis integerrimis, basi angustatis rugosis; verticillastris bifloris (rarissime sub-4-floris) distantib.; calycib. tubuloso-campanulatis floccoso-tomentosis, dentib. lanceolatis acutis muticis; corollis calycem breviter superantibus. ♁ — Caules 1–1½-pedales ramosi. Rami, folia et calyces constanter dense tomento albo v. flavescente lanati. Folia inferiora 1–1½-pollicaria, superiora breviora, floralia plerumque calycibus breviora. Verticillastri in exemplaribus sylvestribus constanter biflori. Calyces subsessiles. Bracteae minutae. Corolla parva, extus sericea. — *St. orientalis* Forsk. Fl. Aeg. LXVIII. (non Linn.) — *St. Palaestina* Vahl, Symbol. bot. II. 64. (non Linn.) — Habitat in Syria prope montem Sinai.

106. ST. NIVEA Labill. Ic. pl. Syr. III. 5. t. 3. — Bth. l. c. † — Suffruticosa tomentoso-lanata: foll. subsessilib. oblongis obtusis integerrimis, basi angustatis crassis; verticillastris 2–4-floris paucis distantib.; calycib. tubuloso-campanulatis niveis, dentib. ovatis obtusis muticis; corollis calyce dimidio longiorib., extus pubescentibus. ♃ — Rami erecti subsimplices semipedales pedalesve, uti folia et calyces tomento albo denso subfloccoso lanati. Folia 1½-pollicaria, venis paucis subtus notata, floralia calyce longiora. Verticillastri in axillis foliorum superiorum 2–3. Bracteae minutissimae. Calyces 4–5 lin. longi, dentibus crassis mollibus brevibus. Corollae tubus dentes calycinos aequans. Labia subaequalia patentia, superius subintegerrimum, inferioris lobi laterales parvi. — Habitat in Syriae aridis prope Damascum.

107. ST. BURCHELLII Bth. l. c. 561. † — Suffruticosa floccoso-tomentosa: foll. subsessilib. oblongis v. oblongo-lanceolatis serrato-crenatis, basi angustatis rugosis; verticillastris 6–10-floris distinctis; bracteis minutissimis; calycis tubuloso-campanulati dentib. lanceolatis obtusis muticis patentib., superiorib. majorib.; corollis calyce subbrevioribus. ♃ — Suffrutex facie *Marrubii peregrini*. Rami subteretes, tomento floccoso molliter incani. Folia tenuiter floccoso-tomentosa, inferiora 2–3-pollicaria, valde rugosa, subtus dense reticulata subviridia, floralia caulinis conformia at minora candidiora, flores tamen duplo triplove superantia. Verticillastri laxiusculi. Dentes calycini breves. Corolla parva, labio superiore integerrimo, inferiore majore patente, lobo medio late rotundato undulato. — *Phlomis micrantha* Burch. Cat. Geogr. no. 1672. — *Sideritis rugosa* Thunb. Prodr. fl. Cap. 95. — Habitat in Africa australi extratropica, in Promontorio bonae spei.

108. ST. AEGYPTIACA Pers. Enchirid. II. 124. — Bth. l. c. — Incana: florib. spicatis; foll. ovatis rugosis; bracteis late ovatis acuminatis; calyce campanulato laevi. ♃ — A *St. Palaestina* calyce omnino laevi differt. Spica densa. — Habitat in Aegypto.

109. ST. PALAESTINA Linn. Spec. plant. 1674. — Bth. l. c. — Suffruticosa canescens tomentosa: foll. sessilib. oblongo-lanceolatis obtusis v. aristato-mucronatis integerrimis, basi parum angustatis amplexicaulib. rugosis; verticillastris subsexfloris, demum remotis v. supremis approximatis; calycib. tubuloso-campanulatis cano-tomentosis, dentib. obtusis muticis; corollis calyce vix duplo longioribus. ♃ — Rami subteretes albo-tomentosi. Folia 1–2-pollicaria, supra pallide viridia v. canescentia bullato-rugosa, subtus candidiora, venis elevatis rugosa, utrinque uti calyces pubescentia brevissima tomentosa, in exemplaribus sylvestribus saepe mucrone rigido aristata, floralia breviora, suprema ovata, omnia calyces superantia. Racemi juniores densi, demum elongati. Bracteae minutae. Calyces

sessiles, 3–4 lin. longi herbacei, nervis vix prominentibus. Corolla alba?, extus sericeo-pubescens. — *St. lanata* Moench, Meth. pl. 397. (non Jacq.) — Habitat in Palestinae montibus inter Gazam et Hierosolymas.

110. ST. NUTANS Bth. l. c. — Suffruticosa pubescens: foll. sessilib. ovatis obtusis crenatis, basi angustatis rugosis, supra villosis, subtus albo-lanatis; verticillastris 2–6-floris; calycib. pedicellatis densissime albo-lanatis, fructiferis reflexis, dentib. lanceolatis obtusis muticis; corollis calycem breviter superantib., extus pubescentibus. ♃ — A sequente differt foliis latioribus, supra viridibus, pilis longis villosulis nec albo-lanatis et praesertim calycibus nutantibus profundius dentatis. — Habitat in Africa australi in Promontorio bonae spei.

111. ST. LAMARCKII Bth. l. c. 502. — Suffruticosa tomentoso-lanata: foll. subsessilib. oblongis obtusis crenatis, basi angustato-rotundatis crassis rugosissimis; verticillastris subsexfloris paucis distantib.; calycib. tubulosis densissime albo-lanatis, dentib. ovatis obtusis muticis; corollis calycem breviter superantib., extus albo-tomentosis. ♃ — Habitus *Marrubii*. Rami tetragoni, juniores lana alba vix floccosa vestiti, demum subglabrati. Folia 6–12 lin. longa bullato-rugosissima, lana brevi molli utrinque vestita. Calyces 4–5 lin. longi. Corolla calycem breviter excedens flava?, labio superiore integerrimo, inferiore paullo majore patente, lobo medio late rotundato undulato. — *St. rugosa* Lam. Ill. t. 509. fig. 3. (non Ait.) — *Sideritis decumbens* Thunbrg. Prodr fl. Cap. 95. — Habitat in Africa australi ad Caput bonae spei.

112. ST. JUGALIS Burch. Cat. geogr. no.1233. — Bth. l. c. † — Suffruticosa subfloccoso-tomentosa: foll. subsessilib. oblongo-lanceolatis, apice subcrenatis rugosis; verticillastris 6-floris distantib.; calycis lanati dentib. late lanceolatis acutis muticis; corollis calyce duplo longioribus. ♃ — Rami pedales paucifoliati, tomento albo obtecti. Folia 1–1½-pollicaria, basi integerrima et angustata, tomento supra subvelutino, subtus floccoso canescentia, floralia gradatim minora, suprema calyces vix superantia. Bracteae parvae setaceae. Calyces breviter pedicellati, 3–4 lin. longi, striis apice subprominentibus, tomento denso floccoso v. subvelutino. Corolla extus sericeo-villosa. — Habitat in Africa australi extratropica.

113. ST. INFLATA Bth. l. c. — Suffruticosa: ramis albo-tomentosis; foll. subsessilib. oblongis obtusis integerrimis subrugosis, subtus albo-tomentosis; verticillastris subsexfloris distantib.; bracteis linearib. brevib.; calycis sessilis inflato-campanulati albo-tomentosi dentib. ovatis obtusiusculis muticis; corollis calyce dimidio longioribus. ♃ — Rami elongati subfloccoso-tomentosi. Folia vix pollicaria, supra pallide viridia, fere glabra, subtus paucivenia, subfloccoso-tomentosa, floralia calyce breviora. Calyces floriferi 6–7 lin. longi, obscure 10-nervii, dentibus brevibus, fructiferi.....? Corollae extus tenuiter sericeae. Species calycibus maximis distinctissima. — In Africa septentrionali? verosimiliter in Aegypto.

114. ST. INTEGRIFOLIA Vahl mss. ex Bth. l. c. — Suffruticosa: ramis tomentoso-lanatis; foll. subsessilib. oblongis obtusiusculis integerrimis v. apice pauci-crenatis, basi angustatis viridib.; verticillastris 6–10-floris distinctis; bracteis linearib. calyce breviorib.; calycis ovato-tubulosi sessilis dense lanati dentib. linearib. obtusis muticis; corollis calyce dimidio longioribus. ♃ — Rami teretes. Folia semipollicaria vix rugosa, juniora lana substellata conspersa, adulta fere glabra, floralia longiora, tomento densiore. Verticillastri densi. Calyces pilis aureis intertextis densissime lanati. Corollae labium superius extus pubescens, inferius majus patens, lobo medio late rotundato undulato. Styli lobi aequales. — *Betonica Heraclea* Linn. Mant. 83. — *Phlomis parvifolia* Burch. Cat. geogr. no. 1232. Trav. 235. — *Sideritis plumosa* Thunbrg. Prodr. Fl. Cap. 95. — Habitat in Africa australi ad Caput bonae spei.

115. ST. FLORIBUNDA Montbr. et Auch. Ann. sc. nat. (2. Sér.) VI. 51. — Suffruticosa humilis canescens: foll. ad basin ramorum approximatis longe petiolatis ovatis obtusis, basi cordatis rugosis, utrinq. cano-tomentosis, floralib. sessilib. flores aequantib.; verticillastris paucis multifloris; bracteis minutis subnullis; calycib.

tomentoso-pubescentib., dentib. lanceolatis mollib. muticis tubo subdimidio brevioribus. ♃ — Habitat prope Antiochiam.

Sectio IX. ZIETENIA Bth. l. c. 563.

Suffrutices pilis mollibus albis lanati v. glabrati. Bracteae parvae v. paucae. Verticillastri 2–6-flori. Calyces lanati v. glabri, dentibus subulatis, saepissime spinosis.

110. ST. IVA Griseb. Spicileg. flor. Rumel. II. 143. † — Lana densa tomentoso-candida: foll. oblongo-lanceolatis obtusis, basi attenuatis subsessilib. subintegerrimis; verticillastris 2–4-floris; calycis campanulati lanati dentib. lanceolato-acuminatis, apice aristatis, tubo duplo breviorib.; corollae ochroleucae limbo exserto, extus sparsim villoso. ♃ — Planta palmaris ramosa foliosa candidissima floccoso-lanata. Folia 8–12‴ longa, 2–4‴ lata rugulosa. — Habitat in Macedonia occidentali inter Perlepe et Trojaz-chan.

117. ST. LAVANDULAEFOLIA Vahl, Symb. bot. I. 42. — Bth. l. c. † — Suffruticosa pilosa: foll. caulinis petiolatis oblongo-lanceolatis integerrimis, utrinq. angustatis, floralib. sessilib. ovato-lanceolatis; verticillastris 2–6-floris; calycis dentib. linearib. muticis, tubo longiorib., corollam excedentibus. ♃ — Humilis procumbens, rami erecti, steriles breves foliosi, floriferi semipedales, uti petioli, folia floralia et calyces pilis longissimis mollibus patentibus obsessi. Folia obtusiuscula mollia, pilis longis adpressis subcanescentia, lineis subparallelis venosa, ramorum sterilium basi in petiolum longe angustata, petiolis basi connato-amplexicaulibus, floralia basi cordato-amplexicaulia. Bracteae subnullae. — *Zietenia orientalis* Gled. Act. Berol. 1766. 3. — *Sideritis calycantha* M. Bieb. Fl. Taur. Cauc. III. 303. — Rchb. Plant. critic. I. 17. t. 15. — Habitat in Asiae Caucasicae locis lapidosis siccis, prope Tiflim, Angoram et in montibus altioribus Talysch.

118. ST. MUCRONATA Sieb. mss. ex Bth. l. c. † — Suffruticosa ramosissima, pilis longis laxis lanata: foll. petiolatis oblongis crenatis rugosis; verticillastris 2–4-floris; calycib. campanulatis, dentib. longis subspinosis corollam superantibus. ♃ — Rami floriferi semipedales divaricato-trichotomi rigidi duri, uti folia et calyces pilis laxis longis mollibus albis lanati. Folia pollicaria, floralia sessilia, superiora calycibus breviora. Verticillastri distincti, plerumque biflori. Bracteae paucae oblongo-lineares. — Habitat in Creta.

119. ST. SPINOSA Linn. Syst. veget. III. 58. — Bth. l. c. — Suffruticosa, pilis adpressis sericeo-lanata ramosissima: ramis apice spinescentib.; foll. sessilib. linearib. integerrimis; verticillastris bifloris; calycib. campanulatis, dentib. lanceolatis spinosis, tubum corollae aequantibus. ♃ — A *St. glutinosa* differt ramis, foliis calycibusque sericeo-lanatis, ramis saepissime spinescentibus magis ramosis et corollis parum majoribus. — Habitat in Creta.

120. ST. GLUTINOSA Linn. Spec. plant. 813. — Bth. l. c. 564. † — Glabra ramosissima: foll. oblongo-linearib. acutis subintegerrimis, basi angustatis; verticillastris subbifloris; calycib. campanulatis glabris, dentib. aequalib. ovatis acutissimis subspinosis; corollis extus sericeo-pubescentib., tubo dentes calycinos subaequante. ♄ — Fruticulus humilis, rami acute tetragoni divaricato-ramosissimi, ramuli saepe spinosi. Folia caulina pollicaria, inferiora in petiolum brevem angustata, pilis raris interdum conspersa, caeterum omnia glabra, superiora sessilia, gradatim minora, suprema minuta ovata acutissima. Flores in axillis brevissime pedicellati, solitarii v. 2 oppositi, axillis supremis sterilibus. Bracteae pedicello longiores, sed vix tertiam partem calycis attingentes. Corolla fere alba — Habitat in Europa mediterranea, in collibus Corsicae et in Creta.

121. ST. FRUTICULOSA M. Bieb. Fl. Taur. Cauc. II. 51. — Suffruticosa, basi divaricato-ramosissima: ramis pilosulis; foll. sessilib. oblongo-lanceolatis v. linearib. subdenticulatis, utrinq. viridib. glabris, floralib. conformib.; verticillastris bifloris; calycis dentib. lanceolatis acutissimis subspinosis, tubo subbreviorib.; corollis calyce subduplo longioribus. ♃ — Folia ½–1-pollicaria, denticulis brevibus remotis. Corolla pallide purpurea, magnitudine *St. rectae*, calyce subduplo

longior, galea emarginata v. breviter bifida, labium inferius subaequans. An revera hujus generis? — In Caucasi orientalis et Iberiae lapidosis montosis.

† *Species non satis notae.*

122. ST. BETONICAEFOLIA Desf. Cor. pl. Tourn. in Ann. Mus. Par. X. 304. † t. 23. — Bth. l. c. — Villosa: foll. cordatis crenatis; verticillastris subsexfloris; calycib. muticis. ⊙ — Caulis villosus tetragonus erectus ramosus bipedalis. Folia cordata rugosa crenata, obtusa iis *Betonicae officinalis* similia petiolata. Verticillastri distincti 2–6-flori, folia floralia ovata subdentata calyce longiora. Calyx campanulatus villosus pentagonus, dentibus brevibus ovatis obtusiusculis muticis. Corolla magna alba, tubus calyce longior, labium superius elongatum integrum, inferius trifidum, lobis lateralibus brevibus obtusis, medio multo majore rotundato integro-flavescente. — An *St. spinulosa*? — Habitat in Creta.

123. ST. SCORDIOIDES Poir. Dict. VII. 373. † — Bth. l. c. — Caule suffruticoso; foll. lanceolato-linearib. subintegris, floralib. inciso-spinosis; dentib. calycinis rectis subulatis. ♃ — Rami numerosi divaricati tetragoni rigidi villosi, praesertim in parte superiore. Folia dentibus paucis latis irregularibus notata, v. interdum apice subincisa obtusissima, basi in petiolum angustata, utrinque glabra, floralia sessilia subamplexicaulia lata glabra majuscula, irregulariter margine inciso-spinosa. Flores sub folio fere reconditi. Verticillastri interrupti terminales 6–9-flori. Bracteae nullae. Calyx tubulosus striatus subviridis villosus, dentibus 5 aequalibus rectis subulatis subspinosis. Corolla flavescens, calyce parum longior, labium superius rectum subplanum emarginatum, inferius brevius latius, lobis 3 rotundatis inaequalibus subcrenulatis. — Videtur ex descriptione *Sideritidis* species. — Habitat in Africa septentrionali?

124. ST. OLYMPICA Poir. Dict. Suppl. V. 226. † — Bth. l. c. 565. — Villosa: caule simplici recto stolonifero; foll. ellipticis argute serratis, lanugine ciliatis, caulinis distantib., apice petioli recti patentib.; spica densa lanuginosa. ♃ — Affinis *St. niveae*. Caulis pedalis lanuginosus. Folia pollicaria, utrinque obtusa villosa, supra albo-subviridia, subtus lanuginosa. Folia inferiora v. stolonum caespitosa magis lanata, margine crasso tomentoso eleganter cincta. Verticillastri densi. Calyces tomentosi, dentibus ovatis inaequalibus spinosis, tribus inferioribus angustioribus. Corolla albo-flavescens, extus villosa mediocris, tubo vix calycem aequante, labio superiore integro concavo, inferioris lobis integris, medio majore. — Habitat in monte Olympo.

125. ST. TOURNEFORTII Poir. l. c. 227. † — Bth. l. c. — Foll. cordato-ovatis subcrenatis obtusis, petiolis basi connatis; verticillastris multifloris; corolla magna, extus villosa, tubo longitudine calycis; caule tomentoso. ♃ — Species pulchra, floribus magnis roseis. Caules ramosi bipedales, tomento albo vestiti. Folia basi profunde cordata venosa rugosa albo-viridia, tenuiter crenulata, 2–3 poll. longa, pollicem et ultra lata, petioli basi dilatato-connati. Verticillastri sessiles densi, foliis 2 ovatis sessilibus aucti. Calyx albo-tomentosus dilatatus, dentibus purpurascentibus spinosis. Coroliae tubus 6 lin. longus albidus, labia rosea, superius semipollicare rectum obtusum, apice subemarginatum, extus villosum, inferius aequilongum, lobis lateralibus parvis, medio 6 lin. lato obtuso subemarginato. — *St. Cretica latifolia* Tournef. Institut rei herb. 186., Itin. I. 33. t. 1. — Habitat in insula Creta prope Cancam.

126. ST. PILOSA Nutt. Journ. acad. Philad. VII. 68. — Bth. l. c. 741. — Hirsuto-pilosa: foll. subsessilib. oblongo-ovatis acutis serratis; calycib. pilosissimis, dentib. elongatis; verticillastris subsexfloris. ♃ — Humilis robusta. Folia subtus mollia. Flores majusculi purpurascentes. — Crescit in America boreali ad Rocky mountains.

127. ST. VIRGATA Bory et Chaubard, Expedit. scientif. de Morée (Bot.) 166. t. 17. et Flor. du Peloponn. 911. † t. 18. — Villoso-sericea canescens: caulib. ramisq. simplicib. virgatis; foll. caulinis parvis lineari-lanceolatis in petiolum attenuatis,

ramealib. linearib. bracteaeformib.; florib. solitariis oppositis subsessilib.; dentib. calycinis spinescentib., tubo quadruplo brevioribus. ♃ — Tota planta sericeo-canescens, 2–3-pedalis. Corolla alba villoso-sericea, galea recta, apice emarginata. — Crescit in Argolide.

128. ST. CANESCENS Bory et Chaub. Expedit. etc. 167. † t. 18. fig. 1. et Fl. du Peloponn. 916. † t. 19. — Tomentoso-canescens: caulib. erectiusculis; foll. ovato-lanceolatis crenatis acutis petiolatis; verticillastris sexfloris spicatim approximatis; dentib. calycinis spinescentib., tubum aequantib.; galea hirsuta. ♃ — Caules vix pedales ramosi. — *St. congesta* d'Urville, Enumer. plant. 518? — Crescit in Graecia.

129. ST. CANDIDA Bory et Chaub. Expedit. l. c. t. 19. et Flor. du Peloponn. 917. † t. 20. — Tomentoso-incana: caulib. erectiusculis ramosis vix dodrantalib.; foll. petiolatis ovato-subrotundis crenatis, inferiorib. basi cordatis; verticillastris sexfloris spicatim approximatis; dentib. calycinis lanceolato-subulatis subspinescentib., tubum corollae aequantib., demum patentibus. ♃ — *Marrubium velutinum* Sibthrp. et Sm. Prodr. fl. Graec. 1372? — Crescit in Messenia.

†† *Species omnino dubiae.*

130. ST. DECUMBENS Pers. Enchirid. II. 123. — Bth. l. c. 565. — Verticillastris multifloris approximatis; bracteis filiformib.; foll. cordatis dentatis; caule decumbente villoso. ♃? — Corolla flavescens, *St. circinatae* habitu similis, sed folia simpliciter cordata et a bracteis sub foliis floralibus distincta. Caulis ramosus. — An *St. mollissima*? — Habitat.....?

131. ST. VENOSA Pers. l. c. — Bth. l. c. — Foll. inferiorib. spathulatis obtusis crenatis petiolatis rubro-venosis, caulinis subrhomboideis; caule villosissimo; calyce laevi ♃? — Habitat.....?

132. ST. BETAEFOLIA Pers. l. c. 194. — Bth. l. c. — Foll. petiolatis cordatis inciso-crenatis; spica compacta villosa. ♃? — Habitat.....?

133. ST. BARBIGERA Viv. Fl. Cors. app. II. 4. — Bth. l. c. 566. † — Hirsuta: caule adscendente; foll. cordatis ellipticis crenulatis, floralib. ovato-acutis calyces aequantib.; bracteis ovato-linearib.; verticillastris 6–10-floris; calycib. regularib. spinulosis; corolla extus lanata, labii inferioris lacinia media obovata acuta lateralib. lineari-obtusis duplo longiore. ♃? — A *St. lasiantha*, cujus refert habitum, differt foliis floralibus in hac lineari-lanceolatis calyce duplo longioribus, calycis dentibus lanceolato-acuminatis, corollae lacinia media cuneato-obovata emarginata. A *St. Heraclea* habitu et calyce praecipue in hac labiato recedit. — Habitat in Corsica.

134. ST. MARRUBIIFOLIA Viv. l. c. — Bth. l. c. — Pilis patentibus hirta: caule brachiato; foll. cordatis subrotundo-ovatis crenatis, floralib. ovatis ellipticisq., apice spinulosis; verticillastris 6-floris; corollae (purpureae) labii inferioris lobis lateralib. abbreviatis, medio lobo galeaque emarginatis. ♃ — In Corsica.

135. ST. VALENTINA Lag. Nov. gen. et spec. 18. — Bth. l. c. — Foll. oblongo-lanceolatis subcordatis hirtis; verticillastris 6–7-floris, summis sterilibus. ♃ — Habitat in Hispaniae collibus Enguerae oppidi in provincia Valentina.

136. ST. STENOPHYLLA Spreng. Syst. veget. II. 734. — Bth. l. c. — Suffruticosa hirsutiuscula: ramis virgatis; foll. linearib. trinervib, infimis sublanceolatis, utrinq. unidentatis; verticillastris foliatis; calycib. pungentibus. ♃? — Habitat in Hispania australi.

137. ST. GLAUCESCENS Mussin ex Spreng. l. c. 736. — Caule erecto villoso; foll. cordatis acuminatis serratis, utrinq. hirsutis; verticillastris aphyllis spicatis; laciniis calycis divaricatis pungentibus. ♃? — Habitat in Caucaso.

138. *ST. BIFLORA Hook. Bot. of Beech. Voy. 155.

††† *Species e genere excludendae.*

ST. ARTEMISIAE Lour. = LEONURUS SIBIRICUS.

ST. DECEMDENTATA Forst. = LEUCAS DECEMDENTATA.

ST. FOENICULUM Pursh. = LOPHANTHUS ANISATUS.
ST. MAURITIANA Pers. = ANISOMELES OVATA.
ST. PATENS Swartz. = HYPTIS VERTICILLATA.
ST. SALVIAE Lindl. = SPHACELE LINDLEYI.
ST. SPECIOSA Hook. = GARDOQUIA ELLIPTICA.

†‡†† *Betonica excludenda.*

B. LAEVIGATA Don. = NEPETA SPICATA.

3051. SPHACELE *Bth.*

(Bth. in Lindl. Bot. Regist. ad t. 1289. adnot. et Labiat. gen. et spec. 567. — Meisn. Gener. plant. vascul. I. 287. II. 196.)

1. SPH. SALVIAEFOLIA Bth. Labiat. gener. et spec. 567. † — Fruticosa: foll. oblongo-lanceolatis, basi rotundatis, supra rugoso-bullatis, subtus ramisq. canescentib.; verticillastris plurifloris secundis, in racemis terminalib. subramosis spiciformib. congestis; corollis calyce subbrevioribus. ♄ — Rami tetragoni, pulvere canescente conspersi et exasperati. Folia petiolata, ovato-lanceolata aut lanceolato-oblonga obtusiuscula, basi subrotundata, margine crenulata, reticulato-venosa, venis nervoque medio subtus prominentibus, scabriuscula et nigroviridia, subtus reticulata, 2–4 poll. longa, floralia bracteaeformia, calyces subaequantia ovata acuminata integerrima rugulosa. Racemi terminales subterni densi, intermedius duplo longior 2–3-pollicaris. Flores breviter pedicellati. Verticillastri 6–10-flori approximati. Bracteae minutissimae. Pedicelli et rhachis pubescentes. Calyx hispidulus, laciniis lanceolato-subulatis subaequalibus patulis follisque floralibus coerulescentibus. Stylus glaber exsertus. Corolla albido-coerulescens calycem subaequans, limbo brevissimo. — *Sideritis salviaefolia* H. B. Kth. Nov gen. et spec. Amer. II. 307. — Habitat in America aequinoctiali et in Columbia.

2. SPH. BULLATA Bth. l. c. 568. — Fruticosa: ramulis follisq. subtus cano-tomentosis, supra glabris rugoso-bullatis oblongis obtusis cordatis crenulatis; spicis congestis densis; florib. subquinis; bracteis ovatis, apice bidentatis; dentib. calycinis acuminato-subulatis. ♄ — Ramosissima graveolens, rami tetragoni glabri. Folia petiolata, margine reflexa, reticulato-venosa, supra viridia, bipollicaria. Petioli semipollicares incano-tomentosi. Spicae complures, in apice ramorum fasciculatim congestae sessiles cylindraceae sesquipollicares. Flores densi, breviter pedicellati, bractea communi suffulti. Bracteae ovatae, apice bidentatae, margine integerrimae reticulato-venosae pilosae, floribus longiores. Corolla alba. — *Sideritis bullata* H. B Kth. l. c. 306. — Habitat in America aequinoctiali, in Andibus Novo-Granatensium inter Pasto et Teindala.

3. SPH. PANICULATA Bth. l. c. — Suffruticosa: ramis hirto-tomentosis; foll. oblongis sagittato-cordatis acutis crenato-dentatis, supra rugoso-bullatis glabris, subtus tenuiter incano-pubescentib.; spicis paniculatis; florib. verticillatis; bracteis ovatis dentibq. calycinis acutis. ♄ Suffrutex 3–4-pedalis graveolens, rami tetragoni hirto-tomentosi. Folia reticulato-venosa tripollicaria et longiora, 16 lin. lata Petioli subsemipollicares incano-tomentosi. Panicula terminalis sessilis, sub-5-pollicaris, ramis patulis tetragonis incano-tomentosis. Flores breviter pedicellati, verticillastris sub-6-floris approximatis. Bracteae ovatae acutae integerrimae reticulato-venosae hispidulae, floribus duplo breviores. — *Sideritis paniculata* H. B. Kth. l. c. 307. † — Habitat in America aequinoctiali, in temperatis montium Quitensium juxta Tarqui.

4. SPH. CALYCINA Bth. l. c. † — Suffruticosa?: ramis molliter villosis; foll. petiolatis ovato-oblongis, basi rotundatis subrugosis villosis; racemis subsimplicib. secundis; verticillastris bifloris remotis; calycib. amplis villosissimis; corollis amplis calyces breviter superantibus. ♄? — Rami herbacei? vix tetragoni. Folia 2–3-pollicaria, molliora et minus villosa quam in caeteris speciebus, margine irregulariter dentata, floralia infima subconformia, suprema parva bracteaeformia lanceolata sessilia integerrima, calyce breviora. Racemi semipedales. Calyx fere

pollicaris, ample campanulatus, dentibus subaequalibus latis acutis. Corolla albida? breviter exserta, limbi lobi superiores brevissimi, infimus duplo longior, late rotundatus. — Habitat in California.

5. SPH. TOMENTOSA Bth. l. c. 569. — Suffruticosa prostrata: ramis adscendentib. tomentoso-villosis; foll. parvis oblongis, basi rotundato-subdilatatis rugosis, utrinq. tomentosis; racemis laxis secundis; verticillastris bifloris; corollis vix calyces excedentibus. ♃ — Suffrutex humilis divaricato-prostratus. Folia fere *Sph. subhastatae* semipollicaria, irregulariter et profunde crenata, valde rugosa, floralia subconformia, suprema sessilia. Calyces declinati, minores quam in *St. campanulata*. Corolla parum inflata pallida. — Habitat in Peruvia ad Cheuchin.

6. SPH. CAMPANULATA Bth. in Lindl. Bot. Reg. adnot. ad t. 1989. et Labiat. 569. † — Fruticosa: ramis divaricatis; foll. parvis oblongo-lanceolatis, basi angustatis, supra bullato-rugosis viridib., subtus cano-tomentosis; racemis laxis secundis; verticillastris bifloris; corollis amplis calyce subduplo longioribus. ♄ — Frutex 2–3-pedalis, rami juniores tomentoso-pubescentes. Folia breviter petiolata semipollicaria v. vix pollicaria obtusa, floralia subconformia, suprema parva integriora et minus rugosa. Calyces semipollicares, fructiferi ample campanulati reticulato-venosi, extus tenuiter pubescentes. Corolla pallide coerulescens, faux amplissima, limbi lobi lati crenulati. Stamina corollam subaequantia. Stylus subexsertus. — *Rosmarinus Chilensis* Molina, Hist. nat. Chil. 13? — *Dracocephalum chamaedryoides* Balb. Miscell. 29. — *Algue Laguen* Feuill. Pl. Chil. III. t. 1. — *Phyloxys acidissima* Molina ex Spreng. Syst. vegetab. II. 716. — Habitat in Chili prope Valparaiso et la Conceptionem.

7. SPH. SUBHASTATA Bth. l. l. c. c. — Fruticosa: ramis tomentosis; foll. oblongo-lanceolatis, basi truncato-subhastatis, supra viridib. bullato-rugosis, subtus albo-tomentosis; racemis laxis subsimplicib.; verticillastris plurifloris; corollis calyce subduplo longioribus. ♄ — Inter *Sph. campanulatam* et *Sph. Lindleyi* media. Rami elongati divaricati tomentosi. Folia vix pollicaria obtusa crenulata, floralia minora bracteaeformia integerrima acuta, minus rugosa. Verticillastri 4–6-flori, vix secundi. Flores pedicellati suberecti. Calyces subcolorati, dentibus lineari-subulatis aequalibus. Corolla coerulea. Stamina subexserta. — Habitat in Chili prope Valparaiso.

8. SPH. LINDLEYI Bth. in Lindl. l. c. et Labiat. 570. † — Bot. Magaz. t. 2993. — Fruticosa: ramis floccoso-lanatis; foll. ovatis, basi cordatis bullato-rugosissimis, subtus albo-lanatis; racemis simplicib. densis; verticillastris plurifloris; corollis calyce duplo longioribus. ♄ — Frutex 3–4-pedalis. Rami erecti tetragoni, juniores lana alba dense vestiti, vetustiores glabrati. Folia 1½–3-pollicaria, v. in exemplaribus cultis etiam majora, basi late et profunde cordata, auriculis rotundatis, floralia bracteaeformia, calycibus subbreviora ovata acuminata sessilia integerrima. Calyces fructiferi 8–9 lin. longi rigidi tomentoso-villosi. Corolla purpureo-violacea ultra pollicaris, extus pubescens, limbo majore quam in caeteris, subbilabiato, labio superiore erecto, inferiore subpatente. — *Stachys Salviae* Lindl. Bot. Reg. t. 1936. — Habitat in Chili prope Valparaiso vulgaris.

9. SPH. LAMIIFOLIA Bth. Labiat. 570. — Fruticosa: ramis rufo-tomentosis; foll. breviter petiolatis ovatis, basi cordatis villosis rugosis subconcolorib.; racemis laxis subramosis; verticillastris plurifloris; corollis longe exsertis. ♄ — Rami dense rufo-tomentosi. Folia obtusa crenata, subtus glandulosa, floralia sessilia late rotundata, suprema acuminata glabra, pedicellis longiora. Verticillastri 4–6-flori. Pedunculi 3-lineares. Calyx fere *Salviae* subbilabiatus campanulatus, dentibus setaceo-acuminatis. Corolla coccinea? sesquipollicaris, fere *Stachydis coccineae*, lobis brevibus. Stamina corollam aequantia. — Habitat in Peruvia.

10. SPH. SPECIOSA St. Hil. mss. ex Bth. l. c. — Fruticosa: ramis rufo-tomentosis; foll. petiolatis ovato- v. oblongo-lanceolatis, basi late truncato-subcordatis, supra

bullato-rugosissimis, subtus sublanatis, demum glabratis; racemis laxis paniculato-ramosis; verticillastris bifloris; corollis longe exsertis. ♄ — Frutex 3—5-pedalis, rami tetragoni, juniores tomento denso subfloccoso vestiti. Folia 3—6-pollicaria, subtus lacunoso-rugosissima, juniora basi truncata, adulta subsagittato-cordata, omnia margine duplicato-crenulata, floralia parva bracteaeformia acuminata subintegerrima. Panicula subramosissima, ramis rigidis paucifloris viscoso-pubescentibus. Pedicelli 2—4-lineares. Calyces floriferi 4—5, fructiferi 8—10 lin. longi, ample campanulati, dentibus aequilongis, sed in labia 2 subdejectis, inferioribus incurvis, superioribus rectis, omnibus lanceolatis subulato-acuminatis. Corolla rubro-violacea ultra pollicaris, tubo amplo, limbo brevissimo. — Habitat in Brasilia, in umbrosis rupestribus in Serra do Papagaio provinciae Minas Geraës.

3652. CUMINIA *Colla.*

(Colla, Memorie di Torino XXXVIII. 139. t. 47. — Meisn. Gener. plantar. vascular. I. 287. II. 198.)

1. C. ERIANTHA Colla l. c. — Foll. serratis, supra viridib. glabris, subtus vix tomentosis; cymis pedunculatis corymbosis, dentib. calycinis ovatis; corollis calyce plus duplo longioribus, extus villosis. ♄ — *Bystropogoni punctato* ex habitu similis, sed foliis acutis serratis et floribus differt. Corollae 3 lin. longae, tubo basi tenui, extra calycem inflato, laciniae parvae latae, superiores erectae, inferiores patentes, faux et tubi pars superior intus lineis pilorum verticalibus dense villosa. Stamina inclusa subaequalia, omnino *Bystropogonis*. — *Bystropogon erianthus* Bth. Labiat. gener. et spec. 687. et Wiprs. Repert. bot. syst. III. 687. no. 1. (ubi delendus.) — In insula Juan Fernandez habitat.

3653. LEPECHINIA *Willd.*

(Willd. Hort. Berol. I. 21. — Meisn. Gener. plant. vascul. I. 287. II. 196. — Bth. Labiat. gener. et spec. 415.)

1. L. SPICATA Willd. Hort. Berol. I. 21. t. 21. — Bot. Regist. t. 1992. — Bth. l. c. ☥ — Caule erecto; verticillastris in spicam terminalem congestis; calycib. fructiferis clausis. ♃ — Caules 1—1½-pedales tetragoni, pilis brevibus paucis pubescentes. Folia subsessilia 2—6-pollicaria ovata obtusa crenulata, basi cuneata rugosa pubescentia, utrinque viridia, floralia sub spica subconformia minora sessilia, in spica bracteaeformia, calyces subaequantia. Bracteae subnullae. Spica oblonga v. subglobosa 1—1½-pollicaris. Calyces pubescentes, fructiferi valde inflati et labiis incumbentibus dentibusque longe aristatis intertextis clausi. Corolla parva flavescens. — *Hormidium caulescens* Orteg. Dec. 63. — *Ulricia pyramidata* Jacq. ex Steud. Nom. bot. 413. (edit. 1.) — Habitat in Mexico, in umbrosis montium prope Ario et Santa Rosa de la Sierra, prope Xalapam.

2. L. PROCUMBENS Bth. l. c. ☥ — Caule procumbente; verticillastris secundis remotis; calycib. fructiferis patentibus. ♃ — Rami herbacei subsimplices villosi tetragoni. Folia petiolata, inferiora ovata, superiora oblonga, omnia obtusa crenata, basi subcordata, floralia infima subconformia sessilia, superiora parva bracteaeformia. Bracteae minutae. Verticillastri pauci 6—10-flori. Calyces breviter pedicellati declinati subnutantes pubescentes, fructiferi ample campanulati, dentibus brevius aristatis quam in *L. spicata*. Corolla quam *L. spicatae* parum longior. — In Mexico habitat.

† *Species e genere excludenda.*

L. CLINOPODIIFOLIA Willd. = MENTHA DAHURICA.

Subtribus III. MARRUBIEAE Endl. Gener. plant. p. 627.

Stamina coroliae tubo inclusa.

3654. CRANIOTOME *Reichb.*

(Reichb. Flora exotic. I. 30. t. 54. — Meisn. Gener. plant. vascul. I. 267. II. 196. — Bth. Labiat. gener. et spec. 704.)

1. C. VERSICOLOR Rchb. l. c. — Bth. l. c. — Herba erecta pluripedalis ramosa, rami graciles, patentim pilosi. Folia petiolata ovata acuminata crenata, basi cordata, utrinque piloso-hispida, floralia infima caulinis conformia, superiora minora, suprema minuta bracteaeformia. Cymae laxae multiflorae pedunculatae racemosae, racemis gracilibus paniculatis. Flores minuti numerosi, eleganter colore albo roseo et purpureo variegati. Bracteae minutae. Calyces pubescentes, dentibus conniventibus. Corollae tubus calyce circiter duplo longior rectus erectus gracilis albus, limbus tubo brevior roseus v. purpureus. — *Nepeta versicolor* Treviran. in Nov. act. acad. nat. cur. XIII. 183. — *Anisomeles Nepalensis* Spreng. Syst. veget. II. 706. — *Ajuga furcata* Lnk. Enum. pl. hort. Berol. II. 99. — Habitat in India orientali, in Nepalia, Kamaon et Silhet et in calidis regionis Thonna.

3655. SIDERITIS *Linn.*

(Linn. Gener. plant. no. 712. — Meisn. Gener. plant. vascul. I. 268. II. 196. — Bth. Labiat. gener. et spec. 570. et 741.)

Sectio I. MARRUBIASTRUM Mnch. Method. pl. 391. — Bth. l. c. 573.

Frutices molliter lanati, saepe nivei. Folia floralia herbacea integerrima v. crenata, infima caulinis subconformia at multo minora, suprema minuta.

1. S. MASSONIANA Bth. l. c. — Fruticosa, lana adpressa densa candida: foli. oblongis, basi subcordatis crassis, subtus v. utrinq. niveo-lanatis; racemis paniculatis; verticillastris pauciflоris. ♁ — Affinis *S. Creticae*, sed folia angustiora vix crenata, in pagina superiore minus lanata. Verticillastri irregulariter 4–10-flori, interrupte racemosi, racemis divaricato-ramosis. Folia floralia minora. Bracteae evidentiores. Calyces lana densissima obtecti. — In insula Madera.

2. S. CANDICANS Ait. Hort. Kew. II. 289. — Bth. l. c. † — Fruticosa, lana adpressa densa candida: foli. ovatis subcrenatis, basi truncatis cordatis crassis, utrinq. adpresse lanatis, subtus niveis; racemis simplicib.; verticillastris pauciflоris. ♁ — Frutex habitu *S. Canariensis*, sed totus lana nivea densa implexa obtectus, nervi foliorum omnino sub ea reconditi. Folia 1–2-pollicaria obtusissima, irregulariter v. obscure crenata, floralia infima subconformia, superiora parva oblongo-lanceolata, calyces parum excedentia, at omnia petiolata crassa et niveo-lanata. Verticillastri plerumque 10-flori, inferiores distantes, superiores approximati. Bracteae parvae setaceae, sub lana reconditae. Calyces subsessiles subreflexi, fere *Stachydis* sectionis *Ambleiae* crassi, nervis sub lana reconditis, dentibus brevibus obtusis. Corollae vix calycem excedentes. — *S. Cretica* Linn. Spec. plant. 801. — Habitat in insula Teneriffa, nec verosimiliter in Creta.

3. S. MACROSTACHYS Poir. Dict. Suppl. II. 381. — Bth. l. c. † — Fruticosa, lana adpressa densa candida: foli. ovatis, basi subcordatis, supra intense viridib, subtus candidissimis; verticillastris multiflоris, in spica crassa densissima imbricatis. ♁ — Species pulchra. Caules lignosi crassi ramosi. Folia petiolata cordata crassa rugosa, supra fere glabra, subtus tomentosa, margine crenata, inferiora ampla subrotundata, superiora ovata obtusa, supra pubescentia. Spicae rectae rigidae crassissimae densae, 2–3-pollicares subramosae. Flores sessiles et ita condensati ut verticillastri nonnisi foliis floralibus e spica eminentibus distinguantur. Calyces sub lana densa reconditi breves campanulati, dentibus parvis acutiusculis *S. Canariensis*. Corolla calycem parum excedens. — Habitat in insulis Canariensibus.

4. S. CANARIENSIS Linn. Spec. plant. 801. — Jcq. Hort. Vindobon. I. 18. t. 30. — Bth. l. c. — Fruticosa villoso-lanata: foli. ovatis crenatis, basi cordatis crassis rugosis, subtus venosis, utrinq. velutino-lanatis; racemis simplicib.; verticillastris

multifloris distinctis. ♃ — Frutex pluripedalis, rami crassi, obtuse tetragoni, ut petioli lana densa subfloccosa albo-flavescente vestiti. Folia 2–4-pollicaria, lana paginae superioris densa velutina, inferioris subfloccosa flavescente, superiora minora, floralia infima subconformia flores excedentia, superiora bracteaeformia calycibus breviora. Verticillastri subglobosi, 20–30-flori densi, omnes distincti, inferiores distantes. Bracteae numerosae subulatae, calycem aequantes. Calyces virides villosi tubulosi, parum incurvi, dentibus superioribus parum majoribus, omnibus acutis, apice rigidis at non pungentibus. Corollae flavescentes, vix dentes calycinos excedentes, tubus exannulatus, labium superius breve latum erectum planum emarginato-bifidum, inferius parum longius patens. Stamina superiora brevissima, antheris biloculatibus, inferiora duplo longiora (at tubo inclusa, antheris dimidiatis. Stylus in exemplaribus hortensibus saepe 4–5-fidus evadit, ovario 8–10-partito. — *Marrubiastrum tomentosum* Moench, Meth. plant. 391. — Habitat in insulis Teneriffa et Madera.

Sectio II. EMPEDOCLEA Rafin. ex Bth. l. c. 574.

Suffrutices v. herbae perennes, basi lanati. Folia floralia integerrima, flores sessiles ampiectentia.

5. S. SYRIACA Linn. Spec. plant. 801. — Rchb. Flor. exotic. I. 42. t. 57. — Sibthrp. et Sm. Flor. Graec. VI. 41. t. 550. — Bory et Chaubard, Flor. du Peloponn. 883. † t. 21. — Bth. l. c. † — Suffruticosa albo-lanata: foll. crassis oblongo-lanceolatis, basi angustatis, infimis crenulatis, floralib. late cordatis integerrimis, calyces aequantib. calycibq. lana densa albida omnino obtectis. ♀ — Planta tota lana densa albida interdum subsericea (minime floccosa) obtecta. Caules basi lignosi ramosi dense foliosi. Rami erecti v. adscendentes, circiter pedales, foliis distantibus. Folia integerrima v. minute crenulata, nervis sub lana reconditis, floralia saepius obtusa calycibus subbreviora, rarius breviter acuminata calyces subsuperantia, at constanter lana densa obtecta. Verticillastri 6–10-flori distantes. Calycis dentes vix spinosi aequales. Corolla calyce vix duplo longior flava, extus sericeo-villosa, tubus intus obscure annulatus, labium superius bifidum. Staminum inferiorum antherae biloculares, at superioribus minores, an steriles? — Habitat in insulae Cretae montibus et in Palaestina.

6. S. TAURICA M. Bieb. Fl. Taur. Cauc. II. 43. — Rchb. Plant. critic. IV. 61. t. 394. — M. Bieberst. Cent. pl. rar. Ross. I. t. 30. — Bth. l. c. † — Suffruticosa albo-lanata: foll. crassis oblongo-lanceolatis spathulatisve, basi angustatis, infimis crenulatis, utrinq. dense albo-lanatis, floralib. latissime cordatis acuminatis integerrimis venoso-reticulatis laxe lanatis subviridib.; dentib. calycinis lanceolatis muticis. ♃ — Valde affinis *S. Syriacae*, et forsan ejus mera varietas, at differre videtur lana partis inferioris breviore candidiore et magis adpressa, verticillastris praesertim superioribus approximatis, foliis floralibus majoribus longius acuminatis rigidis, uti calyces tomento tenui laxe pubescentibus nec dense lanatis et dentibus calycinis latioribus. Corolla brevior, labiis latioribus. — *S. Syriaca* Pall. Ind. Taur. (non Linn.) — *S. incana* Habl. Taur. 148. (non Linn.) — Habitat in apricis montibusque calcareis Tauriae frequens.

7. S. SCARDICA Griseb. Spicileg. flor. Rumel. II. 144. † — Suffruticosa albo-lanata; foll. oblongo-lanceolatis, basi angustatis; bracteis late cordato-subrotundis cuspidatis virentib. reticulato-venosis flores superantib.; verticillastris approximatis; calyce corollam flavam superante, dentib. lanceolato-acuminatis muticis. ♃ — Simillima *S. Tauricae*, sed corolla a calyce inclusa et bracteis maximis differt. — Crescit in Scardo.

8. S. SICULA Ucria ex Guss. Prodr. fl. Sicul. II. 85. — Bth. l. c. 575. — Suffruticosa albo-lanata: foll. crassis oblongo-spathulatis, basi angustatis, inferiorib. crenulatis, utrinq. lanatis, floralib. latissime cordatis acuminatis integerrimis venoso-reticulatis laxe lanatis viridib., calyces subduplo superantib.; dentib. calycinis lanceolato-subulatis acutissimis subspinescentibus. ♃ — Haec etiam species vix

a *S. Syriaca* distinguitur. Altior est et minus lanata. Folia longiora tenuiora, lana laxa subsericea. Verticillastri et calyces majores. Folia floralia majora et tenuiora quam in *S. Taurica*, molliter villosa v. laxissime sublanata. — *S. Bruttia* Ten. Fl. Neap. II. 16. — *Empedocles montana* Raf. Caratt. 78. — *S. decumbens* Moench, Meth. plant. 360? — *Navicularia Heisteri* Fabric.? — Habitat in Europa australi, in Hispania, Sicilia, Italia australi.

9. S. LIBANOTICA Labill. Ic. pl. Syr. rar. IV. 13. † t. 8. — Bth. l. c. — Suffruticosa: ramis simplicissimis glabris; foll. obovato-oblongis serratis tomentosis; verticillastris distantib.; bracteis ovatis acuminatis nervoso-reticulatis. ♃ — Caules ramive ex plantae basi enati simplicissimi recti glabri, pedales et ultra. Folia inferiora obovato-oblonga, in petiolum subdilatatum attenuata nervoso-reticulata serrata, superiora lanceolata sessilia, adultiora multo minus caeteris tomentosa. Verticillastri inter se 1½-pollicem et ultra distantes, 4-8-flori, bracteae calycis longitudine subpilosae. Calyx supra praesertim pilosus, laciniis 5 subaequalibus mucronatis. Corolla sulphurea, extus magis quam intus pilosa, labii inferioris lacinia media integerrima, tubus calycis longitudine. — In monte Libano.

10. S. SIPYLEA Boiss. Diagnos. plant. nov. orient. V. 32. † — Tota indumento densissimo brevi griseo pannosa: caulib. erectis simplicib. v. ramosis; ramis elongatis strictis cauli subaequilongis; foll. oblongo-lanceolatis integerrimis, infimis in petiolum brevissime attenuatis obtusis, caeteris sessilib., basi rotundatis obtusiusculis, mucrone brevissimo obtuso calloso terminatis; verticillastris parvis subglobosis compactis, omnib. distinctis ad apicem ramorum approximatis; foll. floralib. canis integerrimis late ovato-rotundatis, calyce subbreviorib. abrupte breviterq. acuminatis; calycis cani glandulosi breviter tubulosi dentib. villo connexis brevib. triangularib. muticis; corollae parvae flavae extus tomentosae calyce plus duplo longioris tubo exserto. ♃ — Caules pedales sesquipedalesve stricti, folia inferiora bipollicaria, 6-8 lin. lata, verticillastri parvi ad ramorum partem superiorem 7-10 inter se 2-6 lin. distantes, flores illis *S. Libanoticae* fere minores, cui habitu affinis est. A *S. Syriaca* differt indumento magis adpresso nec molli crispo, caule elato ramoso, verticillastris numerosis, calycis dentibus omnino muticis et corollae tubo longius exserto. — Crescit in arenosis calcareis Sipyli circa Magnesiam.

11. S. PULLULANS Vent. Hort. Cels. t. 98. — Bth. l. c. † — Suffruticosa: caule basi sublanato, superne viridi pubescente divaricato-ramoso; foll. ovato-lanceolatis semi-amplexicaulib. rigidis venoso-reticulatis, utrinq. viridib. pubescentib. v. lana laxissima canescentib., floralib. late cordatis acuminatis flores duplo superantib.; calycis viridis dentib. subulatis spinosis. ♃ — Caules rigidi duri, obtuse tetragoni. Folia caulina 2-3-pollicaria, superiora et floralia 1-1½-pollicaria, basi dilatata cordata, omnia acuta, inferiora apice paucidentata, floralia saepius integerrima. Verticillastri distantes, 6-10-flori. Calyces erecti subsessiles rigidi pubescentes, fauce intus dense pilosa, dentibus brevibus. Corolla extus villosa. Staminum inferiorum antherae biloculares, loculis parvis subparallelis cassis? superiorum antherae biloculares, loculis oblongo-linearibus divaricatis. — Habitat in Syriae montibus prope Hierosolyma et Nazareth.

12. S. DURA Bth. l. c. 576. — Suffruticosa: caule albo lanato; foll. sessilib. semi-amplexicaulib. lanceolatis acutis integerrimis rigidis, utrinq. cano-villosis sublanatis, floralib. late cordatis calyces aequantib. integerrimis acuminatis; calycis molliter villosi dentib. brevib. muticis. ♃ — Habitu *S. Syriacae* affinis, sed foliorum forma diversa, tota planta minus lanata et verticillastri numerosiores remotiores. Folia 1-2-pollicaria crassa subpungentia. Racemi longi simplices. Verticillastri subsexflori. Folia floralia valde concava calyces amplectentia, acumine eos paulo superante, caeterum breviora. — Habitat.....?

13. S. PERFOLIATA Linn. Spec. plant. 802. — Bth. l. c. — Suffruticosa, basi vix lanata: caule piloso viridi; foll. semiamplexicaulib. ovato-oblongis lanceolatisve, utrinq. subviridib. molliter villosis subvenosis, floralib. latissime cordatis acuminatis reticulato-venosis, utrinq. viridib. flores duplo superantib.; calycis viridis

pilosi dentib. lanceolato-subulatis acutissimis vix spinosis. ♃ — Rami e basi sublignosa erecti, 1–1½–pedales, pauci divaricati. Folia 1½–3–pollicaria integerrima v. paucidentata, basi saepe connata, floralia patentia acutissima, basi cymbiformia, valde dilatata. Verticillastri omnes distincti subdistantes, 6–13–flori. Calyces sessiles erecti tubulosi. Corolla flava, dentes calycinos vix excedens. — Habitat in Europa australi, in Hispania, Sicilia et in Oriente.

14. S. DISTANS Willd. Spec. plant. III. 66. — Bth. l. c. — Suffruticosa incana: foll. lanceolatis integerrimis acutis; florib. verticillato-spicatis, verticillastris distantib.; bracteis cordatis acuminatis mucronatis nerveso-reticulatis. ♃ — Accedit ad *S. Tauricam*, sed differt foliis acutis minus tomentosis integerrimis, caule tantum villoso, verticillastris remotissimis, bracteis fere glabris mucronatis, corollae tubo calyce longiore, lacinia intermedia labii inferioris obtusa nec emarginata. Folia radicalia incognita, caeterum videtur habitu a *S. Taurica* diversissima. — Habitat in Oriente.

15. S. RUGOSA Poir. Dict. Suppl. II. 383. — Bth. l. c. — Suffruticosa: foll. ovato-lanceolatis obtusis rugosis subdentatis incano-tomentosis; verticillastris distantib.; bracteis integris calycibq. acuminatis, apice tomentoso-pilosis; ramis strictis. ♃ — Caules graciles, 8–10–pollicares duri glabri, rami pauci rigidi glabri. Folia distantia sessilia pollicaria et ultra, dentibus obscuris, nervis prominentibus, juniora tomento albo, in vetustioribus evanido, induta. Bracteae (folia floralia?) latae concavae. Calyces bracteis longiores, dentibus rectis spinosis. — *S. rhytidea* Spreng. Syst. vegetab. V. 644. — Habitat in Syria.

16. S. AEGYPTIACA Pers. Enchirid. II. 117. — Bth. l. c. — Foll. ovatis serratis incanis, venis subtus prominulis; caule tereti albo-tomentoso; verticillastris foliis subjectis. ♃ — Caulis altus. — Habitat in Aegypto.

Sectio III. EUSIDERITIS Bth. l. c. 577.

Suffrutices villosi v. pilis mollibus sublanati, rarius glabrati. Folia floralia bracteaeformia sessilia, latissime cordata, flores amplectentia venoso-reticulata, margine spinoso-dentata. Calycis dentes aequales spinosi. Corolla dentes calycinos parum excedens.

17. S. GRANDIFLORA Salzm. mss. ex Bth. l. c. 577. † — Suffruticosa: caule laxe lanato; foll. oblongis obtusis crenatis, basi longe angustatis molliter villosis, floralib. latissimis flores excedentib. molliter villosis, apice obtuse acuminatis, basi margine subspinoso-denticulatis; verticillastris distantibus. ♃ — Habitus fere *S. Siculae* et foliis floralibus vix spinoso-dentatis, inter *Empedocleas* et *Eusideritides* media. Caules 1–1½–pedales, pilis longis mollibus laxis lanati. Folia utrinque viridia. Verticillastri densi 10–15–flori. Calyx elongato-campanulatus, molliter villosus, dentibus lanceolatis breviter spinulosis. Corolla magnitudine fere *Stachyos rectae*, pallide lutea, tubus intus annulatus. Staminum inferiorum antherae fertiles, loculis subparallelis, superiorum loculi divaricati. — Habitat in collibus Tingitanis.

18. S. OVATA Cav. Ic. pl. rar. I. 36. t. 48. — Bth. l. c. † — Suffruticosa? viridis glabra v. subvillosa: foll. oblongo-ovatis obtusis subserratis, floralib. latissimis flores excedentib. glabris v. margine villosis paucivenlis dentato-spinosis; verticillastris approximatis spicatis. ♃? ☉? — Caules vix pedales tetragoni subscabri, pilis paucis in parte superiore villosuli. Folia inferiora longe petiolata, 1–1½–pollicaria, petiolo basi caulem breviter amplectente, radicalia numerosa, in caespitem congesta, caulina breviora atque latiora, superiora sessiliora angustiora, omnia paucivenia glabra et lucida, v. pilis paucis villosula, floralia infima ovato-lanceolata, superiora latiora quam longa, forma et proportione ut in *Empedocleis*, sed margine dentibus in spina productis notata. Spica densa tetragona triuncialis. Verticillastri sexflori. Flores sessiles. Calyx tubuloso-campanulatus viridis, pilis paucis villosus, dentibus lanceolato-subulatis pungentibus, fructiferi faux villosa. Corolla luteo-albicans, labium superius integrum, inferioris lacinia media subrotunda crenata. — Habitat in Hispania, in Biscaya.

19. S. SPINOSA Lam. Dict. II. 169. — Bth. l. c. † — Suffruticosa, molliter villosa, basi ramosa subviridis: foll. oblongo-lanceolatis mucronatis, margine serratis subspinosis, floralib. latis acuminatis flores excedentib., margine dentato-spinosis, omnib. sericeo-villosis; verticillastris approximatis spicatis. ♃ — Rami rigidi erecti stricti subsimplices, pilis mollibus erecto-patentibus villosi. Folia inferiora basi in petiolum brevem angustata, saepe obtuse crenata, extremitate et crenaturis nonnullis aristulis pungentibus mucronatis, superiora longiora sessiliora, spinulis validioribus, floralia sessilia, ovata v. ovato-lanceolata acuminata, apice et dentibus longe spinescentibus, omnia rigida, subtus venosa, utrinque pilis mollibus subsericeis vestita, juniora saepe canescentia. Flores fere *S. ovatae.* — *S. errata* Lag. Nov. gen. et sp. plant. 18. — Habitat in Hispania et in Barbaria.

20. S. ILICIFOLIA Willd. Enum. pl. hort. Berol. 606. — Bth. l. c. 578. † — Suffruticosa glabriuscula: foll. oblongo-lanceolatis, margine spinoso-serratis subincisis, floralib. latis acuminatis flores excedentib., margine dentato-spinosis, omnib. glabriusculis; verticillastris omnibus remotis. ♃ — Rami erecti stricti pedales et ultra, vix tetragoni, fere glabri. Folia 1-2-pollicaria, inferiora petiolata, superiora sessilia amplexicaulia, supra subbullata, subtus venosa, utrinque viridia glabra v. pilis paucis hirta, apice dentibusque in spinam abeuntibus, floralia longe acuminata, basi dentata. Verticillastri multiflori densi, saepius 1½-2 poll. distantes. Calyces ovati sessiles, extus et ad os pilis longis molliter villosi, dentes subulato-spinosi. Corollae parvae. — Habitat in Oriente et in Hispania?

21. S. SCORDIOIDES Linn. Spec. pl. 803. — Bth. l. c. 578. † — Suffruticosa: ramis decumbentib. adscendentib. v. suberectis laxe villosis v. rarius glabratis; foll. ovatis oblongis v. oblongo-linearib., basi angustatis inciso-dentatis muticis v. rarius subintegerrimis piloso-lanatis glabratisve, floralib. latissimis calyces aequantib. v. vix longiorib., margine spinoso-dentatis; verticillastris villosulis, rarius glabratis, interrupte v. dense spicatis. ♃ — Caules basi caespitoso-ramosi, rami in herbidis montanis basi decumbentes, saepe elongati, in siccis aridis erecti semipedales glabri, pubescentes v. in parte superiore villosi. Folia nunc glabra, utrinque viridia, nunc pilis longis adpressis magis minusve canescentia, saepius sessilia v. breviter petiolata semipollicaria v. vix pollicaria venosa, saepe rugosa, dentibus paucis irregularibus obtusis muticis v. rarius mucronulatis. Spicae 1-3-pollicares. Verticillastri saepius distincti sed approximati, rarius omnes imbricati v. inferiores subdistantes. Folia floralia infima, praesertim in exemplaribus cultis, caulinis subconformia, caetera omnia vix acuminata orbiculata amplexicaulia flavescenti-viridia reticulato-venosa, laxe villosula, margine dentibus in spinam longam abeuntibus. Bracteae subnullae. Calyces subcampanulati villosi, dentibus spinescentibus tubum subaequantibus. Corolla flavescens, labio superiore pallidiore v. albo, dentes calycinos parum excedens, tubus exannulatus, ad insertionem staminum villosus, limbus extus glaber. Antherae staminum inferiorum dimidiatae.

α. grandiflora: ramis suberectis rigidis; foll. oblongis viridib. villosis inciso-dentatis; verticillastris magnis subinterrupte spicatis. — *S. subspinosa* Cav. Ic. pl. rar. III. 5. t. 209. — *S. spinosa* Bth. Cat. pl. Pyr. 121. (non Lam.)

β. communis: ramis erectiusculis v. adscendentib.; foll. obovato-oblongis inciso-dentatis villosis, juniorib. canescentib.; verticillastris spinosissimis interrupte spicatis.

γ. elongata: ramis elongatis adscendentib. v. erectis; foll. oblongis v. oblongo-lanceolatis inciso-dentatis glabriusculis viridib.; verticillastris interrupte v. rarius dense spicatis. — *S. hyssopifolia* Auct. plur. — *S. foetida* Poir. Dict. Suppl. II. 382. — *S. hirta* Roth, Catal. I. 67. — *S. hirtella* Brot. Fl. Lusit. I. 161? — *S. fruticulosa* Pourr. Act. acad. Tolos. III. 328.

δ. alpina: — Kuwls. et Watsect. The Floral Cabinet I. 65. † t. 31. — Ramis brevib. decumbentib.; foll. oblongo-ovatis paucidentatis cano-villosis v. demum glabratis; verticillastris dense v. subinterrupte spicatis. — *S. alpina* Vill. Fl.

Delph. II. 373. — *S. Pyrenaica* Poir. Dict. Suppl. II. 363. — *S. crenata* Lapeyr. Hist. Abr. pl. Pyr. 331.

ε. glabrata: ramis adscendentib.; foll. oblongo-ovatis paucidentatis integerrimisve glabriusculis; verticillastris dense v. subinterrupte spicatis. — *S. hyssopifolia* Auct. plur.

ζ. angustifolia: foll. oblongo-linearib. glabriusculis. — *S. hyssopifolia* Linn. Spec. plant. 803.

η. incana Bth. pl. Cat. Pyr. 121. — Foll. oblongo-linearib. cano-villosis. — *S. Pyrenaica* Endress, Pl. exs. Un. itin. Wirtemb. — Habitat in Europa mediterranea occidentali, in Hispania, Gallia mediterranea, Pedemontio, Helvetia australi, Sicilia, *α.* in rupestribus Pyrenaearum orientalium prope Bagneris et in Hispania; *β.* in siccis aridis Galliae mediterraneae et Hispaniae; *γ.* in hortis communis, in Hispaniae montosis sylvestris? *δ.* et *ε.* in Pyrenaeis editioribus et alpibus Pedemontanis; *ζ.* et *η.* in Pyrenaeis orientalibus.

22. S. LEUCANTHA Cav. Ic. pl. rar. IV. 2. t. 304. — Bth. Labiat. gen. et spec. 578. — Suffruticosa: ramis erectis strictis tomentosis; foll. linearib. subdentatis glabriusculis, ad axillas fasciculatis; spicis interruptis gracilib. glabriusculis; foll. floralib. latissimis calycem aequantib., margine spinoso-dentatis. ♃ — A *S. scordifoliae* varietatibus angustifoliis differt foliis multo minoribus fere glabris, ad axillas fasciculatis et statura minore graciliore. — Habitat in Hispaniae regno Valentino, in locis aridis calcareis in Urchillo monte alibique circa Orcelim.

23. S. PUNGENS Bth. l. c. — Suffruticosa: ramis erectis strictis pubescentib.; foll. linearib. acutissimis pungentib. integerrimis glabris; spicis densis tetragonis; foll. floralib. latissimis calyces subduplo superantib., margine longe spinoso-dentatis. ♃ — Spica fere *S. serratae*, habitu ad descriptionem *S. fontanesii* accedit, sed foliis floralibus diversa. Folia pollicaria, inferiora interdum vix pungentia. — Habitat in Hispania prope Valenciam.

24. S. ARBORESCENS Salzm. Bth. l. c. — Boiss. Voyage bot. dans le midi de l'Espagne 1347. † t. 146. — Fruticosa: ramis erectis subbifariam lanuginosis; foli oblongo-lanceolatis inciso-dentatis glabris, floralib. latissimis calyces aequantib. reticulato-venosis sublanatis, margine subspinoso-dentatis; verticillastris multifloris hirsutis distinctis approximatis subspicatis. ♄ — Frutex 5-pedalis, rami juniores acute tetragoni. Folia subsessilia vix pollicaria, basi angustata, versus apicem acute dentata laeviuscula, siccitate nigrescentia. Spicae terminales, 3-6-pollicares, pallide virides et villosae. Verticillastri 6-10-flori globosi. Bracteae orbiculatae reticulato-venosae. Calyces campanulato-dentati lati, ati dentes foliorum floralium breviter mucronati vix spinosi. Corolla pallide lutea. — Habitat in Hispaniae monte Gibraltarico.

25. S. CAVANILLESII Lag. Nov. pl. gen. et sp. 18. — Bth. l. c. 580. — Subincana: foll. lanceolatis dentato-serratis; spica elongata; verticillastris distinctis; bracteis cordato-orbiculatis spinoso-dentatis. ♃ — Caulis tomentosus nec hirtus. Folia subtus praecipue tomentosa, magis minusve incana. Corolla flava. — *S. scordioides* Cav. Ic. pl. rar. IV. 2. t. 303. (non Linn. sec. Lagasca.) — Habetat in Hispaniae locis montosis regni Valentini circa Matritum et in vetere Castella.

26. S. HIRSUTA Linn. Spec. pl. 803. — Cav. l. c. 1. t. 301. — Bth. l. c. — Suffruticosa: ramis decumbentib. piloso-hirsutissimis; foll. oblongis ovatis cuneatisve inciso-dentatis, basi angustatis hirsutis, floralib. latissimis calyces aequantib., margine subspinoso-dentatis; verticillastris globosis hirsutissimis, omnibus remotis. ♃ — Foliorum forma fere *S. scordioidis β. communis*, a qua differt habitu et hirsutie. Verticillastri saepius ultra-10-flori, plus pollice distantes. Folia floralia vix spinosa. Flores *S. arborescentis.* — *S. scordioides*, var. *lanata* et *latifolia* Bth. Cat. pl. Pyr. 121. — *S. tomentosa* Pourr. Act. acad. Tolos. III. 328. — *S. Hispanica* Mill. Dict. no. 7. — Habitat in Europa mediterranea occidentali, in Hispania, Catalonia, Arragonia, Gallia Narbonnensi, Occitania, Galloprovincia et Pedemontio.

27. S. CHAMAEDRYFOLIA Cav. Ic. pl. rar. 4. l. t. 301. — Bth. l. c. — Suffruticosa: ramis ascendentib. villosulis; foll. oblongis cuneatisve inciso–dentatis, basi angustatis subvillosis, floralib. latissimis calyces aequantib., margine subspinoso–dentatis; verticillastris glabriusculis villosulisve, omnib. remotis. ♃ — A *S. hirsuta* vix nisi glabritie differt. Verticillastri saepius minores. Folia floralia majora, in verticillastro fructifero rarius reflexa. — Habitat in Hispania, in regno Valentino inter Bocayrent et Baneres.

28. S. VIRGATA Desfont. Flor. Atlant. II. 15. t. 125. — Bth. l. c. — Suffruticosa: ramis ascendentib. v. suberectis strictis tomentoso–pubescentib.; foll. oblongo–linearib. integerrimis v. rarius paucidentatis, basi angustatis, floralib. latissimis calyces aequantib., margine spinoso–dentatis; verticillastris villosulis, omnib. distantibus. ♃ — Affinis *S. scordioidi* ζ. *angustifoliae* et *S. incanae*. A priori differt foliis fere semper sessilibus angustioribus, rarius dentatis et verticillastris remotis, a *S. incana* caulibus minus tomentosis, foliis acutioribus, floralibus ut in *S. scordioide* calyces aequantibus v. superantibus, margine dentibusque calycinis spinosis. — *S. incana* Cavan. Icon. plant. rar. II. 69. t. 186. — *S. angustifolia* Lam. Dict. II. 108. — *S. linearifolia* Lag. Nov. gen. et sp. pl. 18? — Habitat in Hispania mediterranea et in arenosis prope Mascar Africae borealis.

29. S. TRAGORIGANUM Lag. Nov. gen. et sp. pl. 18. — Bth. l. c. 581. — Suffruticosa: ramis adscendentib. v. suberectis tomentoso–lanatis; foll. oblongo–linearib. obtusis integerrimis, basi angustatis sublanatis, floralib. latissimis calyces aequantib. spinoso–dentatis; verticillastris villosulis interrupte spicatis. ♃ — A *S. scordioide* η. *incana* differt caulibus basi albo–lanatis et foliis longioribus planis constanter integerrimis, a *S. virgata* verticillastris approximatis, a *S. incana* foliis floralibus majoribus calycibusque magis spinosis, calycibus glabris villosulisve nec albo–lanatis. — *S. suffruticosa* Mill. Dict. no. 4? — Habitat in Hispaniae regnis Murcia et Valentia et in Creta.

30. S. INCANA Linn. Spec. plant. 802. — Bth. l. c. — Suffruticosa: ramis albo–lanatis tomentosisve; foll. oblongo–linearib. obtusis integerrimis, utrinq. praesertim juniorib. albo–lanatis, floralib. latissimis subpalmatifidis, calyce breviorib. subspinosis; verticillastris distantib.; calycib. albo–lanatis. ♃ — Habitus fere *Lavandulae Spicae*. Lana foliorum juniorum et ramorum partis inferioris densa nivea. Folia ½–1½–pollicaria sessilia, basi vix angustata, superiora remota parva, floralia constanter calycibus breviora vix spinosa. Verticillastri subsexflori. Corolla lutea. — Habitat in Hispania.

31. S. SERICEA Pers. Enchirid. II. 118. — Bth. l. c. 741. (et 582.) — Suffruticosa albo–lanata: foll. oblongo–linearib. spathulatisve obtusis integerrimis, utrinq. dense albo–lanatis, floralib. subpalmatifidis calyce breviorib. subspinosis; verticillastris distantib.; calycib. albo–lanatis. ♃ — Affinis *S. incanae* sed lana multo densior et folia floralia breviora vix dentata. — Crescit in Hispania.

32. S. GLAUCA Cavan. Icon. plant. rar. II. 68. t. 185. — Bth. l. c. 742. (et 581.) — Suffruticosa glabra glaucescens: foll. oblongo–linearib. obtusis integerrimis, floralib. latis obtusis integerrimis v. subdentatis, calyce subbreviorib.; verticillastris distantib.; calycib. glaberrimis glaucis, dentib. obtusis. ♃ — Species ex habitu *S. incanae* affinis sed praeter glabritiem et glaucescentiam distinctissima est calycibus foliisque floralibus obtusis, minime spinosis. Bracteae saepe adsunt calyce dimidio breviores. — Crescit in Hispaniae montibus Orcellitanis.

33. S. FOETENS Lag. Nov. gen. et sp. plant. 18. — Bth. l. c. 581. — Suffruticosa: foll. linearib. glabris acutis; spicis densis; calycib. fructescentib. fauce barbatis. ♃ — Suffrutex sesquiulnaris, caulis ramique virgati junciformes glabri. Pedunculi villosi. Spicae cylindricae, 1½–3 poll. longae, verticillastris 12–24 et ultra, dense imbricatis. Bracteae ovatae subcordatae, profunde inciso–serratae, dentibus subulato–aristatis, verticillastro breviores. Calycis dentes subulato–aristati, faux pilis longis dense barbata. Corolla longitudine calycis, alba. — Habitat in Hispaniae regno Granatensi et prope Nijar oppidum.

34. S. LASIANTHA Pers. Enchirid. II. 117. — Bth. l. c. — Foll. ovatis, dentib. spinulosis; verticillastris villosissimis. ♃? — *S. Hispanica foetidissima, flore purpurascente et coma canescente* Tourn. Inst. rei herb. 192. — In Hispania.

35. S. CRISPATA Willd. Enum. pl. hort. Berol. 606. (in not.) — Bth. l. c. 562. — Hirsuta: foll. oblongo-cuneatis dentatis undulatis, subtus tomentosis; bracteis orbiculatis spinoso-dentatis; verticillastris distantibus. ♃? — Folia admodum parva undulata. — Habitat ad Gibraltariam.

Sectio IV. HESIODIA Bth. l. c. 562.

Herbae annuae virides, pilis mollibus sublanatae. Folia floralia caulinis subconformia at minora subdentata, dentibus muticis. Calyces dentibus nunc omnibus subaequalibus, tribus superioribus basi subconnexis obscure bilabiati, nunc dente supremo maximo, inferioribus omnibus multo angustioribus aequalibus. Corolla dentibus calycinis plerumque brevior.

36. S. LANATA Linn. Spec. pl. 804. — Bth. l. c. † — Molliter piloso-lanata: foll. ovatis, basi rotundatis, floralib. ovatis crenulatis; calycis molliter lanati subviridis subbilabiati dentib. lanceolato-subulatis acuminato-subspinosis, supremo infimis duplo majore. ☉ — Herbae semipedales v. vix pedales, habitu fere *Stachyos annuae*. Caules erecti subramosi, uti folia et praesertim calyces pilis longis mollibus vestiti. Folia 1-1½-pollicaria, utrinque viridia, petiolo saepius dilatato, floralia subconformia gradatim minora sessiliora integriora acutiora et densius lanata, omnia flores excedentia. Verticillastri sexflori, omnes distantes. Calyces breviter pedicellati subreflexi, magnitudine *S. Romanae*, at dentes angustiores, minus inaequales. Corollae dente calycis supremo breviores, basi flavescentes, labiis apice nigricantibus. Filamenta pilosa. — *S. elegans* Murr. Nov. comm. Gött. 1778. t. 4. — *S. nigricans* Pers. Enchirid. II. 117. — *Marrubiastrum elegans* Moench, Meth. pl. 391. — Habitat in regione mediterranea orientali, in agro Cariensi, in arvis insulae Leri frequens, in Creta et prope Smyrnam.

37. S. PURPUREA H. F. Talbot mss. ex Bth. l. c. 742. — Molliter villosissima viridis foll. oblongo-ovatis, floralib. inferiorib. conformib. dentatis, supremis ovato-lanceolatis acutis subintegerrimis; calycis pilosi dentib. aristato-mucronatis, supremo maximo ovato, inferiorib. lanceolato-subulatis; corollae purpurascentis galea oblonga. ☉ — A *S. Romana* differt caule, foliis calycibusque pilis mollibus longis dense obsitis et praesertim corollis purpureis nec flavescentibus, galea longiore multo angustiore. — *Sideritis Cretica maxima Ocimi Valentini facie* Tourn. Hb. — Crescit in insulis Corfu et Zanthe.

38. S. ROMANA Linn. Spec. plant. 802. — Cavan. Icon. plant. rar. II. 60. t. 187. — Sibthrp. et Sm. Flor. Graec. VI. 43. t. 552. — Bth. l. c. 562. † — Molliter piloso-sublanata viridis: foll. oblongo-ovatis, floralib. ovato-lanceolatis dentatis; calycis glabriusculi dentib. aristato-mucronatis, supremo maximo ovato, inferiorib. lanceolato-subulatis. ♃ — Caules basi ramosi erecti v. adscendentes, vix semipedales, uti folia et calyces pilis longis mollibus albidis vestiti, fere a basi floriferi. Folia infima petiolata obtusa crenata, basi angustata, floralia sessiliora acutiora, omnia flores excedentia rugosa, utrinque viridia. Verticillastri sexflori distantes. Bracteae subnullae. Calyces subsessiles ovato-tubulosi, basi subgibbi rigidi 10-nervii virides, dens supremus dilatatus inferioribus inter se aequalibus quadruplo latior, omnes arista subulata pungentes, faux intus villis clausa. Corolla flavescens. — *S. spathulata* Lam. Fl. Fr. II. 377. — *Burgsdorffia rigida* Moench, Meth. plant. 392. — *Burgsdorffia Romana* Hoffm. et Lnk. Fl. Port. — Habitat in regionis mediterraneae cultis et ruderatis frequens, in Hispania, Gallia mediterranea, in Italia a Pedemontio ad regnum Neapolitanum, in Sicilia, in Barbaria prope La Calle, in insulis Melita et Leri, in Graecia et insulis Archipelagi, in Syria prope Aleppo.

39. S. APPROXIMATA Gasparini in Guss. Prodr. fl. Sicul. Suppl. 191. — Bth. l. c. 742. — Ebracteata, dense villoso-hirsuta: foll. oblongis crenato-dentatis in petiolum attenuatis, floralib. calyces aequantib.; verticillastris a basi approximatis

in spicam elongatam; dentib. calycinis spinosis pungentib., supremo ovato. 2? — Habitus *S. Romanae*, sed rami pauci erecti v. nulli, verticillastri confertissimi, utplurimum ab ipsa caulis basi in spicam 2–6–pollicarem dispositi, dentes calycini spinula brevi terminati. — In pascuis maritimis Siciliae prope Seceiara.

40. S. MONTANA Linn. Spec. plant. 802. — Jacq Flor. Austr. V. 16. t. 434. — Bth. l. c. 583. — Ascendens: caule laxe piloso–lanato; foll. oblongo–lanceolatis, basi angustatis, floralib. aristatis subdentatis; calycis viridis glabriusculi subbilabiati dentib. omnib. ovatis aristato–mucronatis, demum patentibus. ⊙ — Habitus fere *S. Romanae*, sed elatior, verticillastris numerosioribus et dentibus calycinis omnibus subaequalibus distinctissima. Dentes 3 superiores minus profunde fissi quam inferiores. Corollae labium superius integrum subconcavum. — *Hesiodia bicolor* Moench, Meth. plant. 392. — *Hesiodia montana* Dumort. Florul. Belgic. 44. — Habitat in Europae australis, praesertim orientalis et Asiae mediae arvis, in Hispania?, Galliae australis montosis, Italia, Sicilia, Dalmatia, Syria prope Aleppo, in Tauris, Caucaso et in Tschingistan deserti Soongarico–Kirghisici.

41. S. REMOTA D'Urv. in Mém. Soc. Linn. Par. 392. — Bth. l. c. — Ramis elongatis divaricatis subvillosis lanatisve; foll. oblongo–lanceolatis, basi angustatis, floralib. obtusis muticis subdentatis; calycis laxe lanati subbilabiati dentib. omnib. ovato–lanceolatis aristato–mucronatis, demum patentibus. ⊙ — *S. montanae* valde affinis, sed distincta videtur habitu validiore et praesertim calycibus lana laxa alba nec pilis longis patentibus vestitis. Forsan *S. montanae* mera varietas. — *S. lanata* Hochst. et Steud. Plant. exsicc. (non Linn.) — *S. montana* Sibthrp. et Sm. Flor. Graec. VI. 42. t. 551. (non Linn.) — Habitat in Archipelagi Graeci insulae Samos collibus, in collinis et montosis Smyrnae et in siccis petrosisque Graeciae.

† *Species non satis notae.*

42. S. ROSEA Desf. in Ann. mus. Par. X. 302. † t. 24. — Bth. l. c. 584. — Villosa: foll. ovato–oblongis obtusis sessilib. crenatis; florib. geminis axillarib.; calycib. muticis. 2 — Tota planta tomento tenui adpresso canescens, habitu et foliis *Teucrio Scordio* similis. Caulis erectus ramosus tetragonus 8–12–pollicaris. Folia parum distantia, 6–10 lin. longa, 4–5 lata. Flores subsessiles. Calyx dilatatus, bracteae 2 lanceolatae, dentes 5 ovati acuti aequales mutici. Corolla pallide rosea, tubus calycem aequans, labium superius fornicatum obtusum integrum, inferius obtuse trilobum, lacinia intermedia apice dilatata, lateralibus multo latior. Stamina intra tubum inclusa. — Habitat in Aegypto.

43. S. TOMENTOSA Ucria mss. ex Guss. Prodr. flor. Sicul. Suppl. 192. — Bth. l. c. 742. — Foll. ovato–lanceolatis dentatis incanis; florib. verticillato–spicatis; spicis foliosis. 2? — Crescit in Sicilia.

†† *Species dubiae.*

44. S. CILIATA Thunb. Flor. Japon. 245. — Bth. l. c. 584. — Herbacea: foll. ovatis serratis; bracteis ciliatis. 2? — Caulis herbaceus tetragonus erectus, uti tota planta villosus, pedalis et ultra, ramulosus. Folia petiolata ovata acuta serrata, subtus pallida, supra punctis impressis adspersa, vix pollicaria. Petiolus folio paullo brevior. Florum spicae terminales lanceolatae erectae digitales. Bracteae suborbiculatae acuminatae nervosae ciliatae imbricatae. — Habitat in Japonia.

45. *S. PARVIFOLIA Lam. Illustr. gener. plant. t. 505. fig. 2.

46. *S. PROSTRATA Zucc. ex Steud. Nom. bot. 776. (edit. 1.)

47. *S. TEUCRIIFOLIA Juss. ex Steud. l. c.

††† *Species e genere excludendae.*

S. ALOPECUROS Scop. = STACHYS ALOPECUROS.
S. BULLATA H. B. Kth. = SPHACELE BULLATA.
S. CALYCANTHA Bieb. = STACHYS LAVANDULAEFOLIA.
S. DECUMBENS Thunb. = STACHYS LAMARCKII.
S. HERACLEA Col. = STACHYS HERACLEA.
S. HIRSUTA Gou. = STACHYS RECTA.

S. HIRSUTA Sieb. = STACHYS ITALICA.
S. OCYMASTRUM Gou. = STACHYS HIRTA.
S. PALLIDA Thunb. = STACHYS ROSMARINIFOLIA.
S. PANICULATA H. B. Kth. = SPHACELE PANICULATA.
S. PLUMOSA Thunb. = STACHYS INTEGRIFOLIA.
S. RUGOSA Thunb. = STACHYS BURCHELLII.
S. SALVIAEFOLIA H. B. Kth. = SPHACELE SALVIAEFOLIA.

3057. MARRUBIUM *Linn.*

(Linn. Gener. plant. no. 721. — Meisn. Gener. plant. vascular. I. 237. II. 169. — Bth. Labiat. gener. et spec. 585. et 742.)

Sectio I. LAGOPSIS Bunge. mss. ex Bth. l. c. 586.

Calycis dentes quinque. Corollae tubus exannulatus, labium superius integrum. Folia rotundata palmatifida.

1. M. INCISUM Bth. l. c. 586. — Foll. rotundatis subpalmato-lobatis incisis, utrinq. subviridib.; bracteis setaceis; calycib. glabris v. vix tomentosis, dentib. 5 setaceis; corollae labio superiore oblongo integro. ♃ — Caules adscendentes 3–6-pollicares, obtuse tetragoni, tenuiter pubescentes. Folia circumscriptione orbiculata, profunde incisa, lobis obtusis latiusculis, utrinque viridia v. subtus pallida, tenuissime pubescentia. Verticillastri 6–10-flori. Calyces et bracteae fere *Leonuri Marrubiastri*. Corolla extus villosula albida, calyce dimidio longior. Species *Leonuris* affinis, sed genitalia et achaenia omnino *Marrubii*. — *Leonurus supinus* Willd. Spec. plant. III. 116. — Habitat in Sibiria orientali, Dahuria et in China prope Peking.

2. M. ERIOSTACHYUM Bth. l. c. † — Foll. rotundatis palmato-lobatis incisis, utrinq. viridib.; bracteis rigidis subulatis; calycib. dense lanatis, dentib. 5 subulatis spinescentib.; corollae labio superiore abbreviato integro. ♃ — Caules ascendentes semipedales, acute tetragoni, superne lana longa laxa vestiti, basi glabrati. Folia caulina pauca longe petiolata, limbo vix pollicari crassiusculo, utrinque tenuiter pubescente, subtus nervoso, fere ad basin 5–7-partito, lobis incisis, laciniis latis obtusis, floralia minora minus incisa angustiora magis pubescentia, at omnia viridia, flores excedentia. Verticillastri sub-10-flori, infimi distincti, superiores in spicam densam lana longa alba laxa obtectam approximati. Bracteae subulatae rigidae subspinescentes. Calyces sessiles ample tubulosi, dentes recti erecti v. per anthesin patentes parum inaequales. Corolla *M. lanati*. — *Leonurus eriostachys* Turczan. mss. — *Lagopsis viridis* Bunge mss. — Habitat in Asia Sibirica ad fines Mongholiae.

3. M. LANATUM Bth. l. c. 587. † — Foll. rotundatis inciso-lobatis, utrinq. albo-lanatis; bracteis setaceis; calycib. densissime lanatis, dentib. 5 subulatis subspinescentib.; corollae labio superiore abbreviato integro. ♃ — Caules e basi crassa perenni numerosi decumbentes, apice adscendentes albo-lanati. Folia forma *M. eriostachyos*, at minus profunde incisa rugosiora et utrinque lana brevi laxa albida obtecta. Verticillastri in spicas oblongas approximati, densissime lanati. Bracteae uti dentes calycini subulatae, apice subspinescentes. Corollae vix e tubo calycis exsertae nigro-fuscae, extus villosae, labii inferioris laciniae uti labium superius integerrimae. Annulus intra tubum nullus. Stamina superiora brevissima, inferiora duplo longiora, at tubo breviora. Antherarum loculi divergentes. Stylus staminibus superioribus longior, inferioribus brevior, lobi breves obtusi aequales. Achaenia oblonga, basi angustata, apice obtusa nec truncata. — *Moluccella Marrubiastrum* Steph. in Mém. soc. nat. Mosc. II. 8. — Ledeb. Icon. pl. flor. Ross. Alt. illustr. t. 150. — *Lagopsis incana* Bunge mss. — Habitat in alpibus Altaicis, in apricis lapidosis ad Tschujam fluvium.

4. M. FLAVUM Wiprs. mss. — Foll. cordatis 3–5-partitis cauleq. albo-villosis, laciniis cuneatis 3–5-fidis; verticillastris subspicatis lanuginosis; labii inferioris corollae lobo medio plano emarginato. ♃? — Planta humilis 2–3-pollicaris.

M. lanato quam maxime affine, tamen minus villosum, foliis profundius incisis, segmentis cuneatis paucidentatis, corollis flavis et labii inferioris lacinia media marginibus non inflexa atque emarginata differt. — *Lagopsis flava* Karel. et Kiril. Bullet. de Moscou XV. 425. — Crescit in glareosis summarum alpium Alatau ad fontes fluvii Sarchan.

Sectio II. MARRUBIUM Bth. l. c. 587.

Calycis dentes 5–10. Corollae tubus subannulatus, labium superius emarginatum v. bifidum. Folia rotundata v. ovata crenata v. rarius incisa.

5. **M. VAILLANTII** Cosson et Germain, Annales des sc. nat. (2. Sér.) XX. 293. t. 15. — Caulib. erectis ramosis; ramis erectis albo–lanatis; foll. rugosis, basi cuneatis, sensim in petiolum longum attenuatis, apice palmato–incisis, lobis integris v. grosse dentatis inaequalib., supra subviridib., subtus albo–lanatis, inferiorib. 5–7–lobatis, floralib. 3–5–lobatis, glomerulos longe superantib.; glomerulis (verticillastris) axillarib. multifloris; bracteis subulatis calycem subaequantib.; calyce villoso–lanato, laciniis 10–15 et ultra subulatis, apice glabris uncinatis; corollae tubo subannulato, labio superiore bifido, lobis magis minusve divergentib., labio inferiore obscure trilobo, lobo medio latiore emarginato, lateralib. saepe inaequalib. v. evanidis. ♃ — *Marrubium folio palmato v. digitato* Vaill. Herb. — Crescit rarissime in Gallia (Etréchy prope Etampes).

6. **M. ALYSSON** Linn. Spec. plant. 815. — Bth. l. c. † — Foll. subrotundatis, basi cuneatis inciso–crenatis lobatisve, utrinq. mollissime albo–villosis; bracteis subnullis; calycib. lanatis, dentib. 5 rigidis patentib.; corollae labio superiore brevi emarginato–bifido. ♃ — Caules crassi semipedales v. vix pedales, basi ramosi adscendentes, lana densa adpressa induti. Folia omnia basi cuneiformia integerrima, apice obtuse et profunde crenata v. lobata, venis subtus valde elevatis subplicata, utrinque pilis mollissimis albidis subsericeis vestita, floralia omnia conformia, floribus duplo et ultra longiora. Verticillastri secus ramos fere a basi dispositi, omnes distantes, saepius 10–15–flori. Bracteae subnullae. Calyces sessiles rigidi tubulosi, extus sericeo–lanati, fauce intus lana clausa, dentes lanceolati pungentes duri stellato–patentes. Corolla minuta, limbus dentibus calycinis brevior, labia subaequalia, superius emarginato–bifidum. — *M. plicatum* Forsk. Fl. Aegypt. Arab. 213. — Habitat in regione mediterranea, in Hispania, Sardinia, Apulia et prope Alexandriam.

7. **M. PERSICUM** C. A. Meyer, Enum. pl. Cauc. Casp. 95. — Bth. l. c. — Foll. orbiculatis crenatis, utrinq. niveo–lanatis; bracteis subnullis; calycib. lanatis, dentib. 5 rigidis patentib.; corollae labio superiore oblonga, apice bifido. ♃ — Habitus, folia et inflorescentia fere *M. vulgaris*, sed ex omni parte lana candidissima vestitum. Flores fere *M. Alyssi*, at in verticillastro numerosiores. Calyx minor, densius lanatus. Corolla parum major. — Habitat in Persiae Caspicae locis siccis lapidosis montium Talysch prope pagum Swant.

8. **M. COERULESCENS** Desf. Cat. hort. Par. (edit. 3.) 305. — Bth. l. c. 588. — Caule elato albo–lanato; foll. ovatis, apice crenatis vix rugosis, supra viridib., subtus canescentib.; bracteis exteriorib. calyce breviorib.; calycib. albo–lanatis, dentib. 5 subulatis rectis patentib.; corollae galea oblonga, apice bifida. ♃ — Caules 2–3–pedales erecti. Folia forma *M. Astracanici*, sed juniora subtus albo–tomentosa v. lanata, adulta fere glabra parum rugosa. Flores minores laxiores. Calyces fructiferi fere *M. Alyssi*. — Habitat in Persia.

9. **M. CATARIAEFOLIUM** Desr. in Lam. Dict. III. 717. — Bth. l. c. — Caule cano–tomentoso; foll. ovatis crenatis subrugosis pubescentib., subtus canescentib.; bracteis exteriorib. calyce breviorib.; calycib. cano–tomentosis, dentib. 5 brevib. rigidis patentissimis recurvis; corollae galea oblonga, apice bifida. ♃ — *M. Astracanico* affine, sed erectius ramosius cano–tomentosum, nec lanatum, nec villosum. Verticillastri numerosiores minores. Flores minores et folia diversa. Corollae albae. — Habitat in Cappadocia.

10. **M. ASTRACANICUM** Jacq. Icon. plant. rar. I. 11. t. 100. — Bth. l. c. † — Rchb. Plant. critic. III. 61. t. 270. — Caule laxe villoso sublanato; foll. ovatis, apice crenatis bullato-rugosissimis, utrinq. villosis viridib. v. vix subtus canescentib.; bracteis exteriorib. calyce breviorib.; calycib. pubescentib., dentib. 5 brevib. acutis rectis v. subrecurvis; corollae galea oblonga, apice bifida. ♃ — Habitu inter *M. candidissimum* et *M. leonuroidem* media. Caulis pars inferior et foliorum inferiorum pagina inferior pilis longis mollissimis vestitae. Folia multo rugosiora quam in *M. leonuroide*, basi rotundata integerrima, apice grosse 6–12-crenata. Verticillastri dense multiflori. Calyces apice molliter villosi. Corolla rubra v. alba. — Habitat in Oriente, in montium altiorum Talysch campis, in Cashmeria, nec circa Astracan.

11. **M. KOTSCHYI** Boiss. Diagnos. plant. nov. orientat. V. 33. — Inferne lana grisea densissima vestitum, superne brevius crispo-lanatum, demum glabrescens: caulib. ascendentib. subsimplicib.; foll. surculorum sterilium petiolo lanato suffultis sericeis ovato-oblongis crenulatis, caulinis petiolatis breviter griseo-tomentellis ovatis oblongisq. cuneatis obtuse dentatis, floralib. oblongis in petiolum attenuatis verticillastros superantib.; verticillastris plurib. remotis pluriflоris densis; bracteis subulatis incurvis tubum calycinum aequantib ; calycis tomentoso-grisei dentib. triangularib. spinulosis aequalib. rectis, tubo quadruplo breviorib.; corollae tomentellae calyce duplo longioris tubo subexserto, labio superiori ad tertiam partem bilobo, inferioris longioris lobo medio majori rotundato-ovato. ♃ — Caules sesquipedales graciles. A *M. Astracanico* differt dentibus calycinis tubo quadruplo brevioribus rectis nec tubum dimidium aequantibus subpatulis. — Crescit in monte Gara Kurdistaniae.

12. **M. ROTUNDIFOLIUM** Boiss. l. c. † — Caulib. albo-tomentosis, basi ascendentib. erectis simplicissimis; foll. utrinq. indumento denso pannoso griseo vestitis, facie superiori eleganter nervoso-reticulatis, inferiorib. petiolatis, caulinis sessilib. v. subsessilib., omnib. suborbiculatis, basi rotundatis subcordatisve, margine rotundato-crenulatis, floralib. verticillastris duplo longiorib.; verticillastris 4–3-nis valde remotis pluriflоris densis; bracteis subulatis calycem dimium aequantib.; calycis breviter tomentosi dentib. villo occultatis subulatis spinulosis rectis inaequalib., tubo quadruplo breviorib.; corollae pallide violaceae tomentosae calyce subduplo longioris tubo incluso, labio superiori ad tertiam partem usque bifido, lobis rotundatis, inferiori breviori, lobis aequilongis, intermedio paullo latiori. ♃ — Caules pedales v. sesquipedales, folia diametro pollicari v. sesquipollicari. Verticillastri 2–3 poll. distantes. — Crescit in pratis alpinis Tmoli orientalis supra Philadelphiam.

13. **M. LUTESCENS** Boiss. l. c. 34. † — Totum indumento flavo denso longo adpresso molli flavescens, praeterea secus caules et petiolos lana alba longa floccosa, demum evanescente obsitum: caulib. ascendentib. caespitosis, superne oppositе ramosis; foll. inferiorib. petiolatis ovato-rotundis, superiorib. ovato-cuneatis breviter petiolatis v. sessilib., floralib. capitula paullo superantib., omnib. obsolete denticulatis, superne longe et adpresse sericeo-flavis nervoso-pictis, subtus brevius pilosis rugoso-reticulatis; verticillastris paucifloris ad apicem ramorum et caulis in racemos magis minusve densos foliis mixtos approximatis; bracteis subulatis paucis, exteriorib. tubum calycinum aequantib.; calycis crispo-hirsuti dentib. e basi lanceolata subulatis spinulosis rectis, tubo quadruplo breviorib.; corollae tomentellae calyce sesquilongioris labio superiori brevi, ultra tertiam partem bilobo, inferioris aequilongi lobis lateralib. oblongis, medio longiori ovato-retuso. ♃ — Caules ascendentes, superne opposite ramosi, ramis multis abbreviatis, pedales, folia majora 9–12-linearia, 6–8 lin. lata, superiora basi valde cuneata, verticillastri 10–12-flori, rarius distantes. — Crescit in pratis alpinis Tmoli supra Philadelphiam.

14. **M. CRASSIDENS** Boiss. l. c. 35. † — Totum indumentuo denso adpressissimo cano-tomentosum: caulib. erectis simplicib.; foll. radicalib. petiolatis ovatis, basi

breviter cuneatis, utrinq. canis reticulato-venosis crenulatis, caulinis floralibq. oblongis, basi valde attenuatis subsessilib. v. sessilib. profundius dentatis, his deflexis verticillastros multifloros densos globosos remotos superantib.; bracteis subulatis calyce breviorib.; calyce tomentoso sulcato radiatim decemdentato, dentib. patulis subrecurvis rigidis subulatis, tubum dimidium subaequantib. alternis paullo breviorib., fauce albo-plumosa; corolla tomentella parva calyce subbreviori, labio superiori paullo longiori ad medium usque bilobo, inferioris trilobi lobis ovatis, intermedio vix aliis longiori latiorique. ♃ — Caules 1½–2-pedales, folia radicalia 8–9 lin., caulina pollicem v. amplius longa, verticillastri 2–3 poll. remoti. — Crescit in Kurdistaniae monte Gara.

15. M. GLOBOSUM Montbr. et Auch. Ann. sc. nat. (2. Sér.) VI. 53. — Ramis elongatis villoso-tomentosis, basi lanatis; foll. obovatis cuneatis subrotundisve, utrinq. velutino-villosis v. infimis lanatis; verticillastris globosis multifloris; calycib. velutino-villosissimis, dentib. brevissimis subulatis rigidis subpatentib.; corollae galea oblonga, apice bifida. ♃ — Habitus et color *M. velutini*, sed folia saepius angustiora, flores multo minores et dentes calycis subglobosi intus lana flavescente omnino reconditi. Corolla albida? — In Asia minori.

16. M. LEONUROIDES Desr. in Lam. Dict. III. 715. — Bth. l. c. 588. † — Rchb. Plant critic. III. 84. t. 299. — Caule sublanato; foll. ovatis subrotundatisve grosse inciso-crenatis molliter pubescentib., subtus v. utrinq. canescentib.; bracteis exteriorib. calyce vix breviorib.; calycib. albo-lanatis, dentib. 5 subulatis recurvo-patentib.; corollae galea oblonga, apice bifida. ♃ — Caules e basi ramosa erecti v. adscendentes subsimplices, plerumque vix pedales crassi tetragoni, saepius breviter albo-lanati. Folia inferiora subrotunda, superiora ovata, floralia suprema ovato-lanceolata, omnia crenaturis latis profundis obtusissimis inaequalibus notata, molliter rugosa. Verticillastri magnitudine *M. vulgaris*. Dentes calycini breves. Corollae purpurascentes. — *M. Astracanicum* M. Bieb. Fl. Taur. Cauc. II. 52? et auct. plur. — *M. affine* Hornem. Hort. Hafn. 556? — Habitat in Caucasi promontorio et in regione subalpina frequens et prope Astracan.

17. M. PLUMOSUM C. A. Meyer, Enum. plant. Cauc. Casp. 96. — Bth. l. c. 589. † — Foll. rotundatis inciso-lobatis, utrinq. molliter villosis subcanescentib.; calycib. molliter villosissimis, dentib. 5 bracteisq. subulatis plumosis; corollae galea oblonga, apice bifida. ♃ — Caules adscendentes tetragoni, tomento brevi conspersi v. pilis laxis pubescentes. Folia fere *M. lanati*, lobis brevibus obtusis integerrimis, medio saepius majore, floralia conformia, flores excedentia. Verticillastri fere pollicem diametro distantes multiflori. Bracteae calycem aequantes. Dentes calycini tubo parum breviores, demum stellato-patentes. Corolla vix dentibus calycinis longior, labium superius oblongo-lanceolatum, inferioris laciniae laterales lanceolatae, intermedia latissima emarginata. — Habitat in Caucasi regione alpina orientali.

18. M. VELUTINUM Sibthrp. et Sm. Flor. Graec. VI. 49. t. 561. — Bth. l. c. † — Ramis elongatis tomentosis, basi lanatis; foll. orbiculatis crenatis, basi subcuneatis, utrinq. velutino-villosis; verticillastris amplis multifloris; calycib. tomentoso-pubescentib., dentib. 5 bracteisq. subulatis rigidis rectis v. demum patentib.; corollae galea oblonga bifida. ♃ — Affine *M. candidissimo*, a quo differt praecipue colore totius plantae et forma foliorum. Caules sesquipedales, lana in parte inferiore laxissima albida vestiti, superne obtuse tetragoni, tomento brevi flavescente. Folia vix pollicaria, latitudine longitudinem aequante, crassa rugosa mollia, inferiora petiolata, floralia subsessilia. Inflorescentia et flores fere *M. candidissimi*, at corollae dentibus calycinis breviores. — *Stachys candida* Bory et Chaub. Flor. du Peloponn. 719. † t. 20? (cf. pag. 843. no. 130.) — Habitat in monte Parnasso.

19. M. SUPINUM Linn. Spec. plantar. 816. — Bth. l. c. 742. — Ramis albo-lanatis; foll. ovato-rotundatis molliter villosis subviridib. v. subtus albo-lanatis crenatis bullato-rugosissimis; verticillastris multifloris; calycib. villosis, dentib. 5–10 subulatis rigidis rectis erectis v. demum patentib.; corollae galea oblonga, apice

bifida. ♃ — Species inter *M. candidissimum* et *vulgare* media. Flores priores cum foliis posterioris. An hybrida hortensis? — Crescit.....?

20. M. CANDIDISSIMUM Linn. l. c — Bth. l. c. 589. † (excius. syn. Linn.) — Ramis elongatis subramosis albo-lanatis; foll. ovatis crenatis mollissime cano-villosis v. albo-lanatis; verticillastris maximis multifloris; calycib. albo-villosis lanatisve, dentib. saepissime 5 subulatis rigidis patentib.; corollae galea oblonga, apice bifida. ♃ — Caules crassi, basi procumbentes, apice ascendentes parum ramosi 1–2-pedales. Folia circiter pollicaria, lana in pagina superiore sericea, in inferiore densiore, interdum subfloccosa, adulta rarius viridia pubescentia. Verticillastri remoti ampli 20–50-flori. Bracteae subulatae rigidae, pleraeque calyces aequantes. Calyx saepe ultra 4 lin. longus, dentibus longis saepius inaequalibus, demum stellato-patentibus rectis v. vix recurvis, in exemplaribus sylvestribus constanter 5-dentatus, in cultis rarius 6–10-dentatus. Corolla albida, dentibus calycinis parum longior. — *M. peregrinum* Rchb. Plant. critic. IV. 10. t. 332. (non Linn.) — *M. catariaefolium* Rchb. l. c. 10. t. 313. (non Desr.) — *M. setaceum* Desr. in Lam. Dict. III. 717? — *M. incanum* Desr. l. c. 716. — *M. uncinatum* Hornem. Hort. Hafn. 968? — *M. flexuosum* Moench, Meth. plant. 399? — *M. odoratissimum* Pourr. ex Steud. Nom. bot. 510. (edit. 1.) — Habitat in Europa australi, in Hispania, Gallia australi?, Italia, Dalmatia, Istria, Carinthia et in Persicae Caspicae montibus Talysch.

21. M. SERICEUM Boiss. Elench. plant. nov. Hisp. no. 165. et Voyage bot. dans le midi de l'Esp. 508. no. 1355. † t. 148. — Totum adpresse argenteum: caulib. elongatis ascendentib.; foll. inferiorib. basi cordatis, omnib. orbicularib. rotundato-crenatis rugoso-plicatis; verticillastris remotis; bracteis subulatis; calycis hispidissimi dentib. setaceis subaequalib. rectis; corollae violaceae galea oblonga bifida, labii inferioris lobo intermedio rotundo non plicato. ♃ — Caules plures basi prostrati, dein erecti 1–3-pedales quadrangulares infra densissime tomentosi. Folia utrinque adpresse sericeo-tomentosa. Verticillastri 5–6 villosissimi multiflori valde remoti in spicam saepe pedalem approximati. Corolla pallide violacea, extus adpresse hirta. — *Marrubium Hispanicum sericeum incanum Alyssi Clusii congener, flore purpurascente* Tournef. Herb. — Crescit in pinguibus regionis montanae superioris et alpinae Sierra Nevada in Hispania australi.

22. M. PEREGRINUM Linn. Spec. plant. 815. — Jcq. Flor. Austriac. t. 160. — Bth. l. c. 590. † — Humile divaricato-ramosum: foll. oblongis cano-tomentosis; verticillastris pauciforis; calycib. tomentosis, dentib. 5 lanceolato-subulatis erectis v. vix patentib.; corollae galea oblonga bifida. ♃ — Caules vix pedales paniculato-ramosi, obtuse tetragoni, uti foliorum pagina utraque et calyces tomento brevi canescentes, nec lanati, nec villosi. Folia breviter petiolata ½–1½-pollicaria, basi integerrima cuneata, in medio et apice serraturis v. crenis brevibus notata, floralia conformia minora, at omnia flores excedentia. Verticillastri in axillis foliorum superiorum dispositi, saepius 4–6-flori, rarius 10-flori. Bracteae subulatae muticae tomentosae, exteriores calyce dimidio breviores. Calyces sessiles 10-nervii, apice truncati, dentibus e basi sublanceolata subulatis inaequalibus, sinubus rarissime hinc inde in dentem sextum v. septimum minimum productis. Corollae albidae dentes calycinos breviter excedentes. In exemplaribus hortensibus statura interdum sesquipedalis, foliis majoribus apice subincisis. — *M. Creticum* Mill. Dict. no. 3. — Rchb. Plant. critic. III. 74. t. 288. — *M. pauciflorum* Wallrth. Schedul. critic. 295. — *M. angustifolium* Moench ex Steud. Nom. bot. 510. edit. 1. — Habitat in Europa praesertim austro-orientali et Asiae mediae apricis, in Germania prope Halam, in Austria, Transylvania et Moravia, in Graecia et insulis Archipelagi, in agro Byzantino, inter Smyrnam et Bursam et in regione Tauro-Caucasica.

23. M. PANNONICUM Clus. ex Rchb. Flor. Germ. excurs. 335. — Bth. l. c. † — Ramis divaricatis subramosis; foll. ovatis oblongisve cano-tomentosis v. molliter villosis, floralib. omnib. flores duplo superantib.; verticillastris multifloris, omnib.

distantib.; calycib. cano-tomentosis, dentib. 6–10 subulatis demum patentib.; corollae galea oblonga, apice bifida. ♃ — Species *M. peregrino* affinis et etiam ad *M. vulgare* quodammodo accedens. Tomentum *M. peregrini* v. vix densius. Folia latiora quam in *M. peregrino*, angustiora et acutiora quam in *M. vulgari*. Verticillastri secus ramos distantes plerumque 12–15-flori. Bracteae calycem aequantes. Calyces *M. peregrini*, sed dentes 6–10 longiores acutiores et saepius demum patentes subrecurvi. Corolla *M. peregrini*. — *M. paniculatum* Desr. in Lam. Dict. III. 716? — Rchb. Plant. critic. III. 86. t. 300. — *M. peregrinum* Spreng. Fl. Hal. t. 6. (non Linn.) — *M. remotum* Kit. in Schult. Oesterr. Fl. II. 161. — *M. rubrum* Roth, Nov. plant. spec. 250? — Habitat in Germania prope Halam, in Hungaria, Moravia, Austria et Transylvania.

24. M. RADIATUM Delile mss. ex Bth. l. c. 501. — Ramis divaricatis subramosis cano-tomentosis; foll. ovatis oblongisve cano-tomentosis v. molliter villosis, floralib. supremis calyces vix superantib.; verticillastris multifloris laxiusculis, supremis approximatis; calycib. parvis tomentosis, dentib. 6–10 elongatis subulatis rectis stellato-patentib. subspinescentibus. ♃ — Affine *M. Pannonico*, sed foliis calycibusque minoribus et characteribus supra notatis satis distinctum. — Habitat in regione mediterranea?

25. M. CUNEATUM Russ. Nat. hist. Alep. II. 255. — Bth. l. c. — Caule basi albo-lanato, apice pubescente; foll. ovato-cuneatis rugosissimis, supra viridib., subtus canescentib., floralib. parvis vix calyces excedentib.; calycib. parvis tomentosis, dentib. 10 brevib. subrecurvo-patentib. mutieis. ♃ — Caules circiter pedales tenuiores quam in caeteris speciebus, parce ramosi. Folia ½–1-pollicaria angustiora quam in sequente, superiora multo minora. Verticillastri numerosi, inferiores remoti, superiores approximati. Calyces vix 2 lin. longi. Corollae parvae albidae? — Habitat in Syria prope Aleppo.

26. M. VULGARE Linn. Spec. plant. 816. — Bth. l. c. — Ramis albo-lanatis; foll. ovatis rotundatisve molliter villosis subviridib. v. subtus albo-lanatis crenatis; verticillastris multifloris; calycib. villoso-lanatis, dentib. 10 subulatis recurvo-patentib.; corollae galea oblonga, apice bifida. ♃ — Caules basi ramosi erecti adscendentes v. rarius decumbentes crassi duri 1½–2-pedales, lana densa alba in parte caulis superiore adpressa, in inferiore laxa obtecti. Folia saepius fere orbicularia v. rhomboidea, basi nonnunquam cordata, margine duplicato- v. inaequaliter crenata, saepe undulato-crispa, superficie rugosissima, nunc utrinque viridia, nunc supra velutino- v. sericeo-villosa, subtus magis minusve albo-lanata, in var. *β.* utrinque lana longa alba densissima obtecta, floralia conformia minora, sed omnia verticillastros excedentia, basi magis minusve petiolata. Verticillastri distantes, dense 20–30-flori. Bracteae lineari-subulatae lanatae, calyces aequantes, apice saepius acumine brevi subrecurvo glabro terminatae. Calyces sessiles, nunc breviter pubescentes, nunc dense albo-lanati, dentibus saepissime apice hamatis, rarius rectis. Corollae parvae albae. — *M. hamatum* H. B. Kth. Nov. gen. et spec. plant. II. 310. — *M. Germanicum* Schrank ex Steud. Nom. bot. 510. (edit. 1.)

β. lanatum: foliis densius albo-lanatis. — *M. Apulum* Ten. Fl. Neap. t. 154. — Habitat in Europae omnis et Asiae mediae ruderatis, ad vias etc. et ex Europa allata in America septentrionali et australi.

† *Species non satis notae.*

27. M. CIRCINNATUM Desr. in Lam. Dict. III. 717. — Bth. l. c. 502. — Foll. circinnatis exquisite crenatis rugosissimis; dentib. calycinis subulatis erectis villosis. ♃ — Caules tetragoni tomentosi. Folia orbicularia, regulariter crenata crassa, tomento molli lucido vestita, fere sesquipollicem lata, petiolis brevibus canaliculatis. Bracteae setaceae villosae, calyces subaequantes. Flores albi videntur sessiles numerosi. Calyx tubulosus tomentosus. Corollae tubus calycis tubum paullo superans, labium superius profunde bifidum. — Habitat in Oriente?

28. M. PARVIFLORUM Fisch. et Mey. Indx. semin. hort. Petropolit. 1835. 33. — Bth. l. c. 743. — Perenne: foll. pubescentib. rugosis ovato-oblongis crenatis, subtus cauleq. erecto ramoso (basi) albo-tomentosis; bracteis setaceis calycem aequantib.; dentib. calycinis denis setaceis mucronatis rectis patentissimis, tubo subbreviorib.; corolla calycem vix superante. ♃ — A *M. peregrino* L. dignoscitur indumento non sericeo et dentibus calycinis semper 10 corolla fere longioribus. Corolla alba, galea bifida, lobis conniventibus obtusis. — *M. peregrinum* C. A. Mey. Enum. pl. Caspic. Caucas. no. 830. — Crescit in montibus Talysch.

29. M. PROPINQUUM Fisch. et Mey. l. c. — Perenne villoso-canescens: caule ramoso suberecto; foll. rugosis petiolatis grosse crenatis, inferiorib. suborbiculatis, mediis obovatis, summis cuneatis; bracteis setaceis calyce subbreviorib.; dentib. calycinis villosis setaceis mucronatis patentissimis rectis, tubo duplo breviorib.; tubo corollae exserto, galea brevi. ♃ — *M. leonuroidi* affine, sed caulis ramosior villosissimus, folia cinerea rugosa, summa non oblonga sed distincte cuneata, flores multo minores violacei, calycis tubus brevior, apice haud constrictus, galea abbreviata. A *M. plumoso* neglectis aliis notis jam primo adspectu dignoscitur corollae tubo exserto. — Crescit in montibus Talysch.

†† *Species omnino ignotae.*

M. CINERASCENS Fisch.
M. UNDULATUM Sieb.

††† *Species e genere excludendae.*

M. ACETABULOSUM Linn. = BALLOTA ACETABULOSA.
M. AFRICANUM Linn. = BALLOTA AFRICANA.
M. CINEREUM Desr. = BALLOTA HIRSUTA.
M. CRISPUM Desr. = BALLOTA HIRSUTA.
M. CRISPUM Linn. = BALLOTA AFRICANA.
M. HIRSUTUM Willd. = BALLOTA HIRSUTA.
M. HISPANICUM Linn. = BALLOTA HISPANICA.
M. HUMILE Desf. = BALLOTA RUGOSA.
M. INDICUM Burm. = ANISOMELES OVATA.
M. MICROPHYLLUM Desr. = BALLOTA MICROPHYLLA.
M. MOLLISSIMUM Don. = LEUCAS LANATA.
M. NIGRUM Crantz. = BALLOTA NIGRA.
M. ORIENTALE Spr. = BALLOTA ORIENTALIS.
M. PSEUDODICTAMNUS Linn. = BALLOTA PSEUDODICTAMNUS.
M. RUGOSUM Desr. = BALLOTA RUGOSA.
M. RUGOSUM Russ. = BALLOTA SAXATILIS.
M. RUPESTRE Biveb. = BALLOTA HISPANICA.
M. SAXATILE Raßn. = BALLOTA HISPANICA.
M. SCROPHULARIAEFOLIUM Lag. = BALLOTA HISPANICA.
M. THOUINI Schult. = BALLOTA AFRICANA.
M. UNDULATUM Fresen. = BALLOTA UNDULATA.

Subtribus IV. BALLOTEAE Endl. Gener. plant. pag. 627.

Calycis limbus dilatatus v. sex-decemdentatus, nunc ore truncato inter dentes submembranaceo v. latissime membranaceo-campanulatus. Corollae labium superius saepe compresso-galeatum. Stamina e corollae tubo exserta.

3058. BALLOTA *Linn.*

(Linn. Gener. plant. no. 720. — Meisn. Gener. plant. vascular. I. 298. II. 196. — Bth. Labiat. gener. et spec. 592. et 743.)

Sectio I. BERINGERIA Bth. l. c. 594.

Bracteae oblongae v. subulatae molles. Calycis limbus 6–20-dentatus v. crenatus.

1. B. AFRICANA Bth. l. c. † — Hirsuta: foll. orbiculatis irregulariter crenatis, supra v. utrinq. viridib.; calycis limbo patente orbiculato dilatato, dentib. subdecis

breviter setaceis; corollae galea ovata; staminib. vix e tubo exsertis. 2. — Caules erecti pedales tetragoni, pilis patentibus hirsuti. Folia longiuscule petiolata, limbo pollicari, crenaturis obtusis v. rarius acutis, utrinque pubescentia hirsuta v. subtus sublanata, floralia conformia, petiolo flores saepius superante. Verticillastri globosi multiflori distantes. Bracteae subulatae, calycem aequantes. Calyces 4 lin. longi, pubescentes v. hirsuti, tubo 10-angulato plicato, limbo late campanulato v. subrotato, dentibus 5 majoribus longius acuminatis, 5 v. interdum circiter 10 minoribus muticis v. brevius acuminatis. Corolla fere glabra, dentibus calycinis parum longior, labium superius breve latum erectum integrum v. breviter emarginatum, inferioris laciniae laterales ovatae obtusae, media late rotundato-cuneata emarginata. — *Marrubium Africanum* Linn. Spec. plant. 816. — *Pseudodictamnus emarginatus* Moench ex Steud. Nom. bot. 663. (edit. 1.) — *Marrubium crispum* Linn. l. c. 674. — *Marrubium Thouini* Schult. ex Syll. pl. soc. Ratisb. II. 23. — Habitat in Africa australi ad Caput bonae spei.

2. B. PSEUDODICTAMNUS Bth. l. c. † — Albo-lanata: foll. orbiculatis integerrimis v. obscure crenatis crassis lanatis; calycis limbo patente dilatato lanato 5-10-crenato. ♄ — Frutex bipedalis, rami elongati, uti folia et calyces lana densa floccosa obtecti. Folia vix pollicaria, basi late cordata, breviter petiolata, floralia conformia, flores excedentia. Verticillastri dense multiflori distantes. Bracteae oblongo-spathulatae obtusae, exteriores tubum calycis aequantes. Calycis limbus demum fere 5 lin. diametro, venis sub lana omnino reconditis. Faux villis clausa. Corolla alba rubro-maculata, tubo intus transversim piloso-annulato, labio superiore elongato incurvo subfornicato, extus villoso, in parte superiore intus pilis longis barbato, apice bifido, inferiore patente superiori aequilongo, laciniis lateralibus brevibus, intermedia duplo longiori bifida, lobis oblongis obtusis. — *Marrubium Pseudodictamnus* Linn. Spec. pl. 817. — Sibth. et Sm. Flor. Graec. VI. 50. t. 562. — *Beringeria Pseudodictamnus* Necker ex Link, Handb. 478. — Habitat in Creta.

3. B. UNDULATA Bth. l. c. 595. † et 743. — Hirsuta: foll. orbiculatis crenatis, utrinq. villosis rugoso-crispis; calycis limbo patente orbiculato tubo subbreviore crasso tomentoso-villoso, margine undulato-crispo 10-20-crenato, crenaturis muticis. 2. — Rami, folia et calyces pilis patentibus pluribus glanduliferis hirsuta nec lanata. Folia caulina vix pollicem diametro, floralia minora, superiora calycibus breviora. Verticillastri multiflori, at minus densi quam in *B. Pseudodictamno*. Bracteae breves lineari-spathulatae. Calyces demum semipollicares. Tubus intus glaber, nervis elevatis laevibus, extus basi vix striatus, apice uti basis limbi profunde 10-striatus subplicatus, faux villis clausa. Limbus demum 4-5 lin. diametro, uti folia crassus rugosus, margine undulato-crispus. Corollae tubus intus annulatus, galea oblonga, latior quam in *B. Pseudodictamno*, apice vix emarginata, labii inferioris laciniae laterales ovatae, intermedia latissima emarginata. — *Marrubium undulatum* Fresen. Mus. Senkenberg. I. 92. — In Arabiae deserto Sinaico.

4. B. ACETABULOSA Bth. l. c. 595. — Hirsuta v. sublanata: foll. orbiculatis crenatis, supra villosis, subtus albo-lanatis; calycis limbo patente tubo longiore membranaceo reticulato sublanato, margine sub-20-crenato, crenaturis muticis. 2. — Caulis bipedalis, basi perennis, rami pilis longis laxis hirsuti v. sublanati. Folia saepe 1½-2 pollices diametro, supra rugosa, pilis longis hirsuta viridia, lana subtus floccosa, floralia suprema vix calyces excedentia. Verticillastri fructiferi fere sesquipollicem diametro. Bracteae exteriores petiolatae oblongo-spathulatae, tubum calycis aequantes, interiores subulatae. Calyces basi albo-villosi v. lanati. Limbus demum 9-10 lin. diametro, circumscriptione quinquangulatus, crenaturis latis brevibus obtusis v. acutiusculis. Corollae galea vix emarginata, labii inferioris laciniae latiores quam in *B. Pseudodictamno*, angustiores quam in *B. undulata*. — *Marrubium acetabulosum* Linn. Spec. plant. 817. — *Marrubium Pseudodictamnus* Steud. et Hochst. Pl. exs. un. itin. (non Linn.) — *Beringeria acetabulosa* Necker ex Lnk. Handb. 478. — *Marrubium suffruticosum* Mill. Dict. no. 9. — Habitat in Graeciae insulis frequens et in Oriente prope Smyrnam.

5. **B. AUCHERI** Boiss. Diagnos. pl. nov. orientat. V. 39. — Tota pilis patulis, aliis glandulosis intermixtis hispida: foll. breviter petiolatis suborbiculatis, basi truncatis ovatisve circumcirca dentato-crenatis, crenis rotundatis; verticillastris multifloris, foliis ea aequantib. suffultis; bracteis linearib. tubum calycinum aequantib.; calycis tomentosi tubo costato, limbo patente tubum dimidium aequante subaequedecimdentato, dentib. triangulari-lanceolatis acutis alternatim minoribus.; corollae hispidae limbo a calyce incluso. ♃ — In Persiae australis monte Perezend.

6. **B. MOLLISSIMA** Bth. l. c. 595. † — Caule albo-lanato; foll. late ovatis obtusis, utrinq. canescentib. v. albidis, supra velutinis, subtus subfloccoso-lanatis; calycis limbo patente tubum subaequante villoso-tomentoso, margine breviter 10-dentato, dentib. latis acutis vix mucronulatis. ♃ — Lana caulis brevis velutina v. rarius floccosa. Folia angustiora quam longa, regulariter crenata, utrinque mollissima, inferiora sesquipollicaria, suprema et ramealia minora, at omnia calyces excedentia. Verticillastri densi multiflori. Bracteae numerosae spathulatae acutae. Calycis limbus demum 4-5-pollicaris plicato-rugosus tomentosus. Corolla *B. Pseudodictamni* albida. — An *B. hirsutae* varietas? — *Marrubium scrophulariaefolium, cinereum* etc. Hortul. — *Marrubium Hispanicum* Linn. Herb. (vix Spec. 816. non Auct. recent.) — Habitat in Hispania?

7. **B. HIRSUTA** Bth. l. c. — Hirsuta v. sublanata: foll. orbiculatis crenatis, supra hirsutis, utrinq. viridib. v. subtus albo-lanatis; calycis limbo patente tubum subaequante hirsuto, margine breviter 10-dentato, dentib. latis acutis v. mucronulatis. ♃ — Habitus et folia *B. acetabulosae*, a qua differt calycis limbo minore hirsutiore, 10- nec 20-dentato, minus membranaceo. In var. *β.* caulis pilis numerosis patentibus hispidus et dentes calycini acutiores. Bracteae in utraque varietate exteriores spathulatae, interiores subulatae. A *B. Hispanica* differt folia orbiculatis et calycis forma. — *Marrubium hirsutum* Willd. Spec. plant. III. 113. — *Marrubium crispum* Desr. in Lam. Dict. III. 719?

β. hispida: viridior hirsutior. — *Marrubium cinereum* Desr. in Lam. Dict. III. 719? — In Africa boreali prope Magador et Carthaginem?, *β.* in Hispania.

8. **B. MICROPHYLLA** Bth. l. c. 596. — Tomentosa: foll. subcordato-ovatis maxime crenulatis; calyce infundibuliformi; bracteis spathulatis acutis. ♃ — Caules tetragoni subflexuosi. Folia subsessilia mollia crassa, tenuissime et regulariter crenulata, 7-8 lin. longa, circiter 4 lata. Verticillastri e floribus numerosis sessilibus constantes, bracteis numerosis spathulatis calyci aequilongis intermixtis. Calyces fructiferi venosi subvillosi, limbus semipatens, dentibus 10 acutis, quorum 5 minores. — *Marrubium microphyllum* Desr. in Lam. Dict. III. 720. — Habitat in Oriente.

9. **B. RUGOSA** Bth. l. c. — Caule pubescente sublanato; foll. ovatis obtusis crenatis rugosis, utrinq. cano-tomentosis; verticillastris pauciforis; calycis limbo brevi subpatente, dentib. denis brevib. mucronulatis. ♃ — Caules humiles, tomento brevi induti. Folia vix semipollicaria, subtus saepe albo-lanata. Verticillastri 4-6- rarius sub-10-flori. Bracteae breves lineares. Calyces forma *B. Hispanicae*, sed cano-tomentosi nec hirti, profunde striati. Corolla *B. acetabulosae*, sed glabrior. — *Marrubium rugosum* Desf. Cat. hort. Par. (ed. 3.) 395. — *Marrubium humile* Desf. l. c.? — Habitat in Oriente?

10. **B. OBLIQUA** Bth. l. c. — Caule cano-pubescente; foll. ovatis crenatis rugosis, supra canescentib., subtus albo-lanatis; verticillastris pauciforis; calycis limbo brevi inaequaliter dilatato, dentib. denis mucronatis. ♃ — Omnes partes *B. saxatilis* duplo majores. Calyces 4-5 lin. longi, limbo saepius uno latere tantum producto et dilatato. — *Marrubium rugosum* var. Russ. Herb. — Habitat in Syriae montibus inter Aleppo et Antiochiam.

11. **B. SAXATILIS** Sieb. mss. ex Bth. l. c. — Hirsuta: foll. ovatis orbiculatisve crenatis crassis rugosis, utrinq. hirtis viridib. v. subtus albidis; verticillastris pauciforis; calycis limbo brevi subpatente, dentib. denis mucronatis. ♃ — Caulis

basi lignosus videtur. Rami divaricati v. procumbentes, pilis longis mollibus villosi v. sublanati. Folia inferiora pollicaria, floralia vix semipollicaria. Verticillastri ut in *B. rugosa* pauciflori. Bracteae minutae. Calyces hirsuti profunde striati. Affinis *B. rugosae*, a qua differt hirsutie et corollis minoribus. — *Marrubium rugosum* Russ. Nat. hist. Alep. II. 255. — Habitat in Syria prope Aleppo, in Palaestina prope Hierosolyma.

12. B. RUSSELLIANA Bth. l. c. 507. — Caule vix pubescente; foll. ovatis obtusis integerrimis rugosis, supra viridib., subtus albidis; verticillastris pauciflоris; calycis limbo brevi subpatente, dentib. 6—10 acutis v. breviter mucronulatis. ♃ — Affinis *B. saxatili*, sed follis omnibus integerrimis et ramulis minimis hirsutis distincta. Folia vix semipollicaria, basi cordata, supra pubescentia. — Habitat in Syria prope Aleppo.

13. B. HISPANICA Bth. l. c. — Hirsuta: foll. ovato—cordatis, superiorib. saepius acutis v. omnib. obtusis, rarius rotundatis, utrinq. hirsutis viridib. v. subtus canescentib.; calycis limbo brevi subpatente, dentib. denis setaceo—mucronatis. ♃ — Caules erecti bipedales et ultra, pilis mollibus patentibus hirsuti. Folia saepius bipollicaria, exacte cordiformia crenata rugosa mollia, floralia minora, at flores excedentia. Verticillastri 20—30-flori densi. Bracteae lineares v. exteriores subspathulatae, uti calyces virides hirsutissimae. Limbus calycis vix tertiae parti tubi aequalis. Corolla *B. acetabulosae*. — *Marrubium Hispanicum* Linn. Spec. plant. 816. — *Marrubium rupestre* Biv. Manip. II. t. 1. — *Marrubium scrophulariaefolium* Lag. — *Pseudodictamnus acutus* Moench, Meth. plant. 399. — *Marrubium saxatile* Rafin. — In Hispania, Sicilia, Italia australi et Dalmatia.

Sectio II. BALLOTA Bth. l. c. 507.

Bracteae lineari—subulatae molles. Calycis limbus 5—dentatus.

14. B. NIGRA Linn. Spec. plant. 814. — Rchb. Plant. critic. VIII. 30. t. 773. — Bth. l. c. † — Hirsuta v. glabrata: foll. ovatis, basi truncatis, utrinq. viridib. magis minusve hirtis; calycis limbo suberecto, dentib. 5 basi dilatatis, apice subulato—mucronatis. ♃ — Herba erecta, 2—3—pedalis. Caules, folia et calyces viridia, nunc fere glabra, saepius pubescentia, rarius hirsuta. Folia inferiora latiora obtusa subrotunda, superiora acutiora, floralia omnia flores excedentia. Verticillastri multiflori laxiusculi, cymis praesertim in inferioribus breviter pedunculatis. Bracteae lineari—subulatae, calyces aequantes v. iis breviores. Calyces 4 lin. longi, tubo striato, limbo forme valde variabili, nunc patente dilatato 5—angulato, angulis brevissime mucronatis, nunc vix aucto, dentibus 5 e basi lanceolato—subulatis vix patentibus. Corollae tubus intus brevissime piloso—annulatus, labiis brevioribus quam in praecedentibus, superiore obtuso integro v. emarginato. — *B. alba* Linn. l. c. 814. — *B. foetida* Lam. Fl. Fr. II. 361. — Reichb. l. c. 30. t. 775. — *B. vulgaris* Lnk. — *B. borealis* Schweigg. ex Reichb. l. c. 30. t. 776. — *B. ruderalis* Spr. Fl. Hal. 101. — *B. sepium* Paulet in Pers. Enchirid. II. 125. — *B. rubra* Schrad. — *Marrubium nigrum* Crantz, Stirp. Austr. 272. — Habitat in Europae totius ruderatis frequens, in Tauria et Caucaso.

15. B. URTICAEFOLIA Ortm. ex Reichb. Plant. critic. VIII. 30. t. 774. — Gracilis: foll. ovatis argute et profunde serratis; calycis dentib. erectis lineari—setaceis tubum aequantibus. ♃ — Tri— quadripedalis et ultra, reliquis *(B. nigra)* longior tenuior viridis, vix aut minus pubescens. Folia circuitu exacte *Urticae urentis*, primordialia tantum cordata. — Habitat in Bohemiae et Saxoniae ruderatis et ad muros.

Sectio III. ACANTHOPRASIUM Bth. l. c. 508.

Bracteae subulatae rigidae spinaeformes. Calycis limbus 5—10—dentatus.

16. B. PERSICA Bth. l. c. † — Foll. cuneiformib. dentatis; bracteis spinaeformib.; calycis limbo membranaceo dilatato breviter 5—10—dentato. ♄ — Frutex simillis *B. frutescenti*, ramis simplicibus erectis glaberrimis albicantibus. Spinae 5—12 ad singula genicula inaequales simplicissimae patentes, basi saepe cohaerentes.

Folia cuneiformia, basi integerrima, apice serrata, serraturis spinulosis tomentosis, quae in *M. frutescente* muticae. Calyx regularis 5-fidus, laciniis obovatis scariosis obtusis cum tribus mucronibus, quae in fructu ovato-acuminatae. Corolla planiuscula glabra. — ***Moluccella Persica*** Burm. Fl. Ind. 128. t. 38. fig. 2 — Habitat in Persia.

17. B. LIMBATA Bth. l. c. 743. † — Canescens: foll. oblongis integerrimis, basi cuneatis; bracteis spinaeformib.; calycis limbo inaequaliter membranaceo-dilatato subdecemdentato. ♁ — Bipedalis erecta ramosissima, rami juniores villosuli, demum glabrati. Folia ½–1-pollicaria uninervia, utrinque canescentia, suprema vix calyces superantia, basi latiora. Verticillastri axillares distantes sexflori. — Crescit in Indiae orientalis septentrionalis montibus, in glareosis lapidosis editioribus juxta Pindaden Khan.

18. B. SPINOSA Link, Handb. 475. — Bth. l. c. † — Foll. ovatis integerrimis v. inciso-dentatis, utrinq. viridib.; verticillastris paucifloris; bracteis spinaeformib. rectis; calycib. hirtis, limbo suberecto, dentib. 5–10 e basi dilatata subulatis subspinosis; corollae galea hirsutissima. ♁ — Fruticulus pedalis erectus ramosus, rami vix tetragoni, pilis brevibus mollibus villosi. Folia petiolata, vix pollicaria, caulina inferiora integerrima obtusa, superiora acutiora, dentibus utrinque 1–2 profundis instructa, floralia conformia, suprema minora acutiora at flores superantia, omnia utrinque villosa concolaria. Verticillastri subsexflori distantes. Bracteae paucae, calyce parum breviores patentes glabrae laeves, in ramis adultis persistentes. Calyces breviter pedicellati, 4–5 lin. longi striati villosi, dentibus 5 e basi ovata subulatis subspinosis 1–5, aliis minoribus subconformibus e sinubus ortis. Corollae tubus intus annulatus, galea brevis fornicata integra, extus pilosissima, labium inferius galeae subaequilongum, lobis oblongis, medio latiore emarginato. Species bracteis *Molucçellae*, corolla *Leucadi* affinis. Calyx et genitalia omnino *Ballotae*. — ***Moluccella frutescens*** Linn. Spec. plant. 821. — ***Beringeria frutescens*** Reichb. Fl. Germ. exc. 325. — Habitat in montibus Pedemontii et Galloprovinciae.

19. B. INTEGRIFOLIA Bth. l. c. 599. † — Fruticosa pubescens: foll. ovatis integerrimis v. rarius paucicrenatis, utrinq. viridib.; bracteis spinaeformib. reflexopatentib.; calycis limbo dilatato subpatente 5-dentato; corollae galea glabriuscula. ♃ — Habitus *B. spinosae*, a qua differt ramis longioribus, foliis saepius integerrimis, spinis validioribus brevioribus saepius recurvis, calycibus longioribus, limbo ampliore constanter 5-dentato. Corollae ex icone Florae Graecae albae, lineis purpureis striatae, vix calyces excedentes, labium superius oblongum integrum extus pubescens, inferioris lobus medius emarginatus. — ***Moluccella frutescens*** Sibth. et Sm. Flor. Graec. VI. 55. t. 568. — Habitat in insula Cypro.

20. B. FORSKAHLEI Bth. l. c. — Involucris palmato-filiformib.; foll. ovatis serratis. ♃ — Flores albi, labium superius hirsutum, praesertim margine, at intus apice emarginatum, dorso elevato-striatum. Erucae saepe findunt arrodendo labii inferioris lobum medium. — ***Phlomis alba*** Forsk. Fl. Aegypt. Arab. 107. † — Habitat in Arabia felici.

† *Species dubiae.*

21. B. ORIENTALIS Presl, Del. Prag. 80. — Bth. l. c. 599. — Caule ramoso villoso; foll. cordato-subrotundis dentatis rugosis, subtus incano-tomentosis; bracteis linearib.; calycis rigidi dentib. 10 spinosis; galea corollae fornicata crenulata. ♃ — ***Marrubium orientale*** Spreng. — Habitat in Asia minore.

22. B. PILOSA Lour. Fl. Cochinch. 364. — Bth. l. c. — Foll. ovatis crenatis tomentosis; verticillastris pilosis; calycib. 10-dentatis. ♃ — Caulis perennis, 4-pedalis erectus debilis tetragonus striatus pilosus ramosus. Folia ovata acuta crenata tomentosa. Flos albus bilabiatus, verticillastris axillaribus pilosis. Calyx tubulosus recurvus 10-sriatus, limbo 10-dentato dentibus acutis reflexis. Corollae labium superius integrum fornicatum, inferius patens trifidum. — Verosimiliter *Leucadis* species. — Habitat in Cochinchina.

23. *B. DISCOLOR Desf. ex Steud. Nom. bot. 99. (edit. 1.)
24. *B. PARVIFOLIA Desf. ex Steud. l. c.

†† *Species e genere excludendae.*

B. CINEREA Don. — ROYLEA ELEGANS.
B. DISTICHA Linn. — ANISOMELES OVATA.
B. DISTICHA Rodsch. — HYPTIS PECTINATA.
B. LANATA Linn. — LEONURUS LANATUS.
B. MAURITIANA Pers. — ANISOMELES OVATA.
B. SUAVEOLENS Linn. — HYPTIS SUAVEOLENS.
B. SUAVEOLENS Rodsch. — HYPTIS PECTINATA.

3659. LASIOCORYS *Bth.*

(Bth. Labiatar. gener. et spec. 600. — Meisn. Gener. pl. vascul. I. 288. II. 196.)

1. L. CAPENSIS Bth. l. c. † — Foll. subintegerrimis; verticillastris 2–4-floris; dentib. calycinis tubo dimidio brevioribus. ♁ — Frutex divaricato-ramosus, rami juniores tetragoni, brevissime candido-tomentosi, adulti teretes, vix canescentes glabrati. Folia in ramulis subfasciculata subsessilia oblonga v. cuneiformia obtusa v. mucronulata integerrima, basi angustata, tomento tenuissimo subsericeo canescentia v. demum glabrata, vix 3–4 lin. longa, floralia conformia. Verticillastri saepius bifiori. Bracteae nunc brevissimae subnullae, nunc calycis quartam partem aequantes setaceae rigidae recurvae, interdum subspinescentes. Calyces subsessiles, tomento tenui subsericei, dentibus obtusis v. mucrone brevi terminatis. Corolla albida? Styli lacinia superior saepius brevissima. — Habitat ad Caput bonae spei.

2. L. ABYSSINICA Bth. l. c. † — Foll. apice dentatis; verticillastris 6–10-floris; dentib. calycinis subulato-acuminatis, tubum subaequantibus. ♁ — Habitus *L. integrifoliae*, rami tenuiter pubescentes. Folia longiora quam in *L. integrifolia* viridiora, apice saepius dentibus paucis instructa. Bracteae parvae subulatae rigidiusculae. Verticillastri irregulariter 6–10-flori. Calyces 10-nervii, vix tomentosi, dentibus acutissimis tubo fere aequalibus. Styli lacinia superior inferiore dimidio brevior. — *Leucas quinquedentata* Br. App. to Salt. Abyss. — Habitat in Abyssinia.

3660. ROYLEA *Wall.*

(Wall. Plant. Asiatic. rarior. I. 57. — Meisn. Gener. plant. vascul. I. 288. II. 196. — Bth. Labiat. gener. et spec. 601.)

1. R. ELEGANS Wall. l. c. 57. † t. 74. — Bth. l. c. † — Frutex ramosissimus erectus, 3–5-pedalis. Rami patentes paniculati, obsolete quadrangulares, tomento cinereo brevi denso vestiti. Folia copiosa petiolata ovata acuta, leviter subcordata, grosse et obtuse serrata, 1–1½-pollicaria, utrinque parce pilosula, supra viridia, subtus incana, floralia conformia, gradatim minora, at omnia calyces excedentia. Verticillastri laxe 6–10-flori, cymis breviter pedunculatis, pedicellis brevissimis. Bracteae parvae subulatae. Calyces tomentoso-pubescentes, demum 7–8 lin longi cano-pubescentes, tubo cylindrico 10-striato, limbo tubum aequante. Corollae ex albo dilutissime roseae. — *Phlomis calycina* Roxb. Fl. Ind. III. 11. — *Ballota cinerea* Don, Prodr. fl. Nep. 111. — Habitat in Indiae orientalis montibus Sirmorensibus et in Deyra Dhoon, inter Hurdwar et Srinaghur, in montibus Syen et Jounsar in jugo Himalayensi.

3661. OTOSTEGIA *Bth.*

(Bth. Labiat. gener. et spec. 601. — Meisn. Gener. plant. vascular. I. 288. II. 196.)

1. O. MICROPHYLLA Boiss. Diagnos. plant. nov. orientat. V. 39. — Caulib. fruticosis ramisq. velutinis; spinis axillarib. patulis albidis tomentellis acerosis; foll. parvis ovato-cuneatis in petiolum brevem attenuatis, superne brevissime 5–7-dentatis, dentib. obtusis spinula terminatis, utrinq. rugosissimis velutinis cano-

griseis; florib. in axillis supremis glomeratis verticillatis, spinis eos paullo superantib., basi suffultis; calycis tubo velutino 10-costato, limbo membranaceo dilatato reticulato-venoso parce hirtello bilabiato, labio superiori oblongo, basi attenuato, apice spinuloso, tubi longitudine, inferiori multo ampliori ovato rugoso-plicato sublobato, circumcirca nervis excurrentib. spinuloso; corollae labii superioris calycem superantis galea albo-hirsutissima. ♁ — Spinae semipollicares, folia cum petiolo 4-6 lin. longa, 2-3 lata. — Crescit in Persia australi.

2. O. AUCHERI Boiss. l. c. 40. † — Caulib. frutiosis ramisq. elongatis quadrangularib., sub lente parsissime hirtellis glabrisve; spinis axillarib. patulis tenuib. glabriusculis; foll. paucis facile deciduis parvis sessilib. ovatis oblongisve spinuloso-mucronatis integerrimis carnosulis hirtellis; florib. in axillis superiorib. verticillatim dispositis, spinis basi suffultis; calycis glabri tubo conico viridi coriaceo striato, limbo bilabiato, labio superiori viridi ovato-triangulari obtusiusculo mucronulato calyce dimidio breviori, labio inferiori valde membranaceo-dilatato albo reticulato-veneso trilobo, lobis lateralib. ovatis mucronulatis, labio superiori aequalib., intermedio tubum aequante subquadrato, transverse latiori plano integro v. obsolete lobato, corollae labium superius calycis vix superantis galea albo-hirsuta bidentata. ♁ — Spinae axillares 4 lin. longae, folia 5-7 lin. longa, 3 lin. lata. — Crescit in Persia australi.

3. O. INTEGRIFOLIA Bth. l. c. 602. † — Foll. oblongis integerrimis, utrinq. subsericeo-tomentosis; calycis labio superiore ovato integro. ♁ — Rami obtuse tetragoni sulcati subsericeo-pubescentes. Folia basi angustata, apice obtusa, utrinque et in *Atriplice Halimo* canescentia, juniora ramis abortientibus in axillis fasciculata, spinis duabus subulatis rectis patentibus glabris in axilla quaque ad basin ramuli. Verticillastri plures in racemum terminalem dispositi, foliis floralibus caulinis conformibus. Bracteae lanceolatae rigidae integerrimae subpalaceae pubescentes, apice spinosae, calycis tubum aequantes. Calyx *O. scariosae*, sed paulo major, tubo villosiore. — *Moluccella integrifolia* R. Br. App. to Salt Abyss. — Habitat in Abyssinia.

4. O. SCARIOSA Bth. l. c. † — Foll. ovatis dentatis rugosis, utrinq. viridib.; calycis labio superiore ovato integro. ♁ — Frutex habitu fere *Royleae*. Rami tetragoni, tomento brevi pubescentes. Folia breviter petiolata, vix pollicaria, basi rotundato-cuneata, supra glabra v. tenuissime pubescentia, subtus tenuiter tomentosa concoloria v. juniora canescentia. Verticillastri pauci multiflori laxi, cymis brevissime pedunculatis. Bracteae lineares, tubo calycis parum breviores, canescenti-pubescentes. Calycis tubus striatus villosus, 4-5 lin. longus, labium superius vix 1½ lin. longum, inferius tubo aequilongum late ovatum, margine integerrimum subcrenatum. Corollae galea labio calycis paulo longior. — *Moluccella scariosa* R. Br. App. to Salt Abyss. — *Clinopodium fruticosum* Forsk. Fl. Aegypt. Arab. 107. — *Phlomis moluccoides* Vahl, Symb. I. 62. t. 14. — Habitat in Arabia felici et in Abyssinia.

5. O. REPANDA Bth. l. c. — Foll. ovatis dentatis rugosis, subtus cano-tomentosis; calycis labio superiore brevi triangulato. ♁ — Affinis *O. scariosae*, differt ramis foliisque villosis, foliis subtus dense cano-tomentosis, calycibus villosioribus et labii superioris forma. — *Moluccella repanda* R. Br. App. to Salt Abyss. — Habitat in Abyssinia.

3662. LEUCAS *R. Br.*

(R. Br. Prodr. flor. Nov. Holl. 504. — Meisn. Gener. plant. vascul. I. 268. II. 196. — Bth. Labiat. gener. et spec. 602. et 744.)

Sectio I. **HEMISTOMA** Ehrenb. mss. ex Bth. in Wall. Pl. As. rar. I. 60.

Calyx tubulosus, ore obliquo, latere inferiore producto, supra fisso. Verticillastri globosi multiflori. Bracteae numerosae, calycem aequantes.

1. L. INDICA R. Br. Prodr. fl. nov. Holl. 504. — Bth. Labiat. gen. et spec. 605. † — Herbacea: caule foliisq. subtus dense sericeo-tomentosis; verticillastris multiforis globosis; calycib. villosulis membranaceis, ore obliquo, infra producto,

supra fisso, dentib. 3 inferiorib. brevib. setaceis, superiorib. evanidis. ♃ — Caules humiles subsimplices, pilis brevibus mollibus subsericeis vestiti. Folia breviter petiolata late ovata acutiuscula, grosse serrato-crenata, basi rotundata mollia rugosa, supra viridia villosa, subtus pilis albidis sericeis vestita, floralia conformia, flores excedentia, suprema ex apice verticillastri supremi eminentia. Verticillastri pauci distantes, ultra pollicem diametro. Bracteae numerosae, lineares v. subulatae acutae villosae. Calyces floriferi bracteis breviores, fructiferi longe producti, fere pollicares, 10-nervii, valde obliqui, supra profunde fissi. Corolla calycem breviter excedens, densissime albo-villosa. — *Phlomis Indica* Linn. Spec. plant. 820. — Habitat in insulis Madagascaria et Johanna.

2. L. URTICAEFOLIA R. Br. l. c. — Bth. l. c. † — Herbacea, tenuissime canescenti-tomentosa: verticillastris multifloris globosis; calycib. villosulis membranaceis, ore obliquo, infra producto, supra fisso, dentib. 8–10 brevissimis setaceis. ♃ — Habitus et inflorescentia *L. Indicae*. Caules semipedales v. vix pedales, basi decumbentes ascendentes, parum ramosi, tomento tenui canescentes. Folia petiolata late ovata, grosse serrato-crenata, basi rotundato-cuneata tenuia, utrinque tomento tenuissimo subcanescentia, demum glabrata, floralia conformia, flores excedentia, suprema sterilia. Verticillastri vix pollicem diametro, globosi densi distantes. Bracteae lanceolato-lineares acutae ciliatae numerosae adpressae, calyces aequantes. Calyces forma *L. Indicae*, sed minores, dentibus longius mucronulatis. Corollae albae, tubo tenui, intus omnino nudo. Galea brevis integra, labio duplo longior, lobi laterales ovales obtusi, medius maximus substipitatus emarginatus bifidus, laciniae latae obtusae. — *Phlomis urticaefolia* Vahl, Symbol. bot. III. 76. — *Leucas affinis* R. Br. in App. to Salt Abyss. — *Hemistoma ovatum* Ehrenb. mss. — Habitat in Indiae orientalis peninsula, ad Lohargong in Bundelkund et ad ripas fluminis Jumna, in Abyssinia et in Arabia.

Sectio II. LOXOSTOMA Bth. Labiat. gener. et spec. 606.

Calyx tubulosus, ore obliquo, latere inferiore magis producto. Verticillastri pauciflori. Bracteae minutae.

3. L. GLABRATA R. Br. Prodr. fl. Nov. Holl. 504. † — Herbacea glabra: verticillastris 2–4-floris secundis; calycib. glabris, ore obliquo, infra producto, supra vix fisso, dentib. 10 subulatis. ♃ — Tota planta saepe purpurascens. Caules elongati decumbentes, parce foliosi subramosi, angulis acutis subasperis, caeterum uti tota planta glabri. Folia petiolata ovata v. oblonga paucidentata, utrinque viridia pauciveuia, floralia conformia. Verticillastri axillares, 2–4-flori subsecundi. Calyces sessiles, 3–4-lineares, basi attenuati 10-striati glabri, apice purpurascentes. Corolla purpurascens? Annulus internus incompletus transversalis callosus, labium superius oblongum emarginatum, inferius patens, lobo medio late emarginato. — *Phlomis glabrata* Vahl, Symb. bot. I. 42. — Habitat in Africa austro-orientali ad sinum Delagoa, in Arabia felici.

Sectio III. PHYSOLEUCAS Bth. l. c. 744.

Calyx inflatus, ore contracto aequali. Verticillastri 6–10-flori. Bracteae minutae.

4. L. INFLATA Bth. l. c. 744. — Fruticosa: foll. sessilib. orbiculatis, basi subcordatis, utrinq. hirsutis viridib., floralib. conformib.; verticillastris 6–10-floris subspicatis; bracteis minutis; calycib. ovato-inflatis striatis, dentib. demis brevib. erectis, fauce intus subnuda. ♄ — Crescit in deserto Arabiae.

Sectio IV. ORTHOLEUCAS Bth. in Wall. Pl. As. rar. I. 61. et Labiat. 606.

Verticillastri laxiusculi, saepe pauciflori. Bracteae minutae v. paucae setaceae, rarissime calyces subaequantes. Calyx tubulosus v. subcampanulatus striatus, ore aequali v. vix obliquo, fauce subnuda, dentibus 10 erectis subulatis v. brevissimis setaceis.

5. L. CHINENSIS R. Br. l. c. — Bth. l. c. † — Suffruticosa?: ramis sericeo-tomentosis; foll. late ovatis grosse dentatis rugosis villosis, subtus albidis; verticillastris pauciforis; bracteis minutis; calycib. tomentosis infundibuliformib., limbo

aequali demum dilatato acute 10-dentato. ♃ — Habitus *L. montanae*, *lanatae* etc. Rami divaricati v. procumbentes, apice ascendentes tetragoni, pilis reflexis adpressis vestiti. Folia breviter petiolata vix pollicaria, basi rotundato-truncata, floralia conformia, omnia mollissime villosa, supra viridia. Verticillastri ante anthesin 6-10-flori, sed flores plerique abortiunt et 2 v. 3 tantum maturescunt. Calyces fructiferi semipollicares reflexi, tomento pallide villosi, forma *Ballotae vulgaris*, sed characteres corollae et genitalium omnino *Leucadis*. — *Phlomis Chinensis* Retz. Obs. II. 19. — Habitat in China et in Indiae orientalis peninsula.

6. L. MONTANA Spr. Syst. veget. II. 742. — Bth. l. c. 607. † — Perennis v. suffruticosa: ramis sericeo-tomentosis; foll. ovatis serrato-crenatis rugosis, supra viridib. pubescenti-hirtis, subtus albo-lanatis; verticillastris multifloris; bracteis minutis; calycib. sericeo-lanatis, ore aequali, dentib. brevissimis setaceis erectis. ♃ — Rami e basi perenni subligniosa ascendentes v. divaricati, tomento albo ut foliorum pagina inferior et calyces dense vestiti. Folia pollicaria, basi rotundato-truncata v. late cordata crassa mollia, floralia conformia. Verticillastri 15-20-flori distantes. Calyces 3 lin. longi, basi attenuati, apice 10-striati. Corolla alba, tubus intus transversim annulatus, galea densissime albo-villosa, labium galea duplo longius. — *Phlomis montana* Roth, Nov. plant. spec. 263. — Habitat in Indiae orientalis peninsula prope Maderaspatam.

7. L. OVATA Bth. in Wall. Plant. Asiat. rar. I. 61. et Labiat. 607. — Perennis v. suffruticosa: ramis sericeo-tomentosis; foll. ovatis obscure crenatis rugosis, supra viridib. pubescenti-hirtis, subtus albo-lanatis; verticillastris multifloris; bracteis minutis; calycib. pubescentib., ore aequali, dentib. brevissimis setaceis rectis. ♃ — Affinis *L. montanae* differt ramis elongatis (bipedalibus et ultra), foliis majoribus obtusissimis, margine vix late crenatis v. subintegerrimis, floralibus supremis minoribus et calycibus subviridibus pubescentibus nec sericeo-lanatis. — Habitat in regno Burmannico ad ripas fluvii Irawaddi.

8. L. LANATA Bth. l. l. c. c. — Perennis v. suffruticosa: ramis albo-lanatis; foll. ovatis subcrenatis crassis rugosis, utrinq. mollissime albo-lanatis; verticillastris multifloris; bracteis minutis v. paucis setaceis; calycib. albo-lanatis, ore aequali truncato, dentib. brevissimis setaceis erectis. ♃ — Affinis *L. montanae*, differt lana totius plantae densa candida subsericea, foliis angustioribus minus profunde crenatis. Corollae albae? — *Marrubium mollissimum* D. Don, Prodr. fl. Nepal. 112. — Habitat in Indiae orientalis vallibus provinciarum Kamaon, Sirmore et Deyra Dhoon.

9. L. MOLLISSIMA Wall. Plant. Asiat. rar. I. 62. et Bth. Labiat. 607. — Perennis v. suffruticosa: ramis tetragonis adpresse tomentoso-villosis; foll. ovatis crenatis rugosis molliter villosis, subtus pallidis v. canescentib.; verticillastris multifloris; bracteis minutis; calycib. pubescentib., ore aequali, dentib. brevissimis setaceis erectis. ♃ — Habitus fere *L. montanae*, sed saepius elatior ramosior. Folia semipollicaria v. vix pollicaria, inferiora obtusa, superiora acuta, basi rotundato-truncata v. late cordata, breviter petiolata, floralia conformia. Verticillastri numerosi distantes 10-30-flori. Calyces *L. ovatae*, 3 lin. longi, basi attenuati pubescentes striati subvirides. Corolla alba? v. saepius purpurascens, tubo intus transversim annulato. — Habitat in Indiae orientalis vallibus Nepalensibus, in jugo Punduano et in China.

10. L. HAMILTONIANA Bth. in Wall. Plant. Asiat. rar. I. 62. et Labiat. 608. — Perennis: ramis adpresse tomentoso-villosis; foll. ovatis serrato-crenatis rugosis molliter villosis, subtus canescentib. v. rufescentib.; verticillastris paucifloris; bracteis minutis; calycib. pubescentib. subincurvis, ore obliquo, dentib. brevissimis setaceis erectis. ♃ — Forsan *L. mollissimae* varietas, at differre videtur foliis majoribus acutioribus, verticillastris paucifloris et calycibus longioribus subincurvis. — Habitat in India orientali ad Monghyr.

11. L. TERES Bth. l. l. c. c. — Perennis v. suffruticosa: ramis tomentosis teretib.; foll. ovatis subcrenatis, supra viridib. pubescentib., subtus canescentib. vix

rugosis; verticillastris 6–10–floris; bracteis minutis; calycib. pubescentib., ore aequali, dentib. brevissimis setaceis erectis. ♃ — Affinis *L. mollissimae*, a qua differt ramis teretibus, foliis minoribus vix rugosis et floribus in verticillastro paucioribus minoribus. — Habitat in India orientali, in regno Burmannico ad ripas Irawaddi.

12. L. STRIGOSA Bth. l. l. c. c. — Herbacea: ramis tetragonis adpresse pubescentib.; foll. oblongo–lanceolatis vix serratis, supra viridib. strigoso–hirtis, subtus rufo–canescentib. adpresse tomentosis; verticillastris paucifloris; bracteis minutis; calycib. pubescentib., ore aequali, dentib. brevissimis. ♃? ☉? — Rami elongati ascendentes, superne paucifoliati. Folia subsessilia, inferiora pollicaria, superiora parva remota. Verticillastri remoti 2–6–flori, rarius sub–10–flori. Flores *L. pilosae*. — Habitat in India orientali prope Prome.

13. L. ANGULARIS Bth. l. l. c. c. — Herbacea procumbens: ramis acute tetragonis, angulis ciliatis subalatis; foll. breviter petiolatis ovatis crenatis rugosis, utrinq. strigoso–hispidis; verticillastris paucifloris; bracteis minutis; calycib. tubuloso–campanulatis villosis, ore aequali, dentib. setaceis. ♃ — Ab affinibus *L. strigosa* et *L. pilosa* differt foliorum forma et praesertim calycibus ut in *L. nepetaefolia* subcampanulatis. — Habitat in Zeylania.

14. L. PILOSA Bth. in Wall. Plant. Asiat. rar. I. 62. et Labiat. 609. † — Perennis erecta: ramis piloso–pubescentib.; foll. ovatis serrato–crenatis, utrinq. viridib. pilosis v. subtus canescenti–pubescentib.; verticillastris plurifloris; bracteis minutis; calycib. pubescentib., ore aequali, dentib. brevissimis setaceis erectis. ♃ — Caules in var. *α.* erecti sesquipedales, acute tetragoni virides, uti folia et calyces pilis rigidulis conspersi, in var. *β.* pilis brevibus adpressis tomentosi. Folia breviter petiolata, basi late cordata v. rotundata, saepius acuta, superiora angustiora minora, suprema vix calyces excedentia. Verticillastri 2–20–flori. Flores fere *L. mollissimae*, sed calyces parum longiores, dentibus nonnullis interdum subulatis elongatis. Corolla alba v. pallide purpurascens. — *Phlomis pilosa* Rxb. Flor. Ind. III. 12?

β. pubescens Bth. l. l. c. c. — Foliis subtus canescenti–pubescentibus. — Habitat in India orientali, *α.* in Benghalo et ad ripas Irawaddi, *β.* in Deyra Dhoun et Rajemahl.

15. L. DECEMDENTATA Sm. in Rees Cycl. ex Bth. l. c. 609. — Annua? pubescens: foll. ovatis crenatis tenuiter tomentosis, utrinq. viridib. v. subtus subcanescentib.; verticillastris multifloris, inferiorib. v. omnib. petiolo breviorib.; bracteis minutis; calycib. pubescentib. striatis, ore aequali, dentib. brevib. setaceis. ☉? — Haec etiam species *L. mollissimae* affinis est, sed constanter annua videtur. Folia tenuiora minus tomentosa et facile distinguenda petiolis floralium inferiorum semipollicaribus flores fere duplo excedentibus. — *Stachys decemdentata* Forst. Prodr. no. 326. — *Phlomis decemdentata* Willd. Spec. pl. III. 124. — *Leucas stachyoides* Spr. Syst. veget. II. 743. — Habitat in Asia orientali et in insulis oceani Pacifici, in insulis Timor, Otaheiti, Corallinis et Malden.

16. L. FLACCIDA R. Br. Prodr. flor. Nov. Holl. 505. — Bth. l. c. — Annua glabriuscula: foll. ovatis crenatis membranaceis, utrinq. viridib. glabriusculis; verticillastris multifloris petiolo breviorib.; bracteis minutis; calycib. glabriusculis, ore aequali, dentib. setaceis. ☉ — A *L. decemdentata* vix ac ne vix glabritie et foliis tenuioribus obtusioribus differt. — *Phlomis Moluccana* Roxb. Fl. Ind. III. 11. — *Leucas melissaefolia* Bth. in Wall. Plant. Asiat. rar. I. 62. — *L. parviflora* Bth. in Wall. l. c. — Habitat in Nova Hollandia tropica, in insulis Moluccis et in regno Burmannico ad ripas Irawaddi.

17. L. NEPETAEFOLIA Bth. l. l. c. c. — Herbacea? tenuiter pubescens: foll. crebris petiolatis ovato–rotundatis crenatis, utrinq. viridib. v. vix canescentib.; verticillastris paucifloris; bracteis minutis; calycib. tubuloso–campanulatis glabriusculis, ore aequali, dentib. brevib. acutis. ♃? ☉? — Species foliorum et calycis forma distinctissima. Rami obtuse tetragoni, tenuissime tomentosi v. pubescentes. Folia

longiuscule petiolata, limbo vix pollicari obtuso, basi late truncato v. subcordato, utrinque pubescente, floralia conformia. Calyces 4 lin. longi, basi attenuati virides striati, dentibus latis subaequalibus. — In Indiae orientalis peninsula.

18. L. LONGIFOLIA Bth. Labiat. 744. † — Caule herbaceo erecto villoso; foll. linearib. subintegerrimis glabriusculis; verticillastris 6–10-floris; bracteis minutis; calycib. turbinato-tubulosis, ore aequali, dentib. brevissimis setaceis rectis. ⊙? — A *L. hyssopifolia* differt calycibus rectis, a *L. angustifolia* caule erecto, foliis angustioribus longioribus minusque distantibus. Herba videtur annua parum ramosa semipedalis v. vix pedalis. Folia 2–3 pollices longa, utrinque viridia, rarissime dente uno alterove notata sessilia, basi angustata, floralia omnino conformia. Verticillastri vix semipollicem distantes. Calyces basi attenuati glabriusculi, apice striati tenuiter pubescentes. Corolla *L. hyssopifoliae*. — Crescit in India septentrionali-orientali ad vias circa Pounah.

19. L. ANGUSTIFOLIA Wall. Plant. Asiat. rar. I. 62. — Bth. l. c. 610. — Herbacea diffusa: foll. oblongo-lanceolatis v. linearib., basi angustatis glabriusculis; verticillastris 6–20-floris; bracteis minutis; calycib. tubulosis, ore aequali, dentib. brevissimis setaceis rectis. ♃ — Habitus *L. procumbentis*, sed diversa foliis multo longioribus, utrinque longe angustatis, floribus in verticillastro numerosioribus, calycibus brevioribus, dentibus brevissimis. — Habitat in Nepalia.

20. L. PROCUMBENS Desf. Mém. mus. Par. XI. 7. t. 3. fig. 2. — Bth. l. c. † — Herbacea diffusa: foll. ovato-lanceolatis subserratis glabriusculis; verticillastris 2–6-floris; bracteis minutis; calycib. tubulosis, ore aequali, dentib. lanceolato-subulatis erectis. ♃ — Tota planta fere glabra. Caules e basi crassa perenni numerosi tenues, saepe bipedales et ultra, parum ramosi tetragoni, fere glabri. Folia inferiora pollicaria et ultra, superiora semipollicaria tenuia acutiuscula, basi rotundata v. cuneata petiolata tenuia, utrinque viridia fere glabra, margine serraturis paucis notata v. integerrima. Calyces parum majores quam in *L. biflora*, fructiferi saepius reflexi. Corolla *L. biflorae*. — *Phlomis biflora* Roxb. Fl. Ind. III. 12. et Auct. plur. (non Vahl.) — *Nepeta Indica* Burm. Fl. Ind. 126. — Habitat in India orientali inferiore vulgaris, in Bundelkund, Benghale, in peninsula et in Zeylania.

21. L. BIFLORA R. Br. Prodr. fl. Nov. Holl. 504. — Bth. l. c. † — Herbacea diffusa: foll. ovatis grosse dentatis, utrinq. pubescentib.; verticillastris bifloris; bracteis minutis; calycib. tubulosis, ore aequali, dentib. subulatis. ⊙? — Rami 1–2-pedales, parum ramosi tetragoni, adpresse pubescentes v. tomentosi. Folia remota semipollicaria, utrinque viridia v. pallida, molliter pubescentia subrugosa acuta v. obtusa, floralia conformia, suprema saepe calycibus subbreviora. Flores in verticillastro bini subsessiles. Calyces fructiferi patentes v. nutantes, fere 4 lin. longi, basi angustati striati pubescentes, dentibus aequalibus v. alternis brevioribus. Corollae albae tubus intus obscure annulatus. — *Phlomis biflora* Vahl, Symb. bot. III. 77. — *Leucas foliis rotundis etc.* Burm. Thes. Zeyl. 140. t. 63. fig. 1. — Habitat in Indiae orientalis peninsula et in insula Zeylania.

22. L. BENTHAMIANA Hook. et Arn. Bot. Beech. voy. 204. — Perennis? herbacea diffusa adpresse canescenti-pubescens: ramis tetragonis; foll. late ovatis, supra medium grosse dentatis laevib., molliter ac densius pubescentib.; verticillastris sub-6–8-floris petiolum duplo v. triplo superantib.; bracteis minutis; calycib. tubulosis pubescentib. striatis, ore aequali, dentib. brevib. setaceo-acuminatis recurvo-patulis. ♃ — *Ballota pilosa* Lour. Flor. Cochinch. II. 443? — Habitat ad Canton Chinensium.

23. L. PUBESCENS Bth. l. c. 610. — Herbacea: ramis tenuiter pubescentib.; foll. ovatis crenatis, basi truncatis tenuib., utrinq. viridib. v. subtus pallide pubescentib.; verticillastris dense multifloris; bracteis subulatis, calyce breviorib.; calycis tubulosi ore aequali, dentib. subulatis rectis. ♃? ⊙? — Ab affini *L. marrubioide* differt foliis calycibusque tenuiter pubescentibus nec albo-lanatis. Folia

angustiora longius petiolata non rugosa. Bracteae breviores. Flores et inflorescentia omnino *L. marrubioidis*. — *L. marrubioides β. glabrior* Bth. in Wall. Pl. As. rar. I. 61. — Habitat in Indiae orientalis peninsula.

24. L. MARRUBIOIDES Desf. Mém. mus. Par. XI. 6. t. 3. fig. 1. — Bth. l. c. 611. † — Herbacea: ramis pubescenti-lanatis; foll. late ovatis crenatis, basi subcordatis rugosis, supra hispidis, subtus albo-lanatis; verticillastris dense multifloris; bracteis subulatis calycem subaequantib.; calycis tubulosi ore aequali, dentib. subulatis rectis. ♃? — Caules basi ramosi procumbentes, rami pedales sesquipedalesve subsimplices tetragoni, pilis albidis reflexo-patentibus praesertim in parte superiore vestiti. Folia circiter pollicaria, inferiora petiolata, floralia subsessilia et latiora, omnia basi late cordata v. truncata, crenaturis grossis obtusis v. mucronulatis. Verticillastri remoti, dense 30-flori et ultra. Bracteae et calyces pilis mollissimis sericeis villosi. Calyces 3-4 lin. longi, dentibus parum inaequalibus, faux intus nuda. Corollae albae tubus intus transversim annulatus, galea praesertim margine dense villosa, labium galea duplo longius, lobo medio latissimo emarginato. — Habitat in Indiae orientalis peninsula.

25. L. JAVANICA Bth. l. c. — Caule ramoso scandente; ramis ad angulos obverse pilosis; foll. ovatis grosse obtuse serratis, basi acutiusculis et integerrimis, utrinq. pubescentib.; verticillastris 5-10-floris; calycib. oblongis pubescentib. 10-dentatis, dentib. subulatis alternis brevioribus. ♃ ∪ — *Phlomis Chinensis* Blume, Bijdragen 829. (non Retz.)

β. foliis minoribus, utrinque molliter pubescentibus. — Habitat in Java inter frutices ad ripas fluviorum, *β.* in declivitatibus intra montem Burangrang et Tankuwan Paku.

Sectio V. ASTRODON Bth. in Wall. Pl. As. rar. I. 61. et Labiat. 611.

Calyx tubulosus, ore aequali, fauce saepius villosissima, dentibus 10, saepius maturatione stellato-patentibus. Verticillastri saepius globosi multiflori solitarii v. pauci, supremis nunc capitatis. Bracteae calycibus vix breviores.

26. L. SUFFRUTICOSA Bth. l. c. 611. — Ramis rufo-villosis, basi foliosis; foll. sessilib. oblongo-lanceolatis linearib. integerrimis, supra viridib. hispidis, subtus albo-tomentosis; bracteis subulatis; calycis rufo-villosi ore truncato villoso, dentib. brevissimis subpatentibus. ♃? ♁? — Caules e basi crassa lignosa plures ascendentes v. erecti semipedales v. vix pedales, basi foliosi, in parte superiore subnudi, pilis rufis in parte inferiore subpatentibus versus apices ramorum adpressis dense villosi. Folia 8-10 lin. longa, margine subrevoluta, basi parum angustata, supra pilis longis rigidis rufis dense hispida, subtus albo-tomentosa, nervo medio prominente hispido, floralium paria duo ad apices ramorum parum distantia, supremum saepe sterile. Verticillastri sub-10-flori. Bracteae acutae, calyce saepius dimidio breviores. Corollae *L. ternifoliae*, tubo intus exannulato. — Habitat in Indiae orientalis peninsulae montibus Nielgherri dictis.

27. L. ROSMARINIFOLIA Bth. in Wall. Plant. Asiat. rarior. I. 61. et Labiat. 612. — Suffruticosa: ramis adpresse villosis; foll. sessilib. linearib. integerrimis, supra scabro-hirtis, subtus albo-tomentosis; bracteis lanceolato-linearib; calycis villosi ore truncato villoso, dentib. brevissimis subpatentibus. ♃ — *L. suffruticosae* affinis, sed characteribus supra notatis distincta. Rami humiles, pilis vix rufescentibus. Folia pollicaria, multo angustiora quam in *L. suffruticosa*. Bracteae latiores, molliter villosae acutissimae, calyces aequantes. — Habitat in Indiae orientalis peninsula.

28. L. HELIANTHEMIFOLIA Desf. Mém. mus. Par. XI. 2. t. 1. fig. 1. — Bth. l. c. — Caule basi fruticoso; ramis sericeo-lanatis subrufescentib.; foll. oppositis sessilib. oblongo-ellipticis lanceolatisve integerrimis, utrinq. sericeis, supra viridiorib., subtus candidissimis; bracteis linearib. calyce breviorib.; calycib. sericeo-villosis, ore truncato villoso, dentib. brevissimis subpatentibus. ♁ — Vix a *L. ternifolia* differt foliis oppositis brevioribus minus candidis, ramis saepius rufescentibus. — Habitat in Indiae orientalis peninsulae montibus Nielgherri dictis.

29. **L. TERNIFOLIA** Desf. l. c. 4. t. 1. fig. 2. — Bth. l. c. 612. † — Caule basi fruticoso; ramis dense tomentosis; foll. ternatim verticillatis sessilib. oblongo-lanceolatis integerrimis, utrinq. sericeis, subtus candidissimis; bracteis linearib.; calycib. sericeo-lanatis, ore truncato villoso, dentib. brevissimis subpatentibus. ♃ — Rami teretes, lana brevi densa albida v. rufescente vestiti, uti folia ternatim verticillata. Folia 1–1½-pollicaria obtusa v. mucronulata, margine subtus recurvo, basi parum angustata, supra pilis adpressis sericeis canescentia, subtus lana brevi sericea v. subfloccosa candidissima, floralia minora, suprema vix calyces excedentia. Verticillastri pauci distincti, versus apices ramorum 10–20-flori. Bracteae numerosae, molliter sericeo-lanatae acutae muticae, calycem florentem subaequantes, fructifero breviores. Calyx late tubulosus, dentibus acutis, lana paucis subbrevioribus. Corollae galea villis albis densissime obsessa, tubus intus exannulatus. — Habitat in Indiae orientalis peninsulae montibus Nielgherri dictis.

30. **L. LANCEAEFOLIA** Desf. l. c. 5. t. 2. fig. 2. — Bth. l. c. † — Caule erecto rufo-tomentoso; foll. oblongo-lanceolatis subintegerrimis, supra viridib. pubescentib., subtus canescentib. tomentoso-pubescentib.; bracteis calyces aequantib.; calycib. rufo-villosis, ore truncato pubescente, dentib. brevissimis bracteisq. rigide mucronulatis. ♄ — Caules basi lignosi?, rami erecti duri ultra pedales, pilis adpressis rufis dense vestiti. Folia basi in petiolum brevem angustata 3–4-pollicaria, supra viridia, pilis brevissimis conspersa, subtus pilis subsericeis adpressis canotomentosa, saepissime integerrima, rarius dentibus paucis remotis notata. Verticillastri ultra pollicem diametro. Corollae galea pilis niveis dense villosa, tubus intus tenuissime pubescens exannulatus. — Habitat in Indiae orientalis peninsulae montibus Nielgherri dictis.

31. **L. STELLIGERA** Wall. Plant. Asiat. rar. I. 61. — Bth. l. c. 613. † — Herbacea erecta pubescens subcanescens: foll. oblongo-lanceolatis obtuse serratis glabris v. tenuissime pubescentib.; calycib. tomentosis, ore truncato, intus villoso, dentib. 10 bracteisq. subulatis mollib. patentib., apice revolutis. ♃ — Habitus fere *L. linifoliae*. Caules 1½-pedales et altiores, pubescentia brevissima conspersi. Folia 2–3-pollicaria penninervia, utrinque angustata, supra viridia, subtus pallida. Verticillastri saepe pollicem diametro, ad apices ramorum solitarii v. praesertim in ramos primarios 2–3 approximati. Calyces et bracteae tomento molli canescentes. Dentes calycini breves molles lineares, in calyce fructifero patentissimi, uti bractearum apices recurvo-hamati. Corolla alba, tubus intus transversim annulatus, galea pilis albis densissimis hirsuta. — In India orientali ad Aurungabad.

32. **L. LAMIIFOLIA** Desf. l. c. 4. t. 2. fig. 1. — Bth. l. c. — Herbacea rufo-villosa: foll. cordato-ovatis, supra rufo-villosis, subtus cano-tomentosis; bracteis lanceolato-linearib. calyces aequantib.; calycis sericei ore truncato aequali, intus villoso, dentib. subulatis, demum stellato-patentibus. ♃ — Caules erecti ramosi bipedales. Folia breviter crenata 2–2½-pollicaria rugosa mollia, floralia conformia multo minora. Verticillastri pauci, versus apices ramorum aequales densi multiflori. Flores *L. lanceaefoliae*. — Habitat in Indiae orientalis peninsulae montibus Nielgherri dictis.

33. **L. HIRTA** Spr. Syst. vegetab. II. 743? — Bth. l. c. † — Suffruticosa?: ramis rufescenti-villosis; foll. ovatis oblongisve subcrenatis, utrinq. viridib. hirtis; bracteis calyces aequantib.; calycib. villosis, ore truncato villosissimo, dentib. subulatis brevib. stellato-patentib. muticis. ♃ — Herba dura perennis?, basi subligniosa? saepius humilis divaricato-ramosissima, vix semipedalis, rami rarius elongati subpedales, constanter rufo-pubescentes hispidive. Folia vix pollicaria venoso-rugosa obtusa, pilis rufis rigidis magis minusve hirsuta, floralia angustiora, omnia basi rotundata v. angustata, breviter petiolata. Verticillastri saepius ad apices ramorum solitarii. Bracteae et calyces dense rufo-villosi. Pili ad faucem calycis densissimi sericei. Corollae galea pilis albis densissime obtecta, tubus intus transversim annulatus. — *Phlomis hirta* Heyne ex Roth, Nov. pl. spec. 284? — *Leucas helianthemifolia* Bth in Wall. Plant. Asiat. rar. I. 61. (non Desf.) — Habitat in Indiae orientalis peninsula.

34. L. VESTITA Bth. l. l. e. e. — Herbacea erecta: caule rufescenti-hirsutissimo; foll. ovato-oblongis crenatis hirtis viridib. v. subtus vix canescentib.; bracteis linearib. ciliato-hirtis; calycib. hirtis, ore truncato subaequali, intus hirsutissimo, dentib. subulatis vix aequalib. stellato-patentibus. ♃ — Caulis robustior quam in *L. ciliata*. Folia crassa, supra pilis rufis rigidis hirta, subtus hirta v. pilis sericeis canescentia, apice obtusa, basi rotundata v. angustata. Verticillastri demum 15 lin. diametro. Calyces dense villosi, dentes vix lineam longi, faux pilis densissimis clausa. Corollae tubus intus transversim annulatus, galea densissime rufo-hirta. — Habitat in Indiae orientalis provincia Silhet et peninsulae montibus Madurensibus.

35. L. CILIATA Bth. in Wall. Pl. As. rar. I. 61. et Labiat. 614. † — Herbacea erecta adpresse pubescens: foll. ovato-lanceolatis oblongisve serrato-crenatis, utrinq. viridib.; bracteis linearib. ciliato-hirtis; calycib. tubulosis, ore truncato aequali, intus pilosulo v. nudo, dentib. elongatis subulatis hirtis stellato-patentibus. ♃ — Herba 1–2-pedalis, caulis ramique pilis sparsis obverse adpressis pubescentes, apice subrufescentes. Folia tenuia 2–3-pollicaria, utrinque angustata, in var. *α.* fere glabra, nervis tantum rufo-pubescentibus, in var. *β.* sparse hispidula, floralia conformia, omnia basi in petiolum brevem angustata. Verticillastri pauci, versus apices ramorum distantes, fructiferi pollicem diametro. Bracteae calyces aequantes. Calyces basi glabrati, apice hirti, faux in var. *α.* fere nuda, in var. *β.* pilis conniventibus subclausa, dentes fere 2 lin. longi. Corolla *L. Zeylanicae*, tubo intus transversim annulato.

β. hirsuta: foll. obtusioribus. calycibq. hirsutioribus. — Habitat in India orientali, in Nepalia, *β.* in peninsula.

Sectio VI. PLAGIOSTOMA Bth. in Wall. Pl. As. rar. I. 60. et Labiat. 614.

Calyx turbinatus v. tubulosus, ore obliquo, supra magis producto. Verticillastri saepius globosi multiflori solitarii v. pauci, supremi nunc capitati. Bracteae calycibus aequales v. paullo breviores.

36. L. STRICTA Bth. in Wall. Pl. As. rar. I. 61. et Labiat. 614. — Herbacea erecta stricta pubescenti-hirta: foll. oblongo-lanceolatis v. linearib. subintegerrimis; verticillastris multifloris solitariis terminalib.; bracteis subulatis hirtis; calycib. hirtis substriatis, ore obliquo, dentib. subulatis striatis, demum stellato-patentibus. ♃? — Caulis erectus, parce ramosus, acute tetragonus viridis. Folia pauca remota 1–1½-pollicaria, basi angustata, utrinque viridia, nervo medio subtus prominente, floralia caulinis conformia majora. Verticillastri 1–2 capitula terminalia formantes, 15–30-flori. Bracteae subulatae, calycem florentem aequantes. Calyx fructifer elongatus, basi glaber subenervius, apice parum incurvus, ore valde obliquo, dentibus longioribus quam in caeteris speciebus hujus sectionis. Corolla *L. Zeylanicae*. — Habitat in Indiae orientalis peninsula.

37. L. ZEYLANICA R. Br. Prodr. flor. Nov. Holland. 504. — Bth. l. c. † — Herbacea erecta pubescenti-hirta: foll. oblongo-lanceolatis v. linearib. integerrimis v. pauci-crenatis; verticillastris densis multifloris dimidiatis v. subaequalib.; bracteis linearib. hirtis; calycib. basi glabris subaveniis, apice striatis subincurvis, ore obliquo, dentib. abbreviatis, supremis majoribus. ⊙ — Annua subpedalis ramosa, rami pilis patentibus hirti tetragoni virides. Folia distantia, basi in petiolum brevem angustata, apice obtuse acuminata, margine integerrima v. dentibus paucis remotis notata, utrinque intense viridia paucivenia, pilis raris pubescentia v. demum glabrata. Verticillastri 1–2, ad apices ramorum 10–20-flori, saepius nigrescentes. Calyces forma fere *L. asperae*, sed glabriores, vix apice striati, dentibus longioribus magis inaequalibus. Corolla major alba. — *Phlomis Zeylanica* Linn. Spec. plant. 820. (non Rxb.) — *Leonurus Marrubiastrum* Burm. Fl. Ind. 127. (non Linn.) — Habitat in Zeylania, in regno Pegu prope Rangoon et in Java.

38. L. DIFFUSA Bth. l. c. 615. — Herbacea diffusa pubescenti-hirta: foll. oblongis v. linearib. integerrimis; verticillastris paucifloris dimidiatis remotis; bracteis linearib. hirtis; calycib. basi glabris subaveniis, apice striatis hirtis subincurvis,

ore obliquo, dentib. brevib. vix inaequalibus. ⊙ — Rami elongati tenues, 1–1½-pedales. Folia subsessilia remota, vix semipollicaria hispidula, floralia conformia, suprema substerilia. Verticillastri remoti secundi, 4–12-flori. Bracteae paucae, calyce breviores. Calyces breves, ore truncato, dentibus brevissimis. Caeterum *L. asperae* valde affinis. — *L. dimidiata* Bth. in Wall. Pl. As. rar. (non Roth) I. 60. — Habitat in Indiae orientalis peninsula.

39. L. HYSSOPIFOLIA Bth. in Wall. Pl. As. rar. I. 60. et Labiat. 615. — Herbacea perennis multicaulis ascendens piloso-hirta: foll. oblongo-linearib. integerrimis; verticillastris densis subaequalib.; bracteis linearib. vix pilosis; calycib. glabris subaveniis v. apice vix striatis, pilis paucis hirtis, ore obliquo truncato, dentib. minutis setaceis hirtis. ♃ — Caules e basi crassa sublignosa plures adscendentes ramosi, pilis praesertim in parte superiore numerosis hirsuti, semipedales v. vix pedales. Folia 1–1½-pollicaria obtusa, basi angustata, supra et subtus ad venas pilis rigidis hirsuta, floralia conformia. Verticillastri 10–20-flori distantes. Bracteae calyces aequantes. Calyces turbinati, basi angustati incurvi, fere glabri, apice vix striati dilatati, ore truncato brevissime 10-dentato. Corolla alba? *L. Zeylanicae*, tubus intus oblique piloso-annulatus, galea calyce dimidio longior integerrima hirsutissima, labium inferius galea subtriplo longius. — Habitat in Indiae orientalis montibus Nepalensibus et Kamaonensibus et in Deyra Dhoon.

40. L. ASPERA Spreng. Syst. veget. II. 743. — Bth. l. c. — Herbacea pubescenti-hirta: foll. oblongis v. linearib. subcrenatis viridib.; verticillastris densis aequalib.; bracteis oblongo-linearib. subulatisve hirtis; calycib. basi glabris subaveniis, apice striatis subincurvis, ore obliquo, dentib. brevib. vix inaequalibus. ☺ — Herba annua, saepius erecta, semipedalis v. vix pedalis, caulis breviter hispidus v. tomentoso-pubescens, rarius glabratus. Folia distantia, breviter petiolata, integerrima v. paucidentata, floralia conformia, suprema saepe sterilia. Verticillastri plerumque 10–20-flori densi, vix semipollicem diametro. Bracteae calycem aequantes virides ciliato-hirti. Calyx ore valde obliquo sed recto, dentibus rectis. Corolla calycem breviter excedens alba, tubi annulus internus transversalis. In var. *β.* caulis strictior, folia longiora, ad apices ramorum erebriora, verticillastri parvi approximati et tota planta vix pubescens, sed vix ut species propria habenda. Caeterum haec species statura et hirsutie magnopere variat et forsan, cum *L. dimidiata* et *hyssopifolia*, *L. Zeylanicae* mera varietas est. — *Phlomis aspera* Willd. Enum. pl. hort. Berol. II. 621. — *Phlomis Plukenetii* Roth, Nov. pl. spec. 281? — *Leucas Plukenetii* Spreng. Syst. veget. II. 743? — *Phlomis esculenta* Roxb. Fl. Ind. III. 10. — *Phlomis Cephalotis* var. Blume, Bijdragen 830? — *Tumba* Rheede, Hort. Malab. X. 181. t. 91?

β. Wightiana: verticillastris parvis numerosis approximatis. — *L. Wightiana* Bth. in Wall. Pl. As. rar. I. 60. — Habitat in India orientali a Jugo Himalayensi secus flumen Jumna usque ad Allahabad, in peninsula, in insulis Mauritio et Bourbonia, in Java et in insulis Philippinis.

41. L. NUTANS Spreng. Syst. veget. II. 743. — Bth. l. c. † — Herbacea pubescens: foll. ovato-oblongis subcrenatis viridib.; verticillastris multifloris distantib.; bracteis oblongis v. lanceolatis; calycib. pubescentib. striatis, fructiferis valde elongatis incurvis, apice nutanti-reflexis, ore obliquo, dentib. linearib. brevib. vix inaequalibus. ♃ - Exemplaria suppetentia manca, sed ob calycum formam speciem distinctissimam demonstrant. Rami pubescentes v. apice hirti. Folia latiora quam in *L. aspera*, crenaturis paucis latis obscuris. Verticillastri axillares, pollicem circiter diametro. Bracteae ciliato-hirtae. Calycis pars nutans saepe parte erecta longior, apice profunde striata, dentibus acutissimis. Corolla parva. — *Phlomis nutans* Roth, Nov. pl. spec. 283. — *Leucas decurva* Bth. in Wall. Pl. As. rar. I. 60. — Habitat in Indiae orientalis peninsula, prope Segaim ad ripas fluvii Irawaddi.

42. L. DIMIDIATA Spreng. l. c. — Bth. Labiat. 616. (nec alibi). — Herbacea pubescenti-hirta: foll. ovato-oblongis subcrenatis viridib.; verticillastris multifloris

subsolitariis terminalib.; bracteis lineari-subulatis hirtis; calycib. basi glabris subaveniis, apice striatis incurvo-reflexis, ore obliquo, dentib. brevib. vix inaequalibus. ♃ — *L. nutanti* valde affinis, differt calycibus brevioribus, bracteis subulatis, verticillastris solitariis et habitu foliisque potius *L. Zeylanicae*, a qua calycibus distinguitur. — *Phlomis dimidiata* Roth, Nov. pl. sp. 264. — *L. nutans* Bth. in Wall. Pl. As. rar. I. 60. (vix Spreng.) — Habitat in India orientali, in regno Burmannico ad ripas fluv. Irawaddi.

43. L. CEPHALOTES Spreng. l. c. — Bth. Labiat. 616. † — Herbacea pubescenti-hirta: foll. ovatis oblongisve subserratis viridib.; verticillastris subsolitariis maximis globosis dense multifloris; bracteis ovato-lanceolatis acutis imbricatis; calycib. apice striatis subvillosis, ore obliquo, dentib. subulatis brevib. vix inaequalibus. ♃ — Herba subpedalis, erecta v. basi decumbens ramosa, rami pubescentes v. pilis patentibus hirti. Folia petiolata, 2–4-pollicaria, basi angustato-cuneata, supra hispidula, subtus pubescentia, rarius utrinque glabrata, floralia conformia, suprema e summitate verticillastri eminentia. Verticillastri terminales, sesquipollicem et ultra diametro. Bracteae virides submembranaceae, margine et nervo medio ciliato-hirtae, calyces aequantes. Calyces basi membranacei laeves, apice nervis 10 elevatis ciliatis, faux intus pilis paucis ciliata. Corolla alba, labium inferius maximum obcordatum, annulus intra tubum obliquus pilosus. — *Phlomis Cephalotes* Roth l. c. 262. — *Leucas capitata* Desf. Mém. mus. Par. XI. 8. t. 4. — Habitat in India orientali in planitiebus vulgaris, in Nepalia et in Benghalo ad ripas Gangis, in peninsula.

44. L. MARTINICENSIS R. Br. Prodr. fl. Nov. Holl. 504. — Bth. l. c. 617. † — Herbacea pubescens, vix canescens: verticillastris distantib. maximis globosis multifloris; bracteis lanceolato-subulatis; calycib. membranaceis incurvis, ore obliquo, superne productiore, dentib. subdenis subulatis, supremo longissimo. ☉ — Herba erecta, 1–2-pedalis, caulis pilis brevibus pubescens, obtuse tetragonus. Folia petiolata ovata crenata, basi rotundata v. saepius cuneata, floralia angustiora, suprema lanceolata substerilia, omnia rugosa, utrinque pubescentia viridia, subtus pallidiora. Verticillastri axillares, demum 1¼ poll. diametro. Bracteae numerosae subulatae ciliatae, apice subspinescentes. Calyces fructiferi valde aucti, basi subinflati erecti, apice valde incurvi subreflexi, dente supremo rigido ascendente caeteris duplo triplove longiore. Corolla *L. urticaefoliae* parva tenuis alba villosa, tubo intus exannulato. — *Clinopodium Martinicense* Jacq. Pl. Amer. 173. t. 177. fig. 75. — *Phlomis Martinicensis* Swartz, Prodr. fl. Ind. occ. 88. — *Phlomis Caribaea* Jacq. Ic. rar. I. 11. t. 110. — *Leonurus parviflorus* Moench, Meth. pl. 401? — *Phlomis mollis* Schum. Beskr. pl. Guin. 263. — Habitat in utriusque orbis tropicis, in Indiae orientalis regno Burmannico prope montem Taong Dong, in Madagascariae provincia Emirnensi, in Africa tropica occidentali et in America tropica, in Indiae occidentalis insulis Trinitatis et Sancti Dominici et in Brasilia.

45. L. LINIFOLIA Spreng. l. c. — Bth. l. c. — Herbacea erecta, tenuissime canescenti-pubescens v. tomentosa: foll. oblongo-linearib. integerrimis v. remote serratis; verticillastris densis subaequalib. multifloris; bracteis linearib. canescentib.; calycib. canescentib. glabrisve subaveniis, superne elongatis, ore valde obliquo, dentib. inferiorib. brevissimis, supremo maximo. ♃ — Herba 1–1½-pedalis ramosa, caule, foliis calycibusque tomento tenuissimo canescentibus. Folia 2–3-pollicaria, basi in petiolum angustata, floralia conformia. Verticillastri versus apices ramorum 2–4 distincti, infimus distans, supremi saepius approximati, 10–30-flori. Bracteae setaceae tomentosae, calyce fructifero dimidio breviores. Calyx ovatus, basi attenuatus, ore supra producto, infra fisso, dente supremo maximo acutissimo, lateralibus utrinque tribus minutis acutis, binis infimis subevanidis. Corolla *L. Zeylanicae* alba. — *Phlomis linifolia* Roth l. c. 260. — *Phlomis Zeylanica* Roxb. Fl. Ind. III. 9. — Linn. Syst. veg. 450. — Jcq. Ic. rar. I. 11. t. 111. — *Leonurus Indicus* Burm. Fl. Ind. 127. — *Herba admirationis* Rumph, Herb. Amb. VI. 30. t. 15. fig. 1. — Habitat in India orientali, in Benghalo et peninsula

simplices erecti, 1½-pedales, tomento denso subfloccoso vestiti. Folia caulina basi connato-amplexicaulia, 2–3 poll. longa, vix 4 lin. lata obtusa, margine integerrimo, supra viridia v. canescentia, subtus venosissima albo-tomentosa, floralia basi abrupte dilatata in bracteam latissimam rugosam verticillastrum amplectentem et calyces aequantem, suprema omnino bracteaeformia acumine brevissimo. Bracteae mollissimae, uti calyces semipollicares et pilis longissimis mollissime sericeis subpatentibus dense obsessae. Dentes calycini basi ovato-truncati, apice in acumen subulatum molle abeuntes. Corolla lutea, calyce duplo longior, tubus glaber tenuis, intus sub staminum insertione incomplete piloso-annulatus, faux aequalis, labium superius oblongo-semicirculare, extus tomentosum, intus marginem versus pilosum, inferius parum longius, lobis lateralibus brevibus dente lanceolato auctis, medio lato breviter emarginato. Staminum superiorum filamenta basi in appendiculam brevissimam obtusam subproducta. — Habitat in Europae mediterraneae occidentalis siccis, in Hispania, Gallia australi, Italia septentrionali.

§. 2. *Gymnophlomis Bth. l. c. — Herbae perennes v. suffrutices. Folia floralia basi angustata. Verticillastri pauciflori. Bracteae paucae laxae v. nullae. Dentes calycini molles mutici.*

2. PHL. BRUGUIERI Desf. Mém. mus. Par. XI. 9. t. 3. — Bth. l. c. — Perennis v. suffruticosa floccoso-tomentosa candidissima: foll. ovato-oblongis, basi rotundato-cuneatis dense lanatis; verticillastris subsexfloris; bracteis linearib. laxis, calycib. mollissime pilosissimis, dentib. linearib. mollib. plumosis corollas superantibus. ♃ — Suffrutex pedalis, totus lana candidissima subfloccosa dense obsessus. Caules subsimplices. Folia 2–3-pollicaria acutiuscula subcrenata rugulosa. Verticillastri approximati. Corolla purpurea, paulo minor quam in *Phl. Lychnitide*. Filamenta superiora basi incrassata vix appendiculata. — Habitat in Persia prope Kermadan.

3. PHL. AUCHERI Boiss. Diagnos. plant. nov. orientat. V. 36. — Caule erecto floccoso-tomentoso, superne opposite et parce ramuloso; foll. radicalib. petiolo limbum aequante suffultis, e basi subtruncata anguste lanceolatis integris obtusis, caulinis et floralib. sessilib. oblongis, apice subattenuatis obtusiusculis, omnib. utrinq. rugosis dense tomentoso-canis; florib. in verticillastros pauciflores remotiusculos dispositis; bracteis linearib. paucis calyces subaequantib.; calycis plumosi tubo intus glabro, dentib. linearib. mollib. elongatis, superiorib. tubum subaequantib., inferiori longiori; corollae flavae tomentosae calycem paulo superantis labio superiori galeato integro inferius superante, tubo basi intus pilis albis annulato. ♃ — Folium radicale (ex specimine suppetente, quadripollicare, basi 7–8 lin. latum, caulina multo breviora. — Crescit in Persia.

4. PHL. CRINITA Cav. Icon. plant. rar. III. 25. t. 247. — Bth. l. c. † — Perennis v. suffruticosa floccoso-lanata candidissima: foll. ovato-oblongis, basi rotundato-truncatis, radicalib. subcordatis crassissimis, utrinq. dense lanatis, floralib. basi angustato-rotundatis; verticillastris 6–10-floris; bracteis linearib. laxis; calycib. mollissime pilosissimis, dentib. linearib. mollib. muticis, corollis brevioribus. ♃? Caules e basi perenni sublignosa erecti, 1–1½-pedales, lana alba floccosa dense obtecti, apice subpaniculato-ramosi. Folia radicalia, longe petiolata, 2–3-pollicaria obtusa subintegerrima crassissima, nervis sub lana densa fere omnino reconditis, caulina minora oblonga, lana floccosa, venis subtus prominentibus, superiora et floralia sessilia acuta, suprema a basi parum latiore acuminata, omnia patentia, nec flores amplectentia. Verticillastri et flores magnitudine *Phl. Lychnitidis*, in racemum paniculato-ramosum dispositi. Bracteae nonnullae calyces subaequantes molles piloso-lanatae. Calyces lana brevi alba et pilis longis numerosis patentibus obtecti. Dentes tubo breviores, basi parum dilatati. Corolla *Phl. Lychnitidis*, tubus intus basi pubescens exannulatus. Filamentorum superiorum appendicula brevis obtusa pilosa. Antherae ovatae, confluentim uniloculares. — Habitat in Hispania.

5. PHL. BILOBA Desf. Fl. Atl. II. 25. t. 127. — Bth. l. c. 694. † — Perennis v. suffruticosa lanata: foll. ovato-oblongis, basi rotundatis, utrinq. subfloccoso-tomentosis; verticillastris 4-6-floris; bracteis linearib. laxis; calycib. mollissime pilosis, dentib. linearib. mollib. acutis muticis. ♃ — Caules herbacei erecti ramosi, 6-9-decimetr. longi, villoso-lanati tetragoni, angulis obtusis. Folia inferiora petiolata, superiora sessilia ovato-oblonga, quandoque ovata rugosa, vix crenata, 5-10 centimetr. longa, 2-3 lata tomentosa, canescentia villis ramosis brevissimis. Verticillastri florum distincti, 4-flori. Flores sessiles aut brevissime pedicellati. Bracteae lineari-filiformes, longitudine calycis, villis longis densis canescentibus obductae. Calyx oblongus teres villoso-lanigerus semiquinquefidus, laciniis linearibus acutis. Corolla magnitudine *Phl. Herba venti* purpurea, extus villoso-tomentosa, labium superius arcuatim compressum, saepe profunde bipartitum, inferius bilobum, lobi 2 laterales breves parvi, medius maximus ovatus obtusus sulcatus. — Habitat in Atlante prope Mayane Algeriae.

6. PHL. ORIENTALIS Mill. Dict. no. 9. — Bth. l. c. — Perennis v. suffruticosa floccoso-lanata: foll. ovatis, infimis basi cordatis rugosissimis, utrinq. villosis lanatisve, floralib. basi angustatis; verticillastris 6-10-floris; calycib. elongatis mollissime pilosis, dentib. linearib. mollib. acutis plumosis. ♃ — Habitus fere *Phl. Nissolii*, sed calycibus distinctissima. Folia caulina majora crassiora villosiora, lana rarius subfloccosa. Bracteae in verticillastris inferioribus paucae subulatae, calyces aequantes, in superioribus brevissimae subnullae. — Habitat in Syria prope Aleppo et circa Smyrnam.

7. PHL. OLIVIERI Bth. l. c. — Fruticosa lanata: foll. petiolatis ovatis, basi angustatis, infimis cordatis rugosis, juniorib. densissime lanatis; verticillastris paucifloris; bracteis abbreviatis linearib.; calycib. hispido-lanatis, dentib. lanceolato-linearib obtusis. ♁ — Calyces et bracteae *Phl. Armeniacae*, sed hispidiores et foliis certe species distincta. Calyces minus pilosi et caules simpliciores quam in *Phl. orientali*. — In Persia inter Bagdad et Kermachan et inter Kermachan et Armadan.

8. PHL. ARMENIACA Willd. Spec. pl. III. 119. — Bth. l. c. 695.† — Perennis v. suffruticosa subfloccoso-lanata: foll. ovato-oblongis lanceolatisve, infimis basi cordatis, floralib. angustatis; verticillastris paucifloris; bracteis laxis subulatis; calycib. tomentoso-lanatis, fructiferis apice contractis, dentib. lanceolato-linearib. acutis muticis. ♃ — Caules e basi sublignosa erecti, 1-1½-pedales strigoso-lanati. Folia radicalia longe petiolata obtusa, basi profunde et late cordata, margine obscure crenata, juniora densissime albo-lanata, adulta rugosa, supra subviridia villoso-lanata, subtus subfloccoso-tomentosa, caulina angustiora acutiora basi minus cordata, floralia basi angustata v. rotundata, omnia petiolata patentia. Racemi simplices. Verticillastri distantes, plerumque sexflori. Bracteae paucae, saepius brevissimae v. 2-3 calycem subaequantes. Calyces 7 lin. longi sessiles, basi oblongi, sub-5-angulati, tomento albido subfloccoso obtecti. Corolla flava *Phl. Lychnitidis*. Tubus basi intus squamis 5 pilosissimis annulatus, quarum 4 in stamina abeunt et 2 superiores crassiores et densius pilosae sunt. Filamenta vero caeterum exappendiculata. — Habitat in Armenia, in siccis lapidosis montium Talysch prope pagos Perimbal et Swant.

9. PHL. LANCEOLATA Boiss. et Hohenack. Diagnos. plant. nov. oriental. V. 36. — Caule herbaceo indurato, basi nudo glabriusculo simplici v. superne ramuloso; foll. lanceolatis, radicalib. longe petiolatis, basi breviter cuneatis obtusis, caulinis in petiolum brevem attenuatis acutiusculis, floralib. calyces superantib. sed corollam non aequantib., basi angustatis, omnib. tenuib. rugulosis parce indumento stellato obsitis, superne viridib., subtus griseis; verticillastris subsexfloris ad caulis apicem in spicam capitatam, basi interruptam approximatis; bracteis paucis patule incurvis linearib. calycem dimidium vix aequantib.; calyce breviter tomentoso-lanato pentagono, dentib. linearib., tubo quadruplo breviorib.; corollae tenuis hirtellae tubo angustissimo incluso, limbo amplo, labio superiore compresso oblongo obtuso integro, extremitate abrupte angustato, inferioris longioris

auct., intermedius maximus profunde emarginatus, laciniae divaricatae late rotundatae. Annulus internus dense pilosus. Filamenta superiora in appendiculum recurvum basi producta. — *Phl. ferruginea* Hortul. (non Ten. nec Mill.) — *Phl. latifolia* Mill. Dict. no. 3. — Habitat in regionis mediterraneae siccis apricis montosis, in Sicilia, Aprutia, Graecia et in Oriente.

18. PHL. FERRUGINEA Ten. Fl. Neap. II. 36. t. 75. — Bth. l. c. † — Fruticosa: ramis laxe floccoso-tomentosis; foll. oblongo-lanceolatis obtusis crenulatis, basi cordatis rugosissimis, supra villosis viridib., subtus laxe floccoso-tomentosis; bracteis lanceolatis hispidis; calycis villosi fauce longe pilosa, dentib. abbreviatis rigidis subulatis. ♄ — Rami ferrugineo-purpurei, lana brevi laxissima obsessi. Petioli uti nervi paginae inferioris foliorum densius floccoso-tomentosi. Folia 2–3 poll. longa, 5–9 lin. lata, supra bullato-rugosissima atro-viridia, pilis canescentibus villosa. Verticillastri 12–20-flori. Bracteae et calyces virescentes subviscosi ciliato-hispidi, nec tomentosi, bracteae vix acutae, calycis faux intus pilis longis erectis ciliata, dentes obtusissimi truncati mutici v. breviter mucronati. Corolla lutea, extus dense tomentosa, labium inferius superiore paulo longius, lobi laterales extus longe acuminati, intermedius breviter emarginatus. Annulus internus dense pilosus. Filamenta superiora basi in appendiculum brevem acutum producta.

β.? Cretica: foll. lanato-villosis canescentib.; bracteis lineari-subulatis. — *Phl. fruticosa* Sieb. Pl. Cret. exs. — *P. Cretica* Presl, Del. Prag. — Habitat in Lucania et Japygia, *β.* in Creta.

19. PHL. VISCOSA Poir. Dict. V. 271. — Bth. l. c. 628. et 745. — Fruticosa: ramis vix tomentosis; foll. petiolatis ovatis obtusis crenatis, basi truncatis v. subcordatis, utrinq. viridib. v. subtus vix tomentosis; verticillastris multifloris; bracteis lanceolato-linearib. ciliatis; calycib. hispidis, dentib. truncatis subulato-acuminatis rigidis subpatentib. duobus longioribus. ♄ — *Phl. ferrugineae* affinis, sed foliis latioribus virescentibus et vix rugosis et calycibus distincta. Foliorum forma fere *Phl. fruticosae*, minus rugosa quam in omnibus speciebus fruticosis, supra sparse villosula, subtus tomento tenui subfloccoso parce obsessa. Verticillastri sub-16-flori. Bracteae calycem aequantes ciliato-hispidae. Calycis anguli ciliati, caeterum fere glabri, 6–7 lin. longi, dentibus duobus exterioribus cum acumine recto 2 lin. longo subulato, interioribus cum acumine brevissimo recurvo. Corolla *Phl. ferrugineae*. — *Phl. cirsea* DC. Cat. hort. Monspel. 122. — Bth. l. c. 628. — Habitat in Oriente.

§. 4. *Oxyphlomis Bth. l. c.* 628. — *Herbae suffruticosae. Verticillastri saepius multiflori, rarius vix sexflori. Bracteae acutissimae, apice rigidae subpungentes.*

20. PHL. FLOCCOSA D. Don in Bot. Reg. t. 1300. — Bth. l. c. † — Herbacea? v. suffruticosa: ramis floccoso-lanatis; foll. ovato-oblongis, basi cordatis, supra subviridib. rugosissimis, subtus floccoso-lanatis; verticillastris dense multifloris; bracteis linearib. albo-lanatis dentibq. calycinis apice subulatis rigidis glabris uncinatis. ♃ — Caules bipedales ramosi, lana longa intertexta nivea dense obtecti. Folia 3–5-pollicaria obtusissima subcrenata, basi auriculis rotundatis cordata, sinubus subclausis, supra pilis canescentibus villosa, lana subtus laxa candida. Verticillastri pauci distantes 20–30-flori. Calyces et bracteae lana nivea densissima obtecta. Corolla flava magnitudine *Phl. Samiae*, tubus intus pilis paucis annulatus. Filamentorum superiorum appendicula brevis obtusa. — Habitat in Aegypto.

21. PHL. BICOLOR Bth. l. c. 629. — Corolla extus intense lutea, labio inferiore superne purpurascente; bracteis integris; calycib. mucronatis, mucronib. nigrescentib. glabris uncinatis. ♃ — Corolla habituque praesertim omnino *Phl. fruticosam* refert. Bracteae basi non coalitae ut in *Phl. Samia*. — A *Phl. Samia* certe distinctissima, an *P. floccosa*?, sed ex icone Vivianiana calyces et bracteae hirti

nec lanati. — *Phl. Samia β. bicolor* Viv. Fl. Lib. spec. 30. t. 15. fig. 2. — Habitat in Libyae montibus Cyrenaicis.

22. PHL. RUSSELLIANA Lag. mss. ex Bth. l. c. † — Herbacea: ramis elatis subsimplicib.; foll. radicalib. amplissimis ovatis, basi profunde cordatis caulinisq. rugosis, supra viridib., subtus canescentib. tomentosis; verticillastris maximis multifloris; bracteis linearib. acutissimis calycibq. viridib. pubescentib.; calycis truncati dentib. longis rigidis subulatis patentibus. ♃ — Caules 3–5-pedales crassi obtuse tetragoni, tomento laxo albo lanati. Folia radicalia numerosa, longe petiolata, limbo 6–8-pollicari, obiter crenata, basi auriculis rotundis profunde cordata, supra molliter rugosa hispida, subtus tomento laxo brevi canescentia, caulina inferiora angustiora, basi minus cordata, floralia breviter petiolata, basi rotundata, apice acuminata. Verticillastri versus apicem caulis plures remoti, floribus in quoque verticillastro 40–50. Bracteae numerosissimae subconvolutae, calycem aequantes. Corolla lutea, extus tomentosa, labii inferioris lobi laterales ovati lanceolato-acuminati, medius latior, labium superius parum superminens breviter emarginatum. Annulus internus valde obliquus, dense pilosus. Filamenta superiora in appendiculum subulatum longe producta. — *Phl. Herba venti* var. Russ. Nat. hist. Alep. II. 200. t. 16. — *Phl. lunariaefolia β. Russelliana* Hook. Bot. Mag. t. 2542. — Habitat in Syria prope Aleppo.

23. PHL. GLANDULOSA Schenk, Plant. spec. Aegypt. Arab. 20. † — Suffruticosa pilosa: pilis apice glanduliferis; caule simplici; foll. e basi cordato-truncata ovato-oblongis acuminatis grosse crenatis, supra pubescentib. viridib., subtus fere tomentoso-incanis; verticillastris multifloris; bracteis ternis linearib. rigidis acutissimis ciliatis viridib.; calycis truncati dentib. subulatis rigidis erectis inaequalibus. ♃ — Caulis tripedalis v. altior simplex obtuse tetragonus. Folia caulina v. inferiora desunt, floralia 2–4-pollicaria, basi 2 poll. et ultra lata, ovato-oblonga v. deltoidea. Bracteae cujusque floris ternae lineari-lanceolatae subpungentes rigidae glanduloso-pilosae. Verticillastri distantes 15–20-flori. Corolla lutea calyce duplo major. — Proxime accedit ad *Phl. Russellianam*, caule tamen suffruticoso simplici, foliis superioribus ovato-oblongis, calycis dentibus erectis, galea apice tridentata et praesertim pubescentia glanduloso-pilosa facillime dignoscitur. — Crescit in fruticetis prope pagum Sibail in Syriae monte Libanon.

24. PHL. LUNARIAEFOLIA Sm. Prodr. flor. Graec. 414. — Bth. l. c. † — Caule herbaceo elato pubescente; foll. ovatis, supra rugosis, subtus canescenti-tomentosis; verticillastris multifloris; bracteis late lanceolatis oblongisve acutis subciliatis calycibq. viridib.; calycis apice truncati submembranacei dentib. subulatis rigidis pungentibus. ♃ — Corolla flava. — Habitat in variis Peloponnesi locis et in monte Atho.

25. PHL. SAMIA Linn. Spec. plant. 819. — Vent. Choix des pl. t. 4. — Bot. Magaz. t. 1891. — Sibthrp. et Sm. Flor. Graec. VI. 52. t. 564. — Bth. l. c. † — Caule herbaceo elato pubescente; foll. ovatis, supra rugosis, subtus canescenti-tomentosis; verticillastris multifloris; bracteis linearib. acutissimis pungentib. calycibq. viridib. pubescentib.; calycis elongati plicati dentib. lanceolato-subulatis rigidis pungentibus. ♃ — Affinis *Phl. Russellianae*. Caulis minus tomentosus. Verticillastri interdum 10–15-flori. Calyx 9–10 lin. longus, pubescentia viscosa glutinosus. Corolla purpurea. — Habitat in Euboea et Caramania.

26. PHL. RIGIDA Labill. Icon. pl. Syr. rar. III. 15. t. 10. — Bth. l. c. 630. † — Herbacea: foll. oblongo-lanceolatis rugosis subfloccoso-tomentosis, nervis petiolisq. pilosis; verticillastris multifloris; bracteis subulatis rigidis pungentib.; calycis hirsuti dentib. subulatis rigidis. ♃ — Caules e basi perenni erecti bipedales tetragoni, pilis brevibus lanati et aliis longissimis patentibus, uti petioli, nervi foliorum, bracteae et calyces hirsuti. Folia petiolata obtusa crenulata, infima basi cordata, caulina rotundato-cuneata. Verticillastri magnitudine fere *Phl. Samiae*. Calyces forma fere *Phl. Lychnitidis*, pilis longissimis subpapposi, dentibus lanceolatis spinula brevi terminatis. Corolla flava fere *Phl. Lychnitidis*, labium infe-

rius galea longius, loborum lateralium appendicula majuscula ovato-truncata. Filamenta sec. Labillardière non appendiculata. — In arenosis juxta Damascum.

27. PHL. CASHMERIANA Royle mss. ex Bth. in Hook. Bot. Misc. III. 382. et Labiat. 630. — Royle, Illustr. of Himal. plant. 303. t. 75 a. fig. 1. — Bot. Regist. 1844. t. 22. — Herbacea erecta: caule dense floccoso-tomentoso; foll. ovato-lanceolatis obtusis, versus apicem crenatis, basi late rotundatis molliter rugosis, supra pubescentib. villosisve, subtus dense albo-tomentosis; bracteis subulatis ciliatis calyce longiorib.; calycis floccoso-lanati dentib. subulatis rigidis patentibus pilosis. ♃ — Specimina suppetentia manca, sed evidenter a *Phl. Herba venti* et *Phl. pungente* specie distincta. Folia majora et latiora, subtus, uti caules et calyces, dense lana alba floccosa vestita. Flores et praesertim corollae majores. Galea dense tomentoso-villosa. Labium inferius galea longius, lobo medio latissimo. — Habitat in India orientali in valle Cashmeriana.

28. PHL. HERBA VENTI Linn. Spec. plant. 819. — Bot. Magaz. t. 2469. — Sibthrp et Sm. Flor. Graec. VI. 51. t. 564. — Bth. l. c. † — Herbacea erecta divaricato-ramosissima: ramis longe pilosis; foll. oblongo-lanceolatis crenatis, basi rotundatis coriaceis, utrinq. viridib. v. subtus canescentib., supra lucidis scabriusculis; bracteis subulatis ciliatis calyce longiorib.; calycis hirsuti dentib. subulatis rigidis subpatentibus. ♃ — Herba 1–1½-pedalis, rami rigidi virides v. subpurpurascentes, obtuse tetragoni sulcati, pilis longis villosi nec tomentosi. Folia viridia, siccitate coriacea, inferiora saepe 6–8 poll. longa, floralia sessilia conformia, sed multo minora, omnia tamen verticillastrum multo superant, supra glaberrima, subtus venoso-reticulata pallida v. juniora subcanescentia. Verticillastri 10–20-flori. Bracteae et calyces pilis patentibus hispidissimi. Corolla purpureo-violacea, extus tomentosa. Labii inferioris lobi laterales basi lanceolati, acumine lineari, intermedius breviter emarginatus, labium superius aequans. Annulus internus pilosissimus, parum obliquus subinterruptus. Filamenta superiora basi in appendicem acutam subrecurvam producta. In var. β. caulis minus pilosus et folia subtus tomento floccoso canescentia, sed foliis crenatis a *Phl. pungente* constanter distinguitur. — β. *tomentosa:* — Habitat in regionis mediterraneae siccis, in Hispania, Sicilia, Italia omni, Graecia et in Tauris.

29. PHL. LYCIA D. Don, Ann. of nat. hist. VII. 458. † - Fruticosa ferrugineo-tomentosa: foll. cordato-oblongis obtusis; verticillastris paucifloris; bracteis lanceolatis calycibq. mucronato-spinosis dense albo-lanatis; dentib. calycinis uncinatis; filamentis inappendiculatis. ♄ — Habitat in Lycia septentrionali.

30. PHL. ANISODONTA Boiss. Diagnos. plant. nov. orient. V. 37. — Perennis, basi frutescens: caule erecto quadrangulo tomentello simplici; foll. breviter petiolatis oblongo-lanceolatis denticulatis, denticulis obtusis ascendentib., basi breviter attenuatis, subtus canis, superne asperulis viridib., floralib. verticillastros multo superantib.; verticillastris remotis paucis pauciforis; bracteis subulatis ciliatis incurvis calyces aequantib.; calycis pilis stellatis ciliisq. longiorib. obsiti vix plicati dentib. brevissimis truncatis, omnib. lacinula subulata ciliata terminatis, subulis trium dentium superiorum tubo quadruplo breviorib. subincurvis, duorum inferiorum deflexis dimidio tubo calycino longiorib.; corolla purpurascente tomentella. ♄ — Caulis fere pedalis simplex, folia 3-pollicaria, 7–9 lin. lata, verticillastri 2–3-ni. Bracteae calycesque valde ciliati. — Crescit in monte Djoufelh-Kou in Persia boreali.

31. PHL. PUNGENS Willd. Spec. plant. III. 121. — Bth. l. c. 631. — Sweet, Brit. flow. gard. IV. t. 33. — Herbacea divaricato-ramosa: ramis cano-tomentosis; foll. breviter petiolatis ovato-lanceolatis integerrimis serratisve, basi rotundatis, supra lucidis viridib. scabriusculis, subtus cano-tomentosis; bracteis subulatis ciliatis, calyce sublongiorib.; calycis hirsuti dentib. subulatis rigidis subpatentibus. ♃ — Ab affini *Phl. Herba venti* distinguitur caule tomentoso-pubescente nec piloso, foliis angustioribus integerrimis serratisve nec crenatis, subtus constanter tomentosis, verticillastris numerosioribus, saepius 6–10-floris, calycibus cano-tomentosis, dentibus parum longioribus. — Habitat in Europae austro-orientalis et

Asiae occidentalis siccis montosis, in Galicia, Graecia?, Bessarabia, Tauria, Troade, in Caucaso, in montibus Talysch et Beschtau et in Persia.

Sectio II. PHLOMIDOPSIS Lnk. Handbch. 479. — Bth. l. c. 631.

Corollae galea suberecta pilosa, intus et margine pilis longis barbata, labii inferioris lobus medius lateralibus vix major. — Herbae viridis piloso-hirtae, rarius sublanatae. Verticillastri densi. Bracteae adpressae. Corollae purpureae v. albae.

32. PHL. UMBROSA Turczan. Bullet. de Moscou XIV. 76. — Herbacea: caule folilsq. scabris, inferiorib. cordato-subrotundis, superiorib. cordato-ovatis; calycis tubo scabro, dentib. abbreviatis, margine nudis; bracteis linearibus ciliatis. 4. — Habitat in China boreali.

33. PHL. BREVIFLORA Bth. in Wall. Plant. Asiat. rar. I. 62. et Labiat. 631. † — Herbacea erecta glabriuscula: foll. petiolatis late ovatis acuminatis crenatis, basi truncatis subcordatis, supra hispidulis, subtus glabris; bracteis linearib. calycibq. subglabris; corollae galea pubescente erecta, labii lacinia media vix lateralibus majore. 4. — Rami glabri v. superne brevissime tomentosi. Folia omnia etiam floralia longe petiolata. Petioli glabri. Limbus supra pilis brevissimis hispidus, subtus glaber v. ad venas tomento rarissimo conspersus. Verticillastri 15–20-flori. Calyces uti bracteae glabri, nervis vix prominulis, ore truncato submembranaceo, dentibus brevissimis emarginatis v. brevissime acuminatis. Corolla vix calyce dimidio longior alba (?). Labium superius erectum tomentoso-pubescens, inferius breve patens. Annulus internus pilosus. Filamenta basi vix producta. — In India orientali ad Gossain Than habitat.

34. PHL. MACROPHYLLA Wall. l. c. — Bth. l. c. † — Herbacea elata subglabra: foll. longe petiolatis amplissimis hastato-cordatis, floralib. ovatis, basi angustatis; bracteis subulatis calycibq. subciliatis; corollae galea intus pilosissima erecta, labii lacinia media vix lateralib. majore. 4. — Herba pluripedalis ramosa, *Phl. tuberosae* affinis. Rami basi glabri, superne pilis brevibus reflexis rufescentibus subvillosi. Petioli supra pilis longis rufis subscariosis ciliati. Folia 6 poll. et ultra longa et totidem fere lata, supra pilis brevibus sparsis hispida, subtus tomento brevissimo raro, praesertim ad venas, conspersa, floralia breviter petiolata, basi rotundato-cuneata. Verticillastri in quoque ramo plurimi remoti 30–40-flori. Calyces ad angulos uti bracteae ciliato-hispidi, caeterum virides glabri, 6–7 lin. longi, dentibus subulato-acuminatis et margine inter dentes in appendiculam brevem membranaceam producto. Corolla alba. Labium superius erectum villosissimum, margine subundulatum, inferius patens, lobis ovato-oblongis, intermedio latiore vix emarginato. Annulus internus obliquus. Filamenta superiora in appendiculam subulatam rectam producta. — Habitat in India orientali, in Gossain Than.

35. PHL. TUBEROSA Linn. Spec. plantar. 819. — Bot. Magaz. t. 1555. — Bth. l. c. 632. † — Herbacea elata subglabra: foll. amplis ovatis obtusis crenatis, basi profunde cordatis, floralib. oblongo-lanceolatis; bracteis subulatis calycibq. subciliatis; corollae galea intus pilosissima suberecta, labii lacinia media lateralib. vix majore. 4. — Herba 3–5-pedalis erecta, parum ramosa, rami purpurascentes glaberrimi laeves, obtuse tetragoni. Folia infima semipedalia et ultra, profunde crenata, utrinque viridia et glabra, floralia 2–3 poll. longa, 6–8 lin. lata, basi saepe hastato-dilatata et subincisa. Verticillastri in quoque ramo plurimi remoti 30–40-flori. Calyces ad angulos uti bracteae ciliato-hispidi, caeterum virides glaberrimi. Dentes calycini brevissimi truncati submembranacei emarginati, acumine in emarginatura subulato rigido, lacinias laterales obtusissimas longe superante. Corolla purpurascens. Labium superius molliter pilosissimum oblongum, basi angustatum suberectum, margine crenulatum, inferius patens, superiore parum longius, lobi laterales ovato-oblongi obtusi divergentes, intermedius longior subrotundo-cuneiformis, breviter emarginatus. Annulus internus horizontalis pilosus. Filamenta superiora basi in appendicem longe recurvam producta. — *Phlomoides tuberosa* Moench, Meth. pl. 404. — *Phlomidopsis tuberosa*

Lak. Hndbch. 480. — Habitat in Europae orientalis et Asiae mediae apricis campestribus etc., in Bohemia, Moravia, Austria, Hungaria, Podolia, Rossia australi, Sibiria, jugo Altaico, Tauria et Caucaso frequens et in montibus Talysch et Beschtau.

36. PHL. OBLONGATA Schrenk, Enumer. plant. novar. (I.) 29. † — Glabriuscula: foll. acutis inciso-serratis, inferiorib. ovatis, basi rotundatis, superiorib. oblongis, basi attenuatis, floralib. elongatis; bracteis linearib. hirtis; calycis apice pubescentis dentib. subpungentib.; corollae galea recta villosissima, labii inferioris lobo medio obcordato, lateralib. ovatis multo majore. ♃ — *Phl. tuberosae, alpinae, agrariae* et *pratensi* affinis, a *Phl. breviflora* (nova, ut videtur indescripta) differt foliis inciso-serratis non crenatis, corollae labii inferioris lobo medio lateralibus parvis multo majore. — Herba 1½–2-pedalis simplex v. ramosa. Folia majora 3–3¼-pollicaria, 15–18 lin. lata, floralia angusta elongata. Corolla purpurea, quam *Phl. tuberosae* minor. — Crescit in vallibus graminosis montium Dschilikaragai in Soongaria.

37. PHL. PRATENSIS Karelin et Kirilow, Bullet. de la soc. impér. des natural. de Mosc. XV. 426. † — Caule pubescente simplici aut apice ramoso polystachyo; foll. radicalib. et caulinis inferiorib. longe petiolatis cordato-oblongis crenatis, utrinq. pubescentib.; verticillastris multifloris; calycis truncati dentib. abbreviatis, nervis tubi sub dentib. anastomosantib.; galea labium superante, lobis labii aequalib., medio truncato emarginato caeterum subintegerrimo; styli lobis abbreviatis; filamentorum appendicib. rectis elongatis. ♃ — Caulis 1½–3-pedalis. A proxima *Phl. agraria* differt statura foliisque majoribus, calycis nervis anastomosantibus, dentibus minoribus sed magis emarginatis, galea labium superante, styli lobis abbreviatis et filamentorum appendicibus rectis, a *Phl. alpina* dignoscitur pubescentia foliorum calycumque. — Crescit in pratensibus montium Alatau ad flumen Baskan in Soongaria.

38. PHL. AGRARIA Bunge mss. in Ledeb. Flor. Alt. III. 411. — Ledeb. Icon. flor. Ross. Alt. illustr. t. 364. — Bth. l. c. 632. † — Caule herbaceo simplici v. vix ramoso hispido; foll. inferiorib. longe petiolatis hastato-cordatis, floralib. supremis calyce breviorib.; bracteis subulatis calycibq. ciliatis tomentoso-pubescentib.; corollae galea intus pilosissima erecta, labii lacinia media vix lateralib. majore. ♃ — Caules e basi perenni plures subpedales, saepius simplices, rarius ramis binis oppositis instructi, pilis sparsis hispidi. Folia radicalia et inferiora longe petiolata, petiolis basi dilatatis subconnatis, limbo acute inciso-dentato pubescente, supra viridi, subtus subcanescente, folia caulina pauca magis sessilia, floralia ovato-lanceolata sessilia acuta paucidentata, inferiora calyces vix excedentia, superiora breviora. Verticillastri sub-10-flori. Bracteae rigidae subpungentes, calycem subaequantes. Calyces virides rigidi plicati, non membranacei, dentibus e basi dilatata breviter subulatis rigidis. Corolla purpurascens fere *Phl. tuberosae*, tubus breviter exsertus, intus transversim piloso-annulatus. Filamentorum superiorum appendicula elongata subulata. Styli lobus superior inferiore plus dimidio brevior. — Habitat in jugo Altaico in arvis prope Semipalatinsk.

39. PHL. ALPINA Pall. in Act. Petropolit. 1779. II. 285. t. 13. — Bth. l. c. 633. † — Caule herbaceo simplici hispido; foll. radicalib. amplissimis profunde cordatis, caulinis ovato-lanceolatis, floralib. superiorib. lineari-lanceolatis elongatis integerrimis mollib.; bracteis subulatis calycibq. hirsutis; corollae galea pilosissima erecta, labii lacinia media vix lateralib. majore. ♃ — Caules e basi perenni 1–1½-pedales crassi virides, obtuse tetragoni. Petioli foliorum inferiorum basi dilatati connati. Folia radicalia 8 poll. longa, 6 poll. lata et etiam majora, utrinque pilis sparsis hispidula, caulina pauca multo minora, floralia infima subconformia, suprema 2–3 poll. longa angustissima, molliter villosa. Verticillastri 20–30-flori. Bracteae molles acutae plumoso-villosae. Calycis dentes basi membranaceo-dilatati brevissimi setacei. Corollae et genitalia *Phl. tuberosae*, at galea erectior. — Habitat in tractus occidentalis jugi Altaici subalpinis umbrosis.

40. PHL. OREOPHILA Karelin et Kirilow, Bullet. de la soc. impér. des naturalist. de Mosc. XV. 490. — Pubescenti-hispida: radice fibrosa; foll. radicalib. caulinisq. profunde cordatis, floralib. anguste lanceolatis; bracteis calycibq. villoso-hirsutis; dentib. calycinis non emarginatis aristatis; galea corollae labium subaequante, lobis labii lateralib. deflexis brevib., intermedio illis duplo longiore bifido crenato; appendicib. filamentorum brevissimis rectis; styli lobis abbreviatis. 4 — *Phl. alpinae* proxima, dignoscitur tamen foliis caulinis semper cordatis, labii inferioris structura atque appendicibus filamentorum brevissimis. — Crescit in pratis subalpinis Alatau ad flumina Lepsa et Sarchan in Soongaria.

41. PHL. BRACTEOSA Royle mss. ex Bth. in Hook. Bot. Misc. III. 383. et Labiat. 633. — Herbacea elata erecta subramosa: caule obverse villoso; foll. petiolatis ovatis obtusis grosse crenatis, basi late cordatis rugosis, supra adpresse pilosis, subtus pallidis, breviter tomentosis, floralib. subconformib.; bracteis oblongis, exteriorib. magnis foliaceis; dentib. calyciuis truncatis breviter subulato-acuminatis; corollae galea pilosissima. 4 — Bracteae exteriores nunc foliis subconformes pollicares, nunc oblongae integerrimae, omnes virides, uti folia supra pilosae, subtus breviter tomentosae. Annulus tubi corollae obliquus pilosus. Filamenta exappendiculata. Styli lobus superior brevissimus. — Habitat in India orientali ad montem Choor et ad Kidarkonta et Simla.

42. PHL. LAMIIFOLIA Royle mss. ex Bth. l. l. c. c. † — Herbacea humilis simplex: caule obverse villoso; foll. petiolatis late ovatis crenatis, basi profunde cordatis rugosis, utrinq. villosis, subtus pallidis, floralib. oblongo-lanceolatis; bracteis lanceolatis subulatisve ciliatis calycem aequantib.; calycis glabriusculi dentib. truncatis subulato-acuminatis; corollae galea villosa. 4 — Herba ascendens v. erecta, semipedalis v. vix pedalis. Folia radicalia.....?, caulina iis *Phl. bracteosae* similia, 2-3-pollicaria, saepius tam lata quam longa v. superiora angustiora, floralia suprema lanceolata, vix flores excedentia. Verticillastri 15-20-flori. Calyces apice submembranacei. Corolla *Phl. tuberosae*, tubus intus annulatus. Filamenta omnia exappendiculata. Styli lobus superior brevissimus. Radix in hac et binis subsequentibus verosimiliter tuberosa, folia infima minima videntur. — *Phl. latifolia* Royle ex Bth. in Hook. Bot. Misc. III. 383. — Habitat in India orientali, in Cashmeria ad montem Choor, in Mussooree et in montibus Kamaonensibus.

43. PHL. SIMPLEX Royle mss. ex Bth. in Hook. Bot. Misc. III. 382. et Labiat. 634. — Herbacea humilis erecta subsimplex: caule obverse piloso; foll. petiolatis late ovatis obtusis crenatis, basi cordatis rugosis, utrinq. viridib. villosis, floralib. subsessilib. oblongis, utrinq. angustatis; bracteis linearib. ciliatis calycem aequantib.; calycis membranacei subcolorati apice ciliati dentib. truncatis longe subulato-acuminatis; corollae galea pilosissima. 4 — A *Phl. lamiifolia* differt foliis angustioribus villosioribus, corollis majoribus, tubo exserto. — Habitat in India orientali, in montibus Kanaour et ad Pere Punjale regni Cashmeriani.

44. PHL. CORDATA Royle ex Bth. l. l. c. c. — Herbacea humilis erecta subsimplex: caule obverse piloso; foll. longe petiolatis ovato-subrotundis obtusis crenatis, basi cordatis rugosis, utrinq. dense sericeo-villosis, floralib. oblongo-lanceolatis; bracteis lineari-subulatis calyce subbreviorib. villosis; calycis villosuli dentib. subrotundis breviter subulato-acuminatis; corollae galea pilosissima. 4 — A binis praecedentibus differt praecipue foliis utrinq. pilis numerosis mollibus sericeis dense vestitis. An cum *Phl. simplici Phl. lamiifoliae* mera varietas? — Habitat in India orientali, in montibus Kanaour.

45. PHL. RUGOSA Bth. in Wall. Plant. Asiat. rar. I. 63. et Labiat. 634. — Suffruticosa: ramis erectis simplicib. subcarnosis tenuiter tomentosis; foll. longe petiolatis ovato-oblongis acutis serratis, basi angustatis rotundatisve; verticillastris petiolo multoties breviorib.; bracteis subulatis calycibq. glabris; dentib. calycinis lanceolato-subulatis; corollis subglabris. 4 — Habitu a *Phlomidibus* recedit, sed characteribus *Phl. breviflorae* affinis. Rami e basi lignosa complures erecti simplices subcarnosi, obtuse tetragoni sulcati. Folia etiam floralia longe petiolata

herbacea viridia subcarnosa (?), siccitate subtransluscentia venosa glabriuscula v. pilis rarissimis conspersa, 4–6 pollices longa. Verticillastri 15–20-flori. Bracteae calyce breviores. Calyces basi valde attenuati, margine parum membranaceo dilatato, subenervii. Corollae flavescentes (ex Wall.) similes corollis *Phl. brevifloras*. Stamina e tubo breviter exserta. Filamenta omnia basi nuda videntu . — Habitat in India orientali, in montibus Silhet.

† *Species ignotae.*

PHL. BREVIFLORA Schrenk.
PHL. CONDENSATA Mart.
PHL. SCARIOSA Presl.

†† *Species e genere excludendae.*

PHL. ALBA Forsk. — BALLOTA FORSKAHLII.
PHL. ASPERA Willd. — LEUCAS ASPERA.
PHL. BIFLORA Royle. — LEUCAS PROCUMBENS.
PHL. BIFLORA Vahl. — LEUCAS BIFLORA.
PHL. CARIBAEA Jacq. — LEUCAS MARTINICENSIS.
PHL. CEPHALOTES Roth. — LEUCAS CEPHALOTES.
PHL. CHINENSIS Blume. — LEUCAS JAVANICA.
PHL. CHINENSIS Retz. — LEUCAS CHINENSIS.
PHL. DECEMDENTATA Willd. — LEUCAS DECEMDENTATA.
PHL. DIMIDIATA Roth. — LEUCAS DIMIDIATA.
PHL. ESCULENTA Roxb. — LEUCAS ASPERA.
PHL. GLABRATA Vahl. — LEUCAS GLABRATA.
PHL. HIRTA Roth. — LEUCAS HIRTA.
PHL. INDICA Linn. — LEUCAS INDICA.
PHL. LACINIATA Linn. — EREMOSTACHYS LACINIATA.
PHL. LEONOTIS Linn. — LEONOTIS OVATA.
PHL. LEONURUS Linn. — LEONOTIS LEONURUS.
PHL. LINIFOLIA Roth. — LEUCAS LINIFOLIA.
PHL. MARTINICENSIS Swartz. — LEUCAS MARTINICENSIS.
PHL. MICRANTHA Burch. — STACHYS BURCHELLII.
PHL. MOLLIS Schum. — LEUCAS MARTINICENSIS.
PHL. MOLUCCANA Royle. — LEUCAS FLACCIDA.
PHL. MOLUCCOIDES Vahl. — OTOSTEGIA SCARIOSA.
PHL. MONTANA Roth. — LEUCAS MONTANA.
PHL. NEPETAEFOLIA Linn. — LEONOTIS NEPETAEFOLIA.
PHL. NUTANS Roth. — LEUCAS NUTANS.
PHL. PALLIDA Schum. — LEONOTIS PALLIDA.
PHL. PARVIFOLIA Burch. — STACHYS INTEGRIFOLIA.
PHL. PILOSA Roxb. — LEUCAS PILOSA.
PHL. PLUKENETII Roth. — LEUCAS ASPERA.
PHL. URTICAEFOLIA Vahl. — LEUCAS URTICAEFOLIA.
PHL. ZEYLANICA Linn. — LEUCAS ZEYLANICA.
PHL. ZEYLANICA Roxb. — LEUCAS LINIFOLIA.

3005. NOTOCHAETE *Bth.*

(Bth. in Wall. Plant. Asiat. rar. I. 63. et Labiat. gen. et spec. 633. — Meisn. Genev. plant. vascul. I. 288. II. 197.)

1. N. HAMOSA Bth. in Wall. Plant. Asiat. rar. I. 63. et Labiat. 633. — Caulis herbaceus erectus bipedalis et ultra, ramosus, obsolete tetragonus, brevissime pubescens. Folia longe petiolata 3–5-pollicaria ovata acuminata serrato-crenata, basi obliqne rotundato-cuneata nervosa, utrinque viridia glabriuscula, juniora subtus tomentosa. Verticillastri axillares remoti globosi, dense multiflori lappacei, petiolis multo breviores. Bracteae subulatae rigidae, uti dentes calycini apice

uncinato-revolutae, corollas superantes. Corollae parvae purpurascentes? — In Nepalia habitat.

3000. EREMOSTACHYS *Bnge.*

(Bnge. in Ledeb. Flor. Alt. II. 414. — Meisn. Gener. plant. vascul. I. 288. II. 197. — Bth. Labiat. gener. et spec. 636.)

1. E. LACINIATA Bnge. l. c. 416. — Bth. l. c. † — Foll. pinnatisectis, segmentis oblongo-lanceolatis v. linearib. inciso-pinnatifidis; calyce ample tubuloso campanulato, apice vix dilatato. ♃ — Caulis herbaceus erectus subsimplex 1-1½-pedalis. Folia radicalia semipedalia, ad petiolum dissecta, segmentis numerosis lobisque obtusis. Petioli et nervi uti caules lana longa laxa vestiti, limbus demum glaber laevis. Folia caulina pauca minora, minus dissecta, floralia vix calyces excedentia. Verticillastri 10-20-flori distantes v. in spicam terminalem approximati, juniores lana laxa alba omnino obtecti, fructiferi laxe villoso-lanati. Bracteae lanceolatae acutae adpressae, interdum subpungentes. Calyces circiter 8 lin. longi villoso-lanati subcoriacei, intus laeves, dentibus e basi brevissima truncata breviter spinoso-mucronatis. Corolla purpurascens, tubus calycem aequans, supra medium piloso-annulatus, galea basi erecta, apice incurva, late oblonga compressa, brevissime emarginata, extus pubescens, intus pilosissima, labium patens, 8 lin. longum, 9-10 latum, lobi omnes late rotundati, medius vix lateralibus duplo latior. Filamenta superiora basi in appendiculam obtusam subintegram incrassata. Styli lobus superior inferiore dimidio brevior. Achaenia apice densissime pilosa. — *Phlomis laciniata* Linn. Spec. plantar. 819. — Sweet, Brit. flow. gard. I. t. 24. — Habitat in Oriente, Syria, in Caucaso orientali et Iberia, in collibus siccis prope Baku, in monte Beschbarmak et in montibus Talysch prope pagum Swant.

2. E. GYMNOCALYX Schrenk, Enumer. plant. lectar. (I.) 34. — Foll. pinnatipartitis, segmentis oblongo-lanceolatis v. linearib. inciso-pinnatifidis; verticillastris distantib.; calycib. tubulosis, apice haud dilatatis spinoso-dentatis bracteisq. setaceis nudis subarachnoideis. ♃ — Affinis *E. laciniatae*, sed inflorescentia nuda subglabra, lanugine subarachnoidea rara adpressa ab illa optime differt, ab *E. superba* differt foliis calycibusque. — In vicinitate lacus Balchasch in Soongaria.

3. E. SUPERBA Royle mss. ex Bth. in Hook. Bot. Misc. III. 361. et Labiat. 637. — Royle. Illustr. of Himal. plant. 303. t. 74. — Foll. radicalib. maximis pinnatisectis, segmentis 2-3-jugis, inferiorib. petiolatis, extremo longissimo, omnib. latis grosse crenato-lobatis, utrinq. viridib., floralib. ovatis acutis subintegerrimis; calyce ample tubuloso, apice vix dilatato. ♃ — Folia inferiora v. radicalia sesquipedalia, lobo ultimo 10 poll. longo, petiolo communi petiolulisque villosis, limbo viridi glabriusculo. Caulis erectus elatus, versus apicem lanatus. Racemus spiciformis densus, semipedalis et ultra, sed tenuior quam in *E. laciniata*. Verticillastri sexflori. Folia floralia inferiora ovata, superiora obovata, omnia acutiuscula. Bracteae lanceolatae acutae, calyce breviores. Calyx amplus tubuloso-campanulatus, dentibus rotundato-truncatis aequalibus, breviter spinoso-acuminatis, post anthesin vix dilatatis, uti bracteae lana alba laxa vestitus. Corolla fere *E. laciniatae*, tubus vix exsertus, intus exannulatus, galea oblonga, basi angustata parum incurva compressa, extus pubescens, intus dense pilosa, labium inferius patens, lobi laterales late ovati integerrimi reflexi, medius late crenulatus, utrinque late-raliter reflexus. Filamenta superiora basi in appendiculam obtusam vix fimbriatam incrassata. Antherae biloculares. Styli lobi subaequales. — Habitat in India orientali ad claustrum Kheera Pass dictum, Deyra Dhoun euntem.

4. E. PHLOMOIDES Bnge. mss. in Ledeb. Flor. Alt. II. 414. — Ledeb. Icon. flor. Ross. Alt. illustr. t. 122. — Bth. l. c. † — Foll. ovatis dentatis; calyce tubuloso, apice vix dilatato, dentib. spinosis patentibus. ♃ — Caulis fere pedalis ramosus, uti calyces et bracteae pilis longis mollibus albis hirtus. Folia radicalia petiolata ovata obtusa, basi rotundata rugosa crenata laxe sublanata, caulina et floralia

sessilia acuta subspinoso-dentata, basi angustata, suprema sterilia. Verticillastri sexflori distincti. Bracteae subulatae spinosae. Calyces magnitudine et forma fere *E. laciniatae*, sed dentibus longioribus magis spinosis et patentibus. Corolla ochroleuca dimidio minor quam in *E. laciniata*, tubus intus supra medium annulatus. Filamentorum appendiculae breves fimbriatae. Stylus apice subaequaliter bifidus. Achaenia apice densissime lanata. — Habitat in Sibiria Altaica rarissime in locis subsalsis deserti montibus Arkaul et Dolenkara adjacentis.

5. E. TUBEROSA Bnge. l. c. 415. — Bth. l. c. † — Foll. ovatis dentatis; calycis glabri basi tubulosi limbo membranaceo subpatente, tubo breviore breviter 5-spinoso. ♃ — Foliorum petioli dense lanati, lamina lana laxa conspersa, caeterum tota planta glaberrima. Radix tuberosa. Caulis semipedalis v. vix pedalis ramosus. Folia radicalia petiolata obtusa, caulina subsessilia, uti floralia basi cuneata, apice gradatim magis acuta, suprema angusta subspinosa, dentibus paucis subspinosis. Bracteae subnullae. Verticillastri sexflori, parum distantes. Calyce fere pollicares sessiles, apice praesertim membranacei, limbo subplicato. Corollae calyce subduplo longioris ochroleucae? tubus tenuis, supra medium intus annulatus, galea elongata angusta, extus fere glabra, intus dense barbata. Filamentorum superiorum appendiculae breviter fimbriatae. Genitalia e galea subexserta. Achaenia pilis densissimis niveis apice coronata. — *Moluccella tuberosa* Pall. Itin. III. App. no. 101. t. T. — Habitat in Sibiria ad lacum Inderiensem.

6. E. MACROPHYLLA Montbr. et Aucher, Ann. sc. natur. (2. Sér.) VI. 54. † — Foll amplis ovatis grosse crenatis; calycis basi tubulosi pilosissimi limbo maximo dilatato reticulato villoso, brevissime quinquemucronato corollam superante. ♃ — Affinis *E. moluccelloidi*. Folia caulina similia sed duplo majora, floralia subsessilia orbiculata nec acuminata profunde dentata, utrinque villosa, supra viridia, subtus canescentia. Racemus pedalis densus. Bracteae subulatae, calycis tubus et rhachis racemi pilis longis densissime obtecti. Calyces magnitudine *E moluccelloidis*, limbo utrinque villoso. Corolla minor. — Crescit in Asia minore

7. E. MOLUCCELLOIDES Bnge. in Ledeb. Flor. Alt. II. 416. — Ledeb. Icon. flor. Ross. Alt. illustr. t. 437. — Bth. l. c. 638. † — Foll. ovatis dentatis; calycis basi tubulosi pubescentis limbo maximo membranaceo-dilatato, brevissime 5-mucronato. ♃ — Radix tuberosa crassa. Caulis 1-2-pedalis tetragonus erectus simplex v. ramos 2-4 emittens, basi et ad genicula densissime albo-lanatus, caeterum pilis albidis sparsis patentibus hispidus. Folia radicalia et infima petiolata obtusa rugosa, supra hispidula, subtus molliter villoso-lanata, suprema et floralia acuta acute dentata, basi cuneata. Verticillastri sexflori. Bracteae parvae deciduae. Calyx fructifer magnitudine *Moluccellae* laevis, sed tubus rectus pubescens et limbus aequaliter nec oblique dilatatus. Corolla ochroleuca sesquipollicaris, omnino *E tuberosae*. Genitalia et achaenia *E. tuberosae*. — *Phlomis lanigera* Sievers in Pall. Beytr. 7. — Habitat in deserti Soongarico-Kirghisici arenosis siccis.

† *Species non satis notae.*

8. E. ROTATA Fisch Mey. et Lallem. Supplem. ad indic. IX. semin. hort. Petrop. 11. — Ad *E. moluccelloidem* proxime accedit, calycis limbo minore evidenter lobato differre videtur. ♃ — Crescit.....?

9. E. AFFINIS Schrenk, Bullet. de la classe phys. math. de l'acad. imper. de St Petersbrg. III. 211. — Ebracteata: caule calycibq. lanatis; foll. ovatis oblongisve dentatis; calycis limbo subdilatato quinquespinoso, tubo longe breviore. ♃ — *E tuberosae* proxima. — In desertis in sinistra ripa fluvii Atassu in Soongaria.

3607. ERIOPHYTON *Bth.*

(Bth. in Wall Plant. Asiat. rarior. I. 63. — Meisn. Gener. plant. vascular. I. 289. II. 197. — Bth. Labiat. gener. et spec. 638.

1. E. WALLICHIANUM Bth. l. l. c. c. — Caulis e radice tuberosa ortus? herbaceus erectus simplex, in parte superiore uti folia, calyces et corollarum galeae lana

longissima laxa albida obtectus. Folia infima parva, superiora et floralia rhomboidea v. orbicularia, sesquipollicem lata, basi subcuneata sessilia crenata mollissima. Bracteae nullae. Verticillastri sexflori. Calyces semipollicares sessiles reticulato-venosi, dentibus e basi late ovata subulatis subspinosis. Corolla flava, galea semiorbicularis, semipollicem longa, intus glabra, labium dimidio brevius. 2? — Habitat in Gossain Than.

3668. MOLUCCELLA *Linn.*

(Linn. Gener. plant. no. 724. — Meisn. Gener. plant. vascul. I. 229. II. 197. — Bth. Labiat. gener. et spec. 639.)

Sectio I. MOLUCCA Endl. Gener. plant. pag. 529.

Calycis limbus maximus membranaceus subpentagonus, brevissime quinquedentatus, dentibus mucronatis.

1. M. LAEVIS Linn. Spec. plant. 821. — Bot. Magaz. t. 1852. — Sbthrp. et Sm. Flor. Graec. VI. 53. t. 566. — Bth. l. c. † — Calycis limbo maximo membranaceo subpentagono, brevissime 5-mucronato. 2 — Planta in omnibus partibus glaberrima laevis. Caules herbacei ascendentes v. erecti, parum ramosi, fere a basi floriferi. Folia longe petiolata, limbo 1–1½-pollicari subrotundo, grosse crenato, basi cuneato v. rotundato integerrimo, floralium petioli calyces aequantes v. excedentes. Verticillastri plerumque sexflori distantes. Bracteae 4–5 lin. longae laeves, basi subconnatae. Calyces sessiles, latere superiore 15 lin., inferiore 12 lin. longi, fere 2 poll. diametro, nervis tubi intus nec extus prominentibus, limbo utrinque reticulato-venoso. Corolla limbo calycis brevior albida, annulo intus membranaceo nec piloso, fere completo, labium superius integrum, inferioris lobi laterales ovato-oblongi, medius bifidus, laciniis rotundatis. — *Molucca laevis* Mnch. Meth. plant. 404. — Habitat in Syria, Palaestina, inter Smyrnam et Bursam.

Sectio II. CHASMONE Presl. Flor. Sicul. I. XXXVII. — Endl. l. c.

Calycis limbus brevis coriaceus subbilabiatus, octo-decemdentatus, dentibus spinosis.

2. M. SPINOSA Linn. l. c. — Sbthrp. et Sm. l. c. 54. t. 567. — Bth. l. c. 640. † — Calycis limbo brevi coriacee subbilabiato 8-spinoso. 2 — Habitus *M. laevis*, at rigidior. Folia minora, dentibus mucronulatis. Inflorescentia et bracteae *M. laevis*. Calyx rigidus coriaceus pollicaris incurvus, limbo valde obliquo, dente v. labio superiore erecto lanceolato, apice in spinam attenuato, labio inferiore quadrangulato, angulis spina longa terminatis, sinu quoque spina minore aucto. Corolla calycem parum excedens, annulo interno piloso valde obliquo, labio superiore extus villosulo, apice latissime emarginato-bifido, labium inferius brevius, caeterum labio *M. laevis* conforme. — *Chasmonia incisa* Presl, Fl. Sic. I. XXXVII. — Bot. Reg. t. 1244. — *M. armata* Sieb. Plant. exs. — *Molucca spinosa* Moench, Meth. plant. 404. — Habitat in regione mediterranea, in Sicilia, regno Neapolitano, Palaestina et in monte Parnasso.

† *Species e genere excludendae.*

M. DIACANTHOPHYLLA Pall. = LAGOCHILUS DIACANTHOPHYLLUS.
M. FRUTESCENS Linn. = BALLOTA SPINOSA.
M. FRUTESCENS Sbthrp. = BALLOTA INTEGRIFOLIA.
M. GRANDIFLORA Steph. = LAGOCHILUS DIACANTHOPHYLLUS.
M. INTEGRIFOLIA R. Br. = OTOSTEGIA INTEGRIFOLIA.
M. MARRUBIASTRUM Steph. = MARRUBIUM LANATUM.
M. PERSICA Linn. = BALLOTA PERSICA.
M. REPANDA R. Br. = OTOSTEGIA REPANDA.
M. SCARIOSA R. Br. = OTOSTEGIA SCARIOSA.
M. TUBEROSA Linn. = EREMOSTACHYS TUBEROSA.

3669. HYMENOCRATER *Fisch. et Mey.*

(Fisch. et Mey. Indx. semin. hort. Petropolit. II. 1835. 39. — Meisn. Gener. plantar vascular. I. 289. II. 197.)

1. H. BITUMINOSUS Fisch. et Mey. l. c. — Fruticulus humilis glaber, folia quoad formam *Nepetae Pannonicae* similia viscidula bitumen redolentia; cymae axillares 5–7-florae confertae, foliis floralibus oblongis subintegerrimis instructae, calycis limbus amplissimus membranaceus, faux villis clausa, corolla exserta calyce longe angustior violacea lineolisque albis picta. Carpella atra tuberculis parvis exasperata et basi foveola lata perfossa. ♄ — Crescit in collibus aridissimis Persiae borealis.

3670. HOLMSKIOLDIA *Retz.*

(Retz, Observ. VI. 31. — Meisn. Gener. plant. vascul. I. 289. II. 197. — Bth. Labiat. gener. et spec. 642.)

1. H. SANGUINEA Retz l. c. — Bth. l. c. † — Frutex ramis divaricatis tetragonis glabris, saepe tuberculatis. Folia petiolata ovata acuminata, vix dentata, basi subtruncata, 2–4-pollicaria, glabra venosa, utrinque viridia. Racemuli axillares petiolo vix longiores, e verticillastris paucis 2–4-floris constantes. Pedicelli 3–4 lin. longi filiformes, basi nudi v. instructi bractea (v. folio florali) nunc parva rotundata, nunc fere pollicari, foliis caulinis subconformi. Calyx florifer 8–9 lin. post anthesin ultra pollicem diametro, reticulato-venosus sanguineo-coloratus, venis 5 primariis in margine terminatis v. in mucronem brevissimum abeuntibus. Corolla 10–11 lin. longa rubra? fere glabra, labii superioris laciniae vix lineam longae, inferioris lacinia media 2 lin. longa. Genitalia exserta. Ovarii lobi tuberculis minutis rugulosi. ♄ — *Hastingia coccinea* Sm. Exot. bot. II. t. 89. — *Plectanium rubrum* Juss. Ann. Mus. Paris. VII. 78. — Habitat in India orientali, in Hindustania et Silhet.

3670/1. SESTINIA *Boiss.*

(Boissier, Diagnos. plant. nov. orientat. V. 40.)

Calyx tubo ovato multistriato, limbo maximo membranaceo-dilatato reticulato-venoso rotato aequali, fere ad faucem usque in lobos subaequales ovatos mucronulatos subintegros basi angustatos diviso. Corolla tubo elongato subincurvo, inferne angustato, intus nudo, limbo parvo bilabiato, labio superiori brevi bifido, inferiori trilobo, lobis rotundatis brevibus, intermedio paullo latiori longiorique emarginato. Stamina quatuor ascendentia didynama, faucem aequantia. Filamenta inferiora longiora longiusque cum corolla coalita. Antherae biloculares, loculis subdivergentibus. Stylus apice subaequaliter bifidus. Achaenia ovata punctato-tuberculata. — Suffrutex Persicus inermis habitu *Prasii*, calycibus *Moluccellae*.

1. S. CALYCINA Boiss. l. c. 41. † — Suffrutex ramis vetustioribus crassitie pennae anserinae aut tenuioribus, cortice grisea in fibras longitudinales laceras secedente obtectis. Rami novelli glabelli subsemipedales parce foliosi. Folia breviter petiolata obscure virentia glabra ovato-oblonga, basi latiora subtruncata obtusa dentata, dentibus ascendentibus brevibus obtusiusculis, ad folii basin profundioribus, ea *Prasii majoris* referentia sed minora, 6–8 lin. longa, 4–5 lata. Flores 3–5 in cymulas ad axillas foliorum superiorum breviter pedicellatas dispositi, verticillastros remotiusculos 3–4 ad ramorum apicem efficientes, bracteae oblongae mucronulatae in petiolum attenuatae, tubo calycino paullo longiores ad pedicellorum basin sitae. Calycis tubus 2½ lin. longus, superne subconstrictus 12–14-striatus, limbus rotatus membranaceus subpellucidus pallide flavescens, diametro 16–18 lin. latus, fere usque ad tubi faucem in partitiones ovatas, basi angustatas, 8 lin. circiter longas, 6 lin. latas obtusas brevissime mucronulatas divisus. Corolla tubulosa 9 circiter lin. longa, in limbum sensim ampliata brevissime glanduloso-hirtella, labiis brevissimis. Achaenia.....? — In Persia.

† *Species e genere excludenda.*

8. LIGUSTROIDES Boiss. et Hohenack. (Boiss. Diagn. pl. nov. orient. III. 85.) — WENDLANDIA KOTSCHYI Boiss. et Hohenack. (Boiss. l. c.)

3071. ACHYROSPERMUM *Blume.*

(Blume, Bijdragen 840. — Meisn. Gener. plant. vascul. I. 289. II. 197. — Bth. Labiat. gener. et spec. 643.)

1. A. DENSIFLORUM Blume l. c. 841. — Bth. l. c. † — Spica cylindracea densiflora; bracteis multifloris; foll. obovato-oblongis acutis, basi integerrimis. ♃ — [Herba 6–8-pollicaris erecta, caule pubescente simplici. Folia petiolata ovata acuminata serrata, basi cuneata v. angustata, utrinque puberula. Verticillastri subsexflori, in spicam densam ovatam sesquipollicarem approximati. Folia floralia bracteaeformia sessilia late ovata sessilia acuta, calyce subbreviora. Calyx ovatus membranaceus pubescens subbilabiatus, labium superius tridentatum, dentibus ovatis, medio magis producto, inferiore bidentato, omnibus subaequalibus, fructifer subinflatus, dentibus subpatulis, fauce intus nuda. Corolla calyce vix longior. Stamina 4 ascendentia. Filamenta nuda. Antherae loculis confluentibus. Stylus brevissime bifidus. Achaenia dorso et apice paleis membranaceis coronata.] — Habitat in Java ad margines rivulorum circa Linga Jattie provinciae Cheribon et in Manilla.

2. A. PHLOMOIDES Blume l. c. — Bth. l. c. — Spica laxa; bracteis unifloris, basi intus biglandulosis; foll. obovato-obtusis, basi integerrimis. ♃ — Habitat in Javae sylvis altioribus humidis montis Burangrang.

3.? A. FRUTICOSUM Bth. l. c. 643. et 745. — Caulis fruticosus, rami tenuiter pubescentes. Folia petiolata ovata obtusa late crenata, basi rotundata, petiolo cuneato alato, utrinque pubescentia, subtus minutissime glandulosa. Verticillastri sexflori, in spicam laxam terminalem approximati. Flores fere *Colquhouniae*. Folia floralia membranacea late ovata ciliata, calyce vix longiora. Calyces membranacei tubulosi pubescentes subincurvi, ore subobliquo subaequaliter quinquedentato, dentibus ovatis acutis, fauce intus nuda. Corolla *Holmskioldiae*, calyce duplo longior, tubus intus nudus incurvus, faux subinflata, labia abbreviata patentia, supremum bilobum lobis latis rotundatis brevibus, inferius trilobum, lobis lateralibus brevibus rotundatis, inferius longius late rotundatum bilobum, lobis subreflexis. Stamina ascendentia, breviter exserta, filamenta usque ad faucem adnata, superiora basi in appendiculam brevem pilosam producta. Antherae biloculares, loculis divaricatis, demum subconfluentibus. Styli lobus superior brevissimus. Ovaria apice squamis pubescentibus densissime obsessa. Achaenia.....? — *Siphotaxis rosea* Bojer mss. — Habitat in Madagascaria.

3072. COLQUHOUNIA *Wall.*

(Wall. in Trans. Soc. Linn. Lond. XIII. 608. — Meisn. Gener. plant. vascul. I. 289. II. 197. — Bth. Labiat. gener. et spec. 644.)

1. C. COCCINEA Wall. l. c. et Tent. flor. Nepal. I. 13. t. 6. — Bth. l. c. † — Foll. glabriusculis asperulis, junioribb. calycibq. tomento tenui canescentib.; dentib. calycinis ovatis obtusis; corollae labio superiore ovato. ♁ — Frutex amplus, super alios arboresque minores volubilis, rami longissimi, tomento parco hinc inde conspersi dilute ferruginei, juniores tomento densiore vestiti. Folia petiolata ovata acuminata 3–5-pollicaria crenulata, basi acuta v. rotundata, supra atroviridia rugoso-scabra, juniora subtus incano-tomentosa, adulta subnuda, floralia inferiora conformia, suprema minuta. Verticillastri pauciflori, nunc in spicas terminales, basi foliosas, approximati, nunc in racemulos breves axillares dispositi. Bracteae minutae lineares. Calyces semipollicares, basi angustati, tomento tenui conspersi. Corolla coccinea, calyce duplo longior.

β. parviflora: foliis junioribus calycibusque vix tomentosis. — Habitat in Nepalia, *β.* ad Gossain Than.

2. C. VESTITA Wall. Tent. flor. Nepal. I. 14. et Plant. Asiat. rar. III. 43. t. 267. — Bth. l. c. — Foll. subtus caule calycibq. albo-tomentosis; dentib. calycinis ovatis obtusis; corollae labio superiore ovato. ♁ — Characteribus datis et floribus parum minoribus distinguitur a *C. coccinea*, cui habitu similis. — Habitat in Kamaon.

3. C. ELEGANS Wall. Plant. Asiat. rar. I. 63. et III. 43. t. 268. — Bth. l. c. 645. — Caule, foll. calycibq. velutino-pubescentib.; dentib. calycinis late lanceolatis acutiusculis; corollae labio superiore oblongo. ♁ — Praeter characteres datos differt a *C. coccinea* et *C. vestita* calycibus dimidio minoribus, corollis longius exsertis, fauce ampliore et colore florum aurantiaco punctis sanguineis notato nec coccineo. — Habitat ad Taong Dong montem Avae.

Tribus X. *PRASIEAE* Bth. Labiatar. gener. et spec. 646. — Endl. Gener. plant. pag. 630. — Meisn. Gener. plant. vascul. I. 289.

Calyx subaequalis. Corolla bilabiata. Stamina 4 ascendentia didynama, inferioribus longioribus. Achaenia carnosa subbaccata.

3673. GOMPHOSTEMMA *Wall.*

(Bth. in Wall. Plant. Asiat. rar. II. 12. — Meisn. Gener. plant. vascul. I. 289. II. 197. — Bth. Labiat. gener. et spec. 646.)

1. G. STROBILINUM Wall. l. c. — Bth. l. c. 647. † — Caule erecto; foll. ellipticoovatis rugosis, supra hispidis, subtus tomentosis; verticillastris in spicam terminalem congestis v. infimis remotis axillarib.; foll. floralib. bracteaeformib. late ovatis, calyces superantib.; calycib. campanulatis molliter tomentosis, dentib. ovato-lanceolatis; corollis calyce subtriplo longioribus. ♃ — Caulis crassus subsimplex, obtuse tetragonus sulcatus tomentosus 1–3-pedalis. Folia caulina petiolata, 6–10 poll. longa, 3–6 poll. lata, crenata, floralia sessilia pollicaria, supra fuscescentia glabra v. apicem versus pubescentia, subtus rugosa tomentosa, irregulariter dentata. Verticillastri nunc omnes spicati, spica 4–6-pollicari v. interdum fere pedali crassa densa, nunc inferiores remoti axillares pauciflori v. nonnulli in spiculas breves axillares approximati. Corolla flava, extus pubescens, tubus calycem superans, vix incurvus, faux valde inflata. Achaenia siccitate rugosissima glabra, unum alterumve fertile, caetera saepius abortiva. — Habitat in regno Burmannico ad Meoag, Prome et in monte Taong Dong.

2. G. VIRIDE Wall. l. c — Bth. l. c. — Caule erecto; foll. elliptico-ovatis flaccidis, supra hispidulis, subtus pubescentib.; verticillastris pauciforis in spicam brevem terminalem congestis; foll. floralib. bracteaeformib. late ovatis calyces superantib.; calycib. campanulatis molliter villosis, dentib. lanceolatis; corollis calyce duplo longioribus. ♃ — *G. strobilino* valde affine, sed statura humilior. Folia laete viridia flaccida, haud rugosa, subtus vix tomentosa. Spica brevis pauciflora. Calyx amplus. Corollae tubus brevior quam in *G. strobilino*. — Habitat in regni Burmannici provincia Tavoy.

3. G. HEYNEANUM Wall. l. c. — Bth. l. c. — Caule erecto; foll. elliptico-ovatis rugosis, supra molliter, subtus dense floccoso-tomentosis; verticillastris in spicam terminalem congestis v. infimis subremotis axillarib.; foll. floralib. bracteaeformib. late ovatis, calyces superantib.; calycib. campanulatis molliter tomentosis, dentib. ovato-lanceolatis, corolla vix longioribus. ♃ — Habitus et statura *G. strobilini*, differt tomento floccoso, foliis floralibus supra rugosis tomentosis nec glabratis, corollis minoribus, tubo incluso, labiis vix calycem superantibus. — Habitat in peninsulae Indiae orientalis montibus prope Courtallum.

4. G. OBLONGUM Wall. l. c. — Bth. l. c. 646. — Caule erecto; foll. oblongo-ellipticis rugosis, supra hispidulis, subtus dense tomentosis, floralib. conformib.;

verticillastris axillarib. remotis paucifloris; calycib. campanulatis tomentosis, dentib. lanceolato-linearib. elongatis acutis; corollis calyce triplo longioribus. 2 — Caulis 1–2-pedalis. Folia fere *G. strobilini*, sed minora angustiora. Verticillastri 2–4 axillares 6–10-flori. Corolla extus pubescens ultra 1½-pollicaris, tubo gracili, apice valde inflato. Bracteae parvae lineares lanceolatae v. ovatae. — Habitat in regni Burmannici provincia Tavoy.

5. G. LUCIDUM Wall. l. c. — Bth. l. c. — Caule erecto; foll. elliptico-ovatis, supra lucidis piloso-hispidis, subtus dense rufo-tomentosis, floralib. conformib.; verticillastris axillarib. remotis; calycib. tubuloso-campanulatis tomentosis, dentib. lanceolatis abbreviatis; corollis calyce triplo longioribus. 2 — Habitus praecedentis, sed robustior. Caulis 2–3-pedalis dense rufo-tomentosus. Folia breviter petiolata, utrinque angustata, levissime dentata v. integerrima. Verticillastri 10–30-flori. Corolla flava, extus dense tomentosa. Dentes calycini vix lineam longi. — Habitat in India orientali ad Choppedong orae Tenasserim et in Pundua.

6. G. PARVIFLORUM Wall. l. c. — Bth. l. c. — Caule erecto; foll. elliptico-ovatis, supra pubescentib., subtus tomentosis, floralib. conformib.; verticillastris axillarib. remotis laxe multifloris; bracteis lanceolatis v. linearib., calyces superantib.; calycib. campanulatis, dentib. lanceolato-linearib., apice subulatis; corollis gracilib. calyce duplo longioribus. 2 — Habitu praecedentibus affine, sed flores in axillis numerosissimi, laxe fasciculati. Corolla flava, extus pubescens, 9–10 lin. longa, tubo gracillimo, fauce minus inflata, limbo parvo. — Habitat in India orientali, in Nepalia, Silhet et in insula Penang.

7. G. MULTIFLORUM Bth. l. c. — Caule erecto; foll. ellipticis, supra vix pubescentib., subtus tomentosis, floralib. conformib.; verticillastris axillarib. remotis laxe multifloris; bracteis ovatis foliaceis, calyces superantib.; calycis dentib. lanceolato-linearib.; corollis gracilib. calyce pluries longioribus. 2 — Haec species a praecedente differt praecipue bractearum forma. Folia angustiora videntur. — Habitat in Indiae orientalis provincia Silhet.

8. G. CRINITUM Wall. l. c. — Bth. l. c. — Caule erecto; foll. elliptico-ovatis, supra pubescentib., subtus tomentosis, floralib. conformib.; verticillastris axillarib. remotis laxe multifloris; bracteis lineari-setaceis calycem subaequantib.; calycib. tubuloso-campanulatis, fructiferis inflatis, basi glaberrimis, dentib. elongatis setaceis hispidis; corollis gracilib. calyce duplo longioribus. 2 — Habitus, inflorescentia et corolla *G. parviflori*, bracteis et calyce distinctissimum, folia ampliora, minus rugosa. — Habitat in regni Burmannici provincia Tavoy.

9. G. ERIOCARPUM Bth. mss. in Wall. l. c. — Bth. Labiat. 649. — Caule ascendente; foll. elliptico-oblongis grosse dentatis, supra hispidulis, subtus tomentosis, floralib. conformib.; verticillastris remotis paucifloris; bracteis ovatis denticulatis; calycib. campanulatis, demum inflatis tomentosis, dentib. lineari-setaceis; corollis villosis calyce duplo longiorib.; achaeniis tomentosis. 2 — Caulis elongatus, tenuior quam in speciebus praecedentibus. Folia 3–4 poll. longa, sesquipollicem lata, acute dentata. Verticillastri pauci sub-10-flori. — Habitat in peninsula Indiae orientalis prope Courtallum.

10. G. OVATUM Wall. l. c. — Bth. l. c. — Caule basi radicante erectiusculo; foll. late ovatis, supra lucidis hispidulis, subtus molliter tomentosis, floralib. conformib.; verticillastris axillarib. remotis multifloris; bracteis late ovatis, exteriorib. calycem subaequantib.; calycib. campanulatis villoso-tomentosis, dentib. lanceolato-linearib.; corollis calyce triplo longioribus. 2 — Folia minora et latiora quam in praecedentibus. Corolla flava pubescens, fere sesquip llicaris, tubus calyce duplo longior, faux amplissima. — Habitat in Nepalia.

11. G. MELISSAEFOLIUM Wall. l. c. — Bth. l. c. — Caule basi repente radicante; ramis ascendentib.; foll. ovatis glabriusculis v. supra hispidulis, subtus parce tomentosis, floralib. conformib.; verticillastris axillarib. remotis laxe paucifloris; bracteis ovatis, exteriorib. calycem aequantib.; calycib. hispidis, dentib. lanceolato-linearib.; corollis calyce subtriplo longioribus. 2 — *G. ovato* valde affine,

differt caule basi repente, foliis subtus vix tomentosis floribusque minoribus. Corollae 13–14 lin. longae, tubo gracili, apice parum dilatato. — *Prasium molissaefolium* Roxb. Hort. Bengh. 45. — Habitat in Indiae orientalis provincia Silhet.

12. G. VELUTINUM Bth. in Wall. l. c. 13. et Labiat. 649. — Caule basi repente radicante; ramis ascendentib.; foll. ovatis crassis, utrinq. dense velutino-pubescentib., floralib. conformib.; verticillastris axillarib. remotis paucifloris; bracteis oblongis calycem aequantib.; calycib. tomentosis, dentib. ovato-lanceolatis; corollis calyce duplo longioribus. ♃ — Species distinctissima affinis *G. molissaefolio*. Folia 12–18 lin. longa, 8–15 lin. lata. Corollae flavae, 11–12 lin. longae, tubo gracili, apice valde dilatato. — Habitat in Indiae orientalis provincia Silhet.

13. G. PHLOMOIDES Bth. l. c. — Foll. oblongis, utrinq. acutis denticulatis, supra pilosis, infra dense stellato-tomentosis; florib. fasciculatis axillaribus. ♃ — *Prasium phlomoides* Reinw. ex Blume, Bijdragen 840. — Habitat in Javae sylvis montosis altioribus.

14. G. JAVANICUM Bth. l. c. 650. — Foll. (majusculis) oblongis, utrinq. acuminatis denticulatis, supra hirsutis, subtus pube stellata subtomentosis; florib. subfasciculatis axillaribus. ♃ — *Prasium Javanicum* Blume, Bijdragen 840. — Habitat in Javae sylvis montosis humidis.

3074. PHYLLOSTEGIA *Bth.*

(Bth. in Lindl. Bot. Regist. t. 1292. adnot. et Labiat. gener. et spec. 650. — Meisn. Gener. plant. vascul. I. 289. II. 197.)

1. PH. DENTATA Bth. in Lindl. Bot. Regist. t. 1292. adnot. et Labiat. 651. † — Hirsutissima: foll. basi rotundatis; racemo denso; calycib. amplis, laciniis foliaceis dentatis; styli lobis clavatis. ♃? — Caulis herbaceus erectus subsimplex ultra pedalis, obtuse tetragonus, uti folia et calyces pilis longis rigidis hirsutus. Folia longe petiolata acuminata, margine serrato-crenata 3–4-pollicaria, floralia infima subconformia, superiora subsessilia, calyce fructifero breviora. Racemus 3–4-pollicaris. Bracteae parvae subulatae. Verticillastri sub-10-flori. Pedicelli rigidi hispidissimi, calyce breviores. Calyx semipollicaris, fructifer longior campanulatus viridis foliaceus hispidissimus, laciniis late ovato-lanceolatis acutis, tubo aequilongis. Corolla parva. — Habitat in insula Owyhee ad montem Raah et sinum Byron.

2. PH. VESTITA Bth. l. l. c. c. — Hirsutissima: foll. basi rotundato-truncatis, floralib. conformib.; verticillastris axillarib. distantib.; calycib. amplis, laciniis foliaceis integerrimis; styli lobis clavatis. ♃ — A *Ph. dentata* differt foliis minoribus et characteribus supra notatis. — In insula Owyhee ad sinum Byron.

3. PH. GRANDIFLORA Bth. l. l. c. c. † — Adpresse pubescens v. glabriuscula: foll. basi rotundatis; racemo laxo; dentib. calycinis late ovatis foliaceis integerrimis patentib.; corollis incurvis calyce plus triplo longioribus; styli lobis arcuatis. ♃ Caules duri procumbentes v. ascendentes ramosi, rami juniores pilis brevibus adpresso-reflexis rigidis pubescentes, demum glabrati. Folia petiolata 1–2– v. inferiora sub-3-pollicaria, vix acuminata, leviter crenulata, basi integerrima subcoriacea, supra glabra, subtus praesertim juniora pubescentia, floralia infima subconformia, suprema parva bracteaeformia. Racemus 2–4-pollicaris. Verticillastri sexflori. Pedicelli calycem subaequantes, uti calyces et corollae pilis rigidis adpressis vestiti, pedunculo communi nullo. Calyx florifer 3 lin. longus, fructifer auctus inflatus, laciniae obtusae, supra glaberrimae. Corolla cum labio inferiore 14–15 lin. longa subcoriacea, extus pilis adpressis villosissima, tubus longe exsertus incurvus aequalis, intus nudus, limbi labium superius breve ovatum patens subintegrum, inferius triplo longius, laciniae latae, intermedia latissima integra. — *Prasium grandiflorum* Gaudich. in Freyc. Voy. 453. t. 68. fig 2. Habitat in insula Oahu.

4. PH. CHAMISSONIS Bth. in Linnaea VI 79. et Labiat. 651. † — Glaberrima: foll. basi rotundatis; racemo laxo; pedunculis elongatis trifidis; calycib. breviter 5-dentatis; corollis incurvis calyce quadruplo longioribus. ♃ — Caulis ramosus.

Folia fere *Ph. grandiflorae*, sed uti tota planta glaberrima, floralia foliacea semipollicaria, breviter petiolata v. subsessilia ovata acuta subdentata, suprema minora. Racemus semipedalis et ultra. Pedunculi versus medium trifidi, bracteae minutae subulatae. Calyx tenuis, dentibus lanceolatis obtusiusculis. Corollae magnitudine *Ph. grandiflorae*, labio inferiore maximo. — *Prasium glabrum* Gaudich. in Freyc. Voy. 452. t. 64. — Habitat in insulis Oahu et Mowee.

5. PH. GLABRA Bth. in Lindl. Bot. Regist. t. 1292. adnot. et Labiat. 652. — Glaberrima: foll. basi rotundato-truncatis; racemis brevib. laxis foliosis; pedunculis inferiorib. elongatis trifidis; calycib. breviter quinquedentatis; corollis subrectis calyce vix triplo longiorib.; styli lobis clavatis. 4 — *Ph. Chamissonis* affinis, differt caulibus ramosioribus, racemis irregulariter subramosis et floribus fere dimidio minoribus. Pedunculi inferiores nunc ut in *Ph. Chamissonis* elongati trifidi, nunc in racemulos abeunt, nonnulli abortivi, pedicelli interdum folia loco floris gerunt. Folia floralia alia caulinis subconformia, alia parva sessilia reflexa. — Habitat in insula Oahu.

6. PH. MACROPHYLLA Bth. l. l. c. c. — Glabriuscula v. apice pubescens: foll. oblongis, basi rotundatis; racemo brevi laxo; calycib. breviter 5-dentatis; corollis rectis calyce subtriplo longiorib.; styli lobis arcuatis. 4 — Folia fere *Ph. grandiflorae*, sed angustiora sublongiora. Inflorescentia *Ph. grandiflorae*. Pedicelli et calyces pilis brevibus mollibus patentibus nec adpressis pubescentes. Dentes calycini erecti, nec foliacei. Flores vix pollicares. Corollae tenuissime pubescentes. — *Prasium macrophyllum* Gaudich. in Freyc. Voy. 453. t. 65. fig. 3. — Habitat in insula Sandwicensi et in insula Owyhee ad montem Raah.

7. PH. PARVIFLORA Bth. in Linnaea VI. 70. et Labiat. 652. — Pubescenti-villosa: foll. basi rotundatis cordatisve, subtus molliter villosis; pedicellis calyce longiorib.; dentib. calycinis brevib. acutis; corollae tubo calyce triplo longiore; styli lobis clavatis recurvato-divaricatis. 4 — Folia late ovata, saepe acuminata crenata 3-4-pollicaria, supra subrugosa tenuiter pubescentia, subtus pube molli subcanescentia. Racemus laxus gracilis. Folia floralia minuta. Pedicelli saepius 3-5 lin. longi, calyx vix 1½ lin., corolla semipollicaris glabra, tubus parum incurvus. — *Prasium parviflorum* Gaudich. in Freyc. Voy. 453. t. 65. fig. 1. — *Phyllostegia leptostachys* Bth. in Lindl. Bot. Regist. t. 1292. adnot. — Habitat in insula Oahu.

8. PH. MOLLIS Bth. l. l. c. c. — Molliter velutino-pubescens: foll. basi cordatis; pedicellis calyce breviorib.; dentib. calycinis abbreviatis obtusis; corollae tubo calycem breviter superante; styli lobis clavatis recurvato-divaricatis. 4 — A *Ph. parviflora* corollis fere dimidio minoribus et aliis notis diversa, magis affinis videtur *Ph. clavatae*, sed pubescentia densiore molliore et styli forma differt. Verticillastri sexflori. — Habitat in insula Sandwich.

9. PH. CLAVATA Bth. in Lindl. l. c. et Labiat. 653. † — Pubescens: foll. basi rotundato-truncatis subcordatisve; pedicellis calyce subbreviorib.; dentib. calycinis abbreviatis obtusis; corollae tubo calycem breviter superante; stylo apice clavato, stigmatib. complanatis recurvis. 4 — Folia forma et magnitudine *Ph. grandiflorae*, at minus coriacea et villosiora, floralia infima subconformia, suprema bracteaeformia. Verticillastri 6-10-flori, infimi axillares remoti, superiores approximati. Corolla vix 4 lin. longa, tubo crassiusculo pubescente, labiis brevibus vix inaequalibus. Calyx florifer campanulatus, fructifer auctus patens. — Habitat in insulae Owyhee monte igniyomo.

10. PH. RACEMOSA Bth. l. l. c. c. — Villosa: foll. ovato-lanceolatis, basi cordatis; verticillastris multifloris; pedicellis brevissimis; corollis calyce dimidio longiorib.; styli lobis clavatis. 4 — Habitus fere *Stachydis grandidentatae*. Pubescentia subviscosa videtur. Folia sesquipollicaria molliter rugosa, floralia infima conformia minora, suprema parva rotundata dentata, breviter petiolata, floribus breviora. Verticillastri circiter 10-12-flori, infimi remoti, supremi magis approximati. Corolla vix 3 lin. longa, forma *Ph. clavatae*. — Habitat in insula Owyhee ad montem Raah.

11. PH.? HIRSUTA Bth. l. l. c. c. — Hirsutissima: foll. amplis, basi cordatis; racemis ramosis; calycib. glabris breviter quinquedentatis. ♃ — Caulis, ut in *Ph. dentata*, pilis patentibus densissime vestitus. Racemus ramosus. Pedicelli breves pubescentes. Calyces *Ph. mollis*. Corolla.....?, sed ob affinitatem cum praecedentibus ad hoc genus relata est. — Habitat in insula Oahu.

12. PH. FLORIBUNDA Bth. l. c. † — Pubescens v. hirsuta: foll. ellipticis amplis, basi rotundatis angustatisve; cymis axillarib. laxe ramosissimis multifloris hirsutissimis; calycib. hirsutis, dentib. linearib. tubo subaequilongis; corollis calyces breviter superantibus. ♁? ♃? — Rami duri lignosi?, pilis adpressis pubescentes. Folia longe petiolata 2–3-pollicaria tenuia, pilis brevibus hispidula. Corymbi v. cymae fere ut in *Bystropogone* ampla ramosissima. Bracteae parvae ovatae v. oblongae. Pedicelli calyce sublongiores. Calyx 2–3 lin. longus tenuis, fructifer dilatatus. Corolla parva glabra, forma fere *Ph. racemosae*, at tenuior. — Habitat in insula Sandwich.

3075. STENOGYNE *Bth.*

(Bth. in Lindl. Bot. Regist. XV. adnot. ad t. 1292. et Labiat. gener. et spec. 654. — Meisn. Gener. plant. vascul. I. 289. II. 197.)

1. ST. MACRANTHA Bth. l. l. c. c. — Hirsutissima: foll. petiolatis ovatis, basi cordatis; verticillastris axillarib. distantib.; pedicellis calycem aequantibus. ♃ — Hirsuties, folia et etiam calyces *Phyllostegiae vestitae*, sed corollae diversissimae. Sunt enim sesquipollicares, tubus longe exsertus incurvus, faux valde dilatata labiumque superius vix inferiore brevius. Stylus omnino *Stenogynes* nec *Phyllostegiae*. — Habitat in insula Owyhee ad montem Raah.

2. ST. SESSILIS Bth. l. c. † — Glabra: foll. sessilib. rotundatis, basi cordatis coriaceis; verticillastris ad apices ramorum approximatis. ♃ — Caulis ascendens glaber v. ad nodos pilosus tetragonus, angulis acutis subasperis. Folia glaberrima, regulariter crenata nervoso-rugosa, floralia minora, at conformia. Verticillastri pauci secundi. Bracteae minutae lineares. Calyces semipollicares subsessiles glabri campanulati, irregulariter 5-dentati v. bilabiati, dentibus latis rotundatis. Corolla calyce duplo longior, extus villosa, tubus amplus incurvus, labium superius breviter emarginatum, inferius vix longius, lobi rotundati, laterales suberecti, intermedius patens. Genitalia corolla sublongiora. — Habitat in insula Sandwich.

3. ST. CORDATA Bth. l. c. — Glabra: foll. inferiorib. breviter petiolatis, superiorib. sessilib., omnib. ovatis, basi cordatis coriaceis; verticillastris axillarib. distantibus. ♃ — Ab affini *St. sessili* differt ramis tenuioribus, foliis minoribus angustioribus, inflorescentia et floribus minoribus. — Habitat in insula Sandwich.

4. ST. RUGOSA Bth. in Lindl. l. c. et Labiat. 655. † — Glabra: foll. breviter petiolatis oblongis coriaceis, basi rotundato-truncatis; verticillastris axillarib. distantib.; pedicellis calyce brevioribus. ♃ — Caulis erectus? divaricato-ramosus? vix tetragonus, uti tota planta glaberrimus. Folia 1½–2-pollicaria crenata aspera rugosa venosa, floralia omnino conformia, flores longe superantia. Verticillastri subsexflori, omnes axillares, axillae superiores steriles. Pedicelli 1–2 lineas longi. Calyces 4–5 lin. longi glabri, dentibus ovato-lanceolatis obtusis, 2 infimis brevioribus, sed profundius fissis. Corolla vix calyce duplo longior fere glabra, forma *St. scrophularioidis*. — Habitat in insula Owyhee ad montem Raah et in monte ignivomo.

5. ST. MICROPHYLLA Bth. l. c. — Glabra: foll. parvis petiolatis acutis, basi angustatis; verticillastris paucis bifloris secundis; calycib. folia subaequantib. brevissime pedicellatis. ♃ — Rami elongati ramosi divaricato-flexuosi subscandentes, acute tetragoni. Folia vix 3–4 lin. longa, acute serrata. Pedicelli brevissimi sub calycibus bibracteolati. Corolla calyce duplo longior, forma omnino *St. rugosae*, tubus intus annulatus. Genitalia exserta. — Habitat in insula Owyhee ad montem Raah.

6. ST. SCROPHULARIOIDES Bth. l. l. c. e. † — Glaberrima: foll. petiolatis ovatis flaccidis; verticillastris axillarib. distantib.; pedicellis fructiferis calyce longiorib.; corollis pubescentib. calyce duplo longioribus. 4 — Rami divaricati flexuosi subscandentes? tetragoni laeves. Folia 1–1½-pollicaria serrato-crenata, basi rotundato-truncata, petiolo apice subdilatato, floralia omnino conformia, flores superantia. Verticillastri sexflori, omnes distantes, axillae superiores steriles. Pedicelli floriferi 2–3, fructiferi 6–7 lin. longi, demum reflexi. Calyces vix 3 lin. longi, irregulariter 3–5-dentati, fructiferi globosi subavenii. Corolla calyce triplo longior, extus pubescens, labium superius incurvum brevissimum emarginatum, inferius brevius, lobis latis rotundatis suberectis. Genitalia breviter exserta. — Habitat in insula Sandwich et in insula Owyhee ad sinum Byron.

7. ST. NELSONI Bth. l. c. — Glabra: foll. petiolatis ovatis subflaccidis; verticillastris axillarib. distantib.; pedicellis fructiferis calyce longiorib.; corollis subglabris calyce 3-4-plo longioribus. 4 — Affinis *St. scrophularioidi*, differt foliis majoribus subcoriaceis, floribus in verticillastro numerosis, calycibus longioribus. Corollae duplo longiores. Genitalia longe exserta. — In insula Sandwich.

3076. PRASIUM *Linn.*

(Linn. Gener. plant. no. 302. — Meisn. Gener. plant. vascular. I. 289. II. 197. — Bth. Labiat. gener. et spec. 655.)

1. PR. MAJUS Linn. Spec. plantar. 838. — Bth. l. c. 656. † — Suffrutex divaricato-ramosus. Rami herbacei semipedales v. pedales uti tota planta saepius glaberrimi, juniores rarius cum foliis nonnullis hispiduli. Folia petiolata ¼–1-pollicaria ovata acuta, basi rotundato-truncata v. subcordata, margine irregulariter serrato-crenata, floralia conformia v. suprema minora integriora, omnia calyces superantia. Verticillastri biflori, omnes distantes axillares. Bracteae minutae v. nullae. Calyces breviter pedicellati, late campanulati virides glabri, laciniis ovatis aristatis, nunc omnibus aequalibus, saepius 3 superioribus in labium superius connatis. Corolla albida v. pallide purpurascens glabra, tubo amplo. Genitalia corolla breviora. 4 — *Pr. minus* Linn. l. c. — Habitat in Europae et Africae borealis regione mediterranea, in Lusitania, Hispania, agro Tingitano, insulis Balearicis, Corsica, Sardinia, Sicilia, Italia australi, in Peloponneso, tum in littore Cariensi et in insula Zacyntho, in collibus maritimis Pentapoleos, etiam in insula Madera.

† *Species e genere excludendae.*

PR. COCCINEUM Walt. — PHYSOSTEGIA VIRGINIANA?
PR. GLABRUM Gaudich. — PHYLLOSTEGIA CHAMISSONIS.
PR. GRANDIFLORUM Gaudich. — PHYLLOSTEGIA GRANDIFLORA.
PR. HIRSUTUM Poir. — STACHYS SWAINSONI.
PR. INCARNATUM Walt. — MACBRIDEA PULCHELLA.
PR. JAVANICUM Blume. — GOMPHOSTEMMA JAVANICUM.
PR. MACROPHYLLUM Gaudich. — PHYLLOSTEGIA MACROPHYLLA.
PR. MELLISSAEFOLIUM Roxb. — GOMPHOSTEMMA MELISSAEFOLIUM.
PR. PARVIFLORUM Gaudich. — PHYLLOSTEGIA PARVIFLORA.
PR. PHLOMOIDES Blume. — GOMPHOSTEMMA PHLOMOIDES.
PR. PURPUREUM Walt. — PHYSOSTEGIA VIRGINIANA?

Tribus XI. *AJUGOIDEAE* Bth. Labiat. gener. et spec. 657. — Endl. Gener. plant. pag. 631. — Meisn. Gener. plant. vascul. I. 289.

Corollae labium superius nunc brevissimum, nunc fissum, lociniis demissis, rarissime erectum fornicatum, inferius elongatum. Stamina 2 v. 4 ascendentia, saepissime exserta, labio opposita. Achaenia magis minusve reticulato-rugosa.

3677. AMETHYSTEA *Linn.*

(Linn. Gener. plant. no. 15. — Meisn. Gener. plant. vascular. I. 289. II. 197. — Bth. Labiat. gener. et spec. 657.)

1. A. COERULEA Linn. Spec. plant. 30. — Bth. l. c. † — Herba erecta, circiter pedalis ramosa glabra, saepe coerulescens, rami lucidi. Folia petiolata 3–5-partita, segmentis oblongo-lanceolatis inciso-dentatis, floralia minora, suprema minuta. Cymae pedunculatae laxae racemoso-paniculatae. Bracteae minutae. Calyces coerulescentes erecti glaberrimi, dentibus lanceolatis acutissimis. Corollae vix calycem excedentes coeruleae. ☉ — *A. corymbosa* Pers. Enchirid. I. 26. — Habitat in Asia Rossica a regione Pontica ad jugum Altaicum, Dahuriam etc. et in China

3678. TRICHOSTEMMA *Linn.*

(Linn. Gener. plant. no. 300. — Meisn. Gener. plant. vascular. I. 289. II. 197. — Bth. Labiat. gener. et spec. 658.)

Sectio I. STREPTOPODIUM Bth. l. c.

Calyx valde obliquus, torsione pedicelli reversus. Pedicelli solitarii oppositi uniflori.

1. TR. LINEARE Nutt. Gen. pl. N. Amer. II. 39. — Bth. l. c. — Glabrum: foll. linearib.; florib. solitariis oppositis reversis; calycib. valde obliquis. ♃? ☉? — ♀ *Tr. dichotomo* non differt, nisi glabritie constantiore, statura saepius parum elatiore, foliorum forma et corollis parum majoribus. Foliorum forma constans videtur. — *Tr. dichotomum* Roth, Nov. plant. spec. 280. — *Tr. brachiatum* Lam Illustr. gen. III. t. 515. (staminibus deficientibus?) non Linn. — Habitat in America boreali a Philadelphia et New Jersey ad Louisianam.

2. TR. DICHOTOMUM Linn. Spec. plant. 834. — Bth. l. c. † — Glabrum v. pubescens: foll. petiolatis oblongis; florib. solitariis oppositis reversis; calycib valde obliquis. ☉ — Herba erecta ½–1-pedalis, apice paniculato-ramosissima. Folia inferiora circiter pollicaria obtusa, basi angustata, utrinque viridia, superiora minora, floralia suprema v. omnia bracteaeformia, pedicello breviora. Flores secus ramos oppositi secundi. Pedicelli calycem fructiferum subaequantes torti Calyx florifer parvus vix inaequalis, fructifer 3–4 lin. longus, valde obliquus, dentibus 3 superioribus (reversione calycis inferioribus) valde auctis, basi connatis, apice late lanceolatis acutissimis, 2 inferioribus (reversione superioribus) triplo brevioribus liberis latis acutis. Corolla parva, tubo calycem subaequante, genitalibus 4–6 lin. longis exsertis. - *Tr. pilosum* Roth, Nov. pl. spec. 280. — Habitat in America boreali a Canada ad Carolinam.

Sectio II. ORTHOPODIUM Bth. l. c. 659.

Calyx rectus aequalis. Cymae multiflorae.

3. TR. OBLONGUM Bth. l. c. † — Pubescens v. villosum: foll. oblongis, basi angustatis; cymis axillarib.; calycib. subaequaliter 5-fidis; corollae tubo incluso. ☉ — Herba ascendens v. erecta, semipedalis pedalisve, ramosa, pubescentia brevi et pilis longis patentibus magis minusve villosa. Folia distantia, breviter petiolata, circiter pollicaria obtusa, utrinque viridia, pilosa, floralia conformia. Verticillastri remoti. Cymae laxiusculae multiflorae, folio breviores. Calyces subsessiles, dentibus anguste lanceolatis, fere ad basin fissis. Corolla parva. Genitalia 2–3 lin

longa exserta libera. — Habitat in America boreali-occidentali, in herbidis prope Vancouver.

4. TR. LANCEOLATUM Bth. l. c. † — Villosum: foll. lanceolatis; cymis axillarib.; calycib. subaequaliter 5-fidis; corollae tubo exserto. ♃? ☉? — Herba basi dura erecta ramosa palmaris, rami pubescentia brevi subviscosa et pilis longis patentibus villosi. Folia crebra sessilia circiter pollicaria acuta, basi amplexicaulia v. inferiora in petiolum brevem angustata 3-5-nervia plana, utrinque viridia pubescentia, floralia conformia ad latus floribus oppositum dejecta. Verticillastri axillares secundi distantes. Cymae laxae pluriflorae, foliis tamen saepius breviores. Calyces subsessiles, dentibus late lanceolatis acutis, fere ad basin calycis fissis. Corollae pubescentes, tubo tenui breviter exserto, limbi lobis oblongis declinatis subaequalibus v. superioribus parum brevioribus. Genitalia 10-12 lin. longa exserta. Filamenta saepius ultra medium connata, interdum omnino libera. Antherae biloculares, loculis linearibus divaricatis. — Habitat in America boreali-occidentali prope arcem Vancouver, in siccis ad fluvium Multnomah et in Nova California.

5. TR. LANATUM Bth. l. c. † — Foll. linearib., margine revolutis; florib. racemosis lanatis; calycib. subaequaliter 5-fidis; corollae tubo longe exserto. ♁? ♃? — Perenne? v. fruticosum? Rami sesquipedales subsimplices duri, vix tetragoni, tenuiter cano-tomentosi. Folia numerosa fasciculata, forma fere *Rosmarini officinalis*, 1-2-pollicaria, obtusa, supra rugosa glabra, subtus laxe tomentosa, floralia parva, suprema bracteaeformia. Racemus densus semipedalis. Verticillastri subsecundi laxiusculi 10-20-flori. Bracteae lineares v. basi lanceolatae, calyce breviores. Calyces breviter pedicellati, late campanulati, uti bracteae lana densa saepius rubescente obtecti, dentibus tubo subaequilongis latis acutis. Corolla extus lanata, tubus calyce plus duplo longior, limbi lobi ovati obtusi, superiores minores. Genitalia fere sesquipollicem exserta. Filamenta libera. Antherae biloculares, loculis ovatis divergentibus. — Habitat in California.

† *Species e genere excludendae.*

TR. BRACHIATUM Linn. — ISANTHUS COERULEUS.
TR. SPIRALE Lour. — ORTHOSIPHON STAMINEUS? v. *Clerodendri* species?

3679. TEUCRIUM *Linn.*

(Linn. Gener. plant. no. 706. [excl. spec.] — Meisn. Gener. plant. vascular. I. 289. II. 197. — Bth. Labiat. gener. et spec. 660. et 743.)

Sectio I. LEUCOSCEPTRUM Sm. Exot. bot. 113. — Bth. l. c. 663.

Verticillastri multiflori, denso spicati. Calyx turbinatus incurvus, dentibus subaequalibus. Corolla incurva reflexa, lacinils superioribus brevissimis latis truncatis erectis. — Frutex Indicus cano-tomentosus.

1. T. MACROSTACHYUM Wall. mss. ex Bth. l. c. † — Fruticosum: ramis incanis; foll. oblongis, subtus dense albo-tomentosis; verticillastris multifloris dense spicatis; calycib. subaequaliter dentatis incurvis; corollae lacinils supremis brevissimis erectis. ♁ — Rami subteretes v. alternatim leviter complanati, tomento candido dense vestiti. Folia ad summitates ramorum approximata petiolata, 6-8-pollicaria, oblonga, utrinque angustata, supra glabriuscula, subtus dense tomentosa. Verticillastri densi spicati. Spicae 3-6-pollicares tomentosae. Folia floralia bracteaeformia ovato-rotundata sessilia, calycibus breviora. Calyces dense tomentosi incurvi turbinati. Corolla calycem vix superans, extus tomentosa, dimidio minor quam in *T. Canariense*, caeterum omnino conformis. Genitalia longe exserta, ad basin spicae spectantia. Ovarium glabrum. — *Leucosceptrum canum* Sm. Exot. bot. 113. t. 116. — *Clerodendron Leucòsceptrum* D. Don, Prodr. Fl. Nepal. 103. — Habitat in India orientali, in Nepalia et Silhet.

Sectio II. TEUCROPSIS Ging. mss. ex Bth. l. c. 664.

Verticillastri biflori, axillares v. in racemos terminales dispositi. Calyx campanulatus, declinatus, dente supremo latiore patente. Corolla extus tomentosa, laciniis superioribus brevissimis latis truncatis erectis v. vix declinatis. — Frutices Canarienses incani.

2. T. HETEROPHYLLUM L'Hérit. Stirp. I. 84. — Bth. l. c. † — Fruticosum: ramis incanis; foll. ovato-ellipticis, subtus v. utrinq. incanis, floralib. conformib.; verticillastris bifloris axillarib. remotis; calycis recti dentib. aequalib.; corollae laciniis superiorib. brevissimis erectis; ovario villossimo. ♄ — Frutex suborgyalis. Rami juniores cano-tomentosi. Folia petiolata, 1–2-pollicaria, ovato-elliptica, obtusa, integerrima v. versus apicem crenata, basi rotundata v. cuneata, utrinque cano-tomentosa v. lanata, supra intensius viridia, floralia floribus multo longiora. Verticillastri pauci 2–4-flori. Calyces breviter pedicellati, subnutantes recti. Corolla calyce duplo longior, extus tomentosa atropurpurea. Genitalia longe exserta incurva. Achaenia uti ovarium villosissima. — *T. Canariense* Lam. Dict. II. 688. — Habitat in insulis Canariensibus.

3. T. BETONICUM L'Hérit. Stirp. I. 83. t. 40. — Bot. Mag. t. 1114. — Bth. l. c. † — Fruticosum: ramis cano-tomentosis; foll. ovato-oblongis, subtus v. utrinq. incanis: verticillastris bifloris secundis laxe racemosis; foll. floralib. bracteaeformib.; calycis declinati dente supremo maximo; corollae laciniis superiorib. brevissimis, supremis latis erectis, lateralib. subdeclinatis tomentosis; achaeniis villosissimis. ♄ — Frutex 2–3-pedalis, ramosus, rami juniores cano-tomentosi. Folia 1–1½-pollicaria, longiuscule petiolata ovato-oblonga crenata, basi integerrima, cuneata v. rotundata, floralia (infimis exceptis) bracteaeformia lanceolata integerrima incana, calyce breviora. Racemi laxi, 3–6-pollicares. Flores pedunculati, purpurascentes. Calyces campanulati, dente supremo late ovato obtusiusculo, inferioribus breviter mucronatis. Corollae tubus subexsertus, extus pubescens, faux inflata incurva, limbi lobi superiores labium superius obsoletum formantes, laterales parvi oblongi, vix declinati, infimus oblongus concavus. Genitalia longiuscule exserta. Ovarium pilosissimum. — *T. betonicaefolium* Jacq. Coll. I. 145. t. 17. fig. 2. — *T. canescens* Forst. Comm. Gött. IX. 56. (ex Willd. — *T. Maderense* Lam. Dict. II. 692. — *Scorodonia betonicaefolia* Link, Handb. 456. — Habitat in insulaç Maderae rupibus.

Sectio III. TEUCRIS Ging. mss. ex Bth. l. c. 665.

Pedunculi axillares oppositi uniflori v. laxe cymosi pluriflori. Calyx campanulatus erectus aequalis, 5-dentatus v. 5-fidus. Corollae laciniae 4 superiores oblongae declinatae, infima oblonga concava. Achaenia reticulato-rugosa, glabra v. rarius villosissima. — Herbae suffrutices fruticesve, foliis integerrimis laciniave, rarissime crenatis.

4. T. FRUTICANS Linn. Spec. plant. 787. — Sibthrp. et Sm. Flor. Graec. VI. 23 t. 527. — Dill. Hort. Eltham. t. 284. — Bth. l. c. † — Fruticosum: foll. ovatis integerrimis planis, subtus albo-tomentosis; pedunculis unifloris; calyce tomentoso campanulato aequali, dentib. ovatis obtusis. ♄ — Frutex 2–3-pedalis, divaricato-ramosus. Folia brevissime petiolata obtusa, basi rotundata v. angustata, supra glabra viridia v. juniora laxissime subarachnoideo-tomentosa, tomento subtus candido v. interdum rufescente, floralia conformia minora. Racemi terminales v. in ramulis brevibus laterales pauciflori. Pedunculi calyce breviores. Calyces 4–5 lin. longi, laciniis ultra medium attingentibus latis foliaceis. Corolla coerulea cum labio calyce duplo longior. Genitalia labium aequantia. — *T. latifolium* Linn. l. c. 788. — Bot. Magaz. t. 345. — *T. tomentosum* Mnch. Meth. pl. 382. — Habitat in Europa et Africa mediterranea occidentali, in Barbaria a Tanger ad Algeriam, in Hispania a Cadix ad Bagnols apud Caput Cerbere Galliae confine, in Italia a Genua ad Casalicio et Fondi regni Neapolitani, in Sicilia, Corsica et insula Melita abundat.

5. T. **BREVIFOLIUM** Schreb. Unilab. 27. — Sbthrp. et Sm. Flor. Graec. VI. 24. t. 528. — Bth. l. c. 666. — Fruticosum: foll. oblongis integerrimis, margine revolutis, utrinq. canescentib.; racemis brevib.; pedunculis unifloris; calyce tomentoso campanulato aequali semiquinquefido. ♄ — Fruticulus divaricato-ramosissimus, ramuli breves foliosi. Folia vix semipollicaria obtusa sessilia, utrinque pubescentia brevi subsericea canescentia, floralia conformia. Racemi vix 6–8-flori. Pedunculi calyce parum breviores. Calyx minor quam in *T. Creticо*. Corollae purpurascentes T. *Cretici*. — *T. Creticum* Lam. Dict. II. 692. (non Linn.) — Habitat in Cretae maritimis, in insulis Meli et Astypalaeae saxosis.

6. T. **CRETICUM** Linn. Spec. plant. 788. — Sbthrp. et Sm. l. c. 25. t. 529. — Bth. l. c. † — Fruticosum: foll. oblongo-linearib. integerrimis, margine revolutis, subtus albo-tomentosis, supra demum glabris; racemo elongato stricto; florib. subsessilib. solitariis ternisve; calycis albo-tomentosi campanulati dentib. acutis. ♄ — Folia ad basin ramorum approximata, fere *Rosmarini officinalis*, floralia subconformia at parva, vix calyces aequantia. Rami floriferi pedales, ascendentes v. erecti, foliis sub racemo remotis. Verticillastri saepissime biflori, inferiores remoti, interdum sexflori, supremi approximati. Calyx 3 lin. longus, dentibus latis ad medium non attingentibus. Corolla rubro-purpurea (cum labio) calyce duplo longior. Genitalia labio parum breviora. — *T. hyssopifolium* Schreb. Unilab. 28. — *T. rosmarinifolium* Lam. Dict. II. 693. — *T. Charamoniense* Cav. Descr. I. 82. — Habitat in regione mediterranea orientali, in insula Cypro, in saxosis insulae Meli et Astypalaeae, in Palestina et in Aegypto.

7. T. **RACEMOSUM** R. Br. Prodr. fl. Nov. Holl. 564. — Bth. l. c. † — Caule herbaceo stricto ramoso; foll. parvis oblongis, inferiorib. subdendatis, superiorib. integerrimis, omnib. supra glabratis, subtus albo-tomentosis; racemis elongatis strictis; pedunculis unifloris; calyce tomentoso-campanulato aequali. ♃ — Caules erecti, rami rigidi virgati acute tetragoni canescentes. Folia vix semipollicaria, plerumque multo minora, inferiora dentibus utrinque 1–2 instructa, floralia minuta. Pedunculi breves crassiusculi incani. Calyx 2-linearis incanus subenervius, dentibus latis tubo brevioribus. Corolla extus pubescens, labio vix calyce duplo longiore. Genitalia labio breviora. — Habitat in Nova Hollandia ad oram meridionalem.

8. T. **LANCEOLATUM** Bth. l. c. — Herbaceum?: foll. lanceolatis, basi angustatis, inferiorib. subdentatis, superiorib. integerrimis, omnib. subtus subcanescenti-pubescentib.; cymis axillarib. pedunculatis corymbosis; calycis pubescentis campanulati dentib. lanceolatis acutis aequalibus. ♃ — Rami ascendentes, acute tetragoni, pubescentes. Folia 1–1½-pollicaria acuta, inferiora versus apicem dentibus utrinque 2–3 notata, basi in petiolum brevem angustata. Cymae laxae pauciflorae, folio longiores tomentosae, pedunculo communi subpollicari, ramis pedicellisque semipollicaribus. Bracteae parvae lineares. Corolla extus pubescens, calyce duplo longior, lobis oblongis subaequalibus. Stamina duplo longiora. — Habitat in Nova Hollandia prope Bathurst.

9. T. **CORYMBOSUM** R. Br. l. c. — Bth. l. c. 667. † — Herbaceum? tenuiter pubescens: foll. ovatis dentatis incisisve, utrinq. viridib.; cymis axillarib. pedunculatis corymbosis; calycis glabriusculi campanulati dentib. lanceolatis acutis. ♃? — Caulis erectus parum ramosus, 1–2-pedalis. Folia distantia, inferiora pollicaria, superiora minora, floralia inferiora conformia, suprema minuta subintegerrima, omnia supra tenuissime pubescentia, subtus tomentoso-pubescentia venosa. Cymae 5–7-florae, pedunculis, ramis pedicellisque gracilibus. Bracteae minutae. Calyx vix 2 lin. longus. Corolla (cum labio inferiore) calyce duplo, genitalia triplo longiora. — *Scoparia australis* Sieb. Pl. Nov. Holl. exs. no. 184. ex Roem. et Schult. Syst. veg. mant. III. 66. — *Anisomeles australis* Sprang. Syst. veg. cur. post. 266. — Habitat in Nova Hollandia, in saxosis prope portum Jackson et in terra Van Diemensi.

10. T. **CAPENSE** Thunb. Prodr. fl. Cap. 95? — Bth. l. c. — Herbaceum tenuiter pubescens: foll. basi cuneatis 3–5-fidis, laciniis lancelato-linearib. integerrimis

3–5–fidisve, utrinq. viridib. v. subtus canescentib.; cymis axillarib. pedunculatis corymbosis; calycib. glabris campanulatis aequalib., profunde 5–fidis, laciniis lanceolatis acutis. ♃ — Herba ascendens? 1–2–pedalis, parum ramosa. Foliorum laciniae paucae elongatae, margine subrevolutae, supra tenuissime pubescentes virides, subtus tenuiter cano–tomentosae. Cymae folia floralia aequantes v. superiores longiores. Pedunculi subsecundi filiformes, 3–5–flori. Pedicelli calyce longiores. Bracteae minutae. Corolla vix calyce longior. Stamina calyce dimidio longiora. — *Ajuga Capensis* Pers. Enchirid. II. 109. — Habitat ad Caput bonae spei.

11. T. ORIENTALE Linn. Spec. plant. 786. — Bot. Magaz. t. 1270. — Bth. l. c. † — Herbaceum erectum subglabrum: foll. bipinnatisectis, segmentis linearib. integerrimis incisisve, utrinq. viridib.; pedunculis laxe racemosis; calycis glabri campanulati dentib. lanceolatis aequalib. acutis. ♃ — Herba erecta pedalis, basi ramosa, nunc glabra viridis, nunc leviter pubescens v. canescens. Folia infima 1½–2 pollicaria, circumscriptione late ovata, laciniis profundis angustis inter se distantibus, superiora minora, floralia minuta. Panicula laxa terminalis. Rami basi nudi, apice florum paria 3–4 ferunt, folia floralia minuta, et ideo pedunculos multifloros specierum praecedentium simulant. Pedunculi re vera uniflori oppositi, calyce vix duplo longiores. Calycis dentes breves, acuminati. Corolla glabra coerulea, laciniae supremae lanceolatae acutae, laterales latiores, infima maxima. Genitalia labio longiora. — Habitat in Asia minore et in Caucaso, in Media ad rivulos in solo glareoso, in Armenia inter Kermancha et Armadan, in Iberia circa Tiflin versus fluvium Anticetam ad torrentem Terek, nec non in montibus Talysch.

12. T. PARVIFLORUM Schreb. Unilab. 31. ic. — Bth. l. c. 668. — Herbaceum, molliter tomentosum: foll. profunde bi–tri–ternatimsectis, segmentis inferiorum latis obtusis, superiorum linearib.; pedunculis folio florali multo longioribus. divaricatis unifloris; racemis paniculatis; calycib. molliter tomentosis campanulatis aequalib. semiquinquefidis. ♃ — Caulis 1–3–pedalis erectus, apice trichotome ramosissimus, uti folia calyces pilis minutis canescentibus molliter tomentosus. Folia floralia minuta. Pedicelli elongati divaricati. Flores numerosissimi parvi. Corolla calyce vix longior, coerulea. — Habitat in Armenia, in Oriente et in Syria prope Aleppo.

13. T. OLIVERIANUM Ging. mss. ex Bth. l. c. † — Herbaceum, molliter pubescens. foll. cuneiformib., apice inciso–dentatis 3–5–fidisve; pedunculis folio florali multo longioribus. divaricatis unifloris; calycib. villosis campanulatis aequalib. profunde quinquefidis. ♃ — Caulis vix pedalis erectus uti folia tomento molli canescens, rami pauci floriferi divaricati. Folia infima petiolata. sesquipollicaria, superiora multo minora subsessilia, floralia minuta. Pedicelli crassiusculi elongati horizontales, apice ascendentes. Flores in paniculam pauciflorum dispositi. Calyx fere 3 lin. longus, laciniis anguste lanceolatis acutis. Corollae tubus brevis, labium calyce triplo longius glabrum, laciniae 4 superiores elongatae acutae, infima obovata. Achaenia pilis longis villosissima. — Habitat in Arabia inter Aleppo et Bagdad.

14. T. CAMPANULATUM Linn. Spec. plant. 786. — Bth. l. c. † — Herbaceum, procumbens glabrum: foll. subbipinnatifidis, segmentis lineari–cuneatis integerrimis incisisve divaricatis, utrinq. glabris; calycib. solitariis subsessilib. folio breviorib. campanulatis aequalib. glabris. ♃ — Caules basi prostrati ramosi, rami breviter ascendentes. Folia circumscriptione late ovata v. rhomboidea, breviter petiolata, floralia minora, minus incisa, flores superantia. Calyces fructiferi saepius reflexi, dentes breves lati subulato–acuminati. Corolla coerulea, tubus laciniusque supremae calyce breviores, infima lata calyce duplo longior. Stamina lacinia infima corollae breviora. — *T. divergiflorum* Moench ex Steud. Nom. bot. 688. — Habitat in regione mediterranea occidentali, in Hispania, insulis Balearicis, Sicilia et in regno Neapolitano.

15. T. CUBENSE Linn. Mant. 80. — Jacq. Stirp. Amer. 172. t. 183. fig. 74. et Observ. II. 5. t. 30. — Bth. l. c. † — Herbaceum glabrum: foll. inferiorib. ovato-cuneatis obtusis inciso-dentatis, superiorib. inciso-trifidis pinnatisectisve, laciniis lanceolatis v. linearib. planis, utrinq. viridib.; pedunculis axillarib. unifloris, folio florali breviorib.; calycib. campanulatis aequalib. glabris, profunde quinquefidis; staminib. calyce vix duplo longioribus. ♃ — Herba circiter pedalis ascendens v. erecta ramosa, dense foliosa. Folia inferiora lata, vix ad medium incisa, laciniis obtusis latis, superiora praesertim floralia fere ut in *T. campanulato* incisa, laciniis obtusis acutisve, suprema vix flores aequantia v. iis breviora. Racemi terminales subsecundi. Pedunculi calyces aequantes v. breviores. Calyces 2½–3 lin. longi virides, laciniis lanceolatis acutis. Corolla coerulea, extus glabra v. leviter pubescens, vix cum labio inferiore calyce duplo longior. — *T. laevigatum* Vahl, Symb. I. 40. — *T. chamaedryfolium* Mill. Dict. no. 16. — Habitat in America aequinoctiali et australiore, in Mexico prope Pepantlam, ad Tampico, Vera Cruz, Matamoras et lacum Sancti Nicolai, in provincia Texas, in insulis Cuba et Bahama, in Brasilia meridionali, in Bonaria, Mendoza et Cordova.

16. T. BICOLOR Sm. in Rees. Cycl. ex Bth. l. c. 669. — Herbaceum glabrum: foll. ovatis oblongis lanceolatisve obtusis integerrimis v. incisis, utrinq. viridib.; pedunculis axillarib. unifloris, folio florali breviorib.; calycib. campanulatis aequalib. glabris semiquinquefidis; staminib. calyce subtriplo longioribus. ♃ — Rami 1–2-pedales, acute tetragoni. Folia saepius oblonga v. lanceolata, subpollicaria, integerrima v. laciniis paucis incisa, interdum fere ovata, trifida, juniora saepe linearia integerrima v. trifida, floralia saepius flores superantia. Pedunculi breves, superiores subracemosi. Calyx 4 lin. longus, viridis, late campanulatus, laciniis lato-lanceolatis acutis. Corolla coerulea, tubo incluso. — *T. heterophyllum* Cav. Ic. plant. rar. VI. 56. t. 577. — *T. orchideum* Lindl. Bot. Reg. t. 1255. — *T. nudicaule* Meyen, Reise um die Erde I. 406. — Wlprs. Nov. act. acad. caes. Leop. Carol. XIX. Suppl. I. 376. — Habitat in Chili montibus et in Pampas de Santa Fé.

17. T. NUDICAULE Hook. Bot. Misc. II. 235. — Bth. l. c. † — Herbaceum? glabrum v. tenuiter pubescens: ramis virgatis subnudis; foll. parvis remotis trifidis, segmentis linearib. obtusis, utrinq. viridib.; florib. brevissime pedunculatis solitariis spicato-racemosis; calycib. campanulatis aequalib. semiquinquefidis corollisq. pubescenti-hirtis. ♃? — Rami sesquipedales, parum ramosi, veteres defoliati, internodiis elongatis, ramuli juniores foliis vix 2–3-linearibus donati. Flores pauci versus apices ramorum approximati, magnitudine florum *T. bicoloris*, cui haec species affinis est. Pedicelli breves. Calyces late campanulati, dentibus brevibus, latis acutis. Corolla fere *T. bicoloris* at villosior, lacinia infima minore. — Habitat in Peruviae valle Canta?

18. T. MULTICAULE Montbr. et Auch. Ann. sc. nat. (2. Sér.) VI. 54. — Suffruticosum: ramis erectis glabriusculis v. tomentoso-pubescentib.; foll. profunde 3-fidis, laciniis integerrimis oblongo-linearib., margine revolutis, subtus subcanescentib.; pedunculis solitariis axillarib. unifloris, folio subbreviorib.; calycib. campanulatis aequalib., laciniis longe lineari-lanceolatis vix canescentibus. ♃ — *T. Pseudochamaepithys* Bth. l. c. 670. (ex p.) — A *T. Africano* differt ramis minus incanis, pedunculis omnib. simplicibus, floribus duplo majoribus, laciniis calycinis longioribus et corollis extus villosioribus. — Circa Aleppo crescit.

19. T. AFRICANUM Thunb. Prodr. fl. Cap. 95? — Bth. l. c. † — Suffruticosum: ramis erectis tomentoso-pubescentib.; foll. profunde 3-fidis, laciniis linearib. integerrimis v. rarius trifidis, margine revolutis, subtus canescenti-tomentosis; pedunculis axillarib. solitariis unifloris v. inferiorib. subcymosis, folio florali subbreviorib.; calycib. campanulatis aequalib. subcanescentib. profunde quinquefidis. ♃ — Caules e basi lignosa complures erecti, parum ramosi, semipedales v. parum elatiores, dense foliosi acute tetragoni, uti folia et calyces tomento tenui canescentes. Folia dimidio minora quam in *T. Pseudochamaepithy*, juniora (ramis

brevissimis) in axillis fasciculata, floralia conformia, calyces plerumque superantia. Racemus multiflorus. Flores dimidio minores quam in *T. Pseudochamaepitys*, caeterum conformes. Pedunculi inferiores saepe in ramulos breves 3—5-foros foliatos abeunt et ideireo haec species *T. trifidum* Retzii putanda est. — *T. trifidum* Retz, Obs. I. 21. — *Ajuga Africana* Pers. Enchirid. II. 160. — Habitat ad Caput bonae spei.

20. T. PSEUDOCHAMAEPITHYS Linn. Spec. plant. 787. — Bth. l. c. 670. † — Subfruticosum: ramis erectis piloso-hirtis; foll. profunde 3—5-fidis, laciniis linearib. integerrimis trifidisve, margine revolutis, supra hispidulis, subtus tenuissime pubescentib.; pedunculis axillarib. solitariis unifloris, folio florali demum subbrevioribus.; calycib. campanulatis aequalib. pubescentib. profunde quinquefidis. ♃ — Rami e basi lignosa plures, semipedales pedalesve subsimplices, uti pedunculi et folia inferiora pilis longis mollibus patentibus hirti. Folia latitudine variabilia, at constanter linearia, petiolo laciniisque plerumque longitudini aequilatis, viridia, inferiora saepius bis, superiora simpliciter trifida, floralia sessilia pariter trifida, inferiora calyces aequantia, suprema minuta. Racemus terminalis laxus subsecundus. Pedunculi calyce nunc longiores, nunc breviores. Calyx 4—5 lin. longus, viridis, laciniae e basi lanceolata subulato-aristatae. Corollae laciniae superiores dentes calycinos dimidio, infimae triplo superantes.

β. multifidum: foliis angustioribus, inferioribus bis trifidis multifidisve. — *T. Mauritanum* Linn. Spec. plant. 787. — *T. Massiliense* Linn. l. c. 786. † — Habitat in Europae et Africae regione mediterranea, in Hispania a Cadix et Malaga ad Valentiam et Barcinonem?, in Barbaria prope Algeriam, in Gallia australi prope Massiliam et in Syria prope Aleppo.

† *Species dubia.*

21. T. LACINIATUM Torrey, Pl. Rock. mount. in Ann. lyc. New York II. 231. — Bth. l. c. † — Fruticosum: foll. pinnatim 5-partitis, summis 3-partitis, laciniis linearib.; florib. axillarib. solitariis pedicellatis, pedicellis folio multo brevioribus ♄ — Caulis lignosus ramosus glaber. Folia inferiora sessilia, laciniis obtusiusculis fere glabris punctatis, superiora basi cuneata. Flores proportione plantae magnae. Pedicelli 2 lin. longi. Calyx subcampanulatus 5-partitus glaber, segmentis lanceolatis acutis, infimo bifido v. 3-dentato. Corolla violacea?, extus villosa, segmenta labii inferioris ovata acuta. Stamina exserta. Antherae subrotundae. — Exemplar 4-pollicare. — Ex hac descriptione a *T. Cubense* non discrepat nisi caule fruticuloso et calycis dente infimo bifido v. tridentato. — Habitat in Americae borealis Rocky mountains.

Sectio IV. PYCNOTRYS Bth. l. c. 671.

Verticillastri 4-multiflori, in spicam simplicem v. ramosam condensati. Calyx inflatus v. tubuloso-campanulatus declinatus, dentibus subaequalibus v. supremis latioribus. Corollae laciniae supremae brevissimae latae truncatae, vix declinatae, laterales parvae oblongae declinatae, infima lata, concava. Achaenia rugosa glabra. — Herbae v. frutices villosae v. glabrae, nec incanae.

22. T. ABUTILOIDES L'Hérit. Stirp. I. 84. — Bth. l. c. † — Fruticosum: ramis pubescentib.; foll. amplis cordiformib., utrinq. viridib. villosis; racemis simplicib. paniculato-ramosis; verticillastris 2—6-floris; calycib. declinatis hirsutis, dentib. ovatis obtusis, supremo parum latiore. ♄ — Frutex 3—4-pedalis. Folia fere *Sidae* mollia, longiuscule petiolata 3—6-pollicaria, in toto ambitu crenata. Racemi densi 2—3-pollicares axillares simplices v. ad apices ramorum plures paniculati. Folia floralia parva decidua. Calyx parvus pedicellatus, fructifer inflato-subglobosus pubescens submembranaceus rubescens, dentibus omnibus brevibus latis vix inaequalibus. Corolla semipollicaris rubra, tubus longe exsertus amplus, limbi laciniae superiores truncatae, laterales parvae oblongae, infimus amplus concavus. Genitalia longe exserta. — *T. macrophyllum* Lam. Dict. II. 602. — Habitat in insula Madera septentrionali rarissime.

23. T. WALLICHIANUM Bth. in Wall. Pl. As. rar. II. 19. et Labiat. 671. † — Herbaceum ascendens: foll. elliptico-ovatis acuminatis, basi longe angustatis, utrinq. viridib.; racemo simplici; verticillastris multifloris; calycib. declinatis, dentib. vix inaequalibus. ♃ — Caulis basi radicans simplex pedalis v. parum altior rufo-villosus. Folia 3–4-pollicaria, utrinque pilis sparsis rigidis hispidula serrato-crenata, basi integerrima. Spica 2–3-pollicaris densa. Folia floralia infima petiolata oblonga, floribus longiora, superiora et bracteae minuta lanceolata. Verticillastri sub-10-flori. Calyces pedicellati, basi attenuati hispidi, ore parum obliquo, dentibus brevibus. — Habitat in Indiae orientalis provincia Silhet.

24. T. JAPONICUM Willd. Spec. plantar. III. 28. — Bth. l. c. † — Herbaceum erectum v. ascendens subglabrum; foll. ovatis oblongis lanceolatisve, basi rotundatis, utrinq. viridib.; racemo ramoso; verticillastris aequalib. sexfloris; foll. floralib. lanceolatis; calycib. declinatis tubuloso-campanulatis glabris, dentib. lanceolatis acutis subaequalibus. ♃ — Caulis ramosus obtuse tetragonus glaberrimus v. angulis pubescentibus. Folia breviter petiolata acuta, profunde et argute serrata, subtus pallida, floralia bracteaeformia ciliata. Verticillastri laxiusculi. Calyces glabri virides, dentibus subpatentibus tubo brevioribus. Corolla cum tubo incluso calyce duplo longior. Genitalia labio inferiori subaequalia. — *T. Virginicum* Thunb. l. Fl. Jap. 244. — Habitat in Japoniae montibus.

25. T. .....? Hasskarl, Tijdschrift voor natuurlijke Geschiedenis X. 127. — Perenne: foll. oblongo-lanceolatis acuminatis, basi attenuatis in petiolum decurrentib. duplicato-serratis puberulis; spica terminali simplici; verticillastris bracteatis 4–10-floris; bracteis subcoloratis subrotundo-ovatis acuminatis deciduis calyces longitudine excedentib.; corolla flavescente. ♃ — An *T. stoloniferum* Bth.? — Crescit in insula Java.

Sectio V. STACHYOBOTRYS Bth. l. c. 672.

Verticillastri 6-multiflori, in spicam simplicem teretem terminalem dispositi. Calyx campanulatus declinatus, dentibus superioribus praesertim supremo latioribus, rarius subaequalibus. Corollae laciniae superiores oblongae declinatae, infima oblonga concava. Achaenia valde reticulato-rugosa glabra. — Herbae perennes, ascendentes v. erectae, parum ramosae.

26. T. INFLATUM Swartz, Prodr. fl. Ind. occ. 88. — Bth. l. c. † — Herbaceum erectum pubescens v. villosum: foll. ovatis v. ovato-lanceolatis, basi rotundato-truncatis v. subcordatis, subtus subcanescentib.; racemo subsimplici; verticillastris aequalib. sexfloris; bracteis lanceolatis; calycib. declinatis inflatis pubescentib. villosisve, ore contracto, dente supremo latiore. — Habitu *T. Canadensi* simillimum et uti haec species variat superficie nunc tenuiter pubescente subcanescente, nunc pilis longis mollibus villosa. Differt caulibus saepius ramosis, foliis interdum basi subcordatis et praesertim calycibus vesiculoso-inflatis, apice contractis, dentibus brevioribus saepe obtusis. Achaenia *T. Canadensis*. — *T. villosum* Forst. Prodr. — *T. palustre* H. B. Kth. Nov. gen. et spec. pl. II. 306. — *T. vesicarium* Mill. ex Steud. Nom. bot. 830. (edit. 1.) — Habitat in America aequinoctiali et australi, in Mexico prope Tampico, in insula Jamaica ad Tongatabou, prope Carthagena de Indias, in Brasiliae arenosis provinciae Rio Janeiro, ad Itapocoroia provinciae Sanctae Catharinae et prope Buenos Ayres.

27. T. CANADENSE Linn. Spec. plant. 780. — Bth. l. c. † — Herbaceum erectum canescens v. villosum: foll. ovato-lanceolatis, basi rotundatis, subtus subcanescentib.; racemo simplici; verticillastris aequalib. sexfloris; bracteis subulatis; calycib. declinatis campanulatis incanis subvillosis, dentib. superiorib. latiorib. ♃ — Caulis 1–3-pedalis simplex v. vix ramosus, uti foliorum pagina inferior et calyces nunc pubescentia brevi tenui canescens, nunc molliter cano-villosus, rarius subglaber. Folia breviter petiolata 2–3-pollicaria serrata, supra hispidula, rarius glabra, floralia uti bracteae sessilia lanceolata, vix calycem superantia. Spica 2–6-pollicaris laxiuscula. Calyces breviter pedicellati, basi obliqui, dentibus brevibus, 3 superioribus ovatis, supremo latiore, 2 inferioribus lanceolatis. Corolla

purpurascens, labio elongato, laciniis valde declinatis. Achaenia valde rugosa, pericarpio crasso sublignoso. — *T. Virginicum* Linn. l. c. 789. — *T. speciosum* Hill, Veget. syst. 14. t. 14? — Habitat in America boreali a Canada ad Carolinam et in provincia Texas Mexicanorum.

28. T. HYRCANICUM Linn. l. c. 789. — Bot. Magaz. t. 2013. — Bth. l. c. 672. † — Herbaceum erectum pubescens: foll. ovatis cordatis, subtus subcanescentib., racemo simplici; verticillastris aequalib. sexfloris; bracteis subulatis calyce subbreviorib.; calycib. declinatis bilabiatis, dente supremo latissimo. ♃ — Caules 1–2–pedales parum ramosi molliter pubescentes. Folia petiolata 1–3–pollicaria grosse crenata obtusa, basi profunde cordata, supra vix pubescentia, subtus molliter pubescentia, saepius canescentia, rarius glabrata, superiora minora, floralia (intra spicam) uti bracteae subulatae calyces aequantia. Spica 3–8–pollicaris densa. Pedicelli breves erecti villosi. Calyx fere *Ocymi*, dente supremo late ovato submembranaceo, lateralibus brevibus obtusiusculis, infimis lanceolato–subulatis ascendentibus. Corolla purpurea, extus villosa. Achaenia parva globosa, pericarpio tenui. — *Scorodonia spicata* Mnch. Meth. pl. 385. — Habitat in Caucasi orientalis nec non in Iberiae pratis sylvaticis et ad sepes frequens in nemoribus et dumetis montium Talysch.

29. T. ARDUINI Linn. Mant. pl. 81. — Sbthrp. et Sm. Flor. Graec. VI. 26. t. 531. — Bth. l. c. † — Herbaceum erectum, molliter villosum: foll. ovatis, basi rotundatis, utrinq. subviridib.; racemo simplici; verticillastris aequalib. sexfloris; bracteis sessilib. lanceolatis acuminatis, calyces superantib.; calycib. bilabiatis, dente supremo latissimo. ♃ — Caules ascendentes, pedales parum ramosi, uti folia pilis mollibus villosi. Folia subsessilia v. infima breviter petiolata 1–2–pollicaria serrato–crenata. Spica densa 2–4–pollicaris villosissima. Pedicelli breves erecti. Calycis dens supremus maximus ovatus acutus, laterales brevissimi lati, infimi lanceolati acuminati, supremum subaequantes. Corolla alba extus villosa. — *T. lamifolium* d'Urv. in Mém. soc. Linn. Par. I. 320. — *Scutellaria Cretica* Linn. Spec. plant. 836. — *Scorodonia Arduini* Reichb. Flor. Germ. exc. 315. — Habitat in Europa australi–orientali, in saxosis prope Duaro Dalmatiae, in Bulgariae montibus Ineada et in Olympi Bithyni sylvis umbrosis.

30. T. BRACTEATUM Desf. Fl. Atl. II. 7. t. 190? — Bth. l. c. † — Herbaceum ascendens villosum: foll. ovatis, basi cordatis, utrinq. viridib.; racemo simplici; verticillastris aequalib. sexfloris; bracteis petiolatis ovatis lanceolatisve, calyces aequantib; calycib. bilabiatis, dente supremo latissimo. ♃ — Herba semipedalis dura subramosa in omni parte pilis longis mollibus villosa. Folia semi–uni–pollicaria obtuse crenata petiolata approximata. Racemus (v. spica laxa) 2–4–pollicaris. Calyces pedicellati basi obliqui, labium superius tridentatum, dentibus ovatis acutis, intermedium maximum, inferius bifidum, laciniis lanceolatis acutissimis. Corolla extus pubescens. Achaenia parva globosa. — Habitat inAfricae borealis collibus incultis prope Tanger, Tariffa, Mascar et Tlemsen.

31. T. COMPACTUM Clemente in Lagasc. Nov. gen. et spec. pl. 17. no. 239. — [Bth. l. c. 674.] — Boiss. Voyage bot. dans le midi de l'Esp. 515. no. 1372. † t. 130. — Totum pilis albis mollibus villosum: caulib. debilib. elongatis prostatis; foll. ovato–cuneatis profunde rotundato–crenatis, superiorib. capitula ovata densa involucrantib.; bracteis integerrimis ciliatis lanceolatis v. linearib., basi attenuatis flores superantib.; calyce valde inflato ovato, supra gibbo, ad faucem angustato, in dentes quinque breves mucronatos diviso; corollae pallide ochroleucae lobis superiorib. oblongis ciliatis, lateralib. maximis, inferiore oblongo subcuculiato. ♃ — Caules numerosi saepe 1–2–pedales, infra nudi ramosi, pilis patulis mollibus hispidi. Folia ovato–cuneata, utrinque profunde 4–6–crenata, praesertim ad margines pilis longis griseis birsuta. Bracteae involucrantes omnes oblongae integerrimae longe ciliatae, inferiores lanceolatae, supremae sublineares, basi longe attenuatae. Calyx sessilis, pilis albis patulis birsutus parce glandulosus nervoso–reticulatus, post anthesin valde inflatus, apice subconstrictus, dente superiori parum breviori.

Corolla extus hirtella pallide ochroleuca, laciniae superiores oblongo-lanceolatae ciliatae, intermediae minores acutiores, margine subrevolutae, inferior maxima cucullata oblonga ad basin utrinque lobulis denticulisve duobus aucta. — Crescit in lapidosis umbrosis regionis alpinae inferioris in Sierra Nevada Hispaniae australioris.

Sectio VI. SCORODONIA Bth. l. c. 674.

Verticillastri biflori secundi, in racemos terminales saepius ramosos dispositi. Calyx campanulatus declinatus, dentibus superioribus, praesertim supremo latioribus. Corollae laciniae superiores oblongae declinatae. Achaenia parva subglobosa rugosa v. sublaevia. — Herbae perennes ascendentes v. erecti ramosi.

32. T. TOMENTOSUM Heyne mss. ex Bth. in Wall. Pl. As. rar. I. 58. et Labiat. 674. † — Herbaceum? erectum: ramis tomentoso-pubescentib.; foll. ovatis, basi rotundatis, supra villosis, subtus tomentoso-pubescentib. canescentib., rarius subglabris; racemis paniculato-ramosissimis; calycib. declinatis pilosis bilabiatis, dente supremo latiore. ♃? ♁? — Herba perennis, basi dura v. fosan lignosa 2-pluri-pedalis. Folia ampla (2-4 poll. longa, 1½-2 lata) mollia, subtus plerumque tomento v. pubescentia molli canescentia, supra breviter pubescentia, grosse et acute crenata, floralia sub ramis panicularum parva subconformia, intra racemulos bracteaeformia ovata acuminata, calyces subaequantia decidua. Racemuli multiflori in paniculas densas pedunculatas axillares terminalesque dispositi. Calyces pedicellati tubuloso-campanulati, saepius pilosissimi, dente supremo ovato acuto, lateralibus dimidio minoribus, infimis lanceolatis acuminatis. Corolla flavescens?, tubo incluso.

β. glabriusculum: — Habitat in peninsula Indiae orientalis, *β.* in Zeylaniae monte Nuera Ellia.

33. T. STOLONIFERUM Hamilt. mss. ex Bth. l. l. c. c. † — Herbaceum ascendendens v. erectum, glabrum v. tenuissime pubescens: foll. ovatis, basi rotundatis cuneatisve, utrinq. viridib. non rugosis; racemis paniculato-ramosis; calycib. declinatis pilosulis ovoideis, fructiferis inflatis, dente supremo latiore; corollae tubo incluso. ☉ — Radices (teste Roxburghio) stolonififerae. Caules 1-2-pedales, apice paniculato-ramosi. Folia longiuscule petiolata 1-2-pollicaria tenuia, vix rugosa, profunde crenata, floralia sub ramis paniculae conformia minora, in racemulis bracteaeformia, calyce breviora. Racemuli graciles numerosi, saepe pubescentes. Flores numerosi penduli, *T. Scorodoniae* breviores. Calyces ovoideo-campanulati, fructiferi inflati, ore contracti. Dentes breves, supremus late ovatus obtusus, laterales dimidio minores, infimi lanceolati. Corolla flavescens. — Habitat in Asia orientali, in Indiae orientalis provincia Silhet, in regno Burmannico ad montem Taong Dong et in China.

34. T. VISCIDUM Blume, Bijdragen 827. — Bth. l. c. 675. — Foll. ovatis grosse inaequaliter serratis rugosis; racemis axillarib. terminalibq. secundis; calycib. viscido-pubescentib.; bracteis lanceolatis, longitudine calycis; caule tetragono subramoso. ♃? — Affine *T. Lusitanico*. — Habitat in Java, in humidis montanis prope Tagu ad pedem montis Pangurangu.

35. T. LAXUM D. Don, Prodr. fl. Nep. 109. — Bth. l. c. — Herbaceum procumbens? v. scandens? tenuiter pubescens: foll. ovato-lanceolatis acuminatis serratis, utrinq. viridib.; racemis subsimplicib. axillarib. terminalibq; calycib. oppositis declinatis pilosulis, dente supremo latissimo. ♃◡? — A *T. stolonifero* differt habitu, foliis angustioribus et racemis brevibus laxis pauciforis. — Habitat in Nepalia.

36. T. ROYLEANUM Wall. Pl. As. rar. I. 58. — Bth. l. c. — Herbaceum ascendens: ramis hispidis; foll. breviter petiolatis lanceolato-ovatis acutis serratis, basi subcordatis rugosis villosis, subtus canescentib.; racemis brevib. subsimplicib.; foll. floralib. superiorib. calyce breviorib.; calycib. declinatis hispidis bilabiatis, dente supremo latiore; corollae tubo subexserto. ♃ — Affine *T. quadrifario*, sed habitu et characteribus datis distinctum. Caulis basi procumbens, rami vix 1-1½-pedales. Racemi saepius vix pollicares pauciflori. Corollae majores quam in *T.*

quadrifario purpureae v. albidae. — Habitat in Indiae orientalis montium lapidosis, in Deyra Dhoon et ad Kheeree Pass, inter Mussoori et Lagrasoon.

37. T. QUADRIFARIUM Hamilt. in D. Don, Prodr. flor. Nepal. 108. — Bth. l. c. — Herbaceum erectum: ramis tomentoso-villosis hispidisve; foll. breviter petiolatis ovatis serratis, basi cordatis rugosis villosis, subtus subcanescentib.; racemis ramosis; foll. floralib. late ovatis acuminatis, calyces superantib.; calycib. declinatis hispidis subbilabiatis, dente supremo latiore; corollae tubo incluso. ♃ — Herba 1–3-pedalis parum ramosa, caulibus crassis saepe rufescentibus. Folia 1–2-pollicaria mollia, superiora sessilia, floralia bracteaeformia late cordata acuminata membranacea saepe colorata, ante anthesin imbricata subcomosa, post anthesin decidua. Racemi 4–5-pollicares densi secundi rubescentes. Flores pedicellati penduli. Calyces majores quam in *T. Scorodonia*, dentibus obtusis, supremo late ovato, lateralibus conformibus, sed dimidio minoribus, infimis lanceolatis supremum aequantibus. Corolla purpurea, calyce duplo longior, tubus inclusus.

β. glabrior: Racemis ramosioribus gracilioribusque, foliis floralibus minoribus vix coloratis. — Habitat in Indiae orientalis montium lapidosis et ad vias, in jugo Himalayensi vulgare, in Mussooree et Silhet, *β.* in regno Burmanico ad montem Taong Dong.

38. T. ARGUTUM R. Br. Prodr. fl. Nov. Holl. 504. — Bth. l. c. 676. † — Herbaceum humile erectum: ramis villosis; foll. lanceolato-ovatis ovatisve crenato-serratis, basi truncatis, utrinq. viridib. hispidulis; racemis subsimplicib.; foll. floralib. lanceolatis, calyces superantib.; calycib. declinatis villosis subbilabiatis, dente supremo latiore; corollae tubo incluso. ♃ — Herba semipedalis v. vix altior ramosa. Folia vix pollicaria, longiuscule petiolata, floralia sessilia integerrima acuta ciliata, calycibus paullo longiora. Racemi densi, plerumque simplices. Flores subsecundi, brevissime pedicellati. Ab affini *T. quadrifario* differt statura humiliore, foliis longius petiolatis et foliis floralibus angustioribus. — In Nova Hollandia.

39. T. SCORODONIA Linn. Spec. plant. 780. — Hook. Flor. Londin. II. ic. — Engl. bot. t. 1543. — Bth. l. c. † — Herbaceum erectum hispidum pubescens v. subglabrum: foll. ovatis obtusis crenatis, basi rotundatis cordatisve, utrinq. viridib. ovatis; racemis subramosis, supremis paniculatis; foll. floralib. minutis; calycib. declinatis villosulis late campanulatis subbilabiatis, dente supremo maximo; corollae tubo exserto. ♃ — Caules simplices v. parum ramosi 1–2-pedales tetragoni, basi duri, interdum sublignosi. Folia 1–2-pollicaria, valde rugosa, breviter petiolata, floralia infima subconformia parva sessilia, superiora bracteaeformia lanceolata v. ovata, calyce breviora. Racemi graciles laxi. Flores pedicellati penduli. Calyces basi infra subgibbi subinflati, fructiferi fere *Ocymi sancti*, submembranacei reticulati, dente supremo patente latissimo brevissime acuminato, lateralibus late ovatis acutis brevioribus, infimis late lanceolatis acutis ascendentibus. Corolla flavescens, extus pubescens, tubus calyce duplo longior, labii lobus infimus oblongus concavus, superiores breves obtusi, 2 supremi latiores. — *Scorodonia heteromalla* Moench, Meth. plant. 384. — *T. sylvestre* Lam. Fl. Fr. II. 412. — *Scorodonia sylvestris* Link, Handb. 458. — Habitat in Europae fere totius sylvis et ad sepes.

40. T. PSEUDOSCORODONIA Desf. Fl. Atl. II. 8. t. 119. — Bth. l. c. 677. — Suffruticosum erectum hispidum v. pubescens: foll. ovatis obtusis crenatis, basi rotundatis cordatisve, utrinq. viridib. v. subtus canescentib.; racemis subsimplicib.; foll. floralib. minutis; calycib. declinatis villosulis subbilabiatis, dente supremo maximo; corollae tubo incluso v. vix exserto. ♃ et ♁ — A *T. Scorodonia* non differt nisi caule basi fruticoso, ramis erectis vix pedalibus, racemo simpliciore, calycibus parum majoribus et corollis brevioribus. Flores flavescentes. — *Scorodonia Salciastrum* Link, Handb. 458? — *Scorodonia Fontanesiana* Ser. Bull. bot. 383. Habitat in Africa boreali ad montem Lazar prope Majano Algeriae, Tanger et Gibraltariam et in Italia australiore?

41. T. SMYRNAEUM Boiss. Diagnos. plant. nov. orientat. V. 42. † — Perenne adpresse tomentosum griseum: caulib. elatis simplicib. virgatis; foll. breviter petiolatis oblongis, infimis basi rotundatis, superiorib. breviter cuneatis subsessilib., omnib. obtusiusculis tenuissime crenulatis, utrinq. tomentosis, subtus magis canescentib.; racemo elongato simplici aut basi parce ramoso; foll. floralib. calyces aequantib. v. superantib. ovato-rhombeis, basi attenuato-subpetiolatis, apice acute acuminatis integerrimis; calyce pedicello eo paullo breviori suffulto breviter puberulo late campanulato subbilabiato, dente superiori paullo longiori multoque latiori obtusissimo breviter mucronato, caeteris subaequilongis brevissimis ovato-rotundis spinuloso-mucronatis, lateralib. paullo angustiorib.; corollae flavescentis calyce duplo longioris tubo subexserto. ♃ — Caules 1-1½-pedales, folia inferiora petiolo 3-4 lin. longo suffulta pollicaria v. sesquipollicaria, basi 8-9 lin. lata, racemus terminalis semipedalis et longior. — Crescit in vallibus montis Coracis ad occasum Smyrnae.

42. T. MASSILIENSE Linn. Spec. plant. 789. — Jcq. Hort. Vindob. I. t. 94. — Bth. l. c. 677. — Herbaceum ascendens: ramis cano-pubescentib.; foll. ovatis crenatis, basi rotundatis cordatisve rugosis, inferiorib. subtus canescentib.; racemis subsimplicib. ramosisve laxis secundis; foll. floralib. calyce breviorib.; calycib. declinatis villosulis subbilabiatis, dente supremo majore; corollae tubo exserto. ♃ — Herba pedalis ascendens v. erecta ramosa. Folia semipollicaria v. rarius pollicaria, valde rugosa. Racemi et flores *T. Pseudoscorodoniae*, cui haec species valde affinis est. Corolla purpurea. — *Scorodonia Massiliensis* Link, Handb. 458. — *Scorodonia cordata* Moench, Meth. plant. 385. — *T. odoratum* Lam. Flor. Franc. II. 413. — *T. foliis ovatis etc.* Ger. Flor. Gallopr. 277. t. 11. — Habitat in Europa mediterranea, Massiliae, in insulis Stoechadibus et Corsica, Sardinia, Creta.

43. T. LUSITANICUM Lam. Dict. II. 602. — Bth. l. c. — Herbaceum v. suffruticosum: ramis cano-pubescentib.; foll. lanceolatis crenatis rugosis, subtus subcanescentib.; racemis subramosis laxis secundis; calycib. declinatis, dente supremo latiore; corollae tubo incluso. ♃ — Habitus *T. Massiliensis*, a quo vix nisi foliorum forma differt, character verosimiliter satis constans. Racemi plerumque laxiores. Corolla purpurascens *T. Massiliensis*. — *T. Asiaticum* Linn. Mant. pl. 80. — Jcq. Hort. Vindob. III. t. 41. — *T. Salviastrum* Hoffm. Flor. Port. 84. t. 2. sec. Poir. non Schreb. — *Scorodonia lancifolia* Moench, Meth. plant. 384. — Habitat in Europa austro-occidentali, in Hispania, Lusitania, in insula Balearica majore in fissuris rupium montis Puig-Major.

† *Species non satis nota.*

44. T. SALVIASTRUM Schreb. Unilab. 38. — Bth. l. c. 677. — Foll. ovalib. crenulatis rugosis, subtus tomentosis petiolatis; racemo secundo. ♁ — Caulis erectus pubescens subviscidus. Folia inaequaliter crenulata, basi apiceque rotundata, venulis dense reticulata, supra villo brevissimo sericeo cana, subtus albida, petiolis brevibus insidentia, *Salviae* foliis similia, sed minora, floralia pariter petiolata lanceolata acuta, inferiora serrata, longitudine foliorum, superiora minuta integerrima. Racemus brevis. Pedunculi calyce paullo breviores pubescentes. Flores nihilo minores quam *Scorodoniae*. Calyx pilosus semiquinquefidus, dentibus lanceolatis, fere aequalibus, summo paullo latiore. Corolla extus villosa, tubus longitudine calycis. Stamina curva. A *T. Massiliensi* differre videtur foliis utrinque canis. — Habitat in Lusitania.

Sectio VII. SCORDIUM Bth. l. c. 678.

Verticillastri 2-6-flori distantes axillares, foliis floralibus caulinis conformibus. Calyx tubulosus declinatus, basi infra gibbus, dentibus 5 subaequalibus v. supremo latiore. Corollae laciniae superiores oblongae declinatae. Achaenia valde v. vix rugosa. — Herbae annuae v. perennes.

45. T. SPINOSUM Linn. Spec. plantar. 793. — Sbthrp. et Sm. Flor. Graec. VI. 31. t. 539. — Bth. l. c. † — Herbaceum: ramis apice spinescentib.; verticillastris

axillarib. remotis 1–6–floris; calycib. declinatis, dente supremo latissimo. ♄ — Herba procumbens divaricato-ramosissima, rami rigidi villosi, fere omnes apice spinescentes. Folia inferiora oblonga, basi longe angustata, apice inciso-serrata, superiora et ramealia parva integriora, saepe abortientia, omnia utrinque viridia pubescentia. Calyces virides pubescentes subsessiles, basi subtus inflato-gibbi, dentibus subspinescentibus, supremo late ovato, inferioribus subulatis. Corolla parva alba, torsione tubi resupinata. Achaenia parva subglobosa, vix rugosa. — *T. mucronatum* Linn. 793. — *Scordium spinosum* Cav. Icon. pl. rar. I. 19. t. 31. — *Scorodonia spinosa* Link, Handb. 458. — Habitat in Europa et Africa mediterranea, in Lusitania, Hispania, circa Matritum, in Andalusia, regno Neapolitano, inter Smyrnam et Bursam, ad mare prope Jaffa et in insulis Canariensibus.

40. T. RESUPINATUM Desf. Fl. Atl. II. 4. 117. — Bth. l. c. — Villosum: foll. oblongis inciso-dentatis, basi angustatis, utrinq. viridib., floralib. subconformib. angustiorib.; verticillastris axillarib. bifloris; calycib. declinatis, basi infra gibbo tubulosis, dentib. aristatis, supremo basi latiore. ☉ — Herba semipedalis v. parum altior erecta divaricato-ramosissima. Folia inferiora profunde incisa, lobis latis, sinubus angustissimis, superiora et floralia dentibus paucis acutis notata, flores subsuperantia. Verticillastri secundi. Calyces pedicellati villosi, basi infra gibbi, dente supremo demum patente. Corolla flavescens, torsione tubi resupinata, tubus supra profunde fissus, lacinia infima lata, superiores parvae obtusae purpurascentes. Achaenia parva globosa reticulata. — Habitat in Africae borealis campis argillosis prope Mascar, Tanger et Algeriam.

41. T. SCORDIUM Linn. l. c. 790. — Bth. l. c. 679. † — Villosum, rarius glabratum foll. oblongis dentatis, basi angustatis rotundatisve sessilib., utrinq. viridib., floralib. conformib.; verticillastris axillarib. 2–6–floris; calycib. declinatis campanulatis, dentib. brevib. subaequalibus. ♃ — Caules basi repentes radicantes, rami floriferi erecti v. ascendentes, semipedales v. vix pedales simplices v. parum ramosi, magis minusve villosi. Folia circiter pollicaria mollia, floralia floribus longiora. Calyces pedicellati breves, basi valde obliqui v. subtus inflato-gibbi pubescentes virides. Corollae parvae purpurascentes. Achaenia subglobosa rugosa. Species cum *T. scordioide* saepissime confusa. — *Chamaedrys Scordium* Moench. Meth. pl. 384. — *T. palustre* Lam. Fl. Fr. II. 411. — *T. arenarium* Gmel. Itin. I. 149. t. 26. fig. 2. — Habitat in Europae et Asiae temperatae humidis uliginosisque, in Hibernia, Anglia, Gallia, Germania, in Italiae pratis montosis rarius, in Rossia australi ad flumen Kumam, prope Lenkoran, in deserto Soongoro-Kirghiscio, in Cashmeria circa Bandeh et Bothoung.

42. T. SCORDIOIDES Schreb. Unilab. 37. — Bth. l. c. — Lanuginosum, rarissime glabriusculum: foll. ovato-oblongis crenatis, basi cordato-amplexicaulib., utrinq. viridib., floralib. conformib.; verticillastris axillarib. sexfloris; calycib. declinatis campanulatis, dentib. brevib. subaequalibus. ♃ — *T. Scordio* habitu simillimum, sed saepius villosius et constanter differre videtur foliis brevioribus, basi cordato-amplexicaulibus nec angustatis. *T. Scordium* Brot. Fl. Lusit. et M. Bieb. Fl. Taur. Cauc. II. 30. — Engl. Bot. t. 828. non Linn. — *T. lanuginosum* Hoff. et Link, Fl. Port. I. 84. t. 3. — Habitat in Europae praesertim australioris uliginosis maritimis, in Lusitania, Hispania, Gallia australi, Italia omni vulgatissimum et in Sicilia, Sardinia, insula Creta, Smyrnae, in Syria prope Aleppo, Tauria, nec non in Angliae comitatu Cambridge et in insulis Canariensibus.

43. T. BOTRYS Linn. l. c. 786. — Bth. l. c. , — Villosum: foll. profunde pinnatisectis, lacinis oblongis integerrimis incisisve divaricatis, utrinq. viridib., floralib. conformib.; verticillastris axillarib. sexfloris; calycib. infra basi gibbis inflato-tubulosis, dentib. lanceolatis aequalibus. ☉ — Herba erecta v. ascendens ramosa semipedalis v. parum altior, pilis brevibus patentibus magis minusve villosa. Folia fere *T. campanulati* v. *orientalis* petiolata, circumscriptione rhomboidea, floralia omnia flores superantia. Calyces pedicellati, basi infra fere saccati pubescen-

tes virides 3–4 lin. longi. Corollae parvae purpurascentes. Achaenia valde rugosa. — *Chamaedrys Botrys* Moench, Meth. pl. 383. — *Scorodonia Botrys* Ser. Bull. bot. 317. — Habitat in Europae australioris et Africae borealis calcareis aridis siccis, in Gallia, Hispania, Germania, Italia, Sicilia et Algeria.

Sectio VIII. CHAMAEDRYS Bth. l. c. 680.

Verticillastri 2–6–flori distincti, in racemum laxum terminalem dispositi. Calyx tubuloso–campanulatus declinatus, basi obliquus, dentibus 5 subaequalibus v. superioribus vix latioribus. Corollae laciniae superiores oblongae declinatae. Achaenia reticulata, leviter rugosa. — Suffrutices v. frutieuli erecti v. basi procumbentes.

50. T. LUCIDUM Linn. Spec. plant. 790. — Bth. l. c. † — Glaberrimum: foll. petiolatis ovatis inciso–dentatis, basi crenatis, floralib. minoribus vix dentatis; verticillastris 2–6–floris, superiorib. racemosis; calycib. declinatis tubuloso–campanulatis, dentib. lanceolatis subaequalibus. ♃ — A *T. Chamaedry* differt: caulibus basi firmioribus erectioribus elatioribus, foliis caulinis majoribus tenuioribus (floralibus saepe minoribus) et praesertim glabritie omnium partium. Rami tenues, saepe purpurascentes laevissimi. Foliorum dentes profundi, inferiorum obtusi, superiorum acuti. Calyces purpurascentes. Corolla rubro–purpurea *T. Chamaedryos* paullo minor. — *Chamaedrys lucida* Moench, Meth. pl. 383. — Habitat in regionis Mediterraneae fissuris rupium, in Alpibus Galloprovinciae et Pedemontii, in Atlante et in montibus Cyrenaicis.

51. T. WEBBIANEUM Boiss. Elench. pl. nov. Hispan. no. 168. et Voyage bot. dans le midi de l'Esp. 513. no. 1370. † — Perenne caespitosum tomentellum: caulib. basi procumbentib.; foll. subtus canescentib. breviter petiolatis lanceolato–linearib., margine revolutis integris aut subcrenatis; verticillastris 2–5–floris racemosis; calycis tomentosi declinati tubuloso–campanulati nervosi dentib. lanceolatis subaequalib.; corolla purpurea hirsuta. ♃ — Caules numerosi, basi prostati 3–5–pollicares, pilis patulis breviter tomentosi. Folia supra hirtella, infra albido–tomentosa brevissime petiolata semipollicaria, lineam aut paullo amplius lata, floralia integerrima calycibus paullo breviora. Verticillastri laxe spicati. Calyx violascens campanulatus, basi subgibbus, dentibus triangularibus subaequalibus, apice subulatis. Corollae intense purpureae laciniae superiores elongatae, extus valde hirtae, inferior cucullata rotundata. — *T. Chamaedrys γ. angustifolium* B. Webb, It. Hispaniense 23. — Crescit in dumosis regionis alpinae inferioris Sierra Nevada in Hispania australi.

52. T. PERSICUM Boiss. Diagnos. plant. nov. orientat. V. 42. — Basi suffruticosum multicaule, totum pilis patulis brevib. densissimis hispido–canum: caulib. erectis pumilis opposite ramulosis fragillimis; foll. oblongis in petiolum brevissimum attenuatis, apice obtuse 5–7–dentatis, superiorib. integris; florib. in axillis superiorib. oppositis binis, pedicello calyce breviori suffultis racemos laxiusculos elongatos formantib., foll. floralib. elliptico linearib. obtusiusculis, basi attenuatis, calyces subsuperantib.; calycis hispido–lanati obconici dentib. triangulari–lanceolatis acutis, inferiorib. binis longiorib. angustioribq.; corollae roseae(?) hispidulae calyce subduplo longioris laciniis superiorib. oblongis declinatis, intermediis parvis, inferiori ovato–rotunda cucullata; achaeniis nigris areolato–insculptis. ♃ — Planta 4–6–pollicaris, folia 5–6 lin. longa, 2–3 lin. lata. — Crescit in Persia australi inter Taroum et Darap.

53. T. FRAGILE Boiss. Elench. plant. novar. Hispan. no. 167. et Voyage bot. dans le midi de l'Esp. 514. no. 1371. † t. 149. — Caespitosum villosum: ramis fragillimis intricatis prostratis; foll. parvis rotundato–cuneatis breviter petiolatis acute dentatis molliter villosis; verticillastris approximatis 2–4–floris; calycis villosi campanulati dentib. triangularib. acutis subaequalib.; corollae purpureae villosae lobis superiorib. sublinearib., intermediis ovatis, inferiore infracto pendulo cucullato rotundato. ♃ — Caules numerosi, basi nudi, steriles saepe elongati. Rami hispido–tomentosi. Folia utrinque pilis mollibus cinerascentia,

secus caulem magis approximata, floralia paullo angustiora et minora, calyces non aequantia. Verticillastri 3–4–flori in spicas terminales oblongo–cylindricas laxiusculas saepe unilaterales digesti. Calyx obconico–campanulatus villoso–glandulosus, dentes eximie trinervii, faux nuda. Corolla purpurea, extus villosa, calyce duplo longior. — Crescit in fissuris rupium regionis subalpinae in Hispaniae australis Sierra Tejeda ad pagum Canillas.

54. T. CHAMAEDRYS Linn. l. c. — Engl. bot. t. 680. — Bth. l. c. † — Perenne v. suffruticosum, basi procumbens pubescens v. villosum, rarius glabratum: foll. breviter petiolatis ovatis oblongisve inciso–crenatis, basi cuneatis, utrinq. viridib. v. subtus canescentib., floralib. minorib. vix dentatis; verticillastris 2–6–floris, superiorib. racemosis; calycib. declinatis tubuloso–campanulatis, dentib. lanceolatis subaequalibus. 4 — Species in Europa vulgatissima variat pubescentia, nunc tenui canescente in ramis, pagina foliorum inferiore et calycibus, nunc longiore et densiore in omnibus fere partibus, sed habitu et foliorum forma a *T. flavo*, *maro* et *multifloro*, hirsutie v. pubescentia racemorum a *T. lucido* constanter diversum. Rami floriferi ascendentes semipedales v. vix pedales. Folia supra saepe nitida glabra v. villosula, subtus venosa, floralia inferiora conformia, superiora bracteaeformia integerrima subcolorata. Racemi subsecundi. Calyces breviter pedicellati, saepe colorati, dentibus subulato–acuminatis. Corolla rubro–purpurea, extus villosula. — *Chamaedrys officinalis* Moench, Meth. plant. 393. — *T. Pseudochamaedrys* Wender. Bot. Zeit. 1830. I. 358. — *T. multiflorum* Mertens. (non Linn.) — *T. officinale* Lam. Fl. Fr. II. 414. — Habitat in Europae omnis et Asiae Ponticae collibus, ad muros, rupes et vias etc., in Anglia, Gallia, Hispania, Germania, Italia, Sicilia, ad Byzantium et Trapezum, in Tauria, Caucaso et in regione Caspica.

55. T. CANUM Fisch. et Mey. Indx. semin. hort. Petrop. 1835. p. 40. — Bth. l. c. 745. — Tomentoso–incanum, ima basi frutescens multicaule: caulib. erectiusculis simplicib.; foll. oblongis dentatis, basi cuneatis, floralib. integerrimis; verticillastris sexfloris; pedicellis calycis longitudine; dentib. calycinis aequalib. acutis mucronulatis. 4 — Affine *T. Chamaedryi* et *T. quadratulo*, a priore dignoscitur herba villis mollibus canescente, verticillastris distantibus laxis et foliis floralibus integerrimis, a posteriore differt caulibus elongatis subsimplicibus, verticillastris sexfloris, pedicellis longioribus corollisque villosis. Corolla purpurea. — Crescit in Asiae mediae provincia Transcaucasica Somchetia.

56. T. LEUCOPHYLLUM Montbr. et Auch. Ann. sc. nat. (2. Sér.) VI. 35. — Suffruticosum: ramis suberectis albo–tomentosis; foll. oblongis denticulatis, utrinq incanis, floralib. integerrimis; verticillastris 2–6–floris racemosis; calycib. subsessilib. tubuloso–campanulatis incanis, dentib. lanceolatis subaequalibus. 4 — A. *T. incano* non differt nisi herba tomento brevissimo nec villo molli canescente et calycibus subsessilibus. An re vera distincta species? — Crescit in regione Euphratis superioris.

57. T. MULTIFLORUM Linn. l. c. 788. — Bth. l. c. 681. † — Suffruticosum glabriusculum v. tenuissime cano–pubescens: foll. breviter petiolatis ovatis acutis, basi angustatis, apice acute dentatis, utrinq. viridib. v. subtus canescentib., floralib. minoribus; verticillastris 2–6–floris distantib. racemosis; calycib. declinatis tubuloso–campanulatis, dentib. lanceolatis subaequalibus. 4 — Inter *T. Chamaedrys* et *Marum* fere medium. Habitu priori affine, sed ramosius, ramis tenuibus, basi lignosis. Folia 2–4 lin. longa, saepius tenuia, utrinque viridia, apice serrataria utrinque 2–3 notata. Flores *T. Chamaedryos*, sed dimidio fere minores. Folia interdum fere integerrima, subtus subcanescentia, sed constanter a *T. Maro* floribus distinctum. — Habitat in Hispania.

58. T. MARUM Linn. l. c. — Bth. l. c. † — Fruticulosum incanum: foll. parvis ovatis integerrimis, subtus incanis, floralib. minoribus; verticillastris 2–4–floris racemosis; calycib. declinatis hirsutis tubuloso–campanulatis, dentib. brevib. sub–

aequalibus. 4. — Ramosissimum, habitu fere *Thymis vulgaris*. Ramuli floriferi erecti 3–6-pollicares incani. Folia breviter petiolata 2–4 lin. longa obtusa, margine revoluta, rarissime obscure crenata, basi rotundata, supra canescentia, subtus tomento candido vestita, juniora saepe ad axillas fasciculata, floralia conformia, sed calyce dimidio breviora et saepe villosa. Verticillastri subsecundi in spicam 1–2-pollicarem approximati. Calyces minores quam in *T. Chamaedry*, semper pilis patentibus villosi canescentes, dentes breves acuti. Corolla purpurascens, extus villosa. — *Chamaedrys Marum* Moench, Meth. pl. 383. — *T. maritimum* Lam. Fl. Fr. II. 414. — Habitat in regione mediterranea occidentali, in Hispania, insulis Stoechadibus, Corsica et in insulis lacus majoris Italiae.

59. T. MICROPHYLLUM Desf. Ann. Mus. X. 300. t. 22. — Bth. l. c. — Suffruticosum humile divaricato-ramosissimum: foll. parvis ovatis crenatis, supra glabris, subtus incanis; verticillastris paucis subbifloris; calycib. declinatis tubuloso-campanulatis, dentib. lanceolatis subaequalibus. 4. — Etsi primo intuitu a *T. flavo* diversissimum videtur, tamen vix ab illius varietate *β.* differt nisi habitu, ramis brevibus canescentibus, foliis minoribus et floribus paucioribus minoribusque. Corolla rubro-purpurea. — *T. quadratulum* Sm. et Sibth. Fl. Graec. VI. 25. t. 530. (vix Schreb.) — *T. divaricatum* Sieb. Pl. exs.? — Habitat in insulae Cretae rupibus.

60. T. FLAVUM Linn. l. c. 791. — Bth. l. c. † — Sibth. et Sm. Flor. Graec. VI. 27. t. 533. — Fruticosum: ramis tomentoso-pubescentib.; foll. late ovatis crenatis, basi truncatis cuneatisve, utrinq. viridib. v. subtus canescentib., floralib. superiorib. integerrimis acutis; verticillastris 2–6-floris racemosis; calycib. declinatis tubuloso-campanulatis, dentib. lanceolatis subaequalibus. ♁ — Frutex 1–2-pedalis, basi ramosissimus, rami floriferi suberecti, pubescentia brevi v. tomento canescenti in omni parte v. bifariam vestiti. Folia crassiuscula, magnitudine variabilia (3–10 lin. longa, latitudine longitudinem aequante v. angustiora), constanter crenata, margine subreflexa, basi integerrima magis minusve cuneata, petiolo brevi, supra nunc glaberrima laevia nitida, saepius pilis brevissimis numerosis pubescentia, subtus paucivenia magis minusve pubescentia v. tomentosa, floralia infima subconformia angustiora integriora, superiora bracteaeformia sessilia ovata acuta concava subcolorata. Verticillastri laxi, inferiores distantes, in racemum 2–8-pollicarem dispositi. Bracteae inconspicuae. Calyces pedicellati, basi valde obliqui, apice colorati (flavescentes in var. *α.*, rubescentes in var. *β.*), nunc vix pubescentes, nunc valde hirsuti, dente supremo parum latiore et subpatente. Corollae flavescentes in var. *α.*, rubro-purpureae in var. *β.* — *Chamaedrys flava* Moench, Meth. pl. 383.

β. purpureum: floribus rubro-purpureis, foliis saepius subtus canescentibus. — *T. regium* Hortul. an Schreb.? — *T. lucidum* Sibth. et Sm. l. c. 27. t. 532. (non Linn.) — *T. divaricatum* Sieb. Pl. exs.? — Habitat in Europae et Africae regione mediterranea, in Hispania, Pyrenaeis orientalibus, Gallia australi, Corsica, Sardinia, Italia a Liguria ad regnum Neapolitanum, Sicilia, Dalmatia, in insulis Archipelagi Graeci frequens, Algeria et in Atlante, in collibus maritimis Cyrenaicis et Tripolitanis, *β.* in Hispania, in Parnasso aliisque Graeciae montibus, nec non in insula Cypro, in scopulo St. Istad prope Cimolum copiosissime et prope Smyrnam.

61. T. RAMOSISSIMUM Desf. Fl. Atl. II. 4. t. 118. — Bth. l. c. † — Incanum: caule fruticuloso ramosissimo; ramulis filiformib.; foll. obovatis crenatis; florib. solitariis axillaribus. ♁ — Frutex tomentosus erectus 8–15 centim. altus. Rami numerosissimi filiformes. Folia candida, superne pallidiora, magnitudine fere *T. Mori* petiolata, obovata seu ovato-rhomboidea, inferne nervosa crenata. Flores parvi axillares et terminales solitarii subsessiles, folio breviores. Calyx tenuis elongatus candidus 5-dentatus, dentibus acutis subaequalibus. Corolla violacea. Tota planta odorem suavissimum spirat. — Habitat in Barbariae fissuris rupium prope Cafsam et in Hispania?

† *Species dubiae.*

62. T. NITIDUM Schreb. Unilab. 35. — Bth. l. c. 683. † — Foll. ovatis crenatis, floralib. integerrimis; verticillastris dimidiatis racemosis; caule bifariam barbato. ♄ — Caules fruticosus glaber, utroque, quod a foliorum commissura descendit, latere dense piloso. Folia breviter petiolata, basi integra, antice crenis obtusis margine reflexis incisa, glabra nitida, nervo medio basi barbata, obtusa dura, floralia fere lanceolata, pilosiora quam *T. flavi*, sicut et calyces. Flores minores quam istius. Corolla purpurea, auriculis minoribus obtusis non vero truncatis. — An *T. flavi* var.? — nec ullo modo cum *T. lucido* convenit. — Habitat in Mauritania

63. T. REGIUM Schreb. Unilab. 35. — Bth. l. c. — Foll. ovatis antice dentatis, floralib. integerrimis sessilib.; verticillastris racemosis; caule ramoso. ♄ — Fruticulus sesquipedalis diffusus, rami pubescentes. Folia parva, petiolis brevibus insidentia ovata, utrinque supra medium marginis 2–3-dentata, marginibus reflexis fere concava, saturate viridia nitida (pilis brevissimis dense obsita microscopio tantum visibilibus), subtus incana acuta, floralia minora, longitudine calycum, sessilia integerrima. Verticillastri contigui, in racemos digesti. Flores vix majores quam *Chamaedryos*. Corolla purpurea, auriculis linearibus elongatis ad staminum flexuram attingentibus acutis. — Habitat in Hispania.

64. T. MYRTIFOLIUM Poir. Dict. Suppl. II. 706. — Bth. l. c. † — Caule erecto fruticoso pubescente; foll. ovatis subdentatis, subtus villosis; florib. spicatis. ♄ — *T. microphillo* affine. Frutex elatior, caulis ramique erecti, crassiores teretes pubescentes. Folia mediocriter petiolata ovata acuta, supra glabra et virescentia, subtus pubescentia cinerea, vix dentata, 3–5 lin. longa. Flores axillares pedicellati, in racemum erectum terminalem dispositi, inferiores solitarii oppositi, superiores ternati, supremi aphylli. Calyces villosi, dentibus 5 acutis subaequalibus. Corollae lacinia media labii inferioris dilatata subrotunda crenulata. — An *T. Mari* varietas? — Cfr. Desf. Cat. Hort. Par. (ed. 3.) 394. — Habitat in Oriente.

65. T. QUADRATULUM Schreb. Unilab. 36. — Bth. l. c. † — Foll. ovato-rhombeis dentatis, subtus niveis; verticillastris racemosis. ♃ — Caulis vix spithamaeus erectus, basi ramosus, fere teres, tomento niveus. Folia *Mari*, sed latiora, brevissime petiolata rhomboidea, basi integerrima, ab angulo laterali ad apicem dentibus 4–5 incisa, margine reflexa, supra nitida pilis brevissimis microscopio tantum discernendis obsita, basi apiceque acuta floralia ovata concava, apice dentata pubescentia. Racemus brevis. Flores *Mari* brevissime pedunculati. Calyx pubescens. Corolla purpurea. — Habitat in Hispania.

66. T. SUBSPINOSUM Pourr. ex Willd. Enum. pl. hort. Berol. 596. — Bth. l. c. Foll. integerrimis ovatis acutis petiolatis, margine revolutis pubescentib., subtus tomentosis; florib. racemosis; ramis spinescentib. ♃ — Simile *T. Maro*, sec. Willd. — Habitat in insulis Balearicis.

Sectio IX. POLIUM Bth. l. c. 684.

Verticillastri pauci, in capitula subglobosa terminalia condensati. Calyx tubuloso-campanulatus subdeclinatus, basi obliquus, dentibus 5 subaequalibus v. superioribus vix latioribus. Corollae laciniae superiores oblongae declinatae, laterales parvae. Achaenia valde rugosa. Herbae perennes v. suffrutices, caulibus basi saepius procumbentibus ramosissimis, ramis floriferis ascendentibus.

67. T. PYRENAICUM Linn. Spec. plant. 791. — Bth. l. c. † — Repens villosum: foll. rotundatis crenatis, utrinq. viridib.; verticillastris paucis in capitulum terminale condensatis; calycib. tubuloso-campanulatis declinatis, dentib. subaequalibus. ♃ — Caules basi radicantes elongati, sub terra repentes. Ramuli steriles flagelliformes fertiles, breviter ascendentes, pilis patentibus hispidi. Folia breviter petiolata, 4–8 lin. diametro, basi truncata rotundata v. cuneata, utrinque et praesertim ad margines et nervos pilis brevibus rigidulis hirsuta, floralia sub capitulo cuneiformia, bracteae lineares, calycis longitudine. Capitula solitaria terminalia hemisphaerica v. depresse globosa, pollicem diametro. Calyces subsessiles

3–4 lin. longi, basi glabriusculi, apice ciliato-hispidi, dentibus lanceolatis acutis superioribus parum latioribus. Corolla flavida, lacinia infima saepius purpurascente. — *Polium Pyrenaicum* Mill. Dict. no. 6. — *Teucrium reptans* Pourr. Act. Tolos. III. 330. — *T. rotundifolium* Schreb. Unilab. 42? — Habitat in Europae australis montibus Cataloniae, Arragoniae, Pyrenaeorum Gallicorum et Arverniae.

β. Granatense Boiss. Elench. pl. nov. Hisp. no 169. et Voyage bot. dans le midi de l'Esp. 515. no. 1373. — Decumbens caespitosum dense hirsutum subflavicans: foll. rotundatis profunde crenatis hirsutis, superiorib. quam capitula multo breviorib.; bracteis spathulatis integris calyci aequalib.; verticillastris paucis in capitulum terminale condensatis; calycis campanulati hirsuti dentib. aequalib.; corollae roseo-violaceae lobis superiorib. lanceolatis intensius coloratis valde ciliatis, intermediis brevib. subcanaliculatis, basi bidentatis, inferiore cucullato. — Crescit in fissuris rupium regionis alpinae in summitate calcarea Dornasio supra San Géronimo, ad pascua Vacares et inter Trevelez et Cadiar in Hispania meridionali.

68. T. CINEREUM Boiss. Elench. pl. nov. Hispanic. no. 170 et Voyage bot. dans le midi de l'Esp. 516. no. 1374. † t. 151. — Totum hirsutum griseum: caulib. abbreviatis intricatis caespitosis; foll. minimis oblongo-cuneatis petiolatis rotundato-dentatis; bracteis linearib. calyce breviorib.; capitulis terminalib. pauciforis ovatis; calycis hirsuti dentib. brevib. triangularib. subaequalib.; corollae albae lobis superiorib. oblongis rotundatis ciliatis, lateralib. minimis, inferiore oblongo cucullato. ♃ — Rhizoma suffruticosum nigrum, caules prostrati caespitosi, rami abbreviati fragillimi. Folia utrinque hirsuta aliquando flavicantia, cum petiolo vix 4–5 lin. longa, tres lin. lata. Verticillastri axillares subbiflori in capitula aggregata. Bracteae lineari-spathulatae calycibus multo breviores. Corolla albida, extus hirtella. — Crescit in fissuris rupium montium Sierra de Gador in Hispania meridionali.

69. T. BUXIFOLIUM Schreb. Unilab. 42. — Bth. l. c. † — Suffruticosum: foll. obovato-cuneatis crenatis, margine subrevolutis, supra viridib. subglabris, subtus canescentib.; verticillastris in capitulum terminale condensatis; calycib. tubuloso-campanulatis declinatis, dentib. subaequalibus. ♃ — Caules basi procumbentes ascendentes, saepe ramosissimi piloso-pubescentes. Folia semipollicaria numerosa, basi in petiolum brevissimum angustata, floralia sub capitulo approximata, flores superantia, intra capitulum parva lanceolata. Capitula, calyces et flores *T. Pyrenaici*. Corolla albicans, saepe rubescens. — *T. saxatile* Cav. Icon. pl. rar. II. 19. t. 121. fig. 1. — Habitat in Hispaniae saxorum fissuris et foraminibus siccis, vulgatissimum in montibus Sucronis, Orcellis, Saetabis et Sagunti.

70. T. LEUCOCLADUM Boiss. Diagnos. plant. nov. oriental. V. 44. † — Ramosissimum humile suffruticosum: caulib. a basi oppositis ramosis pyramidatis ramisq. abbreviatis rigidis crassiusculis, indumento brevissimo canis; foll. subsessilib. cuneatis, basi attenuatis superne 5–7-rotundato-crenatis, margine subrevolutis adpressime tomentoso-griseis; florib. minimis in capitula terminalia subrotunda pauciflora foliis supremis minimis stipata dispositis; calycis brevissimi tomentosi conico-tubulosi dentib. omnib. brevissimis rotundis, vix perspicuis, villo connexis aequalib.; corollae flavescentis calyce sesquilongioris pubescentis lobis superiorib. brevissimis obtusis subdeclinatis, intermediis dentiformib., inferiori cucullato. ♃ — Planta palmaris, caules pro longitudine crassi, folia 4 lin. longa, apice 3 lata, ramealia minora. Flores omnium minimi, capitula vix piso majora. — *T. cuneifolium* Schimp. Pl. exs. nec Sibthrp. et Sm. — Crescit in Arabia petraea ad rupes Wadi Hebran.

71. T. CUNEIFOLIUM Sibthrp. et Sm. Flor. Graec. VI. 30. t. 537. — Bth. l. c. — Procumbens, dense tomentoso-lanatum: foll. subrotundis crenatis, basi cuneatis crassis, utrinq. dense tomentosis; verticillastris paucis in capitula terminalia

condensatis; calycib. tubulosis tomentosis, dentib. brevib. subaequalibus. ♃ — A *T. Pyrenaico, saxatili* et *buxifolio* primo intuitu differt caulibus, foliis calycibusque tomento denso canescente v. flavescente indutis, caeterum habitu illis valde approximatur. Folia vix semipollicaria crassa, marginibus subreflexis. Corollae albae, basi flavescentes. — Habitat in Cretae montibus Sphacioticis.

72. T. HAENSELERI Boiss. Elench. pl. nov. Hispan. no. 171. et. Voyage bot. dans le midi de l'Esp. 518. no. 1376. † t. 152. — Suffruticosum: caulib. ascendentib. erectis subramosis patentim hirsutis; foll. lineari–lanceolatis obtusis profunde crenatis, margine revolutis sessilib., quaternatim quinatimve dispositis pubescentib. viridib.; capitulis densissimis, primum acute pyramidatis, dein ovatis, plurib. ad apicem ramorum approximatis; bracteis lineari–spathulatis acutis carinatis calycem subaequantib.; calycis tubuloso–campanulati hirsuti dentib. lanceolato–triangulatis acutis nervosis subaequalib.; corollae breviter exsertae lobo inferiore lanceolato cucullato, reliquis abbreviatis acutiusculis ♁ — Caulis basi fruticosus ascendens ½–1–pedalis ramosus molliter pilosus. Folia regulariter et adpresse crenata, utrinque pilis patulis pubescentia viridia, sub lente glanduloso–punctata, circiter semipollicaria, 2–3 lin. lata. Capitula breviter pedunculata ad apices ramorum 4–7–na approximata densissima. Bracteae lineari–spathulatae acutae, calyces subaequantes ciliatae. Corolla pallide ochroleuca.

β. angustifolia: foll. augustiorib. lineam latis valde revolutis, supremis integris; capitulis longius pedunculatis; bracteis glabris; calycis basi tantum hirsuti dentib. acutioribus. — Crescit in umbrosis regionis montanae Sierra Bermeja circa Carratraca et in monte Sierra de Gades, *β.* in provincia Malacitana Hispaniae meridionalis.

73. T. ALPESTRE Sbthrp. et Sm. Flor. Graec. VI. 31. t. 538. — Bth. l. c. 665. — Suffruticosum humile divaricato–ramosissimum cano– v. flavescenti–villosum: foll. parvis obovato–cuneatis subrotundis crenatis, margine revolutis; verticillastris paucissimis ad apices ramorum subcapitatis; calycib. declinatis ovato–tubulosis pilosis, dentib. subaequalib. brevib. obtusis. ♃ — Habitu *T. thymifolio*, characteribus *T. Polio* affine et vix non hujus varietas. Ramuli duri rigidi. Folia distantia, 2–3 lin. longa, utrinque subviridia. Capitula ad apices ramulorum magnitudine *Pisi*, e floribus 4–6 constantia. Corollae parvae albae. — *T. saxatile* Sieb. Pl. Cret. exs. (non Cav.) — Habitat in Creta ad Mirabello et in montium Sphacioticorum summis jugis.

74. T. CYPRIUM Boiss. Diagnos. plant. nov. orient. V. 43. — Suffruticosum caespitosum, totum pilis patulis brevib. densis griseo–lanatum: caulib. numerosis, basi decumbentib. brevissimis, parce et opposite ramosis v. simplicib. foliosis; foll. sessilib. oblongis obtusis, basi attenuatis cuneatis regulariter et minute crenulatis, crenis ob margines revolutos subcomplicatis, utrinq. griseo–lanatis; florib. in capitula subrotunda pauciflora, foliis supremis suffulta, bracteis ellipticis integris calyces aequantib. intermixta dispositis; calycis hispidi tubulosi glandulis sessilib. aspersi dentib. tubo quintuplo breviorib., duobus superiorib. ovatis obtusiusculis, tribus inferiorib. paullo longiorib. triangulari–lanceolatis; corolla flavescente puberula e calyce parum exserta; achaeniis nigris areolato–insculptis, sub lente eximie punctulatis. ♃ — Rami procumbentes 3–5–pollicares, folia majora 4 lin. longa, 2 lata. — Cressit in insula Cypro.

75. T. POLIUM Linn. Spec. plant. 792. — Bth. l. c. † — Suffruticosum canescenti–tomentosum lanatum v. rarius piloso–hispidum: foll. cuneatis oblongis v. lineari–lanceolatis crenatis, margine revolutis; verticillastris paucis in capitula globosa oblongave terminalia condensatis; calycib. tubuloso–campanulatis subdeclinatis, dentib. subaequalibus. ♃ — Caules basi ramosissimi, rami basi procumbentes ascendentes v. rarius suberecti, saepius 3–6–pollicares, rarius pedales v. tantum 2–3–pollicares, nunc tomento brevi denso, nunc lana longiore laxa v. etiam pilis subpatentibus canescentes simplices v. ramosi, apice saepius corymbosi. Folia constanter sessilia,

basi angustata, molliter rugosa crassiuscula obtusa crenata et margine magis minusve revoluta, sed quam maxime variant forma obovata cuneata oblonga v. lineari, margine vix reflexo v. omnino revoluto, superficie brevissime tomentosa, dense lanata v. pilosa, colore (praesertim superiorum) cano–flavescente, aureo v. rarius viridi, crenaturis magis minusve profundis etc. Verticillastri 2–6–flori. Folia floralia caulinis subconformia, sed calycibus saepius breviora et cum iis imbricata. Capitula ad apices ramorum solitaria v. saepius plura corymboso–glomerata, nunc globosa, magnitudine a *Piso minore* ad *Cerasum* variantia, nunc oblonga v. rarius elongata spiciformia, colore et lana uti folia variabilia (in var. purpurascentia.) Corolla parva alba flavescens v. purpurea.

α. flavescens: foliis latioribus, capitulis hirsutissimis, ramorum apicibus flavescentibus. — *T. aureum* Schreb. Unilab. 43. — Cavan. Icon. plant. rar. II. 16. t. 117. — *T. flavicans* Lam. Dict. II. 700. — *T. tomentosum* Vill. Flor. Delphin. II. 352. — *Polium aureum* Moench, Meth. plant. 385. — *Polium latens* Mill. Dict. no. 2.

β. hirsutum: foliis oblongis vix canescentibus capitulisque pilosis. — *T. Aegyptiacum* Pers. Enchirid. II. 112.

γ. vulgare: foliis oblongis capitulisque tomentoso–lanatis, floribus albis. — *T. Polium* Linn. — Sbthrp. et Sm. Flor. Graec. VI. 29. t. 535. — *T. Pseudohyssopus* Schreb. Unilab. 45. — *T. Teuthrion* Schreb. Unilab. 46. — *T. Belion* Schreb. Unilab. 47. — *T. Lusitanicum* Schreb. Unilab. 47. ? (non Lam.) — *T. album* Poir. Dict. Suppl. II. 770. — *T. trifoliatum* Vahl, Symb. bot. I. 40. — *T. subtriphyllum* Lag. Gen. et. sp. nov. plant. 17. — *Polium album* Mill. Dict. no. 4. — *Polium latifolium* Mill. Dict. no. 7. — *Polium Smyrnaeum* Mill. Dict. no. 15. — *Polium augustifolium* Mill. Dict. no. 3. — *Polium ramosum* Mill. Dict. no. 2. — *Polium diffusum* Mill. Dict. no. 13.

δ. gnaphalodes: humile: foliis capitulisq. densissime lanatis. — *T. gnaphalodes* Vahl, Symb. bot. I. 41. — *T. lanigerum* Lag. Gen. et. sp. nov. pl. 17 ?.

ε. purpurascens: foliis oblongis capitulisque tomentoso–lanatis, floribus rubro–purpureis. — *T. Achaemenis* Schreb. Unilab. 44. — *Polium integerrimum* Mill. Dict. no. 14.

ζ. angustifolium: foliis linearibus v. lineari–oblongis, capitulisque parvis cano–tomentosis rarius flavicantibus. — *T. capitatum* Linn. l. c. 792. — Cav. Icon. pl. rar. II. 17. t. 119. — Sbthrp. et Sm. Flor. Graec. VI. 30. t. 536. — *T. flavescens* Schreb. Unilab. 44. — *T. Valentinum* Schreb. Unilab. 46. — *T. pycnophyllum* Schreb. Unilab. 48.? — *T. lavandulaceum* Pourr. — *T. corymbiferum* Desf. Fl. Atl. II. 8.? — *T. cylindricum* Lam. ex Steud. Nom. bot. 829.? (edit. 1.) — *Polium capitatum* Mill. Dict. no. 5. — *Polium serratum* Mill. Dict. no. 12. — *Polium spicatum* Mill. Dict. no. 10. — *Polium fruticosum* Mill. Dict. no. 11. — *Polium erectum* Mill. Dict. no. 8.

η. montanum Boiss. Voy. bot. dans le midi de l'Esp. 517. no. 1373. — Caulib. dense caespitosis humillimis subherbaceis glabrescentib.; foll. minorib. ovatis; capitulis minorib. solitariis. Tota planta tomento tenui subflavicante vestita est. —

ϑ. aureum Boiss. l. c. — Praecedenti simillimum, sed corollis intense aureis differt. — Habitat in Europae, Africae et Asiae regione mediterranea et Pontica et saepius in siccis, aridis, arenosis petrosisve locis, in Lusitania, Hispania, Barbaria, Gallia australi, Italia a Pedemontio ad regnum Neapolitanum, in Corsica, Sardinia, Sicilia, in montibus Graeciae et Asiae minoris, tum in Archipelagi insulis frequens, Smyrnae, in deserto Sinaico, in Tauria et Caucaso frequens et in regione Caspica. [*α.* in regionibus occidentalibus vulgatior, *β.* in Aegypto et Creta? *δ.*, *η.* et *ϑ.* in Hispania, *ε.* in maritimis Massiliae, ad mare Adriaticum et alibi, *γ.* et *ζ.* in tota regione vulgaris.]

76. T. AMPLEXICAULE Bth. l. c. 687. — Suffruticosum: ramis albo–lanatis; foll. ovato–oblongis obtusis vel crenatis, basi saepius cordato–amplexicaulib., margine

valde revolutis, supra leviter tomentosis, demum glabratis, subtus dense arcolanatis; verticillastris paucis globoso-capitatis; calycib. declinatis tubuloso-campanulatis., dentib. subaequalib. latis acutis; corollae tubo exserto. ♃ — Habitu et foliis varietatibus nonnullis *T. Polii* affine, etsi haec rigidiora sunt et supra minus, subtus magis tomentosa. Flores fere *T. montani* v. *Pyrenaici*, multo majores quam in *T. Polio*, a *T. thymifolio* differt statura elatiore, foliorum forma et capitulis majoribus. — Habitat in Hispania.

77. T. THYMIFOLIUM Schreb. Unilab. 50. — Bth. l. c. — Suffruticosum humile ramosissimum: ramulis incanis ascendendib.; foll. oblongis obovatisve crenatis, subtus v. utrinq. incanis; verticillastris subbifloris paucissimis, ad apices ramorum subcapitatis; calycib. declinatis tubuloso-campanulatis, dentib. subaequalib. latis acutis; corollae tubo subexserto. ♃ — Habitus fere *T. alpestris*. Caulis basi crassus lignosus, ramuli numerosi caespitulosi 2–3-pollicares. Folia conferta brevia, basi angustata, minus rugosa et tomentosa quam in *T. Polio*, minus laevia quam in *T. montano*. Flores in ramulo singulo 2–6, vix capitati. Calyces forma *T. montani*, sed dimidio minores, uti corollae rubescentes. — Habitat in Hispaniae provincia Valentina.

78. T. MASCATENSE Boiss. Diagnos. pl. nov. or. V. 44. — Basi suffruticosum: ramis filiformib. foliosis elongatis decumbentib. simplicib. tomentellis; foll. parvis ellipticо-linearib. integris, margine convolutis obtusis in petiolum attenuatis, breviter puberulis crebre glanduloso-punctatis pallide virentib.; florib. in capitulum subglobosum foliis supremis eo multo breviorib. stipatum dispositis sessilib.; calycis obconici glandulis pedicellatis minutis puberuli lobis tribus superiorib. triangularib. acutiusculis, duobus inferiorib. longiorib., apice attenuatis acutis; corollae flavescentis rubro-striatae puberulae calyce sesquilongioris laciniis superioribus oblongis declinatis, intermediis minimis, inferiori oblonga cucullata; achaenio areolato-insculptis. ♃ — Rami tenues 4–6-pollicares, folia 2–3 lin. longa, linea dimidiam lata. — Cressit in monte Chebek Mascatensi.

79. T. MONTANUM Linn. Spec. plant. 791. — Sbthrp. et Sm. Flor. Graec. VI. 24 t. 534. — Bth. l. c. † — Suffruticosum prostratum: ramis incanis v. pubescentib., foll. oblongo-linearib. integerrimis, subtus v. utrinq. incanis planis v. margine revolutis; verticillastris paucis in capitula terminalia condensatis; calycib. subdeclinatis tubuloso-campanulatis glabris incanisve, dentib. subaequalib. lanceolatis subulato-acuminatis. ♃ — Caulis basi lignosus ramosissimus, rami tenues fere omino prostrati elongati, summitatibus breviter ascendentibus v. rarius 2–4-pollicaribus suberecti. Folia supra laeviuscula, subtus paucivenia, nec ut in *T. Polio* molliter rugosa obtusa, basi angustata in petiolum brevissimum, caeterum latitudine et canescentia paginae superioris valde variant, infra semper incana, floralium par infimum capitulum saepius superat, caetera pauca brevia. Capitula multo majora quam in *T. Polio*, fere semper in ramulis solitaria hemisphaerica, e verticillastris 2–4- v. 4–6-floris constantia. Calyces subsessiles, basi attenuati, vix nervosi laeves virides v. parum incani, rarius pilosi, 3–4 lin. longi, dentibus lanceolatis subulato-acuminatis. Corolla ex albo flavescens. — *T. supinum* Linn. l. c. 791. — *Polium montanum* Mill. Dict. no. 1. — Habitat in Europae australioris collibus montibusque, imprimis calcareis, in Hispania, Gallia australi, Germania, praesertim australi, Italia, Sicilia, in Graeciae montibus Delphi, Atho et Olympo Bithyno, in Volhynia et in Tauriae summo monte Tschaturdag.

80. T. PUMILUM Linn. l. c. 792? — Bth. l. c. † — Suffruticosum procumbens v. erectum: ramis incanis; foll. anguste linearib. integerrimis, subtus incanis, margine revolutis; verticillastris paucis in capitula terminalia condensatis; calycib. subdeclinatis tubuloso-campanulatis, dentib. subaequalib. lanceolatis subulato-acuminatis. ♃ — Vix ac ne vix a *T. montano* differt caule saepius erectiore, foliis angustioribus et floribus purpurascentibus. — *T. Libanitis* Schreb. Unilab. 38? — Cav. Icon. pl. rar. II. 17. t. 118. — Habitat in Hispania.

81. T. MONBRETII Bth. Ann. sc. nat. (2 Sér.) VI. 56. — Suffruticosum, procumbens tomentoso-pubescens: foll. late ovatis crenatis, basi truncatis, utrinq. molliter pubescentib., floralib. bracteaeformib.; verticillastris in capitulum oblongum condensatis; calycib. hirsutis nutantib. subaequaliter 5-dentatis. 4 — Planta humilis ramosissima. Folia illis varietatum nonnullarum *T. flavi* haud dissimilia. Racemus capituliformis vix pollicaris hirsutus. Corolla parva fere *T. Polii*. — Crescit inter rupes ad basin montis Cassii in Syria.

82. T. VERTICILLATUM Cav. Icon. pl. rar. II. 77. t. 198. — Bth. l. c. 688. — Foll. verticillatis linearib.; limbo revoluto; caule erecto. ♁? — Radix lignosa, ex qua caules prodeunt teretes erecti, vix pedales ramosi, tomento obducti brevissimo albo. Folia sessilia verticillata, verticillastris approximatis, in his folia sunt saepe 6, frequentius 4, sublinearia glauco-albida, limbo arcte contra nervum revoluto. Flores capitati, capitulis terminalibus, basi foliosis. Calyx turbinatus striatus tomentosus 5-crenatus, crenula altera latiore. Corolla lutescens, cujus labium trilobum, lobo medio ovato concavo, auriculis utrinque aucto, lateralibus brevioribus. — Habitat in Hispania juxta Illicatanam lamam, sive aquarum collectionem arte peractam, copiose vero in Crevillente montibus praesertim prope Sanctum Cajetanum.

† *Species hujus sectionis dubiae.*

83. T. ANGUSTISSIMUM Schreb. Unilab. 39. — Bth. l. c. 688. † — Capitulis terminalib. pilosis; foll. linearib. integerrimis subnudis; caule erecto. 4 — Caulis digitalis, basi flexuosus filiformis, tomento denso albus. Folia omnium angustissima, fere filiformia, margine revoluta, linea per longitudinem insculpta divisa, vix pubescentia, nervo medio subtus tomentoso, obtusa, longitudine internodiorum, inferiora minora confertiora. Capitula solitaria parva subrotunda, e ternis conglomerata densa. Folia floralia ovalia, calyce breviora, rarius pilosa. Calyx viridis, pilis rarioribus rectis conspersus acutus, ore barbatus. Corolla vix calyce longior alba. — *Polium* etc. Barr. Ic. 1080. — Habitat in Hispania.

84. T. COELESTE Schreb. Unilab. 39. — Bth. l. c. † — Capitulis terminalib. tomentosis; foll. linearib. integerrimis incanis; caule erecto. 4 — In multis cum priori et *T. Valentino* convenit, ab utroque tamen satis diversum est. Caulis aeque tenuis, tomento candicans. Folia sicut in hoc linearia revoluta obtusa, tomento tenuissimo subtus densiore incana, breviora tamen et latiora ac praecedentis, integerrima, cum aliquis tantum crenarum vestigiis. Capitula in sumitate ramorum solitaria seu terna, quorum lateralia minora pedunculis brevibus horizontalibus non foliosis insident. Folia floralia inverse lanceolata aut linearia sicut *T. Valentini*, non ovata uti *T. angustissimi*, obtusa tomentosa. Flos minor quam antecedentis. Calyx viridis, magis, sed laxius tomentosus quam *T. angustissimi*, ore tomento repleto, dentibus triangularibus acutis, neque *T. Valentini* modo lanceatis obtusis. Corolla parva alba. — *Polium* etc. Barr. Ic. 1081. — Habitat in Hispania, in praecelsis montibus regni Valentini, praecipue ad Carthusiam Porta Coeli dictam.

85. T. CYMOSUM Pers. Enchirid. II. 112. — Bth. l. c. 689. — Florib. paniculato-cymosis; foll. linearib. dentatis; caule lanato-suffrutescente. 4 — Habitat in Hispania prope Aranjuez.

86. T. MAJORANA Pers. l. c. — Bth. l. c. — Spicis ovatis; pedunculis subcymosis; foll. linearib., margine revolutis; caule subfiliformi. 4 — A *T. capitato (T. Polio angustifolio)* omnino diversum videtur.

†† *Species omnino dubiae.*

87. T. EUGANEUM Visiani, Semin. rar. hort. Patavin. 1836. — Perenne: foll. cordato-oblongis crenatis petiolatis; racemo simplici terminali solitario secundo; bracteis petiolatis cordatis acuminatis, pedicello longiorib.; calycis dentib. infimis medios superantib.; corollae tubo villoso. 4 — In sylvatisis montium Euganeorum prope Patavium.

88. T. SESSILIFOLIUM Clarke's Trav. IV. 555. — Bth. l. c. 689. — Foll. hirsutis sessilib. obtusis, inferiorib. lanceolatis integerrimis, superiorib. bracteisq. crena-

tis elliptico-lanceolatis; florib. axillarib. solitariis; pedunculis brevissimis. ♃ — Caules erecti lanati. Folia ultra pollicaria. Flores pollicem longi, fauce barbata. — Habitat in Bulgaria inter Constantinopolim et Rutschuk.

89. T. UNDULATUM Lour. Fl. Cochinch. 362. — Bth. l. c. — Foll. oblongis undulatis subcrenatis; corymbo terminali. ♄ — Caulis fruticosus erectus teres 5-pedalis, rami patentes. Folia ovato-oblonga obtusa undulata subcrenata glabra opposita petiolata. Flores pallidi, corymbo racemoso terminali. Corolla 5-fida, tubo brevi, laciniis obtusis, superioribus divaricatis. Stamina longissima ascendentia. Semina 4 nuda, calyce persistente fulta. — In Cochinchina ad sepes.

90. T. THEA Lour. l. c. 363. — Bth. l. c. — Foll. ovato-lanceolatis; caule procumbente; pedunculis axillarib. trifloris. ♄ — Caulis fruticosus 8-pedalis procumbens glaber inermis teres ramosus. Folia ovato-oblonga acuta integerrima petiolata glabra opposita. Flos albus axillaris, pedunculis trifloris. Stamina didynama, corolla longiora. Stigma acutum bipartitum. Semina 4, calyce fulta. Habitat in Cochinchina in dumetis.

91. T. ROTUNDIFOLIUM Poir. Dict. Suppl. II. 747. — Foll. ovato-rotundis crenatis glabris longe petiolatis; spica terminali pauciflora; pedunculo longissimo; caule simplici tetragono. ♃ — Caules erecti simplices tetragoni herbacei, vix pedales. Folia distantia glabra opposita, inferiora rotundata pollicaria crenata, petiolis folio longioribus, superiora longiora subovata, petiolis folio brevioribus. Pedunculus gracilis terminalis erectus 4-pollicaris. Flores ad apicem in spicam brevem dispositi, distantes oppositi v. subverticillati subsessiles. Calyx pubescens, acute 5-dentatus. Corollae tubus subexsertus, labium coeruleum, lacinia media subemarginata, laterales obtusae. — *T. Commersonii* Spreng. Syst. vegetab. II. 719. — Habitat ad Buenos Ayres.

92. T. FASCICULATUM Poir. l. c. — Bth. l. c. 690. † — Caule fruticoso; foll. subfasciculatis anguste linearib. glabris, uno alterove dente subtuberculato; spica brevi terminali. ♄ — Caules lignosi fusci glabri teretes ramosi, ramuli brevissimi ad axillas orti, foliis confertis subfasciculatis sessilibus peranguste 6-8 lin. longis, ad margines interdum dente uno alterove brevi obtuso subtuberculatis. Flores sessiles, solitarii oppositi v. subverticillati, in spicam brevem laxam terminalem dispositi. Bracteae ovatae mucronatae, calyce longiores. Corollae tubus ventricosus exsertus. Limbus flavus videtur, lobis obtusis. — Habitat.....?

††† *Species e genere excludendae.*

T. CHAMAEPITHYS Linn. = AJUGA CHAMAEPITHYS.
T. CHIUM Poir. = AJUGA CHIA.
T. FILIFORME Poir. *ex ordine excludendum ob folia sparsa.*
T. GENEVENSE Crantz. = AJUGA GENEVENSIS.
T. IVA Linn. = AJUGA IVA.
T. LAEVIGATUM Russ. = AJUGA GLABRA.
T. LAXMANNI Murr. = AJUGA LAXMANNI.
T. MOSCHATUM Mill. = AJUGA IVA.
T. PYRAMIDALE Crantz. = AJUGA PYRAMIDALIS.
T. RHOMBIFOLIUM Willd. = HYPTIS CANESCENS.
T. SALICIFOLIUM Linn. = AJUGA SALICIFOLIA.
T. SIBIRICUM Linn. = NEPETA UCRANICA.

3080. AJUGA *Linn.*

(Linn. Gener. pl. no. 705. — Meisn. Gener. pl. vascul. I. 289. II. 197. — Bth. Labiat. genер. et spec. 690.)

Sectio I. BUGULA Bth. l. c. 692.

Verticillastri 6- v. saepius multiflori. Corollae saepius coeruleae, roseae, purpurascentes v. albidae, nec flavae.

1. A. LOBATA D. Don, Prodr. fl. Nepal. 108. — Bth. l. c. † — Stolonib. reptantib.; foll. longe petiolatis rotundatis grosse dentatis lobatisve glabriusculis. ♃ — Herba

nunc fere glabra, saepius pilis sparsis in ramis et foliis hispidula. Stolones ex axillis foliorum inferiorum numerosi elongati. Rami floriferi breves ascendentes v. erecti. Folia 1–2 pollices diametro, basi nunc profunde cordata, nunc truncata v. cuneata, floralia inferiora caulinis conformia, superiora subsessilia ovato-oblonga, grosse dentata. Florum spica interrupta 1–4-pollicaris laxiuscula. Verticillastri inferiores bifiori distantes, superiores subsexflori approximati. Calyx 4–5-fidus, laciniis lanceolatis acutis foliaceis. Corolla pilosula coerulea?, calycem triplo superans, tubo longe exserto recto, basi intus nudo. Labium superius brevissimum latum obtusum, inferioris laciniae laterales oblongae, media lata emarginato-bifida, lobis divaricatis. Genitalia exserta. — Habitat in India orientali, in Nepalia et Gossain Than.

2. A. REPTANS Linn. Spec. plant. 785. — Hook. Flor. Londin. II. ic. — Engl. bot. t. 489. — Bth. l. c. † — Stolonib. reptantib.; foll. ovatis obovatisve integerrimis v. sinuatis cauleq. glabriusculis. ♃ — Stolones e basi tantum caulis orti et breviores, minus foliosi quam in *A. lobata*. Plantae ex stolonibus ortae, interdum estolonosae. Rami floriferi erecti simplices semipedales v. rarius subpedales glabri v. faciebus oppositis pubescentibus. Folia radicalia et stolonum petiolata, caulina subsessilia obtusa, basi angustato-cuneata, petiolis dilatatis, utrinque viridia glabra v. pilis paucis sparsis hispidula, floralia sessilia, latius ovata, basi rotundata, inferiora flores longe superantia, superiora gradatim minora, saepe colorata, suprema vix calyces excedentia. Verticillastri infimi remoti, supremi in spicam approximati 6–20-flori. Bracteae subnullae. Calyces subsessiles, late campanulati, saepius hispidi, profunde 2-fidi, laciniae lanceolatae angustae. Corolla caerulea v. rarius rosea, calyce duplo triplove longior, tubus rectus, longiuscule exsertus, intus basi piloso-annulatus, limbi labium superius brevissimum latum, inferioris lobi laterales ovati, intermedius breviter emarginatus. Stamina breviter exserta. — ***Bugula reptans*** Moench, Meth. plant. 392. — Habitat in Europae et in Asiae mediae herbidis, in Anglia, Scania, Gallia, Germania, Hispania, Italia usque ad regnum Neapolitanum, in Tauria et in regione Caspica prope Lenkoran.

3. A. ORIENTALIS Linn. Spec. plant. 785. — Bth. l. c. 693. † — Estolonosa ascendens piloso-lanata: foll. ovatis grosse sinuato-dentatis, basi angustatis, floralib. sessilib. late ovatis inciso-lobatis dentatisve, flores superantib.; verticillastris distantib. v. supremis approximatis; corollae tubo torto exserto, intus nudo, limbo resupinato. ♃ — Caules pedales et saepe longiores erecti v. ascendentes simplices, uti folia pilis longis laxis dense lanati v. (in exemplaribus cultis) rarius glabrati. Folia radicalia interdum petiolata, margine sinuata, caulina sessilia, basi angusta, floralia latiora, basi semiamplexicaulia, saepius grosse triloba, lobis dentatis sinuatisve, flores amplectentia, omnia crassiuscula rugosa mollia. Flores in verticillastro numerosi. Calyces subsessiles, profunde 5-fidi, laciniae anguste lanceolatae linearesve pilosissimae. Corolla coerulea, tubus calyce subdimidio longior, intus nudus, limbus *A. reptantis*, sed ex torsione tubi exacte resupinatus. — ***Bugula obliqua*** Moench, Meth. plant, 392. — ***Bugula orientalis*** Mill. Dict. no. 5. — Habitat in Europae et Asiae regionis Mediterraneo-Ponticae collibus et pascuis siccis, in Hispania, Sicilia, Italia australi, in insula Samo, ad montis Haemi radices, prope Damascum, in Cappadocia, in Tauria et in Caucaso.

4. A. PYRAMIDALIS Linn. l. c. — Sm. Engl. bot. t. 1270. — Bth. l. c. † — Estolonosa piloso-hispida v. glabra erecta: foll. caulinis approximatis vix petiolatis obovatis, floralib. late-ovatis flores amplectentib. tetragono-pyramidatis, supremis saepe coloratis, omnib. integerrimis v. obscure sinuatis; verticillastris superiorib. v. omnib. spicatis; corollae tubo recto exserto, intus annulato. ♃ — Haec species exemplaribus minoribus *A. orientali* valde affinis est, sed floribus constanter distinguitur. Caulis erectus vix semipedalis simplex, interdum uti folia fere glaber, saepius magis minusve pilosus. Folia radicalia plerumque 1½–2-pollicaria, floralia (quae partem fere totam plantae occupant) inferiora pollicaria,

superiora gradatim minora, at omnia saepius ultra ½-pollicaria. Flores in verticillastro numerosi. Calyx 5-fidus, laciniae lanceolatae pilosae. Corollae tubus calyce duplo longior, labium superius evidentius quam in *A. reptante* Stamina exserta. — *Bugula pyramidalis* Mill. Dict. no. 3. — *Teucrium pyramidale* Crantz, Stirp. Austr. — *A. rupestris* Schleich. mss. — Habitat in Europae montosis umbrosis, in Scotia, per omnem Sueciam excepta Scania, Oelandia, Lapponia? et in Pyrenaeis, Cebennis, Alpibus Galloprovinciae, Helvetiae, Pedemontii, montibus Aprutii, in Haemo monte et in Caucaso orientali.

5. A. CILIATA Bunge, Enum. pl. Chin. bor. 51. — Bth. l. c. 694. † — Estolonosa caule erecto elongato glabro; foll. caulinis remotis ovatis grosse dentatis membranaceis glabriusculis, margine ciliatis, floralib. infimis conformib., supremis ovatis acutis integerrimis subcoloratis ciliatis; verticillastris spicatis v. infimis remotis; corollae tubo longe exserto. ♃ — Vix ac ne vix statura et characteribus datis ab *A. Genevensi* differt. Planta 1½-pedalis, caule subinde ramoso, internodiis inferioribus longissimis, foliis inferioribus minoribus. Flores spicati in apice caulis, coerulei. Bracteae purpurascentes. — Habitat in Chinae borealis humidis umbrosis ad rivulum Ssi-jui-ssy.

6. A. GENEVENSIS Linn. Spec. plant. 785. — Bth. l. c. † — Estolonosa: caule erecto piloso; foll. caulinis oblongo-ellipticis subovatisve, basi angustatis, inferiorib. petiolatis, floralib. ovatis cuneatisve, superiorib. flores vix aequantib, v. breviorib., omnib. saepius grosse dentatis membranaceis, utrinq. viridib. sparse pilosis, verticillastris superiorib. spicatis, infimis distantib.; corollae tubo longe exserto. ♃ — Planta statura, villositate et forma foliorum valde variabilis, ut interdum vix ab *A. pyramidali* distinguenda, nonnunquam etiam *A. australi* et *remotae* affinis. In forma vulgatiore caules ascendentes, ½-1-pedales, pilis longis laxis villosi. Folia radicalia parva, caulina inferiora majora, superiora gradatim minora, omnia flaccida, magis minusve pilosa et dentibus v. lobis paucis obtusis donata, floralia omnia calycibus longiora, superiora basi amplexicaulia, saepe colorata. Calyces semi-5-fidi hirsuti. Corollae coerulescentes roseae v. albidae, tubus constanter exsertus, intus annulatus, limbi labium superius breve emarginatum v. subintegrum. — *Teucrium Genevense* Crantz, Strip. Austr. — *A. alpina* Linn. Mant. plant. 80. — Engl. bot. t. 477. — *A. foliosa* Tratt. Arch. der Gewaechsk. I. 25. ic? — *rugosa* Host, Fl. Austr. II. 120. — *A. multiflora* Bnge. Enum. pl. Chin. bor. 51. — *A. pyramidalis* M. Bieb. Fl. Taur. Cauc. II. 32. — Lasch in Linnaea V. 112. et auct. plur. non Linn. — *A. alpestris* Dumort. Florul. Belg. 42? — *Bugula alpina* All. Fl. Ped. I. 45. — *Bugula decumbens* Mill. Dict. no. 2. — *Bugula Genevensis* Mill. Dict. no. 4. — Habitat in Europae et in Asiae Rossicae graminosis montosis etc., in Anglia?, Suecia australi, Gallia, Germania, omni Italia usque ad regnum Neapolitanum, in Tauria et Caucaso et montibus Talysch et in China septentrionali haud procul ab urbe Tschan-pchin-shou.

7. A. REMOTA Bth. in Wall. Pl. As. rar. I. 59. et Labiat. 694. — Estolonosa, basi ramosa procumbens: ramis floriferis ascendentib. villosis; foll. oblongo-ellipticis ovatisve, basi angustatis, floralib. ovato-cuneatis flores superantib., omnib. crassiusculis subcoriaceis villosis, grosse paucidentatis; verticillastris remotis v. supremis approximatis; corollae tubo exserto, labii inferioris lacinia infima vix emarginata. ♃ - Ab affini *A. Genevensi* satis diversa videtur characteribus datis. Verticillastri multiflori. Calyx post anthesin inflato-globosus. Corollae violaceae roseae v. albidae graciliores et minores quam in *A. Genevensi*, caeterum conformes. Labium inferius breviter emarginatum. — Habitat in Indiae orientalis provinciis Oude, Hurdwar et Kamaon, ad Nagkanda in jugo Himalayensi, Deyra Dhoun, Berali et Mirpour.

8. A. OPHRYDIS Burch. Cat. geogr. pl. Afr. austr. no. 3700. — Bth. l. c. 695. — Estolonosa erecta piloso-hispida: foll. obovatis, basi angustatis, floralib. ovatis flores aequantib. v. vix superantib., omnib. crassiusculis subcoriaceis glaberis

villosisve, grosse paucidentatis; verticillastris infimis remotis, supremis spicatis; corollae tubo calycem aequante, labii inferioris lacinia intermedia bifida. ♃ — *A. Genevensi* et *A. remotae* affinis, ab hac caule erecto hispido, foliis floralibus latis et floribus duplo majoribus differt, ab illa foliis crassis coriaceis, ab utraque corollae forma. Flores coerulei?, corollae tubus intus annulatus, genitalia exserta. — Habitat ad Caput bonae spei.

9. A. AUSTRALIS R. Br. Prodr. fl. nov. Holland. 503. — Bth. l. c. † — Estolonosa: caulib. ascendentib. v. erectis pubescentib. villosulis glabratisve; foll. anguste oblongis, basi angustatis integerrimis sinuatisve crassiusculis subvillosis, floralib. conformib. flores superantib.; verticillastris inferiorib. remotis, supremis subspicatis; corollae tubo exserto, labii inferioris lacinia intermedia emarginato-bifida. ♃ — Haec etiam species varietatibus nonnullis *A. Genevensis* similis est, differt foliis praesertim florálibus angustioribus longioribusque integrioribus, caule, foliis calycibusque pilis brevibus subadpressis, nec longis laxis indutis, dentibus calycinis brevioribus. Corolla coerulea, tubus calyce dimidio v. duplo longior, intus annulatus. — Habitat in Novae Hollandiae herbidis ad portum Jackson et in interiore in planitiebus Coulburn inter tropicos et in insula Percy.

10. A. DIEMENICA Bth. l. c. — Estolonosa humilis ascendens: foll. anguste oblongis, basi angustatis petiolatis v. superiorib. sessilib. integerrimis v. sinuato-dentatis crassiusculis, floralib. conformib. flores longe superantib.; verticillastris omnib. remotis; corollae tubo calycem aequante, labii inferioris lacinia intermedia breviter emarginata. ♃ — Planta humilior, villosior et minus erecta quam *A. australis*. Folia, praesertim floralia, saepius dentata. Corollae minores, tubus, ut in *A. australi*, intus piloso-annulatus. An hujus mera varietas? — Habitat in terra Van Diemensi.

11. A. ACAULIS Brocchi, Osserv. sulli Abruz. 22. — Bth. l. c. — Estolonosa: caule brevissimo; foll. oblongis obovatisve, basi longe angustatis vix sinuato-dentatis, floralib. conformib. minorib., omnib. glabris pilosisve; verticillastris paucis condensatis; corollae tubo recto longe exserto. ♃ — Caules foliis breviores, vix bipollicares ramosi, saepius hispidi, interdum glabri. Folia approximata, radicalia 1½-2-pollicaria v. longiora, floralia angustiora, saepius integerrima, corollas subaequantia. Verticillastri pauciflori. Calyces sessiles, vix semiquinquefidi, laciniae angustae. Corolla fere pollicem longa, tubus intus pilis paucis semiannulatus, labii inferioris laciniae laterales intermedia parum breviores, dimidio angustiores. — *A. decumbens* Ten. Fl. Neap. (non Thunb.) — *A. Tenorei* Presl, Fl. Sicul. I. XXXVI. — Habitat in Italiae australis pascuis montosis editioribus, in Aprutio, Calabria et in Sicilia.

12. A. SINUATA R. Br. Prodr. fl. Nov. Holl. 503. — Bth. l. c. 606. — Hirsuta: caule multiplici procumbente; foll. radicalib. petiolo longiorib. floriferisq. sinuatis, basi attenuatis, verticillastris sexfloris; calycib. hirsutissimis; corollis pilosulis. ♃ — Species distinctissima, habitu *A. parviflorae* affinis. Flores parvi coerulei. — Habitat in Nova Hollandia ad Coal River prope portum Jackson.

13. A. PARVIFLORA Bth. in Wall. Pl. As. rar. I. 59. et Labiat. 606. † — Estolonosa diffusa: ramis ascendentib. villosis; foll. late ovatis, basi in petiolum angustatis sinuato-subdentatis, floralib. ovatis subintegerrimis, flores superantib., omnib. crassis villosissimis subcanescentib.; florib. minutis; corollae tubo calyce breviore. ♃ — Folia pilis longis albidis mollibus v. (in foliis) rigidulis villosissima, radicalia magna rosulata. Caules plures 2-6-pollicares. Folia caulina et floralia semipollicaria v. inferiora pollicaria, suprema vix 4 lin. longa, at flores subsuperantia. Verticillastri multiflori. Calyces vix 2½ lin. longi. Corolla pallide violacea, tubus intus exannulatus, labium inferius calycem parum excedens, vix labio superiore duplo longius. Genitalia inclusa. Filamenta brevissima. — Habitat in Indiae orientalis montibus Himalayensibus, in Kamaon, ad Simlah, Mussooree, Illahabad et in valle Jumna.

14. A. **BRACTEOSA** Bth. l. l. c. c. — Estolonosa diffusa: ramis ascendentib. villosis; foll. late ovatis, basi in petiolum angustatis, floralib. conformib. flores superantib., omnib. sinuato-dentatis subintegerrimisve crassis villosissimis subcanescentib.; verticillastris supremis spicatis; florib. parvis; corollae tubo exserto. ♃ — Habitu et villositate *A. parviflorae* affinis, at elatior ramosior. Folia caulina et floralia majora, verticillastri magis approximati. Flores duplo majores, at dimidio minores quam in *A. Genevensi*. Corolla coerulescens?, tubus intus piloso-annulatus, labium superius brevissimum. Stamina exserta. — *A. integrifolia* Hamilt. in D. Don, Prodr. fl. Nepal. 108. — Habitat in Nepalia.

15. A. **DENSIFLORA** Bth. l. l. c. c. — Estolonosa humilis ascendens v. erecta villosa: foll. oblongis ovatisve subcrenatis, basi angustatis crassis villosis, floralib. superiorib. v. omnib. florib. breviorib.; verticillastris spicatis v. infimis vix remotis; corollae tubo calycem aequante, labii lacinia intermedia vix emarginata. ♃ — Affinis *A. parviflorae* et *A. bracteosae*. A priore differt floribus majoribus et verticillastris approximatis, ab altera foliis floralibus minoribus integerrimis, ab utraque caule erectiore, infra spicam subnudo. Folia ad basin caulis approximata. Rami floriferi 4–6-pollicares. Corollae labium superius brevissimum, inferius magnitudine *A. Genevensis*. — Habitat in Nepalia.

16. A. **DECUMBENS** Thunb. Fl. Japon. 243.? — Bth. l. c. 607. — Estolonosa procumbens: foll. subovatis grosse dentatis incisisve, basi angustatis glabris villosulisve, floralib. infimis subconformib., superiorib. omnib. bracteaeformib., flore breviorib.; verticillastris spicatis v. infimis paucis axillarib. distantib.; calycis dentib. obtusiusculis; corollae tubo incluso v. breviter exserto. ♃ — Inter *A. densiflorum* et *A. macrospermam* characteribus quasi media, habitu ab utraque diversa. Spica saepius 3–4-pollicaris, verticillastri globosi. Folia floralia suprema parva, anguste lanceolata reflexa. Corollae laciniae 4 superiores oblongae erectae, fere aequales, infima duplo longior. Genitalia exserta. Achaenia valde rugosa. — Habitat in Indiae orientalis montibus Nepalensibus et Kamaonensibus, ad portum Khoeroe et in Deyra Dhoon et in China.

17. A. **MACROSPERMA** Wall. Pl. As. rar. I. 58. — Bth. l. c. — Estolonosa erecta v. ascendens ramosa: foll. caulinis amplis ovatis grosse dentatis, basi longe angustatis membranaceis glabris v. parce pilosis, floralib. infimis subconformib., supremis v. omnib. bracteaeformib. flore breviorib; verticillastris spicatis v. infimis subremotis; dentib. calycinis obtusis; corollae tubo breviter exserto. ♃ — Caulis 1–2-pedalis paniculato-ramosus. Folia inferiora longe petiolata, limbo 2–4-pollicari. Spicae 3–6-pollicares. Folia floralia inferiora caulinis conformia at minora, superiora ovato-lanceolata integerrima bracteaeformia. Calyx maturitate turbinatus, dentibus brevibus obtusissimis. Corolla parva, tubus elongatus, ad medium inflatus, intus annulatus, labium superius oblongum, apice bifidum, inferius vix duplo longius, laciniae laterales oblongae, media latior. Achaenia valde reticulata. — Habitat in Indiae orientalis montibus Pundnanis et ad Taong Dong montem Avae.

Sectio II. CHAMAEPITHYS Bth. l. c. 607.

Verticillastri 2–, rarissime sub-4-flori. Corollae roseae v. flavae, labio superiore brevissimo truncato.

18. A. **LAXMANNI** Bth. l. c. — Caule ascendente piloso-lanato; foll. sessilib. oblongis ellipticisve obtusis integerrimis pubescentib. pilosisve, floralib. conformib.; verticillastris bifloris; calycib. amplis semi-5-fidis, laciniis oblongis obtusiusculis subaequalib.; corollae tubo incluso. ♃ — Caules simplices, parum ramosi 1–6-pedales crassi, pilis longis laxis vestiti. Folia subbipollicaria amplexicaulia, inferiora basi angustata, superiora rotundata, floralia omnia flores superantia. Calyces sessiles pilosissimi virides, lacinia tubo subaequilongis, inter se fere aequalibus v. 2 lateralibus parum longioribus, supremo subbreviore. Corolla lutea,

fere pollicaris, tubus brevis, intus pilis longis annulatus, labium superius fere evanidum et saepe breviter fissum, inferius usque ad lacinias laterales angustum erectum, tubum elongatum supra fissum aemulans, laciniae laterales oblongae erectae, intermedia stipitata latissima reflexo-patens emarginato-bifida, lobis rotundatis. Genitalia laciniis lateralibus corollae subaequantia. — *Teucrium Laxmanni* Linn. Syst. veget. 420. — *Phlebocaulis Laxmanni* Tausch in Bot. Zeitg. 1832. 81. 393. — Habitat in Europa austro-orientali et Asia media, in Hungariae Comitatu Veszprimiense, Transylvania, in Bessarabia, Tauria, Caucaso orientali atque Iberia.

19. A. OBLONGATA M. Bieb. Flor. Taur. Cauc. Suppl. 388. — Bth. l. c. 608. — Caule suberecto pilosissimo; foll. subsessilib. anguste oblongis obtusis integerrimis piloso-hirtis, floralib. conformib.; verticillastris bifloris; calycis dente supremo minuto, inferiorib. tubo subaequilongis; corollae tubo breviter exserto. ♃ — Ab *A. Laxmanni* differt statura follisque dimidio minoribus, pilis rigidioribus et calycis forma. Rami oppositi longi, plerumque paniculati. Corolla lutea vix minor, tubus longior, labium superius truncatum vix emarginatum, laciniae laterales parum latiores quam in *A. Laxmanni*. — *A. salicifolia* Stev. Mém. soc. nat. cur. Mosq. III. 265. sec. Bieb. non Linn. — Habitat in Caucaso, in sabulosis ad Cyrum inferiorem circa ostia rivi Mussa etiam circa Sallian, in Oriente inter Bagdad et Aleppo.

20. A. SALICIFOLIA Schreb. Unilab. 26. — Bth. l. c. — Sbthrp. et Sm. Flor. Graec. VI. 22. t. 530. — Herbacea pubescens: foll. oblongo-lanceolatis obtusiusculis integerrimis subdentatisve, basi in petiolum brevem angustatis; calycib. tomentoso-hirtis, breviter pedicellatis, dentib. oblongis obtusis, supremo breviore ♃ — Ab affine *A. oblongata* differt praecipue pubescentia brevi rigida. Habitus et flores fere idem. Calyces majores. — *Teucrium salicifolium* Linn. Mant. pl. 80. — Habitat in Oriente inter Smyrnam et Bursam, in Tauria, circa praedium Asamat et in Armenia.

21. A. CHAMAECISTUS Ging. Mss. ex Bth. l. c. — Suffruticosa: ramis albidis glabriusculis; foll. sessilib. ovato-ellipticis obtusis integerrimis, utrinq. viridib. tenuissime pubescentib. glabrisve; calycib. pedicellatis, basi attenuatis, dentib. oblongis obtusis aequalibus. ♃ — Species distinctissima. Folia pollicaria, calyces semipollicares, basi tomentoso-pubescentes albidi, dentibus viridibus glabris. Corollae tubus breviter exsertus. — Habitat in Persia.

22. A. IVA Schreb. Unilab. 25. — Bth. l. c. — Suffruticosa diffusa piloso-hispida: foll. oblongo-linearib. grosse dentatis subintegerrimisve, margine subrevolutis, floralib. conformib.; verticillastris 2–6-floris; corollae tubo exserto. ♃ — Rami numerosi caespitosi foliosi 2–6-pollicares. Pili totius plantae rigidi. Folia circiter pollicaria, basi angustata. Calyces sessiles subglobosi, dentibus tubo brevioribus, inter se subaequalibus v. supremo parum breviore. Corolla rosea v. lutea, 6–10 lin. longa, extus pubescens patens, tubus intus piloso-annulatus, calyce subduplo longior, labium superius truncatum vix emarginatum, inferioris laciniae laterales oblongae, intermedia latissima, omnes patentes. Filamenta pilosa. Var. *β.* nonnisi corollae colore differt. Utraque varietas interdum, at non constanter nec ad omnes horas, moschum redolet. In floribus vernalibus etiamsi fertilibus corolla plerumque abortiva est. — *Teucrium Iva* Linn. Spec. plant. 787. — *Teucrium moschatum* Lam. Flor. Franc. II. 409. — *A. moschata* Schreb. Unilab. 26. — *Moscharia asperifolia* Forsk. Fl. Aegypt. Arab. 134. (sec. Willd.)

β. floribus luteis. — *A. Pseudo-Iva* DC. Fl. Fr. Suppl. 395. — *A. Iva* Sbthrp. et Sm. Flor. Graec. VI. 22. t. 525. — Habitat in Europae australis et Africae borealis regione mediterranea, ad Mogador, in insulis Canariensibus, in Hispania, Gallia australi, Corsica, Sicilia, Italia a Pedemontio ad regnum Neapolitanum, in Archipelagi Graeci insulis, necnon in Creta et Zacyntho, in Dalmatia var. *β.* cum *α.* mixta, at in australioribus vulgatior.

23. A. TRIDACTYLITES Ging. mss. ex Bth. l. c. 699. — Suffruticosa diffusa piloso-hispida: foll. cuneato-oblongis, apice profunde tridentatis trifidisve, laciniis brevib. ovato-oblongis, floralib. conformib., superiorib. corolla breviorib.; verticillastris bifloris; corollae tubo exserto. ♃ — Habitus *A. Ivae*, differt foliorum forma et floribus minoribus. Corolla rosea videtur. Filamenta pilosula. — Habitat in Palaestina, in summo monte Sanctae Catherinae et ad pedem montis Libanon.

24. A. CHIA Schreb. Unilab. 25. — Sbthrp. et Sm. Flor. Graec. VI. 21. t. 524. — Bth. l. c. — Herbacea erecta piloso-hispida: foll. profunde trifidis, lobis linearib. integerrimis trifidisve, floralib. conformib. corolla subbreviorib.; verticillastris bifloris distinctis. ♃ — Ab *A. Chamaepithy* vix differre videtur nisi corollis duplo longioribus et caule foliisque hirsutioribus. Var. *β. A. Tridactylitis* affinis est. — *A. Chamaepithys* Guss. Flor. Sicul. prodr. II. 66. — *Teucrium Chium* Poir. Dict. Suppl. II. 772. — *β. minor:* — Habitat in Europae et Asiae regionis mediterraneo-Ponticae collibus siccis et apricis, in Sicilia, Italia australi, in insula Chio, Archipelagi Graeci insulis frequens, etiam in Asia minore, in Tauria frequens, *β.* in Syria prope Aleppo.

25. A. CHAMAEPITHYS Schreb. Unilab. 24. — Engl. bot. t. 77. — Bth. l. c. — Herbacea diffusa pilosa: foll. profunde trifidis, lobis linearib. integerrimis trifidisve, floralib. conformib., flores superantib.; verticillastris bifloris. ♃ — Caules numerosi, basi procumbentes ramosissimi, pilis longis albis mollibus in omni parte v. saepius in faciebus oppositis vestiti, rami floriferi, apice ascendentes subsimplices foliosissimi. Folia ad medium trifida, laciniis folii parti inferiori (v. petiolo dilatato) aequilatis et subaequilongis, viridia, margine subrevoluta et saepius pilis longis ciliata. Calyces sessiles, nervis pilosis, laciniis tubo parum brevioribus lanceolatis acutis. Corolla flava, extus pubescens, vix 6–7 lin. longa, tubus intus pilosus breviter exsertus, labium superius truncatum vix emarginatum, inferioris laciniae laterales oblongae, intermedia obovata emarginata. Filamenta pilosula. — *Teucrium Chamaepithys* Linn. Spec. plant. 787. — *Bugula Chamaepithys* Scop. Flor. Carn. no. 718. — *Chamaepithys vulgaris* Link, Handbch. 453. — *Chamaepithys trifida* Dumort. Florul. Belgic. 42. — Habitat in Europae mediae et australioris, necnon Asiae Ponticae, Caucasi, Tauriae et montium Talysch siccis sterilibus et ad vias.

26. A. GLABRA Presl, Flor. Sicul. I. XXXVI? — Bth. l. c. 700. — Herbacea glabra foll. basi dilatatis profunde trifidis, lobis linearib. integerrimis, floralib. conformib.; verticillastris bifloris; dentib. calycinis lanceolatis obtusis glabris. ♃ — Ab *A. Chamaepithy* differt praecipue glabritie et floribus duplo majoribus, ab *A. Chia* glabritie. — *Teucrium laevigatum* Russ. Nat. Hist. Alep. II. 255. — Habitat in regione Mediterranea, in Sicilia et in Syria prope Aleppo.

Sectio III. PSEUDANISOMELES Bth. l. c. 700.

Verticillastri 2–6-flori. Corollae labium superius inferiore vix triplo brevius. Species Australasicae.

27. A.? VIRGATA Bth. l. c. † — Caulib. elongatis virgatis subsimplicib.; foll. oblongis, caulinis grosse serratis subcanescenti-villosis, floralib. integerrimis, calyces superantib.; verticillastris distantib. 2–6-floris longe racemosis; corollae tubo incluso. ♃ — Caules 1–1½-pedales, pubescentia brevi subcanescentes. Folia fere *Anisomelis*, inferiora petiolata, superiora sessilia, basi angustata rugulosa nervosa 1–2-pollicaria, floralia semipollicaria obtusa, basi vix angustata villosiora uninervia. Verticillastri fere omnes circiter semipollicem distantes. Calyces subsessiles fere *Anisomelis*. Corolla etiam *Anisomelis*, labium superius erectum late emarginatum, inferioris tertiam partem aequans, sed antherae omnes aequales ut in *Ajuga*, loculis confluentibus subuniloculares, nec dimidiatae. Achaenia.....? — Habitat in Nova Hollandia interiore ad flumen Lachlan.

28. A.? TRIDENTATA Bth. l. c. 701. † — Caulib. elongatis virgatis simplicib.; foll. caulinis oblongis petiolatis, floralib. sessilib. ovatis, apice trifidis, flores superan-

tib.; verticillastris distantib. 2–6–floris longe racemosis; corollae tubo exserto. 4 — Caulis fere sesquipedalis subglaber. Verticillastri majorem partem caulis occupant, circiter semipollicem distantes, fere omnes biflori. Folia floralia semipollicaria. Calyces subsessiles glabri v. tenuiter pubescentes campanulati, dentibus 5 fere ad medium attingentibus. Corollae tubus calyce fere duplo longior, faux valde dilatata. — Species habitu *A. virgatae* valde affinis, sed calycibus minoribus, corollis majoribus et foliis floralibus tridentatis distincta est. — Habitat in Nova Hollandia interiore ad ripas fluminis Lachlan.

† *Species non satis nota.*

29. A. REPENS Rxb. Flor. Ind. III. 3. — Bth. l. c. — Biennis procumbens villosa. Folia oblongo–lanceolata, basi in petiolum angustata grosse et inaequaliter serrata. Spicae terminales cylindricae. Bracteae oblongae ventricosae quinquefiorae (verticillastro decemfloro). — Species robusta diffusa, ramis inferioribus saepe radicantibus. ♂ — Habitat in Indiae orientalis provincia Chittagong.

†† *Species e genere excludendae.*

A. AFRICANA Pers. = TEUCRIUM AFRICANUM.
A. CAPENSIS Pers. = TEUCRIUM CAPENSE.
A. DISTICHA Roxb. = ANISOMELES OVATA.
A. FRUTICOSA Roxb. = ANISOMELES MALABARICA.
A. FURCATA Link. = CRANIOTOME VERSICOLOR.

3681. CYMARIA *Bth.*

(Bth. in Bot. Reg. adnot. no. 1292. et Labiat. gener. et spec. 705. — Meisn. Gener. plant. vascul. I. 287. II. 196.)

1. C. DICHOTOMA Bth. in Wall. Plant. Asiat. rarior. I. 64. et Labiat. 705. — Foll. ovatis, supra glabriusculis, vix rugosis; cymis laxis paniculatis; pedunculo gracili petiolo 3–4–plove longiore. ♁ — Frutex 2–3–pedalis, rami quadranguli tomentosi. Folia breviter petiolata, utrinque angustata crenata, juniora subtus tomentosa. Pedunculi axillares oppositi 1–2–pollicares, dichotome ramosi. Flores parvi, laxe cymosi, cymis racemoso–paniculatis. Bracteae minutae setaceae. Calyces vix pubescentes, demum submembranacei, fauce coarctata, dentibus breviter ovatis acutis, demum patulis. — Habitat in regno Burmannico ad Taong Dong et Segain.
2. C. ELONGATA Bth. l. l. c. c. — Foll. rugosis, utrinq. tomentosis; cymis densis breviter pedunculatis; racemo terminali elongato laxo. ♁ — A *C. dichotoma* differt ramis elongatis dense tomentosis, foliis brevius petiolatis, saepius basi rotundatis nervoso–rugosis, dense tomentosis, supra viridibus, subtus canescentibus. Cymae florum numerosae in racemum elongatum terminalem dispositae. Flores majores quam in *C. dichotoma*. Calyces dense tomentosi glanduloso–punctati, dentibus demum patulis. — Habitat in regno Burmannico ad Taong Dong.

Genus quoad tribum incertum.

3862. HOSLUNDIA *Vahl.*

(Vahl, Enum. plant. I. 212. — Meisn. Gener. plant. vascular. I. 292. II. 191. — Bth. Labiat. gener. et spec. 706.)

1. H. OPPOSITA Vahl l. c. — Palis. de Beauv. Fl. Ow. et Ben. I. 53. t. 52. — Bth. l. c. † — Foll. oblongo–ovatis oppositis. ♁ — Frutex orgyalis ramosissimus, rami brachiati, inter folia linea villosa. Folia odorata, bipollicaria et ultra, extrorsum remote serrata, basi integerrima. Calyx tubulosus striatus. Corolla alba, calyce fere duplo longior, faux compressiuscula, limbi labium superius erectum ovatum gibbum, inferius hians trifidum recurvum. Stamina 2 brevissima, vix longitudine faucis, antheris minutissimis sterilibus, 2 corolla longiora antheris reniformibus fuscis. Germen quadripartitum. Stylus filiformis longitudine staminum fertilium, stigma bifidum. Bacca spuria e calyce facta, magnitudine *Ribeos*, subrotunda 10–angulata, dentibus calycis umbilicata aurantiaca pubescens, intus cava. Semina 4 ovata in fundo calycis. — Habitat in Guineae dumetis Aquapim.

2. H. VERTICILLATA Vahl l. c. 213. — Bth. l. c. † — Foll. lanceolatis ternis. ♄ — Caulis fruticosus ramosus, rami tetragoni striati, leviter pubescentes, superne canescentes. Folia petiolata indivisa sesquipollicaria, utrinque attenuata serrata, basi apiceque integerrima, supra glabra avenia obsolete nervosa, subtus pallidiora nerveso-subvenosa, nervis venisque majoribus canescentibus, adsperse punctis resinosis lucidis ope lentis videndis. Petioli breves pubescentes. Panicula minus ramosa quam in antecedente, terminalis erecta brachiata, pedunculi partiales 3–4 similes v. 2 reflexi, reliqui patentes, pedicelli oppositi patentissimi. Bractea minuta subulata sub ramificationibus. Flores parvi, extus villoso-canescentes, primo intuitu *Cornutiae* similes. Calyx et reliquae partes fructificationis ut in praecedente. — Habitat in Senegambia.

ADDENDA ET CORRIGENDA.

Pag. 6. no. 1. PETUNIA NYCTAGINIFLORA Juss. — Paxton, Magazine of botany II. 173. (c. ic. aen.)

Pag. 7. no. 3. PETUNIA INTERMEDIA G. Don. — *Nierembergia intermedia* Paxton, Magaz. of bot. II. 219. (c. ic. aen.) — *Petunia linearis* Paxton l. c. 219?

Pag. 7. no. 4. PETUNIA VIOLACEA Lindl. — Paxton, Magaz. of bot. I. 7. (c. ic. aen.) — *β. Atkinsiana:* — Paxton l. c. II. 173. (c. ic. aen.)

Pag. 12. no. 33. NICOTIANA SOLANIFOLIA Wiprs. — E sectione *Polydiclia* removeatur et collocanda erit pag. 9. post *N. glaucam.*

Pag. 13. no. 39. lege: NICOTIANA FASTIGIATA Nees ab Esenb. Delect. semin. horti Vratislav. 1844. coll. p. 3. adnot. no. 6. — Villoso-pubescens: caule ramosissimo coarctato-fastigiato; foll. oblongis, caulinis undulatis repandis acutiusculis, basi angustiori amplectentibus, inferiorib. basi decurrentib.; laciniis calycis lanceolatis acutiusculis; corollae tubo cylindraceo, calyce duplo longiori, sub limbo inflato; limbi laciniis rotundatis obtusis, tubi expansione paullo longiore, fructu erecto. ♄ — *N. rotundifolia* Lindl. Misc. 110. — Wiprs. Repert. bot. syst. III. 13. no. 39. — Crescit in Nova Hollandia ad fluvium Cygnorum.

Pag. 17. no. 13 DATURA HUMMATU Brnhrd. — *γ. rubra:* subvar. 6. flore pleno. — *Brugmansia Waymanni* Paxton, Magaz. of bot. IV. 241. (c. ic. aen.) — *Datura (Brugmansia) Wagmanni* Steudel — Wiprs. Repert. bot. syst. III. 18. (††)

Pag. 20. no. 4. HYOSCYAMUS VARIANS Visiani. — Visiani, Flora Dalmat. I. t. 24. fig. 2. — Idem esse videtur ac *Hyoscyamus Canariensis* Ker. (Repert. III. 20. no. 10.)

Pag. 21. no. 11.* HYOSCYAMUS PUNGENS Griseb. Spicileg. fl. Rumel. II. 52. adnot. — Caule stricto simplici pulverulento; foll. sessilib., inferiorib. pinnatifidis, segmentis oblongis acutiusculis distantib.; bracteis ovato-lanceolatis, basi dissecto-pinnatifidis; florib. breviter pedunculatis ochroleucis; calyce reticulato-nervoso rigescente, dentib. ovato-lanceolatis acuminato-pungentibus. ⊙ — Crescit in Asia minore.

Pag. 22. Speciebus HYOSCYAMI ignotis addatur: HYOSCYAMUS PINNATIFIDUS Schichtd. — *H. purpureus* Griseb. mss. (ex Spicileg. flor. Rumel. II. 52. adnot.)

Pag. 52. no. 106. SOLANUM CRISPUM Rz. et Pav. — Paxton, Magazine of botany III. 1. † (c. ic. aen.)

Pag. 58. no. 136.* SOLANUM SURINAMENSE Steudel, Flora (B. Z.) XXVI. II. 764. — Fruticosum inerme: caule glaberrimo; foll. binis, altero majore petiolato ovato v. ovato-oblongo brevi acuminato, basi inaequilatero, altero

minore orbiculato, utroq. supra glabriusculo, subtus ad nervos subsetoso-piloso; pedunculis oppositifoliis; racemis paucifloris. ♄ — Crescit in terra Surinamensi.

Pag. 67. no. 223.* SOLANUM STAMINEUM Steudel, Flora (B. Z.) XXVI. II. 764. — Fruticosum aculeatum: caule, petiolis, pedunculis pedicellisq. cum calycib. corollisq. extus stellato-exasperatis, aculeis caulis recurvis subvalidis, foliorum rectis; foll. oppositis ovatis aut ovato-oblongis, utrinq. attenuatis sparsim aculeatis; pedunculis rameis racemosis folio breviorib.; antheris elongatis corollam subaequantibus. ♄ — *β. subinerme*. caule parcius aculeato, foliis inermibus. — Crescit in terra Surinamensi.

Pag. 99. lin. 1 anteponatur: SOLANUM JASMINOIDES Paxton, Magazine of botany VIII. 5. (c. ic. aen.).

Pag. 106. no. 1. JUANULLOA PARASITICA Rz. et Pav. Flor. Peruv. II. 47. t. 184. — Wlprs. Repert. bot. system. III. 106. — Hook. Botanic. Magaz. t. 4118. — *Ulloa parasitica* Pers. Enchirid. I. 218. — *Brugmansia parviflora* Hortor. — *Brugmansia floribunda* Paxton, Magaz. of botany IX. 241. (c. ic aen.) — *Juanulloa aurantiaca* Otto et Dietr. Allgem. Gartenzeitng. XII pag. 265. † — *Swanalloia aurantiaca* Hort. — *Brugmansia aurantiaca* Hort. — ♄ — Crescit in Peruvia.

Pag. 115. no. 7. CESTRUM ROSEUM H. B. Kth. — L'Horticulteur universel (5. anne 1843. Aout. 102. † (c. tab. aen.)

Pag. 120. no. 44.* CESTRUM AURANTIACUM Lindl. Bot. Regist. (New Ser.) X, Pl miscell. p. 71. — Glabrum: foll. petiolatis ovalib. acutis undulatis; florib. sessilib. spicatis; bracteis deciduis; calyce lucido 5-costato, 5-dentato; corolla glabra infundibulari, limbo reflexo; filamentis basi pubescentib., denticulo auctis. ♄ — Crescit in Guatemala.

Pag. 122. no. 1. HABROTHAMNUS FASCICULATUS Endl. Transact. of the hortic Society III. 1. t. 1. (New Ser.).

Pag. 122. no. 3.* HABROTHAMNUS CYANEUS Lindl. Bot. Regist. (New Ser.), Plant. miscell. 72. no. 68. — Incano-tomentosus: foll. ovato-oblongis undulatis acuminatis petiolatis; florib. aggregatis axillarib. pedunculatis; calycib. basi ventricosis obtuse quinquedentatis irregularib.; corolla cylindracea truncata quinquedentata, margine albo-pubescente; staminib corollae longitudine; filamentis infra medium villosis. ♄ — Crescit in Peruviae montibus Yangaua prope Loxam.

Pag 122. no. 4. HABROTHAMNUS ELEGANS Scheidweiler mss. ex Wlprs. Repert bot. syst. III. 122. no. 4. — L'Horticulteur universel (5. anne, 1843. c tab. aen.) — Ramulis foliisq. subtus pubescentib.; foll. petiolatis ovato-lanceolatis acuminatis; cymis terminalib.; calyce obconico glabro; corollae laciniis acutis ciliatis. ♄ — *H. purpureus* Lindl. Bot. Regist. (New Ser.) XV., Plant. miscell. 12. et t. 43. † — In Mexico.

Pag. 147. no. 99.* VERBASCUM WELDENII Braune mss. ex Moretti in Syll. plant. nov. a societ. Ratisb. edit. 1. 108. — Caule (bipedali) erecto sulcato tomentoso; foll. radicalib. late lanceolatis obtusis in petiolum attenuatis ultra medium crenatis, caulinis sessilib. cordatis in acumen longum productis, basin versus crenatis; racemo solitario simplici; florib. 3-4-nis fasciculatis, pedicellis calyce duplo longiorib.; corollis pallide rubellis; calycib. tomentosis sexpartitis, laciniis lanceolatis acutis. — Crescit in Italia prope Novocomum.

Pag. 147. no. 99.** VERBASCUM MICRANTHUM Moretti l. c. 155. — Caule (bipedali) tereti quandoque villoso; foll. radicalib. lanceolatis subfalcatis acutis crenulatis, subtus canescentib. petiolatis, caulinis sparsis sensim angustiorib., versus basin integerrimis; racemo ramoso; florib. plerumq. geminatis parvis saturate luteis; calycib. tomentosis. ♃? — Crescit in Italiae monte Vettore allo Schiancitto.

Pag. 147. no. 99.*** VERBASCUM .....? Ebel, Zwölf Tage auf Montenegro II. 47. — Caule 2–3–pedali erecto glabro striato ramoso; foll. infra subtomentosis crenatis, inferiorib. petiolatis ovato-lanceolatis, superiorib. sessilib. non decurrentib. subcordato-ovatis acuminatis; inflorescentia racemoso-paniculata; bracteis superiorib. lineari-lanceolatis aut subulatis glabris, margine subintegris; pedicellis 2–5–nis fasciculatis glabris; calycis dentib. subulatis; corollis rotatis flavis; filamentis omnib. purpureo-lanatis. ♂ — Crescit in Montenegro.

Pag. 154. no. 17. CALCEOLARIA CORYMBOSA Rz. et Pav. — var. *Hopeana* Paxton, Magazine of bot. II. 266. (c. ic. aen.) — var. *Jupiter* Paxton l. c. 218. (c. ic. aen.) — var. *Talisman* Paxton l. c. III. 27. (c. ic. aen.)

Pag. 158. no. 48. CALCEOLARIA BICOLOR Rz. et Pav. — Paxton, Magazine of bot. I. 246. (c. ic. aen.)

Pag. 161. no. 67. CALCEOLARIA INTEGRIFOLIA Linn. — var. *α. latifolia* loco: *integrifolia*. — *C. viscosissima* Hook. — Paxton, Magaz. of bot. I. 246. (c. ic. aen.)

Pag. 162. no. 74. lin. 5 lege *Cristae* loco *Christae*.

Pag. 166. no. 8.* SCROPHULARIA DECORA Fsch. Mey. et Lallem. Indx. semin. hort. Petrop. VIII. 70. no. 2582. — Hirsuta: foll. inferiorib. pinnatifidis, laciniis ovatis, terminali basi cordata, foll. floralib. inferiorib. flores superantib.; pedunculis communib. brevib. v. obsoletis 1–5–floris; corollae glandulosae tubo intus sub anthera sterili laevi. ♃ — *Scr. sambucifolia* Lnk. et Hffmnnsgg. Flor. Portug. I. 272. (non Linn.) et *β. hirsuta* Wydler, Mém. de Génèv. IV. 147. — Wlprs. Repert. bot. syst. III. 166. no. 8. — *Scr. grandiflora* Rchb. Hort. bot. I. 65. t. 98. (non DC.) — *Scrophularia maxima Lusitanica folio Sambuci lanuginoso* Tournef. Instit. rei herb. I. 166. — *Scrophularia Lusitanica maximo flore, foliis dissectis* Ray, Hist. Suppl. 306. — In Lusitania.

Pag. 720. no. 10.* **MICROMERIA MYRTIFOLIA** Boiss. Diagnos. plant. nov. orient. V. 19. † — Brevissime hirtella multicaulis: caulib. erectis elongatis simplicib.; foll. inferiorib. brevissime petiolatis ovatis, margine subrevolutis acutiusculis, floralib. oblongo-lanceolatis fasciusculos florum subsuperantib., florum fasciculis densissimis multifloris sessilib. in verticillastros remotos dispositis; bracteis subulatis calyce paullo breviorib.; florib. minimis; calycis hirtelli tubulosi dentib. subulatis tubo quadruplo breviorib.; corolla alba calycem vix excedente. ♃ — Crescit in montis Garae rupibus in Kurdistania.

Pag. 724. no. 20.* **MICROMERIA STAMINEA** Boiss. Diagn. plant. nov. orient. V. 19. — Basi suffruticosa, tota brevissime sub lente pruinosa: ramis erectis elongatis simplicib. virgatis; foll. brevissime petiolatis ovatis obtusis integris, subtus parce glanduloso-punctatis, floralib. sensim minorib. sessilib. acutis calyce breviorib., verticillastris sessilib. 8-12-floris numerosis distantib., spicam interruptam elongatam formantib.; calyce sub lente pruinoso-tomentello tubuloso 13-striato, dentibus subulatis tubo quadruplo breviorib., fauce villosa; corolla rosea calyce duplo longiori; staminib. ascendentib. styloq. longe exsertis. ♃ — Crescit in fissuris rupium montis Gara Kurdistaniae.

Pag. 727. †† *Species indescripta.*

MICROMERIA THYMOIDES B. Webb, Phytogr. Canar. t. 153.

Pag. 778. no. 18.* **NEPETA CEPHALOTES** Boiss. Diagnos. plant. nov. oriental. V. 20. † — Caulib. basi suffruticosis simplicib. erectis, basi foliosis tomentosis superne nudis glabrescentib.; foll. petiolo dense tomentoso eis

subaequali suffultis, basi truncatis subrotundo-ovatis crassis rigidis rotundato-crenatis, superne cinerascenti-viridib., subtus dense niveis. florib. in capitulum terminale longe pedunculatum, basi nudum globosum hirsutum viscidum densum aggregatis; bracteis setaceis calyces aequantib.; calyce tubuloso hirsuto ad medium usque in dentes e basi lanceolata subulatos subaequales diviso; corollae hirtellae tubo longiuscule exserto. ♃ — Caules fere pedales, folia majora petiolo sesquipollicari suffulta, 6 lin. longa basique totidem lata hypoleuca. — Crescit in argillosis Persiae.

Pag. 778. no. 18.** NEPETA VISCIDA Boiss. Diagnos. plant. nov. orientat. V 20. — Tota et superne copiosius pilis crispis viscidis dense obsita: caulib. erectis subsimplicib.; foll. sessilib. ovato-oblongis crenatis, basi subcordatis; verticillastris numerosis in spica elongata distantib. densis multifloris, viscositate adglutinatis; bracteis subulatis calyces aequantib. calycis dentib. subinaequalib. subulatis tubo paullo breviorib.; corolla coerulea calyce vix longiore. ♃ — A *N. multibracteata* differt viscositate, foliis sessilibus et verticillastris etiam superioribus distinctus. — Crescit in Tmoli regione superiori supra Philadelphiam.

Pag. 780. no. 17.* NEPETA GLOMERULOSA Boiss. Diagnos. plant. nov. orientat. V. 21. — Breviter tomentella, basi suffrutescens: caulib. basi ramosis ramisq. valde elongatis erectis virgatis simplicib. subaudis; foll. paucis versus caulis et ramorum basin parvis, petiolo brevi suffultis, ovatis crenulatis, utrinq. tomentellis, floralib. minimis ovatis cucullatis acutiusculis integris; cymis glomerulosis, inferiorib. breviter pedunculatis, caeteris sessilib., verticillastros parvos densiflores numerosos valde remotos formantib.; bracteis ovatis oblongisve acutis cucullatis, omnibus scariosis ciliatis, calyce paullo breviorib.; florib. parvis; calyce lana crispula hispidulo tubuloso subincurvo ad medium usque bilabiato, ore obliquo; dentib. omnib. e basi ovata subulatis plumosis, labii superioris rectis, inferioris paullo breviorib. subpatentib.; corolla hispida coerulea calycem parum excedente. ♃ — Species floribus parvis, glomerulis, inflorescentia et bracteis ovatis scariosis distinctissima. — Crescit in Persia prope Ispahan.

Pag. 780. no. 28.* NEPETA CADMEA Boiss. Diagnos. pl. nov. orient. V. 21. — Tota brevissime tomentella pallide virescens: foll. breviter petiolatis ovatis oblongisve cordatis crenatis, utrinq. tenuiter canescentib. obtusis, floralib. sensim minoribus. oblongis acutis, dein linearib.; racemis simplicib. v. paniculatis elongatis; verticillastris glabrescentib. viridib., omnib. subsessilib. densis multifloris; bracteis lineari-subulatis viridib. calyces superantib.; calycis brevissime puberuli ultra medium fissi dentib. subulatis, superioribus longioribus.; corollae albae calyce duplo longioris tubo calycem vix superante. ♃ — A *N. Italica* differt verticillastris inferioribus subsessilibus, bracteis longissimis corollam aequantibus anguste subulatis nec membranaceo-marginatis. — Crescit in dumosis Tmoli ad urbem Denisleh.

Pag. 784. no. 47.* NEPETA TMOLEA Boiss. Diagnos. plant. nov. orient. V. 22. ; — Indumento crispulo hirsuta: caule elato simplici parce ramoso-paniculato; foll. omnib. sessilib. ovatis cordatis crenatis; verticillastris breviter pedunculatis densis multifloris laete violaceis hirsutis numerosis, omnib. distinctis; bracteis linearib. calyce dimidio breviorib.; calycis dentib. lanceolato-linearib., omnib. subaequalib. tubum aequantib.; corolla coerulea e calyce parum exserta. ♃ - Caules 2–3-pedales, verticillastri omnes distincti. – In regione superiori Tmoli supra Philadelphiam.

Pag. 789 no. 56.* NEPETA CURVIFLORA Boiss. Diagnos. plant. nov. orient. V 22 — Caule elato quadrangulo brevissime cinerascente folioso erecto, superne parce paniculato-ramoso; foll. breviter petiolatis, e basi truncata

aut brevissime cuneata triangulari-oblongis obtusis obtusissime crenatis, superne viridib., inferne canescentib.; cymis densis breviter pedunculatis verticillastros remotos in parte superiori racemi approximatos formantib.; foll. floralib. oblongis acutis petiolulatis minimis; bracteis linearib. carvatis, calyce breviorib.; calycis parvi tubulosi canescentis ore subobliquo, dentib. brevib. linearib. subaequalib. tubo triplo breviorib.; corollae coeruleae pubescentis calyce triplo longioris tubo valde incurvo, superne in limbum ampliato. 2. — A *N. longiflora* dignoscitur calycis plus dimidio minoris multoque brevioris dentibus brevissimis. — Crescit in monte Carmel Syriae.

Pag. 788. no. 66.* ?NEPETA ISPAHANICA Boiss. Diagnos. plant. nov. oriental. V. 23. — Caule humili parce crispo-lanato simplici aut ima basi parce ramoso; foll. omnib. subradicalib. petiolo eis aequilongo suffultis, basi truncato-subcordatis ovato-rotundatis obtusissimis rotundato-crenatis subcoriaceis ad nervos nigricantib., breviter et parce subtus crispo-puberulis, superne glabrescentib., floralib. inferiorib. subsessilib. ovatis acutis, basi dentatis verticillastros subaequantib., caeteris breviorib. oblongo-ellipticis integerrimis; cymis brevissime pedunculatis sessilibq. verticillastros paucos pauciflores remotos albo-lanatos formantib.; bracteis linearib. paucis calyces subaequantib.; calycis ovato-cylindrici recti patule hirti violacei dentib. subaequilongis labii superioris triangularib. acutiusculis, inferioris profundiorib. angustiorib. lanceolato-subulatis; corolla calycem parum excedente. ☉ — Flores magnitudine *N. micranthae*. — Crescit in Persia prope Ispahan.

Pag. 788. no. 66.** NEPETA ERODIIFOLIA Boiss. Diagnos. plant. nov. oriental. V. 24. † — Brevissime puberulo-canescens: caule minimo; foll. inferiorib. longe petiolatis, basi subtruncatis breviter ovatis obtusis rotundato-crenatis, floralib. flores superantib. oblongis, basi cuneatis obsolete crenatis; florib. in racemum ovato-oblongum subradicalem foll. floralib. intermixtum dispositis; bracteis calyces aequantib. ovato-cuneatis 3-5-lobis, lobis obtusis rotundatis longe setaceo-mucronatis; calycis anguste tubulosi subincurvi dentib. subaequalib. oblongis, apice rotundatis obtusissimis; corollae coeruleae tubo calyce incluso, labio inferiori provectiori, lobo intermedio emarginato-bilobo. ☉ — Crescit in Persia prope Ispahan.

Pag. 789. no. 72.* NEPETA CALYCINA Fnzl. Flora (B. Z.) XXVI. I. 400. † — Perennis erecta brachiato-ramosa incano-pubescens: ramis simplicissimis; foll. breviter petiolatis oblongis lanceolatisq. acutiusculis integerrimis v. obtuse pauciserratis, subtus distincte subnervoso-3-5-veniis; cymis longe pedunculatis pyramidatim brachiato-paniculatis, confertim v. remote 1-7-floris; bracteis foliaceis flores superantib. subaequantibq. lanceolatis ac linearib. acuminatis haud pungentib.; calycis sessilis magni campanulati recti dentib. aequalib. late triangularib. acutissimis rigidulis; corollae minimae calycem aequantis v. subsuperantis pubescentis labio superiore bipartito, inferioris lobo medio subsemiorbiculari crenato; staminum filamentis brevissimis styloq. inclusis. 2. — Caules spithameei pedalesve e caudice lignescente prodeuntes. — Crescit in Mesopotamia inter Orfa et Snerek.

Pag. 789. no. 72.** NEPETA SATUREJOIDES Boiss. Diagnos. plant. nov. oriental. V. 24. — Brevissime puberula canescens: caule recto tenui pumilo simplici aut inferne parce ramoso, a basi fere florifero; foll. radicalib. parvis petiolo eis aequilongo suffultis ovatis obtusiusculis approximatim crenatis, floralib. anguste lanceolatis aut lanceolato-linearib., basi attenuatis acuminato-subspinosis, superiorib. remote et acute denticulatis, denticulis ascendentib. verticillastros multo superantib., caeteris integris, supremis verticillastros vix superantib.; verticillastris axillarib. pauci-

floris sessilib. distantib.; bracteis paucis linearib. calyces subaequantib., calycis tubuloso-campanulati puberuli aequalis dentib. omnib. aequali rectis lanceolatis acuminato-spinulosis tubo longiorib.; corollae tubo exserto. ☉ — Crescit in Persia prope Ispahan.

Pag. 701. no. 2.° DRACOCEPHALUM AUCHERI Boiss. Diagnos. plant. nov. orient. V. 25. — Perenne, totum breviter crispulo-tomentellum viscidulum: caulib. prostratis breviter ramosis; foll. longe petiolatis, limbo minimo, bene truncato ovato-triangulari obtuso fere ad basin usq. 5–7-partito, lobis ovatis rotundatis, infimis longiorib.; florib. in spicam terminalem densam ovatam dispositis; bracteis oblongo-lanceolatis acutis crispo-lanatis calyce breviorib., infimis trilobis, lobis lateralib. multo minoribus, superiorib. indivisis; calycis recti tubulosi crispo-hirsuti ad medium bilabiati dentib. subaequilongis, labio inferiori in dentes basi lanceolato-lineares, breviter subulatos ad basin usque diviso, labio superiori ad medium usque tridentato dentib. lateralib. a basi oblonga attenuato-subulatis, intermedio ovato mucronato duplo latiori; corollae calyce subduplo longioris hirtellae tubo breviter exserto; labiis subaequilongis, superiori breviori retuso rectiusculo; antheris breviter exsertis glabris 2♃ — Crescit in Persiae borealis summa alpe Demawend.

Pag. 803. no. 8.° LAMIUM MICROPHYLLUM Boiss. Diagnos. plant. nov. orient. V 25. † — Perenne glabriusculum caespitosum: rhizomatib. repentib. suberosis; caulib. filiformib. nudis repentib. subterraneis; ramulis abbreviatis foliosis; foll. minimis longe petiolatis rotundato-reniformib. subcordatis rotundato-6–9-crenatis, superiorib. flores involucrantib., calyces superantib.; florib. sessilib. oppositis 2–6 terminalib. subcapitatis; bracteis lanceolato-linearib. calycem aequantib.; calyce campanulato glabro, intus non annulato in dentes triangulares acuminatos hirtellos ad medium usq. fisso; corolla calyce sextuplo longiori hirsuta carnea, ad faucem flavescenti-purpureoq.-maculata, tubo elongato, fauce ampla, labio superiori valde elongato profunde bilobo, lobis oblongis, fauce nuda; antheris hirsutissimis. 2♃ — Folia petiolo ½–1-pollicari suffulta, 2–4 lin. diametro tenentia. — In Cadmo orientali supra Colossam.

Pag. 803. no. 10.° LAMIUM ERYTHROTRICHUM Boiss. l. c. 26. † — Annuum: caule crasso erecto medulla farcto, basi pluries opposite ramoso; ramis ramulisq. subpatulis; foll. parcissime subtus ad nervos puberulis, caeterum glabris oblongo-subrhombeis obtusissime crenatis obtusiusculis, basi cuneatis, inferiorib. petiolatis, floralib. patulis semiamplexicaulib. verticillastro longiorib. profundius dentatis, inferiorib. sessilib., supremis oblongis; verticillastris sessilib. densis multifloris in spicam brevem dispositis; bracteolis lanceolatis calyce breviorib.; calyce campanulato superne praecipue adpressiuscule hirsuto, fere ad medium usque fisso in dentes quinque e basi lanceolata subulatos, superiori aliis breviori, fauce nec pilosa, nec annulata; corolla calyce plus duplo longiori intense purpurea, labio superiori integro galeato obtuso, basi attenuato, pilis purpureis superne longe penicillato-hispido, labii inferioris lobis lateralib. dentiformib., medio subpendulo, basi valde attenuato rotundato cucullato retuso; antheris filamentisq. longe barbatis; calycis fructiferi paullo aucti dentib. rigidis erectis subspinescentib.; seminibus triquetris maculatis. 2♃ — Crescit in Anatolia prope Tocat, in ruderatis prope Derwend.

Pag. 809. no. 4.° LAGOCHILUS AUCHERI Boiss. Diagnos. plant. nov. orient. V. 38. — Caulib. ramisq. fruticosis quadrangularib. albis glabris; spinis axillaribus glabris flavescentib. subincurvis; foll. hirto-scabridis cuneiformib., ad basin usq. tripartitis, laciniis anguste linearib., subtus margine revolutis, lateralib. indivisis, intermedia trifida, omnib. apice in mucronem spinulosum attenuatis; calycis glabri dentib. lanceolato-linearib. spinulosis, margine ciliolato-scabridis tubo nervoso duplo longioribus.; corollae

calyce paullo brevioris galea indivisa, superne pilosissima. 2. — Foliorum laciniae vix lineam dimidiam latae, calycis tubus tres lineas longus, dentes 6–7 lineas longi, lineam aut paullo amplius lati. — In Persia.

Pag. 811. no. 4.* LEONURUS PERSICUS Boiss. Diagnos. plant. nov. orientat. V. 27. — Caulib. simplicib., inferne glabrescentib., superne tomentosis; foll. breviter petiolatis ambitu ovato-rotundis brevissime hirtellis pallide virentib. palmatipartitis, laciniis oblongo-linearib. incisis, floralib. subsessilib., basi cuneatis 3–5-fidis, verticillastros remotos albo-lanatos paullo superantib.; bracteis setaceis subdeflexis; calycis nigricantis albo-lanati dentib. e basi triangulari setaceis tubum aequantib.; corollae intus obligue annulatae labio superiori superne valde albo-lanato; staminib. breviter exsertis. 2. — Caules pedales tenues, folia 9–10 lin. longa et totidem lata, verticillastri 2–3-ni. — In alpibus Elamout Persiae borealis.

Pag. 817. no. 2.* STACHYS (BETONICA Boiss. Diagnos. plant. nov. orientat. V. 27.) GRAECA Wlprs. mss. — Tota pilis stellatis subadpressis in caule et pagina foliorum inferiori longiorib. hirsuta: caule erecto stricto folioso; foll. oblongo-lanceolatis acutis, basi cordatis regulariter et rotundatim crenatis, supra breviter stellato-pilosis viridib., subtus canescentib., inferiorib. breviter petiolatis, caeteris sessilib., floralib. verticillastri inferioris hunc superantib., superiorum minimis; verticillastris 5–7 multifloris densis, inferiorib. distinctis, caeteris confluentib.; bracteis oblongo-lanceolatis acuminatis tubum calycis aequantib.; calycis hirsuti cylindrico-campanulati dentib. subaequalib. subulatis spinulosis nigricantib., tubo intus apice barbato, vix breviorib.; corolla extus tomentosa pallide carnea calyce sesquilongiori, tubo incluso intus nudo.♂2. — Crescit in Aetoliae regione sylvatica in monte Velugo.

Pag. 818. no. 8.* STACHYS TMOLEA Boiss. Diagnos. plant. nov. orientat. V. 29. † — Perennis tota dense sericeo-pannosa: rhizomatib. induratis prostatis; foll. lanceolatis v. oblongo-lanceolatis obtusis obsolete denticulatis pedunculatis, floralib. oblongis attenuato-acuminatis flores aequantib. superantibusve; caule basi ascendente erecto; verticillastris densis multifloris distantissimis; bracteis oblongo-lanceolatis lanceolatisve calyces aequantib.; florib. pedicellatis; calycis hirsuti longe campanulati dentib. lanceolatis spinulosis, inferiorib. breviorib. paulloq. angustiorib.; corollae lutese extus tomentosae tubo calyce incluso. 2. — Caules ascendentes pedales, folia radicalia tripollicaria, 9–10 lin. lata, verticillastri 2–3 poll. inter se remoti. — In regione alpina Tmoli circa Bozdagh.

Pag. 820. no. 17.* STACHYS BITHYNICA Boiss. Diagnos. plant. nov. orient. V. 28. — Perennis: rhizomate indurato prostrato; caulib. ascendentib. hirsutis; foll. supra virescenti-sericeis, subtus indumento subfloccoso albo folii nervatione viridi-reticulato obsitis, ovatis valde cordatis, inferiorib. petiolatis, caeteris sessilib., floralib. oblongis flores subaequantib.; verticillastris multifloris hirsutissimis densis in spicam terminalem oblongam densam basi interruptam aggregatis; bracteis anguste linearib. teneris calyce breviorib.; calycis villosi subincurvi dentib. ovato-triangularib. acutis aequalib. tubo triplo breviorib.; corollae roseae tubo incluso, labio superiori abbreviato longissime hirsuto. ♁ — Herba pedalis aut paullo altior, folia 2–3-pollicaria, pollicem circiter lata. — Crescit in regione alpina Olympi Bithyni.

Pag. 822. no. 25. STACHYS COCCINEA Jcq. — Paxton, Magaz. of botany VIII. 101. (c. ic. aen.)

Pag. 827. no. 41.* STACHYS MEYENII Wlprs. Nov. act. acad. caes. Leop. Carol. XIX. Suppl. I. p. 375. — Herbacea erecta canescens: foll. petiolatis oblongis obtusis crenatis, basi attenuatis rugosis reticulato-venosis; verticillastris paucis 2–4–6-floris remotis; calycib. campanulatis canescentib.; dentib. ovatis obtusis; corollis calyce duplo longioribus. 2. —

Herba simplex 4-pollicaris canescenti-tomentosa. Folia 1½-1¾-pollicaria, petiolo 6-8 lin. longo, semipollicem lata, subrhombea crenata obtusa rugosa reticulato-venosa. — In Peruvia circa Tissaleomam.

Pag. 828. no. 49.* STACHYS PINARDI Boiss. l. c. 29. † — Hispida: rhizomate suffruticoso; caulib. herbaceis humilib. incurvis; foll. petiolatis ampe ovatis profunde cordatis obtusis crenatis, floralib. rotundato-cuneatis sessilib. calycem aequantib. acutis; verticillastris distinctis subsessilibus in spicam terminalem approximatis; calycis campanulati parce hirsuti dentib. breviter triangularib. mucronulatis subaequalib., tubo pilis duplo brevioribus; tubo corollae albae glabrae calyce duplo longiori. ♃ — Rami fragiles 5-6-pollicares. — Crescit in rupestribus Cariae litoralis et in insula Rhodo.

Pag. 835. no. 88.* STACHYS MACROCHEILOS Boiss. l. c. 30. † — Pilis brevissimis raris hirtella: caulib. suffrutescentib. prostratis ramosis; ramis erectis simplicib.; foll. parvis lanceolato-linearib. obtusiusculis sessilib. basi attenuatis integris aut minutissime parce et irregulariter denticulatis; floribus per paria remotiuscula in axillis foliorum fere a parte inferiori ramorum oppositis, brevissime pedicellatis; calycis foll. floralib. subaequilongi striatuli parce et adpresse hirtelli dentib. lanceolatis spinulosis subincurvis tubo paullo breviorib.; corollae albidae extus hirtellae calyce duplo longioris labio superiori elongato sublineari, apice truncato brevissime quadridentato, inferioris lobis lateralib. ovatis, intermedio multo majori transverse latiori rotundato. ♃ — Rami 6-9-pollicares, folia semipollicaria aut paullo longiora, 2 lin. lata. — Crescit in collibus aridis in Persiae provincia Aderbidjan.

Pag. 835. no. 89.** STACHYS SCYRONICA Boiss. l. c. 31. — Basi suffrutescens prostrata, tota molliter sericeo-cinerea: ramis lapidi adpressis abbreviatis foliosis; foll. parvis oblongo-ellipticis obtusis in petiolum brevissimum attenuatis rugulosis obsoletissime denticulatis, floralib. sessilib. calyces aequantib.; verticillastris bifloris ad ramorum apicem approximatis, calycis campanulati villosi brevissime petiolulati dentib. ovatis mucronulatis tubo paullo breviorib. subaequalib.; corollae purpureo-violaceae hirtae tubo calycem non superante. ♃ — Rami 3-5-pollicares fragillimi, folia sericea 3-7 lin. longa, 3 lin. lata. — Crescit in fissuris rupium Scyronicarum in isthmo Corinthiaco.

Pag. 836. no. 87.* STACHYS KURDICA Boiss. l. c. 31. — Caulib. virgatis ramosis erectis parcissime foliosis herbaceis quadrangularib.; foll. remotis petiolis brevioribus suffultis oblongo-lanceolatis acutiusculis remote dentatis, floralib. linearib. calyces aequantib.; verticillastris 4-8-floris ad ramorum extremitatem in racemos breves subcapitatos basi saepe interruptos dispositis; bracteis setaceis minutissimis; calycis breviter puberuli et breviter campanulati subsessilis dentib. ovato-triangularib. obtusiusculis, tubo breviorib.; corollae intense flavae brevissime hirtellae tubo calyce incluso; labiis abbreviatis. ♃ — Caules sesquipedales patule ramosi, folia 1-1½-pollicaria, 4-5 lin. lata. — Crescit in rupibus montis Gara Kurdistaniae.

Pag. 836. no. 87.** STACHYS KOTSCHYI Boiss. l. c. 32. — Tota breviter et dense tomentoso-cana: caulib. fruticosis ramosis; ramis canis foliosis, foll. petiolatis integris ovatis obtusis, subtus canis, magis nervosis brevissime rugosis, floralib. sessilib. oblongis calyces superantib. v. aequantib.; verticillastris 4-8-floris ad ramorum apicem approximatis; bracteis subnullis, calycib. pedicellatis canis fere ad medium usq. in dentes lanceolatos acutos subpatulos spinulosos fissis; corollae valde tomentosae tubo non exserto. ♃ — Planta 6-9-pollicaris, folia 12-15 lin. longa, 6-10 lin. lata — Crescit in Kurdistaniae monte Gara.

Addendis addatur:

Pag. 98. no. 452. addatur: SOLANUM ALATUM Seemann et J. Schmidt, Flora (B. Z.) XXVII. II. 497. — Aculeatum: caule herbaceo; foliis lobato-sinuatis in caulem alatum decurrentibus; calycibus 5-partitis inermibus. ♃ — Rami alati tomentosi aculeati. Folia alterna petiolata cordata sinuato-lobata, lobis integerrimis, acuta aculeata, supra ferrugineo-tomentosa, subtus pallidiora, in petiolum decurrentia. Petiolus alatus aculeatus. Flores axillares in racemos secundos ante anthesin circinnato-revolutos congesti. Calyx 5-partitus patens tomentosus inermis, laciniis ovato-lanceolatis acutis. Corolla radiata alba, laciniis lanceolatis. — In Brasilia.

Pag. 119. no. 33.* addatur: CESTRUM CANDIDUM Seemann et J. Schmidt, Flora (B. Z.) XXVII. II. 496. — Foliis ovato-oblongis obtusiusculis, subtus ramisque pubescentibus, supra glabriusculis; pedunculis terminalibus cymosis; laciniis corollae obtusis. ♁ — Rami graciles teretes pubescentes. Folia integerrima obtusiuscula, subtus pubescentia, supra glabrescentia semipollicaria. Bracteae minutae lanceolatae pubescentes. Cyma terminalis. Corolla candida. Stamina inclusa edentula. Antherae ovatae. Stigma viride. — *Cestrum elongatum* Hort. — Crescit in Mexico.

Pag. 482. no. 4191. HYOBANCHE SANGUINEA Thnbrg. — Harvey in Hook. Lond. journ. of bot. III. 142. † t. 3.

BEROLINI, TYPIS HAENELIANIS.

SYNOPSIS GENERUM.

SOLANACEAE Bartl.

Flores hermaphroditi, plerumque quinarii. Calyx gamophyllus persistens 5-(rarissime 4- v. 6-)fidus. Corolla hypogyna rotata campanulata, tubulosa v. hypocrateriformis 5- (v. rarissime 4- v. 6-) fida. Stamina 5 (rarissime 4 v. 6) cum corollae laciniis alterna, tubo inserta, antheris bilocularibus introrsis. Ovarium biloculare v. incomplete 4-5-loculare. Ovula plurima amphitropa, placentae in loculis solitariae dissepimentali adnata. Stylus singulus. Fructus baccatus v. capsularis bi- v. plurilocularis. Capsulae bivalves biloculares v. rarius evalves, operculo circumscisso. Semina plurima albuminosa. Embryo rectus v. arcuatus, hemicyclicus v. spiralis.

Subordo I. CURVEMBRYEAE.

Tribus I. *NICOTIANEAE* Endl.

Capsula bilocularis bivalvis.

3838. **Fabiana** Rz. et Pav. — Pag. 5. — Calyx semiquinquefidus. *Corolla tubuloso-infundibuliformis*, limbo *brevi*. Stamina inaequilonga, imo tubo inserta arcuata inclusa.

3839. **Nierembergia** Rz. et Pav. — Pag. 5. — Calyx *subinaequaliter* quinquefidus. Corolla infundibuliformis, *tubo gracili, limbo amplo* plicato-quinquelobo. Stamina inaequilonga exserta, corollae fauci inserta.

3840. **Petunia** Juss. — Pag. 6. 126 et 933. — Calycis laciniae 5 *spathulatae*. Corolla subhypocrateriformis, limbo patente inaequaliter plicato-quinquelobo. Stamina 5 corollae tubo inserta inclusa.

3841. **Nicotiana** Linn. — Pag. 7. 126 et 933. — Calyx semiquinquefidus. Corolla campanulata v. infundibuliformis v. hypocrateriformis, limbo plicato-5-lobo. Stamina 5 aequalia inclusa, tubo inserta. Capsulae bilocularis *valvae demum bifidae*.

3842. **Lehmannia** Spr. — Pag. 14. — Calyx tubuloso-campanulatus *inaequaliter 2-5-fidus*. Corollae infundibuliformis tubus brevis, *limbo suboblique truncato* campanulato 5-dentato. Stamina 5 tubo adnata exserta.

3843. **Necteuxia** H. B. Kth. — Pag. 14. — Calycis laciniae 5 lineares. Corolla hypocrateriformis, *faucis corona cyathiformi-truncata*, limbo 5-partito. Stamina inclusa summo tubo inserta.

3843½. **Laureria** Schichtd. — Pag. 14. — Calyx 5-partitus *alato-pentagonus*. Corolla tubulosa, *limbo brevi* quinquelobo. Stamina 5 inclusa, *filamenta basi villosa*.

3844. **Marckea** C. C. Rich. — Pag. 14. — Calyx tubulosus *prismatico-pentagonus*. Corolla infundibuliformis, *limbo patente* quinquepartito, laciniis obtusis. Stamina 5 inclusa, imo tubo inserta.

Tribus II. *DATUREAE* Endl.

Capsula v. bacca incomplete quadrilocularis.

3845. **Datura** Linn. — Pag. 15 et 933. — Calyx tubulosus (saepe angulatus) 5-fidus v. *longitudinaliter fissus, circumscisso deciduus.* Corolla hypocrateriformis quinque-decemdentata, limbo amplo patente. Stamina imo tubo inserta subinclusa.

3846. **Solandra** Swrtz. — Pag. 18. — Calyx tubulosus 3-5-fidus. Corolla *infundibuliformi-ventricosa* quinqueloba, *lobis undulatis.* Stamina tubo corollae inserta

Tribus III. *HYOSCYAMEAE* Endl.

Capsula bilocularis, operculo circumscissa.

3847. **Hyoscyamus** Tournef. — Pag. 19 et 933. — Calyx urceolatus 5-fidus. Corolla infundibuliformis, *rarissime hinc fissa,* obtuse et *inaequaliter* quinquedentata, stamina 5 imo tubo corollae inserta, inclusa v. exserta. Capsulae operculum biloculare.

3848. **Anisodus** Linn. — Pag. 22. — Calyx campanulatus *inaequaliter* quinquefidus Corolla campanulata obtuse et inaequaliter quinquefida; stamina 5 inclusa recta, imo tubo inserta. Capsulae *operculum quadrivalve.*

3849. **Scopolia** Jcq. — Pag. 22. — Calyx campanulatus *aequaliter* quinquefidus. Corolla cylindrico-campanulata quinquedentata. Stamina 5 inclusa *declinata.* Capsulae subcarnosae globosae operculum uniloculare.

Tribus IV. *SOLANEAE* Endl.

Bacca bi-plurilocularis v. rarissime capsula evalvis.

3850. **Nicandra** Adans. — Pag. 22. — Calyx *pentagonus sagittato-quinquefidus.* Corolla campanulata *subintegra.* Stamina 5 subexserta, *basi subdilatata.* Capsula calyce vesicario pentagono inclusa 3-4-locularis *evalvis, epicarpio demum secedente,* placentis seminiferis subpersistentibus.

3851. **Physalis** Linn. — Pag. 22. — Calyx 5-fidus, demum auctus, saepissime vesiculoso-inflatus. Corolla campanulato-rotata, *quinquesinuata.* Stamina 5 inclusa. Bacca *calyce inflato* abscondita bilocularis.

3851/1. **Margaranthus** Schlechtd. — Pag. 28. — Calyx campanulatus quinquefidus, fructifer inflatus. Corolla *subglobosa* obsolete 5-dentata (intus pilosula). Stamina 5 inclusa. Bacca calyce inclusa bilocularis oligosperma.

3852. **Sarracha** Rz. et Pav. — Pag. 28. — Calyx 5-fidus. Corollae tubus brevissimus, limbus *rotatus 5-fidus reflexus.* Stamina 5 *fauci inserta* longe exserta. Bacca calyce aucto imposita 2- v. obsolete 1-locularis.

3853. **Witheringia** Herit. — Pag. 29. — Calyx 5-fidus. Corolla *rotata, tubo brevi,* limbo 4-5-fido subvalvato; stamina 4-5 fauci inserta et *exserta.* Bacca bilocularis.

3854. **Capsicum** Tournef. — Pag. 32. — Calyx 5-6-fidus. Corolla tubo brevissimo, limbo plicato 5-6-fido. Stamina 5-6 brevissima exserta, fauci inserta. *Bacca exsucca* polymorpha obsolete 3-4-locularis.

3855. **Solanum** Tournef. — Pag. 36 et 933. — Calyx 5- (v. rarius 10-) fidus. Corolla rotata (rarius campanulata), limbo plicato 5- (rarius 10- rarissime 4-6-) fido. Stamina 5 (rarissime 4-6) fauci inserta exserta, antheris aequalibus v. *inaequalibus, apice poris duobus dehiscentibus* conniventibus. Bacca 2- (v. rarius 3-4-) locularis.

3856. **Lycopersicum** Tournef. — Pag. 100. — Calyx 5-6-fidus. Corolla rotata, tubo brevissimo, limbo plicato 5-6-fido. Stamina 5-6 fauci inserta, antheris subsessilibus exsertis, *apice coalitis, intus longitudinaliter dehiscentibus* bilocularibus. Bacca 2-3-locularis.

3857. **Atropa** Linn. — Pag. 102. — Calyx 5-partitus. Corolla *infundibuliformi-campanulata,* limbo plicato 5-10-fido. Stamina tubo inserta 5 exserta v. subexserta. Bacca calyce *patente* suffulta bilocularis.

3858. **Withania Pauquy.** — Pag. 104. — Calyx *campanulatus 5-dentatus.* Corolla *campanulata 5-dentata.* Stamina 5 tubo inserta vix exserta. *Bacca calyce aucto angulato cincta* bilocularis.

3859. **Mandragora** Tournef. — Pag. 104. — Calyx *turbinatus* 5-fidus. Corolla campanulata plicata 5-fida. Stamina 5, imo tubo inserta subexserta, filamentis *e basi dilatata filiformibus.* Bacca calyce *parum aucto* cincta, *dissepimento obliterato placentisque coadunatis unilocularis.*

3860. **Himeranthus** Endl. — Pag. 105. — Calyx 5-fidus. Corolla campanulata, limbo plicato 5-partito. Stamina 5, imo tubo inserta inclusa, *filamentis spathulato-oblongis, linea dorsali tubo adnatis, caeterum liberis, antheram infra apicem dorso adnatam gerentibus.* Bacca calyce suffulta bilocularis.

3861. **Jaborosa** Juss. — Pag. 106. — Calyx 5-fidus. *Corolla infundibuliformi-tubulosa,* limbo plicato 5-partito. Stamina fauci inserta inclusa, *filamentis brevissimis.* Bacca calyce suffulta 2-3-locularis.

3862. **Juanulloa** Rz. et Pav. — Pag. 105 et 934. — Calyx coloratus ovatus 5-angulatus 5-fidus carnosus. Corolla *tubulosa, exacte 5-angularis,* fauce parum constricta, limbo minimo 5-partito. Stamina 5 tubo basi inserta, inclusa v. antheris subexsertis. Bacca *calyce ovato inflato cincta* bilocularis.

3863. **Lycium** Linn. — Pag. 105. — Calyx *urceolatus 5-dentatus v. irregulariter 3-5-fidus.* Corolla infundibuliformis v. tubulosa, *limbo 5-10-fido v. dentato.* Stamina 5, medio v. imo tubo inserta inclusa v. exserta. Bacca calyce suffulta bilocularis.

3864. **Acnistus** Schott. — Pag. 112. — Calyx campanulatus 5-dentatus. Corolla infundibuliformis, *tubo brevi, e basi dilatato, limbo 5-partito patente v. reflexo* (aestivatione imbricato). Stamina 5 tubo supra basin inserta exserta. Bacca calyce cincta bilocularis.

3745. **Grabowskya** Schlechtd. — Pag. 113. — Calyx campanulatus 5-dentatus. Corolla infundibuliformis, limbi 5-partiti laciniis patentibus v. reflexis (aestivatione contorto-imbricatis). Stamina 5 corollae tubo prope basin inserta exserta. Ovarium quadriloculare. *Drupa baccata dipyrena, pyrenis lignosis bilocularibus, loculis monospermis.*

Subordo II. RECTEMBRYEAE Endl.

Tribus V. *CESTRINEAE* Endl.

Bacca bilocularis.

3865. **Cestrum** Linn. — Pag. 114 et 934. — Calyx campanulatus 5-fidus. Corolla infundibuliformis, *tubo elongato, superne amplicato,* limbo 5-partito patente v. reflexo. Stamina 5 inclusa medio tubo inserta, filamenta *simplicia v. dente aucta.* Bacca calyce cincta bilocularis v. obsolete iluncularis oligosperma.

3866. **Dunalia** H. K. Bth. — Pag. 122. — Calyx *urceolatus* 5-dentatus. Corolla infundibuliformis, tubo elongato, limbo 5-fido plicato. Stamina 5 tubo inserta inclusa, *filamentis tripartitis, laciniis capillaceis, intermedia antherifera.* Bacca globosa bilocularis.

3867. **Habrothamnus** Endl. — Pag. 114 et 934. — Calyx campanulatus 5-dentatus. Corolla *clavato tubulosa,* limbo contracto 5-dentato. Stamina 5 tubo inserta simplicia inclusa. Bacca calyce cincta bilocularis oligosperma.

3867/1. **Akokanthera** G. Don. — Pag. 122. — Calyx 5-partitus. Corolla infundibuliformis, (fauce villosa), limbo 5-partito. Stamina 5 imo tubo inserta inclusa, *antheris mucrone terminatis.* Ovarium *biloculare, loculis uniovulatis.* — Fructus.....?

Tribus VI. *VESTIEAE* Endl.

Capsula bilocularis.

3868. **Vestia** Willd. — Pag. 123. — Calyx *campanulatus* 5-dentatus. Corolla infundibuliformi-tubulosa, limbi quinquefidi *laciniis ovatis aestivatione induplicato-*

valvatis. Stamina medio tubo inserta *exserta.* Capsula cylindracea *bilocularis loculicide bivalvis,* valvis demum bifidis, polysperma.

3669. **Scocca** Rz. et Pav. — Pag. 123. — Calyx *tubulosus* 5-dentatus. Corolla infundibuliformi-tubulosa, limbi 5-fidi *lobis plicatis?* Stamina 5 medio tubo inserta inclusa. Capsula cylindrica *subarcuata* bilocularis bivalvis, valvis demum bifidis, polysperma.

GENERA DUBIA.

3669/1. **Metternichia** Mickan. — Pag. 123. — Calyx campanulatus *inaequaliter* 5-partitus, *laciniis* 2 *posticis,* 3 *anticis.* Corolla infundibuliformis, tubo amplo, limbi lacinlis 5 brevibus aequalibus valvatis. Stamina 5 imo tubo inserta inaequalia inclusa. Stylus simplex, *stigmate bilamellato.* Capsula coriaceo-lignosa bilocularis cylindrica, *apice septifrage bivalvis* polysperma.

3670. **Cotylanthera** Blume. — Pag. 124. — Calyx campanulatus *quadrifidus* persistens. Corolla hypocraterimorpha, *laciniis* 4 *patentibus.* Stamina 4 aequalia, filamentis brevibus latis, antheris conniventibus, apice *poro unico dehiscentibus* Capsula ovato-globosa bilocularis polysperma.

3671. **Isanthera** N. ab Esenb. — Pag. 124. — *Flores polygami.* Herm. Calyx 5-fidus. Corolla rotata 5-fida, calyce brevior. Stamina 5, *antheris unilocularibus, rima verticali dehiscentibus.* Ovarium e carpidiis duobus conflatum. Capsula bilocularis polysperma, *receptaculis quatuor lamelliformibus.* Foem. *Corolla nulla; staminum rudimenta tuberculiformia.* Caetera ut in hermaphroditis.

3672. **Dartus** Lour. — Pag. 124. — Calyx 5-fidus, laciniis membranaceis. Corollae tubus *subglobosus,* lacinils limbi 5 patentibus, aestivatione plicatis. Stamina 5 inclusa. Stigma quinquelobum. Bacca parva *diaphana unilocularis* polysperma.

3673. **Deraena** Thnbrg. — Pag. 124. — Calycis quinquefidi laciniae ovatae. Corolla subcylindrico-rotata, limbi quinquefidi laciniis erectis. Stamina 5 inclusa, antheris subsessilibus. Ovarium *squamis quinque nectariferis coronatum.* Bacca sicca unilocularis polysperma.

3674. **Triguera** Cav. — Pag. 124. — Calyx *inaequaliter* 5-partitus, laciniis lanceolatis. Corolla tubo brevissimo, fauce ampliato, *limbi subbilabiati* limbo 5-fido, *labio superiore breviore reflexo, inferiore centricoso erecto patulo.* Stamina 5 *urceolo perigyno membranaceo mellifluo,* extus inserta subaequalia, antheris *oblongo-sagittatis conniventibus. Drupa calyce inclusa sicca quadriloculares,* dissepimentis tenuissimis. Semina in loculo gemina superposita.

* **Hilsenbergia** Tausch. — Pag. 125. — Calyx semiquinque- (rarius 6-) fidus, lobis erectis. Corolla parum exserta, tubo amplo cylindrico, limbo brevi suberecto 5-fido, laciniis aequalibus. Stamina 5 fauci inserta, antherae subsessiles inclusae subsagittato-oblongae. Bacca globosa 4-locularis, semina pauca superposita.

** **Stigmatococca** Willd. — Pag. 125. — Calycis *quadrifidi* laciniae erectae Corolla rotata *quadrifida,* tubo brevi, laciniis ovalibus. Stamina.....?, filamenta filiformia, antherae exsertae. Bacca globosa *monosperma.*

† DESFONTAINIEAE.

3675. **Desfontainia** Rz. et Pav. — Pag. 125. — Calyx 5-partitus persistens, laciniis erectis. Corolla *subcartilaginea* tubulosa elongata, limbi 5-partiti laciniis *imbricatis.* Stamina 5 fauci inserta inclusa, filamentis complanatis. Ovarium globosum uniloculare?, *placentis* 5 *parietalibus septiformibus,* stylus filiformis, stigma capitatum. Bacca globosa *unilocularis* polysperma. Semina angulata testa coriacea, embryo in basi albuminis copiosi subglobosus.

†† RETZIACEAE.

3676. **Retzia** Thnbrg. — Pag. 125. — Calycis tubulosi *inaequaliter* 5-*fidi* laciniae lanceolatae. Corolla tubulosa longa, limbi brevis laciniis 5 patentibus, aestivatione imbricatis. Stamina 5, fauci inserta, antherae subsessiles semiexsertae. Ovarium biloculare ovula pauca medio? dissepimento inserta, stylus simplex filiformis, stigma obsolete bilobum subexsertum. *Capsula compressa bilocularis bivalvis* — Caetera haud satis nota.

3877. **Lemchenstoma** Wickstr. — Pag. 126. — *Calyx pentaphyllus bibracteolatus.* Corolla *longa tubulosa,* limbi quinquepartiti laciniis lanceolatis. Stamina 5, fauci inserta inclusa v. breviter exserta, antheris *subsessilibus sagittatis. Styli* 2 *terminales subclavati* inclusi. Capsula bilocularis, loculis 8–10-spermis, dissepimento membranaceo utrinque placentifero affixis.

SCROPHULARINAE R. Br.

Flores hermaphroditi regulares v. saepissime irregulares. Calyx persistens saepissime gamophyllus, foliosis nunc fere apicem usque, nunc ima tantummodo basi coalitis, nunc omnino liberis, aestivatione imbricatis, inaequalibus, postico majori. Corolla hypogyna gamopetala pentamera (laciniis duabus coalititis tetramera videtur), tubo brevi v. longo, basi aequali v. saccato et calcarato, limbo rarius aequali, saepissime bilabiato, labio superiore bilobo, inferiore trilobo. Stamina libera, corollae tubo inserta 2–4, v. rarissime 5, duo antica aequalia antherifera, lateralia duo aequalia, saepe breviora, rarissime ananthera v. omnino deficientia, posticum quintum saepissime omnino deficiens, raro rudimentarium anantherum, rarissime antheriferum sed semper reliquis brevius. Antherae biloculares, loculis confluentibus interdum uniloculares, longitudinaliter dehiscentes, saepissime per paria coharentes. Ovarium e carpidiis duobus conflatum biloculare, dissepimentis columnam placentiferam attingentibus v. rarissime obsolete uniloculare. Ovula indefinita anatropa, rarissime definita amphitropa. Stylus terminalis simplex v. rarius breviter bifidus. Capsula rarissime baccata, bilocularis bivalvis, interdum apice operculo dehiscens, saepissime loculicide, septifrage v. septicide dehiscens. Semina plurima v. rarissime definita, albuminosa. Embryo in axi albuminis situs rectus v. interdum subcurvatus.

Tribus I. *VERBASCEAE* Bth.

Corollae tubus abbreviatus v. subglobosus, limbo explanato 4-5-fido bilabiato, non ringente. Stamina fertilia 2 v. 5 saepe declinata. Antherae uniloculares v. subuniloculares. Capsula septicide bivalvis, valvis saepe bifidis.

3878. **Verbascum** Linn. — Pag. 127. 439 et 934. — Calyx *subaequaliter* 5-partitus. Corollae tubus brevissimus, limbi *subrotati laciniae* 5 *subaequales.* Stamina 5 exserta *declinata,* filamenta omnium v. 3 posticorum *barbata,* antheris unilocularibus. Capsula ovata v. globosa, valvis apice bifidis.

3878/1. **Janthe** Griseb. — Pag. 446. — Calyx subaequaliter 5-partitus. Corolla rotata 5-partita subinaequalis. Stamina antherifera 2 villosa declinata, *duo sterilia superiora barbata,* quinti rudimentum nullum. Capsula.....?

3879. **Celsia** Linn. — Pag. 147. et 446. — Corolla subaequaliter quinquepartitus. Corollae tubus brevissimus, limbus subrotatus 5-partitus subaequalis. Stamina 4 *didynama* subexerta, *omnia fertilia,* antherae loculis confluentibus uniloculares. Capsula subglobosa, valvis apice bifidis.

3679/1. **Staurophragma** Fisch. et Mey. — Pag. 447. — Calyx subaequaliter 5-partitus. Corollae tubus brevissimus, limbi rotati 5-partiti *laciniis anticis majore*. Stamina 4 *didynama exserta*, *omnia fertilia*, antheris unilocularibus. Capsula cylindracea *indehiscens*, valvis margine revolutis *subquadriloculares*. Semina plurima lacunoso-rugosa.

3680. **Alonsoa** Rz. et Pav. — Pag. 150. — Calyx subaequaliter 5-partitus. Corollae tubus brevissimus, limbus rotatus *resupinatus*, lacinia *antica superiore majore*. Stamina 4 didynama declinata, antheris *biloculoribus*, *loculis divaricatis*. Capsula ovata acuta bilocularis, valvis *indivisis*.

3680/1. **Schistanthe** Kunze. — Pag. 151. — Calyx subinaequaliter quinquepartitus. Corolla *resupinata*, tubo *brevissimo hinc fisso*, limbi lobo antico basi bisaccato. Stamina.....? Capsulae subcompressae valvis indivisis.

3681. **Jovellana** Rz. et Pav. — Pag. 151. — Calyx subaequaliter *quadripartitus*. Corollae tubus brevissimus, limbi bilabiati *labiis patentibus*, superiore breviore *concavo-carinato*, inferiore *concavo subcalceiformi*. Stamina 2 subexserta, antheris *biloculoribus*. Capsulae ovato-conicae bilocularis valvis bifidis.

3682. **Calceolaria** Feuill. — Pag. 152 et 933. — Calyx aequaliter *quadripartitus* v. lacinia *postica majore*. Corollae tubus brevissimus, limbus bilabiatus, labio superiore *abbreviato truncato rotundato*, inferiore *maximo calceiformi-inflato*. Stamina 2 (v. *in unica specie tria*) vix exserta, antherae biloculares, *loculo altero saepe sterili*. Capsula ovato-conica bilocularis, valvis bifidis.

3683. **Scrophularia** Tournef. — Pag. 164. 447 et 933. — Calyx subaequaliter *quinquepartitus*. Corollae tubus *ventricoso-subglobosus*, limbo bilabiato, labio *superiore longiore bilobo*, inferiore *breviore trilobo*. Stamina *quatuor fertilia didynama*, antheris *confluenti-unilocularibus*, *quinto sterili adnato*, anthera lamelliformi, rarius nullo. Capsula subglobosa, valvis apice bifidis v. integris, *placentis demum liberis*.

Tribus II. *HEMIMERIDEAE* Bth.

Calyx 5 fidus v. 5-phyllus. Corolla tubo brevissimo, limbo subrotato bilabiato v. personato 4-5-lobo, basi saccato v. 1-2-calcarato. Antherae 1-2-loculares. Stigma subcapitatum. Capsula bivalvis, valvis integris, bifidis v. bipartitis.

3684. **Tylacantha** Nees et Mart. — Pag. 178. — Calyx 5-partitus. Corollae tubus brevis, *faux fornicata*, limbi labium superius obtusissimum bilobum, inferioris trilobi *lobo medio basi saccato*. Stamina 4 inclusa didynama, *antheris biloculoribus*. Capsula globosa *evalvis*.

3684/1. **Callibrachea** Llave et Lexarza. — Pag. 178. — Calyx 5-fidus. Corolla tubulosa, limbo brevi plicato 5-fido, *lobo infimo fovea excavato*, *intus palati instar prominente*. Stamina antherifera 5 *inclusa*, 4 *didynama*, *quinti brevioris antherae effoetae*. Capsula septifrage semibivalvis.

3685. **Angelonia** H. B. Bth. — Pag. 178 et 450. — Calyx 5-partitus. Corollae tubus brevis, fauce fornicata, limbi subbilabiati *labio superiore obtusissimo* 2-lobo, inferioris 3-lobi lobo medio *productiori saccato*. Stamina 4 *didynama*, antheris bilocularibus. Capsula loculicide bivalvis, valvis *medio septiferis* integris.

3686. **Hemimeris** Thunbrg. — Pag. 179. — Calyx *pentaphyllus*. Corollae tubus brevissimus, limbi subbilabiati lacinia *suprema emarginata* basi bifossulata *infimaque maximis*, lateralibus brevissimis, fauce *appendicibus* 2 *dentiformibus* genitalia cingentibus auctis. Stamina 2, *fauci inserta* patentia, antheris *unilocularibus*. Capsula septicide bivalvis, *valvis saepe inaequalibus*, demum bifidis.

3687. **Diascia** Link. — Pag. 180. — Calyx *pentaphyllus*. Corollae tubus brevissimus, limbi *quadrifidi* explanati v. subconcavi labio superiore *bifido*, *basi bisaccato* v. *bicalcarato*, inferioris trifidi laciniis *rotundatis*, *fauces glandula cordiformi*. Stamina 4 didynama *fauci inserta*, inferiorum filamenta *appendiculata*. Antherae *uniloculares saepe coalitae*. Capsula bivalvis, valvis saepius *inaequalibus* indivisis?

3888. **Nemesia** Vent. — Pag. 162 et 935. — Calyx pentaphyllus. Corollae tubus *brevis, limbo personato,* labio *superiore v. 4–lobo,* basi *saccato calcarato,* inferiore simplici, *palato convexo, fauce bicallosa.* Stamina 4 didynama, fauci inserta deflexa, *antherae uniloculares,* saepe *perparia cohaerentes.* Capsulae bivalvis, valvis integris, *apice obliqua truncatis,* angulo exteriore saepius *breviter cornuto.*

3889. **Diclis** Bth. — Pag. 185. — Calyx pentaphyllus. Corollae tubus brevis, limbo personato bilabiato, labio superiore *bifido, basi calcarato,* inferiore trifido. Stamina 4 *fauci inserta* didynama, antherae *uniloculares* per paria cohaerentes. Capsula *subglobosa* bivalvis, valvis integris v. vix fissis.

Tribus III. *ANTIRRHINEAE* Chavannes.

Corolla tubulosa, limbo personato v. ringente bilabiato, rarius aequali. Stamina 4 didynama. Antherae biloculares v. rarissime uniloculares, per paria approximatae. Capsula bilocularis, dentibus v. operculis dehiscens, rarius plurivalvis v. irregulariter rumpens.

3890. **Amarrhinum** Dsfont. — Pag. 186. — Calyx profunde quinquefidus. Corolla tubo subincurvo, *basi saepe breviter calcarato, fauce pervia,* utriusque labii lobis subaequalibus. Stamina 4 inclusa subaequalia, *quinto sterili brevissimo,* antheris *reniformibus uniloculatibus.* Capsula ovato-sphaerica bilocularis, *sub apice utrinque poro oblongo univalvulato* dehiscens.

3891. **Linaria** Tournef. — Pag. 190. et 450. — Calyx quinquepartitus. Corollae tubus *brevis inflatus, basi calcaratus,* limbo *personato,* palato prominente magis minusve barbato, labii superioris lobis *duobus plicatis reflexis,* inferioris patentibus. Stamina 4 subaequalia inclusa, *quintum sterile brevissimum v. nullum,* antheris *biloculatibus.* Capsula bilocularis, loculis valvulis 3–5 magis minusve profunde dehiscentibus v. *apice valvula unica apertis v. operculo obliquo circumscissis.*

3892. **Antirrhinum** Juss. — Pag. 221. 451 et 935. — Calyx 5-partitus obliquus. Corollae tubus amplus, *basi saccatus, limbo personato,* palato prominente *faucem claudente,* labii superioris lobis *replicato–reflexis,* inferioris patentibus. Stamina inclusa fertilia, 4 antherifera, quintum *sterile brevissimum v. nullum,* antheris biloculatibus. Capsula bilocularis, *loculo postico poro multivalvulato, antico geminis collateralibus* dehiscente, rarius utroque poro singulo.

3893. **Maurandia** Ortega. — Pag. 229. — Calyx 5-partitus. Corollae tubus *obsolete tetragonus, basi saccatus,* limbo personato, palato prominulo, lobis labii *superioris erectis,* inferioris *patentibus,* omnibus subaequalibus. Stamina 4 *fertilia didynama* inclusa, quintum sterile minimum, antheris oblongis. Capsula bilocularis, loculis apice *valvulis dehiscentibus.*

3894. **Galvezia** Dombey. — Pag. 230. — Calyx 5-partitus. Corollae tubus subcylindricus, basi ventricosus, fauce nuda, lobis *labii superioris erectis,* inferioris *patentibus,* subaequalibus. Stamina inclusa 4 *didynama,* antheris *reniformibus* biloculatibus (sterile nullum). Capsula bilocularis globoso-ventricosa, loculis *infra apicem foramine irregulari* apertis.

3895. **Lophospermum** Don. — Pag. 230 (excl. spec. no. 3.) et 935. — Calyx 5-partitus, *laciniis foliaceis* basi subauriculatis. Corolla campanulata, fauce maxima, labii *superioris laciniis erectis subovatis,* inferioris patentibus, *intermedio minore.* Stamina 4 didynama, *quintum sterile brevissimum,* inclusa, antheris *biloculatibus reniformibus.* Capsula *calyce tecta* globosa membranacea bilocularis, *loculis infra apicem irregulariter rumpentibus.*

3896. **Rhodochiton** Zuccar. — Pag. 231 et 935. — Calyx *membranaceus coloratus patentissime campanulatus* 5-fidus. Corolla tubulosa, fauce dilatata, *labiorum laciniis subaequalibus.* Stamina 4 *subaequalia* inclusa, quintum *sterile brevissimum,* antheris reniformibus biloculatibus. Stigma simplex. Capsula *calyce cincta* bilocularis, loculis apice *irregulariter rumpentibus.*

3896/1. **Gastromeria** D. Don. — Pag. 452. — Calyx *subglobosus inflatus* 5-dentatus. Corolla *campanulata*, limbo bilabiato 5-lobo. Stamina 4 didynama inclusa, antherarum bilocularium *loculis apice confluentibus*. Germen biloculare, septo utrinque placentifero multiovulato. Capsula.....?

GENUS ANOMALUM.

3897. **Collinsia** Nutt. — Pag. 231 et 935. — Calyx *aequaliter campanulatus* 5-fidus. Corolla personata, tubo postice gibbo, labio *superiore erecto 2-fido*, inferioris *trifidi lacinia media cucullata*, *stamina amplectente*. Stamina 4 didynama inclusa, antheris bilocularibus, quintum *sterile rudimentarium*. Ovarium biloculare, *ovula in loculis gemina*. Capsula bilocularis septifrage bivalvis, valvis *apice bifidis*. *Semina in loculis gemina* oblique superposita.

Tribus IV. *SALPIGLOSSIDEAE* Bth.

Corolla tubo saepius elongato, limbo nunc bilabiato, nunc aequaliter 5-lobo patente. Stamina fertilia 2 v. saepius 4 didynama, quintum sterile v. nullum. Antherae loculi apice confluentes. Capsula bilocularis septifrage bivalvis, valvis integris v. bifidis, dissepimento placentifero parallelis.

3898. **Schizanthus** Rz. et Pav. — Pag. 232 et 936. — Calyx 5-partitus. Corolla *resupinata*, tubo *brevissimo*, limbo bilabiato, labio inferiore *3-partito*, superiore *5-partito*, laciniis lateralibus bifidis, *intermedia* obtusa v. emarginata, basi palato prominulo. Stamina 4 *fauci inserta exserta*, declinata, 2 *sterilia minima*, fertilium antherae biloculares. Capsula ovata bilocularis, valvis indivisis.

3899. **Salpiglossis** Rz. et Pav. — Pag. 233. — Calyx campanulatus, *subaequaliter* 5-partitus. Corolla *infundibuliformis*, *tubo superne ampliato*, limbo *patente aequaliter 5-fido*, laciniis emarginatis v. bifidis. Stamina inclusa 4 didynama, antheris *confluentim bilocularibus*, *rimula transversali* dehiscentibus, quinto sterili rudimentario. Capsula coriacea bivalvis, valvis apice bifidis.

3900. **Aptosimum** Burch. — Pag. 234. — Calyx *bibracteolatus* campanulatus semiquinquefidus. Corollae *tubus basi contractus*, parte exserta dilatatus, limbo subaequaliter 5-fido bilabiato. Stamina 4 *inclusa didynama* declinata, antherae subbiloculares *rima transversali unica apertae*, staminum breviorum *saepe effoetae*. *Capsula obcordata*, apice breviter *loculicide et septicide dehiscens*.

3901. **Peliostomum** Bth. — Pag. 235. — Calyx 5-partitus. Corollae tubus basi contractus, superne ampliatus, limbi *subaequaliter 5-lobi subbilabiati laciniis planis*. Stamina 4 *inclusa declinata*, antheris *villosis* confluentim bilocularibus, *rima transversali apertis*, staminum posticorum saepe effoetae. Capsula ovato-oblonga acuta bilocularis *loculicide bivalvis*, *valvis bifidis*.

3902. **Anthocercis** Labillard. - Pag. 235. — Calyx *campanulatus 5-fidus*. *Corolla campanulata*, basi coarctata, limbo *aequaliter* 5-partito patente. Stamina inclusa didynama, cum rudimento quinti, antheris bilocularibus. Capsula oblonga bilocularis septifrage bivalvis, valvis indivisis.

3902/1. **Anthotroche** Endl. — Pag. 236. — Calyx 5-fidus. Corolla *infundibuliformis* sursum ampliata, limbo rotato obtuse et aequaliter 5-fido. Stamina 5 *fertilia exserta*, antheris biloculari-confluentibus, rima transversali apertis. Capsula globosa *bilocularis quadrivalvis*, septo membranaceo inferne medio placentifero libero.

3903. **Browallia** Linn. — Pag. 250. — Calyx *tubulosus subinaequaliter* 5-dentatus. Corolla hypocraterimorpha, limbo amplo 5-partito, lobo *postico majore*, omnibus emarginatis. Stamina 4 didynama inclusa, posticorum longiorum, *antherae loculis superpositis*, superiore minore, anticorum breviorum, antheris confluentim bilocularibus, rima transversa apertis. Capsula septifrage bivalvis bilocularis, valvis apice bifidis.

3904. **Franciscea** Pohl. - Pag. 237. 452 et 936. — Calyx *campanulatus* subaequaliter 5-dentatus. Corolla *hypocraterimorpha* subincurva, limbo *subaequaliter 5-fido* patente, laciniis rotundatis. Stamina 4 inclusa didynama, antheris confluen-

tim subbilocularibus, rima transversali apertis. Capsula *subglobosa* septifrage bivalvis bilocularis, valvis coriaceis integris.

3905. **Brunfelsia** Plum. — Pag. 239. — Calyx *subaequaliter* 5–dentatus *campanulatus*. Corolla *hypocraterimorpha*, tubo elongato, apice aequali recto, limbo plano subaequaliter 5–dentato. Stamina inclusa 4 didynama, antheris confluentim subbilocularibus, rima transversali dehiscentibus. *Stigma inaequaliter bifidum*. Capsula *globosa subbaccata bilocularis* septifrage bivalvis, placentis in massam globosam liberam coalitis.

3906. **Dubeisia** R. Br. — Pag. 240. — Calyx *bilabiatus brevis*. Corolla infundibuliformi–campanulata, limbo subaequali 5–fido. Stamina 5 imo tubo inserta inclusa, 4 didynama, quintum rudimentarium. Ovarium biloculare, placentis dissepimento utrinque adnatis multiovulatis. *Bacca polysperma*.

3907. **Diplanthera** Bnks. et Soland. — Pag. 240. — Calyx *trifidus*, laciniis *lateralibus bifidis*, postica integra. Corolla *bilabiata*, labio superiore *obcordato*, inferiore *tripartito, lobis rotundatis*. Stamina 4 imo tubo inserta *exserta subaequalia*, antheris divaricato–bilocularibus. Ovarium biloculare, placentis dissepimento utrinque adnatis. Fructus.....?

Tribus V. *DIGITALEAE* Bth.

Corolla tubulosa, saepe ventricosa, limbo bilabiato. Stamina 4 declinata, apice saepissime ascendentia, didynama, quintum sterile v. omnino nullum. Antherae biloculares, loculis demum confluentibus. Capsula dura septicide bivalvis, valvis demum bifidis, dissepimento demum bipartibili, placentis adnatis v. tandem solutis.

3908. **Chelone** Linn. — Pag. 240 et 937. — Calyx 5–partitus. Corolla *campanulato–tubulosa* postice convexa, labio superiore bilobulato, inferiore trilobo, basi barbato. Stamina fertilia 4 *didynama exserta*, antheris divaricato–bilocularibus, *stamen quintum sterile*. Capsula bilocularis *septicide bivalvis*, seminibus compressis late *membranaceo–marginatis*.

3909. **Pentstemon** Herit. — Pag. 241 et 937. — Calyx 5–partitus. Corolla *tubuloso–campanulata*, ad faucem inflata, labio superiore *emarginato–bilobo*, inferiore *trilobo*. Stamina fertilia 4 didynama exserta v. subexserta, antheris divaricato–bilocularibus, stamen quintum sterile. Capsula bilocularis septicide bivalvis, seminibus *angulatis apteris*.

3909/1. **Tetranema** Bth. — Pag. 251. 452 et 938. — Calyx 5–fidus. Corolla *tubulosa* bilabiata, labio superiore 2–, inferiore 3–fido. Stamina 4 *didynama fertilia*, subinclusa, antheris divaricato–bilocularibus, quinto *sterili omnino deficiente*. Capsula bilocularis septicide bivalvis, seminibus *angulatis apteris*.

3910. **Russelia** Jcq. — Pag. 251 et 938. — Calyx subaequaliter 5–partitus, laciniis *acuminato–subulatis*. Corolla *tubulosa*, superne *ventricoso–inflata*, fauce barbata, bilabiata, superiore labio 2–, inferiore 3–fido, *laciniis subaequalibus*. Stamina 4 didynama *inclusa declinata*, antheris divaricato–bilocularibus. Capsula *subglobosa rostrata*, septicide bivalvis, valvis *bifidis*, seminibus apteris.

3911. **Phygelius** E. Mey. — Pag. 253. — Calyx *pentaphyllus*. Corolla tubulosa, tubo *declinato*, apice recurvo–ascendente, limbo *brevi* 5–fido *subbilabiato*. Stamina 4 didynama *exserta* declinata, antheris *parallele bilocularibus*. Capsula *obliqua* bilocularis polysperma, seminibus *apteris*.

3912. **Colpias** E. Mey. — Pag. 254. — Calyx *pentaphyllus*. Corollae tubus *brevis ampius*, basi *saccato–declinatus*, apice ascendens, limbo *subbilabiato* 5–fido, *laciniis rotundatis*. Stamina 4 didynama inclusa *declinata*, antheris bilocularibus, loculis *demum confluentibus*. Capsula bilocularis septicide bivalvis, valvis coriaceis, apice bifidis.

3913. **Ixianthes** E. Mey. — Pag. 254. — Calyx *bilabiatus*, labio superiore 3–*dentato*, inferiore *bifido*. Corollae tubus *ampius*, apice ascendens, limbi *pleni laciniis quinque*. Stamina 4 (?) didynama inclusa, antheris divaricato–bilocularibus. Capsula *ovata acuta* septicide bivalvis bilocularis, valvis coriaceis, apice bifidis.

3014. **Rehmannia** Libosch. — Pag. 254. — Calyx *campanulatus* 5–fidus. Corolla *ringentis* tubo superne ampliato, limbi bilabiato–quinquelobi *lobis subaequalibus* 2 superioribus reflexis. Stamina 4 inclusa didynama, antheris *subdivaricato–bilocularibus*. Ovarium *incomplete biloculare*, septis incompletis utroque margine placentiferis multiovulatis. Stylus simplex, stigmate *late bilamellato*. Capsula incomplete bilocularis, valvis *medio septa placentifera gerentibus*.

3015. **Digitalis** Tourn. — Pag. 254 et 938. — Calyx *subaequaliter* 5–*partitus*. Corolla campanulato–infundibuliformis *ventricosa*, limbi bilabiati labio superiore *obsoleto, emarginato* v. *bifido*, inferioris trifidi lacinia media *protracta* v. *lateralibus aequali*. Stamina 4 declinata inclusa didynama, antheris divaricato–bilocularibus Stigma bilamellatum. Capsula *septicide bivalvis*, bilocularis, valvis *margine inflexis placentas retinentibus*.

3016. **Paulownia** Siebldt. et Zucc. — Pag. 262 et 938. — Calyx *coriaceus campanulatus* 5–fidus. Corolla *infundibuliformi–campanulata*, bilabiata, lobis 5 *subaequalibus*. Stamina 4 inclusa aequalia, antheris divaricato–bilocularibus. Capsula *ovata lignosa septicide bivalvis*. Semina plurima parva, costis cristatis, margine *in alam membranaceam, apice excisam* dilatato.

3017. **Anastrabe** E. Mey. — Pag. 262. — Calyx campanulatus semiquinquefidus. Corollae *tubus brevis*, limbi bilabiati labio superiore *bifido*, *laciniis planis*, inferiore maximo *saccato*, apice breviter trifido. Stamina 4 didynama inclusa, antheris bilocularibus. Capsula coriacea bilocularis septicide bivalvis, valvis demum bifidis.

Tribus VI. *GRATIOLEAE* Bth.

Corolla limbo bilabiato v. subaequali, laciniis subplanis. Stamina fertilia 2 v. 4 ascendentia, antherae biloculares muticae. Capsula bilocularis septicide, septifrage aut loculicide bivalvis, valvis demum bifidis, rarius baccata, dissepimento placentifero demum libero. Semina aptera.

3018. **Halleria** Linn. — Pag. 262. — Calyx late campanulatus 3–5–*partitus*, lobis *foliaceis*. Corolla tubulosa dilatata, limbi *obliqui* quinquefidi lobis *brevibus*; stamina *didynama ascendentia* erecta, antheris *parallele bilocularibus*. *Bacca* stylo superata bilocularis.

3019. **Teedia** Rudolph. — Pag. 263. — Calycis quinquepartiti laciniae *lineares*. Corolla *tubulosa*, fauce barbata, limbi quinquefidi laciniis *subbilabiatis*. Stamina 4 didynama *inclusa*, antheris *parallele bilocularibus*. *Bacca* bilocularis.

3020. **Freylinia** Bth. — Pag. 263. — Calyx *pentaphyllus*. Corolla *tubulosa*, limbi *subbilabiati* laciniis quinque. Stamina quatuor didynama *inclusa*, antheris *parallele bilocularibus contiguis*. Capsula ovata bilocularis septicide–bivalvis, valvis coriaceis, *apice bifidis*, semina *pauca?*

3021. **Capraria** Linn. — Pag. 263. — Calyx *aequaliter* quinquepartitus. Corolla breviter subcampanulata, limbo subaequaliter *quinquefido*. Stamina 4, inclusa didynama, antheris *parallele bilocularibus contiguis*. Capsula ovata bilocularis, septicide bivalvis, valvis apice *bifidis*. Semina scrobiculata.

3021 a. **Gomphostigma** Turczan. — Pag. 264. — Calyx aequaliter 4–partitus, corolla *rotata*, fauce parce pilosa, limbo *aequaliter* 4–*partito*; stamina 4 *inclusa fauci inserta*, antheris parallele bilocularibus. Capsula oblonga bivalvis.

3022. **Xuaresia** Rz. et Pav. — Pag. 264. — Calyx *aequaliter* quinquepartitus. Corolla *subcampanulata*, tubo *brevissimo* aequaliter *quinquepartito*. Stamina 5, *omnia fertilia aequalia subexserta*, antheris sagittato–bilocularibus. Capsula oblonga bilocularis septicide bivalvis, valvis coriaceis, apice bifidis. Semina scrobiculata.

3023. **Pogostoma** Schrad. — Pag. 264. — Calyx profunde quinquepartitus, *laciniis tribus latioribus apice denticulatis*. Corolla tubulosa, *fauce barbata*, limbi bilabiati laciniis 5 subaequalibus. Stamina 4, didynama inclusa, antheris bilocularibus loculis confluentibus. Capsula ovata, septicide bivalvis bilocularis, valvis apice bifidis

3924. **Pterostigma** Bth. — Pag. 264. — Calyx 5-partitus, lacinia *postica majore;* corolla *bilabiata,* labio superiore emarginato, inferiore trilobo. Stamina 4, *postica fertilia,* antheris *biloculatibus, loculis disjunctis* stipitatis, antica *sterilia, v. antheris dimidiatis.* Stylus simplex. Stigma subincrassatum *saepius utrinque ala membranacea cinctum.* Capsula rostrata, bisulca, bilocularis, loculicide bivalvis, valvis apice bifidis.

3925. **Lindenbergia** Link et Otto. — Pag. 265. — Calyx campanulatus, *breviter 5-fidus,* [laciniis saepe foliaceis]. Corolla *ringens,* labio superiore emarginato, inferiore trilobo. Stamina 4, omnia fertilia, didynama inclusa, antheris bilocularibus per paria approximatis, *loculis disjunctis stipitatis.* Capsula oblonga bisulca *loculicide bivalvis, dissepimento e marginibus inflexis duplicato, demum libero.*

3925/1. **Mitranthus** Hochst. — Pag. 266. — *Corolla parva bilabiata, fauce(?) non aperta, deflorata mitrae instar apici capsulae ovalis insidens.*

3926. **Stemodia** Linn. — Pag. 266 et 938. — Calyx *tubuloso-campanulatus* subaequaliter 5-partitus. Corolla ringens, labio *superiore emarginato,* inferiore trilobo. Stamina 4 *fertilia, didynama inclusa,* antheris *disjuncte biloculatibus,* per paria approximatis. Capsula oblonga bisulca bilocularis, *loculicide v. septicide bivalvis, valvis bifidis.*

3927. **Schistophragma** Bth. — Pag. 270. — Calyx 5-partitus. Corolla tubulosa, limbi bilabiati labio superiore breviter bifido, inferiore trifido. Stamina 4, didynama inclusa, antheris bilocularibus, per paria approximatis, omnibus fertilibus. Stylus simplex, stigma integrum dilatatum. Capsula *linearis siliquaeformis* bivalvis, *valvis navicularibus indivisis.*

3928. **Erinus** Linn. — Pag. 270. — Calyx aequaliter 5-partitus. Corolla *hypocraterimorpha, subaequaliter* 5-partita. Stamina 4, didynama inclusa, antheris *confluentim unilocularibus.* Stigma subsessile, *utrinque ala dentiformi auctum.* Capsula ovata septicide bivalvis bilocularis, valvis demum bifidis.

3929. **Sutera** Rth. — Pag. 271. — Calyx subaequaliter 5-partitus. Corolla *infundibuliformis,* limbo *aequaliter* 5 partito [laciniis brevibus vix patentibus]. Stamina 4, *didynama inclusa,* antheris bilocularibus. Capsula bisulca bilocularis, *septicide* bivalvis, valvis demum bifidis.

3930. **Dodartia** Tour. — Pag. 272. — Calyx campanulatus, *decagonus quinquedentatus.* Corolla bilabiata, labio superiore *breviore emarginato,* inferiore trifido [biseriatim barbato.] Stamina 4 inclusa didynama, antheris bilocularibus *subgloboso-didymis.* Stigma bilamellatum. Capsula subglobosa bisulca bilocularis, *septifrage bivalvis, valvis indivisis.*

3931. **Mazus** Loureiro. — Pag. 272 et 452. — Calyx campanulatus *subaequaliter 5-fidus.* Corolla bilabiata, labio superiore bifido, inferiore longiore trifido, basi bigibboso. Stamina 4, inclusa didynama, antheris bilocularibus, per paria cohaerentibus, [loculis divaricatis demum confluentibus]. Stigma bilamellatum. Capsula bilocularis loculicide bivalvis, valvis *integris, medio septuliferis.*

3932. **Limnophila** R. Br. — Pag. 272. — Calyx tubulosus, aequaliter 5-fidus. Corolla *infundibuliformis,* limbo *subbilabiato* 5-fido. Stamina 4, inclusa didynama, filamentis *apice saepe abrupte incurvis v. dilatatis,* antheris bilocularibus, per paria cohaerentibus. Stigma oblique dilatatum. Capsula bilocularis bisulca, loculicide bivalvis, valvis demum *bifidis.*

3933. **Uvedalia** R. Br. — Pag. 274. — Calyx *prismaticus* quinquedentatus. Corolla bilabiata, labio superiore bilobo, inferiore trifido, *lacinia media bigibbosa.* Stamina 4 inclusa didynama, antheris divaricato-bilocularibus. Stigma complanatum. Capsula bilocularis, loculicide bivalvis, valvis *demum bifidis, marginibus inflexis.*

3934. **Diplacus** Nutt. — Pag. 274. — Calyx *prismaticus, inaequaliter profunde* 5-dentatus. Corolla bilabiata *subaequaliter* 5-fida, lobis emarginatis. Stamina 4 inclusa didynama, antheris divaricato-bilocularibus. Capsula oblonga bilocularis, loculicide bivalvis, valvis *medio septiferis, placentas adnatas auferentibus.*

3935. **Mimulus** Linn. — Pag. 274 et 936. — Calyx *prismaticus* 5–dentatus. Corolla bilabiata, labio inferiore basi saepius bigibboso, laciniis omnibus subaequalibus. Stamina 4, inclusa didynama, antheris bilocularibus, loculis demum confluentibus. Stigma bilamellatum. Capsula bilocularis, loculicide bivalvis, valvis integris.

3936. **Leucocarpus** D. Don. — Pag. 277. — Calyx campanulatus prismaticus 5–dentatus. Corolla bilabiata, labio superiore breviore, bifido, inferiore trifido. Stamina 4 inclusa didynama, antheris divaricato–bilocularibus, loculis demum confluentibus. Stigma bilamellatum. *Bacca globosa mucronata succulenta, placentis carnosis. Semina utrinque mucronata.*

3936½. **Hemichaena** Bth. — Pag. 452. — Calyx campanulatus, *vix angulatus, obliquo semiquinquefidus.* Corolla bilabiata, *tubo amplo*, labio superiore breviter bilobo, inferiore trilobo [laciniis orbiculatis]. Stamina 4 didynama inclusa, antheris bilocularibus, loculis demum confluentibus. Capsula ovata bilocularis, *breviter loculicide bivalvis, valvulis integris.*

3937. **Ellobum** Blume. — Pag. 277. — Calyx *aequaliter* 5–partitus. Corolla bilabiata, labio *superiore retuso*, inferiore trilobo, lacinia *intermedia angustiore*. Stamina 4, didynama exserta, antheris bilocularibus *per paria cohaerentibus*. Capsula? *siliquaeformis subulata* bilocularis.

3938. **Morgania** R. Br. — Pag. 278 et 452. — Calyx aequaliter 5–partitus. Corolla bilabiata, labio superiore *breviore* bifido, inferiore trifido, [laciniis subaequalibus obcordatis]. Stamina 4 *inclusa* didynama, antheris *divaricato–, demum confluentim bilocularibus*. Stigma bilamellatum. Capsula bilocularis septifrage bivalvis, valvis demum bifidis.

3939. **Sphaerotheca** Chamisso. — Pag. 278. — Calyx aequaliter quinquepartitus. Corolla bilabiata, labio superiore bilobo, inferiore trifido, lobis subaequalibus. Stamina 4, inclusa didynama, antheris bilocularibus. Capsula *sphaerica bilocularis, septifrage bivalvis, valvis margine planis, mox bifidis.*

3939½. **Ildefonsia** Gardn. — Pag. 278. — Calyx aequaliter 5–partitus, *laciniis subfoliaceis.* Corolla campanulata *subaequaliter et obtuse 5–fida.* Stamina 4, inclusa [*aequalia?*], filamentis *basi dilatatis* pilosis, antheris divaricato–bilocularibus. Capsula subglobosa bilocularis, loculicide bivalvis.

3940. **Herpestes** Grtnr. — Pag. 278. — Calyx *pentaphyllus*, foliolo postico maximo, anticis angustioribus, lateralibus linearibus. Corolla subbilabiata, labio superiore *emarginato, bifido v. rarius indiviso*, inferiore trifido. Stamina 4 didynama inclusa, antheris divaricato– v. demum confluenti–bilocularibus, per paria approximatis. Stigma *emarginatum v. bilamellatum.* Capsula bilocularis septifrage bivalvis, valvis integris v. demum bifidis.

3940½. **Bacopa** Aubl. — Pag. 283. — Calyx *pentaphyllus* [foliolis ut in *Herpestide*]. Corolla *subrotata aequaliter* 5–fida. Stamina 5, omnia fertilia, corollae laciniis alterna, antheris bilocularibus [inclusa?]. Capsula membranacea vix dehiscens, dissepimento fere toto placentifero.

3941. **Curanga** Juss. — Pag. 284. — Calyx *tetraphyllus*, foliolis 2 exterioribus multo majoribus *cordatis*, duobus interioribus *linearibus lateralibus*. Corolla bilabiata, labio superiore emarginato, inferiore dilatato–trilobo. Stamina 4 inclusa, *antica sterilia, apice clavata*, fertilium antheris divaricato–bilocularibus. Stigma spathulatum inaequaliter bilamellatum. Capsula ovata bilocularis septifrage bivalvis, valvis integris.

3942. **Achetaria** Chamisso. — Pag. 284. — Calyx *pentaphyllus bibracteolatus.* Corolla bilabiata, labio superiore *erecto integro*, inferiore trilobo. Stamina duo inclusa, antheris bilocularibus. Capsula bilocularis septifrage bivalvis, valvis indivisis v. breviter bifidis.

3943. **Beyrichia** Chamisso. — Pag. 284. — *Flores resupinati tribracteati.* Calyx pentaphyllus, foliolo antico [superiore] minimo, lateralibus postico majoribus. Corolla bilabiata, *labiis indivisis subaequalibus.* Stamina 4, superiora fertilia exserta, antheris divaricato–bilocularibus, inferiora inclusa sterilia. Stigma subcupuliforme. Capsula bilocularis septicide bivalvis, valvis integris.

3944. **Antichasia** Endl. — Pag. 284. — Calyx ebracteolatus, aequaliter 5–partitus. Corolla subaequaliter bilabiato–5–partita. Stamina 2 inclusa, antheris *subsessilibus* divaricato–, demum eo confluentim bilocularibus. Capsula pyramidata bilocularis *loculicide bivalvis, valvis demum septicide bifidis.*

3945. **Hydrotriche** Zuccar. — Pag. 285. — Calyx aequaliter 5–partitus. Corolla infundibuliformis, limbo patente, *aequaliter 5–fido.* Stamina *duo inclusa*, antheris divaricato–bilocularibus. Stigma subinfundibuliformi–bilabiatum. Capsula bilocularis, loculicide bivalvis, valvis integris.

3946. **Gratiola** R. Br. — Pag. 285. — Calyx *bibracteolatus, aequaliter* 5–partitus. Corolla bilabiata, labio superiore emarginato v. bifido, inferiore trifido aequali. Stamina 4 inclusa, anticis sterilibus subclavatis, *fertilium antheris bilocularibus cohaerentibus.* Stigma bilamellatum. Capsula bilocularis, loculicide bivalvis, valvis demum bifidis.

3947. **Depatrium** Hamilt. — Pag. 288. — Calyx membranaceus semiquinquefidus. Corolla subbilabiata, limbo *oblique quinquefido*, labio inferiore majore. Stamina 4 inclusa, *antica minima sterilia*, fertilium antheris bilocularibus cohaerentibus. Stigma dilatatum bilamellatum. Capsula bilocularis septifrage bivalvis, valvis demum bifidis.

3948. **Bonnaya** Link et Otto. — Calyx quinquepartitus *subaequalis.* Corollae tubus *exsertus*, limbi bilabiato–quinquefidi labio superiore breviore. Stamina 4 inclusa, *duobus posticis fertilibus*, antheris cohaerentibus, *sterilibus ad basin labii inferioris.* Capsula oblonga v. linearis bilocularis, septifrage bivalvis, valvis membranaceis integris.

3949. **Microcarpaea** R. Br. — Pag. 291. — Calyx *pentagono–tubulosus* quinquefidus. Corollae tubus calycem aequans, limbi 5–partiti laciniis planis bilabiatis. Stamina 2, *postice inserta*, filamentis basi gibbis, antheris approximatis bilocularibus. Capsula bilocularis loculicide bivalvis, valvis integris.

3950. **Peplidium** Delil. — Pag. 291. — Calyx campanulatus 5–dentatus. Corollae tubus calycis longitudine, limbi vix bilabiati laciniis 5 subaequalibus. Stamina 2, postice inserta, *filamentis basi gibbis subappendiculatis incurvis*, antheris approximatis bilocularibus. Stigma complanato–dilatatum. Capsula globosa bilocularis, *apice irregulariter v. subseptifrage rumpens.*

3951. **Micranthemum** L. C. Rich. — Pag. 291. — Calyx campanulatus, *4–dentatus, antice fissus.* Corollae tubus *subglobosus*, fauce contracta, labio *superiore brevissimo truncato*, inferioris tripartiti lacinia media lineari–ligulata, apice crenata. Stamina 2, postice inserta, *subexserta, filamentis medio unidentatis*, antheris bilocularibus. Capsula bilocularis, septifrage bivalvis, valvis margine planis.

3952. **Vandellia** Linn. — Pag. 291. — Calyx tubuloso–campanulatus, subaequaliter 5–dentatus. Corollae tubus exsertus, limbi bilabiato–quinquefidi labio superiore breviore. Stamina 4 [omnia fertilia] didynama, filamentis *anticorum elongatis, basi appendiculatis*, antheris per paria cohaerentibus, bilocularibus [loculis apice confluentibus]. Stigma *bilamellatum v. simplex.* Capsula globosa oblonga v. linearis bilocularis, septifrage bivalvis, valvis integris.

3953. **Torenia** Linn. — Pag. 294. — Calyx tubulosus, tubo *angulato v. alato*, limbo *oblique* 5–dentato v. *bilabiato.* Corolla *ringens*, labio superiore 2–lobo, inferiore trilobo. Stamina 4 *didynama inclusa, anticorum filamentis elongatis*, basi appendiculatis, antheris per paria cohaerentibus, divaricato–bilocularibus, loculis *demum confluentibus.* Stigma bilamellatum. Capsula oblonga *calyce brevior*, septifrage bivalvis, valvis membranaceis integris.

3954. **Artanema** D. Don. — Pag. 296. — Calyx *subaequaliter 5–partitus.* Corolla *infundibuliformi–campanulata*, limbo subbilabiato *quadrifido*, lacinia *suprema latiore*, tubo intus *quadrisquamato.* Filamenta 4 didynama inclusa, anticorum filamentis *elongatis*, basi *appendice brevi* obtuso auctis, antheris bilocularibus, *per paria cohaerentibus.* Stigma bilamellatum. Capsula subglobosa bilocularis septifrage bivalvis, valvis membranaceis integris.

3055. **Heteranthia** Nees et Mart. — Pag. 297. — Calyx *campanulatus* subaequaliter 5-fidus. Corolla infundibuliformi-campanulata, labio superiore *integro*, inferiore *trilobo concavo longiore*. Stamina 4 didynama inclusa, breviorum antheris bilocularibus, longiorum antheris *stylum amplectentibus, connectivo postice glandulifero, loculis subinaequalibus*. Stigma indivisum. Capsula ovalis compressiuscula bilocularis, septifrage bivalvis, valvis membranaceis integris.

3056. **Hydranthelium** Kth. — Pag. 297. — Calyx 4-*partitus*, laciniis per paria 3-nerviis obtusis et 1-nerviis acutiusculis. Corolla *infundibuliformis*, limbi *tripli* lobo uno *majori emarginato*. Stamina *tria* lobis alterna et breviora, antheris bilocularibus. Stigma bilobum. Capsula *calyce cincta* ovato-subrotunda *mucronata* septifrage bivalvis, valvis integris. Semina plurima *cylindracea subarcuata*.

3057. **Hyogeton** Endl. — Pag. 297. — Calyx *aequaliter* 5-partitus. Corolla bilabiata, tubo calycem subaequante, labio superiore *retuso*, inferiore trifido, *basi bicarinato*. Stamina 4 inclusa didynama, antheris bilocularibus, *per paria cohaerentibus*. Capsula bilocularis, septifrage bivalvis, valvis integris; semina plurima minima.

3058. **Limdernia** All. — Pag. 297. — Calyx aequaliter 5-partitus. Corolla *calyce brevior*, tubo ventricoso, fauce constricta, limbo bilabiato, labio superiore breviore bifido, inferiore trifido. Stamina 4 didynama inclusa, *filamentis brevissimis*, antheris bilocularibus. Ovarium *biloculare*, stylus simplex, stigma bilamellatum. Capsula oblonga *unilocularis bivalvis*, valvis integris, *columna placentifera libera*. Semina plurima minima.

3058½. **Conobea** Aubl. — Pag. 298. — Calyx *aequaliter* 5-partitus, *bibracteolatus*. Corolla *brevis* bilabiata, labio superiore *emarginato*, inferiore *trifido*. Stamina 4 *omnia fertilia*, didynama, antheris *sagittatis*. Styli *pilosi* stigma bilobum. Capsula globosa *quadrisulca unilocularis quadricalvis*, placenta centrali libera emarginata. Semina plurima oblonga.

3058½. **Sophronanthe** Bth. — Pag. 298. — Calyx *pentaphyllus, sepalis parum inaequalibus*. Corollae tubus *elongatus tenuis*, demum recurvus, limbo *ampio bilabiato*. Capsula *quadrivalvis*.

Tribus VII. *BUCHNEREAE* Bth.

Calyx 5-dentatus v. partitus. Corollae limbus 5-fidus v. inaequaliter 4-fidus, nunc bilabiatus, laciniis planis. Stamina 4 didynama, rarius duo approximata, antheris unilocularibus. Stylus simplex, stigma parvum subcapitatum. Capsula bivalvis, valvis integris v. bifidis, rarissime carnosa indehiscens.

Subtribus I. EUBUCHNEREAE Endl.

Capsula loculicide bivalvis, valvis integris.

3059. **Striga** Lour. — Pag. 299. — Calyx breviter tubulosus 5-15-*costatus*, 5-dentatus v. rarius 4-dentatus. Corollae tubus tenuis *medio infractus*, limbi bilabiati labio superiore saepe breviore integro emarginato v. bifido, inferiore trifido. Stamina 4 inclusa didynama. Capsula bilocularis *elastice* bivalvis, valvis subcoriaceis.

3060. **Buchnera** Linn. — Pag. 301 et 453. — Calyx breviter tubulosus 5-dentatus obsolete 10-nervis. Corolla *subhypocraterimorpha*, tubo tenui *recto* v. *subincurvo* subaequaliter 5-fido, laciniis oblongis. Stamina 4 didynama inclusa. Capsula bilocularis *elastice bivalvis*, valvis coriaceis, medio septiferis.

3061. **Doratanthera** Bth. — Pag. 305. — Calyx 5-partitus. Corolla tubulosa, limbi brevis 5-partiti laciniis rotundatis. *Stamina* 2 *inclusa*, antheris *triangulari-semihastatis*. Capsula ovoidea *rostrata* bilocularis bivalvis, *valvis apice fissis*.

3062. **Rhamphicarpa** Bth. — Pag. 305. — Calyx campanulatus 5-fidus. Corolla tubo *tenui longe exserto*, limbi 5-partiti laciniis obovatis. Stamina 4 didynama inclusa. Capsula *oblique rostrata* bilocularis, valvis *coriaceis integris*.

3963. **Cycnium** E. Mey. — Pag. 306. — Calyx longe tubulosus 5-fidus. Corollae tubus *cylindricus rectus*, limbo patente subaequaliter 5-fido. Stamina didynama inclusa 4. Capsula *carnosa bilocularis indehiscens?*

Subtribus II. MANULEAE Endl.

Capsula septicida, valvulis bifidis.

3964. **Zaluzianskya** J. W. Schmidt. — Pag. 306. — Calyx ovato-tubulosus 5-dentatus *bilabiatus*. Corollae *persistentis tubus elongatus*, basi demum fissus, limbo subaequaliter 5-partito, laciniis *integris v. bifidis*. Stamina 4 didynama, postica tubo inclusa, antica fauci inserta, *antheris minoribus* transversis saepe sterilibus, *nunc omnino abortiva*. Capsula membranacea v. coriacea.

3965. **Polycarena** Bth. — Pag. 309. — Calyx *membranaceus, bilabiatus, fructifer bipartitus*. Corolla persistens, *tubo demum fisso*, fauce latiore, limbo patente *subaequaliter 5-fido*. Stamina 4 didynama *prope faucem inserta*, antheris exsertis. Capsula membranacea bilocularis, *septicide bivalvis*.

3966. **Phyllopodium** Bth. — Pag. 310. — Calyx subaequaliter 5-partitus, laciniis margine membranaceo connatis. Corollae persistentis tubus *calyce brevior*, limbus patens subaequaliter 5-fidus. Stamina 4 *didynama exserta*, antheris conformibus. Capsula membranacea bilocularis septicide bivalvis, valvis bifidis.

3967. **Sphenandra** Bth. — Pag. 310. — Calyx 5-partitus. Corolla *subrotata*, tubo brevissimo, limbi subaequaliter 5-partiti laciniis rotundatis. Stamina 4 *didynama, fauci inserta* (exserta?) ascendentia, antheris conformibus *cuneatis*. Capsula membranacea bilocularis, septicide bivalvis, valvis apice bifidis.

3968. **Chaenostoma** Bth. — Pag. 311. — Calyx 5-partitus. Corolla *hypocrateriformis* v. rarius (tubo brevissimo) *subcampanulata*, fauce dilatata, limbo patente subaequaliter 5-fido. Stamina 4 didynama tubo inserta faucem aequantia v. breviter exserta, antheris conformibus. Capsula membranacea bilocularis septicide bivalvis, valvis apice bifidis.

3969. **Lyperia** Bth. — Pag. 314. — Calycis 5-partiti laciniae *lineares subfoliaceae*. Corolla *decidua*, tubo *elongato viscoso* postice apice gibbo, limbo patente subaequaliter *bilabiatim 5-fido*. Stamina 4 didynama inclusa, antheris conformibus. Capsula membranacea bilocularis septicide bivalvis, valvis apice bifidis.

3970. **Manulea** Linn. — Pag. 317. — Calycis 5-partiti laciniae *lineares v. subulatae*. Corollae tubus *elongatus* (glaber v. tomentosus), limbo aequaliter 5-fido, v. laciniis 4 superioribus approximatis, omnibus *integris v. bifidis*. Stamina 4 didynama *inclusa*, antheris conformibus. Capsula membranacea bilocularis septicide bivalvis, valvis apice bifidis.

Tribus VIII. *BUDDLEJEAE* Bth.

Corollae tubus rectus, limbus planus patens aequaliter quadrifidus. Stamina 4 aequalia, omnia fertilia, antheris distantibus bilocularibus. Capsula bilocularis septicide bivalvis.

3971. **Buddleia** Linn. — Pag. 321. — Calyx brevis campanulatus aequaliter *quadridentatus v. quadrifidus*. Corolla campanulata v. tubulosa *aequaliter quadrifida*. Antherae 4 *subsessiles inclusae* biloculares. Stylus simplex, stigma incrassatum simplex. Capsula bilocularis septicide bivalvis, valvis integris v. bifidis, placentis coadunatis, demum liberis. Semina plurima minima.

3972. **Nuxia** Commers. — Pag. 331. — Calyx campanulatus brevis aequaliter quadrifidus. Corolla brevissime campanulata, limbo aequaliter quadripartito. Stamina 4 *filiformia exserta*, corollae tubo inserta, antheris bilocularibus. — *Reliqua ut in praecedente.*

Tribus IX. *VERONICEAE* Bth.

Corolla rotata infundibuliformis v. rarius irregulariter bilabiata. Stamina 4 aequalia fertilia v. saepius 2 postica, sterilium rudimentis nullis. Capsula bilocularis loculicide bivalvis, valvis saepissime juxta dissepimentum bifidis, nunc septifrage bivalvis.

3073. **Scoparia** Linn. — Pag. 331. — Calyx *aequaliter quadripartitus*. Corolla *rotata*, fauce pilosa, *aequaliter quadripartita*. Stamina 4 *fauci inserta* axem *aequalia*, antheris parallele bilocularibus. Styli simplicis stigma obtusum. Capsula *globosa* bilocularis *septifrage bivalvis*, valvis indivisis, dissepimento contrario.

3073½. **Gomphostigma** Turczan. — Pag. 452. — Calyx *aequaliter quadripartitus*. Corolla *rotata*, fauce parce pilosa, *aequaliter 4-partita*. Stamina 4 *fauci inserta inclusa aequalia*, antheris parallele bilocularibus. Styli simplicis *stigma obconico-capitatum*. Capsula *oblonga* bilocularis bivalvis.

3074. **Geochorda** Cham. et Schlchtd. — Pag. 333. — Calyx *aequaliter 5-partitus*. Corolla *infundibuliformis subaequaliter* 4-partita. Stamina 4 *breviter exserta* aequalia, antheris parallele bilocularibus. Styli simplicis stigma subcapitatum. Capsula oblonga acuminata compressiuscula *loculicide bivalvis*, valvis medio septiferis.

3075. **Sibthorpia** Linn. — Pag. 333. — Calyx 5–8-*partitus*. Corolla *subrotata aequaliter 5–8-partita*. Stamina 4–8 *inclusa aequalia*, antheris parallele bilocularibus, loculis *demum confluentibus*. Capsula *orbiculata subcompressa* bilocularis loculicide bivalvis, valvis medio septa placentifera gerentibus.

3076. **Glossostigma** Arn. — Pag. 334. — Calyx *brevis campanulatus tridentatus*. Corolla infundibuliformis, tubo calycem aequante, limbo *subaequaliter 5-fido*. Stamina 2 *subexserta*, antheris parallele bilocularibus. Stylus simplex, stigma *dilatatum linguaeforme*. Capsula *incomplete bilocularis loculicide bivalvis*, valvis medio septiferis.

3077. **Limosella** Linn. — Pag. 334. — Calyx brevis 5-fidus. Corolla *rotato-campanulata*, limbi subaequaliter 5-fidi laciniis planis. Stamina 4 *subexserta didynama*, medio tubo inserta, antheris *unilocularibus*. Styli simplicis stigma *capitatum*. Capsula *unilocularis* bivalvis, *valvis margine planis indivisis*.

3078. **Amphianthus** Torr. — Pag. 335 et 938. — Calyx *inaequaliter 5-partitus*. Corolla infundibuliformi-tubulosa, limbo *subbilabiato-quadrifido*. Stamina 2 inclusa, antheris bilocularibus. Styli simplicis stigma *breviter bifidum*. Capsula obcordata *compressa bilocularis* loculicide bivalvis, valvis medio septiferis indivisis. Semina plurima lineari-oblonga.

3079. **Veronica** Linn. — Pag. 335. 453 et 938. — Calyx *diphyllus* v. 4–5-*partitus* compressus. Corollae subrotatae tubus brevissimus, limbi 4-partiti laciniis *integerrimis*, postica majore. Stamina 2 *ad basin laciniae posticae inserta*, antheris bilocularibus, loculis apice confluentibus. Capsula ovata v. obcordata, *nunc loculicide bivalvis*, valvis integris v. bipartitis, *nunc septifraga*, valvulis dissepimento parallelis.

3079,,. **Tetraulacium** Turczan. — Pag. 454. — Calycis profunde 5-partiti laciniae inaequales subcordatae. Corolla *hypocraterimorpha, subaequaliter 4-fida*. Stamina 4, *fauci inserta* inclusa, antheris bilocularibus. Stylus filiformis inclusus. Stigma clavatum. Capsula globoso-compressa bilocularis, septicide bivalvis, valvis bipartitis.

3080. **Paederota** Linn. — Pag. 368 et 939. — Calyx aequaliter 5-partitus. Corollae *tubuloso-bilabiatae* labium superius integrum v. emarginatum, inferius trispartitum. Stamina 2 *exserta*, antheris parallele bilocularibus, loculis apice confluentibus. Stylus simplex. Stigma *capitato-bilobum*. Capsula ovata acuta bilocularis, loculicide bivalvis, valvis demum bifidis.

3081. **Calorhabdos** Bth. — Pag. 370. — Calyx 5-partitus. Corolla *incurva tubulosa*, limbo *oblique 2–3-fido*, lacinia inferiore minore. Stamina 2, fauci inserta

exserta, antheris parallele bilocularibus, loculis apice confluentibus. Capsula bilocularis, loculicide bivalvis, valvis apice bifidis. *Semina membranaceo-marginata.*

3982. **Wulfenia** Jacq. — Pag. 370 et 455. — Calyx *subaequaliter* 4–5-partitus. Corollae *tubulosae* tubo aequali v. subgibbo, limbo subbilabiatim 4-fido, lacinia *postica emarginata v. bifida*. Stamina 2 *inclusa*, antheris bilocularibus, loculis demum divaricatis *confluentibus*. Styli exserti stigma capitatum. Capsula ovata loculicide bivalvis bilocularis, valvis demum bifidis. Semina navicularia.

3983. **Campylanthus** Rth. — Pag. 371. — Calyx inaequaliter 5-fidus. Corollae infundibuliformis tubus incurvus, limbus aequaliter 5-fidus. Stamina 2, postice inserta *inclusa*, *antheris peltatis unilocularibus* (?). Styli simplicis incurvi stigma incrassatum. *Cetera ignota.*

3984. **Gymnandra** Pall. — Pag. 371 et 456. — Calyx *spathaceus*, *hinc fissus* v. bipartitus [lacinis integris v. dentatis]. Corollae *tubulosae subbilabiatae* labium superius *integrum* emarginatum v. *bifidum*, inferius *2–4-fidum*. Stamina 2, postice inserta *exserta*, antheris bilocularibus, loculis apice confluentibus. Styli simplicis stigma subcapitatum. Capsula bilocularis loculicide bivalvis, valvis indivisis v. subbifidis. *Semina in loculis solitaria v. pauca.*

3985. **Pierorhiza** Royle. — Pag. 373. — Calyx *subaequaliter* 5-fidus *campanulatus*. Corolla *calyce brevior* campanulata, limbo subaequaliter 4-fido. Stamina 4, *fauci inserta*, *longe exserta*, antheris bilocularibus, loculis apice confluentibus. Capsula ovata bilocularis loculicide bivalvis, valvis apice bifidis.

3986. **Ourisia** Commers. — Pag. 373. — Calyx *subaequaliter* v. *bilabiatim* 5-partitus. Corollae infundibuliformis limbus aequaliter et obtuse quinquefidus. Stamina 4, *tubo inserta didynama inclusa*, *cum rudimento quinti*, antheris bilocularibus reniformibus. Stigma capitatum subbilobum. Capsula bilocularis loculicide bivalvis, valvis medio septiferis placentas auferentibus.

3987. **Hemiphragma** Wall. — Pag. 375. — Calyx 5-partitus. Corolla tubulosa 5-fida subbilabiata, *laciniis anticis latioribus*. Stamina 4, *tubo inserta*, *subexserta subaequalia*, antheris parallele bilocularibus. *Capsula baccata*, incomplete bilocularis septifrage bivalvis, valvis demum bifidis, dissepimento apice bifido parallelis.

3988. **Leucophyllum** Humb. et Bonpl. — Pag. 376. — Calyx aequaliter 5-partitus. Corolla tubuloso-campanulata bilabiata, labio superiore bilobo, inferiore trifido. Stamina 4, *tubo inserta inclusa didynama*, antheris bilobis. Ovarium biloculare, placentis dissepimento utrinque adnatis multiovulatis. Styli simplicis stigma indivisum. *Reliqua ignota.*

3989. **Aragoa** H. B. Kth. — Pag. 376. — Calyx *aequaliter* 4–5-*phyllus*. Corolla hypocraterimorpha, limbo aequaliter 4-partito. Stamina 4, *fauci inserta exserta aequalia*, antheris cordato-reniformibus bilocularibus, loculis demum confluentibus. Styli simplicis stigma subglobosum. Capsula ovata bilocularis, septifrage bivalvis, valvis bipartitis. *Semina utrinque quaterna v. pauciora*, *per paria superposita*, *angusto alata.*

Tribus X. *GERARDIEAE* Bth.

Corolla campanulata infundibuliformis v. tubulosa, limbo 5-fido plano. Stamina 4 fertilia, antheris discrete bilocularibus (cf. no. 3998/2). Capsula bilocularis, loculicide v. septicide bivalvis, valvis indivisis v. bifidis.

3990. **Escobedia** Rz. et Pav. — Pag. 377. — Calyx *longe tubulosus pentagonus*, apice 5-fidus. Corollae infundibuliformis tubus longus tenuis, limbus ample 5-lobus patens. Stamina 4, tubo inserta didynama inclusa, *antheris basi biaristatis*. Styli simplicis stigma *ligulatum*. Capsula loculicide bivalvis.

3991. **Physocalyx** Pohl. — Pag. 377. — Calyx *coloratus ovato-ventricosus*, ore contractus 5-dentatus. Corolla infundibuliformi-hypocraterimorpha, limbo subaequaliter 5-lobo. Stamina 4, tubo inserta didynama inclusa, *antheris basi biaristulatis*. Capsula loculicide bivalvis, valvis medio septiferis.

3992. **Melasma Bergius.** — Pag. 378. — Calyx foliaceus, *demum inflatus*, apice 5-fidus. Corolla infundibuliformis, *limbi brevis* laciniis quinque latis. Stamina 4, tubo inserta didynama inclusa, antheris *basi biapiculatis*. Styli simplicis stigma subclavatum. Capsula loculicide bivalvis, valvis medio septiferis.

3993. **Esterhazya Mikan.** — Pag. 379. — Calyx campanulatus 5-dentatus. Corollae tubuloso-infundibuliformis limbus subaequaliter 5-lobus. Stamina 4, tubo inserta *didynama exserta*, antheris *basi acutis, villosissimis*. Styli simplicis stigma subclavatum. Capsula loculicide bivalvis, *valvis demum bifidis*.

3994. **Macranthera Torrey.** — Pag. 380. et 939. — Calyx campanulatus 5-fidus. Corolla *tubulosa*, limbi 5-fidi patentis laciniis brevibus subaequalibus. Stamina 4, tubo inserta *subaequalia, longe exserta*. Styli simplicis stigma subclavatum. Capsula subglobosa acuta loculicide bivalvis, valvis integris (?).

3995. **Seymeria Prsb.** — Pag. 381. — Calyx campanulatus, *laciniis quinque longe linearibus*. Corollae tubus *brevis*, limbi quinquefidi laciniis oblongis, *demum rotato-patentibus*. Stamina, 5 *tubo inserta subexserta*. Capsula basi globosa, loculicide bivalvis, valvis demum bifidis. *Semina minima alata*.

3996. **Gerardia Linn.** — Pag. 381. — Calyx campanulatus quinquedentatus. Corolla *campanulata v. ventricoso-tubulosa*, limbi semipatentis quinquefidi laciniis *rotundatis bifidis*. Stamina 4, tubo inserta inclusa *didynama* v. *rarius subaequalia*, antheris *nunc omnibus perfectis, nunc duabus minoribus sterilibus*. Stigma simplex v. bilobum. Capsula *erostris*, loculicide bivalvis, valvis rarissime bifidis.

3997. [3997/1.] **Leptorhabdos Schrenk.** — Pag. 387. et 939. — Calyx campanulatus 5-fidus. Corollae tubus cylindricus, limbus campanulatus subaequaliter 5-fidus, *laciniis patentibus bifidis*. Stamina 4, tubo inserta didynama. Capsula compressa loculicide bivalvis, valvis indivisis. *Semina in loculis solitaria* v. *gemina oblonga*.

3998. **Sopubia Hamilt.** — Pag. 388. — Calyx campanulatus 5-fidus. Corolla infundibuliformi-campanulata, limbi 5-fidi laciniae integrae semipatentes. Stamina 4, tubo inserta *inclusa didynama*, antheris *omnibus fertilibus, loculo altero polliniffero, altero minore divergente sterili*. Capsula obtusa, loculicide bivalvis, valvis bipartitis v. bifidis.

3998/1. **Raphidophyllum Hochst.** — Pag. 389. — Calyx *bibracteolatus* subaequaliter 5-dentatus campanulatus. Corolla infundibuliformis subbilabiata rotundato-quinquefida. Stamina 4 subaequalia *breviter exserta*, basi tubi inserta, antherarum *loculo altero polliniffero, altero minori divergente sterili*. [Stigma quandoque bifidum.] Capsula loculicide bivalvis, valvis integris (?).

3998/2. **Macrosiphon Hochst.** — Pag. 390. — Calyx 5-partitus, laciniis acuminatis. Corollae tubus *tenuis* longissimus, limbi subaequaliter 5-fidi laciniis rotundato-ovatis. Stamina 4 *didynama inclusa*, antheris linearibus *unilocularibus*. Capsula *basi obliqua mucronato-rostrata*, loculicide bivalvis, valvis integris (?).

3999. **Harwoya Hook.** — Pag. 390. — Calyx *inflato-campanulatus* semiquinquefidus, laciniis sinubusque margine recurvis. Corolla *ringens*, tubo incurvo, *fauce* ampliata, labio superiore erecto bilobo, inferiore patente trilobo. Stamina 4, inclusa didynama, antherarum *loculo altero fertili ovato, altero elongato sterili*. Styli subexserti stigma capitato-globosum. Capsula loculicide bivalvis, valvis demum bifidis.

3999/1. **Aulaya Harvey.** — Pag. 390. — Calyx campanulatus semiquinquefidus. Corolla *tubuloso-clavata*, leviter incurva, limbi brevis subaequaliter 5-fidi laciniis *latis imbricatis*. Stamina 4, imo tubo inserta didynama, *antheris didymis, loculo sterili subulato*. Ovarii bilocularis placentae dissepimento utrinque insertae multiovulatae. Styli filiformis stigma subclavatum. Capsula.....?

4000. **Glossostylis Cham. et Schlecht.** — Pag. 390. — Calyx campanulatus 4-5-dentatus. Corolla oblique campanulata, limbo brevi bilabiatim 5-lobo, lobo inferiore majore. Stamina 4, tubo inserta inclusa didynama, antheris parallele bilocularibus. Styli simplicis stigma incrassatum *linguaeforme*. Capsula obtusa v. emarginata, loculicide bivalvis, valvis demum bifidis.

4001. **Phtelrospermum** Bnge. — Pag. 391. — Calyx campanulatus 5-fidus. Corolla *campanulato-ringens*, labio superiore bifido *replicato*, inferiore paullo longiore trifido, *fauce hiante*. Stamina 4 didynama rectiuscula, antheris parallele bilocularibus mucronatis. Stigma bifidum. Capsula rostrata bivalvis.....?

4002. **Centranthera** R. Br. — Pag. 391. — Calyx compressus, *hinc fissus, inde integer v. demum 2-3-fidus*. Corolla tubulosa v. infundibuliformis, limbo *patente v. bilabiato* quinquelobo, lobis inferioribus majoribus. Stamina 4 inclusa, antheris per paria approximatis, loculis parallelis *transversalibus mucronato-calcaratis*. Capsula oblonga, loculicide bivalvis, valvis integris v. bifidis.

Tribus XI. *RHINANTHEAE* Bth.

Corollae limbus bilabiatus, labio superiore concavo, galeato v. lineari, integro v. emarginato, inferiore trifido. Stamina 4 v. rarius 2, antheris discrete bilocularibus. (Cf. no. 4000.) Capsula loculicide bivalvis, valvis medio septiferis, saepissime integris.

4003. **Orthocarpus** Nutt. — Pag. 392. — Calyx *tubuloso-campanulatus, aequaliter* quadrifidus. Corolla *personata*, labio superiore compresso, marginibus reflexis inferiore *concavo*, obsolete tridentato. Stamina 4 inclusa didynama, antherarum *loculis inaequalibus*. Stigma vix incrassatum. Capsulae ovato-ellipticae valvis integris (?).

4004. **Castilleja** Mut. — Pag. 393. — Calyx tubulosus *compressus, antice fissus*, hinc 2-4-fidus. Corollae *ringentis* tubus compressus, labium superius *integrum lineari-canaliculatum*, inferius saepius brevissimum trifidum. Stamina 4 didynama *exserta*, antheris *inaequaliter bilocularibus*. Stigma capitatum. Capsulae ovatae valvae integrae.

4004½. **Oncorhynchus** Lehm. — Pag. 397. — Calyx *campanulatus bifidus*, laciniis bifidis *lateralibus*. Corollae tubulosae labium superius *canaliculatum*, inferius breviter trilobum, superiori adpressum. Stamina 4 exserta. Stigma capitatum. Capsula ovata.

4005. **Adenostegia** Bth. — Pag. 397. — Calycis *bifidi* laciniae *acutae integrae*, corollam fere excedentes. Corollae bilabiatae labia subaequalia, superiore galeato erecto, breviter bifido. Stamina 4 didynama inclusa, antheris bilocularibus, *loculo altero medifixo terminali, altero filamento infra affixo*.

4006. **Triphysaria** Fisch. et Mey. — Pag. 397. — Calyx tubulosus 4-fidus. Corollae *ringentis* tubus *filiformis*, labium superius *indivisum subulatum*, inferioris tripartiti laciniae *saccatae*. Stamina 4 didynama, antheris *linearibus unilocularibus* muticis. Stigma oblongum bilobum. Capsula oblonga.

4007. **Schwalbea** Linn. — Pag. 397. — Calyx *ventricoso-tubulosus, oblique quadrifidus*, lacinia postica brevissima, antica multo longiore et latiore emarginata. Corolla *ringens*, labio superiore fornicato *integro*, inferiore trifido. Stamina 4 didynama inclusa, antheris *aequaliter bilocularibus*. Stigma subincrassatum.

4008. **Lamourouxia** H. B. Kth. — Pag. 397. — Calyx *campanulatus subaequaliter quadrifidus*. Corolla *ringens*, tubo compresso, labio superiore *galeato integro*, inferiore subaequaliter trilobo. Stamina 4 didynama, antice inserta, antheris reniformi-sagittatis, saepe biaristatis, bilocularibus, staminum posticorum sterilibus v. nullis. Stigma clavatum. Capsula compressa.

4009. **Cymbaria** Messerschm. — Pag. 398. — Calyx *campanulatus costatus, subaequaliter* 5-fidus, laciniis linearibus, *interdum minoribus interjectis*. Corolla *ringens*, tubo superne *inflato*, labio superiore *galeato integro v. bifido*, inferiore trilobo, palato gibbo. Stamina 4, antica galeam aequantia, postica inclusa, antheris bilocularibus *sagittatis*. Stigma capitatum. Capsula compressa, loculicide debiscens, dissepimento valvas connectente.

4010. **Odontites** Hall. — Pag. 399 et 456. — Calyx campanulatus, *subaequaliter* 4-fidus. Corolla *ringens*, labio superiore *galeato compresso emarginato*, inferiore

longiore aequaliter trilobo. Stamina 4 *subexserta* didynama, antheris bilocularibus, *basi bimucronatis*. Stylus *exsertus*. Stigma obtusum.

4011. **Euphrasia** Tournef. — Pag. 401 et 939. — Calyx *campanulatus, subaequaliter* 4-fidus. Corolla *ringens*, labio superiore *galeato bifido*, inferiore longiore trifido, laciniis saepius emarginatis. Stamina 4 *inclusa* v. *exserta* didynama, antheris parallele bilocularibus *bimucronatis*. Styli inclusi stigma subcapitatum. Capsulae valvae indivisae v. demum bifidae.

4011/1. **Parentucellia** Viviani. — Pag. 407. — Calyx *membranaceus inflatus* 5-dentatus, dentibus *inaequalibus*. Corollae labium superius *concavum galeatum*, inferius *lineari-canaliculatum*, apice trilobum. Stamina 4 subaequalia, antheris *globosis didymis* conniventibus. Stigma crassum truncatum. Capsula *subbilocularis* bivalvis, valvis inflexis dissepimentum incompletum efficientibus.

4012. **Siphonostegia** Bth. — Pag. 407. — Calycis *infundibuliformis* tubus elongatus, limbo 4-5-partito. Corollae labium superius *incurvum*, inferioris brevioris laciniis 3 integris. Stamina 4, antheris parallele bilocularibus, basi acutis. Stigma *incrassato-capitatum*. Capsula oblonga recta.

4013. **Bartsia** Linn. — Pag. 407. — Calyx tubuloso-campanulatus *subaequaliter* 4-fidus. Corolla *ringens*, labium superius *galeatum compressum integerrimum*, inferius subaequaliter 4-fidum. Stamina 4 inclusa didynama, antheris *basi discretis bimucronatis*. Stigma subcapitatum. Capsula ovata turgidula.

4014. **Bungea** C. A. Mey. — Pag. 409. — Calyx tubulosus *subaequaliter trifidus*. Corolla *ringens*, labio superiore *galeato tridentato*, inferioris *trifidi longioris laciniis lanceolatis*. Stamina 4 inclusa didynama, antheris *basi discretis bimucronatis*. Stigma subcapitatum. Capsula *subquadrilocularis*, apice bivalvis.

4015. **Pedicularis** Tournef. — Pag. 409. 432 et 939. — Calyx *subcentricosus inaequaliter* quinquedentatus, nunc *bilabiatus*, labio superiore bidentato v. integerrimo, inferiore tridentato. Corolla *ringens*, labio superiore *galeato*, *obtuso* v. *rostrato*, inferiore trifido, patente v. clauso. Stamina 4 didynama, antherarum loculis *obtusis*, *acutis* v. *calcaratis*. Stigma capitatum. Capsula *oblique rostrata* v. rarius subglobosa recta.

4016. **Rhinanthus** M. Bieb. — Pag. 433 et 940. — Calyx *bilabiatus*, labio superiore *galeato brevissime bidentato*, inferiore bipartito. Corolla *ringens*, labio superiore *angustissime galeato*, inferiore *amplo trilobo*. Stamina 4 inclusa didynama, *longiora circum breviora spiraliter voluta*, antheris muticis. Stylus a galea vaginatus, stigma capitatum. Capsula compressa, semina in loculis pauca.

4017. **Alectorolophus** Hall. — Pag. 434. — Calyx *membranaceus compresso-centricosus inaequaliter* 4-dentatus. Corolla *ringens*, labio superiore *galeato compresso*, apice bidentato, inferiore subaequaliter trilobo. Stamina 4 didynama galea inclusa, antheris bilocularibus *villosis muticis*. Stylus subexsertus, stigma subcapitatum. Capsula compressa, semina in loculis pauca.

4018. **Melampyrum** Tournef. — Pag. 435. — Calyx *non inflatus bilabiato-quadridentatus*. Corolla ringens v. *subpersonata*, labio superiore galeato compresso, emarginato, *marginibus reflexis*, inferiore bigibboso trifido. Stamina 4 inclusa didynama, *antheris basi bimucronatis*. Stigma obtusum. Capsula ovata acuminata.

4019. **Tozzia** Michel. — Pag. 436. — Calyx 4-5-*fidus*. Corollae tubus *cylindricus subinflatus*, limbo aequaliter 5-lobo, bilabiatim patente. Stamina 4 didynama *inclusa*, antheris *basi bimucronatis*. Stigma obtusum. Fructus *subdrupaceus*, *abortu unilocularis monospermus* subbivalvis. Semen ovatum, umbilico laterali, embryo in apice albuminis carnosi.

GENERA DUBIA.

4020. **Gomara** Rz. et Pav. — Pag. 436. — Calyx aequaliter 5-partitus. Corollae *tubus curvatus*, *basi ventricosus*, medio constrictus, labio superiore *quadrilobo*, inferiore *concavo*, *appendice urceolata membranacea*. Stamina 4 didynama *brevia*. Stigma *subsessile capitatum*. Capsula subtetragona bivalvis, valvis bifidis.

4021. **Sanchezia** Rz. et Pav. — Pag. 436. — Calyx 5-partitus. Corolla *longe tubulosa*, superne constricta, limbi 5-partiti laciniis *revolutis*, duabus *superioribus brevioribus*. Stamina 4 didynama, 2 *exserta fertilia*, antheris basi biaristatis, 2 *inclusa ananthera*. Stigma *bifidum*. Capsula bilocularis bivalvis.

4022. **Lafuenta** Lagasca. — Pag. 436. — Calyx 5-partitus. Corollae labium *superius bifidum, inferius trifidum*. Stamina 4 didynama. Capsula bilocularis polysperma.

4023. **Dicrea** Loureiro. — Pag. 436. — Calyx subaequaliter 5-partitus, laciniis *subulatis villosis*. Corolla intus villosa campanulata, limbi 4-partiti laciniis *cordatis, una majore*. Stamina 4 didynama pilosa, antheris *profunde bifidis bicornibus*. Stylus tubum corollae aequans. Stigma cochleariforme inflexum. Capsula subovata bilocularis bivalvis.

4023/1. **Cobamba** Man. Blanco. — Pag. 437. — Calyx *incurvus cylindricus*, acute quinquefidus. Corolla bilabiata, *labiis bifidis*, laciniis inferioris latioribus. Stamina 4, *duo collateralia, tertio infimo, quarto reliquis majore summo*, antheris magnis. Stylus staminibus brevior, stigma revoluto-bifidum. Capsula unilocularis, semina plurima globosa.

4023/2. **Tala** Man. Blanco. — Pag. 437. — Calyx *acute 5-dentatus*, dente *postico majore*. Corollae tubus *incurvus compressus*, limbo inaequaliter 4-fido, lacinia *postica majore*. Stamina 4 didynama, antheris *globulo parvo insidentibus*. Stylus staminibus brevior. Stigma trilobum, lobo postico bilamellato. Capsula bilocularis polysperma.

4023/3. **Conandron** Zuccar. — Pag. 437. * — Calyx *quinquepartitus persistens*. Corolla *rotata* 5-partita, laciniis *e basi cordata lanceolatis acutis*, fauce *foveolis* 5 *totidemque maculis superpositis* cum laciniis alternantibus. Stamina 5, imo tubo inserta, antheris cordatis, *in tubum conicum coalitis bilocularibus, introrsum longitudinaliter dehiscentibus*. Ovarium incomplete biloculare. Styli cylindrici stigma capitatum subexsertum.

4023/4. **Pearsia** Desvx. — Pag. 437. — Calyx *ad basin profunde 5-partitus*. Corolla *tubulosa oblique 5-loba*. Stamina 4 didynama inclusa. Stylus elongatus subincurvus. Capsula bilocularis bivalvis, loculis dispermis.

GENERA AFFINIA.

4024. **Ramondia** L. C. Rich. — Pag. 438. — Calyx quinquefidus. Corolla rotata quinquepartita, *lobis subaequalibus, basi macula barbata instructis*. Stamina 5, tubo inserta *connivентia brevissima*, antheris cordatis bilocularibus. Stigma obtusum. Capsula *unilocularis septicide bivalvis*, polysperma.

4025. **Haberlea** Frivaldsky. — Pag. 438. — Calyx quinquefidus. Corolla *infundibuliformi-campanulata* 5-fida, laciniis *duabus posticis brevioribus*. Stamina 4 inclusa didynama *inflexa*, antheris *per paria cohaerentibus* bilocularibus. Capsula *unilocularis* septicide bivalvis polysperma.

4026. **Obolaria** Linn. — Pag. 438. — Calyx *diphyllus bracteaeformis*. Corollae campanulatae laciniae 4 subincisae. Stamina 4 *inter lacinias inserta* subdidynama brevia, antheris subglobosis bilocularibus. Ovarium uniloculare. Stigma *bifidum subsessile*. Capsula ovata *bilocularis bivalvis*, valvis medio placentiferis. Semina plurima minutissima.

OROBANCHEAE L. C. Rich.

Flores hermaphroditi v. rarissime unisexuales. Calyx liber persistens gamophyllus 4–5-fidus v. dentatus, nunc oblique truncatus subunilabiatus, nunc hinc antice v. postice fissus, illinc ad basin integer, nunc utrinque fissus, et ideo diphyllus. Corollae hypogynae tubus demum supra basin circumscissus, v. tubuloso-subcampanulatus bilabiatus, labio superiore saepius fornicato indiviso v. bilobo, inferiore trifido, quandoque obsoleto. Stamina 4 didynama, tubo v. rarius prope faucem inserta, inclusa, rarius subexserta. Antherae biloculares v. rarissime uniloculares, persistentes, basi saepissime sagittatae, rarius muticae, longitudinaliter dehiscentes. Ovarium disco carnoso, saepe obsoleto cinctum, uniloculare, placentis parietalibus geminis, nunc biloculare, pluriovulatum. Stylus terminalis simplex, apice inflexus v. rarissime rectus, stigma saepissime magnum capitato-bilobum, rarius indivisum. Capsula unilocularis, apice v. juxta totam longitudinem bivalvis, valvis utrinque cohaerentibus, septo v. columna libera. Semina plurima minima. Embryo in basi albuminis prope umbilicum excentricus minimus subglobosus.

4182. **Epiphegus** Nutt. — Pag. 457. — *Flores polygami*, inferiores foeminei, superiores hermaphroditi steriles. Calyx bibracteolatus urceolatus irregulariter quinquedentatus. *Hermaphr.* Corollae labium superius fornicatum integrum, inferius aequaliter 3-fidum. Stamina 4 inclusa subaequalia, antheris basi cartilagineo-bimucronatis. Stylus simplex. Stigma capitatum emarginatum. *Foem.* Corolla brevis obsolete 4-dentata, mox ovarium calyptratim tegens. Capsula brevis ovata incomplete bivalvis, valvis medio placentiferis.

4183. **Pholipea** Desfont. — Pag. 457. — Flores *bibracteolati*. Calyx *tubulosus* 4–5-dentatus. Corolla *ringens*, labio superiore erecto bifido, inferiore trifido patente. Stamina 4 didynama inclusa, antheris basi bimucronatis. *Ovarium postice glandula hypogyna stipatum.* Stigma capitatum bilobum. Capsula unilocularis, apice bivalvis, valvis basi cohaerentibus.

4184. **Conopholis** Wallr. — Pag. 464. — Calyx *bibracteolatus* ventricoso-tubulosus *spathaceus*, antice ultra medium fissus, postice breviter quadridentatus. Corolla *ringens*, basi ventricosa, labio superiore integro fornicato, inferiore breviore subaequaliter trifido. Stamina 4 subaequalia *exserta*, antheris basi bimucronatis. Stigma capitatum bisulcum. Capsula unilocularis bivalvis.

4185. **Orobanche** Linn. — Pag. 464. — Flores *ebracteolati*. Calyx *diphyllus*, phyllis discretis v. basi antice aut rarius postice connatis, integris v. incisis. Corolla *ringens*, labio superiore erecto bilobo, inferiore patente trifido. Stamina 4 didynama inclusa, loculis basi bimucronatis. Ovarium *postice glandula hypogyna stipatum*. Stigma capitato-bilobum. Capsula unilocularis incomplete bivalvis, valvis basi apiceque cohaerentibus.

4186. **Boschniakia** C. A. Mey. — Pag. 478. — Flores *ebracteolati*. Calyx tubulosus *subtruncatus inaequaliter 3-dentatus*. Corolla *ringens*, labio superiore erecto fornicato bifido, inferiore abbreviato subtrilobo. Stamina 4 didynama *exserta*,

antheris muticis. Stylus apice tubulosus, subbilabiatus, margine stigmatoso terminatus. Capsula unilocularis incomplete bivalvis, valvis basi et apice cohaerentibus, medio placentam simplicem gerentibus.

4187. **Clandestina** Tournef. — Pag. 479. — Flores *ebracteolati.* Calyx campanulatus 4–fidus. Corolla *ringens,* labio superiore galeato, inferiore breviore trilobo. Stamina 4 didynama *subexserta,* antheris basi bimucronatis. Stigma capitato–bilobum. Capsula unilocularis, apice bivalvis, valvis medio placentam linearem gerentibus. *Semina* 4–5 *majuscula angulata.*

4188. **Lathraea** Linn. — Pag. 479. — Flores *ebracteolati.* Calyx *campanulatus* 4–fidus. Corolla *ringens,* labio superiore subfornicato integro, inferiore breviore tridentato. Stamina 4 *subexserta* didynama, antheris basi bimucronatis. Stigma magnum capitato–bilobum. Capsula unilocularis bivalvis, valvis juxta axim placentas geminas confluentes gerentibus. Semina plurima subglobosa minima.

4189. **Aneplanthus** Endl. — Pag. 480. — Flores *ebracteolati.* Calyx *subcampanulatus* 5–fidus. Corolla *tubulosa brevis ventricosa* v. longa subincurva, limbo aequaliter bilabiatim 5–partito. Stamina 4 inclusa didynama, antheris basi bimucronatis. Stigma obsolete bilobum. Capsula unilocularis bivalvis, valvis intra marginem utrinque placentiferis. Semina plurima minima.

4190. **Aeginetia** Linn. — Pag. 481. — Flores *ebracteolati.* Calyx *spathaceus* laxus, *antice fissus,* postice acutus. Corollae tubus cylindricus subincurvus, limbus *subaequaliter quinquefidus* bilabiatus. Stamina 4 inclusa didynama, antheris *per paria* cohaerentibus, apice truncatis, basi acuta dehiscentibus, staminum inferiorum in calcar conicum obtusum productis. Stigma magnum carnosum peltato–cordatum. Capsula *bilocularis* irregulariter bivalvis, valvis placentiferis. Semina plurima minima.

4191. **Hyobanche** Thnbrg. — Pag. 482. — Flores *bibracteolati.* Calyx *coloratus* 5–*partitus,* laciniis linearibus obtusis. Corolla *ringens* incurva, labio superiore *fornicato* compresso integerrimo, inferioris tridentati lacinia media minima. Stamina 4 didynama inclusa, antheris *unilocularibus* pendulis, basi acuta dehiscentibus. Stigma clavato–incrassatum emarginatum. Capsula *bilocularis* bivalvis, valvis medio placentiferis, columna centrali demum libera. Semina plurima minima.

GENUS DUBIUM.

4192. **Epirhizanthus** Blume. — Pag. 482. — Calyx *turbinatus* 5–*dentatus.* Corolla *ventricosa trifida* bilabiata, labio superiore *concavo bipartito,* inferiore breviore *fornicato integro. Stamen unicum* inclusum, labio inferiori adnatum, *membranaceum, stylum semivaginans,* antheris 5 v. rarius 4 ellipticis bilocularibus. Stylus stamen aequans, stigmate capitato. Capsula *globosa didyma bilocularis* bivalvis, seminibus in loculo *solitariis globosis.*

GENERA AFFINIA.

4192/1. **Pholisma** Nutt. — Pag. 482. — Calycis profunde 6–*partiti laciniae subspathulatae.* Corolla infundibuliformis, limbo regulariter 6–lobo, laciniis imbricatis. Stamina 6 medio tubo inserta inclusa, antheris oblongis bilocularibus. Stylus crassiusculus inclusus, stigmate dilatato lobato dentato. *Fructus immaturus baccatus, multilocularis, loculis monospermis.*

4192/2. (6661.) **Lennea** Llave et Lexarza. — Pag. 482. — Calyx profunde 8–*partitus coloratus, laciniis subspathulatis* membranaceis, corolla longioribus. Corollae *tubulosae basi ventricosae* limbus 8–dentatus. Stamina 8 *medio tubo inserta* biserialia inclusa, antheris bilocularibus, loculis nonnisi apice cohaerentibus. Ovarium hemisphaericum multi– [16–?] loculare, axi crassissima. *Ovula in loculis solitaria* ascendentia. Styli inclusi stigma capitellatum. Fructus.....?

LABIATAE Juss.

Flores hermaphroditi irregulares, in cymas duas axillares oppositas unilaterales dispositi. Calyx gamophyllus persistens, nunc regularis, 5-dentatus, nunc irregularis obliquus incurvus bilabiatus, dente superiore interdum evanido v. squamaeformi. Corolla hypogyna gamopetala decidua irregularis, limbo 4-5-lobo subcampanulato bilabiato v. obliquo, lobis aestivatione imbricatis, supremis extimis. Stamina libera, corollae tubo inserta, lobis alterna divaricata v. declinata, duo inferiora semper fertilia, duo superiora nunc omnino abortiva v. sterilia, nunc perfecta, inferioribus saepe breviora, subaequalia v. rarius longiora, supremum quintum omnino deficiens v. rarissime rudimentarium. Filamenta filiformia, nuda, barbata v. unidentata. Antherae normales biloculares, loculis connectivi basi insertis, parallelis v. apice divaricatis, longitudinaliter dehiscentibus, nunc discretis [connectivo incrassato v. elongato], nunc in unum coalitis, infimo nonnunquam, superiore rarius abortivo. Ovarium 4-loculare, 4-lobum, gynophoro subcarnoso disciformi insidens. Ovula solitaria, e basi loculi erecta. Stylus inter lobos insertus deciduus, saepissime subaequaliter bifidus, rarissime subclavatus. Stigmata saepius inconspicua. Achaenia 4 v. abortu pauciora, calyce immutato, rarius aucto rarissime subbaccato inclusa, epicarpio tunc tenui, nunc duro, incrassato v. carnoso. Semina solitaria erecta. Embryo intra albumen parcissimum carnosum orthotropus.

Tribus I. *OCIMOIDEAE* Bth.

Stamina declinata. Corolla subbilabiata, lobis quatuor superioribus planis subaequalibus, binisve supremis coalitis, infimo declinato plerumque difformi plano v. saepius concavo cymbaeformi v. saccato. Antherae defloratae saepissime patellaeformes.

Subtribus I. MOSCHOSMEAE Endl.

Corollae laciniae subaequilongae, infima angustior declinata subplana.

3569. **Ocimum** Linn. — Pag. 483. — Calyx subcampanulatus 5-dentatus, *dente supremi ovati margine membranaceo decurrente alatus*, demum deflexus. Corollae tubus calyce subbrevior, intus *exannulatus*, fauce saepius campanulata, limbi bilabiati labio superiore 4-*fido*, inferiore vix longiore *declinato integerrimo*. Stamina 4 declinata, didynama, *superiora basi dente* v. *pilorum fasciculo appendiculata*, *antheris reniformibus confluentim* unilocularibus. Stylus breviter et subaequaliter bifidus. Achaenia laevia.

3570. **Gientosporum** Wall. — Pag. 491. — Calyx ovato-tubulosus, *margine membranaceus*, inaequaliter 5-dentatus, *lateralibus cum supremo infimisque intrcm saepe connatis*, fauce nuda. Corollae tubus calyce subbrevior, fauce campanulata, labio superiore *quadrifido*, inferiore *vix longiore integerrimo*. Stamina 4 declinata edentula didynama, antheris *reniformibus*, *confluentim bilocularibus*. Stylus breviter bifidus, laciniis complanato-dilatatis. Achaenia laevia v. rugulosa.

3571. **Mesona** Blume. — Pag. 496. — Calycis *bilabiati labio superiore diviso*, inferiore *minimo demum inflexo*. Corollae labium superius *formicatum*, inferius longius *indivisum*. Stamina 4 didynama declinata, *brevioribus basi appendiculatis*, antheris *unilocularibus imberbibus*.

3572. **Acrocephalus** Bth. — Pag. 497. — Calyx ovatus, *fructifer elongatus tubulosus*, basi *gibbus* bilabiatus, labio superiore *subintegro*, inferiore *integro v. 4-dentato*, fauce nuda. Corolla calycem subaequans, labio *superiore 4-dentato*, inferiore integro, lacinilis omnibus subaequalibus. Stamina 4 declinata, inferiora longiora, edentula, antheris *subreniformibus, loculis confluentibus*. Stylus breviter bifidus, lobo inferiore complanato. Achaenia laevia.

3573. **Moschosma** Rchb. — Pag. 497. — Calyx ovatus 5-dentatus, *dente supremo majore*, demum declinatus, fauce nuda. Corollae tubus calyce inclusus, labio superiore *breviter 4-fido*, inferiore *integerrimo*, lobis omnibus subaequalibus. Stamina 4 declinata, inferiora longiora edentula, antheris *subreniformibus, loculis confluentibus*. Stylus apice brevissime bifidus. Achaenia laevia.

3574. **Orthosiphon** Bth. — Pag. 498. — Calyx ovato-tubulosus 5-dentatus, *dentis superioris ovato-membranacei marginibus decurrentibus alatus*, demum deflexus, fauce nuda. Corollae tubus *exsertus*, labio superiore 3-4-*fido*, inferiore integerrimo concavo. Stamina 4 declinata *inclusa v. exserta* edentula, inferioribus longioribus, antheris *subreniformibus, loculis confluentibus*. Stylus apice *clavato-capitatus*, breviter emarginatus. Achaenia *punctulata rugosa*.

Subtribus II. PLECTRANTHEAE Endl.

Corollae lacinia infima elongata concava.

3575. **Plectranthus** Herit. — Pag. 501. — Calyx campanulatus *aequaliter 5-dentatus* v. dente supremo majore, *fructifer auctus*, dentibus varie bilabiatis v. aequalibus. Corollae *tubus exsertus*, basi supra *gibbus v. calcaratus*, labio superiore 3-4-fido, inferiore integro, saepius longiore. Stamina 4 declinata edentula, inferiora longiora, antheris *subreniformibus, loculis saepius confluentibus*. Stylus breviter *subulato-bifidus*. Achaenia laevia.

3576. **Coleus** Lour. — Pag. 513 et 940. — Calyx ovato-campanulatus 5-dentatus, *dentis supremi membranacei marginibus interdum decurrentibus*, inferioribus angustioribus, infimis saepe connatis. Corollae *tubus exsertus defractus*, labio superiore abbreviato, obtuse 3-4-fido, *inferiore integro elongato, genitalia involvente*. Stamina 4 declinata edentula, *basi coalita*, stylum vaginantia, antheris *subreniformibus, loculis confluentibus*. Stylus aequaliter subulato-bifidus. Achaenia *subglobosa laevia*.

3577. **Anisochilus** Wall. — Pag. 520. — Calyx ovatus suberectus bilabiatus, labio *superiore integro*, inferiore *truncato integerrimo v. breviter quadridentato*, post anthesin *superiore inflexo clausus*. Corollae tubus *exertus defractus*, fauce subinflata, labio superiore abbreviato, *obtuse 3-4-fido*. Stamina 4 *libera* edentula, inferiora longiora, antheris subreniformibus, loculis confluentibus. Stylus aequaliter subulato-bifidus. Achaenia laevia.

3578. **Acolanthus** Mart. — Pag. 521. — Calyx subcampanulatus, *obsolete dentatus*, fructifer *clausus, basi circumscissus*. Corollae tubus *exertus decurvus*, labio superiore lato, obtuse 4-dentato. Stamina 4 declinata edentula, inferiora longiora, *antheris subreniformibus, loculis confluentibus*. Stylus breviter subulato-bifidus. Achaenia dorso concava, intus bifacialia.

3578/1. **Hypothronia** Schrank. — Pag. 521. — *Calyx 5-fidus, dentibus subulatis. Corollae bilabiatae labio superiore trilobo, lobis exterioribus acutis, intermedio galeato, labio inferiore bipartito.* [Caetera omnia ignota.]

3579. **Pycnostachys** Hook. — Pag. 521. — Calyx ovatus *subaequaliter* 5-dentatus, dentibus *subulato-spinosis*. Corollae tubus *exsertus defractus*, fauce inflata, labio

superiore *quadridentato*. Stamina 4 declinata edentula, inferiora longiora, antheris *subreniformibus, loculis confluentibus*. Stylus brevissime subulato-bifidus. Achaenia *subglobosa laevia*.

3579/1. **Beclum** Lindl. — Pag. 522. — Calyx *bilabiatus*, labio superiore *dilatato decurrente*, inferiore *truncato ciliato*, apice biseto. Corolla bilabiata, *tubo exserto*, labiis aequalibus, *superiore trilobo, lacinia media fissa*. Stamina 4 declinata longissima, *superiora basi dilatata villosa*, inferiora laevia, antheris *ovatis glabris*. *Germen disco quadridentato omnino immersum*.....? Stigma subulato-bilobum.

Subtribus III. HYPTIDEAE Endl.

Corollae lacinia infima substipitata, transverse subcallosa, deinde saccata, per anthesin abrupte dejecta.

3580. **Syncolostemon** E. Meyer. — Pag. 522. — Calyx *inflato-tubulosus* aequaliter 5-dentatus v. dentibus *inferioribus longioribus*. Corollae tubus rectus *exsertus*, labio superiore 4-dentato, inferiore integro *concavo*. Stamina 4 declinata edentula, *corollae tubo adnata*, inferiora longiora, antheris *oblongis, loculis confluentibus*. Stylus brevissime bifidus. Achaenia.....?

3581. **Peltodon** Pohl. — Pag. 522. — Calyx campanulatus aequaliter 5-dentatus, *dentibus subulatis, in appendicem peltatam subconcavam abeuntibus, fructifer subinflatus*. Corollae tubus rectus, fauce subinflata, calycem subaequante, labio superiore *bifido*, inferioris lobis lateralibus *patentibus oblongis, medio subtripartato, basi angustato* transversim calloso, dein *saccato oblongo*. Stamina 4 edentula declinata, inferiora longiora, antheris *ovato-reniformibus*, loculis subconfluentibus. Stylus breviter bifidus.

3582. **Marsypianthes** Mart. — Pag. 523. — Calyx campanulatus aequaliter 5-dentatus, dentibus lanceolatis. Corollae tubus rectus, dentes calycinos aequans, labio superiore bifido, et inferioris trifidi lobis lateralibus ovatis subaequalibus, *infimo saccato acuminato*. Stamina 4 edentula, didynama; antheris *ovato-reniformibus, loculis subconfluentibus*. Stylus breviter *complanato-bifidus*. Achaenia ovoidea *subcymbiformia membranaceo-marginata fimbriata*.

3582/1. **Rhaphiodon** Schauer. — Pag. 524. — Calyx *turbinatus*, dentibus 5 subulatis, *quinque* v. *pluribus brevioribus interjectis*, fructifer auctus membranaceus, *sub limbo in alam horizontalem colliformem productus*. Corollae tubus subcurvatus, labio superiore *bifido patente*, inferioris trilobi laciniis lateralibus *linearibus patentibus*. Stamina 4 edentula didynama, antheris *subcordato-reniformibus*, loculis apice subconfluentibus. Germinis *lobi tres rudimentarii*. Stylus simplex, stigma subtruncatum. Fructus.....?

3583. **Hyptis** Jcq. — Pag. 524. — Calyx ovatus v. tubulosus rectus v. obliquus, acute 5-dentatus [*dentibus saepe aristatis*]. Corollae labium *superius quadrifidum*, inferiore *saccato indiviso*, ad basin subarticulato. Stamina 4 declinata edentula, antheris *ovato-reniformibus, loculis confluentibus*. Stylus subulato-bifidus. Achaenia *ovidea* v. *compressa, laevia* v. *rugosa*, rarissime *alata*.

3584. **Eriope** Humb. et Bonpl. — Pag. 570. — Calyx *turbinatus* aequaliter 5-dentatus, *fructifer auctus* nutans, dentibus tribus *superioribus membranaceo-dilatatis*, duobus inferioribus *vix mutatis*, fauce *lana alba densa clausus*. Corolla declinata, tubo *subexserto*, fauce valde dilatata, labio superiore *aequaliter quadrilobo*, laciniis intermediis *erectis*, lateralibus patentibus, infimo *abrupte dejecto saccato, apice subbidentato*. Stamina 4 didynama, *basi dense pilosa*, antheris *ovato-reniformibus loculis confluentibus*. Stylus subaequaliter bifidus. Achaenia *oblonga laevia*.

Subtribus IV. LAVANDULEAE Endl.

Corolla bilabiata, labio superiore bilobo, inferiore trilobo. Stamina corollae tubo inclusa.

3585. **Lavandula** Linn. — Pag. 572 et 940. — Calyx *ovato-tubulosus* [1-3-rarius 15-nervius] breviter 5-dentatus, dente supremo *lateralibus latiore v. in appendicem dilatatam producto*. Corollae tubus *exsertus*, limbi *obliqui laciniis subaequalibus patentibus*. Stamina 4 didynama, edentula glabra, antheris *ovato-reniformibus uniloculoribus*. Stylus breviter *complanato-bilobus*. Achaenia laevia, *disci squamis quatuor concavis postice adnata*.

Tribus II. *MENTHOIDEAE* Bth.

Corolla subcampanulata v. infundibuliformis, tubo calyce breviore v. vix longiore, limbo 4-5-fido, lobis subaequalibus. Stamina distantia recta v. divergentia nec per paria approximata.

Subtribus I. POGOSTEMEAE Endl.

Antherae terminales confluentim uniloculares. Stamina subdeclinata.

3586. **Pogostemon** Desf. — Pag. 576 et 940. — Calyx ovato-campanulatus *aequaliter 5-dentatus*. Corollae *tubus inclusus*, labio superiore *trifido*, inferiore *indiviso*, lobis omnibus *subaequalibus* patentibus. Stamina 4 *exserta*, filamenta *nuda v. medio barbata*. Stylus subulato-bifidus. Achaenia laevia.

3587. **Dysophylla** Blume. — Pag. 579. — Calyx ovato-campanulatus *aequaliter 5-dentatus*. Corollae tubus *inclusus*, limbi subaequaliter 4-fidi lobo *supremo integerrimo v. emarginato*. Stamina 4 *exserta, medio barbata*, antheris rima *transversali* dehiscentibus. Stylus subulato-bifidus. Achaenia laevia.

Subtribus II. ELSHOLTZIEAE Endl.

Antherae versatiles, loculis divaricatis, demum confluentibus. Stamina interdum subascendentia.

3588. **Elsholtzia** Willd. — Pag. 581. — Calyx ovato-campanulatus, *aequaliter 5-dentatus*, fructifer saepe *elongatus*. Corollae tubus calyce *rarius longior*, labio superiore *concavo emarginato*, inferiore trilobo patente. Stamina 4 *saepe exserta* didynama nuda. Stylus subulato-bifidus. Achaenia laeviuscula ovoidea.

3589. **Tetrademia** Bth. — Pag. 584. — Calyx campanulatus 5-dentatus, *dente supremo latiore*. Corollae tubus *inclusus*, limbi campanulati *5-fidi lobis subaequalibus*. Stamina 4 aequalia nuda, *antherarum valvis reflexis*. Stylus breviter bifidus. Achaenia.....?

Subtribus III. MENTHEAE Endl.

Antherae biloculares, loculis parallelis.

3590. **Colebrookia** Sm. — Pag. 584. — Calyx campanulatus, aequaliter 5-partitus, *laciniis plumosis, tubo cum achaeniis maturis coalito*. Corollae tubus calycem *aequans*, limbi laciniis 4 brevissimis, *superiore emarginata*. Stamina 4 *brevissima*, antheris subsessilibus. *Discus aequalis eglandulosus*. Stylus profunde subulato-bilobus. Achaenia *oblonga subtriquetra, apice villosa*.

3591. **Perilla** Linn. — Pag. 585. — Calyx campanulatus *subaequaliter* 5-fidus, demum bilabiatus, labii superioris *dente medio minore*, inferiore bifido. Corollae tubus calycem *subaequans*, limbo brevissime *subaequaliter 5-fido*. Stamina 4 subaequalia *nuda*. Stylus profunde bifidus. Achaenia sicca laevia.

3592. **Isanthus** Michx. — Pag. 585. — Calyx campanulatus *decemnervis aequaliter profunde* 5-dentatus. Corolla calycem *vix superans*, tubo brevi, limbi brevis

campanulati laciniis 5 *aequalibus rotundatis*. Stamina 4 subaequalia erecta nuda. Stylus apice breviter subulato-bifidus. Achaenia *obovata lacunoso-rugosa*.

3383. **Preslia** Opitz. — Pag. 385. — Calyx ovatus aequaliter *quadridentatus*, *dentibus aristatis, fauce subvillosa*. Corollae tubus *inclusus*, limbi aequaliter 4-*partiti laciniis integris*. Stamina 4 breviter *exserta* aequalia glabra. Stylus *apice* subaequaliter bifidus. Achaenia *oblonga laevia*.

3384. **Mentha** Linn. — Pag. 386. — Calyx tubuloso-campanulatus, *aequaliter* 5-*dentatus* subbilabiatus, fauce *nuda* v. *villosa*. Corollae tubus *inclusus*, limbi campanulati *quadrifidi laciniis superiore latiore integra* v. emarginata. Stamina 4 aequalia glabra. Stylus breviter bifidus. Achaenia sicca laevia.

3385. **Lycopus** Linn. — Pag. 395. — Calyx campanulatus *aequaliter* 4-5-*dentatus*, fauce nuda. Corolla calycem *vix excedens* campanulata *aequaliter quadrifida*. Stamina 2, superiora *nulla* v. *duo sterilia* capitellata inclusa, inferiora duo *subexserta fertilia* nuda. Stylus subaequaliter bifidus. Achaenia laevia, *margine calloso-incrassata* trigona.

Subtribus IV. MERIANDREAE Endl.

Antherarum loculi disjuncti, connectivo filiformi.

3386. **Meriandra** Bth. — Pag. 398. — Calyx ovatus *bilabiatus*, labio superiore *concavo integro* v. brevissime tridentato, *inferiore bifido*. Corollae tubus calycem *aequans*, limbi subaequaliter quadrifidi *laciniis superiore integra* v. *emarginata*. Stamina *fertilia plerumque duo inferiora*, superiora abortiva v. rarius uno alterove fertili conformi. Stylus subaequaliter bifidus.

Tribus III. *MONARDEAE* Bth.

Corolla bilabiata. Stamina duo fertilia, inferiora, ascendentia. Antherae nunc biloculares, loculis contiguis v. connectivo lineari sejunctis, loculo altero saepius casso.

Subtribus I. SALVIAEAE Endl.

Connectivum filiforme cum filamento articulatum.

3387. **Salvia** Linn. — Pag. 399 et 940. — Calyx ovatus v. tubuloso-campanulatus *bilabiatus*, labio superiore *integro* v. *tridentato*, inferiore *bifido*, fauce nuda. Corollae tubus *inclusus* v. *exsertus*, labio superiore *integro* v. *breviter emarginato*, inferiore trilobo, lacinia intermedia *saepe emarginata*. Stamina superiora *nulla* v. *rudimentaria*, inferiora duo fertilia, *prope faucem* tubo inserta, antheris *dimidiatis, connectivo elongato, antice ascendente, loculum polliniferum gerente*, postice deflexo, *loculo altero effecto* v. *nullo*. Stylus apice bifidus. Achaenia *ovoideo-triquetra glabra*, saepius laevissima.

3388. **Audibertia** Bth. — Pag. 679. — Calyx ovatus *bilabiatus*, labio superiore *concavo integro* v. *breviter tridentato*, inferiore bifido. Corollae tubus *calycem aequans* v. *exsertus*, labii superioris bifidi lobis patentibus, inferioris trifidi *medio latissime emarginato*. Stamina *duo inferiora fertilia*, *saepius exserta*, superiorum rudimenta clavata v. nulla, connectivo *lineari, apice loculum linearem gerente*, postice non producto v. brevissime acuminato. Stylus breviter subulato-bifidus. Achaenia *triquetra glabra*.

Subtribus II. ROSMARINEAE Endl.

Connectiva parva. Stamina duo fertilia.

3389. **Rosmarinus** Linn. — Pag. 680. — Calyx subcampanulatus *bilabiatus*, labio superiore *integro*, inferiore *bifido*. Corollae tubus *exsertus*, fauce subinflata, labiis subaequalibus, superiore *erecto emarginato*, inferiore trifido, lacinia intermedia

maxima concava dependente. Stamina *exserta, basi breviter unidentata,* antheris linearibus *subbiloculariibus.* Stylus inaequaliter bifidus. Achaenia laevia.

3000. **Monarda** Linn. — Pag. 681. — Calyx tubulosus elongatus, (15-nervius) *aequaliter 5-dentatus.* Corollae tubus *exsertus* v. inclusus, *labiis linearibus v. oblongis subaequalibus,* superiore erecto integro v. emarginato, inferiore apice breviter trilobo. Stamina 2 inferiora fertilia, *e labio superiore saepius exserta,* superiorum rudimenta subnuda, filamentis edentulis, fauci insertis, antheris linearibus subbilocularibus. Stylus subaequaliter bifidus. Achaenia laevia.

3001. **Blephilia** Raffin. — Pag. 683. — Calyx ovato-tubulosus, 13-*nervius bilabiatus,* dentibus labii superioris *tribus aristatis,* inferioris *duobus submuticis.* Corollae tubus subexsertus, labiis subaequalibus, superiore *erecto integro,* inferioris patentis *trifidi lacinia intermedia angustiori emarginata.* Stamina 2 *inferiora fertilia,* e labio superiore exserta, *superiora sterilia filiformia v. nulla,* antheris linearibus bilocularibus. Stylus subaequaliter bifidus. Achaenia laevia.

3002. **Elsyphora** Linn. — Pag. 684 et 946. — Calyx tubulosus *elongatus* 13-*nervius* bilabiatus, labio superiore *tri-, inferiore bidentato, fauce villosa.* Corollae tubus *vix exsertus,* labiis subaequalibus, superiore *erecto integro, inferiore patente trifido,* laciniis media longiore emarginata. Stamina 2 *inferiora fertilia,* labio superiore *inclusa v. eo longiora,* edentula, antheris linearibus subbilocularibus. Styli lobus superior brevissimus. Achaenia sicca laevia.

3002/1. **Fladermannia** Bnge. — Pag. 686. — Calyx tubulosus *elongatus* 13-*nervius* bilabiatus, labio *superiore tri-, inferiore bidentato, fauce villosa.* Corolla fauce campanulato ampliata, labii inferioris *lacinia media lateralibus breviore et rione bidentato, fauce villosa.* Corolla fauce campanulata ampliata, labii inferioris *lacinia media lateralibus breviore* et latiore. Staminum superiorum rudimenta nulla, *inferiorum antherae uniloculares,* filamento parallelae, *connectivo inarticulato postice appendiculato, appendicibus medio convergentibus, apice divergentibus clavatis, loculum sterilem crassum gerentibus.*

Subtribus III. HORMINEAE Endl.

Connectiva parva. Stamina 4 fertilia.

3003. **Horminum** Linn. — Pag. 686. — Calyx *bilabiatus* 13-*nervius,* labio superiore tridentato, inferiore bifido. Corollae *tubus exsertus, intus piloso-annulatus,* labio superiore *truncato* emarginato, inferioris trilobi *laciniis brevibus rotundatis.* Stamina 4 didynama fertilia, *antheris per paria cohaerentibus,* divaricato-bilocularibus. Stylus subulato-bifidus. Achaenia laeviuscula.

Tribus IV. *SATUREINEAE* Bth.

Calyx aequaliter quinquedentatus v. bilabiatus, labio superiore tridentato, inferiore bifido. Corollae tubus calycem vix aequans, limbi subbilabiati labio superiore integro v. bifido, inferiore trifido. Stamina distantia recta v. divaricata aequalia v. superioribus brevioribus v. omnino abortivis.

Subtribus I. ORIGANEAE Endl.

Calyx 10-13-nervis. Stamina 4 fertilia.

3004. **Bystropogon** Herit. — Pag. 687 et 946. — Calyx tubuloso-campanulatus, aequaliter 5-dentatus, fauce villosa. Corollae labio superiore suberecto bifido, inferiore patente trifido. Stamina 4 inclusa didynama glabra, antheris parallele bilocularibus. Stylus breviter bifidus, laciniis subincrassatis. Achaenia laevia.

3004/1. **Zataria** Boiss. — Pag. 688. — Calyx ovato-tubulosus 5-*nervis* 5-*dentatus, fauce barbata.* Corollae labio superiore *paulo breviore,* breviter *bilobo,* inferiore aequaliter 3-lobo, laciniis ovalibus. Stylus breviter bilobus, laciniis clavato-rotundatis. *Stamina 4 brevissima.* [Flores minutissimi, *abortu divici,* an semper?]

3605. **Pycnanthemum** Michx. — Pag. 698. — Calyx *ovato-tubulosus*, 13-*nervus*, subaequaliter 5-dentatus. Corollae labio superiore *recto plano integro* v. *brevissime* emarginato, inferiore *aequaliter et obtuse trifido*. Stamina 4 subaequalia v. didynama, *exserta* v. *inclusa*, glabra. Stylus subulato-bifidus. Achaenia *laevia* v. *punctato-rugosa*.

3606. **Monardella** Bth. — Pag. 691. — Calyx saepe *elongatus tubulosus*, *brevitер* 5-*dentatus*, fauce nuda. Corollae tubus calycem aequans v. breviter exsertus, labio *superiore bifido*, *inferioris trifidi* laciniis oblongis v. linearibus planis. Stamina 4 subaequalia v. didynama *exserta nuda*, antheris demum *divaricato-biloculatibus*. Stylus brevissime bifidus. Achaenia laevia.

3607. **Amaracus** Mnch. — Pag. 692. — Calyx ovato-campanulatus, *basi* 13-*nervis*, labio *superiore elongato integro* erecto, inferiore *truncato subnullo* v. bidenticulato. Stamina 4 ascendentia didynama glabra, antheris divaricato-biloculatibus. Styli bifidi lacinia superior brevior. Achaenia.....?

3608. **Origanum** Linn. — Pag. 693 et 946. — Calyx ovato-tubulosus striatus, *aequaliter* 5-*partitus* v. *dentibus* 3 *superioribus longioribus*, *fauce villosa*. Corollae labio superiore suberecto *emarginato*, inferiore subaequaliter trifido patente. Stamina 4 *exserta subdidynama* glabra, antheris *parallele biloculatibus*. Stylus aequaliter bifidus. Achaenia laeviuscula.

3609. **Majorana** Mnch. — Pag. 698. — Calyx brevissime campanulatus, *limbo antice fisso*, *superne complanato orbiculato integerrimo*, fauce nuda. Corollae tubus calycem aequans, labio superiore *erecto emarginato*, *inferiore subaequaliter trifido*. Stamina 4 *exserta didynama*, glabra, antheris *demum divaricato-biloculatibus*. Stylus subaequaliter bifidus. Achaenia laevia.

3610. **Thymus** Linn. — Pag. 697 et 946. — Calyx ovatus 13-*nervis bilabiatus*, labio superiore *tridentato*, inferiore *bifido*, laciniis subulatis, *fauce villosa*. Corollae tubus *inclusus*, labio superiore *recto emarginato*, inferiore aequaliter trifido v. lacinia media longiore. Stamina 4 *exserta* v. *varius inclusa*, aequalia v. didynama glabra, antheris *parallele biloculatibus*. Stylus subulato-bifidus. Achaenia laeviuscula.

3611. **Satureja** Linn. — Pag. 707. — Calyx campanulatus 10-*nervis*, *aequaliter bilabiatus* v. *obsolete bilabiatus*, fauce *subvillosa* v. *nuda*. Corollae labio superiore *erecto integro* v. *emarginato*, inferiore plano subaequaliter trifido. Stamina 4 didynama *exserta glabra*, antheris *parallele biloculatibus*. Stylus subulato-bifidus. Achaenia laeviuscula.

Subtribus II. HYSSOPEAE Endl.

Calyx quindecimnervis. Stamina quatuor fertilia.

3612. **Hyssopus** Linn. — Pag. 711. — Calyx tubulosus *subobliquus aequaliter* 5-*dentatus*, fauce nuda. Corollae labio superiore *erecto plano emarginato*, inferiore trilobo, lacinia *media majore*. Stamina 4 *exserta didynama* glabra, antheris *divaricato-biloculatibus*. Stylus subulato-bifidus. Achaenia *ovoideo-triquetra* laeviuscula.

Subtribus III. CUNILEAE Endl.

Stamina duo inferiora fertilia.

3613. **Collinsonia** Linn. — Pag. 711. — Calyx *fructifer declinatus* ovatus *subdecemnervis*, labio superiore *truncato tridentato*, inferiore bifido. Corollae subcampanulatae *faux ampliata*, labio superiore *subaequaliter quadrilobo*, inferiore simplici declinato longiori *dentato* v. *fimbriato*. Stamina 4 *longe exserta*, superioribus brevioribus, *saepe sterilibus*, antheris *divaricato-biloculatibus*. Stylus subaequaliter bifidus. Achaenia laevia.

3614. **Cunila** Linn. — Pag. 713. — Calyx ovato-tubulosus *aequaliter quinquedentatus*, *fauce villosa*, subtredecimnervis. Corollae labio *superiore erecto*, saepius

emarginato, inferiore *trifido patente*, lacinia intermedia majore, saepe emarginata. Stamina 2 *exserta glabra*, superiorum rudimenta nulla. Stylus breviter subulato-bifidus. Achaenia laevia.

Tribus V. *MELISSINEAE* Bth.

Calyx 13- rarius 10-nervis quinquedentatus bilabiatus, labio superiore tridentato, inferiore bifido, rarius aequalis. Corollae tubus exsertus v. rarius inclusus, exannulatus, limbus bilabiatus, labio superiore recto integro v. emarginato-bifido subplano v. rarissime galeato, inferiore patente, lobis planis subaequalibus v. medio saepius latiore integro v. emarginato. Stamina ascendentia didynama, superioribus brevioribus, interdum abortivis.

3615. **Hedeoma** Pers. — Pag. 716. — Calyx ovato-tubulosus *bilabiatus*, labio superiore *tridentato*, *inferiore bifido*, *fauce villosa*. Corollae labio superiore *erecto integro subbifido*, inferiore trifido, lacinia intermedia *saepe emarginata*. Stamina 2 [*inferiora*] nuda, antheris *divergenti-bilocularibus*. Staminum *superiorum rudimenta brevia v. nulla*. Stylus breviter et subaequaliter bifidus, *v. lacinia inferiore elongata complanata*. Achaenia laevia.

3616. **Micromeria** Bth. — Pag. 718 et 947. — Calyx tubulosus [13–15-striatus] *subaequaliter 5-dentatus* v. subbilabiatus, fauce *saepe villosa*. Corollae tubus calycem saepius non aequans, labio superiore *integro v. emarginato*, inferioris trifidi *lacinia media integra v. emarginata*. Stamina 4 didynama *edentula*, antheris *connectivo incrassato saepe divergenti bilocularibus*. Stylus aequaliter *subulato-*, v. inaequaliter *complanato-bifidus*. Achaenia laevia.

3617. **Melissa** Bth. — Pag. 727. — Calyx tubulosus [13-striatus], labio *superiore patente tridentato*, inferiore *bifido*, *fauce nuda v. villosa*. Corollae tubus *saepius exsertus et incurvus*, labio superiore *integro v. emarginato*, inferioris trilobi lacinia *media integra v. emarginata*, omnibus planis. Stamina 4 *didynama*, *superiora interdum sterilia*, antherarum connectivo saepius incrassato. Stylus aequaliter *subulato-bifidus* v. lacinia *infima longiori* recurva complanata. Achaenia laevia.

3618. **Gardoquia** Rz. et Pav. — Pag. 735. — Calyx *tubulosus subincurvus breviter 5-dentatus* v. subbilabiatus. Corollae tubus *longe exsertus rectus v. incurvus*, labio superiore *subplano emarginato*, inferioris trilobi *lacinia media latiore*. Stamina 4 didynama, *superioribus interdum sterilibus*, antheris *subdivaricato-bilocularibus*. Stylus subaequaliter bifidus. Achaenia laevia.

3619. **Glechon** Spr. — Pag. 740. — Calyx *ovatus* 13-*nervis* 5-*dentatus v. subbilabiatus*, dentibus 2 inferioribus tunc longioribus. Corollae labio *superiore falcato fornicato v. galeato*, emarginato v. semibifido, labii inferioris trilobi laciniis *lateralibus latioribus*, *basi labio superiori saepe adhaerentibus*. Stamina 2 *e labio superiore breviter exserta* glabra, antheris demum divaricato-bilocularibus. Stylus *inaequaliter bifidus*, lacinia inferiore longiore complanata. Achaenia *oblonga laevia*.

3620. **Keithia** Bth. — Pag. 742. — Calyx *tubulosus sub*-13-*nervis*, subaequaliter 5-dentatus, *fauce nuda v. villosa*. Corollae tubus *exsertus*, labio superiore *erecto emarginato plano*, inferioris *subaequaliter* 3-*fidi* laciniis patentibus. Stamina 2 *ascendentia glabra*, antheris connectivo crasso *divaricato-bilocularibus*. Styli *subaequaliter* bifidi lacinia inferior longior complanata. Achaenia ovoidea glabra.

3621. **Thymbra** Linn. — Pag. 744. — Calyx *oblongus*, *supra deplanatus*, labio superiore *tridentato erecto*, inferiore *bifido*, *fauce villosa*. Corollae tubus *subexsertus*, labio superiore *erecto emarginato*, inferioris patentis trifidi *lacinia media majori*. Stamina 4 *didynama*, *antheris per paria approximatis parallele bilocularibus*. Stylus breviter subulato-bifidus. Achaenia laevia.

3022. **Dicerandra** Bth. — Pag. 745. — Calyx *tubulosus sub-13-nervis*, labio superiore *integerrimo v. breviter tridentato*, *inferiore bifido*, *fauce pilosa*. Corollae tubus *exsertus* rectus, labio superiore *erecto plano* vix emarginato, inferiore patente trifido. Stamina 4 *didynama ascendentia*, antheris divaricato-bilocularibus, loculis *apice aequaliter aculeque calcaratis*. *Stylus villosus*, breviter subulato-bifidus. Achaenia laevia.

3023. **Pogogyne** Bth. — Pag. 745. — Calyx *campanulatus sub-13-nervis* 5-dentatus, dentibus *duobus inferioribus duplo longioribus*. Corollae tubus *exsertus*, *intus ad faucem pilosus*, labio superiore *subplano erecto integro*, inferiore *patente* trilobo. Stamina 4 *didynama*, antheris *parallele bilocularibus muticis*. *Stylus villosus*, aequaliter subulato-bifidus. Achaenia.....?

Tribus VI. *SCUTELLARINEAE* Bth.

Calyx bilabiatus, labio superiore truncato integro v. subtridentato. Corollae tubus exsertus ascendens, intus annulatus v. nudus, limbi labio superiore fornicato. Stamina 4 sub labio superiore ascendentia didynama, inferioribus longioribus.

3024. **Prunella** Linn. — Pag. 745. — Calyx *tubuloso-campanulatus reticulato-venosus*, labio superiore *lato truncato*, breviter tridentato, inferioris laciniis *duabus lanceolatis*. Corollae tubus *amplus*, *intus piloso-annulatus*, sub fauce inflatus, deinde contractus, labio superiore *erecto galeato integro*, inferiore *dependente trilobo*, lacinia media rotundata *concava* crenulata. Stamina *breviter bidentata*, *dente inferiore antherifero*, antheris per paria approximatis divaricato-bilocularibus. Stylus subulato-bifidus. Achaenia oblonga laevia.

3025. **Cleonia** Linn. — Pag. 747. — Calyx *campanulatus* 10-*nervis obliquo bilabiatus*, labio superiore lato tridenticulato, inferiore bifido. Corollae tubus *tenuis ascendens*, intus nudus, labio superiore *erecto galeato integro*, inferioris *dependentis* trilobi lobis lateralibus suberectis oblongis, intermedio *emarginato-bifido*. Stamina edentula glabra, *apice breviter bifurca*, *dente superiore subulato*, *inferiore complanato antherifero*, antheris per paria approximatis divaricato-bilocularibus. Stylus breviter subulato-*quadrifidus*. Achaenia *magna orbiculata subcompressa*.

3026. **Scutellaria** Linn. — Pag. 747. — Calyx *campanulatus bilabiatus*, post anthesin *clausus*, *demum basin usque fissus*, labii superioris decidui *lobo medio in squamam dorsalem concavam rejecto*, inferiore persistente integro. Corollae tubus *longus exsertus* rectus v. incurvus, labio superiore *galeato integro* v. emarginato, inferioris convexi apice emarginati laciniis lateralibus nunc patentibus liberis, nunc cum labio superiore, v. rarissime cum inferiore coalitis. Stamina *edentula*, antheris per paria approximatis *ciliatis*, *staminum inferiorum dimidiatis*, *superiorum cordatis bilocularibus*. Styli bifidi lacinia superior brevissima. Achaenia tuberculosa glabra v. brevissime pubescenti-tomentosa.

3027. **Perilomia** H. B. Kth. — Pag. 702. — Calyx campanulatus bilabiatus, *post anthesin clausus*, *demum basin usque fissus*, labiis integris, superioris decidui *lobo medio in squamam rejecto*, inferiore persistente. Corollae tubus *longe exsertus* recurvo-ascendens, fauce subdilatata, labio superiore *suberecto emarginato*, inferioris trilobi lacinia *media patente emarginata*. Stamina edentula, antheris per paria *approximatis glabris*(?), *staminum inferiorum dimidiatis*, *superiorum bilocularibus*. Stylus inaequaliter bifidus. *Discus ovarii latere inferiore saepe unidentatus*. Achaenia *membranaceo-alata*.

Tribus VII. *PROSTANTHEREAE* Bth.

Calyx campanulatus, nunc bilabiatus, labiis planis integris v. inferiore bidentato bifidove, nunc aequaliter quinquedentatus, fauce intus nuda. Corollae tubus brevis amplus, fauce campanulata, limbo bilabiato, labiis subplanis, superiore emarginato v. bifido, inferiore trifido. Stamina 4 didynama, corolla breviora, inferioribus nunc longioribus, nunc abortivis. Achaenia coriacea reticulato-rugosa, stylo subpersistente.

3628. **Chiledia** R. Br. — Pag. 764. — Calyx campanulatus *bilabiatus*, labio superiore *integerrimo, inferiore emarginato*. Corollae tubus *brevis amplus*, labio superiore *emarginato-bifido*, inferioris trifidi *lacinia media bifida*, omnibus patentibus planis. Stamina 4 subaequalia *inclusa*, antheris parallele bilocularibus. Stylus breviter et subaequaliter bifidus. Achaenia.....?

3629. **Cryphia** R. Br. — Pag. 764. — Calyx *bibracteolatus bilabiatus clausus*, labiis *integris aequalibus*. Corolla *inclusa* ringens, labio superiore *galeato brevissimo*, inferioris trifidi lacinia *media majuscula*. Stamina 4 *subaequalia inclusa*, antheris parallele bilocularibus. Stylus breviter bifidus. Achaenia.....?

3630. **Prostanthera** Labillard. — Pag. 764. — Calyx campanulatus *bilabiatus*, labiis *integris subaequalibus*, fructiferis *clausis*. Corollae tubus brevis amplus, labio superiore erecto *emarginato-bifido*, inferioris trilobi lobo medio integro v. bifido. Stamina 4 glabra, antheris *approximatis bilocularibus, connectivo subtus calcarato*. Stylus subaequaliter bifidus. Achaenia *nucamentacea, subbaccata, demum coriacea reticulato-rugosa*.

3631. **Hemiandra** R. Br. — Pag. 769. — Calyx campanulatus *bilabiatus*, labiis planis, *demum clausis*, superiore *integro mucronato*, inferiore semibifido. Corollae tubus brevis amplus, labio superiore bifido, inferioris trifidi lacinia media *emarginato-bifida*, omnibus planis. Stamina 4 *didynama, antheris dimidiatis*. Stylus subulato-bifidus. Achaenia *obovoideo-subtriquetra, inter se et cum stylo connata*, apice reticulata.

3632. **Hemigenia** R. Br. — Pag. 770. — Calyx campanulatus, *aequaliter et profunde 5-fidus*. Corollae tubus brevis, *intus nudus v. barbatus*, labio superiore *subfornicato bifido*, inferioris patentis trifidi lacinia *media bifida*. Stamina 4 *didynama, antheris approximatis dimidiatis*, loculo sterili difformi, staminum superiorum *barbellato*. Stylus subulato-bifidus laciniis brevissimis subaequalibus. Achaenia reticulato-rugosa.

3632*b*. **Ateleandra** Lindl. — Pag. 770. — Calyx *bilabiato-bipartitus* mollis, labio superiore 2-, inferiore 3-dentato. Corollae tubus brevis, labio superiore *latiore emarginato*, inferioris trifidi lacinia *media concava majore*. Stamina 4 *inclusa, antheris glabris dimidiatis*. Stylus brevissime et inaequaliter bifidus. Achaenia ...?

3633. **Westringia** R. Br. — Pag. 770. — Calyx campanulatus aequaliter 5-dentatus 10-nervis. Corollae tubus brevis, labio superiore plano subbifido, inferioris patentis trifidi lacinia media subbifida. Stamina 4 inclusa erecta, *superiorum antheris dimidiatis fertilibus, inferiorum sterilibus bipartitis*. Stylus subulato-bifidus. Achaenia coriacea reticulato-rugosa.

3634. **Microcorys** R. Br. — Pag. 772. — Calyx campanulatus *aequaliter quinquedentatus*. Corollae tubus calycem aequans, labio superiore erecto plano *emarginato-bifido*, inferiore patente trifido. Stamina 4 *inclusa, superiora fertilia, antheris dimidiatis barbatis, inferiorum sterilium antheris bipartitis*. Stylus subaequaliter subulato-bifidus. Achaenia ovoidea, apice villosa.

3634*b*. **Perowskia** Karelin. — Pag. 772. — Calyx *tubulosus 8-nervis*, labio superiore bi-, inferiore tri-dentato. Corollae tubus *calycem superans*, labio superiore indiviso plano, inferioris trifidi lacinia media emarginata. Stamina 2 *superiora*

elongata fertilia divergentia, antheris bilocularibus, *duo inferiora sterilia brevissima*. Stylus acute bifidus. Achaenia *pyriformia sicca*, *disco elongato imposita* [2–3 sterilia].

Tribus VIII. *NEPETEAE* Bth.

Calyx aequalis v. obliquus subbilabiatusve, dentibus superioribus majoribus. Corolla inclusa v. exserta, fauce plerumque inflata, labio superiore subfornicato, inferiore patente. Stamina 4 didynama, superioribus longioribus, ascendentia v. divergentia.

